
Ministerio de Educación Cultura y Deporte





Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ext 18
Andrea
Doria 58

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

BIBLIA
Biblia
SACRA.

Quid in hac editione à Theologis Louanienſibus præſtitum ſit, paulo pòſt indicatur.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. LXXXIII.

BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

Cultura y Deporte

SVMMA PRIVILEGIORVM.

REGIS priuilegiis cautum est, ne quis *Biblia Sacra*, à Doctoribus Theologis Louanienſibus, ad veruſtiſsima exemplaria iam poſtremò caſtigata, citra Chriſtophori Plantini Architypographi regij voluntatem, intra octo annos vllo modo nec integra, nec aliquam eorum partem imprimat, aut alibi impreſſa in ſuas ditiones importet, venaliáve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcationis librorum, & quinquaginta florenorum pœna, fiſco Regio exſoluenda, multabitur: vt latiùs in Regio diplomate expreſſum eſt, Bruxellis, in Conſilio priuato pęnultima Maij, Anno Domini M. D. LXXIII.

Subſignat.

I. de la Torre.

In Conſilio verò Brabantiæ ad totidem annos, VI. Iulij. M. D. LXXIII.

Subſignat.

I. de VVitte.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

FACVLTATIS THEOLOGICÆ IN VNIVERSITATE LOVANIENS

DECANVS, LECTORI S.

CVM sacra Scriptura Dei opt.max. benignitate fidelibus data sit, tanquã certissimum Catholicæ fidei & religionis fundamẽtum ideoque indignum sit & eius maiestate & Christianorũ pietate, esse eã vllis aut vitiis aut mendis contaminatam: visum fuit Facultati nostræ Theologicæ, omni conatu & studio in hoc incumbendum, vt vetus & vulgata Bibliorũ Latina editio (quam SS. Synodus Tridentina, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus, authenticã habendã declarauit) accuratissimè castigaretur: idq; hac via & ratione, vt ad diuersa exẽplaria manuscripta quàm diligentissimè conferretur, & quæ in illis diuersimodè legi deprehenderentur, ad diuinarum literarum fontes, veterumque Patrum cõmentarios examinarẽtur, & examinata commodis signis margini adiicerentur: Istis vt adiutus præsidiis, quæ lectio germana, quę adulterina sit, prudens Lector facili negotio diiudicare possit. Nauauit quidem, ante annos aliquot, in conferendis ad manuscripta & castigãdis Bibliis, sanè laudandam operam, nostræ Facultatis Doctor Iohãnes Hentenius: verùm is, cùm multas & non contemnendas vulgatæ editionis lectiones nõ reperit, tum eas quas reperit, ad sacræ Scripturæ fontes minimè reuocauit. ita factum est, vt loca plurima meritò corrigenda eius diligentiam fugerint. Quamobrem elegit Facultas nostra Professores quosdã suos, & eruditione & sedulitate præstantes, qui, quę à sacrarum literarum studiosis in superioribus editionibus desiderari possent, fideli diligentia curarent: perfectaque Regio Architypographo Christophoro Plantino excudenda committerent. Quæ autem præstiterint illis, quæ subsequuntur, prolegomenis, indicatur. Lovanij Septimo Idus Maij anni M. D. LXXIII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VID IN HAC BIBLIORVM EDITIONE SIT PRAESTITVM.

IN primis, vulgatæ editionis Latinæ, lectiones variæ, in manuscriptis exemplaribus deprehẽsæ, cũ exemplariũ in quibus inuentę sunt numero, margini adscriptæ sunt. Et istud quidẽ, partim ante annos aliquot Domini Ioh. Hẽtenij, partim nunc delectorũ Theologorum industria factum est. Cùm enim plurimæ etiã earum lectionũ quæ verè nostri Interpretis videri possint, D. Hentenij diligentiam præterierint, additæ sunt nunc non paucæ, poterunt́que simili labore adiici plures. Id ergo in primis hac editione præstitum est.

Deinde, vniuersæ lectiones varię, tam illæ quas Hentenius inuenit, quàm eæ quæ nunc repertæ sunt, primùm ad eum vulgatæ editionis Textum, qui in Regiis Bibliis, iussu Catholici Regis, ex Complutensi exemplari, in officina Plantiniana, nuperrimè excusus est, collatæ sunt. Neque immeritò: nam etiamsi nõ omni in loco elimatus, neq. ab omni corruptela sit vindicatus ille textus: tamen, locis plurimis, emẽdationibus scriptis cõsentiens, genuinam exhibet Scripturæ lectionem: quibusdam etiam, codicibus vniuersis, qui & ab aliis, & à nobis consulti sunt, cõtradicens, quæ eram habet interpretis trãslationem. quippe qui, Cardinali Xenio teste, ex delectissimis manuscriptis expressus sit. Quanquã Psalmorũ libro id ei sit peculiare, vt inter Græci textus lineas [illegible]tus, ei planè fuerit accommodatus. Primum igitur ad hunc

variæ lectiones collatæ sunt.

Tum ad veterum Tractatorum textus & commentaria examinatæ sunt; & quorundã quidem librorũ, ad plurium, quorũ signa in margine perspiciantur; cæterorũ verò, ad vnius, cũ adfuit copia. Itaq. variæ lectiones Geneseos, Exodi, Numerorũ, Deuteronomij, Ecclesiastici, & posterioris partis Ieremiæ, examinatæ sunt ad Rabanũ; Leuitici ad Radulphum; Librorum Regũ, Paralipomenon, Iob, Psalmorum, Eccl. siastæ, Isaiæ, prioris partis Ieremiæ, Ezechielis, Danielis, duodecim Prophetarũ minorũ, Euãgelij secundum Matthæum, Epistolarũ D. Pauli, ad Galatas, Ephesios, Titum, & Philemonem, ad Hieronymũ, aut ea cõmentaria, quę Hieronymo adscribi, & inter eius opera legi solent; Primi Regum, Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Prouerbiorum, Euãgelij secundũ Marcũ, Actorũ, Epistolæ Pauli ad Hebræos, & septẽ Catholicarũ, ad Bedã; Iob, & Cantici Canticorũ, ad Gregorium; Psalmorũ & Euangelij secundum Iohannẽ, ad Augustinum; Psalmorum & Euangelij secundum Matthæum, ad Hilarium; Psalmorum quartò & Euãgelij secundũ Lucã, ad Ambrosiũ; Epistolarũ D. Pauli, ad Rom. Corinth. Philipp. Colos. Thessalon. & Timoth. ad ea commentaria quæ Ambrosij titulum ferunt; Apocalypseos, ad Primasium.

Præterea expensæ sunt eædem lectiones, veteris quidem instrumenti, ad Hebraicum, Græcum, & Chaldaicum; noui verò, ad Græcum & Syriacum editionis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Regiæ Textus. Quia verò talis propemodum exemplarium Græcorum, qualis Latinorum, diuersitas est, etiam aliarum editionum exemplaria Græca à nobis consulta sunt. Ad hæc igitur vniuersa iam recensita, variæ lectiones collatæ sunt.

Cùm autem hæc, aut omnia, aut eorum aliqua, lectioni quæ marginẽ occupabat, suffragabantur, id vel breuissimis significatum est notis, vel pauciſſimis verbis. Si verò ei concorditer, vel repugnabant, vel suam auctoritatem non accommodabant, neq. aliunde eius veritas deprehendi poterat, eã aut exigui aut nullius esse momenti, certis indicatum est signis. Quòd si eorum aliqua, ei volebant lectioni, quæ erat in Textu, etiam id sæpenumero annotatum est. Quandoque verò, non quam lectionem commendarent, sed quid legerent, positum est: nonnunquam, quòd, pro qua magis facerent lectione, discerni non satis posset; nonnunquam, quòd, ab ipsis quid legeretur, indicare vtilius videretur.

Adhæc, cùm deprehensum est, discrepare Latinam translationem à fonte ex quo fluxit, non rarò annotatum est; non quòd Versio vulgata ad eum modum putetur corrigenda, sed, quandoque, quòd talia sint, vt videri verisimiliter possit ea ab Interprete translata alijs Latinis scriptis reperiri possit quandoque, quòd eiusmodi sint, v eorũ cognitio non parũ confera

Præterea, cùm animaduersum est, Latinam vocem, casu, tempore aut simili modo ambiguam esse vox Hebraica aut Græca, ex qu illa olim translata fuit, si ad eum modũ ambigua non erat, ad mar ginem est notata, vt illius ambiguitas tollatur.

Quia verò prædicta tot sempe verbis absolui non potuere, quo marginis angustia capiebat, seor sum annotata sunt quorum capa margo non erat, ea præsertim, qua ad diiudicandas varias lectione aut necessaria aut vtilia videban tur. Quæ quia eodem volumine Bibliis iungi commodè non potuerunt, tum quòd exilibus nimiũ litteris vtendum fuisset, tum quòd plus iusto volumẽ excreuisset, breui, fauente Deo, seorsum, commodioribus excusa typis, Plantini sedulitas in lucem dabit.

Priori editione hoc idem policiti, præ operis difficultate promisso stare haud potuimus: iam, cùm, Dei auxilio, parata habeamus; sua Lector exspectatione, Deo Plantini conatibus adspirante, non falletur.

Atque hæc præcipua sunt, eorum quę huic Bibliorum editioni accesserunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

QVID IN HAC BIBLIORVM EDITIONE SIT OBSERVANDVM.

IN primis minimè ignorandũ eſt, illum hac editione prodire Bibliorum Textũ, qui à Domino Hentenio caſtigatus, & Louanij anno 1547 eſt excuſus: eumque neutiquam mutatum verbis (nam diſtinctio ſubinde certis de cauſis mutata eſt) ita vt nec germanę lectiones in Textum relatæ ſint; nec ſpuriæ Textu pulſæ.

Deinde obſeruandũ eſt, eas lectiones, pænè omnes, quas in margine Hentenius collocarat, quaſcumque eſſent, à nobis relictas & examinatas. Nam etſi earum multæ tolli merebantur: tamẽ, ad aliorum codicum emendationem, eas relinqui, & reiectionis ſigno notari, vtile videbatur. Quã ob cauſam quandoque lectiones nothæ, quæ multos atque etiam eos qui in pretio habentur codices occupant, à nobis ſunt additæ, at pleriſque earum quas adiecimus, veritatis probabilitas fuit.

Præterea animaduertendũ eſt, eas lectiones quæ Latinorum ſunt codicum, eodem cum Textu character expreſſas: eas verò, quæ ex Hebræis, Græcis, aut ſimilibus libris hauſtæ, in Latinis reperiri non potuerunt, minoribus typis excuſas, ne quis arbitretur vulgatam tranſlationem aut lectionem ad eum modum cenſeri emendandam.

Inſuper ſciendum eſt, non ſemper nobis fuiſſe curæ, augere manuſcriptorum numerum; quamquam id multis in locis iã factum ſit: neque enim ex eo cenſenda eſt lectio germana, quòd eã plura habeant manuſcripta. nam, etiã horum maior numerus meliorem ſæpenumero vincit. Frequenter nullum manuſcriptorum adiecimus numerum: quandoque, quòd lectiones eſſent ſatis obuiæ, tam in impreſſis quàm ſcriptis libris, quales ſunt omnes illæ quas D. Hentenius è Textu in marginem, nullo manuſcriptorũ addito numero, depulerat, quandoque, quòd certus numerus nobis eſſet ignotus, quippe quæ ex fide digniſſimorum Auctorum Annotationibus aut Commentariis acceperimus.

Adhæc notandũ eſt, Commentatores veteres nõ ſemper ad eum legiſſe modum quo habent adiuncti aut inſerti eorum Commentariis Textus. Hoc cùm ſæpiſſimè ex Textus cum commentariis collatione pateat; aliàs quoque, quando aut nullus commentarius Textui reſpondet, aut is qui verba Textus non exprimat, vel ad eum lecta modum oſtendat, coniicere licet. Quamobrem mirari non debet Lector, ſi nonnunquam eas lectiones videat non probatas, quibus ſignum Textus commentario Veteris adiuncti vel additũ eſt vel addi potuit.

His adiiciendũ eſt, cùm in margine notatur, quid pro Textu, hoc eſt, ea lectione quæ in Textu eſt,

faciat,

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

faciat, etsi plerumque non exprimantur, semper subaudiri Manuscripta; quandoquidem nihil in Textu legatur, quod in Manuscriptis non reperiatur.

Posthæc declaranda est signorum, quæ in huius editionis cùm textu tum margine occurrũt passim significatio. Eorum autẽ quædam in solo textu; alia in solo margine; nonnulla & in textu conspiciuntur & in margine.

l In solo textu occurrunt ista ⟦ quorum istud ⟦, duæ huiusmodi lineæ, eò vbi collocatæ sunt, referendum significant locum, qui ex alia scripturę parte citatur in margine.

Deniq. semicirculus huiusmodi', lectionis variæ terminum demonstrat

Et in Textu & in margine reperiuntur hæ *-»∴ Asteriscus siue stellula*, id cui in margine præponitur, in notatorũ exemplarium textu addi significat, eo loco vbi altera stellula collocata est.

Obelus siue veru-, in textu illis dictionibus præfigitur, quæ nõ inueniuntur in codicibus eodẽ veru in margine signatis.

⁘ Duæ huiusmodi propendentes virgulæ, id cui in margine præponuntur, haberi indicant in signatorum librorum textu, eius loco, quod eisdem in huius editionis textu notatum est.

⁖ Huiuscemodi tria punctula, illis dictionibus in margine præfiguntur, quæ annotata sunt ad earum ambiguitatem tollendã, quæ eisdem punctis in textu notatæ sunt.

Est autem monendum, concurrere quandoque lectiones plures, quæ eodem signo incipiant & semicirculis diuersis claudantur, vel è cõtra, diuersis inchoëntur signis & eodẽ terminentur semicirculo; tumque signorum & semicirculo, rum situm diligenter obseruandũ & ordinis lectionum in margine si generis eiusdem signis notata fuerint, rationem habendam.

Signa, quæ in solo conspiciantur margine plura sunt.

MS exemplaria Latina editionis vulgatæ Manuscripta, quorum ea est lectio cui addũtur, designat: atque horum numerus ferè adiungitur.

R lectionem illam cui adiicitur, ei consonare vulgatę editionis Textui qui in Bibliis Regiis est, indicat.

Rab. sic Rabanum legere, vel saltem textum commentariis eius adiunctum significat.

Sic Aug. ita Augustinum legere, aut saltem textum enarrationibus eius insertum, demonstrat. Simile est de aliis huiusmodi; quę vt paucis explicentur, Rad. Radulphum, Hier Hieronymum, B. Bedã, Greg. Gregorium, Hil. Hilarium, Amb. Ambrosium, Pr. Primasium denotat. Quòd si cuius ex his Patribus nomen paulò expressius positum fuerit, Raban Radul. Hierõ. Beda, Gregor. August. Hilar. Ambros. vel Primas. insinuatur, ex ipsis Patris commentariis colligi, sic ab eo lectum fuisse, quamuis, qui ipsis adiunctus est Scripturæ textus, aliter habeat.

H, lectionem cui apponitur, Hebræo textui, vel conformem esse, vel propius accedere, commonstrat.

G, idipsum de Græco textu Regiorum Bibliorum ostendit. Additur (Regiorum Bibliorum) nam si G q (quod est Græca quædam) posi um fuerit, indicatur, nõ Græco Regiorum Bibliorum textui, sed alius quibusdã exemplaribus Græcis illam consentire lectionem.

C, Paraphrasim Chaldaicã, quæ in Regio extat opere, pro illa facere lectione, signat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

s, Syriacum eiusdem operis textum, illi velle lectioni, notat.

MS q Manuscripta quædam sic legere significat. Non significat autem pauca esse, quæ hoc modo habeant manuscripta; sed hanc eorum, siue multa sint siue pauca, lectionem, minus esse probabilẽ, atq. alteri vel aliis postponendã; eiusmodi tamẽ, quæ non sit planè reiicienda.

o, quod apud Arithmeticos nota est nihili, docet eas quibus adiicitur Latinorum codicum lectiones (nõ enim nisi Latinorũ exemplariũ huiusmodi sunt lectiones, quãuis MS nõ addatur) exigui esse aut nullius momenti, ac ferè tales quæ meritò reiiciãtur & omittantur. Id autem silentio prætereundum non est, duo hæc postrema signa, nonnunquam esse confusa: nonnullas lectiones (MS q.) notatas, quæ (o) signari; nonnullas (o) signatas, quæ (MS q.) notari poterant. neque enim inter eiusdem pẽnè significationis notas (vtraque enim lectiones minus verisimiles ostenduntur) distinctio vsqueadeo exacta seruari potuit. Verùm, non sine diligentissima inquisitione, hæc collocata sunt signa: multoq. plus operæ, circa lectiones has, in codicibus & commentariis consulendis, quàm circa alias quascumque, positum est. Attamen, si ab aliis quippiam aut animaduersum fuerit, aut repertum, quod lectiones huiusmodi commendet, indicare, & in commune conferre, dignentur: sintque melioribus subiecta sententiis, quæ à nobis sunt iudicata.

Q.n. hoc est, Quære notationes, illas videlicet de quibus antè diximus: in eis enim reperies, quæ, cùm ad dignoscendam S. Scripturæ germanam lectionem faciant, in margine collocari minimè potuerunt. Sunt autem Notationes, iuxta librorum S. Scripturæ, capitumque & versuum ordinem, vt par erat, dispositæ. Itaq. quærendus est ipsius capitis ille versus, cuius lectioni Q.n. adiectum erat. Q.n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.

VIginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. nã & ipsi viginti duo elementa habẽt eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchũ Moysi totidẽ literis scriptitant, figuris tantùm & apicibus discrepantes. Certũq. est Esdram scribam, legisque doctorẽ, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc vtimur: cùm ad illud vsque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorũ characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum cẽsu, mysticè ostenditur. Et nomẽ Domini tetragrãmaton in quibusdam Græcis voluminibus, vsque hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi tricesimus sextus, & cẽtesimus decimus, & centesimus vndecimus, & centesimus decimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quãquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabero. Et Ieremiæ Lamẽtationes, & oratio eius, Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortẽ quis inueniet? iisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinq. literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia, medietates q. verborum, aliter fines. Vnde & quinq. à plerisque libri, duplices existimãtur, Samuel, Melachim, Dibrehaiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est, lamẽtationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elemẽta sunt, per quæ scribim⁹ Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana cõprehenditur: ita viginti duo volumina supputãtur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.

Prim⁹ apud eos Liber, vocatur בראשית Beresith: quẽ nos Genesin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle semoth qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaiicra, id est Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomiũ prænotatur. Hi sunt quinq. Libri Moysi, quos propriè תורה Thora, id est Legem appellant.

Secundum Propheratum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iehosua bin Nun dicitur.

Deinde subtexunt שפטים Sophetim, id est, Iudicũ librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus.

Quartus מלכים Melachim, id est, Regum, qui tertio & quarto Regũ volumine continetur.

Meliusque multo est מלכים Melachim, id est Regum, quàm ממלכות, id est, regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, est ישעיה Isaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, Liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur תרי עשר Thereasar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet.

Et primus Liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid: quem quinque incisionibus & vno Psalmorum volumine comprehendunt.

Tertius est שלמה Salomon, tres Libros habẽs: Prouerbia, quæ illi משלי Misle, id est, Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiasten, id est, קוהלת Coheleth.

Quintus, Canticum Canticorum, quẽ titulo שיר השירים Sir hassirim prænotant.

Sextus, est דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibrehaiamim, id est, verba dierũ: quod significantiùs, Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare. qui Liber apud nos Paralipoménon primus & secundus inscribitur.

Octauus, עזרא Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos Libros diuisus est.

Nonus, אסתר Esther.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Atque ita fiunt pariter Veteris Legis Libri viginti duo: id est, Moysi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli רות Ruth & קינות Cinóth inter Hagiographa scriptitent, & hos Libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscæ Legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor, seniorum Apocalypsis Ioannis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stãtibus coram quatuor animalibus oculatis antè & retro, id est in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamãtibus: Sãctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.

Hic Prologus scripturarũ quasi galeatum principiũ, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinũ, cõuenire potest; vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach Liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, nó sunt in canone. Machabæorũ primum Librum, Hebraicũ reperi. Secũdus, Græcus est: quod ex ipsa quoq. phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeant, obsecro te Lector, ne laborẽ meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisq. quod potest: alij aurum, argentũ, & lapides pretiosos; alij byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contẽptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species, Ecclesię præsentis futuræq. distinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardoremq. solis & iniuriã imbrium ea quæ viliora sunt prohibent.

EPISTOLA SANCTI HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBYTERVM DE OMNIBVS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS.

CAP. I. FRATER Ambrosius tua nihi munuscula perferens, lerulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iá fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam nó vtilitas rei familiaris: non præsentia tãtùm corporum, non subdola & palpãs adulatio. sed Dei timor, & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria trãsisse: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum & Archytam Tarentinũ, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusque doctrinam Academiæ Gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malẽs aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique cùm literas quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à piratis & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus & seruus: tamen quia philosophus, maior ementе se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentię fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandumque miraculum, vt vrbẽ tantam ingressi, aliud extra vrbẽ quærerent. Apollonius, siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue Philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latissimo Phison amne transmisso, peruẽnit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de motibus siderum, ac dierum cursu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriam, perrexit Aethiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimã Solis mensam videret in sabulo. Inuẽnit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiẽs, semper se melior fieret. scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.

Quid loquar de seculi hominibus? cùm Apostolus Paulus, vas electionis, & magister Gentium, qui de conscię

I I. Act. 9. 1 Cor. 13.

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

tiatanti in se hospitis loquebatur, an experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiamque lustratam ascenderit Ierosolymam, vt videret Petrum, & mansérit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gentium prædicator instruendus erat. Rursumque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito expoluerit Apostolis Euangeliũ, ne fortè in vacuũ curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Aeschines, cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eam habuerat, mirantibus cunctis atq. laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem?

Gal. 1.

Gal. 2.

III. Hæc non dico, quòd sit in me aliquid tale, quod vel possis à me audire, vel velis discere: sed quòd ardor tuus & discendi studium etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras consideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus: tamen virtute totum est quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi, & prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritalibus telis, postea diceret confidenter, Arma nostræ militiæ, non carnalia sunt: sed potentia Deo, ad destructionem munitionũ consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo, & parati subiugare omnem inobedientiam. Ad Timótheum scribit ab infantia sacris literis eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiã quoque in eo eligat scripturarum, Obtinentem, inquit, eum qui secundũ doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere.

Act. 22.

2 Cor. 10.

2 Tim. 3.

1 Tim. 4.

Tit. 1.

IIII. Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias Propheta, imò per Malachiam Dominus interrogauit sacerdotes Legem: in tantum sacerdotis officiũ est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoq. centesimo decimo octauo, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meę. Et in descriptione iusti viri, cùm eum Dauid arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, inter cæteras virtutes & hoc intulit, In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait iustos fulgere sicut stellas: & intelligentes, id est, doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatẽ vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia legis & scripturarum erat sanctarum armarium. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & miranturin Petro & Ioanne quomodo Legem sciant, cùm literas nõ didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, & erant, iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in tẽplo senes de quæstionibus Legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Nisi fortè rusticum Petrum, rusticum dicimus Iohãnem: quorum vterque dicere poterat, Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator: indoctus? & vnde illa vox obsecro, In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbũ: λόγος enim Græcè multa significat. nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusq. rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa, rectè intelligimus in Christo.

Act. 4.

Isa. 54.
Ioan. 6.
Luc. 2.
2 Cor. 11.

Ioan. 1.

V. Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdã (inquit) sapientiã sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera

Abd. 1.
Isa. 29.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sapientia perdet falsam sapientiam. & quanquam stultitia prædicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiã autẽ non seculi huius, nec principum seculi istius, qui destruuntur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus enim, Dei virtus, & Dei sapientia, hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni Psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei abscóditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & præfiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabãtur Videntes: quia videbant eum quem cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam cõtemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respõdebit tibi, Nõ possum, signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. In actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, imò vir (sic enim eum scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam Prophetam, interrogatus à Philippo, Putásne intelligis quæ legis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est, de extremis mundi finibus venit ad tẽplum: reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret literas sacras. Et tamẽ cũ librum teneret, & verba Dñi cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum quẽ in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus! Eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit. Hęc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sacris sine præuio, & monstrante semitã non posse ingredi.

Taceo de Grãmaticis, Rhetoribus, Philosophis, Geometris, Dialecticis, Musicis, Astronomis, Astrologis, Medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua, quàm manu administrãtur. Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarij quoque & fullones, & cæteri qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absq. doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicãt. Scribimus indocti doctique poëmata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hãc vniuersi præsumũt, lacerãt, docẽt antequã discant. Alij adducto supercilio, grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt, prô pudor, à feminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imò audacia differunt aliis quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus; qui si fortè ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suã, scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas: ac non sic etiã Maronẽ sine Christo possim⁹ dicere Christianum, quia scripserit, Iam redit & virgo, redeũt Saturnia regna, Iam noua Progenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad Filium, Nate meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce, Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum

VI.

Ioan. 8.
Ezech. 1.
Psal. 118.
Rom. 7.
2 Cor. 3.
Apoc. 5.
Isa. 29.
Apoc. 3.
Act. 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ludo similia docere quod ignores: imò, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

VII. *Genesis.* Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de cõfusione linguarũ & gentium, vsq ad exitum scribitur Hebræorum.

Exodus. Patet Exodus cum decẽ plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisq. præceptis.

Leuiticus. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ pęnè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta.

Numeri. Numeri verò, nónne totius Arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent?

Deuteronomium. Deuteronomium quoque secunda Lex, & Euangelicæ Legis pręfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusq Moyses, hucusq. Pẽtateuchus: quibus quinque verbis loqui se velle, Apostolus in Ecclesia gloriatur. *1 Cor. 14, 19.*

Iob. Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnesq. leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de cæteris sileã) resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestiùs, vel cautiùs scripserit. Scio (inquit) quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. *Cap. 19, 15.*

Iosue siue Iesus Naue Veniam ad Iesum Naue, qui typum Domini nõ solũm gestis, verum etiam nomine præfert. transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atq. confinia, Ecclesiæ cælestisque Ierusalem spiritualia regna describit.

Lib. Iudicum. Ruth. In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt.

Ruth Moabitis, Isaiæ expletvaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine dominatorem terrę, de petra deserti, ad montem filiæ Sion. *Isa. 16, 1.*

Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atq. Dauid, noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur. *Re*

Malachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat vsque ad Osee qui ductus est in Assyrios, regnũ Iudæ & regnũ describit Israël. Si historiã respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas, & hæreticorũ cõtra Ecclesiam bella narrãtur. *Reg. & Osee.*

Duodecim prophetæ in vnius voluminis angustias coartati, multo aliud quàm sonant in litera, præfigurãt.

Osee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, viri ad se reditum præstolari.

Ioel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: & post euersionẽ prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas, id est supercẽtum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui cẽtum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in Psalterio mysticè continentur. *Ioel. Act. 2. c.*

Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israël? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem, minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum vel adamantinum, & vncinum, pomorum attrahentem supplicia peccatoribus: & famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ: sed audiendi verbum Dei. *Amos.*

Abdias, qui interpretatur seruus Dei, pertonat contra Edom sanguinem terrenumque hominem, fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali. *Abdias.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ionas. Ionas pulcherrima columba naufragio ſuo paſſionem Domini prę figurás, mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue, Gentibus ſalutem nuntiat.

Michæas. Michæas de Moraſthi cohæres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis, & obſidionem ponit contra eam: quia maxillã percuſſerit iudicis Iſraël.

Nahum. Nahum conſolator orbis, increpat ciuitatem ſanguinum, & poſt euerſionem illius loquitur, Ecce ſuper montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc. Habacuc luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem, vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius. *Cap. 3, 3.*

Sophonias. Sophonias ſpeculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piſcium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia cõticuit omnis populus Chanáan, diſperierunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

Aggæus. Aggæus feſtiuus & lætus, qui ſeminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret: deſtructum templum ædificat, Deumque patrem inducit loquẽtem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus. *Cap. 2, 7.*

Zacharias. Zacharias memor Domini ſui, multiplex in prophetia, Ieſum veſtibus ſordidis indutum, & lapidem oculorum ſeptem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoque oliuas à ſiniſtris lampadis cernit & à dextris: vt poſt equos nigros, rufos, albos, & varios, & diſſipatas quadrigas ex Ephráim, & equum de Ieruſalem, pauperem regem vaticinetur & prædicet, ſedentem ſuper pullum filium aſinæ ſubiugalis.

Malachias *Cap. 1, 11.* Malachias apértè, & in fine omnium prophetarum, de abiectione Iſraël, & vocatione gentiũ, Non eſt mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dñs exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum, magnũ eſt nomẽ meum in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis poteſt vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, ſed Euangelium. *Iſaias.*

Secundus virgam nuceam, & ollam ſuccẽſam à facie Aquilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus, & quadruplex diuerſis metris nectit alphabetũ. *Ieremias.*

Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta nõ legãtur. *Ezechiel.*

Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporũ conſcius & totius mundi philoſophiſtor, lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubuertentem, claro ſermone pronuntiat. *Daniel.*

Dauid Simonides noſter, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem. *Dauid.*

Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam iungit, & Chriſtum, ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium. *Prouerb. Eccleſiaſt. Canticum.*

Eſther in Eccleſiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in poſteros. *Eſther.*

Paralipomenon liber, id eſt inſtrumenti veteris ἐπιτομὴ, tantus ac talis eſt, vt abſque illo ſi quis ſcientiam ſcripturarũ ſibi voluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iunctura sq. verborum, & prætermiſſæ in Regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæſtiones. *Paralipomenon.*

Eſdras & Nehemias, adiutor videlicet, & conſolator à Domino, in vnum volumen coartantur, inſtaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, & deſcriptio ſacerdotum, Leuitarum, Iſraëlis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorum ac turrium opera diuiſa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me ſcripturarum amore raptum, exceſſiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui. Audiuimus tantum quid noſſe, quid cupere debeamus, vt & nos quoque poſſimus dicere, Concupiuit anima mea deſide *Eſdras. Nehemias.* *Pſal.*

rare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterùm illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tãtum scio, quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum.

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes quadriga Domini, & verũ Cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & vbique volitantia, tenent se mutuò, sibíque perplexi sunt, & quasi rota in rota volũuntur, & pergunt quocunq. eos flatus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus Apostolus. Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias, octaua enim ad Hebræos, à pleriſque extra numerum ponitur. Timotheum instruit ac Titum, & Philémonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere.

Actus Apostolorum. Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesię infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorũ Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.

Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Iacobus, Pętrus, Ioannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in sententiis: vt rarus sit, qui non in earum cæcutiat lectione.

Apocalypsis Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere: nónne tibi videtur iam hîc in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretũ, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam cócionem facilius instruerent, & in vna eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorum radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor. Sedenti me præfero; magistrum renuẽs, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo. Obuiis te manibus excipiã, & (vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effotiam) quicquid quęsieris, tecũ scire conabor. Habes hic amãtissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referẽs honestatẽ morũ tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquij venustatẽ, etiam absq. illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funẽ magis præscinde, quàm solue. Nemo renuntiaturus seculo bene potest vẽdere quæ contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, etiã obolo indiget. Sic viuamus tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & vestitus diuitiæ Christianorũ sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende. Si non habes, proiice. Tollenti tunicã, & pallium relinquendum est. scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerunt. vidua duo æra misit in gazophylacium, & prętertur Crœsi diuitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

Matth. 9. Luc. 11.

VIII.

2 Cor. 6.

Matth. 5.

Matth. 4. Mar. 12. Luc. 21.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ORDO LIBRORVM
Veteris Testamenti.

Genesis . . . . . Pag. 1
Exodus 33
Leuiticus 53
Numeri 68
Deuteronomium 102
Iosue 125
Liber Iudicum 140
Ruth 156
Regum I. 158
Regum II. 176
Regum III. 198
Regum IIII. 218
Paralipoménon I. 238
Paralipoménon II. 256
Esdræ I. 278
Esdræ II. 285
Esdræ III. 294
Esdræ IIII. 304
Tobias 321
Iudith 327
Esther 355
Iob 343
Liber Psalmorum 360
Prouerbia Salomonis 407
Ecclesiastes 422
Canticum Canticorum 427
Liber Sapientiæ 429
Ecclesiasticus 439
Isaiæ Prophetia 464
Ieremiæ 494
Baruch 531
Ezechielis 536
Danielis 568
Osee 581
Ioelis 586
Amos 587
Abdiæ 591
Ionæ 591
Michææ 592
Nahum 595
Habacuc 596
Sophoniæ 597
Aggæi 599
Zachariæ 600
Malachiæ 605
Machabæorum I. 608
Machabæorum II. 626

ORDO LIBRORVM
Noui Testamenti.

Euangelium secũdum Matthæum 640
Euangelium secundum Marcum 660
Euangelium secundum Lucam 672
Euangelium secundum Ioannem 694
Acta Apostolorum 710
Pauli Epistola ad Romanos . . . 732
Ad Corinthios I. 740 II. . . 748
Ad Galatas 754
Ad Ephesios 757
Ad Philippenses 759
Ad Colossenses 761
Ad Thessalonicenses I. 763 II. . . 765
Ad Timótheum I. 766 II. . . 769
Ad Titum 770
Ad Philemonem 771
Ad Hebræos 772
Iacobi Epistola 778
Petri Epistola I. 780 . . II. . . . 783
Ioannis Epistolæ I. 784 II. 787 III. 787
Iudæ Epistola 787
Apocalypsis 788

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

LIBER GENESIS,

HEBRAICE BERESITH.

CAPVT I.

IN principio creauit 1
Deus cælum & terram. Terra autem 2
erat inanis & vacua,
& tenebræ erant super faciem abyssi: &
spiritus ℣ Domini' ferebatur super aquas.
Dixitque Deus, ‖ Fiat lux. Et facta 3
est lux. Et vidit Deus lucem quòd es- 4
set bona: & diuisit * lucem ℣ à tenebris'.
Appellauitque lucem diem, & tene- 5
bras noctem: factumque est vespere &
mane dies vnus. Dixit quoque Deus: 6
Fiat firmamentum in medio aquarum:
& diuidat aquas ab aquis. Et fecit 7
Deus firmamentum, diuisitque aquas
quæ erant sub firmamento, ab his ‖ quæ
erant super firmamentum. Et factū est
ita. Vocauitque Deus firmamentum, 8
cælum: & factum est vespere & mane
dies secundus. Dixit verò Deus, Con- 9
gregentur aquæ quę sub cęlo sunt, in lo-
cum vnum: & appareat arida. Et factū
est ita. Et vocauit Deus aridam, ter- 10
ram: congregationesque aquarum ap-
pellauit maria. Et vidit Deus quòd es-
set bonum: Et ait, Germinet terra her- 11
bam virentem, & ℣ facientem' semen, &
lignum pomiferum faciens fructum iu-
xta genus suum, cuius semen in semet-
ipso sit super terram. Et factum est ita.
Et protulit terra herbam virentem, & 12
facientem semen iuxta genus suum, li-
gnúmque faciens fructum, & habens
vnumquodque semẽtem secundùm spe-
ciẽ suam. Et vidit Deus quòd esset bo-
num. Et factum est vespere & mane 13
dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant 14
luminaria in firmamento cæli, & diuidãt
diem ac noctem: & sint ‖ in signa & tem-
pora, & dies & annos: ℣ Vt' luceant in 15
firmamento cæli, & illuminent terram.
Et factum est ita. Fecitque Deus duo 16
luminaria magna: luminare maius, vt
præesset diei: & luminare minus, vt prę-
esset nocti: & stellas. Et posuit eas * 17
in firmamento cæli, vt lucerẽt super ter-
ram: Et præessent diei ac nocti, & di- 18
uiderẽt lucem ac tenebras. Et vidit Deus
quòd esset bonum. Et factum est ve- 19
spere & mane dies quartus. Dixit etiã 20
Deus, Producant aquę reptile animę vi-
uentis, & volatile super terram sub fir-
mamento cæli. Creauitque Deus cete 21
grandia, & omnem animam viuentem
atque motabilem, quam ℣ produxerant'
aquæ in species suas, & omne volatile
secundùm genus suum. Et vidit Deus
quòd esset bonum. Benedixitque eis, 22
dicens: Crescite, & multiplicamini, &
replete aquas maris: auésque multipli-
23 centur super terram. Et factum est
24 vespere & mane dies quintus. Dixit
quoque Deus, Producat terra animam
viuentem in genere suo, iumenta, & re-
ptilia, & bestias terræ secundùm species
25 suas. Factumque est ita. Et fecit Deus
bestias terræ iuxta species suas, & iu-
menta & omne reptile terræ in genere
suo. Et vidit Deus quòd esset bonum.
26 Et ait: Faciamus hominem ad ‖ imaginem & similitudinem nostrã: & præsit
piscibus maris, & volatilibus cæli, & be-
stiis *, vniuersæque ℣ terræ', omnique
27 reptili quod mouetur in terra. Et crea-
uit Deus hominem ad ℣ imaginem ~ &
similitudinem' suam, ad imaginem Dei
creauit illum, ‖ masculum & feminam
28 creauit eos. Benedixitque illis Deus,
& ait: ‖ Crescite & multiplicamini, &
replete terram, & subiicite eam, & do-
minamini piscibus maris, & volatilibus
cæli, & vniuersis animantibus quæ mo-
29 uentur super terram. Dixitque Deus,
Ecce dedi vobis omnem herbam affe-
rentem semen super terram, & vniuersa
ligna quæ habent in semetipsis sementẽ
30 generis sui, ‖ vt sint vobis in escam: &
cunctis animantibus terræ, omnique vo-
lucri cæli, & vniuersis quæ mouentur
in terra, & in quibus est anima viuens,
vt habeant ad vescendum. Et factum
31 est ita. ‖ Viditque Deus cuncta quæ
fecerat: & erant valde bona. Et factum
est vespere & mane dies sextus.

CAP. II.

1 IGitur perfecti sunt cæli & terra, &
2 omnis ornatus eorum. Compleuit-
que Deus die septimo opus suum quod
fecerat: & ‖ requieuit die septimo ab
3 vniuerso opere * quod patrarat. Et
benedixit * diei septimo, & sanctificauit
illum: quia in ipso cessauerat ab omni
opere suo quod creauit Deus vt faceret.
4 Istæ sunt generationes cæli & terræ,
quando creatæ sunt, in die quo fecit
5 Dominus Deus cælum & terram: Et
omne virgultum agri antequã oriretur
in terra, omnémque herbam regionis
priusquàm germinaret: non enim plue-
rat Dominus Deus super terram, & ho-
mo non erat qui operaretur ℣ terram':
6 Sed fons ascendebat è terra, irrigans
7 vniuersam superficiem terræ. Formauit igitur Dominus Deus hominem de
limo terræ, & inspirauit in faciem eius
spiraculum vitæ, & ‖ factus est homo
8 in animam viuẽtem. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio: in quo posuit homi-
9 nem quem formauerat. Produxitque
Dominus Deus de humo omne lignum

*Col.*3,10. *Infr.*5.1. 9.6. 1.Co.11, 7.
℣ terræ MS q.
℣ creaturæ MS q*.
*Sap.*2,23.
~ 21 MS. R.Rab.H. C.G.
*Mat.*19,4. *Ecc.*17,1. *Inf.*8,17. 9,1.
*Infr.*9,3.
*Exod.*31, 17. *Ec.*39,21. *Mar.*7,37
*Exod.*20, 11.31,17. *Deu.*5,14. *Heb.*4,4.
* suo 2 MS. Rab. H.C.G.
* Deus 1 MS. H.C. G.
℣ eam 3 MS.G.
1.*Cor.*15, 45.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali. Et 10
fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni 11
Eccl. 24. 35 ‖ Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnẽ terram Heuilath, vbi naſcitur aurum: Et 12
aurum terræ illius optimum eſt, ibique inuenitur bdellium, & lapis onychinus.
Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe 13
eſt qui circumit omnẽ terrã Aethiopiæ.
Nomen verò fluminis tertij, Tigris: 14
ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates. Tulit 15
ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eũ in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum: Præcepit- 16
que ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autẽ ſcientiæ boni 17
& mali ne comedas. In quocumq; enim die comederis ex eo, morte morieris.
Dixit quoque Dominus Deus, Non eſt 18
bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Formatis- 19
igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitque Adam 20
nominibus ſuis cuncta animãtia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Immiſit ergo Domi- 21
nus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit 22
1. Cor. 11. 9. Dominus Deus cuſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: ‖ Hoc nunc, 23
Mat. 19. 5. Mar. 10. 7. os ex oſsibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur *'virago', quoniam de *'viro' ſumpta eſt. ‖ Quamobrem re- 24
*: iſſa *: is. Ep. 5. 31. linquet homo patrem ſuũ, & matrem *, & adhærebit vxori ſuæ: ‖ & erunt duo in carne vna. Erat autem vterque nu- 25
* ſuam 7 MS. H. C. dus, Adam ſcilicet & vxor eius: ‖ & non' erubeſcebant.
1. Cor. 6. 16 ‖ nec 3 MS.

CAPVT III.

SEd & ſerpens erat callidior cunctis 1
animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non cõederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpõ- 2
dit mulier, De fructu lignorũ quæ ſunt in paradiſo veſcimur: de fructu verò 3
ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur.
Dixit autem ſerpens ad mulierem: 4
2 Cor. 11. 3 ‖ Nequaquam morte moriemini. Scit 5
enim Deus quòd in quocunque die cõederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij ſcientes bonũ & malum.
Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet 6
lignum ad veſcendum, & pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & ‖ comedit: deditque viro 7
ſuo, qui comẽdit: Et aperti ſunt oculi amborum: cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerũt 8
ſibi perizomata. Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius a facie Domi- 9
ni Dei in medio ligni paradiſi. Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit 10
ei, Vbi es? Qui ait: Vocem tuam *audiui in paradiſo: & timui, eo quòd nudus 11
eſſem, & abſcondi me. Cui dixit Dominus': Quis enim indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedi- 12
diſti? Dixitque Adam: Mulier quam dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad 13
mulierem, Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens decepit me, & comedi.
Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: 14
Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradiêris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimici- 15
tias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ‖ ipſa' cõteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo
eius. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: 16
in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ‖ ipſe dominabitur tui. Adæ verò dixit: Quia audiſti vocem vxoris 17
tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes
ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas 18
& tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore vultus tui ve- 19
ſcêris pane tuo', donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuertêris. Et vo- 20
cauit Adam nomen vxoris ſuæ, Heua: eò quòd mater eſſet cunctorum viuentium. Fecit quoq; Dominus Deus Adæ 21
& vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam quaſi vnus ex 22
nobis factus eſt, ſciens bonũ & malum. nũc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. ‖ Emiſit' eũ 23
Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus
eſt. Eiecitque Adam: & collocauit ante 24
paradiſum voluptatis cherubim, & flãmeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

CAP. IIII.

ADam verò cognouit vxorem ſuam 1
Heuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens: *Poſſedi' hominem per
Deum'. Rurſumque peperit fratrem 2
eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouiũ,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& Cain agricola. Factum est autem 3
post multos dies vt offerret Cain de
fructibus terræ munera Domino. Abel 4
quoque obtulit de primogenitis gregis
sui, & de adipibus eorum: & respexit
Dominus ad Abel, & ad munera eius.
Ad Cain autem, & ad munera illius 5
non respexit: iratusque est Cain vehe-
menter, & concidit vultus eius. Dixitq; 6
Dominus ad eũ: Quare iratus es? & cur
cõcidit facies tua? Nonne si bene ege- 7
ris, recipies: sin autẽ malè, statim in fo-
rib. peccatũ ~ tuũ' aderit? sed sub te erit
appetitus eius, & tu dominaberis illius.
Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: 8
~ Egrediamur foras'. Cumque essent in
agro, consurrexit Cain aduersus fratrem
suum Abel, & ‖ interfecit eum. Et ait 9
Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater
tuus? Qui respondit, Nescio: numquid
custos fratris mei sum ego? Dixitque 10
ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fra-
tris tui clamat ad me de terra. Nunc 11
igitur maledictus eris super terram: quæ
aperuit os suum, & suscepit sanguinem
fratris tui de manu tua. Cùm operatus 12
fueris eam, non dabit tibi fructus suos:
vagus & profugus eris super terram.
Dixitque Cain ad Dominum, Maior 13
est iniquitas mea, quàm vt veniam me-
rear. Ecce eicis me hodie à facie ter- 14
ræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus
& profugus in terra: omnis igitur qui
inuenerit me, occidet me. Dixitque ei 15
Dominus: Nequaquam ita fiet: sed om-
nis qui occiderit Cain, septuplum pu-
nietur. Posuitque Dominus in Cain si-
gnum, vt non interficeret eũ omnis qui
inuenisset eum. Egressusque Cain à fa- 16
cie Domini, habitauit profugus in terra
ad orientalem plagam Eden. ‡ Cognouit 17
autem Cain vxorem suam; quæ concepit,
& peperit Henoch: & ædificauit ci-
uitatem, vocauitque nomen eius ex no-
mine filij sui, Henoch. Porrò Henoch 18
genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, &
Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael
genuit Lamech. Qui accepit duas 19
vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri
Sella. Genuitque Ada Iabel, qui fuit 20
pater habitantium in tentoriis, atq; pa-
storum. Et nomen fratris eius Iubal: 21
ipse fuit pater canentium cithara & or-
gano. Sella quoque genuit Tubalcain, 22
qui fuit malleator & faber in cũcta ope-
ra æris & ferri. Soror verò Tubalcain,
Noëma. Dixitque Lamech vxoribus 23
suis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam
vxores Lamech, auscultate sermonem
meum: quoniam occidi virũ in vulnus
meum, & adolescentulum in liuorem
meum. Septuplum vltio dabitur de 24
Cain: de Lamech verò septuagies sep-
tiés. Cognouit quoque adhuc Adam 25
vxorem suam: & peperit filium, voca-
uitque nomen eius Seth: dicẽs, ~ Posuit'

~ 12. MS. R. H.

~ Rab. H. C. Q. n.
Sap. 10. 3.
Mr. 23. 35.
1. Io. 3. 12.
Ind. 1. 11.

~ Seth

mihi Deus semen aliud pro Abel, quem
26 occidit Cain. Sed & Seth natus est
filius, quem vocauit Enos. iste cœpit in-
uocare nomen Domini.

CAP. V.

1 HIc est liber generationis Adam. In
die qua creauit Deus hominem,
‖ ad similitudinem Dei fecit illum.
2 Masculum & feminam creauit eos: &
benedixit illis: & vocauit nomen eorum
3 Adam, in die quo creati sunt. Vixit
autem Adam centum triginta annis: &
genuit ~ filium' ad ~ imaginem & simi-
litudinem' suam, vocauitque nomen
4 eius Seth. Et facti sunt dies ‖ Adam
postquam genuit Seth, octingenti anni:
5 genuitque filios & filias. Et factum est
omne tempus quod vixit Adam, anni
6 nongenti triginta, & mortuus est. Vi-
xit quoque Seth centum quinque annis,
7 & genuit Enos. Vixitque Seth po t-
quam genuit Enos, octingentis septem
8 annis, genuitque filios & filias. Et fa-
cti sunt omnes dies Seth nongentorum
duodecim annorum, & mortuus est.
9 Vixit verò Enos nonaginta annis, &
10 genuit Cainan. Post cuius ortum vixit
octingentis quindecim annis, & genuit
11 filios & filias. Factique sunt omnes
dies Enos nongenti quinque anni, &
12 mortuus est. Vixit quoque Cainan
septuaginta annis, & genuit Malaleel.
13 Et vixit Cainan postquam genuit Ma-
laleel, octingentis quadraginta annis,
14 genuitque filios & filias. Et facti sunt
omnes dies Cainan nongenti decem
15 anni, & mortuus est. Vixit autem Ma-
laleel sexaginta quinq; annis, & genuit
16 Iared. Et vixit Malaleel postquam
genuit Iared, octingentis triginta annis:
17 & genuit filios & filias. Et facti sunt
omnes dies Malaleel octingenti nona-
18 ginta quinque anni, & mortuus est. Vi-
xitque Iared centum sexaginta duo-
19 bus annis, & genuit Henoch. Et vixit
Iared postquam genuit Henoch, octin-
gentis annis, & genuit filios & filias.
20 Et facti sunt omnes dies Iared nongẽti
sexaginta duo anni, & mortuus est.
21 Porrò Henoch vixit sexaginta quin-
22 que annis, & genuit Mathusalam. Et
ambulauit Henoch cum Deo: & vixit
Henoch postquam genuit Mathusalam,
trecentis annis, & genuit filios & filias.
23 Et facti sunt omnes dies Henoch tre-
24 centi sexaginta quinque anni. Ambu-
lauitque cum Deo, & non apparuit: quia
25 tulit eum Deus. Vixit quoque Mathu-
sala centum octoginta septem annis, &
26 genuit Lamech. Et vixit Mathusala
postquam genuit Lamech, septingentis
octoginta duobus annis, & genuit filios
27 & filias. Et facti sunt omnes dies Ma-
thusalæ nongenti sexagintanouem anni,
28 & mortuus est. Vixit autem Lamech
centum octoginta duobus annis, & ge-

Sap. 2. 24.
Ecc. 17. 1.
Sup. 1. 28.
Infr. 9. 6.

~ 8. MS. Rab. Id. C. G.
~ similitudinem & imaginẽ s. MS. Rab. H. C. G.
1. Pa. 1. 1.

Ecc. 44. 15
Heb. 11. 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nuit filium: Vocauitq. nomẽ eius Noë, 29
dicẽs: Iſte conſolabitur nos ab operibus
& laboribus manuũ noſtrarũ in terra cui
maledixit Dominus. Vixitq; Lamech, 30
poſtquã genuit Noë, quingẽtis nonagin-
taquinq. annis, & genuit filios & filias.
Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſe- 31
ptingẽti ſeptuaginta ſeptẽ anni, & mor-
tuus eſt. Noë verò cùm quingentorum
eſſet annorum, genuit Sem, Cham, &
Iapheth. CAP. VI.
CVmque cœpiſſent homines multi- 1
plicari ſuper terram, & filias pro-
creaſſent: Videntes filij Dei filias ho- 2
minum quòd eſſent pulchræ, acceperunt
ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.
Dixitque ¶ Deus': Non permanebit 3
ſpiritus meus in homine in æternum,
quia caro eſt: eruntq; dies illius centum
viginti annorum. Gigantes autem erãt 4
ſuper terram in diebus illis. poſtquam
enim ingreſsi ſunt filij Dei ad filias ho-
minum, illæque genuerunt, iſti ſunt po-
tentes à ſeculo viri famoſi. Videns 5
autem Deus quòd multa malitia homi-
num eſſet in terra, & cuncta cogitatio
cordis intenta eſſet ad malum omni tẽ-
pore, pœnituit eum quòd hominem 6
feciſſet in terra. ← Et præcauens in futu-
rum', & tactus dolore cordis intrinſecus,
‖ Delebo, inquit, hominem quem crea- 7
ui, à facie terræ, ab homine viq; ad ani-
mantia, à reptili vſque ad volucres cæli.
pœnitet enim me feciſſe eos. Noë verò 8
inuenit gratiam coram Domino. Hæ 9
ſunt generationes Noë: ‖ Noë vir iuſtus
atque perfectus fuit in generationibus
ſuis, cum Deo ambulauit: Et genuit 10
tres filios, Sem, Chã, & Iapheth. Cor- 11
rupta eſt autem terra coram Deo, & re-
pleta eſt iniquitate. Cumque vidiſſet 12
Deus terram eſſe corruptã (omnis quip-
pè caro corruperat viam ſuam ſuper
terram) dixit ad Noë, Finis vniuerſæ 13
carnis venit coram me: repleta eſt terra
iniquitate à facie eorum, & ego diſper-
dam eos cum terra. Fac tibi arcam 14
de lignis læuigatis: manſiunculas in arca
facies, & bitumine linies intrinſecus &
extrinſecus. Et ſic facies eam: Trecen- 15
torum cubitorum erit longitudo arcæ,
quinquaginta cubitorũ latitudo, & tri-
ginta cubitorum altitudo illius. Fe- 16
neſtram in arca facies, & in cubito con-
ſummabis ſummitatem eius: oſtiũ au-
tem arcæ pones ex latere: deorſum, cœ-
nacula, & triſtega facies in ea. Ecce ego 17
adducam aquas diluuij ſuper terram, vt
interficiam omnem carnem in qua ſpi-
ritus vitæ eſt ſubter cælum, & vniuerſa
quæ in terra ſunt, conſumentur. Po- 18
namque fœdus meum tecum: & ingre-
dieris arcam tu & filij tui, vxor tua, &
vxores filiorum tuorum tecum. Et ex 19
cunctis animantibus vniuerſæ carnis bi-
na induces in arcam, vt viuant tecum:
20 maſculini ſexus & fœminini. De volu-
cribus iuxta genus ſuũ, & de iumentis in
genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſe-
cundum genus ſuum: bina de omnibus
ingredientur tecum, vt poſſint viuere.
21 Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis
quæ mandi poſſunt, & cõportabis apud
te: & erũt tam tibi, quàm illis in eſcam.
22 Fecit igitur Noë omnia quæ præceper- Heb. 11.
rat illi Deus. CAP. VII.
1 DIxitque Dominus ad eum, Ingre- 2. Pet. 2.
dere tu & omnis domus tua in ar-
cam: ‖ te enim vidi iuſtum coram me
2 in generatione hac. Ex omnibus ani-
mantibus mundis tolles ſeptena & ſe-
ptena, maſculum & fœminam: de ani-
mantibus verò immundis duo & duo,
3 maſculũ & fœminã. Sed & de volatili-
bus cæli ſeptena & ſeptena, maſculum
& fœminam: vt ſaluetur ſemẽ ſuper fa-
4 ciem vniuerſæ terræ. Adhuc enim, &
poſt dies ſeptẽ ego pluam ſuper terram
quadraginta diebus & quadraginta no-
ctibus: & delebo omnem ſubſtantiam
5 quam feci, de ſuperficie terræ. Fecit er-
go Noë omnia quæ mandauerat ei Do-
6 minus. Eratq. ſexcentorum annorum
quando diluuij aquæ inundauerunt ſu-
7 per terram. Et ‖ ingreſſus eſt Noë & filij Mt. 24.
eius, vxor eius & vxores filiorum eius Luc. 17.
cum eo in arcam propter aquas diluuij. 1. Pet.
8 De animantibus quoq; mundis & im-
mundis, & de volucribus, & ex omni
9 quod mouetur ſuper terram, duo &
duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam, ma-
ſculus & fœmina, ſicut præceperat Do-
10 minus Noë. Cumque tranſiſſent ſe-
ptem dies, aquæ diluuij inundauerunt
11 ſuper terram. Anno ſexcenteſimo vitæ
Noë, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die
menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi
magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt:
12 & facta eſt pluuia ſuper terram qua-
draginta diebus & quadraginta nocti-
13 bus. In articulo diei illius ingreſſus eſt
Noë, & Sem, & Cham, & Iapheth filii *tres
eius: & vxor illius, & * vxores filiorum R. H.
14 eius cum eis in arcam: ipſi & omne
animal ſecundum genus ſuum, vniuer-
ſaque iumenta in genere ſuo, & omne
quod mouetur ſuper terram in genere
ſuo, cunctumque volatile ſecundum ge-
nus ſuum, vniuerſæ aues omneſq; vo-
15 lucres, ingreſſæ ſunt ad Noë in arcã,
bina & bina ex omni carne, in qua erat
16 ſpiritus vitæ. Et quæ ingreſſa ſunt,
maſculus & fœmina ex omni carne in-
troierunt, ſicut præceperat ei Deus: &
17 incluſit eum Dominus deforis. Fa-
ctumque eſt diluuium quadraginta die-
bus *ſuper terram: & multiplicatæ ſunt
aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime
18 à terra. Vehemẽter enim inundauerũt:
& omnia repleuerũt in ſuperficie terræ:
19 porrò arca ferebatur ſuper aquas. Et
aquæ præualuerũt nimis *ſuper terram:

¶ Dominus MS. R. H. C. ¶ Dominus Deus G.

→ 2. MS. R. Rab. H. C. G.

Inf. 8, 21. Mat. 15, 19.

Ecc. 44, 17

oper-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opertiq́ue sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaq́ue est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrū, animantium, bestiarum omniumq́ue reptilium quæ reptant super terrā. Vniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculū vitæ est in terra, mortua sunt.

Et deleuit *omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli; & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca.

Obtinuerunt q; aquæ terram centum quinquaginta diebus. CAP. VIII.

RE cordatus autē Deus Noë, cunctorumq́ue animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cęli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cęlo. Reuersæq́ue sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. Requieuitq́ue arca mense septimo vicesimoseptimo die mēsis super montes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decrescebant vsq; ad decimum mensem: decimo ‖ enim' mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina mōtium. Cumq; transissent quadraginta dies, aperiēs Noë fenestram arcæ quam fecerat, dimisit corvum: qui egrediebatur, & -non' reuertebatur, donec siccarētur aquæ super terram. Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquæ enim erant super vniuersam terram: extenditq́ue manum suam & apprehēsam intulit in arcam. Expectatis autem vltrà septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eū ad vesperam, portans ramū oliuæ virētibus foliis in ore suo. intellexit ergo Noë quòd cessassent aquæ super terrā. Expectauitq́; nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno primo mēse prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noë tectum arcæ, aspexit, viditq; quòd exiccata essēt superficies terræ. Mense secundo, septimo & vicesimo die mēsis arefacta est terra. Locutus est autem Deus ad Noë, dicens: Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorū tuorum tecum. Cuncta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus quā in bestiis & vniuersis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: ‖ crescite & multiplicamini super eam.

18 Egressus est ergo Noë & filij eius: vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo.
19 Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quæ reptant super terram secūdum genus suum, egressa sunt de arca.
20 Aedificauit autem Noë altare Domino; & tollens de cūctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.
21 Odoratusq́ue est Dominus odorē suauitatis, & ait ad eum: Nequaquā vltrà maledicam terræ propter homines: ‖ sensus enim & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiam ‖ omnē animā - viuentē' sicut feci. Cūctis dieb. terræ, semētis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies nō requiescent. CAP. IX.

1 BEnedixitq́; Deus Noë & filiis eius. Et dixit ad eos: ‖ Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et ter-
2 ror vester ac tremor sit super cūcta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouētur super terrā: omnes pisces maris manui vestræ
3 traditi sunt. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera
4 virētia tradidi vobis omnia. Excepto, quòd carnem cū sanguine nō cōedetis.
5 Sanguinem enim animarū vestrarum requiram de manu cunctarū bestiarum: & de manu hominis, de manu viri, - &' - de manu' fratris eius requirā animam
6 hominis. Quicunq; ‖ effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ‖ ad imaginē quippe Dei factus est homo. ‖ Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, &
8 implete eam. Hæc quoque dixit Deus
9 ad Noë, & ad filios eius cū eo: Ecce ego statuā pactum meū vobiscū, & cum semine vestro post vos: & ad omnē animam viuentem quæ est vobiscū tam in
10 volucribus quā in iumētis & pecudibus terræ, cunctisq́. quæ egressa sunt de arca,
11 & vniuersis bestiis terræ. ‖ Statuā pactum meum vobiscū, & nequaquā vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuiū dissipans*
12 terrā. Dixitq́. Deus: Hoc est signū fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnē animā viuentē quæ est vobiscū in
13 generationes sempiternas: Arcum meū ponā in nubibus, & erit signum fœderis
14 inter me & inter terrā. Cumq́. obduxero nubibus cælum, apparebit arcus
15 meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiscū, & cū omni anima viuente quæ carnē vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vniuersam carnē. Eritq́. arcus - meus' in nubibus, & videbo illū, & recordabor fœderis sempiterni quod pactū est inter Deū & *omnē animā viuentē vniuersę carnis
17 quæ est super terram. Dixitq́ue Deus ad Noë: Hoc ‖ est' signum fœderis quod

Sup. 6. 5. Mat. 15. 19
*omnem animantem 6 MS. *homine viuens. H. C. * omnem carnem viuentem. G. - 6.
Sup. 1. 28. 8. 17.
Sup. 1. 29.
Leu. 17. 14.
- 1 MS. H. C. G.
- 16 MS. Rab. H. C. G.
Mat. 26, 52 Apoc. 13. 10
Sup. 1. 28. 8. 17.
Isa. 54. 9.
* omnem MS. G.
Eccl. 43. 12.
- 1 MS. R. H. C.
* inter 8 MS. H. C. G.
* erit MS. 9.

Sup. 1. Inf. 9. 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

constitui inter me & *omnẽ carnẽ super
terram. Erant ergo filij Noë qui egressi 18
sunt de arca, Sem, Chã, & Iaphet: porrò
Cham ipse est pater Chanáan. Tres isti 19
filij sunt Noë: & ab his disseminatũ est
omne genus hominum super vniuersam
terrã. Cœpitq. Noë vir agricola exer- 20
cere terrã, & plantauit vineã. Bibénsq. 21
vinũ inebriatus est, & nudatus *in taber-
naculo suo. Quod cùm vidisset Cham 22
pater Chanáan, verẽda scilicet patris sui
esse nudata, nuntiauit duobus fratribus
suis foras. At vero Sem & Iaphet pal- 23
lium imposuerunt humeris suis, & ince-
dentes retrorsum, operuerũt verenda pa-
tris sui: faciésq. eorum auersæ erant, &
patris virilia nõ viderunt. Euigilãs au- 24
tem Noë ex vino, cùm didicisset que fe-
cerat ei filius suus minor, ait: Maledi- 25
ctus *Chanáan, seruus seruorũ erit fratri-
bus suis. Dixitque: Benedictus Dñs 26
Deus Sem, sit Chanáã seruus ei⁹. ℣Di- 27
latet' Deus Iapheth, & habitet in taber-
naculis Sem, sitq. Chanáan seruus eius.
Vixit autẽ Noë post diluuiũ trecentis 28
quinquaginta annis: & impleti sunt 29
omnes dies eius nongentorum quinqua-
ginta annorum: & mortuus est.

* iuter 3 MS. H. G.
* iacuit MS q. Rab.
* puer MS q.
℣ iapht

CAP. X.

HAe ~ sunt' generationes ~ filiorum' 1
Noë; Sem, Cham, & Iapheth: nati-
que sunt eis filij post diluuiũ. Filij Ia- 2
phet: Gomer, & Magog, & Madai, & Ia-
uan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras.
Porrò filij Gomer: Ascenez & Riphath, 3
& Thogorma. Filij autẽ Iauan: Elisa & 4
Tharsis, Cethim & Dodanim. Ab his 5
diuisæ sunt insulæ gentiũ in regionibus
suis, ‖vnusquisque' secundum linguam
~ suam' & familias suas in nationibus
suis. Filij autẽ Chã: Chus, & Mesraim, 6
& Phut, & Chanáan. Filij autẽ Chus: 7
Saba, *Heuila, & Sabatha, & Regma, &
Sabathacha. Filij Regma: Saba, & Da-
dan. Porrò Chus genuit Nemrod: ipse 8
cœpit esse potẽs in terra, & erat robu- 9
stus venator corã Dño. ‖ab hoc' exiuit
prouerbiũ, Quasi Nemrod robustus ve-
nator corã Dño. Fuit autẽ principium 10
regni eius Babylõ, & Arach, & Achad, &
Chalánne in terra Sennaar. De terra 11
illa egressus est Assur, & ædificauit Ni-
niuen, & plateas ciuitatis, & Chale.
Reien quoq. inter Niniuen & Chale: 12
hæc est ciuitas magna. At verò Mesráim 13
genuit Ludim, & Anamim, & Laabim,
& Nephthuim, & Phetrusim, & Cha- 14
sluim: de quibus egressi sunt Philisthim
& Caphtorim. Chanáan autem genuit 15
Sidõnẽ primogenitũ suũ, Hethæũ, & 16
Iebusæũ, & Amorrhæũ, & Gergesæum,
& Heuæum, & Aracæum, Sinæum, 17
& Aradiũ, Samaræum & Hamathæũ: 18
& per hos disseminati sunt populi Cha-
naneæorũ. Factiq. sunt termini Chanáã 19
venientibus à Sidõne Geraram vsque ad
Gazam, donec ingrediaris Sodomam, &
Gomorrhã, & Adamã, & Seboim vsque
20 Lasa. Hi sunt filij Cham in cognatio-
nibus, & linguis, & generationibus, ter-
21 risq. & gentibus suis. De Sem quoque
nati sunt, patre omniũ filiorum Heber,
22 fratre Iapheth maiore. Filij Sem. Aelã I.Par.1.
& Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.
23 Filij Aram: Hus & Hul, & Gether, &
24 Mes. At verò Arphaxad genuit Sale, de
25 quo ortus est Heber. Natiq. sunt He-
ber filij duo: nomẽ vni Phaleg, eò quòd
in diebus eius ℣diuisa sit' terra: & nomẽ ℣aiphle
26 fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit
Elmodad & Saleph, & Asarmoth, Iare,
27 & Adoram, & Vzal, & Decla,
28 & Hebal, & Abimaël, Saba,
29 & Ophir, & Heuila & Iobab. omnes
30 isti, filij Iectan. Et facta est habitatio
eorũ de Messa pergentibus vsq. Sephar
31 montẽ orientalẽ. Isti sunt filij Sem se-
cundùm cognationes & linguas, & re-
32 giones in gẽtibus suis. Hę familiæ Noë
iuxta populos & nationes suas. Ab his
diuisæ sunt gentes in terra post diluuiũ.

~5 MS. R. H.C.G. ~ o. I.Par.1.5.
‖vir Rab. H.C. ~ 9 MS.R.G. at contradicunt Rab. H.C. *& 12 MS. Rab. H.C.G. ‖ ob hoc 5. MS. H,C. G.

CAP. XI.

1 ERat autẽ terra labij vnius, & sermo- Sap.10.
2 nũ eorundẽ. Cùmq. proficiscerentur de oriente, inuenerunt campũ in ter-
3 ra Sennaar, & habitauerunt in eo. Di-
xitq. alter ad proximũ suũ, Venite, fa-
ciamus *lateres, & coquamus eos igni. * nobis
Habueruntq. lateres pro saxis, & bitu- MS q.
4 men pro cemento: & dixerunt, Venite,
faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius
culmen pertingat ad cẽlũ: & celebremus
nomẽ nostrũ antequã diuidamur in vni-
5 uersas terras. Descendit autem Dñs vt
videret ciuitatẽ & turrẽ quam ædifica-
6 bant filij Adam, & dixit: Ecce, vnus est
populus, & vnũ est labiũ omnibus: cœ-
perúntq. hoc facere, nec desistent à co-
gitationibus suis, donec eas opere com-
7 pleant. Venite igitur, descendamus, &
confundamus ibi linguã eorũ, vt nõ au-
8 diat vnusquisq. vocẽ proximi sui. Atq.
ita diuisit eos Dñs ex illo loco in vni-
uersas terras, & cessauerunt ædificare ci-
9 uitatẽ. Et idcirco vocatum est nomen
eius ℣Babel, quia ibi confusum est labiũ ℣ Balal
vniuersæ terræ; & inde dispersit eos Dñs
10 super faciẽ cunctarum regionum. Hæ
~ sunt' generationes Sem: ‖Sem erat cẽ- ~ 6. MS.R. C.G.
tum annorũ quando genuit Arphaxad, I.Par.1.17
11 biennio post diluuium. Vixitque Sem
postquam genuit Arphaxad, quingentis
12 annis: & genuit filios & filias. ‖Porro ‖ Q.n.
Arphaxad' vixit trigintaquinque annis,
13 & genuit Sale. Vixitq. Arphaxad post-
quam genuit Sale, ‖trecẽtis' tribus annis: ‖quadrin-
14 & genuit filios & filias. Sale quoque gentis f. MS.H.C
vixit triginta annis, & genuit Heber.
15 Vixitq. Sale postquàm genuit Heber,
quadringentis tribus annis: & genuit fi-
16 lios & filias. Vixit autẽ Heber triginta
17 quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Heber postquàm genuit Phaleg, quadringẽtis triginta annis: & genuit filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta 18
annis, & genuit Reu. Vixítque Phaleg 19
postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. Vixit au- 20
tem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu postquam ge- 21
nuit Sarug, ducentis septẽ annis: & genuit filios & filias. Vixit verò Sarug 22
triginta annis, & genuit Nachor. Vi- 23
xítque Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias.
Vixit autẽ Nachor vigintinouẽ annis, 24
& genuit Thare. Vixítq. Nachor post- 25
quam genuit Thare, centũ decẽ & nouẽ annis & genuit filios & filias. Vixitq. 26
Thare septuaginta annis: ‖ & genuit Abram & Nachor, & Aran. Hæ sunt au- 27
tem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuúsque est Aran ante 28
Thare patrẽ suũ, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorũ. Duxerũt autẽ Abrã 29
& Nachor vxores: nomẽ vxoris Abrã, Sarái: & nomẽ vxoris Nachor, Melcha filia Arã patris Melchæ, & patris Iescha.
Erat autem Sarái sterilis, nec habebat 30
liberos. ‖ Tulit itaque Thare Abrã filiũ 31
suum, & Lot filium Aran filiũ filij sui, & Sarái nurũ suã, vxorem Abrã filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorũ, vt irent in terram Chanáan: venerúntque vsque Haran, & habitauerũt ibi. Et facti sunt 32
dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

CAP. XII.

DIxit autẽ Dñs ad Abram: Egredere 1
de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quã monstrauero tibi. Faciámque te in 2
gentẽ magnã, & benedicam tibi, & magnificabo nomẽ tuũ, eritque benedictus.
Benedicã benedicentibus tibi, & ma- 3
ledicã maledicẽtibus tibi, atq. ‖ IN TE benedicẽtur vniuersæ cognationes terræ.
Egressus est itaq. Abram sicut præce- 4
perat ei Dominus, & iuit cũ eo Lot: septuaginta quinq. annorũ erat Abrã cùm egrederetur de Haran. Tulítque Sarái 5
vxorẽ suam, & Lot filiũ fratris sui, vniuersámque substantiã quã possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terram Chanáan. Cúmque venissent in eã, pertransiuit 6
Abram terram vsq. ad locum Sichem, & vsq. ad conuallem illustrẽ: Chananæus autẽ tunc erat in terra. Apparuit autẽ 7
Dñs Abrã, & dixit ei: ‖ Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Dño, qui apparuerat ei*. Et inde trans- 8
grediẽs ad montẽ qui erat contra orientẽ Bethel, tetendit ibi tabernaculũ suũ, ab occidente habẽs Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoq. ibi altare Dño, & inuocauit nomen eius. Perrexítque 9
Abrã vadens, & vltrà progrediẽs ad me- 10
ridiem. Facta est autem fames in terra: descendítq. Abrã in Aegyptũ, vt peregrinaretur ibi: preualuerat enim fames 11
in terra. Cúmq. propè esset vt ingrederetur Aegyptũ, dixit Sarái vxori suæ: 12
Noui quòd pulchra sis mulier: & quòd cùm viderint te Aegyptij, dicturi sunt, Vxor illius est, & interficient me, & te 13
reseruabũt. ‖ Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.
Cùm itaque ingressus esset Abram Ae- 14
gyptũ, viderunt Aegyptij mulierẽ quòd 15
esset pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eã apud illũ: & sublata est mulier in domũ 16
Pharaonis: Abram verò bene vsi sunt propter illã. Fuerúntq; ei oues & boues, & asini, & serui, & famulæ & asinæ & 17
cameli. Flagellauit autẽ Dñs Pharaonem plagis maximis, & domũ eius propter Sarái vxorẽ Abram. Vocauitque 18
Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi quòd vxor tua esset? Quam 19
ob causam dixisti esse sororẽ tuã, vt tollerẽ eã mihi in vxorẽ? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade. Præ- 20
cepítque Pharao super Abrã viris: & deduxerunt eum, & vxorẽ illius, & omnia quæ habebat.

CAP. XIII.

AScendit ergo Abrã de Aegypto, ipse 1
& vxor eius, & omnia quę habebat, & Lot cum eo ad australẽ plagã. Erat 2
autẽ diues valde * in possessione auri & 3
argenti. Reuersúsque est per iter quò venerat, à meridie in Bethel vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculũ inter 4
Bethel & Hai: in loco altaris ‖ quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Dñi.
Sed & Lot qui erat cum Abrã, fuerunt 5
greges ouiũ, & armenta, & tabernacula.
Nec poterat eos capere terra, vt habi- 6
tarẽt simul: ‖ erat quippe substãtia eorũ multa, & nequibant habitare communiter. Vnde * facta est rixa inter pastores 7
gregum Abram & Lot. Eo autẽ tempore Chananæus & Phærezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne 8
quæso sit iurgiũ inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra corã 9
te est: recede à me, obsecro: si ad sinistrã ieris, ego dexterã tenebo: si tu dexteram 10
elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaq. Lot oculis, vidit omnem circa regionẽ Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequã subuerteret Dñs Sodomã & Gomorrham, sicut paradisus Dñi & sicut 11
Aegyptus venientibus in Segor. Elegítque sibi Lot regionẽ circa Iordanem, & recessit ab oriente: diuisíque sunt alterutrum à fratre suo. Abram habitauit in terra Chanáan: Lot verò moratus 12
est in oppidis quæ erant circa Iordanẽ,

1.Par.1.19.
monstrabo; MS. H.C.G.
Gal.3.8. Inf.18.18. 22.17. Heb.11.8.
Inf.13.14. 15.18. 26.2. Deu.34.4.
* & inuocauit ibi nomen eius o.
Inf.20.11.
asinæ o. familię o. - o.
*Abram 6. MS.Rab. H.C.G.
Sup.12.8.
Inf.36.7.
* & MS.q.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sup. 12,7. Inf. 15,18. 26.4.

& habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Dixítq. Dominus ad Abram postquam diuisus est ab eo Lot: ‖ Leua oculos tuos ~ in directum' & vide à loco in quo nunc es ad aquilonem & *meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Faciámque semẽ tuũ sicut puluerem terræ: si quis potest, hominum numerare puluerem ~ terræ', semen quoque tuum ‖ numerare' poterit.

Surge ~ ergo', & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

CAP. XIIII.

FActũ est autẽ in illo tempore, vt Amraphel rex Seunaar, & Arioch rex ‖ Ponti', & Chodorlahómor rex Elamitarũ, & Thadal rex gentiũ inirent bellũ contra Bara regẽ Sodomorũ, & contra Bersa regem Gomorrhę, & cõtra Senaab regem Adamæ, & contra Seméber regẽ Seboim, contráque regem Balę, ipsa est Segor. Omnes hi cõuenerũt in vallem Syluestrẽ, quę nũc est mare salis. Duodecim enim annis seruierant Chodorlahómor, & tertio decimo anno recesserũt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erant cum eo: percusserúntq; Raphaim in Astaroth ~ &' Carnaim, & Zuzim cũ eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Corrhæos in montibus Seir, vsque ad Cãpestria Pharan, quæ est in solitudine. Reuersíque sunt, & venerũt ~ vsq;' ad fontẽ Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Asasonthamar.

Et egressi sunt rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, nec nõ & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Syluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor regẽ Elamitarũ, & Thadal regẽ gentiũ, & Amraphel regem Sennáar, & Arioch regẽ Ponti: quatuor reges aduersus quinque. Vallis autẽ Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorũ, & ~ rex' Gomorrhæ terga verterũt, ceciderúntq; ibi; & qui remanserant, fugerũt ad montẽ. Tulerunt autem omnẽ substantiá Sodomorũ & Gomorrhæorũ, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: nec nõ & Lot & substantiã eius, filiũ fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in cõualle Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cũ Abrã. Quod cùm audisset Abrã, captũ videlicet Lot fratrẽ suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecẽtos decẽ & octo: & persecutus est eos vsq. Dan. Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: percussitq; eos, & persecutus est eos vsq; Hoba ~ & Phœnicẽ', quæ est ad læuam Damasci. Reduxitq; omnẽ substantiã, & Lot fratrẽ suũ cum substantia illius, mulieres quoq. & populum. Egressus est autẽ rex Sodomorum in occursum eius postquã reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regũ qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. ‖ At verò Melchisedec rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autẽ rex Sodomorũ ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respõdit ei: Leuo manum meam ad Dnm Deũ excelsum possessorẽ cæli & terræ, quòd à filo subtegminis vsq. ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abrã: exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorũ qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre: isti accipient partes suas.

CAP. XV.

HIs itaq. transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionẽ dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixítque Abram: Dñe Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliézer. Addidítq. Abrã, Mihi autẽ non dedisti semen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. Statímque sermo Dñi factus est ad eũ dicens: Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitq; eũ foras, & ait illi: ‖ Suspice cælũ, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. ‖ Credidit Abram ‖ Deo', & reputatum est illi ad iustitiã. Dixícq. ad eum: Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait: Domine Deus, vnde scire possum quòd possessurus sim eam? Et respondens Dominus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui tollens vniuersa hæc, ‖ diuisit ~ ea' per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. Descenderúntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Cúmque sol ‖ occumberet', ‖ sopor' irruit super Abrã, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Dictúmque est ad eum: Scito prænoscens quòd ‖ peregrinum futurum sit semen tuũ in terra non sua:

~6 MS. H.C.
~10 MS. R.Rab.H. C.G.
~12 MS. R.Rab.H. C.G.
‖ Elasar H.C.G.
*ad 6 MS. H.C.
Deu. 34,4.
~ o.
‖ numerari 3 MS.R. H.C.
~ 10 MS. H.C.G.
~ 13 R.H.C.
Hebr.
Rom.4.
Gal.3.
Iac.2.
‖ Deo 1 MS. Rab.
‖ Ierusalem ~ MS. Rab.
Noccubuisset, MS. Rab.
‖ pauor Rab.
Necessarium Textus Et ita nit H. Act.7.6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Exo.12,36.

non sua: & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cũ magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autẽ quarta reuertentur huc: necdũ enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorũ vsque ad præsens tempus. Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die ‖ pepigit Dominus fœdus cũ Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnũ *Euphraten, Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Phærezæos, Raphaim quoque, & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

Gen.12,7. 13,15. Iust.26,4. Deu.34,4. 2.Par.9,26. 1.Reg.4,20.

* fluuium MS.H.C.

CAP. XVI.

1 IGitur Saraí, vxor Abram, non genuerat ~sibi~ liberos: sed habens ancillã Aegyptiã nomine Agar, dixit marito 2 suo: Ecce, conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cúmque ille ~acquiesceret~ deprecanti, 3 tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem. Qui ingressus est ad eam. 4 At illa concepisse se videns, despexit dominam suã. Dixitq. Saraí ad Abram: 5 Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meã in sinũ tuum, quæ vidẽs quòd conceperit, despectui me habet. iudicet Dñs inter me & te. Cui respondens Abram: 6 Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligẽte igitur eã Saraí, fugã iniit. Cúmq; inuenisset eã angelus Dñi iuxta fontem aquæ in solitudine quæ est in via Sur in deserto, dixit ad 8 illam: Agar, ancilla Saraí, vnde venis? & quò vadis? Quæ respondit: A facie Saraí dominæ meæ ego fugio. Dixitq; ei an- 9 gelus Dñi, Reuertere ad dominã tuã, & humiliare sub manu illius. Et rursum: 10 Multiplicans, inquit, multiplicabo semẽ tuũ, & nõ numerabitur præ multitudine. Ac deinceps: Ecce, ait, cõcepisti, & pa- 11 ries filiũ: vocabisq; nomẽ eius ~: Ismahel, eo quòd audierit Dñs afflictionẽ tuam.

~: Samaḥ,

Hic erit ferus homo: manus eius cõtra omnes, & manus omniũ contra eũ: & ex regione vniuersorũ fratrũ suorũ figet 12 tabernacula. Vocauit autẽ * nomẽ Dñi qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim, Profectò hic vidi 13 posteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad. Peperitque Agar Abræ filiũ: qui 15 vocauit nomẽ eius Ismahel. Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismahelem. 16

* Agar MS. q. Rab.

Inf.24,62.

Gal.4,22.

CAP. XVII.

1 POstquã verò nonaginta & nouẽ annorũ esse cœperat, apparuit ei Dñs: dixitq; ad eum: Ego Dns omnipotens: 2 ambula coram me, & esto perfectus. Ponámque fœdus meum inter me & te: & 3 multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitq; 4 ei Deus: Ego sum, & * pactũ meũ tecũ, 5 ‖ eris; pater multarũ gentiũ. Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia ~: patrem 6 multarũ gentiũ constitui te. Faciámq; te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus, regésq; ex te egrediẽtur. 7 Et statuã pactum meum inter me & te, & inter semẽ tuũ post te in generationibus suis fœdere sempiterno: vt sim Deus 8 tuus, & seminis tui post te. Dabóque tibi & semini tuo *terrã peregrinationis tuæ, omnẽ terrã Chanaan in possessionẽ æternã, eróq; Deus eorum. Dixit iterũ 9 Deus ad Abrahã: ‖ Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in 10 generationibus suis. Hoc est pactum ~meum~ quod obseruabitis inter me & vos & semẽ tuum post te: Circumcidetur ex vobis omne masculinũ: & 11 circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit ‖ in signum fœderis inter me & vos. 12 ‖ Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus quàm empticius circũcidetur, & quicunq; nõ 13 fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meũ in carne vestra in fœdus æternum. 14 Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactũ meũ irritũ fecit. 15 Dixit quoq; Deus ad Abraham, Saraí vxorẽ tuã non vocabis Sarai, sed Saram. 16 Et benedicã ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum, eritq; in nationes, & reges populorũ orientur ex eo. 17 Cecidit Abrahã in faciem suã, & risit; in corde suo dicens: Putásne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? 18 Dixitq; ad Deum: Vtinã Ismahel 19 viuat coram te. Et ait Deus ad Abrahã: ‖ Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisq; nomen eius Isaac, & constituã pactum meum illi in fœdus sempiternum, 20 & semini eius post eum. Super Ismahel quoq; exaudiui te. ecce, benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum 21 in gentẽ maguã. Pactũ verò meum statuã ad Isaac, quẽ pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. Cúmq. finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit 22 Deus ab Abrahã. Tulit autẽ Abraham 23 Ismahel filiũ suum, & omnes vernaculos domus suæ: vniuersosq; quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnẽ præputij eorũ statim in ipsa die, sicut præceperat

* ponam o. Eccl.44,20. Rom.4,17. ~: ab hamongoim

* post te 4. MS.R.H. C.G. Act.7.8.

~ 6 MS.G. A R. autem R. ab. H. & C. legitur. Rom.4.11. Leu.12,3. Luc.2,22.

Inf.18, 10. 21,2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ei Deus. Abraham nonaginta & nouē erat annorum quando circūcidit carnem præputij ſui. Et Iſmahel filius ſuus tre decim annos impleuerat tēpore circunci ſionis ſuæ. Eadē die circunciſus eſt Abrahā & Iſmahel filius eius. Et omnes viri domus illi⁹, tā vernaculi, quàm emptitij & alienigenæ pariter circūcīſi ſūt.

CAP. XVIII.

Heb.13.2.

APparuit autem ei Dñs in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cumque eleuaſſet oculos, apparuerūt ei tres viri ſtātes prope eū: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi -ſui', & adorauit in terrā. Et dixit: Dne, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruū tuū: ſed afferā pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamq; buccellā panis, & cōfortetur cor veſtrū, poſteà trāſibitis: ideirco enim declinaſtis ad ſeruū veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt loquutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculū ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria ſata-ſimilę' cōmiſce, & fac ſubcinericios panes. Ipſe verò ad armētum cucurrit, & tulit inde vitulū tenerrimum & optimum: deditque puero. qui feſtinauit & coxit illum. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulū quē coxerat, & poſuit corā eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumque comediſſent, dixerūt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt. Cui dixit: ‖Reuertēs veniā ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filiū Sara vxor tua. Quo audito Sara riſit poſt oſtiū tabernaculi.

Sup.17.19
Inf.21.1
Rom.9.9
1.Petr.3.6

Erant autē ambo ſenes, proiectæq; ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria. Quæ riſit, occultè dicens: Poſtquā conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare riſit Sara, dicens: Nū verè paritura ſum anus? Nūquid Deo quicquam eſt difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tēpore, vita comite, & habebit Sara filiū. Negauit Sara, dicens: Non riſi, timore perterrita. Dominus autem, Non eſt, inquit, ita: ſed riſiſti. Cùm ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham ſimul gradiebatur, deducēs eos. Dixitque Domin⁹: Num celare potero Abrahā quæ geſtur⁹ ſum: cùm futurus ſit in gētem magnā, ac robuſtiſſimā, & BENEDICENDAE ſiat in illo omnes nationes terræ? Scio enim quod præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe vt cuſtodiant viam Dñi, & faciāt iudicium & iuſtitiā: vt adducat Dñs propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum. Dixit itaque Dñs: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorū aggrauatum eſt nimis. Deſcendā, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an nō eſt ita, vt ſciam. Cōuerteruntq; ſe inde, & abierūt Sodomam: Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino. Et appropinquās ait: Nunquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul? & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos, ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatq; iuſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum, ⁴qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudicium -hoc'. Dixitque Dñs ad eū: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittā omni loco propter eos. Reſpondensq; Abrahā, ait: Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominū meum, cùm ſim puluis & cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinq; fuerint? delebis propter ⁵quadragintaquinque' vniuerſam vrbem? Et ait: Non delebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinq;. Rurſumque locutus eſt ad eū: Sin autem quadraginta -ibi' inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. Ne quæſo, inquit, indigneris Dne, ſi loquar: Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit, Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad Dñm meum: Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne ira ſcaris Domine, ſi loquar adhuc ſemel: Quid ſi inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Nō delebo propter decē. Abiitque Dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham: & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

-6 MS. H.C.Ar à R.Rab. & G.legitur.

-9.

-12 M. ⁴nunqu iudex uerſe non fa iudiciū C.G. ⁵quinq & MS.R. C. Tex conſenti G.

-9.

CAP. XIX.

Heb.13.2

VEneruntq; duo Angeli Sodomā veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet -eos' ſurrexit, & iuit obuiā eis: adorauitq; pronus in terrā, & dixit: Obſecro, dñi, declinate in domū pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & manè proficiſcemini in viā veſtrā. Qui dixerunt, Minimè, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppidò vt diuerterēt ad eū: ingreſſisq; domū illius, fecit conuiuium, & coxit azyma: & comederunt. Prius autē quàm irent cubitū, viri ciuitatis vallauerūt domū à puero vſque ad ſenē, omnis populus ſimul. Vocaueruntq; Lot, & dixerūt ei: Vbi ſunt viri qui introierūt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum ac clu dens oſtium, ait: Nolite, quæſo, fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ nondum cognouerūt virum: educā eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dū modò viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt: Recede illuc. Et rurſus: Ingreſſus es, inquiunt,

-4 MS. H.C.G.

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

quiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. ¶ Vimque faciebat Lot vehementissimè: iamq; propè erat vt effringerēt fores. Et ecce miserunt manū viri, & introduxerūt ad se Lot, clausērūtq; ostiū: & eos qui foris erant, ¶ percussērūt cęcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire nō possent. Dixerunt autē ad Lot: Habes hîc quēpiam tuorum? generū, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locū istū, eò quòd increuerit clamor eorum coram Dño, qui misit nos vt perdamus illos. Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, ← &' egredimini de loco isto: quia delebit Dns ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludēs loqui. Cumq; esset manè, cogebant eū angeli, dicentes: Surge, *tolle vxorē tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo, apprehenderūt manum eius, & manum vxoris*, ac duarū filiarum eius, eò quòd parceret Dns illi. ¶ Eduxeruntq; eum, & posuerunt extra ciuitatem. Ibique locuti sunt ad eū, dicētes: Salua animā tuā: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione; sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Dixitq; Lot ad eos: Quæso Dñe mi, quia inuenit seruus tuus gratiam corā te, & magnificasti misericordiā tuam quā fecisti mecū, vt saluares animā meā, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar. Est ciuitas hæc iuxta, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non modica est, & viuet anima mea? Dixitq; ad eū, Ecce etiā in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbē pro qua locutus es. ¶ Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Ideirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. Sol egressus est super terrā, & Lot ingress' est Segor. Igitur Dns pluit super Sodomā & Gomorrhā sulphur & ignem à Dño de cælo: & subuertit ciuitates has, & omnē circa regionē, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. ¶ Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis. Abrahā autē consurgens manè vbi steterat prius cum Dño, intuitus est Sodomam & Gomorrhā, & vniuersam terram regionis illius: viditq; ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Cū enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahę: & liberauit Lot de subuersione vrbiū in quibus habitauerat. Ascenditq; Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoq; filiæ eius cum eo, (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ ei' ←cū eo': Dixitq; maior ad minorem: Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morē vniuersæ terræ. Veni, inebriemus eu vino, dormiamusque cū eo, vt seruare possimus ex patre nostro semē. Dederunt itaq; patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitq; cum patre: at ille non sensit, nec quādo accubuit filia, nec quādo surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorē: Ecce dormiui heri cū patre meo, demus ei bibere vinum etiā hac nocte, & dormies cū eo, vt saluemus semen de patre nostro. Dederuntq; ←etiā ←&' illa nocte patri suo bibere vinū, ingressaq; minor filia, dormiuit cum eo: & nec tunc quidē sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo. Peperitq; maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsq; in præsentē diē. Minor quoque peperit filiū, & vocauit nomen eius ¶ Ammō', id est filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

CAP. XX.

Profectus inde Abrahā in terram australem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. Dixitq; de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abi-mélech rex Geraræ, & tulit eā. Venit autem Deus ad Abi-mélech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierē quā tulisti: habet enim virum. Abi-mélech vero non tetigerat eā, & ait: Dñe, num gentem ignorantem & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, Soror mea est: & ipsa ait, Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitq; ad eū Deus: Et ego scio quòd simplici corde feceris: & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorē, & orabit pro te: quia propheta est, & viues. si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu & omnia quæ tua sunt. Statimq; de nocte consurgens Abi-mélech, vocauit omnes seruos suos: & loquutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timuerūtq; omnes viri valde. Vocauit autē Abi-mélech etiā Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me & super regnū meū peccatū grāde? quę non debuisti facere, fecisti nobis. Rursumq; expostulās, ait: Quid vidisti vt hoc faceres? Respondit Abrahā: Cogitaui mecum, dicēs: Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorē meā: aliàs autē ←&' vere soror mea est, filia patris mei, & nō filia matris meæ, & duxi eā in vxorē. Postquam autē eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiā facies mecum. In omni loco ad quem in

¶ *Ben ammi H. Huic nomini conuenit interpretatio, quam interpres subiunxit.*

←7 MS. Rab. H. C.

←& MS q. Rab.

←eius 6 MS. H. C. G.

←0.

←2 MS. Sap. 12. 13 Inf. 21. 23

Dent. 29. 23 Isa. 13. 19 Ier. 50. 40 Ezec. 16. 48 Osee. 11. 8 Am. 4. 11 Luc. 17. 29 Iude 1. 7 Sap. 18. 1

Sap. 10. 6

Sap. 19. 26

1 Par. 2. 8

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

grediemur, dices quòd frater tuus sim.
Tulit igitur Abi-mélech oues & boues 14
& seruos, & ancillas, & dedit Abraham:
reddiditque illi Saram vxorem suã, & 15
ait: Terra coram vobis est, vbicunq; tibi
placuerit habita. Saræ autem dixit: Ec- 16
ce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc e-
rit tibi in velamẽ oculorũ ad omnes qui
tecum sunt: & quocunque perrexeris,
memento te depreheusam. Orante au- 17
tem Abraham, sanauit Deus Abimélech
& vxorem, ancillasq; eius: & pepererũt.
concluserat enim Dñs omnem vuluam 18
domus Abi-mélech propter Saram vxo-
rem Abrahæ.

CAP. XXI.

Sa.17.19 18.10 Ga.4.23. He.11.11 Act.7.8 Sa.17.10 Mat.1.2
VIsitauit autẽ Dñs Sarã, sicut ‖ pro- 1
miserat: & impleuit quæ locut⁹ est.
Concepitq;, & ‖ peperit filium in sene- 2
ctute sua, tẽpore quo prædixerat ei De⁹.
Vocauitque Abraham nomen filij sui 3
quem genuit ei Sara, Isaac. & circun- 4
cidit eũ octauo die, sicut ‖ præceperat ei
Deus, cùm centum esset annorum: hac 5
quippe ætate patris, natus est Isaac. Di- 6
xitq; Sara: *Risum fecit mihi De⁹: qui-
cunque audierit, corridebit mihi. Rur- 7
sumq; ait: Quis ᵃauditurus crederet A-
braham quòd Sara lactaret filium quem
peperit ei iam seni? Creuit igitur puer, 8
& ablactatus est: fecitque Abrahã grãde
conuiuiũ in die ablactationis eius. Cũ- 9
que vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ*
ludentẽ cum Isaac filio suo, dixit ad 10
Abraham: ‖ Eiice ancillam hanc, & filiũ
eius: nõ enim erit hæres filius ancillæ cũ
filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abra 11
ham pro filio suo. Cui dixit Deus: Non 12
tibi videatur asperũ super puero, & su-
per ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi
Sara, audi vocem ei⁹: quia ‖ in Isaac vo-
cabitur tibi semen. Sed & filium ancil- 13
læ faciam in gẽtem magnam, quia semẽ
tuum est. Surrexit itaq. Abrahã manè, 14
& tollens panem & vtrem aquæ, impo-
suit scapulæ eius, tradiditq; *puerum, &
dimisit eam. Quæ cùm abiisset, errabat
in solitudine Ber-sabee. Cumque con- 15
sumpta esset aqua in vtre, abiecit puerũ
subter vnã arborẽ quę ibi erat. Et ab- 16
iit, seditque è regione procul quantum
potest arcus iacere. dixit enim: Non vi-
debo morientem puerum. & sedens cõ-
trà, leuauit vocem suã, & fleuit. Exau- 17
diuit autẽ Deus vocẽ pueri: vocauitque
angelus Dei Agar de cælo, dicens: Quid
agis Agar? noli timere: exaudiuit enim
Deus vocẽ pueri de loco in quo est. Sur- 18
ge, tolle puerum, & tene manum illius:
quia in gentem magnam faciam eũ. Ape- 19
ruitq; oculos eius Deus: quæ videns
puteũ aquæ, abiit, & impleuit vtrem, de-
ditq; puero bibere. Et fuit * cũ eo: qui 20
creuit, & morat⁹ est in solitudine, factus-
q; est iuuenis sagittarius. Habitauitq; 21
in deserto Pharan, & accepit illi mater
22 sua vxorẽ de terra Aegypti. Eodẽ tẽpore
dixit Abi-mélech, & Phicol princeps
exercitus eius ad Abraham: Deus tecum
23 est in vniuersis quæ agis. Iura ergo per
Deum, ne noceas mihi, & posteris meis,
stirpiq; meæ: sed iuxta misericordiam
‖ quam feci tibi, facies mihi, & terræ in Sa.20.
24 qua versatus es aduena. Dixitq; Abra-
25 ham: Ego iurabo. Et increpauit Abi-
mélech propter puteum aquæ quem vi
26 abstulerant serui eius. Respondítque
Abi-mélech: Nesciui quis fecerit hanc
rem: sed & tu non indicasti mihi, &
27 ego non audiui præter hodie. Tulit ita-
que Abraham oues & boues, & dedit
Abi-mélech: percusseruntque ambo
28 fœdus. Et statuit Abraham septem
29 agnas gregis seorsum. Cui dixit Abi-
mélech: Quid sibi volunt septem agnæ
30 istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille:
Septem, inquit, agnas accipies de manu
mea: vt sint mihi in testimonium, quo-
31 niam ego fodi puteũ istum. Idcirco vo-
catus est locus ille Ber-sabee; quia ibi v-
32 terque iurauit. Et inierunt fœdus pro
33 puteo iuramenti. Surrexit autem Abi-
mélech, & Phicol princeps exercitus ei⁹,
reuersique sunt in terram Palæsthinorũ.
Abraham verò plantauit nemus in Ber-
sabee, & inuocauit ibi nomen Domini
34 Dei æterni. Et fuit colonus terræ Pa-
læsthinorum diebus multis.

CAP. XXII.

Iudith Heb. 8 MS. H.C. R. et G. mẽ Abraham, dimitte tui, genuant.
1 QVæ postquam gesta sunt, ‖ tentauit
Deus Abraham, & dixit ad eũ: Abra-
hã-Abrahã⁹. At ille respondit, Adsum.
2 Ait illi: Tolle filium tuũ vnigenitũ, quẽ
diligis, Isaac, & vade in Terrã-visionis:
atque ibi offeres eum in holocaustũ su-
per vnum montium quem monstrauero
3 tibi. Igitur Abraham de nocte consur-
gens, strauit asinum suũ: ducens secum
duos iuuenes, & Isaac filiũ suũ: cumque
concidisset ligna in holocaustum, abiit ad
4 locũ quẽ præceperat ei Deus. Die autẽ
tertio, eleuatis oculis, vidit locũ procul.
5 Dixitq; ad pueros suos: Expectate hic
cum asino: ego autẽ & puer illuc vsque
properantes, postquã adorauerimus, re-
6 uertemur ad vos. Tulit quoq; ligna ho
locausti, & imposuit super Isaac filium
suũ: ipse verò portabat in manibus* ignẽ * fos MS.H.
& gladiũ. Cumq; duo pergerent simul,
7 dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille
respõdit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis
8 & ligna: vbi est victima holocausti? Di-
xit autẽ Abraham: Deus prouidebit sibi
victimã holocausti, fili mi. Pergebãt ergo Iac.22
9 pariter: & venerũt ad locũ quẽ ostẽderat
ei Deus, in quo ędificauit altare, & dẽsu-
per ligna cõposuit: cúmq; alligasset Isaac
filiũ suũ, posuit eũ in altare super struẽ
10 lignorum. Extenditq; manum, & arri-
puit gladium, vt immolaret filium suũ.
11 Et ecce angelus Dñi de cælo clamauit,
dicens: Abraham, Abrahã. Qui respõdit,

*quem peperit ipsi Abraham. H.C.G. -6 MS.H. C. At G. habent. Ga.4.10 Rom.9.7 He.11.18

*ei MS q.

*Deus 1 MS.H.C. G.

ª auditorũ 5 MS.

*Sece

Adsum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Adsum. Dixitque ei, Non extendas manū tuam super puerum, neque facias illi quicquā. nūc cognoui quod timeas "Dominum', & nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergū arietē inter vepres hærentem cornibus, quē assumēs obtulit holocaustū pro filio. Appellauitq; nomē loci illius, Dns "videt'. Vnde vsque hodie dicitur, In mōte Dns videbit. Vocauit autē angelus Dni Abrahā secūdò de cælo, dicens: ¶Per memetipsum iuraui, dicit Dns: quia fecisti hāc rē, & nō pepercisti filio tuo vnigenito-propter me': benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū sicut stellas cæli, & velut arenā quæ est in littore maris: possidebit semen tuū portas inimicorū suorum, & ¶BENEDICENTVR in semine tuo omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abrahā ad pueros suos, abieruntq; Ber-sabee simul, & habitauit ibi. His itaque gestis nuntiatū est Abrahæ quòd Melcha quoq; genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitū, & Buz fratrē eius, & Camuel patrem Syrorū, & Cased, & Azau, Pheldas quoque & Iedlaph, ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ. Cōcubina verò illius, nomine Roma, peperit Tabee, & Gaham, & Tahas, & Maacha.

CAP. XXIII.

VIxit autē Sara centū viginti septem annis. Et mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebrō, in terra Chanāā: venitque Abrahā vt plangeret & fleret eā.

Cumq; surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens: Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscū, vt sepeliā mortuum meum. Responderunt filij Heth, -dicentes': Audi nos dñe, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuū tuum, nullusq. te prohibere pōterit quin in monumēto eius sepelias mortuū tuum. Surrexit Abrahā, & adorauit populū terræ, filios videlicet Heth: dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ vt sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite-pro mē' apud Ephron filium Seor: vt det mihi spelūcam duplicē, quā habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eā mihi coram vobis in possessionē sepulchri.

Habitabat autē Ephron in medio filiorum Heth. Responditq; Ephrō ad Abrahā cunctis audientibus qui ingrediebantur portā ciuitatis illius, dicēs: Nequaquā ita fiet, dñe mi, sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncā quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuū. Adorauit Abrahā corā populo terræ. Et locutus est ad Ephron circunstante "plebe -eius', Quæso, vt audias me: Dabo pecuniā pro agro: suscipe eā, & sic sepeliā mortuum meum in "agro'. Responditque Ephron, Domine mi, audi-me': Terra quam postulas, quadringentos siclos argenti valet: istud est pretium inter me & te: sed quantū est hoc? sepeli mortuum tuum. Quod cùm audisset Abraham, appendit pecuniam quam Ephron postulauerat: audiētibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti "probatæ' monetæ publicæ. Cōfirmatusque est ager quondā Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mābre; tā ipse, quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis-eius' per circuitū, Abrahæ in possessionē, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atque ita sepeliuit Abrahā Sarā vxorē suā in spelunca agri "duplici', quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron in terra-Chanaan. Et cōfirmatus est ager, & antrū, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.

CAP. XXIIII.

ERat autē Abraham senex, dierūque multorum: & Dns in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum seniorē domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: ¶Pone manū tuā subter femur meum: vt adiurem te per Dominum, Deū cæli & *terræ, vt nō accipias vxorē filio meo de filiabus Chananæorū, inter quos habito: sed ad terrā & cognationē meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. Responditque seruus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filiū tuū ad locum de quo tu egressus es? Dixitq; Abrahā: Caue nequando reducas filiū meū illuc. Dns Deus cæli*, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: ¶Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum corā te, & accipies inde vxorē filio meo. sin autē mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramēto: filiū meū tantū ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manū sub femore Abrahā dñi sui, & iurauit illi super sermone hoc. Tulitq; decē camelos de grege dñi sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secū, profectusq; perrexit in Mesopotamiā ad vrbē Nachor. Cumq; camelos fecisset accūbere extra oppidū iuxta puteum aquæ vesperè, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendā aquā, "dixit': Dñe Deus dñi mei Abrahā, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiā cum dño meo Abraham. Ecce ego sto prope fontē aquæ, & filiæ habitatorum hums ciuitatis egredientur ad hauriendā aquam. Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuā vt bibā: & illa respōderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potū: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam

"eo 7 MS. Rab. "illic H. C. G. -o. "probati 4 MS. Hebraicè est, Argenti transeuntis admercatorem. Chaldaicè, Argenti quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaq. prouincia. Græcè: Argēti probati mercatoribus. -o. "duplicis Q. n.

Inf. 47, 29

*Deum H. C. G.

*& terræ MS. G.

Sup. 12.7 13, 15. & 15, 18 Inf. 26, 4

"populo terræ H. C. G. -8 MS. Rab.

"orauit Dominum dicens: o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

telligam quòd feceris misericordiã cum dño meo*. Necdum intra se verba cõpleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchę vxoris Nachor fratris Abrahã, habens hydriã in scapula sua: puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro: descenderat autẽ ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurrítque ei seruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad ‖bibendum' præbe de hydria tua. Quæ respondit: Bibe dñe mi. Celeriterq; depósuit hydriã super vlnam suã, & dedit ei potum. Cũmq; ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundénsq; hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam: & hausta omnibus camelis dedit. Ipse autẽ contemplabatur eã tacitus, scire volens vtrũ prosperum iter suum feciſſet ‖Deus', an non.

Postquam autẽ biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decẽ. Dixitq; ad eam: Cuius es filia? indica mihi, est in domo patris tui locus ad manendũ? Quæ respondit: Filia sum Bathuelis, filij ‖Nachor, quem peperit ei Melcha'. Et addidit, dicens: Palearũ quoq; & fœni plurimũ est apud nos, & locus spatiosus est ad manendũ.

Inclinauit se homo, & adorauit Dñm, dicens: Benedictus Dns Deus dñi mei Abrahã, qui non abstulit misericordiam & veritatem suã à dño meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris dñi mei. Cucurrit itaq; puella, & nũtiauit in domũ matris suę omnia quę audierat.

Habebat autẽ Rebecca fratrẽ nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominẽ, vbi erat fons. Cũmq; vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis, Hæc locutus est mihi homo: venit ad virum qui stabat iuxta camelos, & prope fontẽ -aquæ': dixítq; ad eum: Ingredere, benedicte Dñi: cur foris stas? præparaui domũ, & locum camelis. Et introduxit eum in hospitiũ: ac destrauit camelos, deditq; paleas & fœnum*, & aquam ad lauandos pedes ‖camelorum', & virorũ qui venerant cum eo. Et appositus est in cõspectu eius panis. Qui ait: Nõ comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. At ille: Seruus, inquit, Abraham sum. Et Dñs benedixit dño meo valde, magnificatúsque est: & dedit ei oues & boues, argentũ & aurũ, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara vxor dni mei filiũ dño meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dns meus dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorẽ filio meo. ego verò respondi dño meo: Quid si noluerit venire mecum mulier? Dñs, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suũ tecum, & diriget viam tuã: accipiésque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocẽs eris à maledictione mea, cùm veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontẽ -aquæ', & dixi: Dne Deus dni mei Abrahã, si direxisti viã meã in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fõtem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit à me: Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua: Et dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam præparauit Dns filio domini mei. Dumq; hæc tacitus mecũ voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula: descenditq; ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eã: Da mihi paululum bibere. Quæ festinans depósuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuã potum. Bibi, & adaquauit camelos. Interrogauíq; eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum filij Nachor, quẽ peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandã faciem eius, & armillas posui in manibus -eius'. Pronúsque adorauí Dnm, benedicens Dño Deo ‖dni mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerẽ filiã fratris dni mei filio eius. Quamobrem si facitis misericordiam & veritatẽ cũ dno meo, indicate mihi. sin autẽ aliud placet: & hoc dicite mihi, vt vadã ad dexterã, siue ad sinistram. Responderuntq. Laban & Bathuel: A Domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quicquã aliud loqui tecũ. En Rebecca corã te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij dni tui, sicut locutus est Dns. Quod cùm audisset puer Abrahã -procidens' adorauit in terrã Dnm. Prolatisq; vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit -ea' Rebeccæ -pro munere': ‖fratribus' quoq; eius, & matri dona obtulit. Inito conuiuio vescentes pariter & bibentes, manserunt ibi. Surgens autẽ manè, locutus est puer: Dimitte me, vt vadam ad dnm meum. Responderúntq; ‖fratres' eius & mater: Maneat puella saltẽ decẽ dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dns direxit viã meã: dimittite me vt pergã ad dñm meũ. Et dixerunt: Vocemus puellã, & quæramus ipsius voluntatẽ. Cúmque vocata venisset, scisciatí sunt: Vis ire cũ homine isto? Quæ ait: Vadã. Dimiserunt ergo eã, & nutricẽ illius*, seruumq; Abrahã, & comites eius; imprecantes prospera sorori suæ, atq; dicentes: Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semẽ tuum

*Abraham MS.R.G. *Textus Hebraeis consentit & Chaldeis.*

‖forbendũ 8.MS.

‖Dominus MS.R.H. C.G.

‖Melchæ, quem peperit Nachor 15. MS.H.C. G.Q.n.

-H.C.G.

* *camelis* H.C.G. ‖*eius* H. C.G.

-9 MS. C.G.

-9 MS. C.G. -1 MS. C.G. -H.C.G. ‖fratr. C.G. * fratr. H.C. *At, plurali numero, legunt* MS.& G.

*Deborã MS 9.

tuum portas inimicorum suorũ. Igitur 61
Rebecca, & puellæ illius ascensis came-
lis, secutæ sunt virũ: qui festinus reuer-
tebatur ad dñm suum. eo autẽ tempore 62
deambulabat Isaac per viam quæ ducit
Ge.16.14. ad Puteum, ‖ cuius nomen est Viuentis
& videntis: habitabat enim in terra au-
strali: Et egressus fuerat ad meditandũ 63
in agro, inclinata iam die: cúmque eleu-
asset oculos*, vidit camelos venientes
*suos 2. MS.H.C. procul. Rebecca quoq; cõspecto Isaac, 64
descendit de camelo, & ait ad puerum: 65
Quis est ille homo qui venit per agrum
in occursum nobis? Dixitq; ei, Ipse est
dñs meus. At illa tollens citò palliũ suũ,
operuit se. Seruus autẽ cuncta quę ges- 66
*1MS.H. C.G. serat, narrauit dño suo' Isaac. Qui in- 67
troduxit eã in tabernaculum Saræ ma-
tris suæ, & accepit eam vxorẽ: & in tan-
tum dilexit eam, vt doloré qui ex morte
matris eius acciderat, temperaret.

CAP. XXV.

1.Par.1.32. ABraham verò aliam duxit vxorem 1
nomine Ceturam: quæ peperit ei 2
*Zamran MS.R.H.C. *Zamram', & Iecsan, & Madan, & Ma-
dian, & Iesboc, & Sue. Iecsan quoque 3
*Zimbran G. genuit Saba & Dadan, Filij Dadan fue-
runt Assurim, & Latussim, & *Laomim'.
*Laüm-mim MS.H. At verò ex Madian ortus est Epha, & 4
Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa.
omnes hi filij Ceturæ. Deditq; Abra- 5
ham cuncta quæ possederat, Isaac: filiis 6
autem concubinarũ largitus est munera,
& separauit eos ab Isaac filio suo dum
adhuc ipse viueret, ad plagá orientalem.
Fuerunt autẽ dies vitæ Abrahæ, centũ 7
septuaginta quinque anni. Et deficiens 8
mortuus est in senectute bona, proue-
ctæq; ætatis, & plenus dierũ: congrega-
túsq; est ad populũ suũ. Et sepelierunt 9
eum Isaac & Ismahel filij sui in spelun-
ca duplici, quæ sita est in agro Ephron
filij Seor Hethæi, è regione Mambre,
Sup.23.19. quam ‖ emerat à filiis Heth. ibi sepul- 10
tus est ipse & Sara vxor ejus. Et post 11
obitum illius benedixit Deus Isaac filio
Sup.16.14. eius, qui habitabat ‖ iuxta Puteũ nomine
Viuentis & videntis. Hæ sunt genera- 12
tiones Ismahel filij Abrahæ, quẽ peperit
ei Agar Aegyptia, famula Saræ: & hæc 13
nomina filiorum eius in vocabulis & ge-
1.Par.1.29. nerationibus suis. ‖ Primogenitus Ismá-
helis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel,
& Mabsam, Masma quoque, & Duma, 14
& Massa, Hadad, & Thema, & Ietur, & 15
Naphis, & Cedma. isti sunt filij Ismá- 16
helis: & hæc nomina per castella & op-
pida eorum, duodecim principes tribuũ
suarũ. Et facti sunt anni vitę Ismahelis 17
cẽtum triginta septẽ, deficiẽnsq. mortuus
est, & appositus ad populum suũ. Ha- 18
bitauit autem ab Heuila vsque Sur, quæ
respicit Aegyptũ introeuntibus Assyrios.
coram cunctis fratribus suis obiit. Hæ 19
quoq; sunt generationes Isaac filij Abra-
ham. Abraham genuit Isaac: qui cùm 20
quadraginta esset annorum, duxit vxorẽ
Rebeccam filiã Bathuélis Syri de Me-
21 sopotamia, sororem Laban. Deprecatúsq; est Isaac Dnm pro vxore sua, eò
quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum, &
22 dedit cõceptum Rebeccæ. Sed colli-
debantur in vtero eius paruuli: quę ait,
Si sic mihi futurũ erat, quid necesse fuit
*cõcipere? Perrexitq; vt cõsuleret Dñm. *me 1MS.
23 Qui respondens ait: ‖ Duæ gẽtes sunt H.C.G.
in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo Rom.9.10.
diuidentur, populúsq; populum supe-
24 rabit, & maior seruiet minori. Iã tem-
pus pariendi aduenerat, & ecce gemini
25 in vtero eius reperti sunt. ‖ Qui pri- Osea 12.3.
mus egressus est, rufus erat, & totus in
morem pellis hispidus: vocatúmque est
26 nomẽ eius Esau. ‖ Protinus alter egre- Matt.1.2.
diens ‖ plantam fratris tenebat manu: & acob
idcirco appellauit eum Iacob. Sexagena-
rius erat Isaac quando nati sunt ei par-
27 uuli. Quibus adultis factus est Esau
vir gnarus venãdi, & homo agricola: Ia-
cob autẽ vir simplex habitabat in taber-
28 naculis. Isaac amabat Esau, eo quòd de
venationibus illius vesceretur: & Rebec-
29 ca diligebat Iacob. Coxit autem Iacob
pulmentum: ad quẽ cùm venisset Esau
30 de agro lassus, ait: Da mihi de coctione
hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam
ob causam vocatũ est nomẽ eius ‖ Edõ. Heb.1.16.
31 Cui dixit Iacob: Vende mihi primo- Abdie 1.
32 genita tua. Ille respondit: En morior,
33 quid mihi proderunt primogenita? Ait
Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau,
34 & vendidit primogenita. Et sic accepto
pane & lentis edulio comedit, & bibit, &
abiit, paruipendens quòd primogenita
vendidisset.

CAP. XXVI.

1 ORta autẽ fame super terram post eã
sterilitatẽ quæ acciderat in diebus
Abraham, abiit Isaac ad Abi-mélech re-
2 gẽ Palæsthinorũ in Gerara. Apparuitq;
ei Dñs, & ait: Ne descendas in Aegyptũ,
3 sed quiesce in terra quã dixero tibi. Et
peregrinare in ea, eroque tecũ, & bene-
dicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo
vniuersas regiones has, ‖ complens iura- Sup.12,7.
mentum quod spopondi Abraham patri 13.15.15,
4 tuo. Et multiplicabo semen tuum sicut 18.
stellas cæli: daboq; posteris tuis vniuer-
sas regiones has: & ‖ Benedicentur in Sup.12,3.
5 semine tuo oẽs gentes terræ, cò quòd 18,18.22,
obedierit Abraham voci meæ, & custo- 17.8,19.
dierit præcepta & mandata mea, & cere-
6 monias legé sq; seruauerit. Mansit itaq;
7 Isaac in Gerara. Qui cùm interrogare-
tur à viris loci illius super vxore sua, re-
spondit: Soror mea est. timuerat enim
confiteri quòd sibi esset sociata cõiugio:
reputãs, ne fortè interficerẽt eũ propter
8 illius pulchritudinem. Cùmq; pertran-
sissent dies plurimi, & ibidẽ moraretur,
prospiciens Abi-mélech rex Palæsthi-
norum per fenestram, vidit eum iocan-
9 tẽ cum Rebecca vxore sua. Et accersito

eo, ait:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eo, ait: Perspicuũ est quòd vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respõdit: Timui ne morerer propter eã.
10 Dixitque Abi-mélech: Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatũ. Præcepitque omni
11 populo, dicẽs: Qui tetigerit hominis huius vxorẽ, morte morietur. Seuit autẽ
12 Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitq; ei Dñs. Et
13 locupletatus est homo, & ibat proficiẽs atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuitq; possessio-
14 nes ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæsthini, omnes puteos quos foderant ser-
15 ui patris illius Abraham, illo tẽpore obstruxerunt, implentes humo: in tãtum,
16 vt ipse Abi-mélech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es valde. Et ille discedens, vt veni-
17 ret ad torrentem-Geraræ, habitaretque ibi: rursum fodit alios puteos, quos fo-
18 derant serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo, olim obstruxerant Philisthiim: appellauitq; eos eisdem nominibus quibus antè pater vocauerat. Fode-
19 runtq; in Torrente, & repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorũ
20 Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentiũ: Nostra est aqua. quam ob rem nomẽ putei ex eo quod acciderat, vocauit Calumniã. Foderunt autẽ & alium: & pro
21 illo quoque rixati sunt, appellauitq; eũ, Inimicitias. Profectus inde fodit alium
22 puteum, pro quo non contenderunt: itaq; vocauit nomen eius Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dñs, & fecit crescere super terram. Ascendit autẽ *ex illo lo-
23 co in Ber-sabee, vbi apparuit ei Domi-
24 nus in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus Abrahã patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuũ propter seruum meum Abraham. Itaq; ædificauit ibi altare: &
25 inuocato nomine Dñi, extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis vt foderent puteum. Ad quem locum cùm ve-
26 nissent de Geraris Abi-mélech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militũ,
27 locutus est eis Isaac: Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis
28 à vobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse Dominum: & idcirco "nos' diximus: Sit iuramentum inter nos, & incamus fœdus: vt non facias nobis quic
29 quam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet; sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini. Fecit ergo eis con-
30 uiuium, & post cibum & potum sur-
31 gentes mane, iurauerunt sibi mutuò: dimisitq; eos Isaac pacificè in "locũ suũ'.
32 Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annuntiantes ei de puteo quem
33 foderant, atque dicentes: Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum, Abundãtiam: & nomen vrbi impositum est Ber-
34 sabee, vsque in præsentem diem. Esau verò quadragenarius duxit "vxores duas' Iudith filiã Beeri Hethæi, & Basemath
35 filiam Elon eiusdem loci: ‖ quæ ambę offenderant animum Isaac & Rebeccæ.

" vxorem MS. H. G. Inf. 27.

CAP. XXVII.

1 SEnuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum.
2 Cui pater: Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Su-
3 me arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid
4 apprehenderis, fac mihi inde pulmẽtũ, sicut velle me nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea
5 antequam moriar. Quod cùm audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum vt iussionem patris impleret, dixit filio suo
6 Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei:
7 Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi co-
8 ram Domino antequam moriar. Nũc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis:
9 & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciã ex eis escas pa-
10 tri tuo, quibus libenter vescitur: quas cùm intuleris, & comederit, benedicat
11 tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit: Nosti quòd Esau frater meus
12 homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & "inducat' super me maledictionem pro be-
13 nedictione. Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantùm audi vocem meam, & pergens, affer quæ dixi.
14 Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem
15 illius. Et vestibus Esau valdè bonis, quas apud se habebat domi, induit eum:
16 pelliculasque hœdorum circundedit
17 manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes quos coxerat,
18 tradidit. Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu,
19 fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.
20 Rursumque Isaac ad filium suũ: Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebam.
21 Dixitq. Isaac: Accede ad me, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis
22 filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, ma-
23 nus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maio-

ris

* Isaac MS q.

" nunc o.

" domum suam o.

" induca Missale Roman. H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris expresserant. Benedicens ergo illi,
ait, Tu es filius meus Esau? Respõdit, 24
Ego sum. At ille, ¶ Affer mihi, inquit, 25
cibos de venatione tua, fili mi, vt bene-
dicat tibi anima mea. Quos cùm obla-
tos comedisset, obtulit ei etiam vinum.
quo hausto, dixit ad eum: Accede ad 26
me, & da mihi osculum, fili mi. Acces- 27
sit, & osculatus est eum. Statimque vt
sensit vestimentorum illius fragrãtiam,
benedicens illi, ait, Ecce odor filij mei
sicut odor agri pleni, cui benedixit Do
minus. Det tibi Deus de rore cæli, & 28
de pinguedine terræ abundantiam fru-
menti & vini*. Et seruiãt tibi populi, 29
& adorent te tribus: esto dominus fra-
trum tuorum, & incuruẽtur ante te filij
matris tuæ. qui maledixerit tibi, sit ille
maledictus: & qui benedixerit tibi, be-
nedictionibus repleatur. Vix Isaac ser- 30
monẽ impleuerat: Et egresso Iacob fo-
ras, venit Esau, coctoque de venatio- 31
ne cibos intulit patri, dicens: Surge pater
mi, & comede de venatione filij tui: vt be
nedicat mihi anima tua. Dixitque illi 32
Isaac, Quis enim es tu? Qui respõdit:
Ego sum filius tuus primogenitus Esau.
Expauit Isaac stupore vehementi: & 33
vltrà quàm credi potest, admirans, ait:
Quis igitur ille est qui dudum captam
venationem attulit mihi, & comedi ex
omnibus prius quàm tu venires? bene-
dixique ei, & erit benedictus. Auditis 34
Esau sermonibus patris, irrugiit clamo-
re magno: & consternatus, ait: Benedic
etiam & mihi, pater mi. Qui ait: Ve- 35
nit germanus tuus fraudulenter, & ac-
cepit benedictionem tuam. At ille sub- 36
iunxit: Iustè vocatũ est nomen eius Ia-
cob: supplãtauit enim me en altera vi-
ce: ¶ primogenita mea antè tulit, & nũc
secundò surripuit benedictionẽ meam.
Rursumque ad patrem, Nunquid nõ re-
seruasti, ait, & mihi benedictionẽ? Re- 37
spondit Isaac: Dominum tuum illũ cõ-
stitui, & omnes fratres eius seruituti il-
lius subiugaui: frumẽto & vino* stabili-
ui eũ, & tibi post hæc, fili mi, vltrà quid
faciam? Cui Esau, Num vnam, inquit, 38
tantùm benedictionẽ habes, pater? mi-
hi quoque obsecro vt benedicas. Cum-
que ejulatu magno fleret, motus 39
Isaac, dixit ad eũ: ¶ In pinguedine terræ,
& in rore cæli desuper erit benedictio 40
tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies:
tempusque veniet, cùm excutias & sol-
uas iugũ eius de ceruicibus tuis. Ode- 41
rat ergo semper Esau Iacob pro benedi-
ctione qua benedixerat ei pater: dixitq;
in corde suo: ¶ Venient' dies luctus pa-
tris mei, & occidam Iacob fratrẽ meũ.
Nuntiata sunt hæc* Rebeccæ: quæ 42
mittens, & vocans Iacob filium suũ, di-
xit ad eum, Ecce Esau frater tuus mina-
tur vt occidat te. Nũc ergo, fili mi, au- 43
di vocẽ meã, & cõsurgẽs fuge ad Laban
fratrem meum in Haran: habitabisq; 44
cũ eo dies paucos, donec requiescat fu-
ror fratris tui, & cesset indignatio eius, 45
obliuiscaturque eorũ quæ feceris in eũ:
postea mittam, & adducã te inde huc.
cur vtroq. orbabor filio in vno die? ¶ Di- 46
xitque Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ
meæ propter filias Heth: si acceperit Ia-
cob vxorẽ de stirpe huius terræ, nolo vi-
uere.

CAP. XXVIII.

VOcauit itaq. Isaac Iacob, & bene- 1
dixit eum, præcepitq. ei dicẽs: No-
li accipere coniugẽ de genere Chanaan:
sed vade, & proficiscere in Mesopotamiã 2
Syriæ, ad domum Bathuel patris matris
tuæ, & accipe tibi inde vxorẽ de filiabus
Laban auunculi tui. Deus autem om- 3
nipotens benedicat tibi, & crescere te
faciat, atque multiplicet: vt sis in turbas
populorum. Et det tibi benedictiones 4
Abrahæ, & semini tuo post te: vt possi-
deas terram peregrinationis tuæ, quam
pollicitus est auo tuo. Cumque dimi- 5
sisset eum Isaac, profectus peruenit in
Mesopotamiã Syriæ ad Laban filiũ Ba-
thuel Syri, fratrẽ Rebeccæ matris suæ.
Videns autem Esau quòd benedixisset 6
pater suus Iacob, & misisset eũ in Meso-
potamiã Syriæ, vt inde vxorẽ duceret; &
quòd post benedictionẽ præcepisset ei,
dicens, Non accipies vxorem de filiabus
Chanaan; quodque obediẽs Iacob pa- 7
rentibus suis isset in Syriã: probans 8
quoq. quòd non libenter aspiceret filias
Chanaan pater suus: iuit ad Ismahelẽ, 9
& duxit vxorẽ absque iis quas prius ha-
bebat, Maheleth filiã Ismahel filij Abra-
ham, sororẽ Nabaioth. Igitur egressus 10
Iacob de Bersabee, pergebat Haran.
Cumq. venisset ad quẽdam locũ, & vel- 11
let in eo requiescere post solis occubitũ,
tulit de lapidibus qui iacebãt, & suppo-
nens capiti suo, dormiuit in eodem loco.
Viditq. in somnis scalã stantem super 12
terrã, & cacumẽ illius tangens cælũ: an-
gelos quoque Dei ascendentes & descẽ-
dentes per eã: & Dñm innixũ scalæ di- 13
centem sibi: ¶ Ego sum Dñs Deus Abra-
ham patris tui, & Deus Isaac: Terram in
qua dormis, tibi dabo & semini tuo: E- 14
ritq. semẽ tuum quasi pulvis terræ: ¶ di-
lataberis ad Orientem, & Occidentem, &
Septentrionem & Meridiem: & ¶ BE-
NEDICENTVR IN TE & in
semine tuo cunctæ tribus terræ. Et e- 15
ro custos tuus quocunque perrexeris, &
reducam te in terram hanc: nec dimit-
tam nisi compleuero vniuersa quæ dixi.
Cumq. euigilasset Iacob de somno, ait: 16
Verè Dns est in loco isto, & ego nescie-
bã. Pauẽsq;, ¶ Quã terribilis est, inquit, 17
locus iste! non est hic aliud nisi domus
Dei, & porta cæli. Surgens ergo Iacob 18
manè, tulit lapidem, quem supposuerat
capiti suo, & erexit in titulum, fun-
dens oleum desuper. Appellauitque 19

Heb. 11. 20 — -o. — -5 MS. R. H. C. in Rab. & G. legitur. — & olei o. — -o. — Iacob Sup. 25, 35 — & oleo o. — Heb. 11. 17 — Abd. 1. 10 Veniat S. G. vt 7 MS. verba 4 S. H. C.

Su. 26, 35. — Osee 12, 14 — -o. — Inf. 35, 1 48. 3. — Deu. 12. 20 & 19. 14 Sup. 26, 4. — Inf. 31, 13

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nomẽ vrbis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votũ, dicens: Si
20 fuerit ℣ Dñs mecum, & cuſtodierit me in via per quã ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad veſcendũ, & veſtimentũ ad induendũ, reuerſuſque fuero proſperè ad
21 domũ patris mei: erit mihi Dñs in Deũ,
22 & lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

CAP. XXIX.

1 PRofectus ergo Iacob venit in terram
2 orientalem. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouiũ accubantes iuxta eũ: nã ex illo adaquabãtur pecora, & os eius grãdi lapide claudebatur. Mo-
3 risq. erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerẽt. Dixit-
4 que ad paſtores: Fratres, vnde eſtis? Qui reſponderunt, De Harã. Quos interro-
5 gans, Nunquid, ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. Sanúſne
6 eſt? inquit. Valet, inquiũt: & ecce Rachel filia eius venit cũ grege ſuo. Dixitque
7 Iacob: Adhuc multũ diei ſupereſt, nec eſt tẽpus vt reducantur ad caulas greges: date antè potũ ouibus, & ſic eas ad paſtum
8 reducite. Qui reſponderunt: Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidẽ de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc loquebãtur,
9 & ecce Rachel veniebat cũ ouibus patris ſui: nã gregẽ ipſa paſcebat. Quã cùm
10 vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinã ſuam, oueſq. Labã auunculi ſui: amouit lapidẽ quo puteus claudebatur. Et adaquato
11 grege oſculatus eſt eã: & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa feſtinans
12 nuntiauit patri ſuo. Qui cùm audiſſet
13 veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit obuiã ei: cõplexuſq. eũ, & in oſcula ruẽs, duxit in domũ ſuã. Auditis autem cauſis
14 itineris, reſpondit: Os meũ es, & caro mea. Et poſtquã impleti ſunt dies menſis
15 vnius, dixit ei: Nũ quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis
16 accipias. Habebat verò duas filias, nomẽ maioris Lia: minor verò appellabatur
17 Rachel. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel
18 decora facie, & venuſto aſpectu. Quam diligẽs Iacob, ait: Seruiã tibi pro Rachel
19 filia tua minore, ſeptẽ annis. Reſpondit
20 Labã: Melius eſt vt tibi eã dem quã alteri viro, mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitq. ad Labã: Da mihi vxo-
21 rẽ meã: quia iã tẽpus impletũ eſt, vt ingrediar ad illã. Qui vocatis multis ami-
22 corũ turbis ad cõuiuiũ, fecit nuptias. Et
23 veſperè Liã filiã ſuã introduxit ad eum,
24 dãs ancillã filiæ, Zelpham nomine. Ad quã cùm ex more, Iacob fuiſſet ingreſſus,
25 facto mane vidit Liã: & dixit ad ſocerũ ſuum', Quid eſt *quod facere voluiſti? nónne pro Rachel ſeruiui tibi? quare
26 *impoſuiſti mihi? Reſpondit Labã: Nõ eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt mi-
27 nores antè tradamus ad nuptias. Implehebdomadã dierũ huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruitu-
28 rus es mihi ſeptẽ annis aliis. Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel
29 duxit vxorem: cui pater ſeruã Balã tra-
30 diderat. Tandemq. potitus optatis nuptiis, amorẽ ſequẽtis priori prætulit, ſer-
31 uiens apud eũ ſeptẽ annis aliis. Videns autẽ Dñs, quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente.
32 Quæ conceptũ genuit filiũ, vocauitq. nomẽ eius Ruben, dicens: ∵ Vidit' Dñs humilitatẽ meam, nunc amabit me vir
33 meus. Rurſumq. concepit & peperit filium, & ait: Quoniam ∵ audiuit' me Dñs haberi contemptui, dedit etiam iſtũ mi-
34 hi. vocauitq. nomen eius Simeon. Concepitque tertiò, & genuit alium filium: dixitq., Nunc quoque ∵ copulabitur' mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios: & idcirco appellauit nomen eius
35 Leui. Quartò cõcepit, & peperit filiũ, & ait: Modò ∵ confitebor' Dño. ‖ & ob hoc vocauit eum Iudam: ceſſauitque párere.

CAP. XXX.

1 CErnens autẽ Rachel quòd infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuę, & ait marito ſuo: Da mihi liberos, alioquin mo-
2 riar. Cui iratus reſpondit Iacob, Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu
3 ventris tui? At illa, Habeo, inquit, famulã Balã: ingredere ad illã, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios.
4 Deditq. illi Balã in cõiugiũ: quæ ingreſſo ad ſe viro concepit, & peperit filium.
5
6 Dixitq. Rachel: ∵ Iudicauit' mihi Dñs, & exaudiuit vocẽ meã, dãs mihi filiũ. &
7 idcirco appellauit nomẽ eius Dan. Rur-
8 ſumq. Bala cõcipiẽs, peperit alterũ: pro quo ait Rachel: ∵ Cõparauit me' Dñs cum ſorore mea, & inualui: vocauitq. eũ Ne-
9 phthali. Sentiẽs Lia quòd párere deſiiſſet, Zelphã ancillã ſuam marito tradidit.
10 Qua poſt conceptũ edente filiũ, dixit:
11 ∵ Feliciter'. & idcirco vocauit nomẽ eius
12 Gad. Peperit quoque Zelpha alterum.
13 Dixitq. Lia: Hoc pro ∵ beatitudine mea': ∵ Beatã quippe me dicẽt' * mulieres. pro-
14 pterea appellauit eũ Aſer. Egreſſus aũt Rubẽ tẽpore meſsis triticeę in agrũ, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitq. Rachel, Da mihi partẽ de man-
15 dragoris filii tui. Illa reſpõdit: Parúmne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, niſi etiã mãdragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecũ hac nocte
16 pro mandragoris filij tui. Redeuntiq. ad veſperã Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede cõduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitq. cũ ea nocte

illa.

℣ Deus MS. R. Rab. H.
* Dominus Deus G.
* verbũ Domini C.

-6 M
*hoc
MS. H
G.
*Liam

∵ Rae

∵ Sam

∵ illa

∵ ode Matt

∵ Da

∵ ni
*om

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illa. Et exaudiuit Deus preces eius: concepitq.,& peperit filiũ quintum, & ait: Dedit Deus ∵ mercedem' mihi, quia dedi ancillã meã viro meo. appellauitq. nomẽ eius Issachar*. Rursum Lia cõcipiens, peperit sextũ filium, & ait: Dotauit me Deꝰ dote bona: etiã hac vice ∵ mecũ erit' maritus meus, eo quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Post quẽ peperit filiã nomine Dinã. Recordatus quoq. Dñs Rachelis, exaudiuit eã,& aperuit vuluã eius. Quæ concepit,& peperit filiũ,dicens: Abstulit Deus opprobriũ meũ. Et vocauit nomẽ eiꝰ Ioseph,dicẽs: ∵ Addat' mihi Dñs filiũ alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar ‖ in patriã-meã', & ad terrã meam. Da mihi vxores,& liberos meos,pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu ‖ verò' nosti seruitutem qua seruiui tibi. Ait illi Laban: Inueniam gratiam in cõspectu tuo: experimẽto didici quia benedixerit mihi Deus propter te: constitue mercedem tuam,quam dem tibi. At ille respondit: Tu nosti quomodo seruierim tibi,& quãta in manibus meis fuerit possessio tua.

Modicũ habuisti antequã veniré-ad te', & nunc diues effectus es: benedixitq. tibi Deus ad introitũ meum: iustum est igitur vt aliquando prouideam * domui meæ. Dixitq. Labã: Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: sed si feceris quod postulo, iterũ pascam, & custodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias, & sparso vellere: & quodcunq. furuũ & maculosum, variũq. fuerit,tam in ouibus quàm in capris,erit merces mea. Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit,coram te: & omnia quæ nõ fuerint varia, & maculosa, & furua,tam in ouibus quàm in capris,furti me ‖ argues'.

Dixitque Laban: Gratum habeo quod petis. Et separauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios, atque maculosos: cunctũ autem gregẽ vnicolorẽ,id est albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorũ suorum. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generũ, qui pascebat reliquos greges eius. Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisq. corticibus, in his quæ spoliata fuerant,candor apparuit: illa verò quæ integra fuerãt, viridia permanserunt: atq. in hũc modum color effectus est varius. Posuitq. eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cũm venirent greges ad bibendum, ante oculos haberẽt virgas,& in aspectu earũ cõcipereẽt. Factumq. est vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & párerent maculosa,& varia,& diuerso colore respersa.

Diuisitq. gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietũ: erant autẽ alba & nigra quæque, Laban: cætera verò, Iacob, separatis inter se gregibus.

41 Igitur quando primo tẽpore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouiũ, vt in earum contemplatione conci-
42 perent. quando verò serotina admissura erat, & cõceptus extremus, non ponebat eas. Factaq. sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob.
43 Ditatusq. est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

CAP. XXXI.

1 POstquam autem audiuit verba filiorũ Laban dicentiũ, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus:
2 animaduertit quoq. faciẽ Labã quòd nõ esset erga se sicut heri & nudiustertius,
3 maximè dicẽte sibi Dño: Reuertere in terrã patrũ tuorũ, & ad generationẽ tuã,
4 eroq. tecũ: Misit*,& vocauit Rachel & 5 Liã in agrũ, vbi pascebat greges, dixitq. eis: Video faciem patris vestri,quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: 6 Deus aũt patris mei fuit mecũ. Et ipsæ nostis quòd totis viribus meis seruierim
7 patri vestro. Sed & pater vester circumuénit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamẽ non dimisit eum
8 Deus vt noceret mihi. Si quando dixit, Variæ erunt mercedes tuæ: pariebant oẽs oues varios fœtus. quando verò econtrario ait, Alba quæq. accipies pro mercede: oẽs greges alba pepererunt. Tulitq.
9 Deus substantiam patris vestri, & dedit
10 mihi. Postquam enim cõceptus ouium tẽpus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios & maculosos, & diuer-
11 sorum colorum. Dixitq. angelus Dei ad me in somnis, Iacob? Et ego respõdi, Ad-
12 sum. Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas, varios, maculosos, atq. respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi La-
13 bã. Ego sum Deus Beth-el, ‖ vbi vnxisti lapidẽ,& votum vouisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, reuer-
14 tens in terrã natiuitatis tuæ. Respõderuntq. Rachel & Lia: Nunquid habemus residui quicquã in facultatibus, & hæ-
15 reditate domus patris nostri? Nónne quasi alienas reputauit nos,& vendidit,come-
16 ditq. pretium nostrum? Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus,fac. Surrexit ‖ itaq.' Iacob:
17 & impositis liberis,ac cõiugibus suis su-
18 per camelos,abiit. Tulitq. omnem substantiam suam,& greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat,pergẽs ad Isaac
19 patrẽ suũ in Terrã Chanáan. Eo tempore ierat Labã ad tõdendas oues, & Ra-
20 chel furata est idôla patris sui. Noluitq. Iacob confiteri socero suo quòd fugeret.

*Iacob 1 MS.H.C. G.

Ex. 28,18.

‖ autem MS.R.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cumque abiisset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erat, & amne transmisso pergeret cõtra Mentẽ-Galaad: nunciatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septẽ: & comprehendit eum in Monte-Galaad. Viditq. in somnis dicentem sibi Dñm: Caue ne quicquã asperè loquaris contra Iacob. Iamque Iacob extenderat in mõte tabernaculũ: cumq. ille consecutus fuisset eum cũ fratribus suis, in eodẽ Monte-Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio?

Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi: vt prosequerer te cũ gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis?

Non es passus vt osculares filios meos & filias: stultè operatus es & nunc quidẽ.

Valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris ‖tui' heri dixit mihi: Caue ne loquaris ‖contra' Iacob quicquam durius. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? Respondit Iacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres *filias tuas. Quòd autem furti me arguis: apud quẽcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, *auser. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idôla.

Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit. Cumq. intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idôla subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. sic delusa solicitudo quærentis est. Tumensq. Iacob, cũ iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid inueneristi de cũcta substantia domus tuæ? pone hîc coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco viginti annis fui tecum? oues tuæ & capræ steriles nõ fuerunt, arietes gregis tui non comẽdi: nec captum à bestia ostẽdi tibi, ego damnum omne reddebam: quicquid furtim peribat, à me exigebas: die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicq. per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri. Respondit ei Laban: Filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt: *quid possum facere ‖filiis' & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te. Tulit itaq. Iacob lapidem, & erexit illũ in titulum. Dixitq. fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntq. super eum. Quem vocauit Laban Tumulum-testis; & Iacob, Aceruum-testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitque Laban: ‖Tumulus' iste erit ‖testis' inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est, Tumulus-testis. *Intueatur & iudicet Dñs inter nos quando recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit. Dixitq. rursus ad Iacob: En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, testis erit: tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te; aut tu præterieris, malum mihi cogitans. Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac: Immolatisque victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cùm comedissent, mãserunt ibi. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reuersusq. est in locum suum.

CAP. XXXII.

Iacob ‖autem' abiit in itinere quod cœperat: fueruntq. ei obuiam Angeli Dei. Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est, Castra. Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram-Seir, in regionem-Edom: præcepitque eis, dicens: Sic loquimini dño meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Labã peregrinatus sum, & fui vsq. in præsentem diem. Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittoque nunc legationẽ ad dñm meum, vt inueniã gratiã in conspectu tuo. Reuersique sunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrẽ tuũ, & ecce properat in occursum tuũ cũ quadringẽtis viris. Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad vnã turmã, & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. Dixitque Iacob: Deus patris mei Abrahã, & Deus patris mei Isaac: Dñe qui dixisti mihi, Reuertere in terrã tuã, & in locũ natiuitatis tuæ, & benefaciã tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanẽ istum: & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de

‖vestri 4 MS.H.C.
‖cum 10 MS.H.C.G.
*mihi 1 MS.H.C.G.
*& 7 MS. H.C.G.
*sed 7 M
*& H.C
Textui
sentiun
R.& G.
:Gal.
:Ed.
*Et adi
Laban
Inf.48,
‖quoqu
MS.R.
‖& H.
G.Erl.
abiit,
manu

manu fratris mei Eſau, quia valdè eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrē cum filiis. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemen meū ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari nō poteſt. Cumq. dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat, munera Eſau fratri ſuo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, camelos fœtas cū pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earū decem. Et miſit per manus ſeruorū ſuorū ſingulos ſeorſum greges, dixitq. pueris ſuis: Antecedite me, & ſit ſpatiū inter gregē & gregem. Et præcepit priori, dicēs: Si obuium habueris fratrem meum Eſau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius ſunt iſta quæ ſequeris? reſpondebis: Serui tui Iacob, munera miſit dño ſuo Eſau: ipſe quoque poſt nos venit. Similiter dedit mandata ſecundo, & tertio, & cunctis qui ſequebantur greges, dicens: Iiſdē verbis loquimini ad Eſau, cùm inueneritis eū. Et addetis: Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrū inſequitur. dixit enim: Placabo illū munerib⁹ quæ præcedūt, & poſtea videbo illū, forſitā propitiabitur mihi. Præceſſerunt itaq. munera ante eū, ipſe verò māſit nocte illa in caſtris. Cūque ¶maturè surrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famulas cum vndecim filiis, & tranſiuit Vadū-iaboc. Traductisq. omnibus quæ ad ſe pertinebant, māſit ſolus: & ecce vir luctabatur cū eo vſque manè. Qui cū videret, quòd eū ſuperare nō poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitq. ad eū: Dimitte me, iam enim aſcēdit aurora. Reſpondit: Non dimittā te, niſi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod nomē eſt tibi? Reſpōdit: Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniā ſi contra Deū fortis fuiſti, quanto magis cōtra homines prævalebis? interrogauit eū Iacob: Dic mihi, quo appellaris noīe? Reſpondit: Cur quæris nomē meū*? Et benedixit ei in eodē loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuël, dicens: Vidi Dñm facie ad faciē, & ſalua facta eſt anima mea. Ortūſque eſt ei ſtatim ſol, poſtquā trāſgreſſus eſt Phanuël: ipſe verò claudicabat pede. Quam ob cauſam nō comedunt neruum filij Iſraël, qui emarcuit in femore Iacob vſque in præſentem diem: eò quòd tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

CAP. XXXIII.

ELeuans autē Iacob oculos ſuos, vidit venientē Eſau, & cū eo quadringentos viros: diuiſitque filios Liæ & Rachel, ambarumq. famularū: & poſuit vtrāque ancillā, & liberos earū in principio: Liā verò, & filios eius in ſecundo loco: Rachel autem, & Ioſeph nouiſſimos. Et ipſe progrediēs adorauit pronus in terrā ſepties, donec appropinquaret frater eius. Currens itaq. Eſau obuiā fratri ſuo, amplexatus eſt eū; ſtringénſque collū eius, & oſculans fleuit. Leuatiſq. oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid ſibi volūt iſti? & ſi ad te pertinēt? Reſpōdit: Paruuli ſunt quos donauit mihi Deus ſeruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt. Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cùm ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. Dixitque Eſau: Quænam ſunt iſtæ turmæ quas obuiā habui? Reſpondit: Vt inuenirem gratiā coram dño meo. At ille ait: Habeo plurima frater mi, ſint tua tibi. Dixitque Iacob: Noli ita obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis. ſic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei: eſto mihi propitius, & ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente ſuſcipiens, ait: Gradiamur ſimul, eroque ſocius itineris tui. Dixitque Iacob: Noſti dñe mi quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat dñs meus ante ſeruū ſuum: & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniā ad dñm meū in Seir. Reſpondit Eſau: Oro te, vt de populo qui mecū eſt, ſaltem ſocij remaneāt viæ tuæ. Nō eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantū indigeo, vt inueniā gratiā in cōſpectu tuo dñe mi. Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis appellauit nomen loci illius Socoth, id eſt, tabernacula. Tranſiuitque in Salē vrbē Sichimorū, quæ eſt in terra-Chanaan, poſtquā reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidū. Emitque partē agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichē centū agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimū Deum Iſraël.

CAP. XXXIIII.

EGreſſa eſt autē Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius. Quā cùm vidiſſet Sichē filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cū illa, vi opprimens virginē. Et cōglutinata eſt anima eius cū ea, triſtēq. delinuit blāditiis. Et pergēs ad Hemor patrē ſuū, Accipe, inquit, mihi puellā hāc coniugē. Quod cū audiſſet Iacob abſentibus filiis, & in paſtu pecorū occupatis, ſiluit donec redirent. Egreſſo autē Hemor patre Sichē vt loqueretur ad Iacob, ecce filij ei⁹ veniebāt de agro: auditoque quod acciderat, irati

* 8 MS. Rab.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt valdè, eò quòd fœdā rē operatus esset in Israël, & violata filia Iacob, rē illicitā perpetrasset. Locutus est itaq. Hemor ad eos: Sichē filij mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eā illi vxorem. Et iungam⁹ vicissim cōnubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite.

Et habitate nobiscū: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eā. Sed & Sichē ad patrē & ad fratres eius ait: Inueniā gratiā corā vobis: & quæcūq. statueritis, dabo. augete dotē, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantū date mihi puellā hāc vxorē. Respōderūt filij Iacob Sichē & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprū sororis: Nō possumus facere quod petitis, nec dare sororē nostrā homini incircūciso: quod illicitū & nefariū est apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostrī, & circūcidatur in vobis omnis masculini sexus.

Tūc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras, ac nostras: & habitabim⁹ vobiscū, erimúsq. vnus populus. Si autem circūcidi nolueritis, tollem⁹ filiā nostrā, & recedemus. Placuit oblatio eorū Hemor, & Sichē filio ei⁹. Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret: amabat enim puellā valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui.

Ingressíque portā vrbis, locuti sunt ad populū: Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscū: negotiētur in terra, & exerceāt eā, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorū accipiemus vxores, & nostras illis dabim⁹. Vnū est quo differtur tātū bonū: Si circūcidam⁹ masculos nostros, ritū gentis imitantes. Et substantia eorū, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt: tantū in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populū. Assensíq. sunt oēs, circumcisis cūctis maribus. Et ecce, die tertio quando grauissimus vulnerū dolor est, arreptis, duo filij Iacob, Simeō & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt vrbē cōfidēter: ‖ interfectísq. omnib⁹ masculis, Hemor & Sichē pariter necauerūt, tollētes Dinā de domo Sichē sororē suā. Quibus egressis, irruerūt sup occisos cæteri filij Iacob: & depopulati sunt vrbē in vltionē stupri. Oues eorū, & armenta, & asinos, cunctaq. vastantes quæ in domibus & in agris erant, paruulos quoq. eorū & vxores duxerūt captiuas.

Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me, & odiosum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatorib⁹ terræ huius. nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Responderunt: Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

Inf. 46, 6.

CAP. XXXV.

INterea locut⁹ est Deus ad Iacob: Surge, & ascēde Beth-el, & habita ibi, fac-que altare Deo qui ‖ apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrē tuū. Iacob verò cōuocata omni domo sua, ait: Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mūdamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei oēs deos alienos quos habebant, & inaures quæ erāt in auribus eorū: at ille infodit eas subter terebinthū, quæ est post vrbē Sichē. Cumq. profecti essent, terror Dei inuasit oēs per circuitū ciuitates, & non sunt ausi persequi recedētes. Venit igitur Iacob Luzā, quæ est in Terra-Chanáan, cognomēto Beth-el: ipse & omnis populus cū eo. Aedificauitq. ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus-Dei: ibi enim ‖ apparuit ei Deus cùm fugeret fratrē suū. Eodē tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Beth-el subter quercū: vocatumq. est nomē loci illius, Quercus-fletus. Apparuit autē iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitq. ei, dicens: ‖ Nō vocaberis vltrà Iacob, sed Israël erit nomē tuū. Et appellauit eū Israël, dixitq. ei: Ego De⁹ omnipotēs, cresce, & multiplicare: gētes, & populi nationū ex te erūt, reges de lūbis tuis egredientur. Terrāq. quam dedi Abrahā & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille verò erexit titulū lapideū in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eū libamina, & effundēs oleū: vocāsq. nomē loci illius Beth-el. Egressus autē inde, venit verno tempore ad terrā quæ ducit Ephrātā: in qua cū parturiret Rachel, ob difficultatē partus periclitari cœpit. Dixitq. ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filiū. Egrediente autē anima præ dolore, & imminente iā morte, vocauit nomen filij sui Ben-oni, id est filius doloris mei: pater verò appellauit eū Ben-iamin, id est filius dextræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephrātam, hæc est Beth-lehē. Erexitq. Iacob titulū super sepulchrum eius: Hic est titulus monumenti Rachel, vsq. in præsentem diem. Egressus inde, fixit tabernaculū trans Turrē-gregis. ‖ Cumq. habitaret in illa regione, abiit Rubē, & dormiuit cū Bala cōcubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autē filij Iacob duodecim.

Sup. 32. *Sup. 28.* *Sup. 31.* *Inf. 48.* *Inf. 48.*

Filij Liæ: primogenit⁹ Rubē, & Simeō, & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulō.

Filij Rachel: Ioseph & Ben-iamin.

Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dā & Nephthali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser. hi sunt filij Iacob, q nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit etiā ad Isaac patrē suū in Mambre, Ciuitatē-Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Abraham & Iſaac. Et cõpleti ſunt dies 28
Iſaac centũ octoginta annorũ. Cõſum- 29
ptuſq. ætate mortuus eſt: & appoſitus eſt
populo ſuo ſenex & plenus dierũ: & ſe-
pelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui.

CAP. XXXVI.

HAe ſunt autẽ generatiões Eſau, ipſe 1
eſt Edom. Eſau accepit vxores de 2
filiabus Chanáã: Ada filiã Elon Hethęi,
& Oolibama filiã Anæ ‖filiæ' Sebeõ He-
uæi: Báſemath quoq. filiã Iſmahel ſo- 3
rorẽ Nabaioth. ‖Peperit autẽ Ada*, E- 4
liphaz: Báſemath genuit Rahuel: Oolí- 5
bama genuit Iehus & Ihelon & Core. hi
filij Eſau qui nati ſunt ei in Terra-Cha-
náan. Tulit autẽ Eſau vxores ſuas & fi- 6
lios & filias, & omnẽ animã domus ſuæ,
& ſubſtantiã, & pecora, & cũcta quæ ha-
bere poterat in terra-Chanáã: & abiit in
alterã regionẽ, receſsitq. à fratre ſuo Ia-
cob. ‖ Diuites enim erãt valde, & ſimul 7
habitare nõ poterant: nec ſuſtinebat eos
terra peregrinationis eorũ præ multitu-
dine gregũ. ‖ Habitauitq. Eſau in Mõ- 8
te-Seir, ipſe eſt Edõ. Hæ autẽ ſunt ge- 9
nerationes Eſau patris Edom in Monte-
Seir, & hæc nomina filiorũ eius: ‖Eli- 10
phaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quo-
que filius Báſemath vxoris eius. Fue- 11
runtq. Eliphaz filij: Theman, Omar, Se-
pho, & Gathã, & Cenez*. Erat autem 12
Thãna, cõcubina Eliphaz filij Eſau: quæ
peperit ei Amalec. hi ſunt filij Ada vxo-
ris Eſau. Filij autẽ Rahuel: Nahath & 13
Zara, Samma, & Meza. hi filij Báſemath
vxoris Eſau. Iſti quoq. erant filij Ooli- 14
bama filię Anæ ‖filiæ' Sebeon, vxoris E-
ſau, quos genuit ei, Iehus & Ihelon &
Core. Hi duces filiorũ Eſau: Filij Eli- 15
phaz primogeniti Eſau; dux Themã, dux
Omar, dux Sepho, dux Cenez, dux Co- 16
re, dux Gathã, dux Amalec. hi filij Eli-
phaz in Terra-Edom, & hi filij Ada. Hi 17
quoq. filij Rahuel filij Eſau: dux Nahath,
dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autẽ
duces Rahuel in Terra-Edom: ‖iſti filij
Baſemath vxoris Eſau'. Hi autem filij 18
Oolibama vxoris Eſau: dux Iehus,
dux Ihelon, dux Core. hi duces Oo-
libama filiæ Anæ vxoris Eſau. Iſti ſunt 19
filij Eſau, & hi duces eorũ: ipſe eſt Edõ.
‖Iſti ſunt filij Seir Horræi, ‖habitato- 20
res' terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeõ, & A-
na, & Diſon, & Aſer, & Diſan. hi duces 21
Horræi, filij Seir in Terra-Edom. Facti 22
ſunt autẽ filij Lotã: Hori & Hemã. erat
autẽ ſoror Lotã, Thãna. Et iſti filij So- 23
bal: Aluã & Manahat & Ebal, & Sepho
& Onã. Et hi filij Sebeon: Aia & Ana. 24
Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in
ſolitudine, cùm paſceret aſinas Sebeon
patris ſui. Habuitq. filiũ Diſon, & filiã 25
Oolibama. Et iſti filij Diſõ: Hamdã, & 26
Eſeban, & Iethrã, & Charã. Hi quoque 27
filij Eſer: Balaã, & Zauã, & Acã. Habuit 28
aũt filios Diſan: Hus, & Arã. Hi duces 29
Horræorũ: dux Lotã, dux Sobal, dux Se- 30
beon, dux Ana, dux Diſon, dux Eſer,
dux Diſan: Iſti duces Horræorũ qui im- 31
perauerunt in Terra-Seir. Reges autem
qui regnauerũt in Terra-Edõ antequam
haberent regẽ filij Iſraël, fuerũt hi: Be- 32
la filius Beor, nomenq. vrbis eius Denà-
ba. Mortuus eſt autẽ Bela, & regnauit 33
pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra. Cũ- 34
que mortuus eſſet Iobab, regnauit pro
eo Huſam de terra Themanorum. Hoc 35
quoq. mortuo, regnauit pro eo Adad fi-
lius Badad, qui percuſsit Madian in Re-
gione-Moab: & nomẽ vrbis eius Auith.
Cumq. mortuus eſſet Adad, regnauit 36
pro eo Semla de Maſreca. Hoc quoque 37
mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio
Rohoboth. Cumq. & hic obiiſſet, ſuc- 38
ceſsit in regnũ Balanã filius Achobor.
Iſto quoq. mortuo regnauit pro eo A- 39
dar, nomẽq. vrbis eius Phau: & appella-
batur vxor eius Meetabel, filia Matred fi-
lię Mezaab. Hæc ergo nomina ducum 40
Eſau in cognationibus, & locis, & voca-
bulis ſuis: dux Thãna, dux Alua, dux Ie-
theth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phi- 41
non, dux Cenez, dux Themã, dux Mab- 42
ſar, dux Magdiel, dux Hirã: hi duces E- 43
dom habitantes in terra imperij ſui, ipſe
eſt Eſau pater Idumæorum.

CAP. XXXVII.

HAbitauit autẽ Iacob in Terra-Cha- 1
náan, in qua pater ſuus peregrinatus
eſt. Et hæ ſunt generatiões eius: Ioſeph 2
cùm ſedecim eſſet annorũ, paſcebat gre-
gẽ cum fratribus ſuis adhuc puer: & erat
cũ filiis Balæ & Zelphæ vxorũ patris ſui:
accuſauitq. fratres ſuos apud patrẽ cri-
mine peſsimo. Iſraël autẽ diligebat Io- 3
ſeph ſuper oẽs filios, eò quòd in ſenec-
te genuiſſet eũ: fecitq. ei tunicã polymi-
tã. Videntes autẽ fratres eius quòd à pa- 4
tre plus cũctis filiis amaretur, oderãt eũ,
nec poterant ei quidquã pacificè loqui.
Accidit quoq. vt viſum ſomniũ refer- 5
ret fratrib' ſuis, quæ cauſa maioris odij
ſeminariũ fuit. Dixitq. ad eos, Audite 6
ſomniũ meũ quod vidi: Putabã nos li- 7
gare manipulos in agro; & quaſi conſur-
gere manipulũ meũ, & ſtare, veſtrosque
manipulos circũſtantes adorare manipu-
lũ meũ. Reſpõderunt fratres eius, Nũ 8
quid rex noſter eris? aut ſubiiciemur di-
tioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorũ atq.
ſermonũ, inuidiæ & odij ſomitem minui-
ſtrauit. Aliud quoq. vidit ſomniũ, quod 9
narrãs fratribus, ait: Vidi per ſomnium,
quaſi ſolẽ, & lunã, & ſtellas vndecim ad-
orare me. Quod cùm patri ſuo, & fra- 10
tribus retuliſſet, increpauit eum pater
ſuus, & dixit, Quid ſibi vult hoc ſom-
nium quod vidiſti? ‖num' ego & mater ‖nunquid
tua, & fratres tui adorabimus te ſuper MS. G.
terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: 11
pater verò ‖rem tacitus conſiderabat'. ‖verbum
Cumq. fratres illius in paſcendis gregi- 12
bus

* filiã 3 MS
‖filij 14 MS. R. Rab. G. Q.
1. Par. 1, 29
* ipſi Eſau H. C. G.
Sup. 13. 6
Ioſ. 24, 4
1. Par. 1, 34
* & Core o.
‖vt ſupra v. 2.
* o.
Deu. 2, 12
1. Par. 1, 38
‖habitatoris MS. G. rerum, quæ in textu eſt legitur, R. Rab. H. C. conformis eſt.
‖nunquid MS. G.
‖verbum ſeruauit. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus patris morarentur in Sichem, dixit 13
ad eum Israël, Fratres tui pascũt oues in
Sichimis: veni, mittã te ad eos. Quo re-
spondente, Præsto sum: ait ei, Vade, & 14
vide, si cuncta prospera sint ergo fratres
tuos, & pecora: & renũtia mihi quid aga-
tur. Missus de Valle-Hebron, venit in Si-
chẽ: inuenitq. eum vir errantẽ in agro, 15
& interrogauit quid quæreret. At ille 16
respõdit, Fratres meos quæro, indica mi-
hi vbi pascant ~greges'. Dixitq. ei vir, 17
Recesserunt de loco isto: audiui autẽ eos
dicentes, Eamus in Dothain. Perrexit
itaq. Ioseph post fratres suos, & inuenit
eos in Dothain. Qui cùm vidissent eũ 18
procul, antequã accederet ad eos, cogita-
uerunt illũ occidere. Et mutuò loque- 19
bantur, Ecce somniator venit: venite, 20
occidamus eũ, & mittamus in ‖cisternã
veterẽ': dicemúsq. Fera pessima deuo-
rauit eũ: & tunc apparebit quid illi pro-
sint somnia sua. ‖ Audiẽs autẽ hoc Ru- 21
ben, nitebatur liberare eum de manibus
eorũ, & dicebat, Non ‖interficiatis' ani- 22
mã eius*, nec ‖effundatis' sanguinẽ: sed
proiicite eum in cisternã ‖hanc', quæ est
in solitudine, manúsq. vestras seruate in-
noxias. hoc autẽ dicebat, volens eripere
eum de manibus eorum, & reddere patri
suo. Cõfestim igitur vt peruẽnit ad fra- 23
tres suos, nudauerunt eũ tunica talari, &
polymita: miseruntq. eum in cisternam 24
~veterem', quæ non habebat aquã. Et 25
sedẽtes vt comederent panem, viderunt
Ismahelitas viatores venire de Galaad,
& camelos eorum portantes aromata, &
resinã, & stacten, in Aegyptũ. Dixit ergo 26
Iudas fratribus suis, Quid nobis prodest
si occiderimus fratrẽ nostrum, & celaue-
rimus sanguinẽ ipsius? Melius est vt ‖ve- 27
nũdetur' Ismahelitis, & manus nostræ nõ
polluãtur: frater enim & caro nostra est.
Acquieuerunt fratres sermonibus illius. 28
‖ Et prætereũtibus ‖Madianitis' negotia-
toribus, extrahentes eũ de cisterna, ven-
diderunt eũ Ismahelitis ‖viginti' argen-
teis; qui duxerunt eum in Aegyptũ. Re- 29
uersusq. Ruben ad cisternã, non inuenit
‖puerũ': & scissis vestibus pergens ad 30
fratres suos, ait, Puer nõ cõparet, & ego
quò ibo? Tulerunt autẽ tunicã eius, & 31
in sanguinẽ hœdi quẽ occiderant, tinxe-
runt: mittẽtes qui ferrẽt ad patrẽ, & di- 32
cerẽt, ‖ Hanc inuenimus: vide vtrũ tuni-
ca filij tui sit, an non. Quã cùm ‖agno- 33
uisset' pater, ait, Tunica filij mei est, fera
pessima comẽdit eũ, bestia deuorauit Io-
seph. Scissisq. vestibus, indutus est cili- 34
cio, lugens filium suum multo tempore.
Congregatis aũt cunctis liberis eius vt 35
lenirent dolorẽ patris, noluit consolatio-
nem accipere: sed ait, Descendam ad fi-
lium meum lugens in infernum. Et illo
perseuerante in fletu, Madianitæ ven- 36
diderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari
eunucho Pharaonis magistro ‖militum'.

H.C.G.

‖ynam ci-sternarum. H.C.G. Inf. 42,22.

‖interficiamus. MS.R.H. C.G.

*Et dixit ad eos Rubẽ H.C.G & sequitur: ne effundatis, &c.

‖effundamus o

‖veterẽ o ~ 8 MS. Rab.H.C.G.

‖vẽdamus MS.H.C.G.

Sap. 10. 13.

‖Ismahelitis o.

Ps. 104. 17.

‖triginta o

‖Ioseph in cisterna H.C.G.

Inf. 44. 28.

‖cognouisset MS. Rab.

‖militiæ MS. Rab.

CAP. XXXVIII.

1 EOdẽ tempore descẽdẽs Iudas à fra-
tribus suis, diuertit ad virũ Odolla-
2 miten, nomine Hirã. ‖ Viditq. ibi filiam
hominis Chananæi, ‖vocabulo' Sua: &
3 accepta vxore, ingressus est ad eã. Quæ
concepit, & peperit filiũ, & vocauit no-
4 mẽ eius Her. ‖ Rursumq. cõcepto fœtu,
5 natum filium vocauit Onan. Tertium
quoq. peperit: quem appellauit Sela. quo
6 nato, párere vltrà cessauit. Dedit autem
Iudas vxorem primogenito suo Her, no-
7 mine Thamar. ‖ Fuit quoq. Her primo-
genitus Iudæ, nequã in conspectu Dñi: &
8 ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad
Onam filiũ suũ, Ingredere ad vxorẽ fra-
tris tui, & sociare illi, vt suscites semen
9 fratri tuo. Ille sciẽs nõ nasci sibi filios,
introiens ad vxorẽ fratris sui, semẽ fun-
debat in terram: ne liberi, fratris nomine
10 nascerentur. Et idcirco percussit eum
Dñs, eo quòd rem detestabilem faceret.
11 Quã ob rem dixit Iudas Thamar nurui
suæ, Esto vidua in domo patris tui, donec
crescat Sela filius meus: timebat enim
ne & ipse moreretur, sicut fratres eius.
Quæ abiit, & habitauit in domo patris
12 sui. Euolutis autẽ multis diebus mor-
tua est ‖Sua' vxor Iudæ: qui post luctum
cõsolatione susceptа, ascendebat ad tõso-
res ouiũ suarũ, ipse & Hiras opilio gre-
13 gis Odollamites, in Thamnas. Nuntia-
tumq. est Thamar quòd socer illius ascẽ-
deret in Thamnas ad tondendas oues.
14 Quæ depositis viduitatis vestibus, as-
sumpsit theristrũ: & mutato habitu sedit
in biuio itineris, quod ducit Thamnam:
eo quòd creuisset Sela, & nõ eũ accepis-
15 set maritũ. Quam cùm vidisset Iudas,
suspicatus est esse meretricem: operuerat
16 enim vultũ suũ, ~ne agnosceretur'. In- ~H.C.
gredienſq. ad eã, ait, Dimitte me vt coẽã
tecum: nesciebat enim quòd nurus sua
esset. Qua respondẽte, Quid dabis mihi,
17 vt fruaris cõcubitu meo? dixit, Mittã ti-
bi hœdũ de gregibus. Rursumq; illa di-
cente, ~Patiar quod vis', si dederis mihi ~H.C.
arrhabônẽ, donec mittas quod pollice-
18 ris. Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrha-
bône dari? Respondit, Annulũ tuũ, & ar-
millam, & baculum quem manu tenes.
19 Ad vnũ igitur coitũ mulier cõcepit, &
surgens abiit: depositoq. habitu quẽ sum-
20 pserat, induta est viduitatis vestibus. Mi-
sit autem Iudas hœdũ per pastorẽ suum
Odollamiten, vt reciperet pignus quod
dederat mulieri: qui cùm non inuenisset
21 eam, interrogauit homines loci illius, ‖meretri-
Vbi est ‖mulier' quæ sedebat in biuio? H.G.C.
Respondentibus cunctis, Non fuit in lo-
22 co isto meretrix: reuersus est ad Iudã,
& dixit ei: Nõ inueni eam: sed & homi-
nes loci illius dixerunt mihi, numquam
23 sediſſe ibi scortum. Ait Iudas, Habeat
sibi, certè mendacij arguere nos non po-
test; ego misi hœdũ quem promiseram:

‖filia Su MS.R. C. Tex. lectio G. consensu

& tu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& tu non inueniſti eam. Ecce autē poſt 24
tres menſes nuntiauerunt Iudæ, dicētes,
Fornicata eſt Thamar nurus tua, & vi-
detur vterus illius intumeſcere. Dixitq.
Iudas, Producite eam vt comburatur.
Quæ cùm duceretur ad pœnā, miſit ad 25
ſocerum ſuum, dicēs: De viro cuius hæc
ſunt, cōcepi: cognoſce cuius ſit annulus,
& armilla, & baculus. Qui agnitis mu- 26
neribus ait, Iuſtior me eſt: quia non tra-
didi eam Sela filio meo. Attamen vltrà
Mat. 1, 3. nō cognouit eam. ‖ Inſtante autē partu, 27
apparuerūt gemini in vtero: atq. in ipſa 28
effuſione infantiū vnus protulit manum,
in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicēs,
Iſte egredietur prior. Illo verò retra- 29
hente manū, egreſſus eſt alter: dixitque
mulier, Quare diuiſa eſt propter te ma-
ceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen
eius Phares. ‖ Poſtea egreſſus eſt frater
eius, in cuius manu erat coccinum: quem
appellauit Zara. CAP. XXXIX.
IGitur Ioſeph ductus eſt in Aegyptum, 1
emitq. eum Phutiphar eunuchus Pha-
raonis, princeps exercitus ſui, vir Aegy-
ptius, de manu Iſmahelitarum, à quibus
perductus erat. Fuitq. Dominus cum eo 2
& erat vir in cunctis proſperè agēs: habi-
tauitq. in domo domini ſui, qui opti- 3
mè nouerat Dominū eſſe cū eo, & omnia
quæ gereret, ab eo' dirigi in manu illius.
Inuenitq. Ioſeph gratiā corā dño ſuo, 4
& miniſtrabat ei: à quo præpoſitus om-
nibus gubernabat creditā ſibi domum, &
vniuerſa quæ ei tradita fuerāt: benedi- 5
xitq. Dominus domui Aegyptij propter
Ioſeph, & multiplicauit tā in ædib. quā
in agris cunctā eius ſubſtantiam. *nec 6
quidquā aliud nouerat, niſi panē quo ve-
ſcebatur. Erat autē Ioſeph pulchra facie,
& decorus aſpectu. Poſt multos itaque 7
dies iniecit domina ſua oculos ſuos in
Ioſeph, & ait: Dormi mecū. Qui ne- 8
quaquā acquieſcens operi nefario, dixit
ad eā: Ecce dñs meus omnibus mihi tra-
ditis ignorat quid habeat in domo ſua:
nec quidquam eſt quod non in mea ſit 9
poteſtate, vel nō tradiderit mihi, præter
te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſ-
ſum hoc malū facere, & peccare in ᵇDo-
minum meū? Huiuſcemodi verbis per 10
ſingulos dies*, & mulier moleſta erat ad-
oleſcenti, & ille recuſabat ſtuprū. Ac- 11
cidit autē quadam die vt intraret Ioſeph
domū, & operis quippiam abſq. arbitris
faceret: & illa, apprehenſa lacinia ve- 12
ſtimēti eius, diceret: Dormi mecū. Qui
relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſ-
ſus eſt foras. Cumq. vidiſſet mulier ×ve- 13
ſtē in manibus ſuis, & ſe eſſe cōtemptā,
vocauit ad ſe' homines domus ſuæ, & 14
ait ad eos: En introduxit virū Hebræū,
vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt
coiret mecum: cumq. ego ſucclamaſſem,
& audiſſet vocem meā, reliquit pallium 15
quod tenebā, & fugit foras. In argumē- 16
tum ergo fidei retentum palliū oſtendit
17 marito reuertenti domū, & ait: Ingreſ-
ſus eſt ad me ſeruus Hebræus quē addu-
18 xiſti vt illuderet mihi: cumque audiſſet
me clamare, reliquit palliū quod tenebā,
19 & fugit foras. His auditis dominus, &
nimium credulus verbis coniugis, iratus
20 eſt valde, ‖ tradiditq. Ioſeph in carcerē, Pſal. 104. 18.
vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat
21 ibi clauſus. Fuit autē Dñs cum Ioſeph,
& miſertus eſt illius: & dedit ei gratiā in
22 conſpectu principis carceris. Qui tra-
didit in manu illius vniuerſos vinctos
qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid
23 fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat ali-
quid cunctis ei creditis: Dñs enim erat
cū illo, & omnia opera eius dirigebat.

CAP. XL.

1 HIs itaque geſtis, accidit vt peccarēt
duo eunuchi, pincerna regis Aegy-
2 pti, & piſtor, domino ſuo. Iratuſq. con-
tra eos Pharao (nam alter pincernis præ-
3 erat, alter piſtoribus) miſit eos in carce-
rē principis militū, in quo erat vinctus &
4 Ioſeph. At cuſtos carceris tradidit eos
Ioſeph, qui & miniſtrabat eis: aliquātulū
tēporis fluxerat, & illi in cuſtodia tene-
5 bantur. Viderūntq. ambo ſomniū nocte
vna, iuxta interpretationē congruā ſibi.
6 ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè,
7 & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos,
dicēs: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies
8 veſtra? Qui reſponderūt, Somniū vidi-
mus, & non eſt qui interpretetur nobis.
Dixitque ad eos Ioſeph: Nūquid nō Dei
eſt interpretatio? referte mihi quid vide-
9 ritis. Narrauit prior, præpoſitus pincer-
10 narū ſomniū ſuum: Videbam corā me
vitem, in qua erant tres propagines, cre-
ſcere paulatim in' gemmas, & poſt flo- -9 MS.
11 res vuas matureſcere: calicemq. Pha-
raonis in manu mea. tuli ergo vuas, &
expreſsi in calicē quem tenebam, & tra-
12 didi poculum Pharaoni. Reſpondit Io-
ſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij, Tres
13 propagines, tres adhuc dies ſunt: poſt
quos recordabitur Pharao miniſterij tui,
& reſtituet te in gradum priſtinum: da-
biſque ei calicem iuxta officiū tuū, ſicut
14 antè facere conſueueras. Tantùm me-
mēto mei, cùm tibi bene fuerit, & facias
mecū miſericordiā: vt ſuggeras Pharao-
15 ni vt educat me de iſto carcere: quia
furtim ſublatus ſum de terra Hebræorū,
16 & hic innocēs in lacū miſſus ſum. Vidēs
piſtorum magiſter quòd prudenter ſom-
niū diſſoluiſſet, ait: Et ego vidi ſomniū,
Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper
17 caput meū: & in vno caniſtro quod erat
excelſius portare* me omnes cibos * qui * putabam
fiunt arte piſtoria, aueſq. comedere ex eo. MS. q. R.
18 Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpre- ᵇ Pharaonis. H. C. G.
tatio ſomnij: Tria caniſtra, tres adhuc
19 dies ſunt: Poſt quos auferet Pharao ca-
put tuum, ac ſuſpendet te in cruce, &
20 lacerabūt volucres carnes tuas. Exinde

*Et dimiſit omnia quæ habebat in manu Ioſeph. H.C.G.

ᵇDeum 9. MS. H. C. G.

ᵇDeum meum MS. R. Rab.

×loquebatur 4. MS. R. H. C. G.

*quòd reliquiſſet H.C.G.

-9 MS. Rab. H.C. G.

Ngererentur ab eo 9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuiũ pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. Restituitq. alterũ in locum suũ, vt porrigeret ¶ei' poculum: alterum suspẽdit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.

Et tamẽ succedẽtib. prosperis, præpositus pincernarũ oblitus est interpretis sui.

¶regi 13 MS. Rab. ¶Pharaoni H.C.G.

CAP. XLI.

POst duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluuiũ, de quo ascẽdebãt septẽ boues, pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus. Aliæ quoq. septẽ emergebãt de flumine, fœdæ, cõfectæq. macie: & pascebãtur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. deuoraueruntq. eas quarũ mira species & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & vidit alterũ somnium. Septẽ spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formosæ; aliæ quoque totidẽ spicæ tenues, & percussæ vredine oriebãtur, deuorãtes omnẽ priorũ pulchritudinẽ. Euigilans Pharao post quietẽ, & facto mane, pauore perterritus, misit ad ¶omnes' coniectores Aegypti, cunctosq. sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. Tũc demũ reminiscens pincernarũ magister, ait: Cõfiteor peccatũ meum: Iratus rex seruis suis, me & magistrũ pistorũ retrudi iussit in carcerẽ principis militũ: vbi vna nocte vterque vidimus somnium, præsagium futurorũ. Erat ibi puer Hebræus, eiusdẽ ducis militũ famulus: cui narrãtes somnia, audiuimus quicquid postea rei probauit euentus. ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperiũ eductum de carcere Ioseph toronderunt: ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat: quæ audiui te sapientissimè coniicere.

Respõdit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis, & septẽ boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus; quæ in pastu paludis virecta carpebant. & ecce, has sequebantur aliæ septem boues, in tantũ deformes & macilentæ, vt nunquã tales in Terra-Aegypti viderim. quæ deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedẽre vestigium: sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans, rursus sopore depressus, vidi somnium, Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atq. pulcherrimæ. aliæ quoq. septem tenues & percussæ vredine, oriebantur è stipula: quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus ¶somniũ', & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph, Somnium regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Septẽ boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septẽ hubertatis anni sunt; eandemq. vim somnij cõprehendũt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septẽ spicæ tenues, & vento vrẽte percussæ: septẽ anni venturæ sunt famis. Qui hoc ordine complebuntur.

Ecce, septẽ anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa Terra-Aegypti: quos sequẽtur septẽ anni alij tãtæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia: cõsumptura est enim fames omnem terrã, & hubertatis magnitudinẽ perditura est inopiæ magnitudo. Quod autẽ vidisti secundò ad eandẽ rem pertinens somniũ: firmitatis indicium est, eo quòd fiat sermo Dei, & velociùs impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industriũ, & præficiat eum Terræ-Aegypti. Qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintã partem fructuũ per septẽ annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumẽtũ sub Pharaonis potestate cõdatur, seruetурq. in vrbibus. Et præparetur futuræ septẽ annorũm fami quæ oppressura est Aegyptũ, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consiliũ & cunctis ministris eius: locutusque est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostẽdit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorẽ & consimilẽ tui inuenire potero? ℣ Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperiũ cũctus populus obediet: vno tantùm regni solio te præcedam. Dixitque rursum Pharao ad Ioseph: Ecce, constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitq. annulum de manu sua, & dedit eũ in manu eius: vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eũ ascendere super currũ suum ¶secundũ', clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositũ esse scirent vniuersæ Terræ-Aegypti. Dixit quoque ¶rex-Aegypti' ad Ioseph: Ego sum Pharao: absq. tuo imperio non mouebit quisquam manũ aut pedẽ in omni Terra-Aegypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum (lingua Aegyptiaca,) Saluatorẽ-mundi. Deditq. illi vxorem Aseneth filiã Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad Terram-Aegypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorũ: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantiã in singulis vrbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ

Psal. 104, 20.

Psal. 104, 21. 1. Mach. 2, 53. Act. 7, 10.

¶secum 4

¶somniorũ 4 MS. H. C.G.

— 10 MS. Rab. ¶Pharaonis H.C.G.

maris

maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. ¶Natiq. sunt Ioseph filij duo 50
antequā veniret fames: quos peperit ei
Aseneth filia Phutipharis sacerdotis He-
liopoleos. Vocauitq. nomen primoge- 51
niti, Manasses, dicens: ∵Obliuisci me fe-
cit' Deus omniū laborū meorum, & do-
mus patris mei. Nomen quoq; secundi 52
appellauit Ephraim, dicens: ∵Crescere
me fecit' Deus in terra paupertatis meæ.
Igitur trāsactis septē hubertatis annis, 53
qui fuerant in Aegypto, ¶cœperūt ve- 54
nire septē anni inopiæ, quos prædixerat
Ioseph; & in vniuerso orbe fames præ-
ualuit, in cuncta ∵autē' Terra-Aegypti
∵panis' erat. Qua esuriēte clamauit po- 55
pulus ad Pharaonem alimenta petens.
Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph: &
quicquid ipse vobis dixerit, facite. Cre- 56
scebat autē quotidie fames in omni ter-
ra: aperuitq. Ioseph vniuersa horrea, &
vendebat Aegyptiis: nā & illos oppres-
serat fames. Omnésque prouinciæ ve- 57
niebant in Aegyptum, vt emerent escas,
& malum inopiæ temperarent.

CAP. XLII.

AVdiens autem Iacob quòd alimenta 1
venderentur in Aegypto, dixit filiis
suis: Quare negligitis? ¶Audiui quòd 2
triticum venūdetur in Aegypto: descen-
dite, & emite nobis necessaria, vt possi-
mus viuere, & nō consumamur inopia.
Descendentes igitur fratres Ioseph de- 3
cem, vt emerent frumenta in Aegypto,
Ben-Iamin domi retento à Iacob, qui 4
dixerat fratribus eius: Ne fortè in itine-
re quicquā patiatur mali; ingressi sunt 5
terram Aegypti cum aliis qui pergebant
ad emendum. Erat autē fames in Terra-
Chanáan. Et Ioseph ∵erat princeps in 6
Terra ←Aegypti', atque ad eius nutum
frumenta populis vendebantur. Cumq.
adorassent eum fratres sui, & agnouis- 7
set eos, quasi ad alienos durius loquebā-
tur, interrogans eos, Vnde veniſtis? Qui
responderunt: De Terra-Chanáan, vt e-
mamus victui necessaria. Et tamē fra- 8
tres ipse cognoscens, non est cognitus ab
eis. Recordatusq. somniorum quæ ali- 9
quando viderat, ait ad eos, Exploratores
estis: vt videatis infirmiora terræ veni-
stis. Qui dixerunt: Non est ita domine, 10
sed serui tui venerunt vt emerent cibos.
Omnes filij vnius viri sumus: pacifici 11
venimus, nec quicquam famuli tui ma-
chinantur mali. Quibus ille respondit, 12
Aliter est: immunita terræ huius consi-
derare veniſtis. At illi ←dixerunt', Duo- 13
decim, inquiunt, serui tui, fratres sumus,
filij viri vnius in Terra-Chanáan: mi-
nimus cum patre nostro est, alius nō est
super. Hoc est, ait, quod locutus sum, 14
Exploratores estis. Iam nunc experi- 15
mentū vestri capiam: per salutem Pha-
raonis non egrediemini hinc, donec ve-
niat frater vester minimus. Mittite ex 16
vobis vnū, & adducat eum: vos autem
eritis in vinculis, donec probentur quæ
dixistis vtrū vera an falsa sint: alioquin
per salutē Pharaonis exploratores estis.
Tradidit ergo illos custodiæ tribus die- 17
bus. Die autē tertio eductis de carcere, 18
ait: Facite quæ dixi, & viueris: Deum e-
nim timeo. Si pacifici estis, frater ve-
ster vnus ligetur in carcere: vos autē ab- 19
ite, & ferte frumenta quæ emistis, in do-
mos vestras: & fratrē vestrū miuimum 20
ad me adducite, vt possim vestros pro-
bare sermones, & non moriamini. Fece- 21
runt vt dixerat, & locuti sunt ad inui-
cem, Meritò hæc patimur; quia peccaui-
mus in fratrem nostrum, videntes angu-
stiam animæ illius dùm deprecaretur
nos, & non audiuimus: idcirco venit su-
per nos ista tribulatio. E quibus vnus, 22
Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis,
¶Nolite peccare in puerum: & nō audi-
stis me? en sanguis eius exquiritur. Ne- 23
sciebāt autē quòd intelligeret Ioseph: eo
quòd per interpretem loqueretur ad eos.
Auertitq. se parumper, & fleuit: & re- 24
uersus locutus est ad eos. Tollénsque 25
Simeon, & ligans illis præsentibus, iussit
ministris vt implerēt eorū saccos tritico,
& reponerent pecunias singulorū in sac-
culis suis, datis suprà cibariis in via: qui
fecerunt ità. At illi portātes frumenta 26
in asinis suis, profecti sunt. Apertoque 27
vnus sacco vt daret iumento pabulū in
diuersorio, contemplatus pecuniā in ore
sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est 28
mihi pecunia*, en habetur in sacco. Et
obstupefacti, turbatiq. mutuò dixerunt:
Quidnā est hoc quod fecit nobis Deus?
Veneruntq. ad Iacob patrē suū in terrā 29
Chanáan, & narrauerunt ei omnia quæ
accidissent sibi, dicentes: Locutus est 30
nobis dominus terræ *durè, & putauit
nos exploratores ←esse prouinciæ'. Cui 31
respondimus: Pacifici sumus, nec vllas
molimur insidias. Duodecim fratres 32
vno patre geniti sumus: vnus non est su-
per, minimus cū patre nostro est in Ter-
ra-Chanáā. Qui ait nobis: Sic probabo 33
quòd pacifici sitis: Fratrem vestrū vnum
dimittite apud me, & cibaria domib. ve-
stris necessaria sumite, & abite: fratrēq. 34
vestrū minimū adducite ad me, vt sciam
quòd nō sitis exploratores: & istum qui
tenetur in vinculis, recipere possitis: ac
deinceps quæ vultis, emendi habeatis li-
centiā. His dictis cùm frumenta effun- 35
derent, singuli repererunt in ore saccorū
ligatas pecunias: exterritisq. simul om-
nibus, dixit pater Iacob: Absque liberis 36
me esse feciſtis, Ioseph non est super, Si-
meon tenetur in vinculis, & Beniamin
∵auferetis': in me hæc omnia mala reci-
derunt. Cui respondit Ruben: Duos fi- 37
lios meos interfice, si non reduxero il-
lum tibi: trade illū in manu mea, & ego
eū tibi restituā. At ille, Nō descendet, 38

inquit,

Inf. 46, 20. 48, 5.

∵naſſan:

∵hiphraim

Pſ. 104, 16.

Etiam MS. R. ∵fames MS. Rab. Hu accedit exemplar Græcum, quod punct non erat, legit. At H.C. G. id, quod in textu eſt, habent. Act. 7.

∵princeps Ægypti. MS. Rab. ←H.C.G.

←2 MS. Rab. H.C. G.

*mea 7 MS. H. G.

*illius 5 MS. ←o.

∵auferetis. MS q.

Inf. 43, 5.

Supr. 37.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit. si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cũ dolore ad inferos.

CAP. XLIII.

1 INterim fames omnem terram vehementer premebat. 2 Consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarũ. 3 Respondit Iudas: Denuntiauit nobis vir ille sub ‖ attestatione' iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meã, nisi fratrẽ vestrum minimum adduxeritis vobiscũ. Si ergo vis eũ mittere nobiscũ, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria. 5 Si autẽ non vis, non ibimus: vir enim (vt sæpe diximus) denuntiauit nobis, dicẽs: ‖ Nõ videbitis faciẽ meam absq. fratre vestro minimo. 6 Dixit eis Israël: In meam hoc feciſtis miseriã, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrẽ. 7 At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinẽ, nostrã progeniẽ: si pater viueret: si haberemus fratrẽ: & nos respõdimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisscitatus: nũquid scire poteram' quòd dicturus esset, Adducite fratrẽ vestrũ vobiscũ? 8 Iudas quoq. dixit patri suo, Mitte puerum mecũ, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos & paruuli nostri.

9 Ego suscipio puerũ: de manu mea require illũ. nisi reduxero & reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tẽpore.

10 Si nõ interceſsisset dilatio, iã vice altera venissemus. 11 Igitur Israël pater eorũ dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ ‖ frugibus' in vasis vestris, & deferte viro munera, modicũ resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarũ. 12 Pecuniã quoq. duplicẽ ferte vobiscum: & illã quã inueniſtis in sacculis, reportate, ne fortè errore factũ sit. 13 Sed & fratrem vestrũ tollite, & ite ad virũ. 14 Deus autẽ meus omnipotens faciat vobis eũ placabilẽ: & remittat vobiscũ fratrẽ vestrum quẽ tenet ‖ in vinculis', & hunc Ben-iamin: ego autẽ quasi orbatus absque liberis ero. 15 Tulerunt ergo viri munera, & pecuniã duplicẽ, & Ben-iamin: descẽderuntq. in Aegyptũ, & steterunt corã Ioseph. 16 Quos cùm ille vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispẽsatori domus suæ, dicens: Introduc viros domũ, & occide victimas, & instrue conuiuiũ: qm̃ mecũ sunt comesturi meridie. 17 Fecit ille sicut fuerat imperatum, & introduxit viros domũ. 18 ‖ Ibique' exterriti, dixerunt mutuò: Propter pecuniã quã retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniã, & violenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros. 19 Quamobrẽ in ipsis foribus accedẽtes ad dispensatorẽ locuti sunt: 20 Oramus domine vt audias nos. ‖ Iam antè

21 descendimus vt ememus escas. Quibus emptis, cùm veniſsemus ad diuersoriũ, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniã in ore saccorũ: quam nunc 22 eodẽ põdere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus ‖ quæ nobis' necessaria sunt': non est in nostra conscientia quis posuerit eã in marsupiis 23 nostris. At ille respõdit, Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. nam pecuniã quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos 24 Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditq. 25 pabulum asinis eorum. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. 26 Igitur ingressus est Ioseph domum suã, obtuleruntq. ei munera, tenentes in manibus suis: & adora- 27 uerunt proni in terrã. At ille clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens: Sánúsne est pater vester senex, de quo 28 dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui respõderunt: Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati, adoraue- 29 runt eũ. Attollens autẽ Ioseph oculos, vidit Ben-iamin fratrẽ suum vterinum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum, Deus, in- 30 quit, misereatur tui fili mi. Festinauitq. quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ: 31 & introiens cubiculũ fleuit. Rursumq. lota facie egressus, cõtinuit se, & ait: Po- 32 nite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptiis quoq. qui vescebãtur simul, seorsum (illicitũ est enim Aegyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuscemodi conuiuiũ) federunt corã eo, pri- 33 mogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatẽ suam. Et mirabantur nimis, 34 sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq. pars venit Ben-iamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.

CAP. XLIIII.

1 PRæcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicẽs: Imple saccos eorũ frumẽto, quantũ possunt capere: & pone pecuniam singulorũ in summitate sacci. 2 Scyphũ autẽ meũ argenteũ, & pretiũ quod dedit tritici, pone in ore sacci iu- 3 nioris. factumq; est ita. Et orto mane, 4 dimissi sunt cũ asinis suis. Iamque vrbem exierant, & processerant paululum: ‖ tunc' Ioseph accersito dispensatore domus, ait, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito: Quare reddi- 5 distis malũ pro bono? Scyphus quẽ furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimã 6 rem feciſtis. Fecit ille vt iusserat. Et 7 apprehensis per ordinẽ locutus est. Qui

respon-

~ 6 MS. Rab. ‖ cibũ H. C. ‖ frumentum C.

~ 5 MS. H. C. G.

‖ tcstificatione MS.

Sup. 42. 20.

‖ fru&ibus MS. G.

Inf. 44. 32

‖ Ibique MS.

‖ tunc MS.

Sup. 42. 3.

respondérunt: Quare sic loquitur dñs noster, vt serui tui tantum flagitij commiserint? Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorũ, reportauimus ad te de Terra-Chanáan: & quomodo consequens est vt furati simus de domo dñi tui aurũ vel argentũ? Apud quemcunq. fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui dñi nostri. Qui dixit eis, Fiat iuxta vestram sententiam: apud quemcunq. fuerit inuentũ, ipse sit seruus meus, vos autẽ eritis innoxij. Itaque festinatò deponentes in terrâ saccos, aperuerũt singuli. Quos scrutatus, incipiens à maiore vsque ad minimũ, inuenit scyphũ in sacco Beniamin. At illi scissis vestibus, oneratisq. rursum asinis, reuersi sunt in oppidum.

Primusq. Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (necdũ enim de loco abierat) omnesq. ante eum pariter in terram corruerũt. Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis? an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia? Cui Iudas, Quid respondebimus, inquit, dño meo? vel, Quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorũ tuorũ: en omnes serui sumus dñi mei, & nos, & apud quẽ inuentus est scyphus. Respondítque Ioseph: Abfit à me vt sic agam: qui furatus est scyphũ, ipse sit seruus meus; vos autem abite liberi ad patrẽ vestrum. Accedens autem propiùs Iudas, ‖ confidenter' ait: Oro dñe mi, loquatur seruus tuus verbũ in aurib. tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem dñs meus. interrogasti ‖ prius seruos tuos, Habetis patrẽ aut fratrẽ? & nos respõdimus tibi dño meo: Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater vero tenerè diligit eum. Dixistíq. seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponã oculos meos super illum. Suggessimus dño meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur.

‖ Et dixisti seruis tuis, Nisi venerit frater vester minimus vobiscũ, non videbitis amplius faciem meam. Cùm ergo ascendissemus ad famulũ tuũ patrẽ nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus, Ire nõ possumus: si frater noster minimus descẽderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciẽ viri.

‖ Ad quæ' ille respondit: ‖ Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea.

Egressus est vnus, & dixistis: Bestia deuorauit eum: & hucusque nõ comparet.

Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cũ mærore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrẽ nostrum, & puer defuerit, (cùm anima illius ex huius anima dependeat) videritq. eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.

Ego propriè seruus tuus ‖ sim' qui in meam hũc recepi fidẽ, & spopõdi dicẽs: ‖ Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrẽ meũ omni tẽpore. Manebo itaq. seruus tuus pro puero in ministerio dñi mei, & puer ascendat cum fratribus suis.

Non enim possum redire ad patrẽ meũ absente puero: ne calamitatis, quæ oppressura est patrẽ meum, testis assistam.

CAP. XLV.

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coram astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitq. vocem cum fletu: quam audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cùm accessissent propè, ‖ Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, neq. vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: ‖ pro salute enim vestra misit me Deus ante vos ‖ in Aegyptum'.

Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant; quibus nec arari poterit, nec meti.

Præmisitque me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendũ habere positis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis, & dñm vniuersæ domus eius, ac principẽ in omni Terra-Aegypti. Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mãdat filius tuus Ioseph: Deus fecit me dominũ vniuersæ terræ-Aegypti: descẽde ad me, ne morẽris, & habitabis in Terra-Gessen: erisq. iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorũ tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides. Ibique te pascam (adhuc enim quinq. anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides. En, oculi vestri, & oculi fratris mei Ben-iamin, vident quòd os meum loquatur ad vos.

Nuntiate patri meo vniuersam gloriã meã, & cuncta quæ vidistis, in Aegypto: festinate, & adducite eũ ad me. Cumq. amplexatus recidisset in collum Ben-iamin fratris sui, fleuit: illo quoq. similiter flente super collum eius. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumq. est, & celebri sermone vulgatum in aula regis, Venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. Dixitq.

ad Ioseph

‖ H. C. G.
Sup. 42, 11.
Sup. 43, 3. & 5.
‖ At MS. R. H. C. G.
Sup. 37, 23. 33.
Act. 7, 13.
Inf. 50, 20.
‖ 1 MS. Rab. H. C. G.
‖ 6 MS. H. C. G.
Sup. 4, 39.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad Ioſeph vt imperaret fratribus ſuis, dicens: Onerantes iumenta, ite in Terram Chanáan, & tollite inde patrem veſtrum & cognationẽ, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullã terræ. Præcipe etiã vt tollant plauſtra de Terra Aegypti, ad ſubuectionẽ paruulorum ſuorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrẽ veſtrum, & properate quantocyus veniẽtes. Nec dimittatis quicquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Aegypti, veſtræ erunt. Fecerunt́que filij Iſraël vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra, ſecũdum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoque proferri iuſsit binas ſtolas: Ben-iamin verò dedit trecentos argenteos cũ quinq. ſtolis optimis: tantundẽ pecunię & veſtium mittens patri ſuo, addens ‖eis' aſinos decem qui ſubueherent ex omnibus diuitiis Aegypti, & totidẽ aſinas, triticũ in itinere, paneśque portantes. Dimiſit ergo fratres ſuos: & proficiſcentibus ait, Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex Aegypto, venerunt in Terram Chanáan ad patrẽ ſuum Iacob. Et nuntiauerunt ei, dicentes: Ioſeph – filius tuus' viuit: & ipſe dominatur in omni Terra Aegypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis. Illi econtrà referebant omnẽ ordinem rei. Cumq. vidiſſet plauſtra & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius, & ait: Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

‖ei 12 MS. H.C.G.
– 10 MS. Rab. H.C.

CAP. XLVI.

PRofectusq. Iſraël cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteũ-iuramẽti: & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, audiuit eum per viſionẽ nocte vocantẽ ſe, & dicentem ſibi: Iacob, Iacob. Cui reſpõdit, Ecce adſum. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſsimus Deus patris tui: noli timere, deſcẽde in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego deſcẽdam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioſeph quoq. ponet manus ſuas ſuper oculos tuos. Surrexit autem Iacob à Puteo-iuramenti: ‖tuleruntque eum filij, cùm paruulis & vxoribus ſuis, in plauſtris quæ miſerat Pharao ad portandũ ſenẽ, & omnia quæ poſſederat in Terra Chanáan: ‖venitq. in Aegyptum cum omni ſemine ſuo, filij eius & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progenies.

Act. 7, 15.
Ioſ. 24, 4.
Pſ. 104, 22.
Eſa. 52, 4.

Hæc ſunt autẽ nomina filiorũ Iſraël, qui ingreſsi ſunt in Aegyptũ, ‖ipſe' cum liberis ſuis. ‖Primogenitus *Rubẽ. Filij Ruben: Henoch & Phallu & Heſron & Charmi. ‖Filij Simeon: Iamuel & Iamin* & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis. ‖Filij Leui: Gerſon & Cahath & Merari. ‖Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autẽ Her & Onan in Terra-Chanáan. Natiq. ſunt filij Phares: Heſron & Hamul. ‖Filij Iſſachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. Filij Zabulõ: Sared & Elon & Iahelel. Hi filij Liæ quos genuit in Meſopotamia Syriæ cum Dina filia ſua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. Filij Gad: Sephon & Aggi & Eſebõ & Suni & Heri & Arodi & Areli. ‖Filij Afer: Iamna & Ieſua & Ieſſui & Beria, Sara quoque ſoror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ. & hos genuit Iacob ſedecim animas. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Ben-iamin. ‖Natiq. ſunt Ioſeph filij in Terra-Aegypti, quos genuit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes & Ephraim. ‖Filij Ben-iamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naamã & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quatuordecim. Filij Dan: Huſim. Filij Nephthali: Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem. Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ, ſeptẽ. Cunctæq. animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptũ, & egreſſę ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius: ſexaginta ſex. Filij autẽ Ioſeph qui nati ſunt ei in terra-Aegypti, animæ duæ. ‖Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum, fuêre ſeptuaginta. Miſit autẽ *Iudam ante ſe ad Ioſeph, vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Geſſen. Quò cùm peruenìſſet, iũcto Ioſeph curru ſuo, aſcẽdit obuiam patri ſuo ad eundẽ locum: videnśq. eum, irruit ſuper collũ eius, & inter amplexus fleuit.

Num. 26, 5.
1 Par. 5, 1. & 3.
*& Iami o.
Exod. 6,
1 Par. 4,
1 Par. 6,
1 Par. 2,
4, 21.
Sup. 38,
1 Par. 7,
1 Par. 7,
Sup. 41,
1 Par. 7,
8, 1.
Deut. 10,
* Iacob MS q.

30 Dixitque pater ad Ioſeph: Iam lætus moriar, quia vidi faciẽ tuã, & ſuperſtitẽ te relinquo. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnẽ domum patris ſui, Aſcendã, & nuntiabo Pharaoni, dicamq. ei: Fratres mei, & domus patris mei qui erant in Terra-Chanáan venerũt ad me: & ſunt viri paſtores ouium, curamque habẽt alendorum gregum: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerũt, adduxerunt ſecum. Cumque vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrum? reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſq. in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autẽ dicetis, vt habitare poſsitis in Terra-Geſſẽ: quia deteſtãtur Aegyptij omnes paſtores ouiũ.

CAP. XLVII.

1 INgreſſus ergo Ioſeph nuntiauit Pharaoni, dicẽs: Pater meus & fratres, oues eorũ & armẽta, & cũcta quæ poſsident, venerũt de Terra-Chanáan: & ecce conſiſtũt in Terra-Geſſen. Extremos quoq. fratrum ſuorũ quinq. viros cõſtituit coram rege: quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Reſponderunt: Paſtores

ouium

ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri. Ad peregrinandū in terrā tuam venimus: quoniā non est herba gregibus seruorū tuorum, ingraueſcente fame in Terra-Chanaan: petimuſq. vt eſſe-nos' iubeas-seruos tuos' in Terra-Geſſen.

-1 MS.H. C.G. -o.

Dixit itaque rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra-Aegypti in cōſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terrā-Geſſē. Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorū meorū.

Poſt hæc introduxit Ioseph patrē ſuū ad Regē, & ſtatuit eum corā eo: qui benedicēs illi, & interrogatus ab eo, Quot ſunt dies annorū vitæ tuæ? Reſpondit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorū ſunt, parui & mali, & nō peruenerunt vſq. ad dies patrū meorum quibus peregrinati ſunt. Et benedicto rege egreſſus eſt foras. Ioseph verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Aegypto in optimo terræ loco, Rameſſes, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnemq; domum patris ſui, præbēs cibaria ſingulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſērat fames terram, maximè Aegypti & Chanáan. E quibus omnē pecuniā congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærariū regis. Cumq. defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis *panes': quare morimur corā te, deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit: Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretiū non habetis. Quæ cùm adduxiſſent, dedit eis alimēta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentauitque eos illo anno pro commutatione pecorū. Venerūt quoq. anno ſecundo, & dixerunt ei: Non celamus dño noſtro, quòd deficiēte pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt, quòd abſq. corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidente? & nos & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutē regiā, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinē. Emit igitur Ioseph omnē Terram-Aegypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecitq. eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſsimis terminis Aegypti vſq. ad extremos fines eius: præter terram ſacerdotum, quę à rege tradita fuerat eis: quibus - &' ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Ioseph ad populos, En vt cernitis, & vos & terrā veſtrā Pharao poſsidet: accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſsitis. Quintam partē regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementē, & in cibum familiis & liberis veſtris. Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantùm dñs noſter, & lęti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſque in præſentē diē in vniuerſa Terra-Aegypti regibus quinta pars ſoluitur, & factū eſt quaſi in legē, abſq. terra ſacerdotali, quæ libera ab hac cōditione fuit. Habitauit ergo Iſraël in Aegypto, id eſt, in Terra-Geſſen, & poſſedit eam: auctuſque eſt, & multiplicatus nimis. Et vixit in ea decē & ſeptem annis: factiq. ſunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta ſeptem annorū. Cumq. appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit filiū ſuum Ioseph; & dixit ad eum: Si inueni gratiā in conſpectu tuo, ‖ pone manum tuam ſub femore meo: & facies mihi miſericordiā & veritatē, vt non ſepelias me in Aegypto: ſed dormiā cum patrib. meis, & auferas me de terra hac, condaſque in ſepulchro maiorū meorū. Cui reſpondit Ioseph: Ego faciā quod iuſsiſti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurāte, adorauit Iſraël Dñm, conuerſus ad lectuli caput.

Sup. 24, 2.

CAP. XLVIII.

1 His itaq. tranſactis nuntiatū eſt Ioseph quòd ægrotaret pater ſuus: qui aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. Dictumq; eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe - Ioseph' ait: Deus omnipotens ‖ apparuit mihi in Luza, quæ eſt in Terra-Chanáan: benedixitq. mihi, & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciā te in turbas populorū: daboque tibi terrā hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſsionē ſempiternā. Duo ergo filij tui qui ‖ nati ſunt tibi in Terra-Aegypti antequā huc venirem ad te, mei erunt: ‖ Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeō reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorū vocabuntur in poſſeſsionibus ſuis. Mihi enim quando veniebam de Meſopotamia, ‖ mortua eſt Rachel in Terra-Chanáan in ipſo itinere, eratque vernū tēpus: & ingrediebar Ephratā, & ſepeliui eā iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Beth-lehem. Videns autē filios eius dixit ad eū: Qui ſunt iſti? Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi De⁹ in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicā illis. Oculi enim Iſraël caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat. Applicitoſque ad ſe, deoſculatus & circumplexus eos, dixit ad filiū ſuū: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemē tuū. Cumq. tuliſſet eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terrā. Et poſuit Ephraim ad dexterā ſuam, id eſt, ad ſiniſtrā Iſraël, Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexterā ſcilicet patris, applicuitq. ambos ad eum. Qui extendēs manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtrā autem

Sup. 41, 50.

Ioſue 13, 7 29.

Sup. 35, 16 19.

- MS q. Rab.

Sup. 28, 13

- MS.

*panem 4 MS. H. C. Texui ſuffragantur R. Rab. & G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

super caput Manasse qui maior natu erat, commutans manus. ¶ Benedixitq. ℟ Iacob filiis Ioseph', & ait: Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsq; in præsentē diem: ¶ Angelus qui eruit me de cūctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meū, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescāt in multitudinē super terrā. Videns autem Ioseph, quòd posuisset pater suus dexterā manū super caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehensam manū patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitq. ad patrē: Non ita cōuenit pater: quia hic est primogenitus, pone dexterā tuā super caput eius. Qui renuens ait: Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in Gentes. Benedixitq. ℟ eis' in tēpore illo, dicens: In te benedicetur Israël, atq. dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitq. Ephraim ante Manassen. Et ait ad Ioseph filiū suum: En ego morior, & erit Deus vobiscū, reducetq. vos ad terrā patrum vestrorum. Do tibi ¶ partē vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu ¶ Amorrhæi in gladio & arcu meo.

Heb. 11.21
℟ Ioseph filio suo. 29 MS. Rab. Q. n.
Sup. 31,29. 32,2.
Mat. 18,10
℟ ei MS q.
Iosue 15,7. 16,1.
Ios. 24,8.

CAP. XLIX.

VOcauit autē Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini, vt annuntiē quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis.

Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israël patrem vestrum.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior ← in' imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas: ¶ quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

Simeō & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consiliū eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorū non sit gloria mea: ¶ quia in furore suo occiderunt virū, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorū, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: ¶ diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël.

Iuda, ∵ te laudabunt' fratres tui: manus ℟ tua' in ceruicibus inimicorū tuorū, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædā fili mi ascendisti: requiescēs accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eū? ¶ Nō auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Ligans ad vineā pullū suum, & ad vitem ō fili mi asinam suā. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

1 2 3 ← 3 MS. Rab. H. Sup. 35,22. 1 Par. 5,1. 4 5 6 Sup. 34.25. 7 Iosue 19,1. 21. ∵ iodoveha ℟ tuæ MS. R. Rab. G. Pro textu stant cum Hebræis Caldæi. 8 1 Par. 5,2. Ioh. 1,45. Matt. 2,6. 9 10 11 12

13 Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem.

14 Issachar asinus fortis accubans inter
15 terminos. Vidit requiem quòd esset bona, & terram, quòd optima: & suppossuit humerum suum ad portandum, factusq. est tributis seruiens.

16 Dan ∵ iudicabit' populum suum sicut & ∵ iudex
17 alia tribus in Israël. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.

18 Salutare tuum expectabo Domine.

19 Gad, ∵ accinctus prœliabitur ante eū': & ipse ∵ accingetur' retrorsum. ∵ gedud accinget

20 Aser pinguis panis eius, & præbebit' delicias regibus. ∵ iaguel

21 Nephthali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

22 ¶ Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurre-
23 runt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntq. illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israël.

25 Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus huberū
26 & vuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrū eius: donec ℟ veniret' desiderium colliū æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice nazaræi inter fratres suos. ℟ venias MS.

27 Ben-iamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia.

28 Omnes hi in tribubus Israël duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitq. singulis, benedictionibus pro-
29 priis. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici
30 quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre in Terra-Chanaan, ¶ quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo
31 in possessionē sepulchri. Ibi sepelierūt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua:
32 ibi & Lia condita iacet ✕. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositusque est ad populum suum.

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 Sup. 23 27 28 29 30 Sup. 25 ✕ Empti agri, & spelunca quæ in à filiis Heth. C. G. 31 32

CAP. L.

1 QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.

2 Præcepitq. seruis suis medicis, vt aro-
3 matibus condirent patrē. Quibus iussa explentibus, transierūt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum. fleuitque eum Aegyptus septua-
4 ginta diebus. Et expleto planctus tēpore, locutus est Ioseph ad familiā Pharaonis: Si inueni gratiā in conspectu vestro,
5 loquimini in auribus Pharaonis: eo

1 2 3 4 5

quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eò quòd pater meus adiurauerit me, dicés, En morior, in sepulchro meo ‖ quod fodi mihi in terra-Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrẽ meũ, ac reuertar. Dixitq. ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.

Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctiq. maiores natu Terræ-Aegypti: domus Ioseph cũ fratribus suis, absq. paruulis & gregibus, atq. armentis quæ dereliquerũt in Terra Gessen. Habuit quoq. in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. Veneruntq. ad Aream-Atad, quæ sita est trans Iordanẽ: vbi celebrãtes exequias planctu magno atq. vehementi impleuerũt septẽ dies. Quod cùm vidissent habitatores Terræ-Chanaan, dixerunt: Plãctus magnus est iste Aegyptiis. Et idcirco vocatũ est nomen loci illius, Planctus Aegypti*. Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: Et portantes eũ in Terram-Chanaan, ‖ sepelierunt eum in spelunca duplici, ‖ quam emerat Abrahã cum agro in possessionẽ sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciẽ Mãbre. Reuersusq. est Ioseph in Aegyptum cũ fratrib. suis, & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timẽtes fratres eius, & mutuò colloquentes, Ne fortè memor sit iniuriæ quã passus est, & reddat nobis omne malũ quod fecimus*, mandauerũt ei-dicẽtes: Pater tuus præcepit nobis antequã moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrũ tuorũ, & peccati atq. malitiæ quã exercuerunt in te: nos quoque oramus vt ‖ seruo Dei patri tuo' dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntq. ad eũ fratres sui: & proni adorantes in terrã, dixerunt, Serui tui sumus. Quibus ille respondit, Nolite timere: nũ Dei possumus resistere volũtati? ‖ Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonũ, vt exaltaret me: sicut impræsentiarũ cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego ‖ pascam vos & paruulos vestros. cõsolatusq. est eos, & blandè ac leniter est locutus. Et habitauit in Aegypto cũ omni domo patris sui: vixitq. centum decẽ annis. Et vidit Ephraim filios vsq. ad tertiã generationẽ. ‖ Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis ‖ locutus est fratribus suis: Post mortẽ meam Deus visitabit vos, & ascẽdere vos faciet de terra ista ad terrã quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos, ‖ asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et condítus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

* qui est trans Iordanem. H. C. G.

* ei MS. H. C. G. — MS q. Rab.

‖ seruis Dei patris tui i MS. R. H. C. G.

LIBER EXODVS,

HEBRAICE, VEEL-LESEMOTH, ID EST, ET HAEC SVNT NOMINA.

CAP. I.

1 HAEC sunt nomina filiorũ Israël qui ingressi sunt in Aegyptum cũ Iacob: singuli cũ domibus suis
2 introierunt: Ruben, Simeõ, Leui, Iudas,
3 Issachar, Zabulon, & Ben-iamin,
4 Dan, & Nephthali, Gad, & Aser.
5 Erãt igitur oẽs animæ eorũ qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph aũt in Aegypto erat. Quo mortuo,
6 & vniuersis fratrib. eius, omniq. cognatione sua: ‖ filij Israël creuerũt, & quasi
7 germinãtes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerũt terrã. Surrexit interea rex nouus sup Aegyptũ qui ignorabat
9 Ioseph: & ait ad populũ suũ, Ecce, populus filiorũ Israël multus, & fortior nobis est. Venite, sapiẽter opprimamus eũ,
10 ne fortè multiplicetur: & si ingruerit cõtra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.
11 Præposuit itaq. eis magistros operũ, vt affligerẽt eos onerib⁹: ædificauerũtq. vrbes tabernaculorũ Pharaoni, Phithom, &
12 Rameses. Quantoq opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant: oderantq. filios Israël Aegyptij, &
14 affligebant illudẽtes eis*. Atq. ad amaritudinẽ perducebant vitã eorum operibus duris luti, & lateris, omniq. famulatu, quo
15 in terræ operibus premebãtur. Dixit aũt Rex Aegypti obstetricibus Hebræorum; quarum vna vocabatur Sephora, altera
16 Phua, præcipiens eis: Quãdo obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum:
17 si fœmina, reseruate. Timuerũt autem obstetrices Deũ, & nõ fecerũt iuxta præceptũ regis Aegypti, sed cõseruabãt mares. Quib. accersitis ad se rex ait: Quid-
18 nã est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ respõderũt, Nõ sunt
19 Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricãdi habẽt scientiã, & priusquã veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusq. est nimis. Et quia
21 timuerũt obstetrices Deũ, ædificauit eis
22 domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicẽs, Quicquid masculini sex⁹ natũ fuerit, in flumẽ proiicite: quicquid fœminini, reseruate.

CAP. II.

1 EGressus est post hæc vir de domo Leui. ‖ Et accepit vxorẽ stirpis suæ:
2 quæ concepit, & peperit filiũ: & videns eũ elegantẽ, abscondit tribus ‖ mensibus.
3 Cumq. iam celare nõ posset, sumpsit fiscellam scirpeã, & liniuit eã bitumine ac pice: posuitq. intus infantulũ, & expo-
4 suit eũ in carecto ripæ fluminis, stante

Gen. 46. 8.

Act. 7, 17.

* & inuidentes o.

Inf. 6, 20.

Nu. 23, 59. 2 Par. 13, 13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

procul sorore eius, & cõsiderante euentũ rei. ¶ Ecce autẽ descẽdebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cũ vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensque in ea paruulũ vagientem, miserta eius, ait: De infantibus Hebræorũ est hic. Cui soror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierẽ Hebræã, quæ nutrire possit infantulum? Respõdit: Vade. Perrexit puella, & vocauit matrẽ suam. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerũ istũ, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerũ: adultumq. tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locũ filij, vocauitq. nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eũ. In diebus illis postquam creuerat Moyses, ¶ egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. Cumq. circunspexisset huc atq. illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitq. ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis constituit te principem & iudicẽ super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palã factũ est verbum istud?

Audiuitq. Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra-Madian, & sedit iuxta puteũ. Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebãt ‖ greges patris sui. Superuenêre pastores, & eiecerũt eas: surrexitq. Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. Quæ cũ reuertissent ad ‖ Raguel patrem suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Respondерunt: Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscũ, potumq. dedit ouibus. At ille, Vbi est? inquit. Quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panẽ. Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cũ eo. ¶ Accepitq. Sephorã filiã eius vxorem; quæ peperit ei filiũ, quẽ vocauit Gersam, dicens: ‖ Aduena fui in terra aliena. ‖ Alterũ verò peperit: quẽ vocauit Eliézer, dicẽs: Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis.

Post multũ verò temporis mortuus est rex Aegypti: & ingemiscẽtes filij Israël, propter opera vociferati sunt: ascenditq. clamor eorũ ad Deum ab operibus. Et audiuit gemitũ eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cũ Abrahã, Isaac, & Iacob. Et respexit Dominus filios Israël, & ‖ liberauit eos.

Act. 7,21. Heb. 11,23

‖ gregem 6 MS. H.C. ‖ Nouer. G.

‖ Iethro o.

Inf. 18,2.3 1 Par. 23, 15.

‖ ger. ‖ 2 MS. H. C. hinc xollũt: pòst 18 cap. v. 4 legunt. In Græca verò trãslatione & Rab. & hic & ibi legitur.

‖ cognouit 10. MS. Rab. H.G.

Heb. 11,24

CAP. III.

1 Moyses autẽ pascebat oues Iethro ‖ soceri sui sacerdotis Mãdiã: cũq. minasset gregẽ ad interiora deserti, venit
2 ad mõtem Dei Horeb. ¶ Apparuitq. ei ‖ Dñs in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non com-
3 bureretur. Dixit ergo Moyses: Vadã, & videbo visionem hanc magnã, quare non
4 cõburatur rubus. Cernens autem Dñs quòd pergeret ad videndũ, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses? Qui respondit: Adsum. Atille, Ne appropies, inquit, huc: solue calceamẽtum de pedibus tuis. locus enim in quo stas,
6 terra sancta est. Et ait: ¶ Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra
7 Deum. Cui ait Dñs: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius,
8 descendi vt liberẽ eũ de manibus Aegyptiorũ, & educã de terra illa in terrã bonã, & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & He-
9 uæi*, & Iebusæi. Clamor ergo filiorũ Israël vênit ad me: vidiq. afflictionẽ eorũ
10 qua ab Aegyptiis opprimuntur. Sed veni, & mittã te ad Pharaonem, vt educas populũ meum filios Israël de Aegypto.
11 Dixitq. Moyses ad Deũ, Quis sum ego vt vadam ad Pharaonẽ, & educã ‖ filios
12 Israël de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecũ: & hoc habebis signũ quòd miserim te: Cũ eduxeris populũ ‖ meũ de Aegypto, ‖ immolabis Deo super montẽ istũ.
13 Ait Moyses ad Deũ, Ecce ego vadã ad filios Israël, & dicã eis: Deus patrũ vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi,
14 Quod est nomẽ eius? quid dicã eis? Dixit Dñs ad Moysen: EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic dices filiis Israël: QVI EST,
15 misit me ad vos. Dixitq. iterũ Deus ad Moysen: Hæc dices filiis Israël: Dominus Deus patrũ vestrorũ, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomẽ mihi est in æternũ, & hoc memoriale meum in generatione & ge-
16 nerationẽ. Vade, & cõgrega seniores Israël, & dices ad eos: Dñs Deus patrũ vestrorũ apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto: Et dixi vt
17 educã vos de afflictione Aegypti in terrã Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebusæi, ad terram
18 fluentẽ lacte & melle. Et audient vocẽ tuã: ingredieriq. tu & seniores Israël ad regem Aegypti, & dices ad eũ: Dominus Deus Hebræorũ vocauit nos: ibimus viã triũ dierũ in solitudinẽ, vt immolemus
19 Dño Deo nostro. Sed ego scio quòd nõ

* Gen. 5 MS. Pentat. Rab. Gen. non nominat. ‖ 2 MS. H.C. legunt ‖ immolabimus C.G.

dimittet

dimittet vos rex Aegypti, vt eatis niſi
per manū validam. Extendā ⁋q.' manū 20
meā, & percutiā Aegyptū in cūctis mi-
rabilib. meis, quæ facturus ſum in medio
eorū: poſt hoc dimittet vos. Daboq. gra- 21
tiā populo huic coram Aegyptiis: ¶ & cùm
egrediemini, nō exibitis vacui; ſed po- 22
ſtulabit mulier à vicina ſua & ab hoſpita
ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes: po-
netisq. eas ſuper filios & filias veſtras, &
ſpoliabitis Aegyptum. CAP. IIII.
REſpondens Moyſes ait: Non credent 1
mihi, neq. audient vocē meā: ſed di-
cet, Nō apparuit tibi Dñs. Dixit ergo ad 2
eū: Quid eſt quod tenes in manu tua? Re-
ſpōdit: Virga. Dixitq. Dñs: Proiice eam 3
in terrā. Proiecit, & verſa eſt in colubrū,
ita vt fugeret Moyſes. Dixitq. Dñs: Ex-
tende manū tuā, & apprehende caudam
eius. Extēdit, & tenuit, verſaq eſt in vir-
gam. Vt credāt, inquit, quòd apparuerit 5
tibi Dñs Deus patrū ⁋tuorū,' Deus Abra-
hā, & Deus Iſaac, & De' Iacob. Dixitq. 6
Dñs rurſum, Mitte manū tuā in ſinū tuū.
Quam cùm miſiſſet in ſinū, protulit le-
proſam inſtar niuis. Retrahe, ait, manū 7
tuā in ſinū tuū. Retraxit, & protulit ite-
rum, & erat ſimilis carni reliquæ. Si nō 8
crediderint, inquit, tibi, neque audierint
ſermonē ſigni prioris, credēt verbo ſigni
ſequentis. Quòd ſi nec duobus quidem 9
his ſignis crediderint, neq. audierint vo-
cem tuā: ſume aquā fluminis, & effunde
eam ſuper aridā, & quicquid hauſeris de
fluuio, vertetur in ſanguinē. Ait Moy- 10
ſes: Obſecro, Dñe, non ſum eloquens ab
heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus
es ad ſeruū tuū, impeditioris & tardioris
linguæ ſum. Dixit Dñs ad eum, Quis 11
fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt
mutū & ſurdū, videntem & cæcū? nónne
Mat. 10,19 ego? Perge igitur, ¶ & ego ero in ore tuo: 12
doceboq. te quid loquaris. At ille, Ob- 13
ſecro Dne, inquit, mitte quē miſſurus es.
Iratus Dñs in Moyſen, ait, Aarō frater 14
tuus leuites, ſcio quòd eloquens ſit: ecce
ipſe egredietur in occurſum tuū, vidēſq.
te lætabitur corde. Loquere ad eum, & 15
pone verba mea in ore eius: & ego ero in
Inf. 7,2. ore tuo, & in ore illius: ¶ & oſtēdam vo-
bis quid agere debeatis. Et ipſe loque- 16
tur pro te ad populum, & erit os tuum:
tu autē eris ei in his quæ ad Deū perti-
nent. Virgam quoq. hāc ſume in manu 17
tua, in qua facturus es ſigna. Abiit Moy- 18
ſes, & reuerſus eſt ad Iethro ⁋ ſocerum'
ⁿcognatū 20 MS. Q. n. ſuum: dixitque ei, Vadam & reuertar ad
fratres meos in Aegyptum, vt videam ſi
adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in
pace. Dixit ergo Dominus ad Moyſen 19
in Madian, Vade, & reuertere in Aegy-
ptum: mortui ſunt enim omnes qui que-
rebant animā tuam. Tulit ergo Moyſes 20
uxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit
eos ſuper aſinum: reuerſuſq. eſt in Aegy-
ptum, portans virgam Dei in manu ſua.
21 Dixitq. ei Dñs reuertenti in Aegyptū,
Vide vt omnia oſtenta quæ poſui in ma-
nu tua, facias coram Pharaone: ego indu-
rabo cor eius, & non dimittet populum.
22 Dicesq. ad eum, Hæc dicit Dñs, Filius
23 meus primogenitus, Iſraël. Dixi tibi,
Dimitte filiū meū vt ſeruiat mihi: & no-
luiſti dimittere eū: ecce ego interficiam
24 filiū tuum primogenitum. Cumq. eſſet
in itinere, in diuerſorio, occurrit ei Dñs,
25 & volebat occidere eum. Tulit ilicò Se-
phora acutiſſimam petram, & circunci-
dit præputium filij ſui, tetigitque pedes
eius, & ait: ſponſus ſanguinū tu mihi es.
26 Et dimiſit eū poſtquā dixerat, Spōſus
ſanguinum — tu mihi es', ob circunciſio- — 8 MS.
27 nem. Dixit ⁋autem' Dñs ad Aaron, Vade H. Q. h.
in occurſum Moyſi in deſertū. Qui per- ⁋que MS.
rexit obuiam ei in Mōtem Dei, & oſcu- R.
28 latus eſt eum. Narrauitque Moyſes Aa-
ron omnia verba Dñi pro quibus miſe-
29 rat eum, & ſigna quæ mādauerat. Vene-
runtque ſimul, & congregauerunt cūctos
30 ſenores filiorum Iſraël. Locutusq. eſt
Aaron omnia verba quæ dixerat Dñs ad
Moyſen: & fecit ſigna coram populo,
31 & credidit populus. Audieruntq. quòd
viſitaſſet — Dñs' filios Iſraël, & quòd re- — o.
ſpexiſſet afflictionem illorum: & proni
adorauerunt. CAP. V.
1 POſt hæc ingreſſi ſunt Moyſes & Aa-
ron, & dixerunt Pharaoni, Hæc dicit
Dominus Deus Iſraël, Dimitte populum
2 meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. At
ille reſpondit, Quis eſt Dominus, vt au-
diam vocē eius, & dimittā Iſraël? neſcio
3 Dñm, & Iſraël nō dimittā. Dixerūtque:
Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus
viam trium dierum in ſolitudinem, &
ſacrificemus Dño Deo noſtro: ne fortè
4 accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad
eos rex Aegypti, Quare Moyſes & Aarō
ſolicitatis populum ab operibus ſuis? ite
5 ad onera veſtra. Dixitque Pharao, Mul-
tus eſt populus terræ: videtis quòd tur-
ba ſuccreuerit: quanto magis ſi dederitis
6 eis requiem ab operibus? Præcepit ergo
in die illo præfectis operum & exactori-
7 bus populi, dicens, Nequaquam vltrà
dabitis paleas populo ad conficiendos la-
teres, ſicut prius: ſed ipſi vadant, & col-
8 ligant ſtipulas. Et menſuram laterum,
quam prius faciebant, imponetis ſuper
eos, nec minuetis quicquā. vacant enim,
& idcirco vociferantur, dicētes; Eamus,
9 & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimā-
tur operibus, & expleant ea: vt non ac-
10 quieſcant verbis mendacibus. Igitur e-
greſſi præfecti operū & exactores ad po-
pulū dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do
11 vobis paleas. ite, & colligite ſicubi in-
uenire poteritis: nec minuetur quicquā
12 de opere veſtro. Diſperſusq. eſt populus
⁋per' omnē Terrā Aegypti ad colligen- ⁋ in MS R.
13 das paleas. Præfecti quoq. operū inſta- H. C. G.
bant, dicētes, Cōplete opus veſtrū quo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tidie, vt prius facere solebatis, quãdo dabãtur vobis paleæ. Flagellatiq. sunt qui præerãt operib. filiorũ Israël, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non implestis mẽsuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie? Veneruntq. præpositi filiorum Israël, & vociferati sunt ad Pharaonẽ dicẽtes, Cur ita agis cõtra seruos tuos? Paleæ nõ dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agitur cõtra populũ tuum. Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eamus, & sacrificemus Domino. Ite ergo, & operamini: paleæ nõ dabuntur vobis, & reddetis cõsuetum numerũ laterũ. Videbantq. se præpositi filiorũ Israël in malũ, eo quòd diceretur eis: Non minuetur quicquã de lateribus per singulos dies. Occurreruntque Moysi & Aarõ, qui stabant ex aduerso, egrediẽtes à Pharaone: & dixerũt ad eos, Videat Dñs & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorẽ nostrũ coram Pharaone & seruis eius, & præbuistis ei gladiũ, vt occideret nos. Reuersusque est Moyses ad Dñm, & ait, Dñe, cur afflixisti populum istum? quare misisti me? Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuũ: & non liberasti eos.

CAP. VI.

Dixitq. Dñs ad Moysen: Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni: per manũ enim fortẽ dimittet eos, & in manu robusta eiiciet illos de terra sua. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens: Ego Dñs qui apparui Abrahã, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI nõ indicaui eis. Pepigiq́ue fœdus cũ eis, vt darẽ eis Terrã-Chanáã, terrã peregrinationis eorũ, in qua fuerũt aduenæ. Ego audiui gemitũ filiorũ Israël quo Aegyptij oppresserũt eos: & recordatus sum pacti mei. Ideò dic filiis Israël, Ego Dñs qui educã vos de ergastulo Aegyptiorũ, & eruã de seruitute: ac redimã in brachio excelso & iudiciis magnis. Et assumam vos mihi in populũ, & ero vester Deus: & scietis quòd ego sum Dñs Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorũ: & induxerim vos in terrã, super quã leuaui manũ meã vt darẽ eam Abrahã, Isaac, & Iacob: daboq. illã possidendam vobis, ego Dñs. Narrauit ergo Moyses omnia filiis Israël: qui non acquieuerũt ei propter angustiã spiritus, & opus durissimum. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicẽs: Ingredere, & loquere ad Pharaonẽ regẽ Aegypti, vt dimittat filios Israël de terra sua. Respõdit Moyses corã Dño, Ecce filij Israël nõ audiũt me: & quomodo audiet Pharao, præsertim cũ incircũcisus sim labiis? Locutusq. est Dñs ad Moysen & Aarõ: & dedit mãdatũ ad filios Israël, & ad Pharaonẽ regem Aegypti vt educerẽt filios Israël de Terra-Aegypti. ‖ Isti sunt principes domorũ per familias suas. Filij Rubẽ primogeniti Israëlis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. hæ cognationes Ruben. ‖ Filij Simeõ: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis. hæ gẽnies Simeõ. Et hæc noĩa filiorũ Leui p cognationes suas: Gersõ & Caath & Merari. Anni aũt vitę Leui fuerũt cẽtũ trigintaseptẽ. ‖ Filij Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas. Filij Caath: Amrã, & Isaar, & Hebron & Oziel. anni quoq. vitæ Caath, cẽtũ trigintatres. Filij Merari: Moholi & Musi. hæ cognationes Leui per familias suas. Accepit aũt Amrã vxorẽ Iochabed patruelẽ suã: quę peperit ei Aarõ & Moysen. Fuerũtq. anni vitæ Amram, centũ trigintaseptẽ. Filij quoq. Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri. Filij quoq. Oziel: Misael, & Elisaphã, & Sethri. Accepit aũt Aaron vxorẽ Elisabeth filiã Aminadab, sororẽ Nahasõ, quę peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. ‖ Filij quoq. Core: Aser, & Elcana, & Abiasaph. hæ sunt cognationes Coritarum. At verò Eleazar filius Aarõ accepit vxorẽ de filiab. Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi sunt principes familiarũ Leuiticarum per cognationes suas. Iste est Aaron & Moyses quib. præcepit Dñs vt educerent filios Israël de Terra-Aegypti per turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonẽ regem Aegypti, vt educant filios Israël de Aegypto: iste est Moyses & Aaron, in die qua locutus est Dñs ad Moysen, in Terra-Aegypti. Et locutus est Dñs ad Moysen, dicens, Ego Dñs: loquere ad Pharaonẽ regẽ Aegypti, omnia quę loquor tibi. Et ait Moyses corã Dño, En incircũcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

CAP. VII.

Dixitq. Dñs ad Moysen, Ecce constitui te deũ Pharaonis: & Aarõ frater tuus erit propheta tuus. ‖ Tu loquêris ei oĩa quę mãdo tibi: & ille loquetur ad Pharaonẽ, vt dimittat filios Israël de terra sua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostẽta mea in Terra-Aegypti, & nõ audiet vos: immittamq. manũ meã super Aegyptũ, & educã exercitũ & populũ meũ filios Israël de Terra-Aegypti p iudicia maxima. Et sciẽt Aegyptij quia ego sum Dñs qui extẽderim manũ meã super Aegyptum, & eduxerim filios Israël de medio eorũ. Fecit itaq. Moyses & Aarõ sicut præceperat Dñs: ita egerũt. Erat autẽ Moyses octoginta annorũ, & Aarõ octogintatriũ, quãdo locuti sunt ad Pharaonem. Dixitq. Dñs ad Moysen & Aarõ: Cũ dixerit vobis Pharao, Ostẽdite signa: dices ad Aarõ, Tolle virgã tuam, & proiice eã corã Pharaone, ac vertatur in colubrũ. Ingressi itaq. Moyses & Aarõ ad Pharaonẽ, fecerũt sicut præceperat Dñs. Tulitque Aaron virgam corã Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. ‖ Vocauit aũt Pharao sapiẽtes & maleficos:

in malo 4 MS. Rab. H.G.

Gen. 46, 9. Num. 26, 5.

1 Par. 1 Par. 1 Par. & 23. Num. Num. 1 Par. 23, 12.

*& Miriam

Num.

Exp. 4.

*Et proiecit H. G.

2 Tim.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficos: & fecerũt etiã ipſi per incãtationes Aegyptiacas & arcana quædã ſimiliter.
Proieceruntq. ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aarõ virgas eorũ. Induratumque eſt cor Pharaonis, & nõ audiuit eos, ſicut præceperat Dñs. Dixit aũt Dñs ad Moyſen, Ingrauatũ eſt cor Pharaonis, nõ vult dimittere populũ. Vade ad eũ manè: ecce, egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum eius ſup ripã fluminis: & virgam quæ cõuerſa eſt in draconẽ, tolles in manu tua. Dicéſq. ad eum, Dñs Deus Hebræorũ miſit me ad te, dicens: Dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſq. ad præſens audire noluiſti. Hæc igitur dicit Dñs, In hoc ſcies quòd ſim Dñs: ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt, aquã fluminis, & vertetur in ſanguinẽ. Piſces quoque qui ſunt in fluuio moriẽtur, & cõputreſcent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquã fluminis.
Dixit quoque Dñs ad Moyſen, Dic ad Aarõ, Tolle virgã tuã, & extende manũ tuã ſup aquas Aegypti, & ſup fluuios eorũ, & riuos ac paludes, & oẽs lacus aquarũ, vt vertantur in ſanguinẽ: & ſit cruor in omni Terra-Aegypti, tã in ligneis vaſis quàm in ſaxeis. Feceruntq. Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dñs: ‖ & eleuans virgã percuſſit aquã fluminis coram Pharaone & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinẽ. Et piſces qui erãt in flumine, mortui ſunt: cõputruitq. fluuius, & nõ poterant Aegyptij bibere aquã fluminis, & fuit ſanguis in tota Terra-Aegypti.
‖ Feceruntq. ſimiliter malefici Aegyptiorũ incantationibus ſuis; & induratũ eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut præceperat Dñs. Auertitq. ſe, & ingreſſus eſt domũ ſuã, nec appoſuit cor etiam hac vice. Foderũt autẽ oẽs Aegyptij p circuitũ fluminis aquã vt biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis.
Impletiq. ſunt ſeptẽ dies, poſtquã percuſſit Dñs fluuium. CAP. VIII.
DIxit quoq. Dñs ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonẽ, & dices ad eũ, Hæc dicit Dñs, Dimitte populũ meum, vt ſacrificet mihi. Si aũt nolueris dimittere, ecce ego percutiã omnes terminos tuos ranis. Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcendent, & ingredientur domũ tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratũ tuum, & in domos ſeruorũ tuorum, & in populũ tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum; & ad te & ad populũ tuũ, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ. Dixitq. Dñs ad Moyſen, Dic ad Aaron, Extende manũ tuã ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper Terrã-Aegypti. Et extendit Aaron manum ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntq. Terram-Aegypti. ‖ Feceruntautẽ & malefici per incantationes ſuas ſimiliter; eduxeruntque ranas ſuper Terrã-Aegypti.
Vocauit aũt Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis: Orate Dñm vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt ſacrificet Dño. Dixitq. Moyſes ad Pharaonẽ, Conſtitue mihi quando deprecer pro te & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua, — & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remaneant.
Qui reſpondit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbum tuũ faciã: vt ſcias quoniã non eſt ſicut Dñs Deus noſter. Et recedent ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remanebunt. Egreſſiq. ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum quam condixerat Pharaoni. Fecitq. Dñs iuxta verbũ Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris.
Congregaueruntque eas in immenſos aggeres, & computruit terra. Videſ autem Pharao quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuũ, & nõ audiuit eos, ſicut præceperat Dñs. Dixitq. Dñs ad Moyſen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuam, & percute puluerẽ terræ: & ſint ciniphes in vniuerſa Terra-Aegypti. Feceruntq. ita. Et extendit Aaron manum, virgã tenens: percuſſitq. puluerẽ terræ, & facti ſunt ciniphes in hominibus, & in iumentis: omnis puluis terræ verſus eſt in ciniphes per totã Terrã-Aegypti. Feceruntq. ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent ciniphes, & nõ potuerunt: erantque ciniphes tam in hominibus quàm in iumentis. Et dixerũt malefici ad Pharaonem, Digitus Dei eſt hic'. induratumq. eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dñs.
Dixit quoq. Dñs ad Moyſen, Cõſurge diluculo, & ſta corã Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eum, Hæc dicit Dñs, Dimitte populum meũ vt ſacrificet mihi. Quòd ſi non dimiſeris eũ, ecce ego immittã in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum: & implebuntur domus Aegyptiorũ muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fuerint. Faciamq. mirabilẽ in die illa Terrã-Geſſen, in qua populus meus eſt, vt non ſint ibi muſcæ: & ſcias quoniam ego Dñs in medio terræ. Ponamq. diuiſionẽ inter populum meũ, & populum tuũ: cras erit ſignũ iſtud. Fecitq. Dñs ita. ‖ Et venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorũ eius, & in omnẽ Terrã-Aegypti: corruptaq. eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitq. Pharao Moyſen & Aaron, & ait eis, Ite & ſacrificate *Deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes, Non poteſt ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Dño Deo noſtro? quod ſi mactauerimus ea quæ colũt

— 12 MS. H.C. A *Graciotollitur illud dũtaxat:* & à ſeruis tuis.

*hoc MS. Rab, G.

*Sap. 16, 9.

*Domino MS q.

f. 17, 5.
f. 77, 49.
p. 17, 7.
. 17, 7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aegyptij corã eis, lapidibus nos obruent.
Viam triũ dierũ pergemus in solitudi- 27
nem; & sacrificabimus Dño Deo nostro,
Sup. 3, 18. ¶ sicut præcepit nobis. Dixitq. Pharao, 28
Ego dimittã vos vt sacrificetis Dño Deo
vestro in deserto: verumtamẽ longius ne
abeatis, rogate pro me. Et ait Moyses, 29
Egressus à te, orabo Dñm: & recedet mu-
sca à Pharaone, & à seruis suis, & à po-
pulo eius cras: verumtamẽ noli vltrà fal-
lere, vt nõ dimittas populum sacrificare
Dño. Egressusque Moyses à Pharaone, 30
orauit Dñm. Qui fecit iuxta verbũ illius: 31
& abstulit muscas à Pharaone, & à seruis
suis, & à populo eius: non superfuit ne
vna quidẽ. Et ingrauatũ est cor Pharao- 32
nis, ita vt nec hac quidẽ vice dimitteret
populum.

CAP. IX.

DIxit aũt Dñs ad Moysen: Ingredere 1
ad Pharaonẽ, & loquere ad eũ: Hæc
dicit Dñs Deus Hebræorũ, Dimitte po-
pulũ meum, vt sacrificet mihi. Quòd si 2
adhuc renuis, & retines eos: ecce ma- 3
nus mea erit super agros tuos, & super
equos & asinos, & camelos, & oues, &
boues pestis valde grauis. Et faciet Dñs 4
mirabile inter possessiones Israël, & pos-
sessiones Aegyptiorũ, vt nil omnino per-
eat ex his quæ pertinent ad filios Israël.
Constituitq. Dñs tempus, dicens: Cras 5
faciet Dñs verbũ istud in terra. Fecit er- 6
go Dñs verbũ hoc altera die: mortuaque
sunt omnia animantia Aegyptiorum: de
animalibus verò filiorũ Israël nihil om-
nino periit. Et misit Pharao ad vidẽdũ: 7
nec erat quicquam mortuum de his quæ
possidebat Israël. Ingrauatumq. est cor
Pharaonis, & non dimisit populum. Et 8
dixit Dñs ad Moysen, & Aarõ: Tollite ple-
nas manus cineris de camino, & spargat
illũ Moyses in cælũ corã Pharaone. Sitq. 9
puluis super omnẽ Terrã-Aegypti: erunt
enim in hominibus & iumẽtis ¶vlcera',
¶vulnera 23 MS. Q.n. & vesicæ turgẽtes in vniuersa Terra-Ae-
gypti. Tuleruntq. cinerẽ de camino, & 10
¶vulnera 23 MS. steterunt corã Pharaone, & sparsit illum
Moyses in cælum: factaque sunt ¶vlcera'
vesicarum turgentium in hominibus, &
iumẽtis: nec poterãt malefici stare corã 11
¶vulnera 23 MS. Moyse propter ¶vlcera' quæ in illis erant,
& in omni Terra-Aegypti. Indurauitq. 12
Dñs cor Pharaonis: & non audiuit eos:
sicut locutus est Dñs ad Moysen. Di- 13
xitq. Dñs ad Moysen, Manè consurge, &
sta corã Pharaone, & dices ad eum, Hæc
dicit Dñs Deus Hebræorũ: Dimitte po-
pulum meum vt sacrificet mihi. Quia 14
in hac vice mittã omnes plagas meas su-
per cor tuum, & super seruos tuos, & su-
per populũ tuũ: vt scias quòd non sit si-
milis mei in omni terra. Nũc enim ex- 15
tendẽs manũ *percutiã te, & populũ tuũ
*meam v MS. H. C. G. pestẽ, peribísq. de terra. ¶Idcirco autẽ 16
Rom. 9, 17. posui te, vt ostẽdã in te fortitudinẽ meã,
& narretur nomen meum in omni terra.
Adhuc retines populũ meũ: & nõ vis 17
18 dimittere eum? En pluam cras hac ipsa
hora grandinẽ multã nimis: qualis non
fuit in Aegypto à die qua fundata est, vs-
19 que in præsens tempus. Mitte ergo iam
nunc, & congrega iumenta tua, & omnia
quæ habes in agro: homines enim & iu-
menta, & vniuersa quæ inuenta fuerint
foris, nec congregata de agris, ceciderit q.
20 super ea grando, morientur. Qui timuit
verbũ Dñi de seruis Pharaonis, fecit cõ-
fugere seruos suos, & iumẽta in domos:
21 Qui autẽ neglexit sermonẽ Dñi, dimi-
22 sit seruos suos, & iumenta in agris. Et
dixit Dñs ad Moysen: Extende manum
tuã in cælum, vt fiat grando in vniuersa
Terra-Aegypti super homines, & super
iumenta, & super omnẽ herbam agri in
23 Terra-Aegypti. ¶Extenditque Moyses Sup. 10 & 19,
virgã in cælum, & Dñs dedit tonitrua, &
grandinem, ac discurrentia fulgura super
terrã: pluitque Dñs grandinẽ super Ter-
24 ram-Aegypti. Et grando & ignis mista
pariter ferebantur: tantæq. fuit magni-
tudinis, quanta antè nunquam apparuit
in vniuersa Terra-Aegypti ex quo gens
25 illa condita est. Et percussit grando in
omni Terra-Aegypti cuncta quæ fuerunt
in agris, ab homine vsq. ad iumẽtũ: cun-
ctamq. herbã agri percussit grãdo, & om-
26 ne lignũ regionis confregit. Tantùm in
Terra-Gessen, vbi erant filij Israël, grã-
27 do non cecidit. Misitq. Pharao, & vo-
cauit Moysen & Aaron, dicens ad eos:
Peccaui etiã nunc, Dñs iustus: & ego &
28 populus meus, impij. Orate Dñm vt de-
sinant tonitrua Dei, & grãdo: vt dimittã
29 vos, & nequaquã hìc vltrà maneatis. Ait
Moyses: Cùm egressus fuero de vrbe, ex-
tendam palmas meas ad Dñm, & cessa-
bunt tonitrua, & grando nõ erit: vt scias
30 quia Dñi est terra. noui autẽ quòd &
tu, & serui tui necdũ timeatis Dñm Deũ.
31 Linum ergo, & hordeum læsum est, eò
quòd hordeum esset virens, & linũ iam
32 folliculos germinaret: triticũ autem, &
far non sunt læsa, quia serotina erant.
33 Egressusq. Moyses à Pharaone ex vrbe,
tetendit manus ad Dñm, & cessauerunt
tonitrua & grãdo, nec vltrà stillauit plu-
34 uia super terrã. Videns aũt Pharao quòd
cessasset pluuia, & grãdo, & tonitrua, au-
35 xit peccatũ: Et ingrauatũ est cor eius,
& seruorũ illius, & induratũ nimis: nec
dimisit filios Israël, sicut præceperat Dñs
per manum Moysi.

CAP. X.

1 ET dixit Dñs ad Moysen, Ingredere
ad Pharaonẽ: ego enim indurai cor
eius, & seruorũ illius: vt faciã signa mea
2 hæc in eo, & narres in ¶auribus' filij tui, ¶ aures MS. G.
& nepotũ tuorum, quoties contriuerim
Aegyptios, & signa mea fecerim in eis;
3 & sciatis quia ego Dñs. Introierũt ergo
Moyses & Aaron ad Pharaonẽ, & dixe-
runt ei, Hæc dicit Dñs Deus Hebræorũ:
Vsquequò non vis subiici mihi? dimitte
4 populum meũ, vt sacrificet mihi*. ¶Sin * in deserto. Sup. 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autẽ resistis, & non vis dimittere eum:
ecce ego inducã cras locustã in fines tuos:
quæ operiet superficiem terræ, ne quic- 5
quam eius appareat, sed comédatur quod
residuum fuerit grandini. corrodet enim
omnia ligna quæ germinant in agris. Et 6
implebunt domos tuas, & seruorũ tuorũ,
& omniũ Aegyptiorũ: quantã non vide-
rũt patres tui, & aui, ex quo orti sunt su-
per terrã, vsq. in præsentẽ diẽ. Auertitq.
se, & egressus est à Pharaone. Dixerũt 7
autẽ serui Pharaonis ad eũ: Vsquequo
patiemur hoc scandalum? dimitte homi-
nes, vt sacrificent Dño Deo suo. nónne
vides quòd perierit Aegyptus? Reuoca- 8
ueruntq. Moysen, & Aaron ad Pharaonẽ:
qui dixit eis: Ite, sacrificate Dño Deo ve-
stro: quinã sunt qui ituri sunt? Ait Moy- 9
ses, Cum paruulis nostris, & senioribus
pergem°, cum filiis & filiabus, cum oui-
bus & armentis: est enim sollennitas
Dñi – Dei' nostri. Et respõdit Pharao: 10
Sic Dñs sit vobiscum, quomodo ego di-
mittam vos, & paruulos vestros: cui du-
bium est quòd pessimè cogitetis? ‖Non 11
fiet ita', sed ite tantùm viri, & sacrificate
Dño: hoc enim & ipsi petistis. Statimque
eiecti sunt de cõspectu Pharaonis. Dixit 12
autẽ Dñs ad Moysen: Extende manum
tuã super Terram-Aegypti ad locustam,
vt ascendat super terrã, & deuoret omnẽ
herbã quæ residua fuerit grandini. Et 13
extendit Moyses virgã super Terrã-Ae-
gypti: & Dñs induxit ventũ vrentẽ tota
die illa, & nocte: & manè facto, ventus v-
rens leuauit locustas. Quæ ascenderunt 14
super vniuersam Terram-Aegypti: & se-
derunt in cunctis finibus Aegyptiorũ in-
numerabiles, quales ante illud tẽpus non
fuerant, nec postea futuræ sunt. Ope- 15
rueruntq. vniuersam superficiem terræ,
vastantes omnia. Deuorata est igitur her-
ba terræ, & quidquid pomorũ in arbori-
bus fuit, quæ grãdo dimiserat: nihil quo-
que omnino virens relictũ est in lignis, &
in herbis terræ, in cuncta Aegypto. Quã 16
ob rem festinus Pharao vocauit Moysen
& Aaron, & dixit eis: Peccaui in Dñm
Deum vestrum, & in vos. Sed nunc di- 17
mittite peccatum mihi etiã hac vice, &
rogate Dñm Deum vestrum, vt auferat
à me mortẽ istã. Egressusq. est – Moy- 18
ses' de conspectu Pharaonis, & orauit
Dñm. Qui flare fecit ventũ ab occidẽte 19
vehementissimũ, & arreptã locustã pro-
iecit in Mare-rubrum: non remansit ne
vna quidẽ in cunctis finibus Aegypti. Et 20
indurauit Dñs cor Pharaonis, nec dimisit
filios Israël. Dixit autẽ Dñs ad Moysen: 21
Extende manum tuã in cælum: & sint
tenebræ super Terrã-Aegypti tã densæ,
vt palpari queant. Extenditq. Moyses 22
manũ in cælum: & factæ sunt tenebræ
horribiles in vniuersa Terra-Aegypti tri-
bus diebus. ‖ Nemo vidit fratrẽ suum, 23
nec mouit se de loco in quo erat: vbi-
cumq. autẽ habitabant filij Israël, lux
erat. Vocauitq. Pharao Moysen & Aa- 24
ron, & dixit eis: Ite, sacrificate Domino:
oues tantùm vestræ, & armenta rema-
neant, paruuli vestri eant vobiscũ. Ait 25
Moyses: Hostias quoq. & holocausta da-
bis nobis, quæ offeramus Dño Deo no-
stro. Cuncti greges pergent nobiscũ: nõ 26
remanebit ex eis vngula; quæ necessaria
sunt in cultum Dñi Dei nostri: præser-
tim cùm ignoremus quid debeat immo-
lari, donec ad ipsum locum perueniа-
mus. Indurauit autẽ Dñs cor Pharao- 27
nis, & noluit dimittere eos. Dixitque 28
Pharao ad Moysen: Recede à me, & caue
ne vltrà videas faciẽ meã: quocunq. die
apparueris mihi, morieris. Respondit 29
Moyses: Ita fiat vt locutus es, non vide-
bo vltrà faciem tuam. CAP. XI.

1 (ET dixit Dñs ad Moysen: Adhuc vna
plaga tangam Pharaonẽ & Aegyptũ,
& post hæc dimittet vos, & exire com-
2 pellet. ‖ Dices ergo omni plebi vt po-
stulet vir ab amico suo, & mulier à vici-
3 na sua vasa argẽtea, & aurea*. Dabit au-
tẽ Dñs gratiã populo suo corã Aegyptiis.
‖ Fuitq. Moyses vir magnus valde in Ter-
ra-Aegypti corã seruis Pharaonis, & om-
4 ni populo.) Et ait, Hæc dicit Dñs: Me-
5 dia nocte ‖ ingrediar' in Aegyptũ: ‖ &
morietur omne primogenitũ in Terra-
Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis
qui sedet in solio eius, vsq. ad primoge-
nitũ ancillæ quæ est ad molam, & omnia
6 primogenita iumentorũ. Eritq. clamor
magnus in vniuersa Terra-Aegypti, qua-
lis nec antè fuit, nec posteà futurus est.
7 Apud omnes autẽ filios Israël nõ mu-
tiet canis ab homine vsque ad pecus: vt
sciatis quanto miraculo diuidat Dñs Ae-
8 gyptios & * Israël. Descendentq. om-
nes serui tui isti ad me, & ‖ adorabũt' me,
dicentes: Egredere tu & omnis populus
qui subiectus est tibi: post hæc egredie-
mur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis.
9 Dixit autẽ Dñs ad Moysen: Nõ audiet
vos Pharao vt multa signa fiãt in Terra-
10 Aegypti. Moyses autẽ & Aarõ fecerũt
omnia – signa & ‖ ostẽta quæ scripta sunt,
coram Pharaone: & indurauit Dñs cor
Pharaonis, nec dimisit filios Israël de
terra sua. CAP. XII.

1 DIxit quoq. Dñs ad Moysen, & Aarõ
2 in Terra-Aegypti: Mensis iste, vo-
bis principiũ mensiũ: primus erit in mẽ-
3 sib' anni. Loquimini ad vniuersum cœ-
tum filiorũ Israël, & dicite eis: Decima
die mensis huius tollat vnusquisq. agnũ
4 per familias & domos suas. Sin autẽ mi-
nor est numerus vt sufficere possit ad
vescendũ agnum, assumet vicinũ suũ qui
coniunctus est domui suæ, iuxta numerũ
animarũ quæ sufficere possunt ad esum
5 agni. Erit autẽ agnus absque macula,
masculus, anniculus: iuxta quem ritum
6 tolletis & hœdũ. Et seruabitis eũ vsq.

Sup. 3,22. Inf. 12, 35.
*& vestem MS.G. Ab. H. autem, C. & Rab. non additur.
Eccl. 45, 1.
ªegrediar 10 MS.
°egrediox H.
ªxeuelor C.
ª ingredior G.
Sap. 18, 11.
*filios o.
ªorabunt 5 MS.C.
–9MS. H. C.G. Q.n.
–6MS.H. C.A G. autem, R. & Rab. nõ addit.
Sap. 17, 2. Sap. 18, 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad quartã decimã diẽ mensis huius: immolabitq. eũ vniuersa multitudo filiorũ Israël ad vesperã. Et sument de sanguine eius, ac ponẽt super vtrumq. postem, & in superliminarib⁹ domorũ in quibus comedent illũ. Et edẽt carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudũ quid, nec coctũ aqua, sed assum tantùm igni: caput cũ pedibus eius & intestinis vorabitis. Nec remanebit quicquã ex eo vsq. manè. si quid residuum fuerit, igne cõburetis. Sic autẽ comedetis illũ, Renes vestros accingetis, & calceamẽta* habebitis in pedibus, tenentes ‖ baculos' in manib⁹, & comedetis festinãtes: est enim Phase (id est transitus) Dñi. Et transibo per Terrã-Aegypti nocte illa, percutiãq. omne primogenitũ in Terra-Aegypti ab homine vsq. ad pecus: & in cunctis diis Aegypti faciã iudicia, ego Dñs. Erit aũt sanguis vobis in signũ in ędibus in quib⁹ eritis: & videbo sanguinẽ, & trãsibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quãdo percussero Terrã-Aegypti. Habebitis autẽ hũc diẽ in monumentũ: & celebrabitis eã sollemnẽ Dño in generationib⁹ vestris cultu sempiterno. Septẽ diebus azyma comedetis: in die primo nõ erit fermentũ in domibus vestris: quicumq. comederit fermentũ, peribit anima illa de Israël, à primo die vsq. ad diẽ septimũ. Dies prima erit sancta atq. sollemnis, & dies septima eadẽ festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendũ pertinẽt. Et obseruabitis azyma: in eadẽ enim ipsa die educã exercitũ vestrũ de Terra-Aegypti, & custodietis diẽ istũ in generationes vestras ritu perpetuo. ‖ Primo mense, quartadecima die mẽsis ad vesperã comedetis azyma vsq. ad diẽ vicesimã primã eiusdẽ mensis ad vesperã. Septẽ diebus ‖ fermentatũ' non inuenietur in domib⁹ vestris: qui comederit fermẽtatum, peribit anima eius de cœtu Israël, tam de aduenis quàm de indigenis terræ. Omne fermẽtatũ nõ cõedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. Vocauit autẽ Moyses oẽs seniores filiorũ Israël, & dixit ad eos: Ite tollẽtes animal per familias vestras, & immolate Phase. ‖ Fasciculumq. hyssopi tingite in sanguine qui est in ‖ limine', & aspergite ex eo superliminare, & vtrũq. postẽ: nullus vestrũ egredi atur ostiũ domus suæ vsq. manè. Transibit enim Dñs percuriens Aegyptios: cumq. viderit sanguinẽ in superliminari & in vtroq. poste, transcendet ostiũ-domus', & non sinet percussorẽ ingredi domos vestras & lędere. ‖ custodi' verbũ istud legitimũ ‖ tibi' & filiis ‖ tuis' vsq. in æternũ. Cumque introieritis terrã quam Dñs * daturus est vobis vt pollicitus est, obseruabitis ceremonias istas. Et cùm dixerint vobis filij vestri, Quæ est ista religio? dicetis eis, Victima trãsitus Dñi est, quando transiuit super domos filiorũ Israël in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberãs. Incuruatusq. populus adorauit. Et egressi filij Israël fecerũt sicut præceperat Dñs Moysi & Aarõ. Factũ est autem in noctis medio, percussit Dñs omne primogenitũ in Terra-Aegypti, à ‖ suo primogenito Pharaonis, qui in solio ‖ eius' sedebat, ‖ vsq. ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitũ iumẽtorũ. Surrexitq. Pharao nocte & omnes serui eius, cunctaq. Aegyptus: & ortus est clamor magnus in Aegypto: neq. enim erat domus in qua nõ iacẽret mortuus. Vocatisq. Pharao, Moyse, & Aarõ nocte, ait: Surgite — &' egredimini à populo meo, vos & filij Israël: ite, * immolate Dño sicut dicitis. Oues vestras & armenta assumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantq. Aegyptij populũ de terra exire velociter, dicẽtes: Omnes moriemur. Tulit igitur populus cõspersam farinã antequã fermentaretur: & ligans in palliis, posuit super humeros suos. Feceruntque filij Israel ‖ sicut præceperat Dñs Moysi: & petierũt ab Aegyptiis vasa argentea & aurea, vestemq. plurimã. Dñs autẽ dedit gratiam populo corã Aegyptiis vt cõmodarẽt eis: & spoliauerũt Aegyptios. Profectiq. sunt filij Israël de Ramesse in Socoth, sexcẽta ferè millia peditũ virorũ, ‖ absq. paruulis — & mulieribus'. Sed & vulgus promiscuũ innumerabile ascẽdit cũ eis, oues & armẽta & animãtia diuersi generis multa nimis. Cõxeruntq. farinã quã dudũ de Aegypto cõspersã tulerãt: & fecerũt subcinericios panes azymos: neq. enim poterat fermẽtari cogẽtibus exire Aegyptiis & nullã facere sinentibus morã: nec pulmenti quicquam ‖ occurrerat' præparare. Habitatio autẽ filiorũ Israël qua manserũt in Aegypto, fuit quadringẽtorũ triginta annorũ. Quibus expletis, eadẽ die egressus est omnis exercit⁹ Dñi de Terra-Aegypti. Nox ista est obseruabilis Dñi, quãdo eduxit eos de Terra-Aegypti: hác obseruare debẽt oẽs filij Israël in generationibus suis. Dixitq. Dñs ad Moysen & Aarõ: Hæc est religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autẽ seruus emptitius circũcidetur, & sic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. ‖ In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, ‖ nec os illius cõfringetis. Omnis cœtus filiorũ Israël faciet illud. Quòd si quis peregrinorũ in vestrã voluerit trãsire coloniã, & facere Phase Dñi, circumcidetur prius omne masculinũ eius, & tunc ritè celebrabit: eritq. sicut indigena terræ. si quis autẽ circumcisus non fuerit, nõ vescetur ex eo. Eadẽ lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. Feceruntq. omnes filij Israël sicut præceperat Dñs

Moysi

t vestra 1 MS. Rab. H.C.
‖ baculum MS. H. Textui, hîc, Rab. & hîc, & illic, R. & G cõsentiũt.
Leu. 23, 5. Nu. 28. 16.
‖ fermentũ 1 MS. H. C. G.
Heb. 11, 28 ‖ vasa C. dictio Hebræa & limẽ significat & vas. — 5 MS. H. C. G.
‖ Custodite 5 MS. H. C. G.
‖ vobis 5 MS.
‖ vestris 5 MS. Q. n.
* Deus MS. q.
‖ præter exercitus impedimenta G. Textui Rab. suffragantur
‖ curauerat MS.
Num. 33. Ioã. 20.
— 12 MS. H. C.
Sup. 11. & 13.
Sup. 11.
— MS. H. C.
*& MS. R. G.
Inf. 34. Nu. 8. Luc. 1. Leu. 1.
Inf. 30.

Moysi & Aaron. Et eadē die eduxit Dñs 51
filios Israël de terra-Aegypti per turmas
suas.

CAP. XIII.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, 1
Sanctifica mihi omne primogenitum 2
quod aperit vuluam in filiis Israël, tam
de hominibus quàm de iumentis: mea
sunt enim omnia. Et ait Moyses ad po- 3
pulum: Mementote diei huius in qua e-
gressi estis de Aegypto & de domo ser-
uitutis, quoniā in manu forti eduxit vos
Dñs de loco isto: vt non comedatis fer-
mentatū panem. Hodie egredimini mē- 4
se nouarū frugum. Cumq. introduxerit 5
vos MS.q te' Dominus in Terram-Chananæi &
Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebu-
sæi, quam iurauit patribus tuis vt daret
tibi, terrā fluentem lacte & melle, celebra- celebra-
bitis' hunc morē sacrorum mēse isto. bis ℞ MS.
Septem diebus vescēris azymis: & in 6 R.H.C.G.
die septimo erit sollemnitas Dñi. Azy- 7
ma comedetis septem diebus: non appa-
rebit apud te aliquid fermētatum, nec in
cunctis finibus tuis. Narrabisq. filio tuo 8
in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mi-
hi Dñs quādo egressus sum de Aegypto.
Et erit quasi signū in manu tua, & qua- 9
si monumentū ante oculos tuos: & vt lex
Dñi semper sit in ore tuo, in manu enim
forti eduxit te Dñs de Aegypto. Custo- 10
dies huiuscemodi cultum statuto tēpore
à diebus in dies. Cumq. introduxerit te 10
Dñs in Terram-Chananæi, sicut iurauit
tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam:
‖ separabis omne quod aperit vuluam 12
Exod.22, 29. & 34, 19. Dño, & quod primitiuū est in pecoribus
tuis: quicquid habueris masculini sexus,
consecrabis Dño. Primogenitum asini 13
Exod.34, 20. mutabis oue: quod si non redemeris, in-
terficies. Omne autē primogenitū homi-
nis de filiis tuis, pretio redimes. Cumq. 14
interrogauerit te filius tuus cras, dicens:
Quid est hoc? respondebis ei: In manu
forti eduxit nos Dñs de Terra-Aegypti,
de domo seruitutis. Nā cùm induratus 15
esset Pharao, & nollet nos dimittere, oc-
cidit Dñs omne primogenitum in Terra-
Aegypti à primogenito hominis vsq. ad
primogenitū iumentorū: idcirco immo-
lo Dño omne quod aperit vuluam ma-
sculini sexus, & omnia primogenita fi-
liorū meorum redimo. Erit igitur quasi 16
signum in manu tua, & quasi appensum
quid, ob recordationē, ante' oculos tuos:
eo quòd in manu forti eduxit nos Dñs
de Aegypto. Igitur cùm emisisset Pha- 17
rao populum, non eos duxit Dñs' per viā
Terræ-Philisthiim quæ vicina est: repu-
tans ne fortè pœniteret eum, si vidisset
aduersum se bella consurgere, & reuer-
teretur in Aegyptū. Sed circūduxit per 18
viam deserti, quæ est iuxta Mare-rubrū:
& armati ascenderunt filij Israël de Ter-
ra-Aegypti. Tulit quoque Moyses ossa 19
Gen.50, 25 Exod.14, 21. Ioseph secum: eo quòd adiurasset filios
Israël, dicēs: ‖ Visitabit vos Deus, efferte
20 ossa mea hinc vobiscum. Profectiq. de
Socoth castrametati sunt in Ethan in ex-
21 tremis finibus solitudinis. ‖ Dñs autem 1. Cor. 10, 1.
præcedebat eos ad ostendendum viam Nehem. 9,
per diem in columna nubis, & per noctē 12, 19.
in columna ignis: vt dux esset itineris v-
22 troq. tēpore. Numquā defuit columna
nubis per diē, nec colūna ignis per noctē,
coram populo.

CAP. XIIII.

1 LOcutus est autem Dñs ad Moysen,
2 dicēs, Loquere filiis Israël, Reuer-
si castrametentur e regione Phi-hahiroth
quæ est inter Magdalum & mare contra
Beel-sephon: in cōspectu eius castra po-
3 netis super mare. Dicturusq. est Pharao
super filiis Israël, Coarctati sunt in terra,
4 cōclusit eos desertum. Et indurabo cor
eius, ac persequetur vos: & glorificabor
in Pharaone, & in omni exercitu eius.
sciētq. Aegyptij quia ego sum Dominus.
5 Feceruntque ita. Et nuntiatum est regi
Aegyptiorū quòd fugisset populus: im-
mutatumq. est cor Pharaonis & seruorū
eius super populū, & dixerunt: Quid vo-
luimus facere vt dimitteremus Israël, ne
6 seruiret nobis? iunxit ergo currū, & om-
7 nem populū suū assumpsit secum. Tu-
litq. sexcētos currus electos, & quicquid
in Aegypto curruum fuit: & duces totius
8 exercitus. Indurauitque Dñs cor Pha-
raonis regis Aegypti, & persecutus est fi-
lios Israël: at illi egressi erant in manu
9 excelsa. ‖ Cumq. persequerētur Aegyptij 1. Mac. 4, 9
vestigia præcedētium, repererunt eos in Ios. 24, 6.
castris super mare: omnis equitatus &
currus Pharaonis, & vniuersus exercitus
erāt in Phi-hahiroth cōtra Beel-sephon.
10 Cumq. appropinquasset Pharao, leuā-
tes filij Israël oculos, viderūt Aegyptios
post se: & timuerūt valde, clamauerūtq.
11 ad Dñm, & dixerunt ad Moysen: For-
sitan non erāt sepulcra in Aegypto, ideò
tulisti nos vt moreremur in solitudine:
quid hoc facere voluisti, vt educeres nos
12 ex Aegypto? Nónne iste est sermo quē
loquebamur ad te in Aegypto, dicentes,
Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptiis?
multò enim melius erat seruire eis, quàm
13 mori in solitudine. Et ait Moyses ad
populum: Nolite timere: state, & videte
magnalia Domini quæ facturus est ho-
die: Aegyptios enim quos nunc videtis,
nequaquā vltrà videbitis vsq. in sempi-
14 ternum. Dñs pugnabit pro vobis, & vos
15 tacebitis. Dixitq. Dñs ad Moysen, Quid
clamas ad me? Loquere filiis Israël vt
16 proficiscantur. Tu autē eleua virgā tuā,
& extende manū tuā super mare, & di-
uide illud: vt gradiantur filij Israël in
17 medio mari per siccū. Ego autē indura-
bo cor Aegyptiorū vt persequantur vos:
& glorificabor in Pharaone, & in omni
exercitu eius, & in curribus & in equiti-
18 bus illius. Et scient Aegyptij quia ego
sum Dñs: cùm glorificatus fuero in Pha-
raone, & in curribus atque in equitibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius. Tollénsq. ~se' angelus ^Dñi', qui 19
præcedebat castra Israël, abiit post eos:
& cũ eo pariter columna nubis, priora
dimittens, post tergũ stetit, inter castra 20
Aegyptiorum & castra Israël: & erat nu-
bes tenebrosa, & illuminans noctẽ, ita vt
ad se inuicẽ toto noctis tẽpore accedere
non valerẽt. Cumq. extendisset Moyses 21
manũ super mare, abstulit illud Domi-
nus, flante vẽto vehemẽti & vrente tota
nocte, & vertit in siccũ: ‖diuisaq. est a-
qua. ‖Et ingressi sunt filij Israël per 22
mediũ ficci maris: erat enim aqua quasi
mur' à dextra eorũ & læua. Persequẽ- 23
tesq. Aegyptij ingressi sunt post eos, &
omnis equitatus Pharaonis, currus eius
& equites per mediũ maris. Iamq. ad- 24
uenerat vigilia matutina, ‖ & ~ecce' re-
spiciẽs Dñs super castra Aegyptiorũ per
columnã ignis & nubis, interfecit exerci-
tum eorũ; & subuertit rotas curruũ, fe- 25
rebanturq. in profundum. Dixerũt ergo
Aegyptij, Fugiamus Israëlem: Dñs enim
pugnat pro eis contra nos. Et ait Dñs 26
ad Moysen, Extẽde manum tuam super
mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios
super currus & equites eorum. Cumq. 27
extendisset Moyses manum contra ma-
re, reuersum est primo diluculo ad prio-
rem locum: fugientibusq. Aegyptiis oc-
currerũt aquæ, & inuoluit eos Dominus
in mediis fluctibus. Reuersæque sunt 28
aquæ, & operuerũt currus & equites cũ-
cti exercitus Pharaonis, qui sequẽtes in-
gressi fuerant mare: nec vnus quidem
superfuit ex eis. Filij autem Israël per- 29
rexerunt per mediũ ficci maris, & aquæ
eis erant quasi pro muro à dextris & à
sinistris: liberauitque Dominus in die 30
illa Israël de manu Aegyptiorum. Et 31
viderunt Aegyptios mortuos super littus
maris, & manum magnam quam exer-
cuerat Dominus contra eos: timuitque
populus Dominum, & crediderunt Dño,
& Moysi seruo eius. CAP. XV.

TVnc cecinit Moyses & filij Israël 1
carmen hoc Domino, & dixerunt:
Cantemus Dño: gloriosè enim magnifi-
cat' est, equũ & ascẽsorẽ deiecit in mare.
‖ Fortitudo mea, & laus mea Domi- 2
nus, & factus est mihi in salutem: iste
Deus meus, & glorificabo eum, Deus pa-
tris mei, & exaltabo [illegible]
Dominus quasi vir [illegible]ator, omni- 3
potens nomen eius.
Currus Pharaonis & exercitum eius 4
proiecit in mare: electi principes eius
submersi sunt in Mari-rubro.
Abyssi operuerunt eos, descenderunt 5
in profundum quasi lapis.
Dextera tua Domine magnificata est 6
in fortitudine: dextera tua Domine per-
cussit inimicum.
Et in multitudine gloriæ tuæ depo- 7
suisti aduersarios ~meos': misisti iram
tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam.
8 Et in spiritu furoris tui congregatæ
sunt aquæ: stetit *vnda fluens, congre-
gatæ sunt abyssi in medio mari.
9 Dixit inimicus: Persequar & compre-
hendam, diuidam spolia, implebitur ani-
ma mea: euaginabo gladium meum, in-
terficiet eos manus mea.
10 Flauit spiritus tuus, & operuit eos ma-
re: submersi sunt quasi plumbũ in aquis
vehementibus.
11 Quis similis tui in fortib' Dñe? quis si-
milis tui, magnificus in sanctitate, terri-
bilis atq. laudabilis, *faciens mirabilia?
12 Extendisti manum tuam, & deuorauit
eos terra.
13 Dux fuisti in misericordia tua populo
quem redemisti: & portasti eũ in forti-
tudine tua, ad habitaculũ sanctũ tuum.
14 Ascenderunt populi, & irati sunt: dolo-
res obtinuerũt habitatores Philisthiim.
15 Tunc conturbati sunt principes Edom,
robustos Moab obtinuit tremor: obrigue-
runt omnes habitatores Chanáan.
16 Irruat super eos formido & pauor: in
magnitudine brachij tui, fiãt immobiles
quasi lapis, donec pertranseat populus
tuus Domine, donec pertranseat populus
tuus iste quem possedisti.
17 Introduces eos, & plantabis in monte
hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo
tuo quod operatus es Dñe: sanctuarium
~tuũ' Dñe, quod firmauerũt manus tuæ.
18 Dñs regnabit in æternum & vltrà.
19 Ingressus est enim ^~eques', Pharao cũ
curribus & equitibus ~eius' in mare: &
reduxit super eos Dominus aquas maris:
filij autem Israël ambulauerunt per sic-
cum in medio eius.
20 Sũpsit ergo Maria prophetissa soror A-
aron tympanũ in manu sua: egressæque
sunt oẽs mulieres post eã cũ tympanis &
21 choris, quibus præcinebat, dicẽs: Can-
temus Dño, glorioſe enim magnificatus
est, equũ & ascensorẽ eius deiecit in ma-
22 re. Tulit autem Moyses Israël de Mari-
rubro, & egressi sunt in desertũ Sur: am-
bulauerunt q. tribus diebus per solitudi-
23 nẽ, & nõ inueniebãt aquã. Et venerunt
in Mara, nec poterãt bibere aquas de Ma-
ra, eò quòd essent ~amaræ'. vnde & con-
gruũ loco nomẽ imposuit, vocãs illũ Ma-
24 ra, id est, amaritudinẽ. Et murmurauit
populus cõtra Moysen, dicẽs, Quid bibe-
25 m'? At ille clamauit ad Dñm: qui ostẽ-
dit ei lignũ: quod cùm misisset in aquas,
in dulcedinẽ versæ sunt. ‖ibi cõstituit ei
præcepta, atq. iudicia, & ibi tentauit eũ,
26 dicẽs, Si audieris vocẽ Dñi Dei tui, &
quod rectũ est corã eo feceris, & obedie-
ris mãdatis ei', custodierisq. omnia præ-
cepta illi': cunctũ languorẽ quẽ posui in
Aegypto, nõ inducam super te. ego enim
27 sum Dñs Deus sanator tuus. ‖Venerũt
autẽ in Elim ~filij Israel', vbi erãt duo-
decim fontes aquarũ, & septuaginta pal-
mæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

~Qn. ^Dei MS. R.H.G.

Psal. 77, 13 & 104, 36

Psal. 113, 3 1. Cor. 10, 1 Heb. 11, 29

Sap. 18, 15 ~K.H.C. G. pro Textu MS. & Rab. faciens.

* ficti les, aut murui C.G.

*& [illegible] & R. [illegible] Rab.H. & G. [illegible] legitur.

Sap. 10, 14 Isa. 12, 2 Psa. 117, 14

~maris

Iudith 15. Eccli 36

~meos 4 MS.R.H. C. ~G.

Nu. 33, 9 ~9' MS. Rab.H.C. G.

CAP.

CAP. XVI.

Sap.11,2.

1 PRofectiq. sunt de Elim,& venit omnis multitudo filiorum Israël in desertum Sin,quod est inter Elim & Sinai: quinto decimo die mensis secundi,post-
2 quam egressi sunt de Terra-Aegypti. Et murmurauit omnis cõgregatio filiorum Israël cõtra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntq. filij Israël ad eos: Vti-
3 nam mortui essemus per manũ Domini in Terra-Aegypti, quãdo sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur induxistis nos in desertũ istud,vt occideretis omnẽ multitudinẽ fame? Dixit autẽ Dñs ad Moy-
4 sen, Ecce ego pluã vobis panes de cælo; egrediatur populus,& colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea,an nõ. Die
5 autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. Dixeruntq. Moyses & Aarõ
6 ad omnes filios Israël, Vesperè scietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra-Aegypti: & manè videbitis gloriã Dñi:
7 ‖audiui' enim murmur vestrum contra Dñm;nos verò quid sumus,quia murmurastis contra nos? Et ait Moyses,Dabit
8 vobis Dñs vesperè carnes edere, & manè panes in saturitate: eo quòd audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra ‖eũ': nos ‖enim' quid sumus?nec contra nos est murmur vestrũ,
9 sed contra Dñm. Dixit quoque Moyses ad Aarõ, Dic vniuersæ congregationi filiorum Israël, Accedite coram Domino:
10 audiuit enim murmur vestrum. Cumq. loqueretur Aaron ad omnẽ cœtum filiorum Israël,respexerunt ad solitudinẽ: & ecce gloria Domini apparuit in nube.
11 Locutus est autem Dñs ad Moysen,di-
12 cens, ‖Audiui murmurationes filiorũ Israël,loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & manè saturabimini panibus: scietisque quòd ego sum Dominus
13 Deus vester. Factũ est ergo vespere,& ascendẽs coturnix,cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitum cas-
14 trorum. Cumque operuisset superficiem terræ, ‖apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinẽ pruinæ super terram. Quod cùm
15 vidissent filij Israël, dixerunt ad inuicẽ, Man hu?(quod significat, Quid est hoc?) ignorabant enim quid esset. Quibus ait
16 Moyses, ‖Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Hic est sermo quem præcepit Dñs: Colligat vnusquisq.ex eo quantũ sufficit ad vescendũ: gomor per singula capita, iuxta numerũ animarum vestrarũ quæ habitant in tabernaculo sic tolletis. Feceruntque ita
17 filij Israël: & collegerũt,alius plus,alius
18 minus. Et mensi sunt ad mensurã gomor: ‖nec qui plus collegerat, habuit amplius;nec qui minus parauerat,reperit
19 minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant cõgregauerũt. Dixitq. Moyses
20 ad eos,Nullus relinquat ex eo in manè. Qui nõ audierũt eum,sed dimiserunt quidã ex eis vsq. manè, & scatere cœpit vermibus,atq.cõputruit.& iratus est cõ-
21 tra eos Moyses. Colligebant autẽ manè singuli,quantũ sufficere poterat ad vescendũ: cumq. incaluisset Sol, liquefie-
22 bat. In die autẽ sexta collegerunt cibos duplices,id est,duo gomor per singulos homines: venerunt aũt omnes principes
23 multitudinis,& narrauerũt Moysi. Qui ait eis,Hoc est quod locutus est Dominus: Requies sabbathi sanctificata est Dño cras.quodcumq.operandum est,facite: & quæ coquẽda sunt coquite:quicquid autẽ reliquum fuerit,reponite vsq.
24 in manè. Feceruntq. ita vt præceperat Moyses,& non computruit,neq. vermis
25 inuentus est in eo. Dixitq.Moyses,Cõedite illud hodie, quia sabbathum est
26 ‖Dñi':nõ inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite:in die autẽ septimo sabbathum est – ‖Domini': idcirco non in-
27 uenietur. Venitq.septima dies:& egressi de populo vt colligerent, non inuene-
28 runt. Dixit autem Dñs ad Moysen,Vsquequo nõvultis custodire mãdata mea,
29 & legem meam? Videte quòd Dominus dederit vobis sabbathum,& propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: mãneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septi-
30 mo. Et sabbathizauit populus die se-
31 ptimo. Appellauitq. domus Israël nomen eius Man:quod erat quasi semẽ coriandri albũ,gustúsq. ei' quasi similæ cũ
32 melle. Dixit autẽ Moyses, Iste est sermo quẽ præcepit Dñs, Imple gomor ex eo,& custodiatur in futuras retrò generationes: vt nouerint panẽ quo alui vos in solitudine, quãdo educti estis de Ter-
33 ra-Aegypti. Dixitq. Moyses ad Aaron, Sume vas vnũ,& mitte ibi Man,quantũ potest capere gomor: & repone corã Dño ad seruandũ in*generationes vestras,sicut
34 ‖præcepit' Dñs Moysi. Posuitque illud
35 Aaron in tabernaculo reseruandũ. Filij autẽ Israël comederũt Man quadraginta annis,donec venirẽt in terrã habitabilẽ: hoc cibo aliti sunt,vsquequo tangerẽt fi-
36 nes Terræ-Chanáan. Gomor autẽ decima pars est ephi. CAP. XVII.

1 IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israël de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Dñi, castrametati sunt in Raphidim,vbi non erat
2 aqua ad bibendũ populo. ‖Qui iurgatus contra Moysen,ait,Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini contra me? cur tentatis
3 Dominum? Sitiuit ergo ibi populus prę aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens, Cur feciſti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos

nostros,

Sap.11,2. — ‖ audiuit MS.H.C.G. — ‖ nos Rab. G. Textui vero suffragantur MS.R.H.C. — ‖ autem Rab.G. Pro Textu faciunt MS.R. & H.C. — ‖ Et nos quid? Eccli.45,4. — Nu.11,7. Psa.77,24. Sap.16,20. Iohã.6,31. — 1 Cor.10,3 — 2 Cor.8,15

* futuras retro. 6 MS.R. A Rab. autẽ, H.C.& G nõ legitur. — ‖ præceperat MS.R. Q.n. Neh 9, 15. Iudith 5, 15. Nu.20,4.

‖ Domino 6 MS.R. H.G. — ‖ coram Domino C. – H.C.G. — ‖ Domino 1 MS.R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtros,ac iumenta ſiti? Clamauit autē Moyſes ad Dñm,dicens, Quid faciā populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Dñs ad Moyſen, Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſraël:& virgam qua‖ percuſſiſti fluuiū, tolle in manu tua,& vade. ‖En ego ſtabo ibi coram te,ſupra petrā Horeb: percutiéſq. petram, & exibit ex ea aqua,vt bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſraël. Et vocauit nomē loci illius Tentatio,propter iurgium filiorum Iſraël,& quia tentauerunt Dominū, dicentes:Eſt ne Dominus in nobis,an nō?

‖Venit autē Amalec*,& pugnabat cōtra Iſraël in Raphidim. Dixitq. Moyſes ad Ioſue, Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice collis,habens virgam Dei in manu mea.

Fecit Ioſue vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec: Moyſes autem & Aaron,& Hur aſcenderunt ſuper verticē collis. Cumq. leuaret Moyſes manus,vincebat Iſraël:ſin autem paululum remiſiſſet,ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem,poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum Solis. Fugauitq. Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij.

Dixit autē Dñs ad Moyſen: Scribe hoc ob monumentū in libro,& trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cælo. Aedificauitq. Moyſes altare: & vocauit nomen eius, Dñs-exaltatio-mea,dicēs, Quia manus* ſolij' Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Exo. 14,20. Pſ. 77,15. 1 Cor. 10, 4.

Iudith 4, 12. Sap. 11,3. Deut.25, 17. 1 Reg. 15,2

* ad pugnā MS q.

* ſolius o

CAP. XVIII.

CVmq. audiſſet Iethro ſacerdos Madiā,cognatus Moyſi,omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraëli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Dñs Iſraël de Aegypto: tulit Sephoram vxorē Moyſi quam remiſerat: & duos filios eius,quorum vnus vocabatur Gerſam, dicente patre, ‖Aduena fui in terra aliena. Alter verò Eliézer: *Deus'enim, ait, patris mei *adiutor' meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognat⁹ Moyſi, & filij eius, & vxor eius ad Moyſen in deſertū, vbi erat caſtrametatus iuxta Montem Dei. Et mandauit Moyſi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus venio ad te,& vxor tua,& duo filij tui cū ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui,adorauit,& oſculatus eſt eum: ſalutaueruntq. ſe mutuo verbis pacificis. Cumq. intraſſet tabernaculum, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Dñs Pharaoni & Aegyptiis propter Iſraël: vniuerſumq. laborē qui accidiſſet eis in itinere,& quòd liberauerat eos Dñs. Lætatuſq. eſt Iethro ſup omnibus bonis quæ fecerat Dñs Iſraëli, eo quòd eruiſſet eū de manu Aegyptiorum; & ait: Benedictus Dñs qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Aegypti. Nunc cognoui,quia magnus Dominus ſuper omnes deos: eo quòd ‖ſuperbè egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias ⁿDño': veneruntq. Aaron & omnes ſeniores Iſraël, vt comederent panē cū eo corā Deo. Altera autē die ſedit Moyſes vt iudicaret populū, qui aſſiſtebat Moyſi à manè vſque ad veſperam. Quod cùm vidiſſet cognat⁹ eius,omnia ſcilicet quæ agebat in populo,ait: Quid eſt hoc quod facis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de manè vſque ad veſperā? Cui reſpondit Moyſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei. Cumq. acciderit eis aliqua diſceptatio, veniūt ad me vt iudicē inter eos,& oſtēdam præcepta Dei,& leges eius. At ille, Non bonā,inquit, rem facis: ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt negotium, ‖ſolus illud non poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atq. cōſilia,& erit Dñs tecū. Eſto tu populo in his quæ ad Deū pertinent,vt referas quæ dicuntur ad eū: oſtendāſq. populo ceremonias & ritum colendi,viamq. per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide autē de omni plebe viros ⁿſapientes' & timentes Deum,in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,& decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit,referant ad te,& ipſi minora tantummodo iudicent: leuiūſq. ſit tibi,partito in alios onere. Si hoc feceris,implebis imperiū Dei,& præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace. Quibus auditis Moyſes fecit oīa quæ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſraël,conſtituit eos principes populi,tribunos,& centuriones, & quinquagenarios,& decanos. Qui iudicabāt plebem omni tēpore:quicquid autē grauius erat,referebant ad eū, faciliora tantummodo iudicātes. Dimiſitq. cognatū ſuum:qui reuerſus abiit in terram ſuam.

Sup. 2,22. *Elohi *ezer

Exo. 4,14. & 5.7. & 14,2. ⁿ Deo M. R.H.G.

Sup. 1,4 10,16.22

Deut. 1,13

ⁿ poreont 16 MS.R. Rab.H.C G.

CAP. XIX.

MEnſe tertio egreſſionis * Iſraël de Terra-Aegypti,in die hac venerūt in ſolitudinem Sinai. Nam profecti de Rhaphidim,& puenientes vſq. in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco,ibiq; Iſraël fixit tentoria eregione montis. ‖Moyſes autem aſcendit* ad Deum': vocauitq.eum Dñs de monte,& ait, Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Iſraël: Voſipſi vidiſtis quæ fecerim Aegyptiis,quomodo portauerim

* filiorum MS. H.C G.

Nu. 33,15 Act.7,22.

* in monte MS.

ⁿ in monte Dei G.

ⁿ in cōſpectum Dei C.

Quæ uiſi in textu ſectis, R.Rab. C H. confor-mia eſt.

vos super alas aquilarũ, & assumpserim mihi. ¶ Si ergo audieritis vocem meam, 5
& custodieritis pactũ meum, eritis mihi
in peculium de cũctis populis: ¶ mea est
enim omnis terra. ¶ Et vos eritis mihi 6
in regnũ sacerdotale, & gens sancta. hæc
sunt verba quæ loquêris ad filios Israël.
Venit Moyses: & cõuocatis maioribus 7
natu populi, exposuit omnes sermones
quos mandauerat Dñs. Respondítque 8
omnis populus simul, Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumq. retu-
lisset Moyses verba populi ad Dñm, ait 9
ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in
caligine nubis, vt audiat me populus lo-
quentem ad te, & credat tibi in perpe-
tuum. Nuntiauit ergo Moyses verba po-
puli ad Dñm. Qui dixit ei: Vade ad po- 10
pulum, & sanctifica illos hodie, & cras,
lauentq, vestimenta sua. Et sint parati 11
in diem tertium: in die enim tertia de-
scẽdet Dñs corã omni plebe super mon-
tem Sinai. Cõstituesq. terminos popu- 12
lo per circuitum, & dices ~ad eos', Ca-
uete ne ascendatis in montem, ¶ nec tan-
gatis fines illius: omnis qui tetigerit mõ-
tem, morte morietur. Manus non [a]tangent' eum, sed lapidibus opprimetur, aut 13
confodietur iaculis: siue iumentum fue-
rit, siue homo, non viuet. cum cœperit
clangere buccina, tunc ascendãt in mon-
tem. Descenditq. Moyses de monte ad 14
populum, & sanctificauit eum. Cumque
lauissent vestimẽta sua, ait ad eos, Esto- 15
te parati in diẽ tertium, & ne appropin-
quetis vxoribus vestris. Iamq. aduene- 16
rat tertius dies, & manè inclaruerat: &
ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare
fulgura, & nubes dẽsissima operire mon-
tem, clangorq. buccinæ vehemẽtius per-
strepebat: & timuit [b]populus qui erat in
castris. Cumq. eduxisset eos Moyses in 17
occursum Dei de loco castrorũ, steterunt
ad radices montis. ¶ Totus autem mons 18
Sinai fumabat: eo quòd descendisset Dñs
Deus super eum in igne, & ascẽderet fu-
mus ex eo quasi de fornace: eratq. omnis
mõs terribilis. Et sonitus buccinę pau- 19
latim crescebat in maius, & prolixius tẽ-
debatur: Moyses loquebatur, & Deus re-
spondebat ei [c]. Descenditq. Dñs super 20
montem Sinai in ipso montis vertice, &
vocauit Moysen in cacumen eius. Quò
cùm ascendisset, dixit ad eum: Descen- 21
de, & cõtestare populum: ne fortè [d]velit'
transcendere terminos ad videndũ Do-
minum, & pereat ex eis plurima multi-
tudo. Sacerdotes quoq. qui accedunt ad 22
Dominũ, sanctificentur, ne percutiat eos.
Dixitque Moyses ad Dominum: Non 23
poterit vulgus ascendere in montem Si-
nai: tu enim testificatus es & iussisti, di-
cens: Pone terminos circa montem, &
sanctifica illum. Cui ait Dominus, Va- 24
de, descende: ascendesq. tu, & Aaron te-
cum: sacerdotes autem & populus ne
transeãt terminos, nec ascẽdant ad Dñm,
25 ne fortè interficiat illos. Descenditque
Moyses ad populum, & ~omnia' narra-
uit eis. CAP. XX.
1 LOcutusq. est [a]Dñs' cunctos sermones
2 hos: Ego sum Dñs Deus tuus, qui
eduxite de terra Aegypti, de domo ser-
3 uitutis. Non habebis deos alienos co-
4 ram me. Non facies tibi sculptile, neq.
omnem similitudinem quæ est in cælo
desuper, & quę in terra deorsum, nec eo-
5 rum quæ sunt in aquis sub terra. Non
adorabis ea, neq. coles: ego sum Dominus
Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniqui-
tatem patrum in filios, in tertiã & quar-
tam generationẽ eorum qui oderunt me:
6 & faciẽs misericordiã in millia his qui
diligunt me, & custodiũt præcepta mea.
7 ¶ Nõ assumes nomẽ Dñi Dei tui in va-
num. nec enim habebit insontem Dñs
eum qui assumpserit nomen Dñi Dei sui
8 frustrã. Memento vt diem sabbathi san-
9 ctifices. Sex diebus operaberis, & facies
10 omnia opera tua. Septimo autem die
sabbathum Dñi Dei tui est: non facies
omne opus ~in eo', tu, & filius tuus, &
filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iu-
mẽtum tuũ, & aduena qui est intra por-
11 tas tuas. ¶ Sex enim diebus fecit Dñs
cælum & terram, & mare, & omnia quæ
in eis sunt, & requieuit in die septimo,
idcirco benedixit Dñs diei sabbathi, &
12 sanctificauit eum. Honora patrẽ tuum
& matrem tuam, vt sis longæuus super
terram quam Dñs Deus tuus dabit tibi.
13 Non occides. Nõ mœchaberis. Non
14 furtum facies. Non loquêris cõtra pro-
15 ximum tuũ falsum testimonium. ¶ Non
16 concupisces domũ proximi tui: nec desi-
17 derabis vxorem eius, non seruũ, non an-
cillã, non bouem, non asinum, nec omnia
18 quæ illius sunt. Cunctus autẽ populus
[b]videbat' voces & lampades, & sonitum
buccinæ, mõtemq. fumantẽ: & perterriti
19 ac pauore cõcussi, steterunt procul, di-
cẽtes Moysi, Loquere tu nobis, & audie-
mus: non loquatur nobis Dñs, ne fortè
20 moriamur. Et ait Moyses ad populum,
Nolite timere: vt enim probaret vos ve-
nit Deus, & vt terror illius esset in vobis,
21 & non peccaretis. Stetitque populus dẽ-
longe. Moyses autẽ accessit ad caliginem
22 in qua erat Deus. Dixit præterea Dñs
ad Moysen, Hæc dices filiis Israël: Vos
vidistis quòd de cælo locutus sim vobis.
23 Nõ facietis [c]deos argẽteos, nec deos au-
24 reos facietis vobis. ¶ Altare de terra fa-
cietis mihi, & offeretis super eo holocau-
sta & pacifica vestra, oues vestras & bo-
ues in omni loco in quo memoria fuerit
nominis mei: veniã ad te, & benedicam
25 tibi. ¶ Quòd si altare lapideũ feceris mi-
hi, nõ ędificabis illud de sectis lapidibus:
si enim leuaueris cultrum [d]super [e]eum', 26
polluetur. Non ascendes per gradus ad
altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

Deut. 29, 2. Psal. 23, 1. 1 Per. 2, 2.

~8 MS. Rab. H.C. G.

Heb. 12, 18. ~anget 7 MS. Rab. H.C.G.

*omnis 2 MS.H.C. G. Deut. 4, 11.

* Vox H. C.G.

[d]velint MS. Rab. H. C.G.

[a]audiebat o.

Heb. 12, 18 Deut. 18, 16

*mecum 3 MS.H.

* corã me 1 MS.C. In R. autẽ. Rab. & G neutrum legitur.

Inf. 17, 8. 38, 7. Deut. 27, 5. Ios. 8, 31.

*tuum 16 MS.H.C. G.

~eo MS.R Hic volun. cum H. Caldei: nam ad altare referunt. Illos Rab. G.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XXI.

HAec sunt iudicia quæ propones eis: 1
Deu. 15,12 Si emeris seruum Hebræum, sex 2
Ier.34,14. annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, 3
cum tali exeat: si habẽs vxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus 4
dederit illi vxorẽ, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo.
Quòd si dixerit seruus, Diligo dominũ 5
meum & vxorẽ ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dñs diis, & applicabi- 6
tur ad ostiũ & postes, perforabitq; aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum.
Si quis vẽdiderit filiam suam in famu- 7
lã, nõ egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domi- 8
ni sui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vẽdendi non habebit potestatem, si spreuerit eam. Sin autem 9
filio suo desponderit eam, iuxta morem
Leu.24,17. filiarum faciet illi. Quòd si alterã ei ac- 10
ceperit, prouidebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretiũ pudicitiæ non negabit. Si tria ista non fecerit, egredietur 11
gratis absq; pecunia. Qui percusserit ho- 12
minem volẽs occidere, morte moriatur.
Qui autem non est insidiatus, sed Deus 13
Deut.19,2. illum tradidit in manus eius: ‖ cõstituam tibi locum in quẽ fugere debeat. Si quis 14
ᵑde indu- ᵑper industriam' occiderit proximũ suũ,
stria MS q. & per insidias: ab altari meo euelles eũ, vt moriatur. Qui percusserit patrẽ suũ 15
ᵑ& 4 MS. ᵑaut' matrẽ, morte moriatur. ᵑQui ma- 16
Rab. H.C. ledixerit patri suo vel matri, morte mo-
Textus R. & G. con- riatur'. Qui furatus fuerit hominem, & 17
sentit. vendiderit eum, conuictus noxæ, morte
Leu.20,9. moriatur. Si rixati fuerint viri, & per- 18
Pro.20,20. cusserit alter proximum suum lapide vel
Mat.15,4. pugno, & ille mortuus non fuerit, sed ia-
Mar.7,10. cuerit in lectulo: si surrexerit, & ambu- 19
ᵑQ.u. lauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamẽ vt operas eius, & impẽsas in medicos, restituat.
Qui percusserit seruũ suum, vel ancil- 20
lam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Sin autẽ vno die 21
vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Si rixati 22
fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit dãno quãtum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin autem mors eius 23
fuerit subsecuta, reddet animã pro anima, ‖ oculum pro oculo, dentẽ pro den- 24
Mat.5,33. Lex.24,20. te, manum pro manu, pedem pro pede,
Deu.19,20 adustionem pro adustione, vulnus pro 25
vulnere, liuorẽ pro liuore. Si percusserit 26
quispiam oculum serui sui aut ancillę, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq. si 27
excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu per- 28
cusserit virũ aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & nõ comedentur carnes eius, dñs quoq bouis innocẽs
29 erit. Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dñm eius, nec recluserit eum, occideritq. virum aut mulierẽ: & bos lapidibus ob-
30 ruetur, & dominũ eius occident. Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus.
31 Filium quoq. & filiam si cornu percus-
32 serit, simili sententiæ subiacebit. Si seruum ancillamq. inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus
33 opprimetur. Si quis aperuerit cisternã, & foderit, & non operuerit eam, cecide-
34 ritque bos aut asinus in eam, reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.
35 Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispertient.
36 Si autem sciebat quòd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouẽ pro boue, & cadauer integrum accipiet.

CAP. XXII.

1 SI quis furatus fuerit bouẽ, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, ‖ & qua- 2 Reg.
2 tuor oues pro vna oue. Si effringens fur domũ siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percus-
3 sor nõ erit reus sanguinis. Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidiũ perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit quod
4 pro furto reddat, ipse venũdabitur. Si inuentũ fuerit apud eum quod furatus est, viuẽs, siue bos, siue asinus, siue ouis: du-
5 plũ restituet. Si læserit quispiã agrũ vel vineã, & dimiserit iumentum suũ vt depascatur aliena: quicquid optimũ habuerit in agro suo, vel in vinea, pro dãni ęsti-
6 matione restituet. Si egressus ignis inuenerit ᵑspicas', & cõprehẽderit aceruos frugũ, siue stantes segetes in agris; reddet
7 damnũ qui ignẽ succẽderit. Si quis cõmẽdauerit amico pecuniã, aut vas in custodiã, & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplũ red-
8 det: si latet fur, dñs domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit
9 manũ in rem proximi sui, ad perpetrãdam fraudẽ, tam in boue quàm in asino, & oue ac vestimento, & quicquid ᵑdamnum' inferre potest: ad deos vtriusq. causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplũ
10 restituet proximo suo. Si quis cõmendauerit proximo suo asinũ, bouem, ouẽ, & omne iumentũ ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum
11 ab hostibus, nullusq hoc viderit: iusiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi sui: suscipietq. Dominus iuramentũ, & ille redde-
12 re non cogetur. ‖ Quòd si furto ablatum

fuerit,

fuerit, restituet damnum dño. Si comestũ à bestia, deferat ad eũ quod occisum est, & non restituet. Qui à proximo suo quicquã horũ mutuò postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit dño non præsente: reddere cõpelletur. Quòd si impræsentiarum dñs fuerit, nõ restituet, maximè si cõductum venerat pro mercede operis sui. ¶ Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritq. cum ea: dotabit eam, & habebit eã vxorẽ. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modũ dotis, quã virgines accipere consueuerunt. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cũ iumento, morte moriatur. ¶ Qui immolat diis, occidetur, præterquam Dño soli.

Aduenam nõ contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in Terra-Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiã clamorẽ eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erũt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi qui habitat tecũ, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimẽtum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur, indumentũ carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Diis non detrahes, & ¶ principi populi tui non maledices.

Decimas tuas & primitias tuas nõ tardabis reddere: ¶ primogenitũ filiorũ tuorum dabis mihi. De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi. Viri sancti eritis mihi: carnẽ quæ à bestiis fuerit prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus.

CAP. XXIII.

NOn suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. Non sequêris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorũ acquiescès sententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoque nõ misereberis in "iudicio". ¶ Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odiẽtis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Nõ declinabis in "iudicium" pauperis. Mendacium fugies. Insontem & iustum non occides: quia auersor impium. ¶ Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi ¶ peregrini fuistis in Terra-Aegypti.

Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autẽ septimo dimittes eã, & requiescere facies, vt comedãt pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. ita facies in vinea, & in oliueto tuo. Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus: & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.

Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomẽ externorum deorum nõ iurabitis, neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solẽnitatem azymorum custodies. Septem diebus "comedes' azyma, ¶ sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorũ, ¶ quando egressus es de Aegypto: nõ apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem "messis' primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro: solennitatẽ quoq. in exitu anni, quãdo cõgregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinũ tuũ coram Dño Deo-tuo'. Non immolabis super fermento sanguinẽ victimæ "tuæ', nec remanebit adeps solẽnitatis meæ vsq. manè. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domũ Dñi Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ.

Ecce ego "mittã' angelum-meum', qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locũ quẽ præparaui. Obserua eũ, & audi vocẽ eius, nec contemnendũ putes: quia non dimittet cũ "peccaueris', & est nomẽ meũ in illo. Quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. ¶ Præcedetq. te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæũ, & Hethæũ, & Pherezæũ, Chananæumq., & Heuæũ, & Iebusæum, quos ego conteram. Non adorabis deos eorũ, nec coles eos: nõ facies opera eorum, sed destrues eos, & cõfringes statuas eorum. Seruietisque Dño Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferã infirmitatẽ de medio tui. Non erit infœcunda, nec sterilis in' terra tua: numerum dierũ tuorum implebo. Terrorem meum mittã in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quẽ ingrediêris: cũctorumq. inimicorum tuorum coram te terga vertam: emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. Non eiiciam eos à facie tua anno vno: ne terra in solitudinẽ redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas Terram. Ponam autem terminos tuos à Mari rubro vsque ad Mare Palæstinorum, & à deserto vsq. ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores Terræ, & eiiciam eos de conspectu vestro. ¶ Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

"comedetis MS. R. G. Textus Rab. H. & C. conformius est.

Sup. 13,5. Inf. 34. 22. Deu. 16, 1.

Eccli. 35, 6.

"mensis o. -6 MS. Rab. H. C.

"mex 9 MS. Rab. H. C. G.

Deu. 14, 12 Inf. 34, 26

"mitto 2 MS. Rab. H. C. G. -6 MS. H. C.

Deut. 7, 11

"peccaueritis 5 MS. Rab. H. C. Inf. 33, 2 Iosue 24, 11 Deu. 7, 21.

-o. Deu. 7, 14

Deut. 7, 2. Inf. 4, 15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XXIIII.

MOysi quoq; dixit, Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex' Israël, & adorabitis procul. Solusq. Moyses ascēdet ad Dñm, & illi non appropinquabūt: nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses & narrauit plebi omnia verba Dñi, atq. iudicia: respondit q. omnis populus vna voce, Omnia verba Dñi quæ locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Dñi: & manè consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël. Misitq. iuuenes de filiis Israël, & obtulerūt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas Dño, vitulos duodecim'. Tulit itaque Moyses dimidiā partē sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Assumensq. volumē fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt, Omnia quæ locutus est Dñs faciemus, & erimus obedientes. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dñs vobiscum super cunctis sermonibus his. Ascenderuntq. Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israël: & viderunt Deum Israël: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cùm serenum est. Nec super eos qui procul recesserant' de filiis Israël, misit manum suam: videruntq. Deum, & comederunt, ac biberunt. Dixit autē Dñs ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboq. tibi tabulas lapideas, & legē, ac mandata quæ scripsi; vt doceas eos'.

Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendénsq. Moyses in montē Dei, senioribus ait: Expectate hīc donec reuertamur ad vos, habetis Aaron, & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israël. Ingressusq. Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

CAP. XXV.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israël, vt tollant mihi primitias ab omni homine qui offert voluntarius, accipietis eas. Hæc sunt autem quæ accipere debetis, Aurum, & argentum, & æs, hyacinthum & purpuram, coccumq. bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pelles q. ianthinas', & ligna setim: oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris: lapides onychinos, & gēmas ad ornandum ephod, ac rationale. Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum: iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius; sicque facietis illud: Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem. Et deaurabis eī auro mundissimo intus & foris: facies q. suprà coronam auream per circuitum: & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis setim, & operies eos auro. Inducesq. per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Ponesque in arca testificationem quam dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mūdissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraq. parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrumque latus propitiatorij tegāt expandētes alas, & operiētes oraculū, respiciantq. se mutuò versis vultibus in propitiatoriū quo operienda est arca, in qua pones testimonium quod dabo tibi. Inde præcipiā, & loquar ad te supra propitiatoriū, ac de medio duorū Cherubim, qui erunt super arcā testimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Israël. Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitū, & in altitudine cubitum ac semissem. Et inaurabis eā auro purissimo: facies q. illi labiū aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilē altā quatuor digitis: & super illā, alteram coronā aureolā. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdē mensæ per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoq. vectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendā mensam. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mūdissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedētia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vnō latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modū per calamos singulos, sphærulæq. simul, & lilia: & tres similiter scyphi instar nucis in ca-

lamo

-2 MS. H. C. G. Texrui Rab. auxiliatur.

-4 MS. R. Rab. H. C. G.

Heb. 9,20.

-MS Rab H. C. G. Q. n.

filios Israël. MS q R. Rab.

*Dominus MS. R. G. Ab H. antē & C. non additur.

Infr. 35,9

hyacinthinas, MS R. Rab. G Q. n.

Heb.

ebr. 8,5. R. 7,44.

hyacin thinis R. Rab.

lamo altero, sphærulæque simul & lilia.
hoc erit opus sex calamorũ, qui produ-
cẽdi sunt de hastili. In ipso aũt cãdela- 34
bro erũt quatuor scyphi in nucis modũ,
sphærulæq. per singulos, & lilia. Sphæ- 35
rulæ sub duob. calamis per tria loca, qui
simul sex fiũt procedentes de hastili vno.
Et sphærulæ igitur & calami ex ipso e- 36
rũt, vniuersa ductilia de auro purissimo.
Facies & lucernas septem, & pones eas 37
super candelabrum, vt luceãt ex aduerso.
Emunctoria quoq., & vbi quæ emũcta 38
sunt extinguantur, fiant auro purissimo.
Omne pondus cãdelabri cum vniuer- 39
sis vasis suis habebit talentum auri pu-
rissimi. ‖ Inspice, & fac secundum exẽ- 40
plar quod tibi in monte monstratum est.

CAP. XXVI.

TAbernaculũ verò ita facies, Decem 1
cortinas de byssо retorta, & hyacin-
tho, ac purpura, coccoque bis tincto, va-
riatas opere plumario facies. Longitudo 2
cortinæ vnius habebit vigintiocto cubi-
tos: latitudo, quatuor cubitorũ erit. vnius
mensuræ fiẽt vniuersa tẽtoria. Quinq. 3
cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ
quinq. nexu simili cohærebũt. Ansulas 4
hyacinthinas in lateribus ac summitati-
bus facies cortinarũ, vt possint inuicem
copulari. Quinquagenas ansulas corti- 5
na habebit in vtraq. parte, ita insertas, vt
ansa cõtra ansam veniat, & altera alteri
possit adaptari. Facies & quinquaginta 6
circulos aureos quibus cortinarum vela
iungenda sunt, vt vnũ tabernaculum fiat.
Facies & saga cilicina vndecim, ad ope- 7
riendũ tectũ tabernaculi. Lõgitudo sagi 8
vnius habebit triginta cubitos, & latitu-
do, quatuor: æqua erit mensura sagorum
omniũ. E quibus quinq. iũges seorsum, 9
& sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextũ
sagum in fronte tecti duplices. Facies & 10
quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt
coniungi cum altero queat: & quinqua-
ginta ansas in ora sagi alterius, vt cum
altero copuletur. Facies & quinqua- 11
ginta fibulas æneas quibus iungãtur an-
sæ, vt vnum ex omnibus operimentum
fiat. Quod autẽ superfuerit in sagis quæ 12
parantur tecto, id est vnũ sagũ quod am-
plius est, ex medietate eius operies poste-
riora tabernaculi. Et cubitus ex vna 13
parte pẽdebit, & alter ex altera qui plus
est in sagorũ lõgitudine, vtrũq. latus ta-
bernaculi protegẽs. Facies & operimẽ- 14
tum aliud tecto de pellibus arietũ rubri-
catis: & super hoc rursum aliud operi-
mẽtum de hyanthinis pellibus. Facies & 15
tabulas stantes tabernaculi de lignis se-
tim, quæ singulæ denos cubitos in lon- 16
gitudine habeãt, & in latitudine singulos
ac semissem. In lateribus tabulæ, duæ 17
incastraturæ fiẽt, quibus tabula alteri ta-
bulæ cõnectatur: atq. in hũc modũ cun-
ctæ tabulæ parabuntur. Quarũ viginti 18
erunt in latere meridiano quod vergit ad
19 Austrũ. Quibus quadraginta bases ar-
genteas fundes, vt binæ bases singulis ta-
20 bulis per duos angelos subiiciantur. In
latere quoque secundo tabernaculi quod
vergit ad Aquilonẽ, viginti tabulæ erunt,
21 quadraginta habẽtes bases argẽteas. bi-
næ bases singulis tabulis supponentur.
22 Ad occidentalẽ verò plagã tabernaculi
23 facies sex tabulas, & rursum alias duas
quæ in angulis erigãtur post tergũ taber-
24 naculi. Eruntq. cõiunctæ à deorsum vs-
que sursum, & vna oẽs cõpago retinebit.
Duab⁹ quoq. tabulis quæ in angulis po-
nendæ sunt, similis iunctura seruabitur,
25 Et erunt simul tabulæ octo, bases earũ
argẽteæ sedecim, duabus basibus per vnã
26 tabulã supputatis. Facies & vectes de
lignis setim quinq. ad continendas tabu-
27 las in vno latere tabernaculi, & quinq.
alios in altero, & eiusdẽ numeri ad occi-
28 dentalẽ plagã: qui mittẽtur per medias
tabulas à summo vsque ad summum.
29 Ipsas quoq. tabulas deaurabis, & fun-
des in eis annulos aureos per quos vectes
tabulata cõtineant; quos operies laminis
30 aureis. Et eriges tabernaculum iuxta
exemplar quod tibi in ‖ Mõte monstratũ *Sup. 24,10*
31 est. Facies & velum de hyacintho, &
purpura, coccoq. bis tincto, & byssо re-
torta, opere plumario & pulchra varieta-
32 te cõtextum: quod appendes ante qua-
tuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ
quidẽ deauratæ erunt, & habebunt capi-
33 ta aurea, sed bases argenteas. Inseretur
autẽ velũ per circulos, intra quod pones
arcã testimonij, quo & Sanctuarium, &
34 Sanctuarij sanctuaria diuidẽtur. Pones
& propitiatorium super arcã testimonij
35 in Sãcta sanctorum: mẽsamq. extra ve-
lum: & cõtra mẽsam cãdelabrum in la-
tere tabernaculi meridiano: mensa enim
36 stabit in parte Aquilonis. Facies & tẽ-
toriũ in introitu tabernaculi de hyacin-
tho, & purpura, coccoque bis tincto, &
37 byssо retorta, opere plumarij. Et quinq.
columnas deaurabis lignorũ setim, ante
quas ducetur tẽtorium, quarũ erũt capita
aurea, & bases æneæ. CAP. XXVII.

1 FAcies & altare de lignis setim, quod *Inf. 38.*
habebit quinq. cubitos in longitudi-
ne, & totidẽ in latitudine, id est quadrũ,
2 & tres cubitos in altitudine. Cornua
autẽ per quatuor angulos ex ipso erunt:
3 & operies illud ære. Facieq. in vsus e-
ius lebetes ad suscipiẽdos cineres, & for-
cipes atq. fuscinulas, & ignium recepta-
cula. Omnia vasa ex ære fabricabis.
4 Craticulamque in modum retis æneã:
per cuius quatuor angulos erunt quatuor
5 annuli ænei, quos pones subter arulam
altaris: eritque craticula vsque ad altaris
6 medium. Facies & vectes altaris de lig-
nis setim duos, quos operies laminis æ-
7 neis: & induces per circulos, eruntque
ex vtroque latere altaris ad portandum.
8 ‖ Non solidum, sed inane & cauum *Sup. 20,24*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

intrinsecus facies illud, sicut tibi in Mõte monstratum est. Facies & atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiẽ erũt tẽtoria de byssо retorta: cẽtũ cubitos vnũ latus tenebit in lõgitudine. Et columnas viginti cum basibus totidẽ æneis, quæ capita cũ cælaturis suis habebunt argẽtea. Similiter & in latere aquilonis per longũ erunt tẽtoria centũ cubitorũ, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdẽ numeri, & capita earum cum cælaturis suis argẽtea. In latitudine verò atrij quod respicit ad occidentẽ, erunt tẽtoria per quinquaginta cubitos, & colũnæ decẽ, basesque totidẽ. In ea quoque atrij latitudine quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt. in quibus quindecim cubitorum tẽtoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & bases totidẽ: & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem. In introitu verò atrij fiet tẽtorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarij: columnas habebit quatuor, cum basibus totidem. Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argẽteis, & basibus æneis. In longitudine occupabit atriũ cubitos cẽtum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit. fietque de byssо retorta, & habebit bases æneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. Præcipe filiis Israël vt affectant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, pilocq. contusum: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, extra velum quod oppãsum est testimonio. Et collocabunt eã Aaron & filij eius, vt vsque manè luceat coram Dño. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filiis Israël.

CAP. XXVIII.

APplica quoque ad te Aaron frarrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Facieq. vestẽ sanctam Aaron fratri tuo in gloriã & decorẽ. Et loquẽtis cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificet ministret mihi. Hæc autem erunt vestimenta quæ facient, Rationale & superhumerale, tunicã & lineã strictã, cidarim & balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum & hyacinthum & purpuram, coccumq. bis tinctum, & byssum. Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoq. bis tincto, & byssо retorta, opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant. Ipsa quoq. textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho, & purpura, coccoq. bis tincto, & byssо retorta. Sumesq. duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël; sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris & cælatura gemmarij, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atq. circundatos: & pones in vtroq. latere superhumeralis, memoriale filiis Israël. Portabitq. Aaron nomina eorum corã Dño super vtrumq. humerũ, ob recordationẽ. Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicẽ cohærentes, quas inseres vncinis. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturã superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq. bistincto, & byssо retorta. Quadrangulum erit & duplex: mensurã palmi habebit tã in longitudine quàm in latitudine. Ponesq. in eo quatuor ordines lapidũ. in primo versu erit lapis sardius, & topazi⁹, & smaragdus. in secũdo: carbũcul⁹, sapphirus, & iaspis. in tertio: liguri⁹, achates, & amethystus. in quarto: chrysolithus, onychinus, & beryllus. inclusi auro erunt per ordines suos. Habebuntque nomina filiorũ Israël: duodecim nominib. cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo: & duos annulos aureos quos pones in vtraque rationalis summitate: catenasq. aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius: & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq. latere superhumeralis quod rationale respicit. Facies & duos annulos aureos quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt. Nec non & alios duos annulos aureos qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iunctura inferioris, vt aptari possit cum superhumerali, & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iũctura fabrefacta, & à seinuicẽ rationale & superhumerale nequeant separari. Portabitq. Aaron nomina filiorũ Israël in rationali iudicij super pectus suũ, quãdo ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Dño in æternum. Pones autem in rationali iudicij Doctrinã & Veritatem, quæ erũt in pectore Aaron quando ingredietur coram Dño: & gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo, in conspectu Dñi semper. Facies & tunicã superhumeralis totã hyacinthinam, in cuius medio suprà erit capitiũ, & ora per gyrum eius textilis, ficut fieri solet in extremis ve-

stium

stium partibus, ne facilè rūpatur. Deor- 33
sum verò, ad pedes eiusdē tunicę, per cir-
cuitū, quasi mala punica facies, ex hya-
cintho, & purpura, & cocco bis tincto,
*mistis in medio tintinnabulis, ita vt 34
tintinnabulū sit aureū & malū punicum:
rursumque tintinnabulū aliud aureum &
malū punicū. ¶ Et vestietur ea Aaron in 35
officio ministerij, vt audiatur sonit⁹ quā-
do ingreditur & egreditur Sanctuariū in
cōspectu Dñi, & nō moriatur. Facies & 36
laminā de auro purissimo: in qua sculpes
opere cælatoris, Sanctū Dño. Ligabisq. 37
eam vitta hyacinthina, & erit super tia-
ram, imminens fronti pontificis. Por- 38
tabitque Aaron iniquitates eorum, quæ
obtulerunt & sanctificauerūt filij Israël,
in cūctis muneribus & donariis suis. Erit
autem lamina semper in fronte eius, vt
placatus sit ei Dns. Stringesq. tunicam 39
bysso, & tiaram byssinam facies, & bal-
teum opere plumarij. Porrò filiis Aarō 40
tunicas lineas parabis & balteos ac tia-
ras in gloriam & decorem: vestiesque 41
his omnibus Aaron fratrē tuum & filios
eius cū eo. Et cunctorū consecrabis ma-
nus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio
fungantur mihi. Facies & feminalia li- 42
nea, vt operiant carnē turpitudinis suæ, à
renibus vsque ad femora: & vtentur eis 33
Aaron & filij eius quando ingredientur
tabernaculum testimonij, vel quādo ap-
propinquāt ad altare vt ministrēt in san-
ctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Le-
gitimū sempiternū erit Aaron, & semini
eius post eum. CAP. XXIX.

SEd & hoc facies, vt mihi in sacerdo- 1
tio consecrentur. Tolle vitulū de ar-
mēto, & arietes duos immaculatos, pa- 2
nesq. azymos, & crustulā absq. fermento,
quæ conspersa sit oleo, lagana quoq. azy-
ma oleo lita: de simila triticea cuncta fa-
cies. Et posita in canistro offeres: vitu- 3
lū aūt & duos arietes. Et Aarō, ac filios 4
eius applicabis ad ostiū tabernaculi te-
stimonij. Cumq. laueris patrē cum filiis
suis aqua, indues Aarō vestimētis suis, 5
id est, linea & tunica, & superhumerali
& rationali, quod constringes balteo. Ex 6
pones tiarā in capite eius, & laminā san-
ctā super tiaram, & oleū vnctionis fun- 7
des super caput eius, atque hoc ritu con-
secrabitur. Filios quoque illius applica- 8
bis, & indues tunicis lineis, cingesque 9
balteo, Aarō scilicet & liberos ei⁹, & im-
pones eis mitras: erūtq. sacerdotes mihi
religione perpetua. Postquam initiaueris
manus eorū, ¶ applicabis & vitulū co- 10
ram tabernaculo testimonij. Imponentq.
Aaron & filij eius manus super caput il-
lius, & mactabis eū in conspectu Dñi, 11
iuxta ostiū tabernaculi testimonij. Sump- 12
tūq. de sanguine vituli, pones sup cor-
nua altaris digito tuo, reliquū autē san-
guinē fundes iuxta basim eius. ¶ Sumes 13
& adipem totum qui operit intestina, &
reticulum iecoris, ac duos renes, & adi-
pē qui super eos est, & offeres incensum
14 super altare: Carnes verò vituli & co-
rium & simū cōbures foris extra castra,
15 eo quòd pro peccato sit. Vnum quoque
arietē sumes, super cui⁹ caput ponēt Aa-
16 ron & filij eius manus. Quē cùm ma-
ctaueris, tolles de sanguine eius, & fundes
17 circa altare. ipsum autem arietē secabis
in frusta: lotaq. intestina ei⁹ ac pedes po-
nes super concisas carnes, & super caput
18 illius. Et offeres totū arietem in incen-
sum super altare: oblatio est Domino, o-
19 dor suauissimus victimæ Domini. Tol-
les quoq. arietē alterū, super cuius caput
20 Aarō & filij ei⁹ ponēt manus. Quē cùm
immolaueris, sumes de sanguine eius, &
pones super extremum auriculæ dextræ
Aarō & filiorū eius, & super pollices ma
nus eorum ac pedis dextri, fundesq. san-
21 guinē super altare per circuitū. Cumq.
tuleris de sanguine qui est super altare, &
de oleo vnctionis, asperges Aaron & ve-
stes eius, filios & vestimenta eorū. Con-
22 secratisque ipsis & vestibus, tolles adi-
pem de ariete, & caudā & aruinam quæ
operit vitalia, ac reticulū iecoris, & duos
renes, atque adipem qui super eos est, ar-
mumq. dextrum, eo quòd sit aries cōse-
23 crationis: tortamq. panis vnius, crustu-
lam cōspersam oleo, laganum de canistro
azymorum, quod positum est in conspe-
24 ctu Dñi: ponesque omnia super manus
Aaron & filiorū eius, & sanctificabis eos
25 eleuans coram Dño. Suscipiesque vni-
uersa de manibus eorum: & incendes su-
per altare in holocaustum, odorem sua-
uissimum in conspectu Dñi, quia obla-
26 tio eius est. Sumes quoq. pectusculū de
ariete quo initiatus est Aaron, sanctifica-
bisque illud eleuatum coram Domino,
27 & cedet in partē tuam. Sanctificabisq.
& pectusculū cōsecratū, & armum quem
28 de ariete separasti, quo initiatus est Aa-
ron & filij eius, cedentq. in partem Aa-
ron & filiorū eius iure perpetuo à filiis
Israël, quia primitiua sunt & initia de
victimis eorum pacificis quæ offerunt
29 Dño. Vestē autem sanctam qua vtetur
Aarō, habebūt filij eius post eum, vt vn-
gantur in ea, & consecrētur manus eorū.
30 Septem diebus vtetur illa qui pontifex
pro eo fuerit constitutus de filiis eius, &
qui ingredietur tabernaculum testimo-
31 nij vt ministret in Sanctuario. Arietem
autem *consecrationis* tolles, & coques
32 carnes eius in loco sancto, quibus ve-
scetur Aaron & filij eius. ¶ Panes quoque
qui sunt in canistro, in vestibulo taber-
33 naculi testimonij comedent, vt sit pla-
cabile sacrificiū, & sanctificentur offerē-
tium manus. Alienigena non vescetur ex
34 eis, quia *sancti* sunt. Quòd si remane-
rit de carnibus consecratis siue de pa-
nibus vsq. manè, cōbures reliquias igni:
non comedentur, quia sanctificata sunt.

*consecra-
tionum
7 MS. H.
C. Textui
verò con-
sonant G.
Lev. 8, 31.
14, 9.
Mat. 12, 4.
*sanctas
5 MS. G.
*sanctifi-
cata 3 MS.
*sanctitas
H. C.

Omnia quæ præcepi tibi, facies super 35
Aaron & filiis eius. Septẽ diebus conse-
crabis manus eorum: & vitulum pro 36
peccato offeres per singulos dies ad ex-
piandum. Mundabisq. altare cùm immo-
laueris expiationis hostiã, & vnges illud
in sanctificationem. Septem diebus ex- 37
piabis altare & sanctificabis, & erit San-
ctum sanctorum. omnis qui tetigerit il-
lud, sanctificabitur. Hoc est quod facies 38
Num.28,3. in altari, ¶ Agnos anniculos duos per sin-
gulos dies iugiter, vnũ agnum manè, & 39
alterũ vesperè, decimã partẽ similæ cõ-
sperſæ oleo tuso, quod habeat mensuram
quartã partem hin, & vinũ ad libandum
eiusdem mẽsuræ in agno vno. Alterum 41
verò agnũ offeres ad vesperã iuxta ritum
matutinæ oblationis, & iuxta ea quæ di-
ximus, in odorẽ suauitatis. sacrificium 42
est Dño, oblatione perpetua in genera-
tiones vestras, ad ostium tabernaculi te-
stimonij corã Dño, vbi constituã vt lo-
quar ad te. Ibiq. præcipiã filiis Israël, 43
& sanctificabitur altare in gloria mea.
Sanctificabo & tabernaculum testimo- 44
nij cum altari, & Aaron cum filiis suis,
vt sacerdotio fungantur mihi. Et habi- 45
tabo in medio filiorum Israël, eroque eis
Deus, & sciẽt quia ego Dns Deus eorũ, 46
qui eduxi eos de Terra-Aegypti, vt ma-
nerẽ inter illos, ego Dns Deus ipsorum.

CAP. XXX.

FAcies quoq. altare ad adolẽdum thy- 1
miama, de lignis setim, habẽs cubi- 2
tum lõgitudinis, & alterũ latitudinis, id
est quadrãgulum, & duos cubitos in alti-
tudine. Cornua ex ipso procedent. Ve- 3
stiesq. illud auro purissimo, tã craticulã
eius, quàm parietes per circuitũ, & cor-
nua. Faciesq. ei coronã aureolã per gyrũ,
& duos annulos aureos sub corona per 4
singula latera, vt mittãtur in eos vectes,
& altare portetur. Ipsos quoque vectes 5
facies de lignis setim, & inaurabis. Po- 6
nesq. altare contra velum, quod ante ar-
cam pẽdet testimonij corã propitiatorio
quo tegitur testimoniũ, vbi loquar tibi.
Et adolebit incensum super eo Aaron, 7
suaue fragrans manè. Quando componet
lucernas, incendet illud: & quando col- 8
locabit eas ad vesperum, vret thymiama
sempiternum corã Dño in generationes
vestras. Non offeretis super eo thymia- 9
ma compositionis alterius, nec oblatio-
nẽ & victimã, nec libabitis ←libamina'.
o.
Et deprecabitur Aaron super cornua 10
eius semel per annum, in sanguine quod
Num.1,2. oblatum est pro peccato, & placabit su-
'numerũ 3 per eo in generationibus vestris. Sanctũ
MS.H.C. sanctorum erit Dño. Locutusq. est Do- 11
'visitatio- minus ad Moysen, dicẽs, ¶ Quando tu- 12
nẽ, ita trãs leris summam filiorum Israël iuxta nu-
tulerunt merum, dabunt singuli pretium pro ani-
70 Vt in mabus suis Dño, & non erit plaga in eis,
textu est, cùm fuerint recensiti. Hoc autem da- 13
legit Kab. bit omnis qui transit ad 'nomen', dimi-
dium sicli iuxta mensuram templi. ¶ Si- Lev.27.
clus, viginti obolos habet: Media pars si- Num.3.
14 cli offeretur Dño. Qui habetur in nu- Exod.38.
mero, à viginti annis & suprà, dabit pre-
15 tium. Diues non addet ad medium si-
16 cli, & pauper nihil minuet. Susceptáq.
pecuniam, quæ collata est à filiis Israël,
trades in vsus tabernaculi testimonij, vt
sit monimentum eorum coram Dño, &
17 propitietur animabus eorum. Locutusq.
18 est Dominus ad Moysen, dicens, Facies
& labium æneum cum basi sua ad lauan-
dum: ponesq. illud inter tabernaculum
19 testimonij & altare. Et missa aqua laua-
bunt in ea Aaron, & filij eius manus suas
20 ac pedes, quando ingressuri sunt taber-
naculum testimonij, & quando accessuri
sunt ad altare, vt offerant in eo thymia-
21 ma Domino, ne fortè moriantur. legi-
timum sempiternum erit ipsi, & semini
22 eius per successiones. Locutusque est
23 Dominus ad Moysen, dicens, Sume tibi
aromata, primæ myrrhæ & electæ quin-
gentos siclos, & cinnamomi medium, id
est ducentos quinquaginta siclos, calami
24 *similiter ducentos quinquaginta, casiæ *arom.
autem quingentos siclos in pondere san- H.C.G.
ctuarij, olei de oliuetis mensuram hin:
25 faciesque vnctionis oleum sanctum,
vnguentum compositum opere vnguen-
26 tarij, & vnges ex eo tabernaculũ testi-
27 monij, & arcam testamenti, mensamq.
cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia
28 eius, altaria thymiamatis & holocau-
sti, & vniuersam supellectilẽ quæ ad cul-
29 tum eorum pertinet. Sanctificabisque
omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui
30 tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron & fi-
lios eius vnges, sanctificabisq. eos, vt sa-
31 cerdotio fungantur mihi. Filiis quoque
Israël dices, Hoc oleũ vnctionis sanctum
32 erit mihi in generationes vestras. Caro
hominis non vngetur ex eo, & iuxta cõ-
positionem eius non facietis aliud, quia
sanctificatum est, & sanctum erit vobis.
33 Homo quicunq. tale cõposuerit, & de-
derit ex eo alieno, exterminabitur de po-
34 pulo suo. Dixitq. Dns ad Moysen, Sume
tibi aromata, stacten & onycha, galbanũ
boni odoris, & thus lucidissimũ, æqualis
35 ponderis erunt omnia: faciesq. thymia-
ma compositum opere vnguentarij, mi-
stum diligenter, & purum, & sanctifica-
36 tione dignissimum. Cumq. in tenuissi-
simum puluerẽ vniuersa contuderis, pone
ex eo coram tabernaculo testimonij,
in quo loco apparebo tibi. Sanctum san-
37 ctorum erit vobis thymiama. Talem
compositionem non facietis in vsus ve-
38 stros, quia sanctum est Domino. Homo
quicunque fecerit simile, vt odore illius
perfruatur, peribit de populis suis.

CAP. XXXI.

1 LOcutusque est Dns ad Moysen, di-
2 cens, Ecce, vocaui ex nomine Be-
seleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda,

& impleui

& impleui eum spiritu Dei, sapientia, 3
& intelligentia, & scientia in omni opere,
ad excogitandum quicquid fabrefieri 4
potest ex auro, & argẽto, & ære, marmo- 5
re, & gẽmis, & diuersitate lignorũ. De- 6
diq. ei sociũ Ooliab filium Achisamech
de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi
posui sapientiã: vt faciãt cũcta quæ præ-
cepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcã 7
testimonij, & propitiatoriũ quod super
eã est, & cuncta vasa tabernaculi, mẽ- 8
samq., & vasa eius, candelabrum puris-
simum cum vasis suis, & ¶altaria' thy-
miamatis & holocausti, & omnia vasa 9
eorũ, labiũ cũ basi sua, vestes sanctas in 10
ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius,
vt fungãtur officio suo in sacris, oleum 11
vnctionis, & thymiama aromatum in
sanctuario: omnia quæ præcepi tibi, fa-
cient. Et locutus est Dñs ad Moysen, di- 12
cẽs, Loquere filiis Israël, & dices ad eos,
¶Videte vt sabbathum meum custodia- 13
tis: quia signum est inter me & vos in
generationib. vestris: vt sciatis quia ego
Dñs qui sanctifico vos. Custodite sab- 14
bathũ-meum';sanctum est enim vobis.
qui polluerit illud, morte morietur: qui
fecerit in eo opus, peribit anima illius de
medio populi sui. Sex diebus ¶facietis' 15
opus: in die septimo sabbathum est, re-
quies sancta Dño. omnis qui fecerit o-
pus in hac die, morietur. Custodiant fi- 16
lij Israël sabbathum, & celebrent illud
in generationibus suis. Pactum est sem-
piternum inter me & filios Israël, si- 17
gnumq. perpetuum. ¶Sex enim diebus
fecit Dñs cælum & terrã, & in septimo
ab'opere cessauit. Deditq. Dñs Moysi, 18
cõpletis huiuscemodi sermonib. in mõte
Sinai, duas tabulas testimonij lapideas,
scriptas digito Dei. CAP. XXXII.
VIdens autem populus quòd moram 1
faceret descendendi de mõte Moy-
ses, congregatus aduersus Aaron, dixit,
¶Surge, fac nobis deos qui nos præce-
dãt: Moysi enim huic viro, qui nos edu-
xit de Terra-Aegypti, ignoramus quid
acciderit*. Dixitq. ad eos Aaron, Tollite 2
inaures aureas de vxorũ, filiorumq. & fi-
liarum vestrarum auribus, & afferte ad
me. Fecitq. populus quæ iusserat, defe- 3
rẽs inaures ad Aarõ. ¶Quas cũ ille ac- 4
cepisset, formauit opere fusorio, & fecit
ex eis vitulũ cõflatilẽ. Dixerũtq. Hi sunt
dij tui Israël, qui te eduxerunt de Terra-
Aegypti. Quod cùm vidisset Aaron, ædi- 5
ficauit altare corã eo, & præconis voce
clamauit-dicẽs': Cras solẽnitas Dñi est.
Surgentesq. manè, obtulerunt holocau- 6
sta, & hostias pacificas, & ¶sedit populus
manducare, & bibere, & surrexerunt lu-
dere. Locutus est autẽ Dñs ad Moysen,
-dicẽs', ¶Vade, descẽde: peccauit popu-
lus tuus quẽ eduxisti de Terra-Aegypti.
Recesserunt citò de via, quã ostendisti 8
eis: feceruntq. sibi vitulum conflatilẽ, &
adorauerunt, atq. immolantes ei hostias,
dixerunt, ¶Isti sunt Dij tui Israël, qui te 3 Re. 12,28
9 eduxerunt de Terra-Aegypti. Rursumque
ait Dñs ad Moysen, ¶Cerno quòd Inf. 33,3.
10 populus iste, duræ cervicis sit: dimitte
me, vt irascatur furor meus cõtra eos, &
deleam eos, faciamq. te in gentẽ magnã.
11 Moyses autẽ orabat Dñm Deum suum, Deu. 9, 13.
dicẽs, ¶Cur Dñe irascitur furor tuus cõ- Psa. 105, 23
tra populum tuum, quẽ eduxisti de Ter-
ra-Aegypti, in fortitudine magna, & in
12 manu robusta? ¶Ne quæso dicant Ae- Nu. 14, 13.
gyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret
in montibus, & deleret è terra: quiescat
ira tua, & esto placabilis super nequitia
13 populi tui. Recordare Abrahã*, Isaac, & *& MS.R.
Israël seruorum tuorum, quibus iurasti G. At ab
per temetipsum, dicens, ¶Multiplicabo H & C.
semen vestrum sicut stellas cæli: & vni- nõ additur
uersam terrã hanc, de qua locutus sum, Gen. 12,7.
dabo semini vestro, & possidebitis eam & 15,7.
14 semper. Placatusque est Dñs ne face- & 48,16.
ret malum quod locutus fuerat aduersus
15 populum suum. Et reuersus est Moyses
de monte, portãs duas tabulas testimonij
in manu sua, scriptas ex vtraque parte,
16 & factas opere ¶Dñi': scriptura quoque 'Dei MS.
17 Dei erat sculpta in tabulis. Audiẽs autẽ R.H.G.
Iosue tumultum populi vociferantis, di-
xit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur
18 in castris. Qui respõdit, Nõ est clamor
adhortantium ad pugnam, neque voci-
feratio cõpellentium ad fugã: sed vocem
19 cantantium ego audio. Cumq. appro-
pinquasset ad castra, vidit vitulum, &
choros; iratusq. valde, proiecit de manu
tabulas, & confregit eas ad radicẽ mõtis.
20 Arripiensq. vitulũ quẽ fecerãt, cõbussit,
& cõtriuit vsq. ad puluerẽ, quẽ sparsit in
aquã, & dedit ex eo potum filiis Israël.
21 Dixitq. *ad Aaron, Quid tibi fecit hic *Moyses
populus, vt induceres super eũ peccatum 6 MS.H.
22 maximum? Cui ille respondit, Ne in- C. G.
dignetur dominus meus: tu enim nosti
populum istum, quòd pronus sit ad ma-
23 lum. dixerunt mihi, Fac nobis deos, qui
nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos
eduxit de Terra-Aegypti, nescimus quid
24 acciderit. Quibus ego dixi, Quis ve-
strũm habet aurum? Tulerunt, & dede-
runt mihi: & proieci illud in ignem, e-
25 gressusque est hic vitulus. Videns ergo
Moyses populũ quòd esset nudatus (spo-
liauerat enim eum Aaron propter igno-
miniã sordis, & inter hostes nudum con-
26 stituerat) & stans in porta castrorum,
ait, Si quis est Dñi, iungatur mihi. Con-
gregatiq. sunt ad eum omnes filij Leui.
27 quibus ait, Hæc dicit Dñs Deus Israël,
Ponat vir gladium super femur suum:
ite, & redite de porta vsque ad portam
per medium castrorum, & occidat vnus-
quisque fratrem, & amicum, & pro- -9 MS. R.
28 ximum suum. Feceruntque filij Leui Rab. H.
iuxta sermonem Moysi, ceciderunntque C.G.
in die illa quasi -'triginta' tria millia 'viginti o.

nota populus tuus dixit non pol. meus o!

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hominum. Et ait Moyses, Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. Facto aũt altero die, locutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximum: ascendã ad Dñm, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. Reuersusq. ad Dominũ, ait, Obsecro*, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxã; aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit Dñs, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi, *angel' meus præcedet te. Ego autẽ in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo Dñs populum pro reatu vituli quẽ fecerat Aaron.

*Domine MS.G. A R. *autẽ* H. & C. *nõ legitur.* *ecce H. C.G.

CAP. XXXIII.

LOcutúsq. est Dominus ad Moysen, dicens', Vade, ascende de loco isto tu & populus tuus quẽ eduxisti de Terra-Aegypti, in terram quã iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, ‖ Semini tuo dabo eam. & mittã præcursorẽ tui angelum, vt eiiciã Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, & intres in terram fluentẽ lacte & melle. ‖ Nõ enim ascendã tecum, quia populus duræ ceruicis ~est': ne fortè disperdam te in via.

~8 MS.H. C.G. Gen. 12,7. Sup. 23,10. Ios. 24,11. Deut. 7,21. Sup. 32,9. ~es 5 MS. Rab. H.C. G. Deut. 9,13.

Audiénsque populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitque Dñs ad Moysen: Loquere filiis Israël, Populus duræ ceruicis es, semel ascendã in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciã quid faciã tibi. Deposuerunt ergo filij Israël ornatũ suum à monte Horeb. Moyses quoq. tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionẽ, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra castra. Cumq. egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo Tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium*, loquebaturque* cum Moyse, cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorũ suorum. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cumque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, non recedebat de Tabernaculo. Dixit autem Moyses ad Dominum, Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris, Noui te ex nomine, & inueneris gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi ~faciem tuam', vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. Dixitque Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses, Si non tuipse præcedas, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnib. populis qui habitant super terrã? Dixit autem Dominus ad Moysen, Et verbum istud quod locutus es, faciam: inueniisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Qui ait, Ostende mihi gloriam tuam. Respondit, Ego ostendam omne bonum tibi, & ~vocabo' in nomine Domini coram te: & ‖ miserebor cui voluero; & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait, Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamq. manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

~vocabo Q. R. Rom.

CAP. XXXIIII.

AC deinceps, Præcîde, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super verticẽ montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montẽ, boues quoque & oues non pascantur ecõtra. Excîdit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerãt: & de nocte cõsurgẽs ascẽdit in montẽ Sinai, sicut præceperat ei Dñs, portans secum* tabulas. Cumq. descendisset Dñs per nubẽ, steterit Moyses cũ eo, inuocans nomen Dñi. Quo transeunte coram eo, ait, Dominator Dñe Deus, misericors & clemens, patiens & multæ misérationis, ac verax, qui ‖ custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. ‖ Qui reddis iniquitatẽ patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Festinusq. Moyses, curuatus est prõnus in terrã, & adorans ait: Si inueni gratiã in cõspectu tuo Dñe, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim duræ ceruicis est, & auferas iniquitates nostras atq. peccata, nosque possideas. Respondit Dñs, Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquã visa sunt super terrã, nec in vllis gentibus: vt cernat* populus ~iste', in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum.

*Tabernaculi 2 MS. H.C.G. *Dominus MS q.R. Deut. Ier. H.C. Rab.

Secretaría de Educación, Cultura y Deporte

sum. Obserua cuncta quæ hodie mandaui tibi: ego ipse eiiciam ante faciē tuā Amorrhæum, & Chananæū, & Hetheū, pherezæum quoque, & Heuæum, & Iebusæum *. Caue ne vnquā cum habitatoribus terrę illius iungas amicitias, quę sint tibi in ruinā: sed aras eorū destrue, *confringe statuas, lucosq. succide. noli adorare Deum alienum. Dñs zelotes nomē eius, Deus est æmulator. Ne ineas pactum cum hominib⁹ illarū regionum: ne cùm fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam ‖ vt' comedas de immolatis. ‖ Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. Deos conflatiles non facies tibi. Solemnitatē azymorū custodies. Septē diebus vescēris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorū. mense enim verni tēporis egressus es de Aegypto. ‖ Omne quod aperit vuluam generis masculini, meū erit. De cunctis animātibus tā de bobus, quā de ouibus, meum erit. Primogenitū asini redimes oue: si aut nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorū tuorum redimes: nec apparebis in cōspectu meo vacuus. ‖ Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere. ‖ Solēnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugū messis tuæ triticeæ, & solemnitatē quando redeunte anni tēpore cuncta conduntur. Trib⁹ tēporibus anni apparebit omne masculinū tuum in cōspectu omnipotētis Dñi Dei Israël. Cū enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Dñi Dei tui ter in anno. ‖ Nō immolabis super fermento sanguinē hostiæ meæ: neque residebit manè de ‖ victima' solemnitatis Phase. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Dñi Dei tui. ‖ Non coques hœdū in lacte matris suæ. Dixitq. Dñs ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cū Israël ‖ pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cū Domino *quadraginta dies & quadraginta noctes: panē nō comedit, & aquā nō bibit, & scripsit in tabulis ‖ verba fœderis decem. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Dñi.

Videntes autē Aaron & filij Israël cornutā Moysi faciē, timuerunt propè accedere. Vocatique ab eo, reuersi sunt tam Aaron quā principes synagogæ. Et postquā locutus est ad eos, venerūt ad eum etiā omnes filij Israël: quibus præcepit cuncta quę audierat à Dño in monte Sinai. Impletisq. sermonibus ‖ posuit velamen super faciē suā. ‖ Quod' ingressus ad Dominum, & loquens cū eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israël omnia quæ sibi fuerant imperata. Qui videbant faciē egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suā, si quādo loquebatur ad eos.

CAP. XXXV.

1 IGitur congregata omni turba filiorum Israël, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit Dñs fieri. Sex diebus facietis op⁹: septim⁹ dies erit vobis sanctus, sabbathū, & requies Dñi: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbathi. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorū Israël: Iste est sermo quē præcepit Dominus, dicens, Separate apud vos primitias Domino. ‖ Omnis voluntarius & ‖ prono' ‖ animo' offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, pelleśq. arietum rubricatas, & ‖ ianthinas', ligna setim, & oleū ad luminaria concinnāda, & vt conficiatur vnguentū, & thymiama suauissimum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatū superhumeralis & rationalis. Quisquis vestrūm sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperauit, Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos & tabulata cum vectibus, paxillos & bases: Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur: Mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus: Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimēta ignium: Altare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad ostium tabernaculi: Altare holocausti, & craticulā eius æneam cum vectibus & vasis suis: labrum & ‖ bases' eius: Cortinas atrij cū columnis & basibus, tentoriū in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis suis: Vestimēta quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotiō fungantur mihi. Egressaque omnis multitudo filiorum Israël de cōspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Dño, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum id donaria Dñi separatum est. Si quis habebat hyacinthum, & purpurā, coccumque bis tinctū, byssum & pilos caprarū, pelles arietum rubricatas, & ‖ hyacinthinas', argenti *æriśq. metalla obtulerunt Domino, lignaque setim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt, hyacinthū, purpurā, & vermiculum ac byssum, & pilos caprarū, spōte

---

* Cer. 3, 13 ‖ Qui R. Rab.

* velamine 4 MS. H. C. G.

Sup. 25, 2. ‖ prompto MS. Rab. ‖ corde H. C. G. ‖ hyacinthinas. MS. R. Rab. G.

‖ basim 7 MS. R. H. C. G.

‖ ianthinas MS. * & auro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propria cuncta tribuētes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gēmas ad superhumerale & rationale, aromataq. & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentū, ac thymiama odoris suauissimi cōponendum. Omnes viri & mulieres mēte deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dñs per manū Moysi. Cuncti filij Israël voluntaria Dño dedicauerunt. Dixitque Moyses ad filios Israël, ‖ Ecce, vocauit Dñs ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda: Impleuitq. eū spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendū opus in auro & argento, & ære, sculpendisq. lapidibus, & opere carpētario. quicquid fabrè adinueniri potest, dedit *in corde eius: Ooliab quoq. filiū Achisamech de tribu Dan: ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura, coccoq. bis tincto, & bysso, & texant oīa, ac noua quæq. reperiant. CAP. XXXVI.

FEcit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dñs sapientiā & intellectū, vt scirēt fabrè operari quę in vsus sāctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit Dñs. Cumq. vocasset eos Moyses, & omnē eruditum virū cui dederat Dñs sapientiā, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendū opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israël. Qui cùm instarēt operi, quotidie manè vota populus offerebat. Vnde artifices venire cōpulsi, dixerunt Moysi, Plus offert populus quàm necessarium est. Iussit ergo Moyses præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quicquam offerat vltrà in opere sanctuarij. Sicq. cessatū est à muneribus offerendis, eò quòd oblata sufficerent & superabundarēt. Feceruntque omnes corde sapiētes ad explendū opus tabernaculi, cortinas decem de byssō retorta, & hyacintho, & purpura, coccoq. bis tincto, opere vario, & arte polymita: quarū vna habebat in lōgitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. vna mensura erat omnium cortinarum.

Coniunxitq. cortinas quinq., alterā alteri, & alias quinq. sibi inuicem copulauit. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroq. latere, & in ora cortinæ alterius similiter, vt contra se inuicē venirent ansæ, & mutuò iungerēcur. Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarū ansas, & fieret vnū tabernaculum. Fecit & saga vndecim de pilis caprarū ad operiendum tectū tabernaculi: vnū sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius mēsuræ erant omnia saga: quorū quinq. iunxit seorsum, & sex alia separatim. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudq. desuper velamentū de pellibus hianthinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes. Decē cubitorum erat lōgitudo tabulæ vnius: & vnū ac semis cubitū latitudo retinebat. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, vt alteri altera iūgeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quib. viginti ad plagā meridianā erant contra Austrū cum quadraginta basibus argēteis. Duę bases sub vna tabula ponebātur ex vtraq. parte angulorū, vbi incastraturæ laterū in angulis terminātur. Ad plagā quoq. tabernaculi quę respicit ad Aquilonē, fecit viginti tabulas, cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. Contra Occidentē verò, id est, ad eā partē tabernaculi quæ mare respicit, fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retrò: quæ iunctæ erant à deorsum vsq. sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum peruenirēt. Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earū argenteis. Et circulos eorū fecit aureos, per quos vectes inducipossēt: quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velū de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byssо retorta, opere polymitario, varium atque distinctum: & quatuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earū argenteis. Fecit & tentoriū in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoq. retorta, opere plumarij: & columnas quinq. cū capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit æneas. CAP. XXXVII.

FEcit autem Beseleel & arcā de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoq. vnius cubiti fuit & dimidij: vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, cōflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestiuit auro, & quos misit

in an-

*Dominus MS q.

Sup. 31, 2.

Sup. 26, 1.

1. Par. 21, 29.

in annulos qui erant in lateribus arcę, ad portandū eā. Fecit & propitiatoriū, id est, oraculū, de auro mundissimo, duorū cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiā Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraq. parte propitiatorij, Cherub vnū in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, extendentes alas, & tegentes propitiatoriū, seq. mutuò & illud respicientes. Fecit & mēsam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitū ac semissem. circumdeditq. eā auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipsiq. labio coronā aureā interrasilem quatuor digitorū, & super eandē alterā coronā aureā.

Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronā: missitq. in eos vectes, vt posit mensa portari. Ipsos quoq, vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quib⁹ offerēda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæq. ac lilia procedebant: sex in vtroq. latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera: tres scyphi in nucis modū per calamos singulos, sphærulæq. simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq. simul & lilia. Aequum erat opus sex calamorum, qui procedebāt de stipite candelabri. In ipso autē vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæq. per singulos simul & lilia: & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiūt calami procedētes de vecte vno. & sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septē cum emunctoriis suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt, extinguātur, de auro mūdissimo. Talentū auri appendebat candelabrū cum omnibus vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrū singulos habēs cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebāt cornua. Vestiuitq. illud auro purissimo cum craticula ac parietibus & cornibus.

Fecitq. ei coronā aureolā per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & posit altare portari. Ipsos autē vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. Composuit & oleū ad sanctificationis vnguentū, & [a] thymiamata [b] de aromatibus mundissimis opere pigmētarij.

CAP. XXXVIII.

Fecit & altare holocausti de lignis setim, quinq. cubitorū per quadrum, & triū in altitudine: cuius cornua de angulis procedebāt, operuitq. illud laminis æneis. Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & igniū receptacula. Craticulamq. eius in modum retis fecit æneā, & subter eā in altaris medio arulam, fusis quatuor annulis per totidē retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum: quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: ‖ induxitq. in circulos qui in lateribus altaris eminebāt. Ipsum autē altare nō erat solidū, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuū.

Fecit & labrū æneum cum basi sua de speculis mulierū quæ excubabāt in ostio tabernaculi. Fecit & atrium, in cuius australi plaga erāt tētoria de bysso retorta, cubitorū centum, columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarū & tota operis cælatura, argentea. Aequè ad septentrionalē plagā tentoria, columnæ, baseśq. & capita columnarū eiusdē mensuræ, & operis ac metalli, erāt. In ea verò plaga quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cū basib⁹ suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cę-latura, argentea. Porrò contra Orientē quinquaginta cubitorum parauit tētoria: è quibus, quindecim cubitos, columnarum trium, cum basibus suis vnū [c] tenebant' latus: & in parte altera (quia inter' vtraq. introitū tabernaculi [d] fecit') quindecim æquè cubitorū erāt tentoria, columnæq. tres, & bases totidē. Cuncta atrij tētoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuēre æneæ, capita autē earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentoriū ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssō retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinq. cubitorū erat iuxta mensurā quam cuncta atrij tentoria habebant. Columnæ autē in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argenteæ. Paxillos quoq. tabernaculi & atrij per gyrū fecit æneos. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi, in [e] ceremoniis' Leuitarum, per manū Ithamar filij Aarō sacerdotis: quæ Beseleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Dño per Moysen iubente, cōpleuerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atq. plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byssō. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donariis, viginti nouē talentorū fuit, & septingentorum triginta sicloru ad mensurā sanctuarij. Oblatū est autē ab his qui transierunt

[a] thymiama 7 MS. H.C.G. 2.Par.1,5.

[b] Exod.30,34.

[c] tenebat MS.R. — MS.

[d] facit MS. *Alia quædam* MS. *legunt:* Quæ ab vtroque intr. &c.

[e] ceremonias MS. G.

ierunt ad numerũ à viginti annis & suprà, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorũ. Fuerũt 26
præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. Cẽtum bases 27
factæ sunt de talentis centũ, singulis talentis per bases singulas supputatis. De 28
mille autem septingentis, & septuaginta quinque* fecit capita columnarũ, quas & ipsas vestiuit argento. Aeris quoq. oblata sunt talenta septuaginta duo millia, 29
& quadringẽti suprà sicli, ex quib⁹ fusę 30
sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneũ cum craticula sua, omniaq. vasa quæ ad vsum eius pertinent, & bases atrij tam in circuitu quã 31
in ingressu ei⁹, & paxilli tabernaculi atq. atrij, per gyrum. CAP. XXXIX.

Sup. 28, 6. DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byssо fecit vestes, quibus indueretur Aarõ quando ministrabat in 1
sanctis, sicut præcepit Dñs Moysi. Fecit 2
igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq. bis tincto, & byssо retorta, opere polymitario, inciditq. bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorũ colorum subtegmine, duasq. oras sibi inuicẽ copulatas in vtroq. latere summitatũ, & balteum ex eisdẽ coloribus, sicut præceperat Dñs Moysi. Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria, nominibus filiorum Israël. *posuitq. eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israël, sicut præceperat Dñs Moysi. Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoq. bis tincto, & byssо retorta: quadrangulũ, duplex, mensuræ palmi. Et posuit in eo gemmarũ ordines quatuor. in primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. In secundo, carbunculus, sapphirus & iaspis. in tertio, liguri⁹, achates & amethystus. in quarto, chrysolithus, onychinus, & beryllus, circumdati & inclusi auro per ordines suos. ipsiq. lapides duodecim, sculpti erãt nominibus duodecim tribuum Israël, singuli per nomina singulorũ. Fecerũt in rationali & catenulas sibi inuicẽ cohærẽtes, de auro purissimo: & duos vncinos, totidemque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroq. latere rationalis, è quibus penderẽt duæ catenæ aureæ, quas inseruerũt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebãt. Hæc & antè & retrò ita cõueniebãt sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterẽtur, stricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicẽ mouerẽtur, sicut præcepit Dñs Moysi. Fecerunt quoq. tunicã superhumeralis totã hyacinthinã; & capitium in superiori parte cõtra mediũ,

*sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinẽ natiuitatis eorum. *in quibusdam MS. etiam hæc loco legitur; at ab H.C. & G. nisi in cap. huius libri 28. non agnoscitur.*

*ficlis MS. R.G. At H. & C. *conformiter Textui, non exprimunt.*

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

22 oramq. per gyrum capitij textilẽ: deorsum autẽ ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо re-
23 torta: & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in
24 extrema parte tunicæ per gyrum: tintinnabulum autẽ aureũ, & malũ punicũ, quibus ornatus incedebat põtifex quãdo ministerio fungebatur, sicut præceperat
25 Dñs Moysi. Fecerunt & tunicas byssi-
26 nas opere textili Aaron & filiis eius: &
27 mitras cum coronulis suis ex byssо: fe-
28 minalia quoq. linea, byssina: cingulum verò de byssо retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctũ arte plumaria,
29 sicut præceperat Dñs Moysi. Fecerũt & laminã sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntq. in ea opere gem-
30 mario, Sanctum Dñi: & strinxerunt eã cum mitra vitta hyacinthina, sicut præ-
31 ceperat Dñs Moysi. Perfectũ est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij. Feceruntq. filij Israël cũcta quæ præ-
32 ceperat Dñs Moysi. Et obtulerũt tabernaculum & tectum & vniuersam supellectilẽ, annulos, tabulas, vectes, columnas
33 ac bases, opertorium de pellib⁹ arietum rubricatis, & aliud operimentũ de hya-
34 cinthinis⁹ pellibus, velum: arcã, vectes,
35 propitiatoriũ, mensam cum vasis suis
36 & propositionis panibus: candelabrũ,
37 lucernas, & vtẽsilia earum cũ oleo: altare aureum, & vnguentũ, & thymiama
38 ex aromatibus; & tentorium in introitu
39 tabernaculi: altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua: tentoria atrij, & columnas cum
40 basibus suis; tentoriũ in introitu atrij, funiculosque illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit quæ in ministeriũ tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt fieri.
41 Vestes quoq. quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aarõ scilicet & filij ei⁹,
42 obtulerunt filij Israël, sicut præceperat
43 Dñs. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

CAP. XL.

1 LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicens,
2 Mense primo, prima die mensis, eri-
3 ges tabernaculũ testimonij, & pones in
4 eo arcam, demittesq. ante illã velum: & illata mensa pones super eã quę ritè præcepta sunt. Cãdelabrum stabit cũ lucernis suis, & altare aureũ in quo adoletur
5 incensum, corã arca testimonij. Tentoriũ in introitu tabernaculi - testimonij' po- - ? MS.
6 nes, & ante illud altare holocausti: H.C.G.
7 labrum inter altare & tabernaculum,
8 quod implebis aqua. Circumdabisque
9 atrium tentoriis, & ingressum eius. Et assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculũ cũ vasis suis, vt sanctificẽtur: altare
10 holocausti & omnia vasa eius: labrum
11 cum basi sua: omnia vnctionis oleo cõsecrabis, vt sint sancta sanctorũ. Applicabisq. Aarõ & filios eius ad fores taber-

naculi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

naculi testimonij, & lotos aqua indues 13
sanctis vestibus, vt ministrent mihi, &
vnctio eorũ in sacerdotiũ sempiternum
proficiat. Fecitq. Moyses oĩa quæ præ- 14
ceperat Dñs. Igitur mense primo anni 15
secũdi, prima die mẽsis, collocatũ est ta-
bernaculũ. ¶ Erexitq. Moyses illud, & 16
posuit tabulas ac bases & vectes, statuitq.
columnas, & expãdit tectũ sup taber- 17
naculũ, impositodesupoperimento, sicut
Dñs imperauerat. Posuit & testimoniũ 18
in arca, subditis infrà vectib⁹, & oraculũ
désuper. Cumq. intulisset arcam in ta- 19
bernaculũ*, appendit ante eã velũ, vt ex-
pleret Dñi iussionẽ. Posuit & mensam 20
in tabernaculo testimonij ad plagã Sep-
tentrionalẽ extra velum, ordinatis corã 21
propositionis panibus, sicut præceperat
Dñs Moysi. Posuit & candelabrũ in ta- 22
bernaculo testimonij è regione mensæ in
parte australi, locatis per ordinem lu- 23
cernis, iuxta præceptum Dñi. Posuit & 24
altare aureum sub tecto testimonij cõtra
velũ, & adoleuit sup eo incensum aro- 25
matum, sicut iusserat Dñs Moysi. Posuit 26
& tentoriũ in introitu tabernaculi testi-
monij, & altare holocausti in vestibulo 27
testimonij, offerens in eo holocaustũ &
sacrificia, vt Dñs imperauerat. Labrum 28
quoq. statuit inter tabernaculũ testimo-
nij, & altare, implens illud aqua. Laue- 29
runtq. *Moyses & Aarõ, ac filij eius ma-
nus suas & pedes, cùm ingrederẽtur te- 30
ctum fœderis, & accederẽt ad altare, sicut
præceperat Dñs Moysi. Erexit & atriũ 31
per gyrũ tabernaculi & altaris, ducto in
introitu eius tẽtorio. Postquã omnia per-
fecta sunt, ¶ operuit nubes tabernaculũ 32
testimonij, & gloria Dñi impleuit illud.
Nec poterat Moyses ingredi tectũ fœ- 33
deris, nube operiẽte omnia, & maiestate
Dñi coruscante, quia cuncta nubes ope-
ruerat. Si quando nubes tabernaculum 34
deserebat, proficiscebantur filij Israël per
turmas suas: si pendebat désuper, ma- 35
nebant in eodẽ loco. Nubes quippe Dñi 36
incubabat per diẽ tabernaculo, & ignis
in nocte, videntibus cunctis populis Is-
raël per cunctas mansiones suas.

Num.9,15. 3Reg.8,10.

LIBER LEVITICVS, HEBRAICE VAICRA, ID EST, ET VOCAVIT.

CAP. I.

VOCAVIT autẽ Moysen, & lo- 1
cutus est ei Dñs de tabernaculo
testimonij, dicẽs, Loquere filiis 2
Israël, & dices ad eos, Homo qui obtule-
rit ex vobis hostiã Dño: de pecoribus, id
est, de bobus & ouibus offerens victimas,
Exo.29,10. ¶ Si holocaustum fuerit eius oblatio, ac 3
de armẽto, masculũ immaculatũ offeret
ad ostium tabernaculi testimonij, ad pla-
candũ sibi Dñm: ponetq. manus super 4
caput hostiæ, & acceptabilis erit, atq. in
5 expiationẽ eius proficiẽs. Immolabitq.
vitulũ coram Dño, & offerent filij Aarõ
¶sacerdotis' sanguinẽ eius, fundentes per
altaris circuitum, quod est ante ostium
6 tabernaculi: detractaq. pelle hostiæ, ar-
7 tus in frusta cõcident, & subiicient in
altari ignẽ, strue lignorũ antè composita:
8 & membra quæ sunt cæsa, dé sup ordi-
nantes, caput videlicet, & cuncta quę ad-
9 hærent iecori, intestinis & pedibus lotis
aqua: adolebitq. ea sacerdos super altare
in holocaustũ & suauem odorem Dño.
10 Quòd si de pecoribus oblatio est, de o-
uibus siue de capris holocaustũ: ¶agnũ
11 anniculũ &' absq. macula offeret: im-
molabitq. ad latus altaris quod respicit
Aquilonẽ, corã Dño: sanguinẽ verò illi⁹
fundent super altare filij Aarõ per circui-
12 tum: diuidentq. membra, caput, & om-
nia quæ adhærent iecori: & imponẽt su-
per ligna, quibus subiiciendus est ignis:
13 intestina verò & pedes lauabunt aqua.
Et oblata omnia adolebit sacerdos super
altare in holocaustum & odorẽ suauissi-
14 mũ Dño. Si autẽ de auibus, holocausti
oblatio fuerit Dño; de turturibus & pul-
15 lis columbæ offeret eã sacerdos ad alta-
re: & retorto ad collum capite, ac rupto
vulneris loco, decurrere faciet sanguinẽ
16 super crepidinẽ altaris: vesiculam vérò
gutturis & plumas proiiciet prope altare
ad orientalẽ plagã, in loco in quo cineres
17 effundi solent:. cõfringetq. ascellas eius,
& non secabit, neq. ferro diuidet eam, &
adolebit super altare, lignis igne suppo-
sito. Holocaustũ est & oblatio suauissi-
mi odoris Domino.

CAP. II.

1 ANima cùm obtulerit oblationẽ sa-
crificij Dño, similа erit eius oblatio.
fundetq. super eã oleum, & ponet thus,
2 ac deferet ad filios Aarõ ¶sacerdotis':
quorum vnus tollet pugillum plenum si-
milæ & olei, ac totum thus, & ponet me-
moriale super altare in odorẽ suauissimũ
3 Dño. ¶ quod autẽ reliquũ fuerit de sa-
crificio, erit Aarõ & filiorum eius, san-
ctum sanctorum de oblationibus Dñi.
4 Cùm autẽ obtuleris sacrificiũ coctum
in clibano: de similа, panes scilicet absq.
fermẽto, cõspersos oleo, & lagana azyma
5 oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sarta-
gine, similæ conspersæ oleo & absq. fer-
6 mẽto, diuides eã minutatim, & fundes
7 super eã oleum. Sin autẽ de craticula
–fuerit' sacrificium, æquè similа oleo
8 conspergetur: quã offerens Dño, trades
9 manibus sacerdotis. Qui cùm obtulerit
eã, tollet memoriale de sacrificio, & ado-
lebit super altare in odorem suauitatis
10 Domino. quicquid autem reliquum
est, erit Aaron, & filiorum eius, san-
ctum sanctorum de oblationibus Domi-
11 ni. Omnis oblatio quæ offertur Do-
mino, absque fermento fiet, nec quic-
quam fermenti ac mellis adolebitur in

Num.7,1.

¶ testimo-nij, MS q. R.

+ in eo 1 MS. R.

Rasis H. C.G.

¶sacerdo-tes 3 MS. R.H.C.G.

¶ masculum 2 MS. R.H.C.G. Textus autẽ Rad. conformis erit. si TÒ agnum dempserũ.

– 1 MS. Rad. H.C. G.

Eccl.7,34.

sacrificio

sacrificio Domini. Primitias tantùm 12
eorum offeretis ac munera: super altare
verò non imponentur in odorem suauita-
Mat. 5, 49. tis. Quicquid obtuleris sacrificij, sale 13
condies, nec auferes sal fœderis Dei tui
de sacrificio tuo. In omni oblatione offe-
res sal. Si autem obtuleris munus pri- 14
mitiarum frugũ tuarum Dño, de spicis
adhuc virentibus torrebis igni, & cõfrin-
ges in morẽ farris, & sic offeres primitias
tuas Domino, fundens super ea oleum, 15
& thus imponens, quia, oblatio Dñi est.
de qua adolebit sacerdos in memoriam
muneris partem farris fracti & olei, ac
totum thus. CAP. III.

QVòd si hostia pacificorũ fuerit eius 1
oblatio, & de bobus voluerit offer-
*sive H.C.G. re, *marẽ siue fœminam, ‖immaculata' 2
‖immaculatũ 9 MS. H.C.G. offeret corã Dño. Ponetq. manũ super
caput victimæ suæ, quæ immolabitur in
introitu tabernaculi testimonij. fundẽt-
que filij Aarõ ‖sacerdotis', sanguinẽ per
altaris circuitũ. Et offerẽt de hostia pa- 3
cificorũ in oblationẽ Dño, ‖adipem qui
operit vitalia, & quicquid pinguedinis
est intrinsecus: duos renes cũ adipe quo 4
teguntur ilia, & reticulũ iecoris cũ rẽnũ-
culis. adolebuntq. ea sup altare in ho- 5
Exo. 29, 19. locaustũ, lignis igne supposito: in oblatio-
nẽ suauissimi odoris Dño. Si verò 6
de ouibus fuerit eius oblatio & pacifico-
rum hostia, siue masculũ obtulerit, siue
fœminã, immaculata erũt. Si agnũ ob- 7
tulerit corã Dño, ponet manũ suã sup 8
caput victimæ suæ: quæ immolabitur in
vestibulo tabernaculi testimonij: fun-
dentq. filij Aaron sanguinẽ eius per cir-
cuitũ altaris. Et offerent de pacificorum 9
hostia sacrificiũ Dño: adipẽ & caudã totã
cum renibus, & pinguedinẽ quæ operit 10
ventrẽ atq. vniuersa vitalia, & vtrumq.
renunculũ cum adipe qui est iuxta ilia,
reticulumq. iecoris cum renunculis. & 11
adolebit ea sacerdos super altare in pa-
bulum ignis & oblationis Dñi. Si capra 12
fuerit eius oblatio, & obtulerit eã Dño,
ponet manũ suã super caput eius, im- 13
molabitque eam in introitu tabernaculi
testimonij. Et fundent filij Aaron san-
guinẽ eius ‖per' altaris circuitum. Tol- 14
‖super 3 MS. H.C.G. lentque ex ea in pastum ignis dominici,
adipem qui operit ventrem, & qui tegit
vniuersa vitalia: duos renunculos cum 15
reticulo quod est super eos iuxta ilia, &
aruinã iecoris cum renunculis, adole- 16
bitque ea super altare sacerdos in alimo-
niam ignis, & suauissimi odoris. Om- 17
nis adeps, Dñi erit iure perpetuo in ge-
nerationibus, & cunctis habitaculis ve-
stris: nec sanguinẽ nec adipem omnino
comedetis. CAP. IIII.

LOcutúsq. est Dñs ad Moysen, dicẽs, 1
Loquere filijs Israël, Anima cùm 2
peccauerit per ignorantiã, & de vniuer-
sis mandatis Dñi quæ præcepit vt nõ fie-
rẽt, quippiã fecerit: Si sacerdos qui vn- 3
ctus est peccauerit, delinquere faciẽs po-
pulum, offeret pro peccato suo vitulum
4 immaculatum, Dño. & adducet illũ ad
ostiũ tabernaculi testimonij coram Dño,
ponetq. manum super caput eius, & im-
5 molabit eum Dño. Hauriet quoque de
sanguine vituli, inferens illũ in taberna-
6 culum testimonij. Cumq. intinxerit di-
gitum in sanguinẽ, asperget ‖eũ' septies
7 corã Dño cõtra velũ sanctuarij: ponetq.
de eodem sanguine super cornua altaris
thymiamatis gratissimi Dño, quod est in
tabernaculo testimonij. omnẽ autẽ reli-
quũ sanguinẽ fundet in basim altaris ho-
8 locausti in introitu tabernaculi. Et adi-
pem vituli ‖offeret' pro peccato, tam eũ
qui vitalia operit, quã omnia quæ intrin-
9 secus sunt: duos renunculos & reticulũ
quod est super eos iuxta ilia, & adipẽ re-
10 coris cum renunculis, sicut ‖offertur'
de vitulo hostiæ pacificorũ: & adolebit
11 ea super altare holocausti. Pellem verò
& omnes carnes cũ capite & pedibus &
12 intestinis & fimo, & reliquo corpore ef-
feret extra castra in locũ mundũ, vbi ci-
neres effundi solent: incendetq. ea super
lignorũ struẽ, quæ in loco effusorũ cine-
13 rum cremabũtur. Quòd si omnis turba
*Israël ignorauerit, & p imperitiã fece-
14 rit quod cõtra mãdatũ Dñi est, & postea
intellexerit peccatũ suũ, offeret pro pec-
cato suo vitulũ, adducetq. eũ ad ostium
15 tabernaculi. Et ponent seniores populi
manus super caput eius corã Dño. Im-
16 molatoq. vitulo in cõspectu Dñi, infe-
ret sacerdos qui vnctus est, de sanguine
17 eius in tabernaculũ testimonij, tincto
18 digito aspergẽs septies contra velũ. po-
netq. de eodẽ sanguine in cornibus alta-
ris, quod est corã Dño in tabernaculo te-
stimonij: reliquum aũt sanguinẽ fundet
iuxta basim altaris holocaustorum, quod
19 est in ostio tabernaculi testimonij. Om-
nemq. eius adipẽ tollet, & adolebit super
20 altare: sic faciens & de hoc vitulo quo-
modo fecit & prius: & rogante p eis sa-
21 cerdote, propitius erit eis Dñs. Ipsum
aũt vitulũ efferet extra castra, atq. cõbu-
ret sicut & priorẽ vitulũ: quia est p pec-
22 cato multitudinis. Si peccauerit prin-
ceps, & fecerit vnũ è plurib. p ignorãtiã,
23 quod Dñi lege prohibetur: & postea in-
tellexerit peccatũ suũ, offeret hostiã Dño
24 hircũ de capris immaculatũ. Ponetque
manũ suam super caput eius: cumq. im-
molauerit eum in loco vbi solet mactari
holocaustũ corã Dño, quia pro peccato
25 est, tinget sacerdos digitũ in sanguine
hostiæ pro peccato, tangens cornua alta-
ris holocausti, & reliquum * fundens ad
26 basim eius. Adipẽ verò adolebit supra*,
sicut in victimis pacificorum fieri solet:
rogabitq. pro eo sacerdos, & pro peccato
27 eius, & dimittetur ei. Quòd si peccaue-
rit anima per ignorantiã, de populo ter-
ræ, vt faciat quicquã de his quæ Domini

‖eo' Text. Rad. sic fragaue eos o. ‖de sa- guine G. ‖auferes MS. H. G. Text Rad. e pitatur in hoc, in eo q sequitur loco. ‖auferes 6 MS. C.G. ‖filiorũ MS q

* sangu 3 MS.H C.G. I dul. fu legit r effusi *altare MS. H G.

lege

lege prohibentur, atq. delinquat, & cognouerit peccatū suum, offeret caprā immaculatam. Ponetq. manus super caput hostiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. Tolletq. sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnē autē adipem auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorū, adolebit super altare in odorem suauitatis Domino: rogabitque pro eo, & dimittetur ei. Sin autem de pecoribus obtulerit victimā pro peccato, ouē scilicet immaculatam: ponet manū super caput eius, & immolabit eam in loco vbi solent cædi holocaustorum hostiæ.

Sumetq. sacerdos de sanguine eius digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius.

Omnem quoq. adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis qui immolatur pro pacificis; cremabit super altare incēsum Domini: rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

CAP. V.

SI peccauerit anima, & audierit vocem ‖iurantis', testisq. fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuū, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit:

& si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnē impuritatem qua pollui solet, oblitaq. cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis vt vel malè quid faceret, vel bene, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam siue capram, orabitque pro ea sacerdos & pro peccato eius: sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarū Domino, vnū pro peccato, & alterum in holocaustum, dabitq. eos sacerdoti: qui primū offerēs pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitùs abrumpatur.

Et asperget de sanguine eius parietem altaris. quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentū eius, quia pro peccato est. Alterum verò in holocaustū adolebit, vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quòd si nō quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos ‖columbarum', offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est, tradetq. eam sacerdoti: qui plenū ex ea pugillum hauriēs, cremabit super altare in monimētum eius qui obtulerit, ‖rogans pro illo & expiās, reliquam verò partem ipse habebit in munere. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicēs, Anima si pręuaricans ceremonias, per erroré in his quæ Dño sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatū de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus sanctuarij: ipsumq. quod intulit damni restituet, & quintā partem ponet suprà, tradēs sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.

Anima si peccauerit per ignorantiā, feceritq. vnū ex his quæ Dñi lege prohibētur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationemq. peccati: qui orabit pro eo, quia nesciēs fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit ‖in Dño'.

CAP. VI.

LOcutus est Dñs ad Moysen, dicens, Anima quæ peccauerit, & contempto Dño negauerit proximo suo depositū, quod fidei eius creditū fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniā fecerit, siue rem perditā inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudē voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem Domino cui damnū intulerat. Pro peccato autē suo offeret arietē immaculatū de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem mēsuramq. delicti: qui rogabit pro eo coram Dño, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, Præcipe Aaron & filiis eius, Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsq. manè: ignis in eodem altari erit: vestietur tunica sacerdos & seminalibus lineis: tolletque cineres, quos ‖vorans' ignis exussit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutusq. aliis, efferet eos extra castra, ‖&' in loco mundissimo ‖vsq. ad faucillā consumi faciet'. Ignis autem in altari semper ardebit, quē nutriet sacerdos subiiciēs ligna manè per singulos dies, & impositio holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquā deficiet in altari. Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron corā Dño, & corā altari. Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totū thus quod super similam positum est: adolebitq. illud in altari in monimentum odoris suauissimi Domino: reliquā autem partem similę comedet Aaron cū filiis suis, absq. fermēto: & comedet in loco ‖sanctuarij' tabernaculi. idcò autē non fermentabitur, quia pars eius in Dñi offertur incensum. sanctum sanctorū erit, sicut pro peccato atq. delicto. Mares tantū stirpis Aaron comedēt illud.

‖in Dominū 7 MS. R ad. ‖Domino H. ‖coram Domino G.

‖vorax MS. ‖R.H.C. G. ‖MS.R. H.C.G.A R ad. autem legunt.

‖sancto in atrio MS. R.H.C.G. His consentire Radul. legisse videtur.

‖columbæ MS. Rad. H.C. Terræ conformiter habent G.

diuranis 1 MS.

tramque

nem

adulphus

nit.

ramen-

H.G.

illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicēs, Hæc est oblatio Aarō, & filiorū eī°, quā offerre debent Dño in die vnctionis suæ, Decimam partē ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius manè, & medium eius vespere: quæ in sartagine oleo consperſa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos, qui iure patri succesſerit, & tota cremabitur in altari.

Omne enim sacrificium sacerdotū igne consumetur, nec quisquā comedet ex eo.

Locutus est autem Dñs ad Moysen, dicens, Loquere Aaron & filiis eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustū, immolabitur, coram Dño. Sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius, vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. Vas autē fictile in quo cocta est, cōfringetur. quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua.

Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Hostia ¶enim quæ cæditur pro peccato, ‖ cuius sanguis infertur in tabernaculū testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

CAP. VII.

HAec quoque est lex hostiæ pro delicto, sancta sanctorū est: idcirco vbi immolabitur holocaustū, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrū altaris fundetur. Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia. Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumq. iecoris cum renunculis; & adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto.

Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit. ad sacerdotē qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti victimā, habebit pellem eius. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur:

siue oleo consperſa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mē sura æqua per singulos diuidetur. Hæc est lex hostiæ pacificorū quæ offertur Dño. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento consperſos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamq. similam, & collyridas olei admistione consperſas; panes quoq. fermentatos cum hostia gratiarum, quę immolatur pro pacificis: ex quibus, vnus, pro primitiis offertur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. cuius carnes eâdem comedētur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque manè. Si voto, vel spōtè quispiā obtulerit hostiā, eâdem similiter edetur die: sed & si quid in crastinū remanserit, vesci licitū est: quicquid aūt tertius inuenerit dies, ignis absumet. *si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet *oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcunq. anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit.

Caro quæ aliquid tetigerit immūdum, non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit mundus, vescetur ex ea. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorū, quę oblata est Dño, peribit de populis suis. Et quæ tetigerit immunditiā hominis, vel iumēti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israël, Adipē ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipē cadaueris morticini, & efus animalis quod à bestia captū est, habebitis in varios vsus. Si quis adipē, qui offerri debet in incensum Dñi, comederit, peribit de populo suo. Sanguinem quoq. omnis animalis nō sumetis in cibo, tam de auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicēs: Loquere filiis Israël, dicēs: Qui offert victimā pacificorū Dño, offerat simul & sacrificiū, id est, libamēta eius. tenebit manibus adipē hostiæ, & pectusculū: cumq. ambo oblata Dño consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipē super altare, pectusculū autē erit Aaron, & filiorum eius. armus quoque dexter de pacificorū hostiis cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem, & adipem, filiorum Aaron, ipse habebit & armū dextrū in portione sua. Pectusculum enim eleuationis, & armū separationis tuli à filiis Israël de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua, ab omni populo Israël. Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in ceremoniis Dñi in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerētur, & quæ præcepit eis dari Dñs à filiis Israël religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti, & sacrificij pro peccato atq. delicto, & pro consecratione & pacificorū victimis: quam cōstituit Dñs Moysi in mōte Sinai, quādo mandauit filiis Israël vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

CAP. VIII.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen, dicens: Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum

cum

¶autem 5 MS. Textui Rad. consentit. ‖& H. C. G. Et omnis hostia, &c. He. 13, 11. Sup. 4, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum azymis, & congregabis omnẽ cœtum ad ostium tabernaculi'. Fecitque Moyses vt Dñs imperauerat. Congregatáq. omni turba ante fores tabernaculi, ait, Iste est sermo quem iussit Dñs fieri. Statimq. obtulit Aaron & filios eius. Cumq. lauisset eos, vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & indués eum tunica hyacinthina, & désuper humerale imposuit, quod astringẽs cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. Cidari quoq. texit caput: & super eam, cõtra frontẽ, posuit laminam auream consecratã in sanctificatione, sicut præceperat ei Dñs. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumq. sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumq. cum basi sua sanctificauit oleo.

‖ Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit: filios quoq. eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitq. mitras, vt iusserat Dominus. Obtulit & vitulum pro peccato. cumq. super caput eius posuisset Aaron & filij eius manus suas, immolauit eũ: hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrũ. quo expiato & sanctificato, fudit reliquũ sanguinẽ ad fundamenta eius. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duosq. renunculos cũ aruinulis suis adoleuit super altare: vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus. Obtulit & arietẽ in holocaustum: super cuius caput cùm imposuissent Aarõ & filii eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinẽ eius per circuitũ altaris. Ipsumq. arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus. totumque simul arietẽ incendit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei. Obtulit & arietẽ secundũ, in consecrationẽ sacerdotum: posueruntq. super caput eius Aaron & filij eius manus suas. quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremũ auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. Obtulit & filios Aarõ. cumq. de sanguine arietis immolati tetigisset extremũ auriculæ singulorum dextræ, & [a]pollices' manus ac pedis dextri, reliquũ fudit super altare per circuitum: adipem verò, & caudã, omnemq. pinguedinem quæ operit intestina, reticulumq. iecoris, & duos renes cũ adipibus suis, & armo dextro separauit. Tollens autẽ de canistro azymorũ, quod erat corã Dñe, panẽ absq. fermento*, & collyridã conspersam oleo, lagaumq. posuit super adipes, & armũ dextrum, tradens simul omnia Aarõ & filiis eius. Qui postquam

28 leuauerunt ea coram Dño, rursum susceptа de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quòd consecrationis esset oblatio, in odorem suauitatis, sacrificij [a] Domini'. Tulitque pectusculum eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suã, sicut præ-
30 ceperat ei Dominus. Assumensq. vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorum.
31 Cumq. sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens, Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens, ‖ Aaron & filij eius
32 comedent eos: quicquid autem reliquũ fuerit de carne & panibus, ignis absu-
33 met. De ostio quoq. tabernaculi nõ exibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. septem enim diebus finitur conse-
34 cratio: sicut impræsentiarum factũ est,
35 vt ritus sacrificij [a] compleretur'. Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini:
36 sic enim mihi præceptũ est. Feceruntq. Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

CAP. IX.

1 FActo autẽ octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores
2 natu Israël, dixitq. ad Aaron: ‖ Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumq. immaculatũ, &
3 offer illos coram Domino. Et ad filios Israël loquêris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum, atque agnum, [a] anniculum', & sine macula in holocaustũ, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam consperſam oleo offe-
5 rentes. hodie enim Dominus apparebit
6 vobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostiũ tabernaculi: vbi cùm omnis multitudo astaret, ait Moyses,
7 Iste est sermo quem præcepit Dñs: facite, & apparebit vobis gloria eius. Et dixit ad Aarõ, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustũ, & deprecare pro te & pro populo. cumq. mactaueris hostiam populi, ora pro eis, sicut
8 præcepit Dñs. Statimq. Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro pecca-
9 to suo: cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad ba-
10 sim eius. Adipemque & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præcepe-
11 rat Dominus Moysi: carnes verò & pellem eius, extra castra combussit igni.
12 Immolauit & holocausti victimam: obtuleruntque ei filij sui sanguinem eius,
13 quem fudit per altaris circuitum. ipsam

[a] Domino 1 MS. R. H. G. [a] corã Domino C.

Exo. 29, 32 Inf. 28, 9.

[a] compleatur MS.

[a] anniculos 5 MS. H. C. At Rad. & G. Textui consentiunt.

[a] pollicem 2 MS. Pro Textu Rad. facit H. C. et G. habẽt quidem numerum singularem sed re peritum. * vnum R. H. C. G. A. Radul. explicatur.

etiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam hostiã in frusta cõcisam, cũ capite & mẽbris singulis obtulerunt: quæ omnia
super altare cremauit igni, lotis aqua 14
prius intestinis & pedibus. Et pro pec- 15
cato populi offerens, mactauit hircũ: ex-
piatoq. altari, fecit holocaustum, addẽs 16
in sacrificio libamenta, quæ pariter of- 17
feruntur, & adolens ea super altare, absq.
ceremoniis holocausti matutini. Im- 18
molauit & bouem atq. arietẽ hostias pa-
cificas populi: obtuleruntque ei filij sui
sanguinem, quem fudit super altare in
circuitum. Adipem autem bouis, & cau- 19
dam arietis, renunculosq. cum adipibus
suis, & reticulum iecoris posuerunt su- 20
per pectora: cumque cremati essent adi-
pes super altare, pectora eorum, & ar- 21
mos dextros seperauit Aaron, eleuãs co-
ram Domino, sicut præceperat Moyses.
Et extendens manum ad populum, be- 22
nedixit ei. Sicque completis hostiis pro
peccato, & holocaustis, & pacificis, de-
scendit. Ingressi autem Moyses & Aa- 23
ron in tabernaculum testimonij, & de-
inceps egressi benedixerũt populo. ‖ Ap-
2 Mach. 2, 11. paruitque gloria Domini omni multitu-
dini: & ecce egressus ignis à Domino, 24
deuorauit holocaustum, & adipes qui e-
rant super altare. Quod cùm vidissent
turbæ, laudauerũt Dominum, ruentes in
facies suas.

CAP. X.

ARreptisq Nadab, & Abiu filij Aa- 1
Num. 3, 4. 26, 26. ron thuribulis, ‖ imposuerunt ignẽ,
1 Par. 24, 2 & incensum desuper, offerẽtes corã Dño
ignẽ alienũ, quod eis præceptũ non erat.
Egressusq. ignis à Dño, deuorauit eos, 2
& mortui sunt coram Dño. Dixitque 3
Moyses ad Aaron, Hoc est quod locutus
est Dñs, Sanctificabor in iis qui appro-
pinquant mihi, & in cõspectu omnis po-
*Et H. C. G. puli glorificabor. ℣ Quod audiens' tacuit
Aaron. Vocatis autem Moyses Misaële, 4
& Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron,
℣ Accedite H.C.G. ait ad eos: ℣ Ite' & tollite fratres vestros
de conspectu sanctuarij, & asportate ex-
tra castra. Confestimque pergentes, tu- 5
lerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis
tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat
imperatum. Locutusque est Moyses ad 6
Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios e-
ius: Capita vestra nolite nudare, & vesti-
*quoque 1 MS H.C. menta nolite scindere, ne fortè moria-
Verùm Rad. & G. non addũt mini, & super omnem cœtũ oriatur in-
℣ egredimini MS. dignatio. Fratres *vestri, & omnis domus
℣ egrediamini R. Futurũ est, H. C. et G. Israël plangant incendium quod Domi-
sed quod, etiam his modis, rectè vertatur. nus suscitauit: vos autẽ nõ ℣ egrediemi- 7
ni' fores tabernaculi, alioquin peribitis:
oleum quippe sanctæ vnctionis est super
vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptũ
Moysi. Dixitq. Dñs ad Aaron: Vinũ, 8
& omne quod inebriare potest, nõ bibe- 9
tis tu & filij tui, quando intrabitis in ta-
bernaculũ testimonij, ne moriamini: quia
præceptũ sempiternũ est in generationes
vestras: Et vt habeatis scientiã discer- 10
nẽdi inter sanctũ & profanum, inter pol-
lutum & mundũ: doceatisque filios Is- 11
raël omnia legitima mea quæ locut⁹ est
Dñs ad eos per manum Moysi. Locu- 12
tusq. est Moyses ad Aarõ, & ad Eleazar,
& Ithamar filios eius, qui erant residui:
Tollite sacrificiũ quod remansit de obla-
tione Dñi, & comedite illud absque fer-
mẽto iuxta altare, quia sanctum sancto-
rũ est. Comedetis autẽ in loco sancto: 13
quod datũ est tibi & filiis tuis de oblatio-
nibus Dñi, sicut præceptum est mihi.
Pectusculũ quoq. quod oblatum est, & 14
armum qui separatus est, edetis in loco
mũdissimo tu & filij tui, & filiæ tuæ te-
cum. tibi enim ac liberis tuis ℣ reposita' ℣ repos. MS.
sunt de hostiis salutaribus filiorũ Israël:
eo quòd armum & pectus, & adipes qui 15
cremantur in altari, eleuauerunt coram
Dño, & pertineant ad te, & ad filios tuos
lege perpetua, sicut præcepit Dominus.
Inter hæc hircũ qui oblatus fuerat pro 16 2 Mac.
peccato cũ quæreret Moyses, exustũ re-
perit: iratusq. cõtra Eleazar & Ithamar
filios Aaron qui remanserant, ait: Cur 17
non comedistis hostiã pro peccato in lo-
co sancto, quæ sancta sanctorum est, &
data vobis vt portetis iniquitatem mul-
titudinis, & rogetis pro ea in conspectu
Dñi, præsertim cùm de sanguine illius 18 *sanc. 6 MS.
non sit illatum ℣ intra sancta*, & come-
dere debueratis eam in sanctuario, sicut
præceptum est mihi? Respondit Aaron, 19 Rad. tempus addit
Oblata est hodie victima pro peccato, &
holocaustum coram Domino: mihi au-
tem accidit quod vides. quomodo potui
comedere eam, aut placere Dño in cere-
moniis mente lugubri? Quod cùm au- 20
disset Moyses, recepit satisfactionem.

CAP. XI.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen & Aa- 1
ron, dicens, Dicite filiis Israël: * 2
‖ Hæc sunt animalia quæ comedere de-
betis de cunctis animantibus terræ:
Omne quod habet diuisam vngulam, & 3
ruminat in pecoribus, comedetis. Quic- 4
quid autẽ ruminat quidem, & habet vn-
gulam, sed non diuidit eã, sicut camelus
& cætera, non comedetis illud, & inter
immũda reputabitis. Chœrogryllus qui 5
ruminat, vngulamq. nõ diuidit, immun-
dus est. Lepus quoq.: nã & ipse rumi- 6
nat, sed vngulam non diuidit. Et ‖ sus: 7
qui cùm vngulam non diuidat, ruminat.
horum carnibus nõ vescemini, nec ca- 8
dauera contingetis, quia immunda sunt
vobis. Hæc sunt quæ gignũtur in aquis 9
& vesci licitũ est. Omne quod habet pin-
nulas & squamas, tã in mari quã in flu-
minib. & stagnis, comedetis. Quicquid 10
aũt pinnulas & squamas non habet eorũ
quæ in aquis mouẽtur & viuũt, abomi- 11
nabile vobis, execrandumq. erit, carnes
eorum non comedetis, & morticina vi- 12
tabitis. Cuncta quæ non habent pinnu-
las & squamas in aquis, polluta erunt.
Hæc sunt quæ de auibus comedere nõ 13

debetis

debetis, & vitanda sunt vobis, Aquilam,
& gryphem, & haliæetum, & miluum 14
ac vulturẽ iuxta genus suum, & omne 15
coruini generis in similitudinem suam,
struthionẽ, & noctuã, & larum, & acci- 16
pitrem iuxta genus suum: bubonem, & 17
mergulum, & ibin, & cygnũ, & onocro- 18
talum, & porphyrionem, herodionẽ & 19
charadrion iuxta genus siũ, vpupã quo-
que & vespertilionem. Omne de volu- 20
cribus quod graditur super quatuor pe-
des, abominabile erit vobis. Quicquid 21
autem ambulat quidem super quatuor
pedes, sed habet longiora retro crura, per
quę salit super terrã, comedere debetis, 22
vt est bruchus in genere suo, & attacus
atq. ophiomachus, ac locusta, singula iu-
xta genus suum. Quicquid autẽ ex vo- 23
lucribus quatuor tãtùm habet pedes, ex-
ecrabile erit vobis: & quicumq. mortici- 24
na eorũ tetigerit, polluetur, & erit im-
mundus vsq. ad vesperum: & si necesse 25
fuerit vt portet quippiã horum mortuũ,
lauabit vestimẽta sua, & immundus erit
vsque ad occasum solis. Omne animal 26
quod habet quidem vngulam, sed non
diuidit eã, nec ruminat, immundũ erit:
& quicquid tetigerit illud, contaminabi-
tur. Quod ambulat super manus ex 27
cunctis animantibus, quæ incedunt qua-
drupedia, immundum erit: qui tetigerit
morticina eorũ, polluetur vsque ad ves-
perũ. Et qui portauerit huiusce modi 28
cadauera, lauabit vestimenta sua, & im-
mundus erit vsq. ad vesperũ: quia omnia
hæc immunda sunt vobis. Hæc quoque 29
inter polluta reputabuntur de his quæ
mouẽtur in terra, mustela & mus & cro-
codilus, singula iuxta genus suum, my- 30
gale, & chamæleon, & stellio, & lacerta,
& talpa: omnia hæc immũda sunt. Qui 31
tetigerit morticina eorũ, immundus erit
vsque ad vesperum: & super quod ce- 32
ciderit quicquã de morticinis eorũ, pol-
luetur tam vas ligneum & vestimẽtum,
quã pelles, & cilicia: & in quocumq. fit
opus, tingẽtur aqua, & polluta erunt vsq.
ad vesperũ, & sic postea mundabuntur.
Vas autẽ fictile in quod horũ quicquam 33
intrò ceciderit, polluetur, & ideirco fran-
gendum est. Omnis cibus quem come- 34
detis, si fuĩa fuerit, super eum aqua, im-
mundus erit: & omne liquẽs quod bibi-
tur de vniuerso vase, immundũ erit. Et 35
quicquid de morticinis huiusce modi ce-
ciderit super illud, immundum erit: siue
clibani, siue chytropodes, destruentur, &
immũdi erunt. Fõtes verò & cisternę, & 36
omnis aquarũ cõgregatio mũda erit. Qui
morticinum eorũ tetigerit, polluetur. Si 37
ceciderit super sementẽ, nõ polluet eam.
Si autẽ quispiã aqua semẽtẽ perfuderit, 38
& postea morticinis tacta fuerit, illico
polluetur. Si mortuũ fuerit animal quod 39
licet vobis cõedere, qui cadauer eius te-
tigerit, immundus erit vsq. ad vesperum.
40 & qui cõederit ex eo quippiã, siue por-
tauerit: lauabit vestimẽta sua, & immũ-
41 dus erit vsque ad vesperũ. Omne quod
reptat super terrã, abominabile erit, nec
42 assumetur in cibũ. Quicquid super pe-
ctus quadrupes graditur, & multos habet
pedes, siue per humũ trahitur, nõ cõede-
43 tis, quia abominabile est. Nolite contа-
minare animas vestras, nec tãgatis quic-
44 quam eorũ, ne immũdi sitis. Ego enim
sum Dñs Deus vester: ‖ sãcti estote, quia 1 Pet. 1, 15.
ego sanctus sum. Ne polluatis animas
vestras in omni reptili, quod mouetur
45 sup terrã. Ego enim sum Dñs, qui edu-
xi vos de Terra-Aegypti, vt essem vobis
in Deũ. Sancti eritis, quia ego sanctus
46 sum. Ista est lex animantiũ ac volucrũ,
& omnis animæ viuentis, quæ mouetur
47 in aqua, & reptat in terra, vt differen-
tias noueritis mũdi & immundi, & scia-
tis quid comedere & quid respuere de-
beatis.

CAP. XII.

1 LOcutusque est Dñs ad Moysen, di-
2 cens, Loquere filiis Israël, & dices
ad eos: ‖ Mulier si suscepto semine pepe- Luc. 2, 12.
rerit masculũ, immunda erit septẽ dieb. Ioan. 7, 12.
3 iuxta dies separationis mẽstruæ. ‖ Et die Luc. 2, 21.
4 octauo circuncidetur infantulus: ipsa Nearo præ-
verò triginta tribus diebus manebit in putij eius
sãguine purificationis suę: Omne sanctũ H.C.G.
nõ tãget, nec ingredietur in sanctuariũ,
donec impleãtur dies purificationis suæ.
5 Sin autẽ fœminã pepererit, immunda
erit duabus hebdomadibus iuxta ritum
fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus
manebit in sanguine purificationis suæ.
6 Cumq. expleti fuerint dies purificatio-
nis suæ, pro filio, siue pro filia, deferet a-
gnũ anniculum in holocaustũ, & pullum
columbæ siue turturẽ pro peccato, ad o-
stium tabernaculi testimonij, & tradet
7 sacerdoti qui offeret illa coram Dño,
& orabit pro ea, & sic mũdabitur à pro-
fluuio sanguinis sui. ista est lex parientis
8 masculum aut fœminã. ‖ Quod si non Luc. 2, 24.
inuenerit manus eius, nec potuerit offer-
re agnum, sumet duos turtures vel duos
pullos columbarum, vnum in holocau-
stum, & alterum pro peccato. orabitque
pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

CAP. XIII.

1 LOcutusq. est Dñs ad Moysen & Aa-
2 ron, dicens, Homo in cuius cute &
carne ortus fuerit diuersus color siue pu-
stula, aut quasi lucẽs quippiã, id est pla-
ga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotẽ,
3 vel ad vnum quẽlibet filiorũ eius. Qui
cùm viderit leprã in cute, & pilos in al-
bũ mutatos colorẽ, ipsamq. speciẽ lepræ
humiliorem cute & carne reliqua, plaga
lepræ est, & ad arbitriũ eius separabitur.
4 Sin autẽ lucẽs candor fuerit in cute, nec
humilior carne reliqua, & pili coloris
pristini, recludet eum sacerdos septẽ die-
5 bus, & considerabit die septimo: & si-
quidẽ lepra vltrà nõ creuerit, nec trãsie-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus aliis. Et die 6
septimo conteplabitur: si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lauabitq. homo
vestimenta sua, & mundus erit. Quod si 7
postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterũ lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditiæ condem- 8
nabitur. Plaga leprę si fuerit in homine, 9
adducetur ad sacerdotẽ, & videbit eũ. 10
Cumq. color albus in cute fuerit, & capillorũ mutauerit aspectum, ipsa quoq.
caro viua apparuerit: lepra vetustissima 11
iudicabitur, atque inolita cuti. Cõtaminabit itaq. eũ sacerdos, & non recludet,
quia perspicuæ immũditiæ est. Sin autẽ 12
efflоruerit discurrẽs lepra in cute, & operuerit omnẽ carnẽ à capite vsq. ad pedes,
quicquid sub aspectũ oculorũ cadit, cõ- 13
siderabit eũ sacerdos, & teneri lepra mũdissima iudicabit: eò quòd omnis in cãdorẽ versa sit, & idcirco homo mundus
erit. Quãdo verò caro viuens in eo ap- 14
paruerit, tũc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. caro 15
enim viua si lepra aspergitur, immunda est. Quòd si rursum versa fuerit in albo- 16
rem, & totũ hominẽ operuerit, cõsiderabit eum sacerdos, & mundum esse de- 17
cernet. Caro autẽ & cutis in qua hulcus 18
natũ est, & sanatũ, & in loco hulceris 19
cicatrix alba apparuerit, siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotẽ: qui cũ vi- 20
derit locũ leprę humiliorẽ carne reliqua,
& pilos versos in candorẽ, contaminabit eũ: plaga enim lepræ orta est in hulcere.
quòd si pilus, coloris est pristini, & ci- 21
catrix subobscura, & vicina carne nõ est humilior, recludet eũ septẽ diebus. & si 22
quidẽ creuerit, adiudicabit eũ leprę. sin 23
autẽ steterit in loco suo, hulceris est cicatrix, & homo mundus erit. Caro autẽ 24
& cutis quã ignis exusserit, & sanata albã siue rufam habuerit cicatricẽ, cõsi- 25
derabit eã sacerdos, & ecce* versa est in alborẽ, & locus eius reliqua cute est humilior: cõtaminabit eũ, quia plaga lepræ
in cicatrice orta est. Quòd si pilorũ co- 26
lor non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species
fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contẽplabitur. si 27
creuerit in cute lepra, contaminabit eũ.
sin aũt in loco suo cãdor steterit nõ satis 28
clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est cõbusturæ.
Vir siue mulier in cuius capite vel bar- 29
ba germinauerit lepra, videbit eos sa- 30
cerdos. & siquidẽ humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitoq.
subtilior: cõtaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. Sin autẽ viderit locũ 31
maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet ‖eos' septem die-
bus, & die septimo intuebitur. Si non 32
creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagę carni reliquæ ęqualis:
33 radetur homo absque loco maculæ, &
34 includetur septẽ diebus aliis. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco
suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eũ, lotisq. vestibus suis mundus erit.
35 Sin autem post emundationem rursus
36 creuerit macula in cute, nõ quæret amplius vtrum capillus in flauum colorẽ sit
cõmutatus, quia apertè immundus est.
37 Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse,
& confidẽter eum pronuntiet mundum.
38 Vir siue mulier in cuius cute candor
39 apparuerit, intuebitur eos sacerdos. si deprehẽderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed
maculam coloris candidi, & hominem
40 mundum. Vir de cuius capite capilli
41 fluunt, caluus & mundus est: & si à
frõte ceciderint pili, recaluaster & mun-
42 dus est. Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit
43 exortus, & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ
44 orta est in caluitio. Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est
45 ad arbitriũ sacerdotis, habebit vestimẽta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se
46 clamabit. Omni tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra
47 castra. Vestis lanea siue linea, quæ le-
48 prã habuerit in stamine atq. subtegmine, aut certè pellis, vel quicquid ex pelle
49 cõfectũ est, si alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, ostẽdeturq.
50 sacerdoti. qui consideratã recludet septẽ
51 diebus: & die septimo rursus aspiciẽs si deprehẽderit creuisse, lepra pseuerãs est:
pollutum iudicabit vestimentũ, & omne
52 in quo fuerit inuẽta: & idcirco cõburetur
53 flãmis. Quòd si eã viderit non cre-
54 uisse, præcipiet, & lauabũt id in quo lepra est, recludetq. illud septẽ diebus aliis.
55 Et cùm viderit faciẽ quidẽ pristinã non reuersam, nec tamen creuisse leprã, immundum iudicabit, & igne cõburet, eo
quòd infusa sit in superficie vestimenti
56 vel per totum, lepra. Sin autẽ obscurior fuerit locus leprę postquã vestis est lota,
57 abrumpet eũ, & à solido diuidet. Quòd si vltrà apparuerit in his locis quæ prius immaculata erãt, lepra volatilis & vaga:
58 debet igne comburi. si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt, secundò, &
59 munda erunt. Ista est lex leprę vestimenti lanei & linei, staminis atque subtegminis, omnisque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel
contaminari.

CAP. XIIII.

1 LOcutusq. est Dns ad Moysen, dicẽs,
2 Hic est ritus leprosi quando mundandus est: ‖Adducetur ad sacerdotem:

qui

* si 7 MS. R. Sed à Rad. H.C. & G. non addiur.

‖ eum 8 MS. R. Vocũ maculæ H. C. G. Textui Rad. adstipulatur.

qui egressus de castris cũ inuenerit leprã
3 esse mundatã, præcipiet ei qui purificatur vt offerat duos passeres viuos pro se,
4 quos vesci licitum est, & lignũ cedrinũ, vermiculumq. & hyssopum. & vnũ ex
5 passerib. immolari iubebit in vase fictili super aquas viuẽtes: alium autẽ viuum
6 cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo tinget in sãguine passeris immolati, quo
7 asperget illũ qui mundandus est, septies, vt iure purgetur, & dimittet passerẽ vi-
8 uum, vt in agrum auolet. Cumq. lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusq. ingredietur castra, ita dũtaxat vt maneat extra tabernaculum suum septẽ diebus,
9 & die septimo radet capillos capitis, barbamq. & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestib. & corpore,
10 die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculã absq. macula, & tres decimas similæ in sacrificiũ quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Cumque sacerdos purificans hominẽ, statuerit eum, & hæc omnia corã
11 Dño in ostio tabernaculi testimonij,
12 tollet agnũ, & offeret eum pro delicto, oleique sextarium. & oblatis ante Dñm
13 omnibus, immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum, id est, in loco sacto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem
14 pertinet hostia: sancta sanctorũ est. Assumensque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus dextræ & pedis: & de olei sextario mittet
15 in manum suã sinistrã, tingetq. digitum
16 dextrum in eo, & asperget coram Dño septies. quod autẽ reliquum est olei in
17 læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinẽ qui effusus est pro delicto, & super caput eius. Rogabitque pro eo
18 corã Dño, & faciet sacrificium pro pec-
19 cato. tũc immolabit holocaustũ, & po-
20 net illud in altari cum libamentis suis, & homo ritè mundabitur. Quòd si pauper
21 est, & nõ potest manus eius inuenire quę dicta sunt, pro delicto assumet agnum ad oblationẽ, vt roget pro eo sacerdos, decimamq. partẽ similæ conspersæ oleo in sacrificium, & olei sextarium, duosque
22 turtures siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: offeretq. ea die octauo pu-
23 rificationis suæ sacerdoti, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino.
qui suscipiẽs agnũ pro delicto & sextarium olei, leuabit simul: immolatoque
24 25 agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextrę illius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri: olei verò partem mittet in
26 manum suam sinistram, in quo tingens
27 digitum dextræ manus asperget septies
28 corã Domino: tangetq. extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco
29 sanguinis qui effusus est pro delicto: reliquam autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purifica-
30 ti, vt placet pro eo Dominum: & turturem siue pullum columbæ offeret,
31 vnum pro delicto, & alterũ in holocau-
32 stum cum libamentis suis. Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest
33 omnia in emundationem sui. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron,
34 dicens: Cùm ingressi fueritis Terram Chanáan, quã ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus,
35 ibit cuius est domus, nuntiãs sacerdoti, & dicet, Quasi plaga lepræ videtur mihi
36 esse in domo mea. At ille præcipiet vt "efferãt' vniuersa de domo, priusquã ingrediatur eã, & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq. postea vt cõsideret leprã
37 domus: & cũ viderit in parietibus illius quasi vallículas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua,
38 egredietur ostiũ domus, & statim clau-
39 det illam septem diebus. Reuersusq. die septimo, considerabit eam. si inuenerit
40 creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ci-
41 uitatẽ in locũ immũdum: domum autẽ ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerẽ rasuræ extra vrbẽ in locũ
42 immundũ, lapidesq. alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri do-
43 mum. Sin autẽ postquã eruti sunt lapi-
44 des, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuersam leprã, & parietes respersos maculis, lepra est
45 perseuerãs, & immũda domus: quã statim destruẽt, & lapides eius ac ligna, atq. vniuersum puluerẽ proiicient extra op-
46 pidũ in locũ immundũ. Qui intrauerit domum quãdo clausa est, immundus erit
47 vsq. ad vesperũ: & qui dormierit in ea, & comederit quippiã, lauabit vestimẽta
48 sua. Quod si introiens sacerdos viderit leprã non creuisse in domo, postquã denuò lita fuerit, purificabit eam reddita
49 sanitate: & in "purificatione' eius sumet duos passeres, lignumq. cedrinũ, & ver-
50 miculum atq. hyssopũm: & immolato vno passere in vase fictili super aquas
51 viuas, tollet lignũ cedrinum, & hyssopum, & coccũ & passerẽ viuum, & tinget omnia in sãguine passeris immolati, atq. in aquis viuentibus: & asperget domum
52 septies, purificabitq. eam tã in sanguine passeris quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo, ligno q. cedrino & hyssopo
53 atque vermiculo. Cumque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit
54 pro domo, & iure mundabitur. Ista est

" efferantur MS. R.

" purificationem MS. H.G. *Pro Textu Rad. facit.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lex omnis lepræ & percussuræ, lepræ 55
vestium & domorũ, cicatricis & erum- 56
pentium papularum, luceatis maculæ, &
in varias species colorib. immutatis, vt 57
possit sciri quo tẽpore mundũ quid vel
immundũ sit. CAP. XV.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen & Aa- 1
ron, dicens, Loquimini filiis Israël, 2
& dicite eis, Vir qui patitur fluxũ semi-
nis, immundus erit. Et tunc iudicabitur 3
huic vitio subiacere, cũ per singula mo-
mẽta adhæserit carni eius, atque cõcre-
uerit fœdus humor. Omne stratum in 4
quo dormierit, immũdũ erit & vbicunq.
sederit. Si quis hominũ tetigerit lectum 5
eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus
aqua, immundus erit vsq. ad vesperum.
Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit 6
vestimenta sua: & lotus aqua, immundus
erit vsq. ad vesperum. Qui tetigerit car- 7
nẽ eius, lauabit vestimẽta sua: & ipse lo-
tus aqua, immũdus erit vsque ad vespe-
rum. Si saliuã huiuscemodi homo iece- 8
rit super eũ qui mundus est, lauabit ve-
stimenta sua: & lotus aqua, immundus
erit vsq. ad vesperũ. Sagma super quod 9
sederit, immũdũ erit: & quicquid sub eo 10
fuerit qui fluxum seminis patitur, pollu-
tum erit vsque ad vesperum. Qui porta-
uerit horum aliquid, lauabit vestimenta
sua: & ipse lotus aqua, immũdus erit vs-
que ad vesperum. Omnis quẽ tetigerit 11
qui talis est, nõ lotis antè manibus, laua-
bit vestimẽta sua; & lotus aqua, immun-
dus erit, vsque ad vesperum. Vas fictile 12
quod tetigerit, cõfringetur: vas autem li-
gneum lauabitur aqua. Si sanatus fuerit 13
qui huiuscemodi sustinet passionẽ, nu-
merabit septẽdies post emundationẽ sui,
& lotis vestibus & toto corpore in aquis
viuentib. erit mundus. Die autẽ octauo 14
sumet duos turtures, aut duos pullos co-
lumbæ, & veniet in conspectum Dñi ad
ostium tabernaculi testimonij, dabitque
eos sacerdoti. qui faciet vnum pro pec- 15
cato, & alterum in holocaustum: roga-
bitq. pro eo corã Dño, vt emundetur à
fluxu seminis sui. Vir de quo egredi- 16
tur semẽ coitus, lauabit aqua omne cor-
pus suum: & immundus erit vsq. ad ve-
sperum. Vestẽ & pellẽ quam habuerit, 17
lauabit aqua, & immunda erit vsque ad
vesperũ. Mulier cũ qua coierit, lauabi- 18
tur aqua, & immunda erit vsq. ad vespe-
rum. Mulier quæ redeunte mense pati- 19
tur fluxum sanguinis, septẽ diebus sepa-
rabitur. Omnis qui tetigerit eã, immun- 20
dus erit vsq. ad vesperũ: & *in quo dor- 21
mierit vel sederit dieb. separationis suæ,
polluetur. Qui tetigerit lectũ eius, laua- 22
bit vestimẽta sua: & ipse lotus aqua, im-
mundus erit vsq. ad vesperũ. Omne vas 23
super quod illa sederit, quisquis attige-
rit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus
aqua, pollutus erit vsq. ad vesperũ. Si 24
coierit cum ea vir tẽpore sanguinis mẽ-
strualis, immundus erit septẽ diebus: &
omne stratum in quo dormierit, pollue-
25 tur. Mulier quæ patitur multis diebus
fluxũ sanguinis non in tẽpore mẽstruali,
vel quæ post mẽstruum sanguinẽ fluere
nõ cessat, quamdiu subiacet huic passio-
ni, immunda erit quasi sit in tẽpore mẽ-
26 struo. omne stratũ in quo dormierit, &
27 vas in quo sederit, pollutũ erit. quicũq.
tetigerit ea', lauabit vestimenta sua: &
ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad
28 vesperũ. Si steterit sanguis, & fluere ces-
sauerit, numerabit septem dies purifica-
29 tionis suæ. & die octauo offeret pro se
sacerdoti duos turtures, aut duos pullos
columbarũ ad ostiũ tabernaculi testimo-
30 nij: qui vnũ faciet pro peccato, & alterũ
in holocaustum, rogabitq. pro ea coram
31 Dño, & pro fluxu immunditię eius. Do-
cebitis ergo filios Israël vt caueant im-
munditias, & non moriantur in sordibus
suis, cùm polluerint tabernaculũ meum
32 quod est inter eos. Ista est lex eius qui
patitur fluxum seminis, & qui pollitur
33 coitu, & quæ mẽstruis tẽporib. separa-
tur, vel quæ iugi fluit sanguine, & homi-
nis qui dormierit cũ ea. CAP. XVI.

1 LOcutusque est Dñs ad Moysen post
mortẽ duorum filiorũ Aaron, quã-
do offerentes ignẽ alienũ interfecti sunt:
2 & præcepit ei, dicens, Loquere ad Aarõ
fratrẽ tuũ, ne omni tẽpore ingrediatur
sanctuarium, quod est intra velum corã
propitiatorio quo tegitur arca, vt non
moriatur (quia in nube apparebo super
3 oraculum) nisi hæc antè fecerit, Vitu-
lum pro peccato offeret, & arietem in
4 holocaustum. Tunica linea vestietur, se-
minalib. lineis verenda celabit: accinge-
tur zona linea, cidarim lineam imponet
capiti; hęc enim vestimenta sunt sancta:
quibus cunctis, cùm lotus fuerit, indue-
5 tur. Suscipietq. ab vniuersa multitudi-
ne filiorum Israël duos hircos pro pec-
cato, & vnum arietẽ in holocaustum.
6 Cumque obtulerit vitulum, & orauerit
7 pro se & pro domo sua, duos hircos sta-
re faciet coram Dño in ostio tabernaculi
8 testimonij: mittẽsq. super vtrumq. sortẽ,
9 vnã Dño, & alterã capro emissario: cu-
ius exierit sors Dño, offeret illũ pro pec-
10 cato: cuius autẽ in caprum emissarium,
statuet eum viuum corã Dño, vt fundat
preces super eũ, & emittat eũ in solitudi-
11 nẽ. His ritè celebratis, offeret vitulum,
& rogãs pro se & pro domo sua, immo-
12 labit eum: assumptoque thuribulo, quod
de prunis altaris impleuerit, & hauriens
manu cõpositum thymiama in incẽsum,
13 vltra velum intrabit in Sãcta: vt positis
super ignẽ aromatibus, nebula eorum &
vapor operiat oraculum, quod est supra
14 testimonium, & non moriatur. Tollet
quoq. de sãguine vituli, & asperget digito
septies cõtra propitiatorium ad orientẽ.
15 Cumq. mactauerit hircum pro peccato

* loeus MS q.R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

populi, inferet ſanguinẽ eius intra velũ, ſicut præceptum eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat eregione oraculi, & expiet 16
ſanctuariũ ab immunditiis filiorũ Iſraël, & à præuaricationib. eorũ, cunctisq. peccatis. Iuxta hunc ritũ faciet tabernaculo teſtimonij, quod fixũ eſt inter eos in medio ſordium habitationis eorũ. ¶ Nullus 17
hominũ ſit in tabernaculo quãdo põtifex ſanctuarium ingreditur, vt roget pro ſe & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſraël-donec egrediatur'. Cũ autẽ exie- 18
rit ad altare quod corã Dño eſt, oret pro ſe, & ſumptum ſanguinẽ vituli atq. hirci fundat ſuper cornua eiº per gyrũ: aſper- 19
gensq. digito ſepties, expiet, & ſanctificet illud ab immũditiis filiorũ Iſraël. Poſt- 20
quã emundauerit ſanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircũ viuentẽ: & poſita vtraq. manu ſuper ca- 21
put eius, cõfiteatur omnes iniquitates filiorũ Iſraël, & vniuerſa delicta atq. peccata eorũ: quæ imprecãs capiti eiº, emittet illum per hominẽ paratum, in deſertũ. Cumq. portauerit hircus omnes ini- 22
quitates eorũ in terrã ſolitariã, & dimiſſus fuerit in deſerto, reuertetur Aarõ in 23
tabernaculũ teſtimonij, & depoſitis veſtibus quibus prius indutus erat cùm intraret ſanctuarium, relictisq. ibi, lauabit 24
carnẽ ſuã in loco ſancto, indueturq. veſtibus ſuis. Et poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtũ ſuum ac plebis, rogabit tam pro ſe quàm pro populo: & adipem qui 25
oblatº eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare. Ille verò qui dimiſerit caprum e- 26
miſſarium, lauabit veſtimẽta ſua & corpus aqua, & ſic ingredietur in caſtra. Vi- 27
tulum autẽ & hircũ qui pro peccato fuerãt immolati, & quorum ſanguis illatus eſt in ſanctuarium vt expiatio cõpleretur, aſportabunt foras caſtra, ¶ & cõburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac ſimum: & quicumque combuſſerit 28
ea, lauabit veſtimenta ſua, & carnẽ aqua, & ſic ingredietur caſtra. Eritque vobis 29
hoc legitimum ſempiternum: Menſe ſeptimo, decima die menſis affligetis animas veſtras, nullumq. opus facietis, ſiue indigena, ſiue aduena qui peregrinatur inter vos. ¶ In hac die expiatio erit ve- 30
ſtri atq. mundatio ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundabimini. ſabbathum enim requietionis eſt, & af- 31
fligetis animas veſtras religione perpetua. Expiabit autem ſacerdos qui vn- 32
ctus fuerit, & cuius manus ||initiatæ ſunt' vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo: indueturque ſtola linea & veſtibus ſanctis, & expiabit ſanctuarium & tabernacu- 33
lum teſtimonij atque altare, ſacerdotes quoque & vniuerſum populum. Eritque 34
vobis hoc legitimũ ſempiternũ, vt oretis pro filiis Iſraël, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Dominus Moyſi.

CAP. XVII.

1 ET locutus eſt Dñs ad Moyſen, dicẽs:
2 Loquere Aarõ & filiis eius, & cunctis filiis Iſraël, dicẽs ad eos, Iſte eſt ſermo quẽ mãdauit Dñs, -dicens', Homo
3 quilibet de domo Iſraël, ſi occiderit bouẽ aut ouẽ, ſiue caprã in caſtris vel extra
4 caſtra, & nõ obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationẽ Dño, ſanguinis reº erit: quaſi ſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de
5 medio populi ſui. Ideò ſacerdoti offerre debẽt filij Iſraël hoſtias ſuas quas occidẽt in agro, vt ſanctificẽtur Dño ante oſtium tabernaculi teſtimonij, & immo-
6 lẽt eas hoſtias pacificas Dño. Fundetq. ſacerdos ſanguinem ſuper altare Dñi ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & adole-
7 bit adipẽ in odorem ſuauitatis Dño: & nequaquã vltrà immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Legitimum ſempiternum erit illis & po-
8 ſteris eorum. Et ad ipſos dices: Homo deº domo' Iſraël & de aduenis qui peregrinãtur apud vos, qui obtulerit holocau-
9 ſtum ſiue victimã, & ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij nõ adduxerit eã, vt ||offeratur' Dño, interibit de populo ſuo. Ho-
10 mo quilibet de domo Iſraël, & de aduenis qui peregrinantur inter vos, ſi comederit ſanguinẽ, obfirmabo faciem meam cõtra animã illius, & diſperdã eã de po-
11 pulo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illũ vobis, vt ſuper altare-||in eo' expietis pro animab. veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Ideir-
12 co dixi filiis Iſraël: Omnis anima ex vobis nõ comedet ſanguinẽ, nec ex aduenis
13 qui peregrinãtur||apud' vos. Homo quicumque de filiis Iſraël, & de aduenis qui peregrinãtur apud vos, ſi venatione atq. aucupio ceperit ferã vel auẽ, quibus veſci licitũ eſt, fundat ſanguinẽ eius, & operiat
14 illum terra. ¶ Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt: vnde dixi filiis Iſraël, Sãguinẽ vniuerſæ carnis nõ comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt; & quicũq.
15 comederit illum, interibit. Anima quæ comederit morticinũ vel captũ à beſtia, tam de indigenis quã de aduenis, lauabit veſtimenta ſua & ſemetipſum aqua, & contaminatus erit vſq. ad veſperum: &
16 hoc ordine mundus fiet. Quòd ſi nõ lauerit veſtimẽta ſua vel corpus, portabit iniquitatem ſuam.

CAP. XVIII.

1 LOcutus eſt Dñs ad Moyſen, dicens:
2 Loquere filiis Iſraël, & dices ad eos:
3 Ego Dñs Deus veſter: iuxta cõſuetudinẽ Terræ-Aegypti in qua habitaſtis, non facietis: & iuxta morem Regionis-Chanãan, ad quã ego introducturus ſum vos, nõ agetis, nec in legitimis eorum ambu-
4 labitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis. Ego
5 Dñs Deus veſter. ¶ Cuſtodite leges meas atq. iudicia, quæ faciens homo, viuet in
6 eis. Ego Dñs. Omnis homo ad proximã

-a.

||filiis MS. R.G. Textus Rad. H. & C. conſentit.

||offerat 3 MS. R. H. C.G.

-H. C.G.

||meum MS. Rad.

||inter MS. Rad. H.C.

Gen. 9, 4.

Rom. 16, 5. Ege. 20, 11 Gal. 3, 12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinē eius. ego Dñs. Turpitudinē patris tui & turpitudinē matris tuæ nō discooperies; mater tua est: non reuelabis turpitudinē ei⁹. Turpitudinē vxoris patris tui nō discooperies: turpitudo enim patris tui est. Turpitudinē sororis tuæ ex patre siue ex matre quæ domi vel foris genita est, nō reuelabis. Turpitudinē filiæ filij tui vel neptis ex filia nō reuelabis: quia turpitudo tua est. Turpitudinē filiæ vxoris patris tui quam peperit patri tuo, & est soror tua, nō reuelabis. Turpitudinē sororis patris tui nō discooperies: quia caro est patris tui. Turpitudinē sororis matris tuæ non reuelabis, eò quòd caro sit matris tuæ. Turpitudinē patrui tui nō reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate cōiungitur. Turpitudinem nurus tuæ nō reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignominiā eius*. Turpitudinē vxoris fratris tui nō reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinē vxoris tuæ & filiæ eius nō reuelabis. Filiā filij eius, & filiā filiæ illius nō sumes, vt reueles ignominiā ei⁹: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. Sororē vxoris tuæ in pellicatū illius nō accipies, nec reuelabis turpitudinē eius adhuc illa viuente. Ad mulierē quæ patitur menstrua, nō accedes, nec reuelabis fœditatē eius. Cum vxore proximi tui nō coibis, nec seminis commistione maculaberis. De semine tuo non dabis vt consecretur ‖ idolo Moloch, nec pollues nomē Dei tui: ego Dñs. Cum masculo nō cōmiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Cum omni pecore nō coibis, nec maculaberis cū eo. Mulier nō succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiiciā ante cōspectum vestrum, & quibus polluta est terra: cuius ego scelerā visitabo, vt euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq. iudicia, & nō faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quam colonus qui peregrinātur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante vos, & polluerunt eā. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.

Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiā, peribit de medio populi sui. Custodite mādata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis: ego Dñs Deus vester.

*Et vxorē fratris sui nullus accipiat MS q. Rad.

CAP. XIX.

LOcutus est Dñs ad Moysen, dicens, Loquere ad omnē cœtum filiorum Israël, & dices ad eos, ‖ Sācti estote, quia ego sanctus sum Dñs Deus vester. Vnusquisq. patrē suum, & matrē suā timeat. Sabbatha mea custodite. Ego Dñs Deus vester. Nolite cōuerti ad idola, nec Deos conflatiles faciatis vobis. ego Dñs Deus vester. Si immolaueritis hostiā pacificorum Dño vt sit placabilis: eo die quo fuerit immolata, comedetis eā, & die altero: quicquid autē residuū fuerit in diē tertium, igne cōburetis. si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus: portabitq. iniquitatem suā, quia sanctum Dñi polluit, & peribit anima illa de 'populo suo'. Cúmq. messueris segetes terræ tuæ, nō tondebis vsq. ad solum superficiē terræ: nec remanētes spicas colliges. Neq. in vinea tua racemos & grana decidentia cōgregabis, sed pauperibus & peregrinis carpēda dimittes. ego Dñs Deus vester. Non facietis furtū. Nō mētiemini, nec decipiet vnusquisq. proximū suū. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomē Dei tui. ego Dñs. Non facies calumniā proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vsq. manè. Nō maledices surdo, nec corā cæco pones offendiculū: sed timebis Dñm Deum tuū, quia ego sum Dñs. Nō facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. ‖ Nō considerabis personā pauperis, nec honores vultū potentis. Iustè iudica proximo tuo. Nō eris criminator, 'nec' susurro in 'populo'. Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego Dñs. Nō oderis fratrē tuum in corde tuo, sed publicè argue eū, ne habeas super illo peccatū. ‖ Nō quæras vltionē, nec memor eris iniuriæ ciuū tuorum. ‖ Diliges amicū tuum sicut teipsum. ego Dñs. Leges meas custodite. 'Iumentū tuū' nō facies coire cū alterius generis animātibus. Agrum tuum nō seres diuerso semine. Veste, quę ex duobus texta est, non induēris. Homo si dormierit cū muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiā nobilis, & tamē pretio nō redempta, nec libertate donata: vapulabūt ambo, & nō morientur, quia nō fuit libera. pro delicto autē suo offeret Dño ad ostiū tabernaculi testimonij arietē. orabitq. pro eo sacerdos, & pro 'peccato' ei⁹ corā Dño, & repropitiabitur ei, dimittetur q. peccatum. Quādo ingressi fueritis terrā, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germināt, immunda erūt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autē anno omnis fructus eorū sanctificabitur laudabilis Dño. Quinto autē anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. ego Dñs Deus vester. Nō comedetis * cum sanguine. Nō augurabimini, nec obseruabitis somnia. Neq. in rotundum attondebitis comā: nec radetis barbā. Et super mortuo nō incidetis carnes vestras, neq. figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. ego Dñs. Ne prostituas filiā tuā, ne cōtaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbatha mea custodite, & sanctuarium

Sup. 11,44. 1 Pet. 1,16

Inf. 20,2. Rom. 13,10

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctuarium meum metuite. ego Dñs. ℞Nō' 31
declinetis ad magos, nec ab ariolis ali-
quid scisciteminí, vt polluamini per eos.
ego Dñs Deus vester. Corā cano capite 32
cōsurge, & honora personā senis: & time
Dñm Deū tuum. ego sum Dñs. Si habi- 33
rauerit aduena in terra vestra, & moratus
fuerit inter vos, ℞nō' exprobretis ei: sed 34
sit inter vos quasi indigena: & diligetis
eū quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos
aduenæ in Terra-Aegypti. ego Dñs Deus
vester. Nolite facere iniquum aliquid 35
in iudicio, in regula, in pondere, in men-
sura. Statera iusta, & æqua sint pōdera, 36
iustus modius, æquúsq. sextari⁹. ego Dñs
Deus vester, qui eduxi vos de Terra-Ae-
gypti. Custodite omnia præcepta mea, 37
& vniuersa iudicia, & facite ea. ego Dñs.

CAP. XX.

LOcutúsq. est Dñs ad Moysen, dicēs, 1
Hæc loquēris filiis Israël, Homo de 2
filiis Israël, & de aduenis qui habitant in
Israël, siquis dederit de semine suo idolo
Moloch, morte moriatur: populus terræ
lapidabit eū. Et ego ponā faciē meam 3
contra illū. succidamq. eū de medio po-
puli sui, eò quòd dederit de semine suo,
Moloch, & contaminauerit sanctuarium
meum, ac polluerit nomē sanctū meum.
Quòd si negligēs populus terræ, & quasi 4
paruipendens imperiū meum, dimiserit
hominē qui dedit de semine suo, Moloch,
nec voluerit eum occidere: ponā faciē 5
meā super hominē illum, & cognationē
eius, succidamq. & ipsum, & omnes qui
consenserunt ei vt fornicaretur cum Mo-
loch, de medio populi sui. Anima quæ 6
declinauerit ad magos & ariolos, & forni-
cata fuerit cum eis, ponā faciē meā cōtra
eā, & interficiā illā de medio populi sui.
Sāctificamini, & estote sancti, quia ego 7
*sum Dñs Deus vester. Custodite præ- 8
cepta mea, & facite ea: Ego Dñs qui san-
ctifico vos. Qui maledixerit patri suo, 9
℞aut' matri, morte moriatur. patri matriq.
qui male dixerit, sanguis ei⁹ sit super eū.
Si mœchatus quis fuerit cum vxore al- 10
terius, & adulterium perpetrauerit cum
coniuge proximi sui, morte moriantur &
mœchus & adultera. Qui dormierit cū 11
nouerca sua, & reuelauerit ignominiā pa-
tris sui, morte moriantur ambo: sanguis
eorum sit super eos. Si quis dormierit 12
cum nuru sua, vterq. moriatur, quia scel⁹
operati sunt: sanguis eorum sit super eos.
Qui dormierit cum masculo coitu fœ- 13
mineo, vterq. operatus est nefas, morte
moriantur: sit sanguis eorum super eos.
Qui supra vxorē filiā, duxerit matrem 14
eius, scelus operatus est: viuus ardebit cū
eis, nec permanebit tantum nefas in me-
dio vestri. Qui cum iumento & pecore 15
coierit, morte moriatur: pecus quoq. oc-
cidite. Mulier quæ succubuerit cuilibet 16
iumento, simul interficietur cum eo: san-
guis eorum sit super eos. Qui acceperit 17
sororē suā filiā patris sui, vel filiā matris
suæ, & viderit turpitudinē eius, illaque
conspexerit fratris ignominiā: nefariā
rē operati sunt: occidentur in cōspectu
populi sui, eò quòd turpitudinē suā mu-
tuò reuelauerint, & portabunt iniquitatē
18 suā. Qui coierit cum muliere in fluxu
mēstruo, & reuelauerit turpitudinē eius,
ipsaq. aperuerit fontē sanguinis sui, inter-
19 ficiētur ambo de medio populi sui. Tur-
pitudinē materteræ, & amitę tuæ nō dis-
cooperies: qui hoc fecerit, ignominiam
carnis suæ nudauit, portabunt ambo ini-
20 quitatē suā. Qui coierit cum vxore pa-
trui, vel auunculi sui, & reuelauerit igno-
miniā cognationis suæ, portabunt ambo
peccatum suū: absq. liberis morientur.
21 Qui duxerit vxorē fratris sui, rē facit
illicitā, turpitudinē fratris sui reuelauit:
22 absq. liberis erūt. Custodite leges meas,
atq. iudicia, & facite ea: ne & vos euo-
mat terra quā intraturi estis & habitatu-
23 ri. Nolite ābulare in legitimis nationū,
quas ego expulsurus sum ante vos. Om-
nia enim hæc fecerunt, & abominatus
24 sum eas. Vobis autē loquor, Possidete
terrā eorum, quā dabo vobis in hæredi-
tatē, terrā fluentē lacte & melle. ego Dñs
Deus vester, qui separaui vos à cæteris
25 populis. Separate ergo & vos iumentū
mundum ab immundo, & auē mundā ab
immunda: ne polluatis animas vestras in
pecore & auibus, & cunctis quæ mouētur
in terra, & quæ vobis ostēdi esse polluta.
26 *Eritis mihi sancti, quia sanct⁹ sum ego
Dñs, & separaui vos à cæteris populis, vt
27 essetis mei. ‖ Vir siue mulier, in quibus
pythonicus, vel diuinationis fuerit spiri-
tus, morte moriantur; lapidibus obruent
eos: sanguis eorum sit super illos.

*Et 2 MS. Rad. H.C.G. Deu. 18,10 1 Reg. 28,7

CAP. XXI.

1 DIxit quoq. Dñs ad Moysen, Loque-
re ad sacerdotes filios Aarō, & dices
ad eos, Ne cōtaminetur sacerdos in mor-
2 tibus ciuiū suorū, nisi tantū in cōsan-
guineis, ac propinquis, id est, super patrē
& matrē & filiū, & filiā, fratrē quoque,
3 & sororē virginē quæ nō est nupta viro:
4 sed nec in principe populi sui contа-
5 minabitur. ‖ Nec radet caput, nec bar-
bā, neq. in carnibus suis faciēt incisuras.
6 Sancti erunt Deo suo, & nō pollnēt no-
men eius: incensum enim Dñi, & panes
7 Dei sui offerūt, & ideò sancti erūt. Scor-
tum, & vile prostibulū nō ducet vxorē,
nec eā quæ repudiata est à marito: quia
8 cōsecratus est Deo suo, & panes propo-
sitionis offert. Sit ergo sanct⁹, quia & ego
9 sanctus sum Dñs, qui sanctifico vos. Sa-
cerdotis filia si deprehēsa fuerit in stupro,
& violauerit nomē patris sui, flāmis exu-
10 retur. Pōtifex, id est, sacerdos maximus
inter fratres suos, super cuius caput fu-
sum est vnctionis oleū, & cuius manus in
sacerdotio consecratæ sunt, vestitúsq. est
sanctis vestibus, caput suum non discoo-
11 periet, vestimenta * non scindet; & ad
omnem mortuum non ingredietur om-

Sup. 19,27

*sua 2MS. H.C.G. Hoc & duobus sequentibus locis, Textui Rad. suffragatur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nino. super patre quoq. suo, & matre nō cōtaminabitur. Nec egredietur de sā- 12
ctis, ne polluat sanctuarium ℣Dñi', quia oleū sanctæ vnctionis Dei sui super eum
est. ego Dñs. ℣Virginē ducet vxorem: 13
viduā autem & repudiatā, & sordidā, 14
atq. meretricē nō accipiet, sed puellā de populo suo: ne cōmisceat stirpē generis 15
sui vulgo gentis suæ: quia ego Dñs qui sanctifico eum. Locutusque est Dñs ad 16
Moysen, dicens, Loquere ad Aarō: Ho- 17
mo de semine tuo per familias *qui habuerit maculam, non offeret panes Deo
suo, nec accedet ad ministerium eius: 18
si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grādi vel torto naso, si fracto pede, si 19
manu, si gibbus, si lippus, si albuginem 20
habens in oculo, si iugē scabiē, si impetiginē in corpore, vel hernioſus. Omnis 21
qui habuerit maculā de semine Aarō sacerdotis, nō accedet offerre hostias Dño,
nec panes Deo suo: vescetur tamē pa- 22
nibus qui offeruntur in sanctuario, ita 23
dūtaxat, vt intra velū nō ingrediatur, nec
accedat ad altare, ℣qui' maculā habet, &
cōtaminare nō debet sanctuarium meū.
Ego Dñs qui sanctifico eos. Locutus 24
est ergo Moyses ad Aarō, & ad filios ei⁹, & ad omnē Israël cuncta quę fuerāt sibi
imperata. CAP. XXII.

LOcutus quoque est Dñs ad Moysen, 1
dicēs, Loquere ad Aarō & ad filios 2
eius, vt caueāt ab his quæ cōsecrata sunt filiorū Israël, & nō cōtaminēt nomē sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. ego
Dñs. Dic ad eos, & ad posteros eorum: 3
Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ cōsecrata sunt, & quę obtulerunt filij Israël Dño, in quo est immunditia, peribit coram Dño. ego sum
Dñs. Homo de semine Aarō qui fuerit 4
leprosus, aut patiens fluxum seminis, nō vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immun-
℣tanget dum super mortuo, & ex quo egreditur
MS.H. C. G semē quasi coitus, & qui⁹ tangit' repti- 5
le, & quodlibet immundū, cuius tactus est sordidus, immundus erit vsq. ad ve- 6
℣corpus sperum, & non vescetur his quæ sanctiſuum MS. ficata sunt: sed cū lauerit ℣carnem suam'
G. *Textus* aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus 7
autē Rad. vescetur de sanctificatis, quia cibus illi⁹
H. & C. est. ℣Morticinum & captum à bestia nō 8
consonat. comedēt, nec polluentur in eis. ego sum
Exo. 22, 31. Dñs. Custodiant præcepta mea, vt non 9
Exec. 44, 31 subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cū polluerint illud. ego Dñs qui
sanctifico eos. Omnis alienigena non 10
comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescētur ex
eis. Quē autem sacerdos emerit, & qui 11
vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet 12
ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. sin autem vidua, vel repudiata, & 13
absq. liberis reuersa fuerit ad domū patris sui: sicut puellacōsueuerat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena come- 14
dēdi ex eis non habet potestatem. Qui comederit de sanctificatis per ignorātiā, addet quintā partē cum eo quod come- 15
dit, & dabit sacerdoti in sanctuariū. Nec cōtaminabunt sanctificata filiorū Israël, 16
quæ offerunt Dño: ne fortè sustineant iniquitatem delicti sui, cùm sanctificata comederint. ego Dñs qui sanctifico eos. 17
Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, 18
Loquere ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Israël, dicesq. ad eos, Homo de domo Israël, & de aduenis qui habitāt apud vos, qui obtulerit oblationem suā vel vota soluēs, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum 19
Dñi, vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex 20
capris: si maculā habuerit, nō offeretis, 21
neq. erit acceptabile. ℣Homo qui ob- Deu.
tulerit victimam pacificorum Dño, vel Eccl.
vota soluēs, vel spōte offerēs, tā de bob' quā de ouibus, immaculatum offeret, vt
acceptabile sit: omnis macula non erit in 22
eo. Si cæcum fuerit, si fractū, si cicatricē habens, si papulas, aut scabiē, aut impetiginē: nō offeretis ea Dño, nec adole-
bitis ex eis super altare Dñi. Bouem & 23
ouē aure & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autē ex eis solui nō
potest. 24
Omne animal quod vel contritis, vel tonsis, vel sectis ablatisq. testiculis est, nō offeretis Dño, & in terra vestra 25
hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenæ nō offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata sunt omnia: nō susci- 26
pietis eā. Locutusque est Dñs ad Moy- 27
sen, dicens, Bos, ouis, & capra cùm genita fuerint, septē diebus erunt sub hubere matris suæ: die autē octauo, & de-
inceps offerri poterunt Dño. Siue illa 28
bos, siue ouis, nō immolabuntur vna die
cum fœtibus suis. Si immolaueritis 29
hostiam pro gratiarum actione Dño, vt
possit esse placabilis, eodē die comedetis eā, nō remanebit quicquam in mane 30
alterius diei. ego Dñs. Custodite man- 31
data mea, & facite ea. ego Dñs. Ne pol- 32
luatis nomē meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorū Israël. Ego Dñs qui
sanctifico vos, & eduxi de Terra-Ae- 33
gypti, vt essem vobis in Deum. ego Dominus. CAP. XXIII.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicēs, 1
Loquere filiis Israël, & dices ad 2
eos: Hæ sunt feriæ Dñi, quas vocabitis Exo.
sanctas. Sex diebus facietis opus: dies 3
septimus, quia sabbathi requies est, vocabitur sanctus. omne opus non facietis
in eo. sabbathum Domini est in cunctis
habitationibus vestris. Hæ sunt ergo 4
feriæ Domini sanctæ, quas celebrare de- Exo. 23.
betis temporibus suis. Mense primo, Nu. 28.
5

quarta-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est: & quintadecima die mensis huius, solēnitas azymorum Dñi est. Septē dieb⁹ azyma comedetis. dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusq.: omne opus seruile nō facietis in eo: sed offeretis sacrificiū in igne Dño septē diebus. dies autem septimus erit celebrior & sanctior: nullumq. seruile opus facietis in eo'. Locutusq. est Dominus ad Moysen, dicēs, Loquere filiis Israēl, & dices ad eos, Cùm ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & messueritis segetē, feretis ‖ manipulos' spicarū primitias messis vestrę ad sacerdotē. qui eleuabit fasciculū corā Dño, vt ‖ acceptabile' sit pro vobis, altero die Sabbathi, & sanctificabit illum. Atque in eodē die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustū Dñi. Et libamenta offerentur cū eo, duæ decimæ similæ cōsperſæ oleo in incēsum Dñi, odoremq. suauissimum: liba quoq. vini, quarta pars hin. Panē, & polentā, & pultes nō cōedetis ex segete, vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cūctisq. habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi in quo obtulistis manipulū primitiarū septem hebdomadas plenas, vsq. ad alterā diē expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium nouū Dño ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarū duos de duab⁹ decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Dñi. Offeretisq. cū panibus septē agnos immaculatos anniculos, & vitulū de armēto vnū, & arietes duos, & erūt in holocaustū cū libamentis suis, in odorē suauissimum Dño. Facietis & hircū pro peccato, duosq. agnos anniculos hostias pacificorū. Cumq. eleuauerit eos sacerdos cū panibus primitiarum corā Dño*, cedēt in vsum eius. Et vocabitis hūc diē celeberrimū, atq. sanctissimū: omne opus seruile non facietis in eo. Legitimū sempiternū erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris. Postquā autē messueritis segetem terræ vestræ, nō secabitis eā vsq. ad solū: ‖ nec remanētes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. ego sum Dñs Deus vester. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israēl: Mēse septimo, prima die mēsis, erit vobis sabbathū, memoriale, clāgētibus tubis, & vocabitur sanctū: omne op⁹ seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustū Dño. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicēs, ‖ Decimo die mēsis huius septimi, dies expiationū erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq. animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Dño. Omne opus seruile nō facietis in tēpore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dñs Deus vester. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quæ operis quippiā fecerit, delebo eā de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimū sempiternū erit vobis in cūctis generationibus, & habitationibus vestris. sabbathū requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mēsis. A vespera vsq. ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra. Et locutus est Dñs ad Moysen, dicēs, Loquere filiis Israēl, A quintodecimo die mēsis huius septimi, erūt feriæ tabernaculorū septem diebus Dño. Dies primus vocabitur celeberrimus atq. sanctissimus: omne opus seruile nō facietis in eo. Et septē diebus offeretis holocausta Dño. ‖ dies quoq. octauus erit celeberrimus atq. sanctissimus, & offeretis holocaustum Dño: est enim cœtus atque collectæ: omne opus seruile non facietis in eo. Hæ sunt feriæ Dñi, quas vocabitis celeberrimas atq. sanctissimas, offeretisq. in eis oblationes Dño, holocausta & libamēta iuxta ritū vniuscuiusq. diei; Exceptis sabbathis Dñi, donisq. vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ spōte tribuetis Dño. A quintodecimo ergo die mēsis septimi, quando cōgregaueritis oēs fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Dñi septē diebus. die primo & diē octauo erit sabbathū, id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq. palmarū, & ramos ligni dēsarū frondiū, & salices de torrente, & lætabimini corā Dño Deo vestro. celebrabitisq. solēnitatē eius septē diebus per annū. legitimū sempiternum erit in generationibus vestris. Mēse septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septē diebus. omnis qui de genere est Israēl, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israēl, cū educerem eos de Terra-Aegypti. ego Dñs Deus vester. Locutusq. est Moyses sup solēnitatib⁹ Dñi ad filios Israēl.

CAP. XXIIII.

ET locutus est Dñs ad Moysen, dicēs, Præcipe filiis Israēl, vt afferant tibi oleū de oliuis purissimū ac lucidum, ad cōcinnandas lucernas iugiter, extra velum testimonij in tabernaculo fœderis. Ponetq. eas Aarō à vespere vsq. in manè coram Dño, cultu rituq. perpetuo in generationibus vestris. Super candelabrū mundissimū ponētur semper in cōspectu Dñi. Accipies quoq. similā, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebūt duas decimas: quorū senos altrinsecus super mēsam purissimā corā Dño statues; & pones super eos thus lucidissimū, vt sit panis in monimētū oblationis ‖ Dñi'. Per singula sabbatha mutabūtur corā Dño susceptī à filiis Israēl

1 MS. H. C.G. A Rad. antē legitur. ‖ manipulū H.C. Pluralium-mero viūtur Septuaginta.

‖ acceptabilis MS. Rad.

Deu. 16,9

*cum duobus agnis, H.C.G.

Sup. 19,9

Deu. 24,19

Sup. 16,30 Nu. 29,7

‖ Domino 1 MS. H. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fœdere sempiterno: ‖eruntq. Aarõ & filiorum eius, vt comedãt eos in loco sancto: quia sanctũ sanctorũ est de sacrificiis Dñi iure perpetuo. Ecce aũt egressus filiꝰ mulieris Israëlitidis, quẽ pepererat de viro Aegyptio inter filios Israël, iurgatus est in castris cum viro Israëlite. Cumq. blasphemasset nomẽ Dñi, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autẽ mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.) Miseruntq. eum in carcerem, donec nossent quid iuberet Dñs.

Qui locutus est ad Moysen, dicẽs, Educ blasphemum extra castra, & ponant oẽs qui audierunt, manus suas super caput eiꝰ, & lapidet eum populꝰ vniuersus.

Et ad filios Israël loquẽris, Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Dñi, morte moriatur: lapidib. opprimet eum omnis multitudo -populi', siue ille ciuis, siue peregrinꝰ fuerit. Qui blasphemauerit nomẽ Dñi, morte moriatur.

‖Qui percusserit, & occiderit hominẽ, morte moriatur. Qui percusserit animal, ʰreddet' vicariũ, id est animã pro anima. Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuiũ suorũ: ‖sicut fecit, sic fiet ei: fractura pro fractura, oculum pro oculo, dẽtẽ pro dẽte restituet. qualẽ inflixerit maculã, talẽ sustinere cogetur. Qui percusserit iumẽtum, ʰreddet' aliud. Qui percusserit hominẽ, punietur. Aequum iudiciũ sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dñs Deus vester. Locutusque est Moyses ad filios Israël, & eduxerũt eũ qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibꝰ oppresserũt. Feceruntq. filij Israël sicut præceperat Dñs Moysi.

CAP. XXV.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen in mõte Sinai, dicẽs, Loquere filiis Israël & dices ad eos, Quando ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis, ‖sabbathizet* sabbathũ ʰDñi'. Sex annis seres agrum tuũ, & sex annis putabis vineã tuã, colligesq. fructus eius: septimo autẽ anno sabbathũ erit terræ, requietionis Dñi: agrũ nõ seres, & vineã nõ putabis. Quę spõte ʰgignet' humus, nõ metes: & vuas primitiarũ tuarũ non colliges quasi vindemiã: annus enim requietiõis terræ est: sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ* & mercenario tuo, & aduenæ qui ʰperegrinatur' apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quæ nascuntur, præbebunt cibũ. Numerabis quoq. tibi septẽ hebdomadas annorũ, id est septies septẽ, quæ simul faciunt annos quadraginta nouẽ: & clãges buccina mẽse septimo, decima die mensis, propitiationis tẽpore in vniuersa terra vestra. Sãctificabisq. annum quinquagesimum, & vocabis remissionẽ cunctis habitatorib. terræ tuæ, ipse est enim iubileꝰ. Reuertetur homo ad possessionẽ suã, & vnusquisq. rediet ad familiã pristinã: quia iubileus est & quinquagesimus annus. Nõ seretis atq. metetis spõte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, ob sanctificationẽ iubilei, sed statim ʰoblata comedetis. Anno iubilei redient oẽs ad possessiones suas. quãdo vẽdes quippiã ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrẽ tuũ, sed iuxta numerũ annorũ iubilei emes ab eo, & iuxta supputationẽ frugum vẽdet tibi. Quãto plures anni remãserint post iubileum, tãto crescet & pretium: & quãto minus tẽporis numeraueris, tãto minoris & emptio cõstabit. tẽpus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere cõtribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dñs Deus vester. Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea: vt habitare possitis in terra absq. vllo pauore, & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsq. ad saturitatẽ, nullius impetum formidãtes. Quòd si dixeritis, Quid comedemꝰ anno septimo, si nõ seuerimꝰ, neq. collegerimꝰ fruges nostras? Dabo benedictionẽ meã vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorũ: seretisq. anno octauo, & comedetis veteres fruges vsq. ad nonum annũ: donec noua nascãtur, edetis vetera. Terra quoq. nõ vẽdetur in perpetuũ: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. vnde cũcta regio possessionis vestræ sub redẽptionis cõditione vẽdetur. Si attenuatus frater tuus vẽdiderit possessiunculã suã, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vẽdiderat. sin autẽ nõ habuerit proximũ, & ipse pretium ad redimẽdum potuerit inuenire: cõputabuntur fructus ex eo tẽpore quo vẽdidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicq. recipiet possessionẽ suã. quòd si nõ inuenerit manus eius vt reddat pretium: habebit emptor quod emerat, vsq. ad annum iubileum. In ipso enim omnis venditio ʳ edibit ad Dñm, & ad possessorẽ pristinum. Qui vẽdiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. si nõ redemerit, & anni circulus fuerit euolutꝰ, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi nõ poterit, etiã in iubileo. Sin autẽ in villa fuerit domus, quæ muros nõ habet, agrorum iure vẽdetur. si antè redẽpta nõ fuerit, in iubileo reuertetur ad dñm. Aedes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi: si redẽptæ nõ fuerint, in iubileo reuertentur ad dños, quia domꝰ vrbium ʰLeuitarum' pro possessionib. sunt inter filios Israël. Suburbana autẽ eorum nõ veneãt, quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenã & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quã dedisti.

Exo. 29, 33 Mat. 12, 4 Sup. 8, 31

-2 MS. H. C. G. At à Rad. non tollitur.

Exo. 21, 12 ʰreddat MS. Rad. G. Futurũ verò vt Textus habet, est R. H. & C.

Mat. 5, 38 Exo. 21, 24 Deu. 19, 21 ʰreddat MS. Rad.

Exo. 23, 10 *populꝰ o. *terra H. C. G. Textus Rad. conformis est.

ʰDño MS. R. H. C. G. Pro Textu Rad. facit.

ʰgignit MS. Rad. G.

*tue 7 MS. Rad. H. C. G.

ʰperegrinãtur MS. R. H. C. Textus aũt Rad. cõsentit, & ad G. accedit.

ʰLeuitarum MS. Rad. Vide quæ textui occurrunt, sic, R. H. C. & G. respondent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. Pecuniã tuã non dabis ei 37
ad vsurã, & frugũ superabundantiã non exiges. Ego Dns Deus vester, qui edu- 38
xi vos de Terra-Aegypti, vt darẽ vobis Terrã-Chanaã, & essem vester Deꝰ. Si 39
paupertate cõpulsus vẽdiderit se tibi frater tuus, nõ eum opprimes seruitute famulorũ, sed quasi mercenarius & colo- 40
nus erit: vsq. ad annũ iubileũ operabitur apud te, & postea egredietur cũ liberis 41
suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionẽ patrũ suorũ. mei enim serui 42
sunt, & ego eduxi eos de Terra-Aegypti. nõ veneãt cõditione seruorũ: ne affligas 43
eũ per potentiã, sed metuito Deũ tuum.
Seruꝰ & ancilla sint vobis de nationibꝰ 44
quę in circuitu vestro sunt. Et de adue- 45
nis qui peregrinãtur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos: & hæreditario iure trãs- 46
mittetis ad posteros, ac possidebitis in æternũ. fratres aũt vestros filios Israël ne opprimatis per potẽtiã. Si inualuerit a- 47
pud vos manꝰ aduenæ atq. peregrini, & attenuatus frater tuꝰ vẽdiderit se ei, aut cuiquã de stirpe eius: post vẽditionem 48
potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eũ, & patruus, & patrue- 49
lis, & cõsanguineus, & affinis. Sin autẽ & ipse potuerit, redimet se, supputatis dũ- 50
taxat annis à tẽpore vẽditionis suæ vsq. in annũ iubileũ: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerũ & rationẽ mercenarij supputata. Si plures fue- 51
rint anni qui remanẽt vsq. ad iubileum, secũdùm hos reddet & pretium. si pau- 52
ci, ponet rationẽ cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: nõ affliget eũ 53
violenter in cõspectu tuo. Quòd si per 54
hæc redimi nõ potuerit, anno iubileo egredietur cũ liberis suis. Mei enim sunt 55
serui, filij Israël, quos eduxi de Terra-Aegypti.

CAP. XXVI.

Exo.20,4 Deut.5,8 Psa.96,7
EGo Dns Deus vester, ‖ Non facietis 1
vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignẽ lapidẽ ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. ego enim sum Dns Deus vester. Custodite sabbatha 2
Deu.28,1 mea, & pauete sanctuarium meum. ego Dns. ‖ Si in prẽceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias tẽporibus 3 4
suis, & terra gignet germẽ suũ, & pomis arbores replebuntur. Apprehẽdet messium tritura vindemiã, & vindemia occupabit sementẽ: & comedetis panẽ vestrũ in saturitate, ‖ & absq. pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacẽ in fi- 5
Iob 11,19 nibꝰ vestris: dormietis, & nõ erit qui exterreat. Auferã malas bestias: & gladius nõ trãsibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruẽt coram 6 7
vobis. persequẽtur quinq. de vestris cẽ- 8
tũ alienos, & centũ de vobis decẽ millia: cadent inimici vestri gladio in cõspectu 9
vestro. Respiciã vos, & crescere faciã: multiplicabimini, & firmabo pactũ meũ 10
vobiscũ. Comedetis vetustissima veterũ, & vetera nouis superueniẽtibus ꝓ- 11
icietis. Ponã tabernaculũ meũ in medio vestri, & nõ abiiciet vos anima mea. 12
‖ Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq. eritis populꝰ meus. Ego Dns 13
Deꝰ vester, qui eduxi vos de Terra-Aegyptiorũ, ne seruiretis eis, & qui cõfregi catenas ceruicũ vestrarũ, vt incederetis erecti. ‖ Quòd si nõ audieritis me, nec fe- 14
ceritis omnia mãdata mea, [a]si' spreueritis leges meas, & iudicia mea cõtẽpseritis, vt nõ faciatis ea quæ à me cõstituta sunt, & ad irritũ perducatis pactũ meũ: 15
ego quoq. hæc faciam vobis, * Visitabo vos *velociter in egestate, & ardore, qui cõficiat oculos vestros, & cõsumat animas vestras. Frustra seretis sementẽ, quæ 16
ab hostibꝰ deuorabitur. Ponã faciẽ meã cõtra vos, & corruetis corã hostibus vestris, & subiiciemini his qui oderunt vos. fugietis nemine persequente. Sin autẽ 17 18
nec sic obedieritis mihi, addã correptiones vestras septuplũ propter peccata vestra, & conterã superbiã duritiæ vestrę. Daboq. vobis cęlum dẽsuper sicut ferrũ, 19
& terrã æneã. Cõsumetur incassum labor vester, nõ ꝓferet terra germẽ, nec ar- 20
bores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addã plagas vestras vsq. in sep- 21
tuplum propter peccata vestra: immittãq. in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatẽ cũcta redigant, desertæq. fiant viæ vestræ. 22
Quòd si nec sic volueritis recipere disciplinã, sed & ambulaueritis ex aduerso 23
mihi: ego quoq. cõtra vos aduersus incedã, & percutiã vos septies propter pec- 24
cata vestra. inducãq. super vos gladiũ vltorẽ fœderis mei. Cumq. cõfugeritis 25
in vrbes, mittã pestilentiã in medio vestri, & trademini in manibus hostium, 26
postquã confregero baculum panis vestri: ita vt decẽ mulieres in vno clibano coquãt panes, & reddãt eos ad põdus; & comedetis, & nõ saturabimini. Sin aũt 27
nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis cõtra me: & ego incedã aduersus 28
vos in furore cõtrario, & corripiã vos septẽ plagis propter peccata vestra, ita vt 29
comedatis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum. destruã excelsa vestra, & simulachra *confringam. Cadetis 30
inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea, in tantũ vt 31
vrbes vestras redigã in solitudinẽ, & deserta faciã sanctuaria vestra, nec recipiã 32
vltrà odorẽ suauissimũ. Dispergãq. terrã vestrã, & stupebũt super ea inimici vestri, cùm habitatores illius fuerint. vos 33
autẽ dispergam in Gentes, & euaginabo

[a] & si 2 MS. H. C. ‖ sed MS. R. G.
* Et H. C. G.
* quoque MS. Textui vt hoc, & præcedenti loco Rad. suffragatur.
*vestra 6 MS. H. C. G. A R ad. autem non legitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

post vos gladiũ, eritq. terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. Tũc placebũt terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis in terra hostili, sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suę, eò quòd nõ requieuerit in sabbathis vestris quãdo habitabatis in ea. Et qui de vobis remãserint, dabo pauorẽ in cordibus eorũ in regionib. hostiũ, terrebit eos sonitus folij volãtis, & ita fugiẽt quasi gladiũ: cadent nullo persequẽte, & corruẽt singuli super fratres suos quasi bella fugiẽtes, nemo vestrũ inimicis audebit resistere. peribitis inter Gẽtes, & hostilis vos terra cõsumet. Quòd si & de iis aliqui remãserint, tabescẽt in iniquitatib. suis, in terra inimicorũ suorũ, & ꝓpter peccata patrũ suorũ & sua affligẽtur: donec cõfiteãtur iniquitates suas, & ᵃmaiorũ suorũ', quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerũt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego cõtra eos, & inducã illos in terrã hostilẽ, donec erubescat incircũcisa mẽs eorũ: tũc orabũt pro impietatibus suis.

Et recordabor fœderis mei quod pepigi cũ Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoq. memor ero: quæ cũ relicta fuerit ab eis, cõplacebit sibi in sabbathis suis, patiẽs solitudinẽ propter illos. Ipsi verò rogabũt pro pecatis suis, cò quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. Attamẽ etiã cùm esset in terra hostili, nõ penit' abieci eos, neq. sic despexi vt cõsumerẽtur, & irritũ facerẽ pactum meũ cũ eis. Ego enim sũ Dñs De' eorũ, & recordabor fœderis mei pristini, quãdo eduxi eos de Terra-Aegypti in cõspectu Gentiũ, vt essem De' eorũ. ego Dñs -Deus'. Hæc sũt iudicia atq. præcepta & leges, quas dedit Dñs inter se & inter filios Israël in monte Sinai per manum Moysi.

ᵃmalorum suorum recordẽtur o.

- 3 MS. H.C.G.

CAP. XXVII.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicẽs, Loquere filiis Israël, & dices ad eos, Homo qui votũ fecerit, & spoponderit ᵇDeo' animã suã, sub æstimatione dabit pretiũ. Si fuerit masculus à vicesimo anno vsq. ad sexagesimũ annum, dabit quinquaginta siclos argẽti ad mensuram sanctuarij: si mulier, triginta. A quinto aũt anno vsq. ad vicesimũ, masculus dabit viginti siclos: fœmina decem. Ab vno mẽse vsq. ad annũ quintũ, pro masculo dabuntur quinq. sicli: pro fœmina tres. Sexagenarius & vltrà masculꝰ dabit quindecim siclos: fœmina decẽ. Si pauper fuerit, & *æstimationem reddere nõ valebit, stabit corã sacerdote: & quãtũ ille æstimauerit, & viderit eum posse reddere, tantũ dabit. Animal aũt quod immolari potest Dño, si quis vouerit*, sanctũ erit, & mutari nõ poterit, id est, nec melius malo, nec peius bono. quòd si mutauerit: & ipsum quod mutatũ est, & illud pro quo mutatũ est, consecratũ erit

ᵇDomino MS.R.H. G.C.

* ad 2 MS. A R. *autem & Rad. nõ legitur.*

*Domino 1 MS. Rad. H.C.G.

11 Dño. Animal *immundũ quod immolari Dño nõ potest, si quis vouerit, adduce-
12 tur ante sacerdotẽ. qui diiudicãs vtrũ
13 bonũ an malũ sit, statuet pretiũ. quod si dare voluerit is qui offert, addet super
14 æstimationẽ quintã partẽ. Homo si vouerit domũ suã, & sanctificauerit Dño, cõsiderabit eã sacerdos vtrũ bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit
15 cõstitutũ, venũdabitur: sin autẽ ille qui vouerat, voluerit redimere eã, dabit quintã partẽ æstimationis suprà, & habebit
16 domũ. Quòd si agrũ possessionis suæ vouerit, & cõsecrauerit Dño: iuxta mẽsurã semẽtis æstimabitur pretium. si triginta modiis hordei seritur terra, quin-
17 quaginta siclis venũdetur argẽti. Si statim ab anno incipiẽtis iubilei vouerit agrũ, quãto valere potest, tãto æstimabi-
18 tur. sin autẽ post aliquantũ tẽporis: supputabit sacerdos pecuniã iuxta annorũ, qui reliqui sunt, numerũ vsq ad iubileũ,
19 & detrahetur ex pretio. Quòd si voluerit redimere agrũ ille qui vouerat, addet quintã partẽ æstimatæ pecuniæ, & pos-
20 sidebit eũ. Sin autẽ noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eũ qui vouerat redimere nõ poterit:
21 quia cũ iubilei venerit dies, sanctificãbꝰ erit Dño, & possessio consecrata ad ius
22 pertinet sacerdotũ. Si ager emptus est, & nõ de possessione maiorũ sanctificatus
23 fuerit Dño, supputabit sacerdos iuxta annorũ numerũ vsq. ad iubileũ, pretiũ:
24 & dabit ille qui vouerat eũ, Dño. in iubileo autẽ reuertetur ad priorẽ dñm qui vẽdiderat eũ, & habuerat in sorte possessionis suæ.
25 Omnis æstimatio siclo sanctuarij põderabitur. ‖ Siclus viginti obo-
26 los habet. ‖ Primogenita quæ ad ᵇDeũ' pertinẽt, nemo sanctificare poterit & vouere, siue bos, siue ouis fuerit: Dñi sunt.
27 Quòd si immundũ est animal, redimet qui obtulit iuxta æstimationẽ ᵇsuam', & addet quintã partẽ pretij. si redimere noluerit, vẽdetur alteri quantũcunq. fuerit
28 antè æstimatũ. Omne quod Dño cõsecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, nõ veniet, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum
29 sanctorum erit Dño. Et omnis cõsecratio quæ offertur ab homine, nõ redime-
30 tur, sed morte morietur. Oẽs decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis ar-
31 borum, Dñi sunt, & illi sanctificãtur. Si quis autem voluerit redimere decimas
32 suas, addet quintã partẽ earũ. Omnium decimarũ bouis & ouis - & capræ', quæ sub pastoris virga trãseunt, quidquid de-
33 cimũ venerit, sanctificabitur Dño. Non eligetur nec bonũ nec malum, nec altero cõmutabitur. si quis mutauerit: & quod mutatũ est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Dño, & nõ redimetur.
34 Hæc sunt præcepta quæ mãdauit Dñs Moysi ad filios Israël in monte Sinai.

*autem MS.H.C. G.

Exo.30.
Num.3.
Ezec.45.

ᵇDomini MS. R. Rad.H.C. G.

ᵇtuã MS. H.Q.

Ioſ.6.24.

- R.H.C. G. Rad MS.C Rad. leg tur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LIBER NVMERI,

HEBRAICE VAIEDABBER, ID EST, ET LOCVTVS EST. CAP. I.

1 LOcutusq. est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mẽsis secũdi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens: ¶ Tollite summã vniuersæ cõgregationis filiorũ Israël per cognationes & domos suas, & nomina singulorũ, quicquid sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, omnium virorum fortium ex Israël, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aarõ. Eruntq. vobiscũ principes tribuum ac domorũ in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina, De Rubẽ, Elisur filius Sedeur. De Simeon, Salamiel filius Surisaddai. de Iuda, Nahasson filius Aminadab. de Issachar, Nathanaël filius Suar. de Zabulõ, Eliab filius Helon. Filiorum autem Ioseph, de Ephraim, Elisama filius Ammiud. de Manasse, Gamaliel filiꝰ Phadasseur. De Bẽiamin, Abidan filius Gedeõnis: de Dan, Ahiézer filiꝰ Ammisaddai. de Aser, Phegiel filius Ochran. de Gad, Eliasaph filius Duel. de Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribꝰ & cognationes suas, & capita exercitus Israël: quos tulerũt Moyses & Aaron cũ omni vulgi multitudine, & cõgregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorũ à vicesimo anno & suprà, sicut præceperat Dñs Moysi. Numeratiq. sunt in deserto Sinai. De Ruben primogenito Israëlis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitũ singulorũ, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedẽtium ad bellũ, quadraginta sex millia quingẽti. De filiis Simeõ per generationes * & familias ac domos cognationũ suarũ recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedentiũ ad bellũ, quinquaginta nouẽ millia trecenti. De filiis Gad per generationes* & familias ac domos cognationum suarũ recẽsiti sunt per nomina singulorũ à viginti annis & suprà, omnes qui ad bella procederẽt, quadragintaquinq. millia sexcenti quinquaginta. De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ, per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcẽti. De filiis Issachar, per generationes & familias ac domos cognationum suarũ, per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui ad bella procederẽt, recẽsiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringẽti. De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, quinquaginta septẽ millia quadringenti. De filiis Ioseph, filiorum Ephraim per generationes, familias, ac domos cognationũ suarum recensiti sunt per nomina singulorũ à vicesimo anno & supra, omnesqui poterãt ad bella procedere, quadraginta millia quingenti. Porrò filiorũ Manasse per generationes & familias ac domos cognationũ suarum recẽsiti sunt per nomina singulorũ à viginti annis & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, triginta duo millia ducẽti. De filiis Ben-iamin per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ recẽsiti sunt nominibus singulorũ à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterãt ad bella procederẽ, triginta quinq. millia quadringẽti. De filiis Dã per generationes, & familias ac domos cognationũ suarũ recẽsiti sunt nominib. singulorũ à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, sexaginta duo millia septingẽti. De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationũ suarum recẽsiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia & mille quingenti. De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominib. singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, quĩquagintatria millia quadringẽti. Hi sunt quos numerauerũt Moyses & Aarõ, & duodecim principes Israël, singulos per domos cognationũ suarũ. Fueruntq. omnis numerus filiorũ Israël per domos & familias suas à vicesimo anno & suprà, qui poterãt ad bella procedere, sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. Leuitæ autẽ in tribu familiarum suarum nõ sunt numerati cum eis. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicẽs: Tribum Leui noli numerare, neq. pones summã eorum cum filiis Israël: sed cõstitue eos super tabernaculũ testimonij & cũcta vasa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculũ & omnia vtẽsilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cùm proficiscẽdum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cùm ‖ castra metanda', erigẽt. quisquis ‖ externorum' accesserit, occidetur. Metabuntur autem castra filij Israël vnusquisq. per turmas & cuneos atq. exercitum suum. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israël, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonij. Fecerunt ergo filij Israël iuxta omnia quę præceperat Dñs Moysi.

Exo. 30, 12

*suas MS. H.C.G.

*suas MS. H.C.G.

‖ castrametandum, ‖ MS. Q.n. ‖ exterorũ MS. ‖ extraneorum, Rab.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. II.

LOcutúsq. est Dñs ad Moysen & Aarõ, dicens, Singuli, per turmas, signa, atq. vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur. ‖filiorum' Israël, per gyrũ tabernaculi fœderis. Ad Orientem Iudas figet tẽtoria per turmas exercitus sui: eritq. princeps filiorũ eius Nahasson filius Aminadab. & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuagintaquatuor millia ‖sexcẽtorum'. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorũ princeps fuit Nathanaël filius Suar. & omnis numerus pugnatorum eius quinquagintaquatuor millia quadringẽti. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helõ. omnisq. de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquagintaseptem millia quadringẽti. Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringẽti: & per turmas suas primi egredientur. In castris filiorũ Ruben ad meridianã plagam erit princeps Elisur filius Sedeur. & cũctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suri-saddai. & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quinquagintanouem millia trecẽti.

In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. & cunctus exercitus pugnatorũ eius, qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcẽti quinquaginta.

Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, cẽtum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscẽtur. Leuabitur autẽ tabernaculũ testimonij per officia Leuitarũ & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur.

Ad Occidentalẽ plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. cunctus exercitus pugnatorũ eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingẽti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorũ princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. cũctusq. exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, trigintaduo millia ducẽti. In tribu filiorum Ben-iamin princeps fuit Abidã filius Gedeõnis. & cũctus exercitus pugnatorum eius, qui recẽsiti sunt, triginta quinque millia quadringẽti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, cẽtum octo millia cẽtum per turmas suas: tertij proficiscẽtur. Ad Aquilonis partẽ castra metati sunt filij Dan: quorũ princeps fuit Ahi-ézer filius Ammi-saddai. cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, sexagintaduo millia septingenti.

Iuxta eum fixere tẽtoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. cunctus exercitus pugnatorum ei', qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingẽti. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. cunctus exercitus pugnatorũ eius, quinquaginta tria millia quadringenti.

Omnes qui numerati sunt in castris Dã, fuerunt cẽtum quinquagintaseptẽ millia sexcẽti: & nouissimi proficiscentur. Hic numerus filiorum Israël, per domos cognationum suarũ & turmas diuisi exercitus, sexcẽtaitria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autẽ nõ sunt numerati inter filios Israël: sic enim præceperat Dñs Moysi. Fecerunt q. filij Israel iuxta omnia quæ mandauerat Dñs. Castra metati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

CAP. III.

HAe sunt generationes Aarõ & Moysi in die qua locutus est Dominus ad Moysen in mõte Sinai. Et hæc nomina filiorum Aarõ: ‖primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorum repletæ & cõsecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. ‖ Mortui sunt enim Nadab & Abiu cùm offerrẽt igne alienum in conspectu Dñi in deserto Sinai, absq. liberis: functiq. sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, Applica tribum Leui, & fac stare in cõspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, & excubẽt, & obseruẽt quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiãt vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. Dabisq. dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus qui ad ministrãdum accesserit, morietur. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens: Ego tuli Leuitas à filiis Israël pro omni primogenito qui aperit vuluã in filiis Israël, eruntq. Leuitæ mei. Meũ est enim omne primogenitũ ex quo percussi ‖ primogenitos in Terra-Aegypti: sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israël ab homine vsq. ad pecus, mei sunt: ego Dñs. Locutusque est Dñs ad Moysen in deserto Sinai, dicens: Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & suprà. ‖ Numerauit Moyses vt præceperat Dñs, & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. Filij Gerson: Lebni & Semei. Filij Caath: Amram, & Iesaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi, & Musi. De Gerson fuêre familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septem millia ‖quingentorum'. Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidẽtem sub principe Eliasaph

‖filij 3 MS. R. Rab.

‖ sexcenti R. Rab.

Ex.

Ia.

Exo.

Ex.

Eliasaph

liasaph filio Laël. Et habebunt excubias 25
in tabernaculo fœderis, ipsum taberna- 26
culum & operimentum eius, tentorium
quod trahitur ante fores tecti fœderis, &
cortinas atrij: tentorium quoq. quod ap-
penditur in introitu atrij tabernaculi, &
quicquid ad ritum altaris pertinet, funes
tabernaculi & omnia vtensilia eius. Co- 27
gnatio Caath habebit populos Amrami-
tas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozie-
litas. Hæ sunt familiæ Caathitarum, re-
censitæ per nomina sua: omnes generis 28
masculini ab vno mẽse & suprà, octo mil
lia sexcenti. habebunt excubias sanctua-
rij, & castrametabũtur ad meridianã pla 29
gam. Princepsq. eorum erit Elisaphã fi- 30
lius Oziel: & custodient arcam, men- 31
samq. & cãdelabrum, altaria & vasa san-
ctuarij, in quibus ministratur, & velum,
cunctamque huiuscemodi supellectilem.
Princeps autem principum Leuitarum 32
Eleazar filius Aarõ sacerdotis, erit super
excubitores custodiæ sanctuarij. At ve- 33
rò de Merari erunt populi Moholitæ &
Musitæ recẽsiti per nomina sua: omnes 34
generis masculini ab vno mẽse & suprà,
sex millia ducenti. Princeps eorum Su- 35
riel filius Abihaiel: in plaga septẽtrionali
castrametabũtur. Erũt sub custodia eo- 36
rum tabulæ tabernaculi & vectes, & co-
lumnæ ac bases earum, & omnia quæ ad
cultum huiuscemodi pertinent: colum- 37
neq. atrij per circuitũ cum basibus suis,
& paxilli cum funibus. Castrametabũ- 38
tur ante tabernaculum fœderis, id est ad
Orientalem plagam, Moyses & Aaron cũ
filiis suis, habentes custodiã sanctuarij in
medio filiorũ Israël. quisquis alienus ac-
cesserit, morietur. Omnes Leuitæ quos 39
numerauerunt Moyses & Aaron iuxta
præceptũ Dñi per familias suas in genere
masculino à mẽse vno & suprà, fuerunt
viginti duo millia. Et ait Dñs ad Moy- 40
sen, Numera primogenitos sexus mascu-
lini de filiis Israël ab vno mẽse & suprà,
& habebis summã eorũ. Tollesq. Leui- 41
tas mihi pro omni primogenito filiorum
Israël, ego sum Dñs: & pecora eorũ pro
vniuersis primogenitis pecorum filiorum
Israël. Recẽsuit Moyses sicut præceperat 42
Dñs primogenitos filiorũ Israël. & fue- 43
runt masculi per nomina sua, à mẽse vno
& suprà, viginti duo millia ducẽti septua-
gintatres. Locutusq. est Dñs ad Moy- 44
sen, dicens: Tolle Leuitas pro primoge- 45
nitis filiorum Israël, & pecora Leuitarũ
pro pecoribus eorum: erũtq. Leuitæ mei.
ego sum Dñs. In pretio autem ducen- 46
torum septuagintatrium qui excedũt nu-
merum Leuitarũ de primogenitis filiorũ
Israël, accipies quinq. siclos per singula 47
capita ad mensurã sanctuarij. ‖ Siclus ha
bet viginti obolos. Dabisq. pecuniam 48
Aaron & filiis eius pretium eorũ qui su-
pra sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam 49
eorum qui fuerãt amplius, & quos rede-
merat à Leuitis pro primogenitis filio- 50
rum Israël, mille trecentorum sexagin-
taquinq. siclorum iuxta pondus sanctua-
rij, & dedit eam Aaron & filiis eius iu- 51
xta verbum quod præceperat sibi Dñs.

Exo. 30, 13. Lev. 27, 25. Eze. 45, 12. Lef. 18, 16.

CAP. IIII.

1 LOcutusq. est Dñs ad Moysen & Aa-
2 ron, dicens: Tolle summã filiorum
Caath de medio Leuitarum per domos
3 & familias suas, à tricesimo anno & su-
prà vsq. ad quinquagesimũ annum, om-
nium qui ingrediuntur vt stent & minis-
4 trent in tabernaculo fœderis. Hic est
cultus filiorum Caath, Tabernaculũ fœ-
5 deris & Sanctum sanctorum ingredietur
Aaron & filij eius, quando mouẽda sunt
castra, & deponent velum quod pendet
ante fores, inuoluẽtq. eo arcam testimo-
6 nii, & operient rursum "velamen' "hian-
thinarum' pellium, extendentq. desuper
pallium totum hyacinthinum, & indu-
7 cent vectes. Mẽsam quoq. propositionis
inuoluẽt hyacinthino pallio, & ponẽt cũ
ea thuribula & mortariola, cyathos, &
cratéras ad liba fundenda: panes semper
8 in ea erunt: extendentq. desuper palliũ
coccineum, quod rursum operient vela-
mento "hianthinarum' pellium, & induc ẽt
9 vectes. Sument & pallium hyacinthinũ
quo operient candelabrum cum lucernis
& forcipibus suis & emunctoriis & cun-
ctis vasis olei, quę ad concinnãdas lucer-
10 nas necessaria sunt: & super omnia po-
nent operimentum "hianthinarum' pelliũ,
11 & inducent vectes. Necnõ & altare au-
reum inuoluent hyacinthino vestimen-
to, & extendent desuper operimentum
"hianthinarum' pellium, inducẽtq. vectes.
12 Omnia vasa quibus ministratur in san-
ctuario, inuoluent hyacinthino pallio, &
extendent desuper operimentum "hian-
thinarum' pellium, inducentque vectes.
13 Sed & altare mundabunt cinere, & in-
14 uoluent illud purpureo vestimento, po-
nentq. cum eo omnia vasa quibus in mi-
nisterio eius vtuntur, id est, ignium rece-
ptacula, fuscinulas ac tridẽtes, vncinos &
batilla. Cuncta vasa altaris operiẽt simul
velamine "hianthinarum' pellium, & in-
15 ducent vectes. Cumq. "inuoluerint Aa-
ron & filij eius sanctuariũ & omnia vasa
eius in cõmotione castrorum, tunc intra-
bunt filij Caath vt portent inuoluta: &
non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in ta-
16 bernaculo fœderis: super quos erit Elea
zar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curã
pertinet oleũ ad concinnandas lucernas,
& compositionis incẽsum, & sacrificium
quod semper offertur, & oleũ vnctionis:
& quicquid ad cultum tabernaculi perti-
net, omniumq. vasorũ quæ in sanctuario
17 sunt. Locutusq. est Dñs ad Moysen &
18 Aaron, dicens: Nolite perdere populum
19 Caath de medio Leuitarũ: sed hoc facite eis, vt viuant, & nõ moriantur, si tetigerint

" velamine MS. R. Rab. H.C. G.
" hyacinthinarum MS. R. Rab. G. Q.n.
" hyacinthinarum MS.R.G.
" hyacirthinarum MS.R.G.
" hyacinthinarum MS.R.G.
" hyacinthinarum MS. R.G.
" inuoluerit R.H.C. At Textui G. *suffraganter.*
" hyacinthinarum MS. R.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gerint Sancta ſanctorum. Aaron & filij
eius intrabunt,ipſiq.diſponēt ‖opera' ſin-
gulorum, & diuident quid portare quis
debeat. Alij nulla curioſitate videāt quæ 20
ſunt in ſanctuario priuſquā inuoluantur,
alioquin morientur. Locutusq. eſt Dñs 21
ad Moyſen,dicens: Tolle ſummā etiam 22
filiorum Gerſon per domos ac familias
& cognationes ſuas, à triginta annis & 23
ſuprà,vſq. ad annos quinquaginta. Nu-
mera omnes qui ingrediuntur & mini-
ſtrāt in tabernaculo fœderis. Hoc eſt 24
officium familiæ Gerſonitarum, vt por- 25
tent cortinas tabernaculi & tectum fœ-
deris operimentum aliud,& ſuper omnia
velamen ‖ianthinum' tentoriumq. quod
pendet in introitu tabernaculi fœderis,
cortinas atrij,& velum in introitu quod 26
eſt ante tabernaculum. Omnia quæ ad
altare pertinent, funiculos & vaſa mini-
ſterij, iubēte Aaron & filiis eius,portā- 27
bunt filij Gerſon: & ſciēt ſinguli cui de-
beant oneri mācipari. Hic eſt cultus fa- 28
miliæ Gerſonitarum in tabernaculo fœ-
deris,eruntq.ſub manu Ithamar filij Aa-
ron ſacerdotis. Filios quoq. Merari per 29
familias & domos patrum ſuorum recē-
ſebis à triginta annis & ſuprà, vſque ad 30
annos quinquaginta, omnes qui ingre-
diuntur ad officium miniſterij ſui & cul-
tum fœderis teſtimonij. Hæc ſunt onera 31
eorum:Portabunt tabulas tabernaculi &
vectes eius, columnas ac baſes earum,
columnas quoq.atrij per circuitum cum 32
baſibus & paxillis & funib.ſuis. Omnia
vaſa & ſupellectilem ad numerum accī-
pient, ſicq.portabunt. Hoc eſt officium 33
familiæ Meraritarum & miniſterium in
tabernaculo fœderis:eruntque ſub manu
Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Recen- 34
ſuerunt igitur Moyſes & Aaron & prin-
cipes ſynagogæ filios Caath per cogna-
tiones & domos patrum ſuorum à tri- 35
ginta annis & ſuprà,vſq.ad annum quin-
quageſimum,omnes qui ingrediuntur ad
miniſterium tabernaculi fœderis: & in- 36
uēti ſunt duo millia ſeptingēti quinqua-
ginta. Hic eſt numerus populi Caath 37
qui intrāt tabernaculū fœderis : hos nu-
merauit Moyſes & Aaron iuxta ſermo-
nem Dñi per manum Moyſi. Numerati 38
ſunt & filij Gerſon per cognationes, &
domos patrum ſuorum, à triginta annis 39
& ſuprà, vſq.ad quinquageſimū annum,
omnes qui ingrediūtur vt miniſtrent in
tabernaculo fœderis: & inuēti ſunt duo 40
millia ſexcēti triginta. Hic eſt populus 41
Gerſonitarū,quos numerauerunt Moyſes
& Aaron iuxta verbum Dñi. Numerati 42
ſunt & filij Merari per cognationes &
domos patrum ſuorum à triginta annis 43
& ſuprà,vſq. ad annum quinquageſimū,
omnes qui ingrediūtur ad explēdos ritus
tabernaculi fœderis : & inuēti ſunt tria 44
millia ducēti: hic eſt numerus filiorum 45
Merari, quos recēſuerunt Moyſes & Aa-
rō iuxta imperium Dñi per manū Moy-
46 ſi. Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis,
& quos * fecit ad nomē Moyſes & Aarō,
& principes Iſraēl per cognationes & do-
47 mos patrum ſuorum à triginta annis &
ſuprà, vſq. ad annum quinquageſimum,
ingrediētes ad miniſterium tabernaculi,
48 & onera portanda, fuerunt ſimul octo
49 millia quingēti octoginta. Iuxta verbum
Dñi recēſuit eos Moyſes, vnumquemque
iuxta officium & onera ſua,ſicut præce-
perat ei Dominus. CAP. V.

1 LOcutusq. eſt Dñs ad Moyſen, dicēs:
2 Præcipe filiis Iſraēl, vt eiiciant de
caſtris omnem leproſum , & qui ſemine
3 fluit, pollutusq. eſt ſuper mortuo: tam
maſculū quàm feminā eiicite de caſtris,
ne cōtaminent ea,cùm habitauerint vo-
4 biſcū. Feceruntq. ita filij Iſraēl,& eie-
cerunt eos extra caſtra,ſicut locutus erat
5 Dñs Moyſi. Locutusq.eſt Dñs ad Moy-
6 ſen , dicens: Loquere ad filios Iſraēl,
‖Vir ſiue mulier cùm fecerint ex omni-
bus peccatis quæ ſolēt hominibus acci-
dere,& per negligentiā trāſgreſſi fuerint
7 mandatum Dñi,atq.deliquerint, confi-
tebūtur peccatum ſuum,& reddēt ipſum
caput, quintamq.partē dē ſuper ei in quē
8 peccauerint. Sin autē nō fuerit qui re-
cipiat,dabūt Dño,& erit ſacerdotis,exce
pto ariete qui offertur pro expiatione,vt
9 ſit placabilis hoſtia. Omnes quoq.primi-
tiæ quas offerunt filij Iſraēl, ad ſacerdotē
10 pertinēt: & quicquid in ſanctuariū offer-
tur à ſingulis, & traditur manibus ſacer-
11 dotis, ipſius erit. Locutusq. eſt Dñs ad
12 Moyſen,dicēs: Loquere ad filios Iſraēl,
& dices ad eos: Vir cuius vxor errauerit,
13 maritumq. cōtemnens dormierit cum
altero viro,& hoc maritus deprehendere
non quiuerit, ſed latet adulterium,& te-
ſtibus argui nō poteſt,quia non eſt inuē-
14 ta in ſtupro: ſi ſpiritus zelotypiæ cōci-
tauerit virum cōtra vxorem ſuā,quę vel
polluta eſt,vel falſa ſuſpicione appetitur:
15 adducet eā ad ſacerdotē, & offeret ob-
lationē pro illa decimā partē ſati farinæ
hordeaceæ: nō fundet ſuper eā oleū,nec
imponet thus:quia ſacrificium zelotypię
16 eſt,& oblatio inueſtigās adulterū. Offe-
ret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram
17 Dño. aſſumetq.aquā ſanctā in vaſe fictī-
li,& pauxillum terrę de pauimēto taber-
18 naculi mittet in eā. Cumq.ſteterit mu-
lier in conſpectu Dñi, diſcooperiet caput
eius, & ponet ſuper manus illius ſacrifi-
cium recordationis, & oblationē zeloty-
piæ: ipſe autem tenebit aquas amariſſi-
mas,in quibus cum execratione maledi-
19 cta cōgeſſit. adiurabitq.eam,& dicet:Si
nō dormiuit vir alienus tecum, & ſi non
polluta es deſerto mariti thoro,nō te no-
cebūt aquę iſtę amariſſimę,in quas ma-
20 ledicta cōgeſſi. Sin autē declinaſti à viro
tuo,atq.polluta es,& cōcubuiſti cum al-
21 tero viro: his maledictionibus ſubiace-

bis:

* Vonera MS q.R.

* hyacinthinum MS.R.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bis: Det te Dñs in maledictionẽ, exem-
plumq. cunctorum in populo ‖suo'. pu-
trescere faciat femur tuũ, & tumẽs ute-
rus tuus disrumpatur. ingrediãtur aquæ 22
maledictæ in ventrem tuum, & utero tu-
mescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen. Scribetque sa- 23
cerdos in libello ista maledicta, & dele-
bit ea aquis amarissimis, in quas male-
dicta congesserit, & dabit ei bibere. Quas 24
cùm exhauserit, tollet sacerdos de ma- 25
nu eius sacrificium zelotypiæ, & eleua-
bit illud corã Dño, imponetq. illud super
altare: ita duntaxat ut prius, pugillum 26
sacrificij tollat de eo quod offertur, & in-
cendat super altare: & sic potum det mu-
lieri aquas amarissimas. Quas cùm bi- 27
berit, si polluta est, & cõtempto uiro ad-
ulterij rea, pertrãsibunt eã aquæ maledi-
ctionis, & inflato ventre cõputrescet fe-
mur: eritq. mulier in maledictionẽ, & in
exemplum omni populo. Quòd si pol- 28
luta non fuerit, erit innoxia, & faciet li-
beros. Ista est lex zelotypiæ. Si declina 29
uerit à uiro suo, & si polluta fuerit, ma- 30
rituſq. zelotypiæ spiritu cõcitatus addu-
xerit eã in cõspectu Dñi, & fecerit ei sa-
cerdos iuxta omnia quæ scripta sunt,
maritus absq. culpa erit, & illa recipiet 31
iniquitatem suam. CAP. VI.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, 1
Loquere ad filios Israël, & dices ad 2
eos: Vir siue mulier cũ fecerint votũ ut
sanctificentur, & se voluerint Dño cõse-
crare: à uino, & omni quod inebriare 3
potest, abstinebunt. Acetũ ex uino, & ex
qualibet alia potione, & quicquid de uua
exprimitur, nõ bibent: uuas recentes ficcasq. nõ comedẽt cunctis diebus quibus 4
ex uoto Dño cõsecrãtur: quicquid ex uinea esse potest, ab uua passa usq. ad acinum nõ comedent. Omni tempore se- 5
parationis suæ ‖ nouacula nõ ‖transibit' ‖per' caput eius usq. ad completum diem
quo Dño consecratur. Sanctus erit, cre-
scẽte cæsarie capitis eius. Omni tẽpore 6
consecrationis suæ super mortuum non
ingredietur, nec super patris quidem &
matris & fratris sororisq. funere cõtami- 7
nabitur, quia consecratio Dei sui super
caput eius est. Omnibus diebus separa- 8
tionis suæ sanctus erit Dño. Sin autem 9
mortuus fuerit subitò quispiam corã eo,
polluetur caput cõsecrationis eius: quod
radet ilico in cadẽ die purgationis suæ, &
rursum septima. in octaua autẽ die offe- 10
ret duos turtures, uel duos pullos colũbæ
sacerdoti in introitu fœderis testimonij.
facietq. sacerdos unum pro peccato, & 11
alterum in holocaustum, & deprecabitur
pro eo, quia peccauit super mortuo: san-
ctificabitq. caput eius in die illo: & cõ- 12
secrabit Dño dies separationis illius, of-
ferẽs agnum anniculum pro peccato: ira
tamen ut dies priores irriti fiant, quoniã
polluta est sanctificatio eius. Ista est lex 13
consecrationis: Cùm dies quos ex uoto
decreuerat, cõplebuntur: adducet eum ad
14 ostium tabernaculi fœderis, & offeret
oblationem eius Dño, agnum anniculum
immaculatum, in holocaustum, & ouem
anniculã immaculatã pro peccato, & a-
rietẽ immaculatum, hostiam pacificam,
15 canistrum quoq. panum azymorum qui
conspersi sint oleo, & lagana absque fer-
mẽto uncta oleo, ac libamina singulorũ:
16 quæ offeret sacerdos coram Dño, & fa-
ciet tam pro peccato, quàm in holocau-
17 stum. Arietẽ uerò immolabit hostiam
pacificam Dño, offerẽs simul canistrum
azymorum, & libamenta quæ ex mo-
18 re debentur. ‖ Tũc radetur nazaræus an- Act. 21, 24.
te ostiũ tabernaculi fœderis cæsarie con-
secrationis suæ: tolletque capillos eius,
& ponet super ignem, qui est suppositus
19 sacrificio pacificorum. Et armũ coctum
arietis, tortamq. absque fermento unam
de canistro, & laganum azymum unum,
& tradet in manus nazaræi, postquàm
20 rasum fuerit caput eius. Susceptaque
rursum ab eo, eleuabit in cõspectu Dñi:
& sanctificata sacerdotis erunt, sicut pe-
ctusculum quod separari iussum est, &
femur. posthæc potest bibere nazaræus
21 uinum. Ista est lex nazaræi, cũ uouerit
oblationem suã Dño tempore consecra-
tionis suæ, exceptis his quæ inuenerit
manus eius. iuxta quod mente deuoue-
rat, ita faciet ad perfectionem sanctifica-
22 tionis suæ. Locutusq. est Dñs ad Moy-
23 sen, dicens, Loquere Aarõ & filiis eius,
Sic benedicetis filiis Israël, & dicetis eis:
24 Benedicat tibi Dominꝰ, & custodiat te.
25 Ostendat Dñs faciem suam tibi, & mi-
26 sereatur tui. Conuertat Dominus vul-
27 tum suum ad te, & det tibi pacẽ. Inuo-
cabuntq. nomen meum super filios Is-
raël, & ego benedicam eis.

CAP. VII.

1 FActum est autẽ in die qua compleuit
Moyses tabernaculũ, & erexit illud:
‖ unxitq. & sanctificauit cum omnibus Exo. 40, 18
uasis suis, altare similiter & omnia uasa
2 eius: Obtulerunt principes Israël & ‖ R. H. C.
capita familiarum, ‖qui erant per singu- G. A Rab.
las tribus, præfecti eorum qui numerati autem non
3 fuerant, munera corã Dño sex plaustra tollitur.
tecta cum duodecim bobus. Unũ plau- ‖quæ MS.
strum obtulêre duo duces, & unum bo- R. Rab.
4 uem singuli, obtuleruntq. ea in conspe-
5 ctu tabernaculi. Ait autẽ Dñs ad Moy-
sen, Suscipe ab eis ut seruiãt in minis- ‖testimo-
terio tabernaculi*, & trades ea Leuitis iu- nij 1 MS.
6 xta ordinem ministerij sui. Itaque cùm H. C. G.
suscepisset Moyses plaustra, & boues, ‖ea 4 MS.
7 tradidit ‖eos' Leuitis. Duo plaũstra & R. G.
quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta
8 id quod habebãt necessarium. quatuor
alia plaustra, & octo boues dedit filiis
Merari secundũ officia & cultũ suũ, sub
9 manu Ithamar filij Aarõ sacerdotis. fi-
liis autẽ Caath non dedit plaustra & bo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ues: quia in sanctuario seruiunt, & onera propriis portãt humeris. Igitur obtulerunt duces in dedicationẽ altaris, die qua vnctum est, oblationẽ suam ante altare.

Dixitq. Dñs ad Moysen, Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris. Primo die obtulit oblationem suam Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda: fueruntque in ea acetabulum argenteum pondo centũ triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij, vtrumq. plenũ simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ ex decẽ siclis aureis plenũ incenso: bouẽ de armẽto, & arietẽ, & agnum anniculũ in holocaustũ: hircumq. pro peccato: & in sacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinq;, hircos quinq., agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Nahasson filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanaël filius Suar, dux de tribu Issachar, acetabulum argenteũ appendẽs centũ triginta siclos, phialam argenteã habentẽ septuaginta siclos, iuxta põdus sanctuarij, vtrũque plenum simila cõsperſa oleo in sacrificium: mortariolum aureum habẽs decẽ siclos plenũ incenso: bouẽ de armento, & arietem, & agnũ anniculum in holocaustum: hircumque pro peccato: & in sacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinq., agnos anniculos quinq. hæc fuit oblatio Nathanaël filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulõ Eliab filius Helõ, obtulit acetabulũ argenteum appendens centum triginta siclos, phialã argenteã habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumq. plenum simila cõsperſa oleo in sacrificium: mortariolum aureũ appẽdens decẽ siclos plenum incenso: bouẽ de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: hircumq pro peccato: & in sacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinq., hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filij Helõ. Die quarto princeps filiorũ Rubẽ, Elisur filius Sedeur obtulit acetabulũ argenteũ appendẽs centũ triginta siclos, phialam argenteã habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumq. plenum simila cõsperſa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendens decem siclos plenũ incẽso: bouẽ de armento, & arietẽ, & agnum anniculum in holocaustum; hircumque pro peccato: & in [a]hostias pacificorum boues duos, arietes quinq., hircos quinq., agnos anniculos quinq. hæc fuit oblatio Elisur filij Sedeur. Die quinto princeps filiorũ Simeõ Salamiel filius Suri-saddai obtulit acetabulum argenteum appendens centũ triginta siclos, phialam argenteã habentẽ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumq. plenũ simila consperſa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decẽ siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq., hircos quinque, agnos anniculos quinq. hæc fuit oblatio Salamiel filij Suri-saddai. Die sexto princeps filiorum Gad Eliasaph filius Duel, obtulit acetabulũ argenteũ appendens centum triginta siclos, phialã argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumque plenum simila cõsperſa oleo in sacrificiũ: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq. hæc fuit oblatio Eliasaph filij Duel. Die septimo princeps filiorũ Ephraim Elisama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialã argẽteam habentẽ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureũ appendens decẽ siclos plenum incenso: bouẽ de armento, & arietẽ, & agnum anniculum in holocaustũ: hircumq. pro peccato: & in hostias pacificorũ, boues duos, arietes quinque, hircos quinq., agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Elisama filij Ammiud. Die octauo princeps filiorũ Manasse Gamaliel filius Phadassur, obtulit acetabulũ argenteũ appendẽs centũ triginta siclos, phialam argenteam habentẽ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ aureũ appendẽs decẽ siclos, plenũ incenso: bouẽ de armento, & arietẽ, & agnum anniculum in holocaustum: hircumque pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq., hircos quinq., agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadassur. Die nono princeps filiorũ Ben-iamin Abidan filius Gedeõnis, obtulit acetabulum argenteum appendens centũ triginta siclos, phialã argenteã habẽtẽ septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureũ appendens decẽ siclos plenum incenso: bouẽ de armento, & arietem, & agnum anniculũ in holocaustũ: hircumq. pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeõnis. Die decimo princeps filiorũ Dan Ahiézer filius Ammi-saddai obtulit acetabulum argenteum appendens cẽtum triginta siclos, phialam argenteã habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarij, vtrum-

[a] sacrificio MS. R. [a] sacrificiũ H.C.G.

vtrumque plenũ ſimila conſperſa oleo in
ſacrificium: mortariolum aureũ appen- 68
dens decẽ ſiclos plenum incẽſo: bouem 69
de armẽto, & arietẽ, & agnũ anniculũ in
holocauſtum: hircumque pro peccato: 70
& in hoſtias pacificorum boues duos, 71
arietes quinque, hircos quinquę, agnos
anniculos quinque. hæc fuit oblatio A-
hi-ézer filij Ammi-ſaddai. Die vndeci- 72
mo princeps filiorum Aſer, Phegiel filius
Ochran, obtulit acetabulũ argenteum 73
appendens centũ triginta ſiclos, phialam
argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad
põdus ſanctuarij, vtrumq. plenum ſimila
cõſperſa oleo in ſacrificiũ: mortariolũ 74
aureũ appendẽs decẽ ſiclos plenũ incẽſo:
bouẽ de armento, & arietem, & agnum 75
anniculũ in holocauſtum: hircumq. pro 76
peccato: & in hoſtias pacificorũ boues 77
duos, arietes quinque, hircos quinque,
agnos anniculos quinque. hæc fuit obla-
tio Phegiel filij Ochrã. Die duodecimo 78
princeps filiorũ Nephthali Ahira filius
Enan, obtulit acetabulum argenteũ ap- 79
pendens centum triginta ſiclos, phialam
argenteam habentẽ ſeptuaginta ſiclos ad
pondus ſanctuarij, vtrumque plenum ſi-
mila oleo cõſperſa in ſacrificium: mor- 80
tariolum aureum appendens decẽ ſiclos,
plenum incenſo: bouem de armento, & 81
arietẽ, & agnum anniculum in holocau-
ſtum: hircumq. pro peccato: & in ho- 82
ſtias pacificorũ boues duos, arietes quin- 83
que, hircos quinque, agnos anniculos
quinq;. hæc fuit oblatio Ahira filij Enã.

Hæc [a]in dedicationem' altaris [b]oblata 84
ſunt' à principibus Iſraël, in die qua con-
ſecratũ eſt: acetabula argẽtea duodecim:
phialæ argenteæ duodecim: mortariola
aurea duodecim: ita vt centum triginta 85
ſiclos argẽti haberet vnum acetabulũ, &
ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id
eſt, in commune vaſorum omniũ ex ar-
gẽto ſicli duo millia quadringẽti, ponde-
re ſanctuarij. mortariola aurea duode- 86
cim plena incenſo, denos ſiclos appẽden-
tia pondere ſanctuarij: id eſt, ſimul auri
ſicli centũ viginti; boues de armento in 87
holocauſtũ duodecim, arietes duodecim,
agni anniculi duodecim, & libamẽta eo-
rũ: hirci duodecim pro peccato. In ho- 88
ſtias pacificorum, boues vigintiquatuor,
arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni
anniculi ſexaginta. Hæc [a]oblata ſunt in
[a]dedicationem' altaris, quãdo' vnctũ eſt.

Cũq. ingrederetur Moyſes tabernaculũ 89
fœderis, vt cõſuleret oraculum, audiebat
vocẽ loquẽtis ad ſe de propitiatorio quod
erat ſuper arcam teſtimonij inter duos
Cherubim, vnde & loquebatur ei.

CAP. VIII.

LOcutusq. eſt Dñs ad Moyſen, dicens, 1
Loquere Aarõ, & dices ad eũ, Cùm 2
poſueris ſeptẽ lucernas, [b]cãdelabrum in
auſtrali parte erigatur. Hoc igitur præci-
pe vt lucernæ contra boreã è regione re-
ſpiciãt ad menſam panũ propoſitionis',
contra eã partẽ quã candelabrũ reſpicit,
3 lucere debebunt. Fecitq. Aaron, & im-
poſuit lucernas ſuper candelabrum, vt
4 præceperat Dñs Moyſi. Hæc autẽ erat
factura candelabri, Ex auro ductili, tam
medius ſtipes quàm cũcta quę ex vtroq.
calamorum latere naſcebãtur: iuxta ex-
emplũ quod oſtẽdit Dñs Moyſi, ita ope-
5 ratus eſt candelabrum. Et locutus eſt
6 Dñs ad Moyſen, dicẽs, Tolle Leuitas ex
medio filiorum Iſraël, & purificabis eos
7 iuxta hunc ritum: Aſpergãtur aqua lu-
ſtrationis, & radant omnes pilos carnis
ſuæ. Cumque lauerint veſtimenta ſua, &
8 mundati fuerint, tollẽt bouẽ de armen-
tis, & libamentum eius ſimilã oleo con-
ſperſam; bouẽ autẽ alterũ de armento tu
9 accipies pro peccato: & applicabis Le-
uitas coram tabernaculo fœderis, conuo-
cata omni multitudine filiorum Iſraël.
10 Cumq. Leuitæ fuerint coram Domino,
ponent filij Iſraël manus ſuas ſuper eos,
11 & offeret Aarõ Leuitas, munus in con- *Sup. 3,6.*
ſpectu Dñi à filiis Iſraël, vt ſeruiant in *1 Eſd. 6,18*
12 miniſterio eius. Leuitæ quoque ponent
manus ſuas ſuper capita boũ, è quib. vnũ
facies pro peccato, & alterũ in holocau-
13 ſtũ Dñi, vt depreceris pro eis. Statuesq.
Leuitas in cõſpectu Aarõ & filiorũ eius,
14 & cõſecrabis oblatos Dño, ac ſeparabis
15 de medio filiorum Iſraël, vt ſint mei: &
poſtea ingrediãtur tabernaculum fœde-
ris, vt ſeruiant mihi. Sicq. purificabis &
16 conſecrabis eos in oblationẽ Dñi: quo-
niã dono donati ſunt mihi à filiis Iſraël.
¶ Pro primogenitis quæ aperiũt omnem *Sup. 3,13.*
17 vuluam in Iſraël, accepi eos. Mea ſunt *Exod. 13,2.*
enim omnia primogenita filiorũ Iſraël, *Luc. 2,32.*
tam ex hominibus quàm ex iumẽtis. Ex
die quo percuſſi omne primogenitum in
18 Terra-Aegypti, ſanctificaui eos mihi: &
tuli Leuitas pro cunctis primogenitis fi-
19 liorũ Iſraël: tradidiq. eos dono Aarõ &
filiis eius de medio [a]populi', vt ſeruiant [a] filiorum
mihi pro Iſraël in tabernaculo fœderis, Iſraël r
& orent pro eis ne ſit in populo plaga, ſi MS.H.C.
20 auſi fuerint accedere ad ſanctuariũ. Fe- G.
cerũtq. Moyſes & Aarõ & omnis multi-
tudo filiorũ Iſraël ſuper Leuitis quę præ-
21 ceperat Dñs Moyſi: purificatiq. ſunt, &
lauerunt veſtimenta ſua. Eleuauitq. eos
Aarõ in cõſpectu Dñi, & orauit pro eis,
22 vt purificati ingrederẽtur ad officia ſua
in tabernaculum fœderis coram Aaron &
filiis eius. Sicut præceperat Dñs Moyſi
23 de Leuitis, ita factum eſt. Locutusque
24 eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Hæc eſt
lex Leuitarũ, A viginti quinque annis &
ſupra, ingrediẽtur vt miniſtrẽt in taber-
25 naculo fœderis. Cũq. quinquageſimum
annum ætatis impleuerint, ſeruire ceſſa-
26 bũt: erũtq. miniſtri fratrũ ſuorũ in taber
naculo fœderis, vt cuſtodiãt quæ ſibi fue
rint cõmendata, operę aũt ipſa nõ faciãt.
Sic diſpones Leuitis in cuſtodiis ſuis.

[a] in dedicatione MS. R. Rab.
[a] dedicatio H.C.G.
[b] H.C.G.
[a] dedicatione MS. R.
[a] dedicatio altarũ, poſtquam H. C. G.
[b] MS. R. H. C.G: At à Rab. ſeguntur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. IX.

1 LOcutus est Dñs ad Moysen in deserto Sinai anno secundo, postquam egressi sunt de Terra-Aegypti, mẽse primo, dicens, 2 Faciant filij Israël Phase in tempore suo, 3 quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. 4 Præcepitq. Moyses filiis Israël vt facerẽt Phase. 5 Qui fecerũt tẽpore suo: quartadecima die mẽsis ad vesperã in mõte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filij Israël. 6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterãt facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aarõ, 7 dixerũt eis, Immũdi sumus super anima hominis: quare fraudamur vt nõ valeam⁹ oblationem offerre Dño in tẽpore suo inter filios Israël? 8 Quibus respondit Moyses, State vt consulam quid præcipiat Dns de vobis. 9 Locutusque est Dñs ad Moysen, 10 dicens, Loquere filiis Israël, Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Dño 11 in mẽse secũdo, quartadecima die mẽsis ad vesperã: cum azymis & lactucis agrestibus comedẽt illud. 12 non relinquẽt ex eo quippiã vsq. manè, ‖ & os eius non cõfringent, omnẽ ritum Phase obseruabunt. Exo. 12,46. Ioh. 19,36. 13 Si quis autẽ & mundus est, & in itinere nõ fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificiũ Dño nõ obtulit tempore suo: peccatũ suũ ipse portabit. 14 Peregrinus quoq. & aduena si fuerint apud vos, faciẽt Phase Dño iuxta ceremonias & iustificationes suas. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ. 15 Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. Exod. 40,4 A vespere autem super tẽtorium erat quasi species ignis vsque manè. 16 sic fiebat iugiter. per diẽ operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. 17 Cũq. ablata fuisset nubes quæ tabernaculũ protegebat, tunc proficiscebãtur filij Israël: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabãtur. 18 Ad imperium Dñi proficiscebãtur, & ad imperiũ illius figebant tabernaculũ. ‖ 1 Cor. 10, 1 Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: 19 & si euenisset vt multo tẽpore maneret super illud, erant filij Israël in excubiis Dñi, & non proficiscebantur 20 quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculũ. Ad imperiũ Dñi erigebant tẽtoria, & ad imperiũ illius deponebãt. 21 Si fuisset nubes à vespere vsque manè, & statim diluculo tabernaculũ reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctem recessisset, disipabant tentoria. 22 Si verò biduo aut vno mense vel longiori tẽpore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israël in eodẽ loco, & nõ proficiscebantur: statim autem vt recessisset, 23 mouebant castra. Per verbũ Dñi figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erantque in excubiis Domini iuxta imperiũ eius per manũ Moysi.

CAP. X.

1 LOcutusq. est Dñs ad Moysen, dicẽs, 2 Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus cõuocare possis multitudinẽ quãdo mouenda sunt castra. 3 Cumq. increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. 4 Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israël. 5 Si autem prolixior atq. concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi 6 qui sunt ad orientalẽ plagam. In secũdo autẽ sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabũt tẽtoria qui habitant ad meridiem. & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem. 7 Quando autem cõgregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & nõ concisè vlulabunt. 8 Filij aũt Aaron sacerdotis clangent tubis: eritq. hoc legitimum sempiternũ in generationibus vestris. 9 Si exieritis ad bellũ de terra vestra cõtra hostes qui dimicãt aduersum vos, clãgetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Dño Deo vestro, vt eruamini de 10 manibus inimicorũ vestrorũ. Si quãdo habebitis epulum, & dies festos, & calẽdas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationẽ Dei vestri: ego Dñs Deus vester. 11 Anno secundo, mense secũdo, vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis: 12 profectiq. sunt filij Israël per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. 13 Mouerũtq. castra primi iuxta imperiũ Dñi per manũ Moysi. 14 ‖ Filij Iuda p turmas suas; Sup. quorũ princeps erat Nahassõ filius Aminadab. 15 In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanaël filius Suar. 16 In tribu Zabulõ erat princeps Eliab filius Helon. 17 Depositumq. est tabernaculum, quod portãtes egressi sunt filij Gerson & Merari. 18 Profectique sunt & filij Ruben, per turmas & ordinẽ suum, quorũ princeps 19 erat Helisur filius Sedeur. In tribu aũt filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel 20 filius Surí-saddai. Porrò in tribu Gad 21 erat princeps Eliasaph filius Duel. Profectique sunt & Caathitæ portantes sanctuariũ. Tamdiu tabernaculũ portabatur, 22 donec venirẽt ad erectionis locum. Mouerũt castra & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat 23 Elisama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Ga- 24 maliel filius Phadassur. & in tribu Bẽiamin erat dux Abidan filius Gedeõnis. 25 Nouissimi castrorum omniũ profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius 26 Ammi-saddai. In tribu autẽ filiorũ Aser

erat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erat princeps Phegiel filius Ochran. Et 27
in tribu filiorũ Nephthali princeps fuit
Ahira filius Enan. Hæc sunt castra, & 28
profectiones filiorum Israël per turmas
suas quando egrediebantur. Dixitque 29
Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ
cognato suo, Proficiscimur ad locũ quem
Dñs daturus est nobis: veni nobiscũ, vt
benefaciamus tibi: quia Dñs bona pro-
misit Israëli. Cui ille respondit, Non 30
vadã tecum, sed reuertar in terrã meã, in
qua natus sum. Et ille, Noli, inquit, nos 31
relinquere: tu enim nosti in quibus locis
per desertum castra ponere debeamus, &
eris ductor noster. Cumq. nobiscũ ve- 32
neris, quicquid optimũ fuerit ex opibus
quas nobis traditurus est Dñs, dabimus
tibi. Profecti sunt ergo de Monte Dñi 33
viam triũ dierũ, arcaq fœderis Dñi præ-
cedebat eos, per dies tres prouidens ca-
strorũ locũ. Nubes quoq. Dñi super eos 34
erat per diem cũ incederẽt. Cumq. ele- 35
Psal. 67,2. uaretur arca, dicebat Moyses, ‖ Surge
Dñe, & dissipentur inimici tui, & fugiãt
qui oderũt te, à facie tua. Cùm autẽ de- 36
poneretur, aiebat, Reuertere Domine ad
multitudinem exercitus Israël.

CAP. XI.

INterea ortũ est murmur populi, quasi 1
dolentiũ pro labore, cõtra Dominum.
Quod cùm audisset Dñs, iratus est. Et ac-
census in eos ignis Dñi deuorauit extre-
mã castrorum partẽ. Cumq. clamasset 2
populus ad Moysen, orauit Moyses ad
Dñm, & absorptus est ignis. Vocauitq. 3
nomen loci illius Incensio: eo quòd suc-
census fuisset cõtra eos ignis Dñi. Vul- 4
*carnium MS q. R. Rab. gus quippe promiscuum quod ascenderat
cum eis, flagrauit desiderio*, sedens &
flens, iunctis sibi pariter filiis Israël, &
1 Cor. 10,6 ait, ‖ Quis dabit nobis ad vescendũ car-
nes? Recordamur piscium quos come- 5
debamus in Aegypto gratis: in mentem
nobis veniunt cucumeres, & pepones,
porriq., & cepe, & allia. Anima nostra 6
Exo. 16,14 arida est, nihil aliud respiciunt oculi no-
Sap. 16,20 stri nisi Man. ‖ Erat autẽ Mã quasi semẽ 7
Psal. 77,24 coriandri, coloris bdellij. Circuibatque 8
Ioan. 6,31. populus, & colligẽs illud, frangebat mo-
la; siue terebat in mortatio, coquens in
olla, & faciẽs ex eo torculas saporis quasi
panis oleati. Cumq. descenderet nocte 9
super castra ros, descendebat pariter &
Man. Audiuit ergo Moyses flentem po- 10
pulũ per familias, singulos per ostia ten-
torij sui. Iratusque est furor Dñi valde:
sed & Moysi intolerãda res visa est; & 11
ait ad Dñm, Cur afflixisti seruum tuum?
quare non inuenio gratiã corã te? & cur
imposuisti pondus vniuersi populi huius
super me? Numquid ego concepi omnẽ 12
hanc multitudinẽ, vel genui eã, vt dicas
mihi, Porta eos in sinu tuo sicut portare
solet nutrix infantulũ, & defer in terram
pro qua iurasti patribus eorum? Vnde 13
mihi carnes vt dẽ tãtæ multitudini? flent
contra me, dicentes; Da nobis carnes vt
14 comedamus. Nõ possum solus sustinere
omnẽ hunc populũ, quia grauis est mihi.
15 Sin aliter tibi videtur, obsecro vt inter-
ficias me, & inueniã gratiã in oculis tuis;
16 ne tantis afficiar malis. Et dixit Dñs ad
Moysen, Congrega mihi septuaginta vi-
ros de senibus Israël, quos tu nosti quòd
senes populi sint ac magistri: & duces
eos ad ostiũ tabernaculi fœderis, facies-
17 que ibi stare tecũ, vt descẽdã & loquar
tibi: & auferã de spiritu tuo, tradamque
eis, vt sustentent tecũ onus populi, & nõ
18 tu solus graueris. Populo quoq. dices,
Sanctificamini cras: *comedetis carnes. *& 1 MS.
ego enim audiui vos dicere, Quis dabit H.C.G.
nobis escas carnium? bene nobis erat in
Aegypto. Vt det vobis Dñs carnes, & cõ-
19 edatis: non vno die, nec duobus, vel
20 quinq. aut decẽ, nec viginti quidem, sed
vsq. ad mensem dierũ, donec exeat per
nares vestras, & vertatur in nauseam: eo
quòd repuleritis Dñm qui in medio ve-
stri est, & fleueritis corã eo, dicẽtes, Qua-
21 re egressi sum° ex Aegypto? Et ait Moy- °-4 MS.
ses ad Dñm', Sexcenta millia peditum
huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis Rab. H.C.
22 esum carniũ mense integro? Numquid G.
ouium & boum multitudo cædetur, vt Iohan. 6,7.
possit sufficere ad cibum? vel ómnes pi-
sces maris in vnum congregabuntur, vt
23 eos satient? Cui respondit Dñs, ‖ Nun- Isaiæ 59.
quid manus Dñi inualida est? Iam nunc
videbis vtrum meus sermo opere com-
24 pleatur. Venit igitur Moyses, & narra-
uit populo verba Dñi, congregãs septua-
ginta viros de senibus ‖ Israël', quos stare ‖populi t
25 fecit circa tabernaculum. Descenditque MS.H.C.
Dñs per nubẽ, & locutus est ad eum, au- G. Textui
ferens de spiritu qui erat in Moyse, & Rab. auxi-
dans septuaginta viris. Cumq. requie- liatur.
uisset in eis Spiritus, prophetauerũt; nec
26 vltrà cessauerunt. Remanserant autẽ in
castris duo viri, quorum vnus vocabatur
Eldad, & alter Medad, super quos requie-
uit Spiritus. nam & ipsi descripti fuerãt,
& non exierant ad tabernaculũ. Cumque
27 prophetarent in castris, cucurrit puer,
& nuntiauit Moysi, dicens, Eldad & Me-
28 dad propheтant in castris. Statim Iosue
filius Nun, minister Moysi, & electus è
plurib°, ait, Dñe mi Moyses prohibe eos.
29 At ille, Quid, inquit, æmularis pro me?
quis tribuat vt omnis populus prophetet
30 & det eis Dñs spiritum suum? Reuer-
susq. est Moyses, & maiores natu Israël
31 in castra. ‖ Vẽtus autẽ egrediens à Dño Exo. 16,13
arreptas trans mare coturnices detulit,
& demisit in castra itinere quantum vno
die confici potest, ex omni parte castro-
rum per circuitum, volabantque in aëre
duobus cubitis altitudine super terram.
32 Surgens ergo populus toto die illo, &
nocte, ac die altero, congregauit coturni-
cum multitudinem: qui parum, decẽ co-
ros: & siccauerunt eas per gyrũ castrorũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Psal. 77, 31.

33 ¶ Adhuc carnes erant in dentibus eorũ, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor Dñi concitatus in populũ, percussit eum plaga magna nimis. 34 Vocatúsq. est ille locus Sepulchra-concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum *qui desiderauerat*. 35 Egressi autem de Sepulchris-concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

*quem percussit Dominus, quia desiderauerat carnes MS q. *carnes MS q. R. Rab.

CAP. XII.

1 LOcutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorẽ eius Aethiopissam, & dixerũt, Num per solũ Moysen locutus est Dñs? nónne & nobis similiter est locutus? Quod cùm audisset 2 Dñs, iratus est. 3 Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. 4 Statim locutus est Dñs ad eũ, & ad Aarõ & Mariã, Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cumq. fuissent egressi, 5 descẽdit Dñs in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocãs Aarõ & Mariã. Qui cùm issent, 6 dixit ad eos, Audite sermones meos, Siquis fuerit inter vos propheta Dñi, in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illũ. 7 At non talis seruus meus Moyses, ¶ qui in omni domo mea fidelissimus est: 8 ore enim ad os loquor ei: ← &' palam, & nõ per ænigmata & figuras Dñm videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi?

Heb. 3, 2.

← MS. R. Rab. C. G. Ab H. *antẽ legitur.*

9 Iratúsq. contra eos, abiit. 10 nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculũ: & ecce Maria apparuit candẽs lepra quasi nix. Cumq. respexisset eam Aarõ, & vidisset perfusam lepra, 11 ait ad Moysen, Obsecro dñe mi, ne imponas nobis hoc peccatũ quod stultè cõmisimus, 12 ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ. ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. 13 Clamauitq. Moyses ad Dñm, dicens, Deus obsecro sana eã. 14 Cui respõdit Dñs, Si pater eius spuisset in faciẽ illius, nónne debuerat saltẽ septem diebus rubore suffundi? Separetur septẽ diebus extra castra, & postea reuocabitur. 15 Exclusa est itaq. Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

CAP. XIII.

1 PRofectúsq. est populus de Haseroth fixis tẽtoriis in deserto Pharã. 2 ibiq. 3 locutus est Dñs ad Moysen, dicẽs, Mitte viros qui cõsiderent Terram-Chanáan, quã daturus sum filiis Israël, singulos de singulis tribubus, ex principibus. 4 Fecit Moyses quod Dñs imperauerat, de deserto Pharan mittẽs principes viros, 5 quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben, Sammua filium Zechur. 6 De tribu Simeon, Saphat filium Huri. 7 De tribu Iuda, Caleb filiũ Iephone. 8 De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. 9 De tribu Ephraim, Osee filiũ Nun. 10 De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. 11 De tribu Zabulon, Geddiël filium Sodi. 12 De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filiũ Susi. 13 De tribu Dan, Ammiël filiũ Gemalli. 14 De tribu Aser, Sthur filium Michaël. 15 De tribu Nephthali, Nahabi filiũ Vapsi. 16 De tribu Gad, Guël filium Machi. 17 hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandã Terram: vocauitq. Osee filiũ Nun, Iosue. 18 Misit ergo eos Moyses ad considerandam Terram-Chanáan, & dixit ad eos, Ascendite per meridianã plagam. Cumq. veneritis ad 19 montes, considerate Terrã, qualis sit: & populũ qui habitator est eius, vtrũ fortis sit an infirmus, pauci numero an plures: 20 ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, murat æ an absque mutis: humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quando iã præcoquæ vuæ vesci possunt. 22 Cumque ascendissent, explorauerunt Terrã à deserto Sin, vsq. Rohob intrantibus Emath. 23 Ascenderuntq. ad meridiẽ, & venerunt in Hebrõ, vbi erãt Achiman & Sisai & Tholmai filij enac. nam Hebron septẽ annis ante Tanim vrbem 24 Aegypti condita est. ¶ Pergentésq. vsq. ad Torrentẽ-botri, abscinderunt palmitẽ cum vua sua, quem portauerunt in veste duo viri. De malis quoque granatis & de 25 ficis loci illius tulerunt; qui appellatus est Nehel-escol, id est Torrens-botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israël. 26 Reuersiq. exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, 27 venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnẽ cœtũ filiorum Israël in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutiq. eis & omni multitudini ostenderũt fructus 28 Terræ: & narrauerunt, dicentes, Venimus in Terram ad quam misisti nos, quę reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes *atque 30 muratas: Stirpẽ enac vidimus ibi. Amalec habitat in meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis. Chananæus verò moratur iuxta mare & 31 circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait, Ascendamus, & possideamus Terrã, quoniam poterimus 32 obtinere eã. Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant, Nequaquã ad hunc populũ valemus ascẽdere, quia fortior nobis est. 33 Detraxeruntq. Terræ quam inspexerant, apud filios Israël, dicentes, Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. populus quem aspeximus, proceræ 34 staturæ est: Ibi vidimus monstra quædam filiorum enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

*atque MS H. C.

CAP. XIIII.

1 IGitur vociferans omnis turba fleuit 2 nocte illa, & murmurati sunt contra

Moysen

Moysen & Aarō cuncti filij Israël, dicen-
kes, Vtinā mortui essemus in Aegypto, &
nō in hac vasta solitudine! Vtinā pereā-
mus, & non inducat nos Dñs in Terram 3
istam, ne cadamus gladio, & vxores ac li-
beri nostri ducantur captiui. Nónne me-
lius est reuerti in Aegyptū? Dixeruntq. 4
alter ad alterum, Cōstituamus nobis du-
cem, & reuertamur in Aegyptū. Quo 5
audito Moyses & Aaron ceciderūt proni
in terram coram omni multitudine filio-
rum Israël. ¶ At verò Iosue filius Nun, 6
Exod 46,9. & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustra-
1 Mac.2,45 uerant terram, sciderunt vestimenta sua,
& ad omnē multitudinē filiorū Israël 7
locuti sunt. Terra quā circuiuimus, valde
bona est. si propitius fuerit Dñs, inducet 8
nos in eam, & tradet humū lacte & mel-
le manantē. Nolite rebelles esse contra 9
Dñm: neq. timeatis populū terrę huius,
quia sicut panē ita eos possumus deuora-
re. recessit ab eis omne præsidium: Dñs
nobiscum est, nolite metuere. Cumque 10
clamaret omnis multitudo, & lapidibus
eos vellet opprimere, apparuit gloria Dñi
super tectum fœderis cunctis ~ viden-
6 MS.H. C.G. tibus' filiis Israël. Et dixit Dñs ad Moy- 11
sen, Vsquequo detrahet mihi popul⁹ iste?
Quousq. non credent mihi in omnibus
signis quæ feci coram eis? Feriā igitur 12
eos pestilentia, atque consumam: te autē
faciam principē super gentem magnam,
& fortiorē quàm hæc est. Et ait Moy- 13
Exo.32,12. ses ad Dominum, ¶ Vt audiant Aegyptij
de quorum medio eduxisti populū istū,
& habitatores Terræ huius qui audie- 14
Exo.13,21 runt quòd tu Domine in populo isto sis,
& facie videaris ad faciem, ¶ & nubes tua
protegat illos, & in columna nubis præ-
Deu.9, 28. cedas eos per diem, & in columna ignis
per noctem: quòd occideris tantā mul- 15
titudinem quasi vnum hominem, & di-
cant, Nō poterat introducere populum 16
in Terram pro qua iurauerat: idcirco oc-
cidit eos in solitudine. Magnificetur er- 17
Psa.102,8, go fortitudo Domini sicut iurasti, dicens,
¶ Dominus patiens & multę misericor- 18
diæ, auferens iniquitatem & scelera,
nullumque innoxium derelinquens, qui
visitas peccata patrum in filios in tertiā
Exo.20, 5. & quartam generationem. Dimitte ob- 19
& 34,7. secro peccatum populi ~ tui' huius se-
~1 MS. R. H.G.G. cundum magnitudinē misericordiæ tuæ,
sicut propitius fuisti egredientibus de
Aegypto vsque ad locū istum. Dixitq. 20
Dñs, Dimisi iuxta verbum tuum. Viuo 21
ego: & implebitur gloria Domini vni-
uersa terra. Attamen omnes homines 22
qui viderunt maiestatem meam, & signa
quæ feci in Aegypto & in solitudine, &
tentauerunt me iam per decē vices, nec
obedierunt voci meæ, non videbunt 23
Isa.14,6. Sed 3MS. H.C.G. Terram pro qua iuraui patribus eorum,
nec quisquam ex illis qui detraxit mihi,
intuebitur eam. ¶ * Seruum meū Ca- 24
leb qui plenus alio spiritu secut' est me,
inducam in Terrā hanc quam circuiuit,
25 & semen eius possidebit eam. Quoniā
Amalecites & Chananæus habitant in
vallibus, cras mouete castra, & reuerti-
mini in solitudinem per viam Maris-ru-
26 bri. Locutusq. est Dominus ad Moysen Psa.105,27
27 & Aaron, dicens, ¶ Vsquequò multitu- Inf.26,65.
do hæc pessima murmurat contra me? & 32,10.
querelas filiorū Israël audiui. Dic ergo
28 eis, Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti
29 estis audiente me, sic faciam vobis. In
solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Deu.1,35.
¶ Omnes qui numerati estis à viginti an-
nis & suprà, & murmurastis contra me,
30 non intrabitis Terram super quam le-
uaui manum meam vt habitare vos fa-
cerem, ¶ præter Caleb filium Iephone, Iosue 3.
31 & Iosue filium Nun. Paruulos autem
vestros de quibus dixistis quòd prædæ
hostibus forent, introducam: vt videant
32 Terram quæ vobis displicuit. Vestra ca-
33 dauera iacebunt in solitudine. Filij
vestri erunt vagi in deserto annis qua-
draginta, & portabunt fornicationē ve-
stram, donec consumantur cadauera pa-
34 trum in deserto, iuxta numerum qua-
draginta dierum quibus considerastis Exec.4,6.
Terram: annus pro die imputabitur. ¶ Et Psal.94, 10
quadraginta annis recipietis iniquitates
35 vestras, & scietis vltionem meā: quo-
niam sicut locutus sum, ita faciam omni
multitudini huic pessimæ quę consurre-
xit aduersum me: in solitudine hac de-
36 ficiet, & morietur. Igitur omnes viri
quos miserat Moyses ad cōtemplandam 1. Cor.10,
Terram, & qui reuersi murmurare fece- 10.
rant contra eum omnem multitudinem,
detrahentes Terræ quòd esset mala,
37 ¶ mortui sunt atque percussi in con-
38 spectu Domini. Iosue autē filius Nun, Heb.3,17.
& Caleb filius Iephone vixerunt ex om- Iud.1,5.
nibus qui perrexerant ad considerandam
39 Terram. Locutusque est Moyses vni-
uersa verba hæc ad omnes filios Israël,
40 & luxit populus nimis. Et ecce mane
primo surgentes, ascenderunt verticem
montis, atque dixerunt, Parati sumus
ascendere ad locum de quo Dominus lo- Deu.1,41.
41 cutus est: quia peccauimus. Quibus
Moyses, Cur, inquit, transgredimini ver-
bum Domini, quod vobis non cedet in
42 prosperum? Nolite ascendere: nō enim
est Dominus vobiscum: ne corruatis co-
43 rā inimicis vestris. Amalecites & Cha-
nanæus ante vos sunt, quorum gladio
corruetis, eò quòd nolueritis acquiescere
44 Domino, nec erit Dñs vobiscum. At
illi contenebrati ascenderūt in verticem
montis. Arca autem testamenti Dñi &
45 Moyses nō recesserunt de castris. De-
scenditq. Amalecites & Chananæus qui
habitabat in mōte: & percutiens eos atq.
cōcidens, persecutus est eos vsq. Horma.

CAP. XV.

1 LOcutus est Dñs ad Moysen, dicens,
2 Loquere ad filios Israël, & dies ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eos, Cùm ingreſsi fueritis Terrã habitationis veſtræ quam ego dabo vobis, & 3
feceritis oblationẽ Dño in holocauſtum aut victimã pacificã vota ſoluentes, vel ſponte offerentes munera, aut in ſollemnitatibus veſtris adolentes odorẽ ſuauitatis Dño, de bobus ſiue de ouib⁹: offe- 4
ret quicumq. immolauerit victimã, ſacrificium ſimilæ, decimã partẽ ephi cõſperſã oleo, quod mẽſurã habebit quartã partem hin: & vinum ad liba fundenda 5
eiuſdẽ menſurę dabit in holocauſtũ ſiue in victimã. Per agnos ſingulos & arie- 6
tes erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum quæ conſperſa ſit oleo tertiæ partis hin, & vinum ad libamentũ ter- 7
tiæ partis eiuſdẽ menſuræ offeret in odorẽ ſuauitatis Dño. Quãdo verò de bo- 8
bus feceris holocauſtum aut hoſtiam, vt impleas votum vel pacificas victimas,
dabis per ſingulos boues ſimilæ tres 9
decimas cõſperſæ oleo, quod habeat medium menſutæ hin, & vinũ ad liba fun- 10
denda eiuſdẽ menſuræ in oblationẽ ſuauiſsimi odoris Domino. Sic ‖facies⁹ per 11
ſingulos boues & arietes & agnos & 12
hœdos. Tam indigenæ quàm peregri- 13
ni eodẽ ritu offerent ſacrificia. Vnum 14
præceptum erit atq. iudicium tam vobis 15
quàm aduenis terræ. Locutus eſt Dñs 16
ad Moyſen, dicens, Loquere filiis Iſraël, 17
& dices ad eos, Cùm veneritis in terram 18
quã dabo vobis, & comederitis de pa- 19
nibus regionis illius, ſeparabitis primitias Dño de cibis veſtris. Sicut de areis 20
primitias ſeparabitis, ita & de pulmẽ- 21
tis dabitis primitiua Dño. Quòd ſi per 22
ignorantiã præterieritis quicquã horum quæ locutus eſt Dñs ad Moyſen, & mã- 23
dauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà, oblitaq. fuerit facere mul- 24
titudo: offeret vitulum de armento, holocauſtum in odorẽ ſuauiſsimum Dño, & ſacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ poſtulant, hircumq. pro peccato. & ro- 25
gabit ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſraël: & dimittetur eis, quoniã nõ ſponte peccauerunt, nihilominus offerentes incenſum Dño pro ſe & pro pec-
cato atq. errore ſuo: & dimittetur vni- 26
uerſæ plebi filiorũ Iſraël, & aduenis qui peregrinantur inter ‖ eos⁹: quoniã culpa eſt omnis populi per ignorantiã. Quòd 27
ſi anima vna neſcieus peccauerit, offeret capram anniculã pro peccato ſuo: & de- 28
precabitur pro ea ſacerdos, quòd inſcia peccauerit corã Dño: impetrabitq. ei veniã, & dimittetur illi. Tam indigenis 29
quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. Anima verò 30
quæ per ſuperbiã aliquid cõmiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus; quoniã aduerſus Dñm rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbũ enim Dñi contẽpſit, & 31
præceptũ illius fecit irritũ: idcirco delebitur, & portabit iniquitatẽ ſuã. Factũ 32
eſt autẽ, cùm eſſent filij Iſraël in ſolitudine, & inueniſſent hominẽ colligentem
ligna in die Sabbathi, obtulerunt eum 33
Moyſi & Aarõ & vniuerſæ multitudini.
Qui recluſerunt eũ in carcerẽ, neſcien- 34
tes quid ſuper eo facere deberẽt. Dixitq. 35
Dñs ad Moyſen, Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidibus omnis turba
extra caſtra. Cumq. eduxiſſent eũ fo- 36
ras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus
eſt ſicut præceperat Dñs. Dixit quoque 37
Dñs ad Moyſen, Loquere filiis Iſraël, & 38
dices ad eos ‖ vt faciant ſibi fimbrias per
angulos palliorum, ponentes in eis vittas
hyacinthinas: quas cùm viderint, recor- 39
dentur omniũ mandatorum Dñi, nec ſequantur cogitationes ſuas & oculos per
res varias fornicantes, ſed magis me- 40
mores præceptorũ Dñi faciant ea, ſintq.
ſancti Deo ſuo. Ego Dñs Deus veſter, 41
qui eduxi vos de Terra-Aegypti, vt eſſem Deus veſter.

CAP. XVI.

ECce autẽ Core filius Iſaar, filij Ca- 1
ath, filij Leui, & Dathan atq. Abîron filij Eliab, Hon queq. filius Phaleth de
filiis Rubẽ, ſurrexerũt contra Moyſen, 2
aliiq. filiorum Iſraël ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ, & qui tempore cõſilij per nomina vocabantur.
‖ Cumq. ſtetiſſent aduerſum Moyſen 3
& Aaron, dixerunt, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorũ eſt, & in ipſis eſt Dñs: cur eleuamini ſuper populum
Dñi? Quod cùm audiſſet Moyſes, cecidit 4
pronus in faciẽ: locutuſq. ad Core & ad omnẽ multitudinẽ, Manè, inquit, no- 5
tum faciet Dñs qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi, & quos elegerit;
appropinquabunt ei. Hoc igitur facite, 6
Tollat vnuſquiſq. thuribula ſua, tu Core
& omne cõcilium tuũ: & hauſto cras igne 7
ponite deſuper thymiama corã Dño: & quemcumq. elegerit, ipſe erit ſanctus.
multũ erigimini filij Leui. Dixitq. rur- 8 9
ſum ad Core, Audite filij Leui, Num parũ vobis eſt quòd ſeparauit vos Deus Iſraël ab omni populo, & iunxit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſta-
retis corã frequentia populi, & miniſtra- 10
retis ei? idcirco ad ſe fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vo-
bis etiã ſacerdotiũ vendicetis, & omnis 11
globus tuus ſtet contra Dñm? quis eſt enim Aarõ vt murmuretis cõtra eũ? Mi- 12
ſit ergo Moyſes vt vocaret Dathã & Abîron filios Eliab. Qui reſponderunt, Non 13
venîmus. nunquid parum eſt tibi quòd eduxiſti nos de terra quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deſerto, niſi &
dominatus fueris noſtri? Reuera indu- 14
xiſti nos in terrã quæ fluit riuis lactis & mellis, & dediſti nobis poſſeſsiones agrorum & vinearũ! an & oculos noſtros vis
eruere? non venîmus. Iratuſque Moyſes 15
valde, ait ad Dñm, Ne reſpicias ſacrificia eorum: tu ſcis quòd nec aſellũ quidem

vnquam

‖facietis MS. Rab. Textus autem G. conſonat, &. R. ‖fiet H. C.

‖vos 7 MS. G. Pro textu autem faciunt R. H. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnquã acceperim ab eis, nec afflixerim quempiã eorum. Dixitq́ue ad Core, Tu, 16
& omnis congregatio tua ſtate ſeorſum corã Dño, & Aarõ die craſtino ſeparatim.
Tollite ſinguli thuribula veſtra, & po- 17
nite ſuper ea incẽſum, offerẽtes Dño, ducẽta quinquaginta thuribula: Aarõ quo-
que teneat thuribulum ſuum. Quod cũ 18
feciſſent, ſtantibus Moyſe & Aaron, & 19
coaceruaſſent aduerſum eos oẽm multitudinem ad oſtium tabernaculi, apparuit
cunctis gloria Dñi. Locutusq́ue Dñs ad 20
Moyſen & Aaron, ait, Separamini de 21
medio cõgregationis huius, vt eos repẽte diſperdã. Qui ceciderunt proni in fa- 22
ciem, atq. dixerunt, Fortiſsime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, num vño peccãte, cõtra omnes ira tua deſæuiet? Et ait 23
Dñs ad Moyſen, Præcipe vniuerſo po- 24
pulo vt ſeparetur à tabernaculis Core & Dathan & Abîron. Surrexitq́. Moyſes, 25
& abiit ad Dathan & Abîrõ: & ſequẽtib⁹ eum ſenioribus Iſraël, dixit ad turbã, 26
Recedite à tabernaculis hominum* impiorum, & nolite tãgere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ.
Cumq́. receſsiſſent à tẽtoriis eorũ per 27
circuitum, Dathã & Abîrõ egreſsi ſtabãt in introitu papilionum ſuorũ cum vxoribus & liberis, omniq́. frequentia. Et ait 28
Moyſes, In hoc ſcietis quòd Dñs miſerit me vt facerẽ vniuerſa quæ cernitis; & nõ ex proprio ea corde protulerim: Si cõ- 29
ſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cæteri viſitari ſolẽt: non miſit me Dñs. ſin autẽ nouã 30
rem fecerit Dñs, vt aperiens terra os ſuũ deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderintq́. viuẽtes in infernũ; ſcietis quòd blaſphemauerint Dominũ. Pſ.105, 17. Deut.11,6. Inf.27,3.
‖ Cõfeſtim igitur vt ceſſauit loqui, di- 31
rupta eſt terra ſub pedibus eorum: & a- 32
periẽs os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtãtia eorum.
deſcenderuntq́. viui in infernũ operti 33
humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſraël qui ſtabat per 34
gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicẽs, Ne fortè & nos terra deglutiat. Sed 35
& ignis egreſſus à Dño, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebãt incenſum. Locutusq́. eſt Dñs ad Moyſen, 36
dicẽs, Præcipe Eleazaro filio Aarõ ſacer- 37
doti vt tollat thuribula quæ iacẽt in incẽdio, & ignẽ huc illucq́. diſpergat: quoniã ſanctificata ſunt in mortibus pecca- 38
torum: producatq́. ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatum ſit in eis incenſum Dño, & ſanctificata ſint, vt cernant ea pro ſigno & monimento filij Iſraël. Tulit ergo Eleazar ſacerdos thuri- 39
bula ænea in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas, affigens altari: vt haberẽt poſt 40
ea filij Iſraël quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non eſt de ſemine Aaron ad offerendum incenſum Dño, ne patiatur ſicut paſſus eſt Core, & omnis congregatio eius, loquẽte Dño ad
41 Moyſen, Murmurauit aũt omnis multitudo filiorum Iſraël ſequenti die contra Moyſen & Aaron, dicens, Vos interfeci-
42 ſtis populum Dñi. Cumq́ue oriretur ſe-
43 ditio, & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod poſtquam ingreſsi ſunt, ope-
44 ruit nubes*, & apparuit gloria Dñi. Di-
45 xitq́. Dñs ad Moyſen, Recedite de medio huius multitudinis, etiã nunc delebo
46 eos. Cumq́ue iacerent in terra, dixit Moyſes ad Aaron, Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum déſuper, ‖ pergens citò ad populum vt roges pro eis: iã enim egreſſa eſt ira à Do-
47 mino, & plaga deſæuit. Quod cùm feciſſet Aarõ, & cucurriſſet ad mediã multitudinem, quã iam vaſtabat incendium,
48 obtulit thymiama: & ſtans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus
49 eſt, & plaga ceſſauit. Fuerunt autẽ qui percuſsi ſunt, quatuordecim millia hominum & ſeptingenti, abſq. his qui per-
50 ierant in ſeditione Core. Reuerſusq́ue eſt Aaron ad Moyſen ad oſtium tabernaculi fœderis poſtquam quieuit interitus.

*tabernaculum to MS. Rab. *illud H. C.G.

Sap.28,21.

CAP. XVII.

1 ET locutus eſt Dñs ad Moyſen, dicens,
2 Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis virgas ſingulas p cognatiões ſuas, à cunctis principibus tribuũ, virgas duodecim, & vniuſcuiuſque nomẽ ſuperſcri-
3 bes virgæ ſuæ. nomen autẽ Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas eorũ
4 familias cõtinebit: ponesq́ue eas in tabernaculo fœderis corã teſtimonio, vbi
5 loquar ad te. quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël, quibus cõ-
6 tra vos murmurãt. Locutusq́. eſt Moyſes ad filios Iſraël: & dederunt ei omnes principes virgas per ſingulas tribus: fueruntq́. virgæ duodecim abſq. virga Aa-
7 rõ. Quas cùm poſuiſſet Moyſes coram
8 Dño in tabernaculo teſtimonij, ſequẽti die regreſſus inuenit germinaſſe virgã Aarõ in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis,
9 in amygdalas deformati ſunt. Protulit ergo Moyſes omnes virgas de conſpectu Dñi ad cunctos filios Iſraël: viderunt́que
10 & receperunt ſinguli virgas ſuas. Dixitq́. Dñs ad Moyſen, Refer virgã Aarõ in tabernaculum teſtimonij, ‖ vt ſeruetur ibi in ſignũ rebellium filiorũ Iſraël, & quieſcãt querelę eorum à me; ne mo-
11 riãtur. Fecitq́. Moyſes ſicut præceperat
12 Dominus. Dixerunt autem filij Iſraël ad Moyſen, Ecce conſumpti ſumus, om-
13 nes ᵃperibimus'. quicunque accedit ad tabernaculum Domini, morietur. num vſque ad internecionem cuncti delendi ſumus?

Heb.9,4.

ᵃperiuimus MS. H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XVIII.

DIxitq. Dñs ad Aarō, Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatē sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri: sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint, & ministrent tibi: tu autē & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntq. Leuitæ ad præcepta tua, & ad cūcta opera tabernaculi: ita duntaxat, vt ad vasa sanctuarij & altare nō accedāt, ne & illi moriātur, & vos pereatis simul. sint autē tecū, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus ceremoniis eius. Alienigena nō miscebitur vobis. Excubate in custodia sāctuarij, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio sup filios Israël. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israël, & tradidi donum Dño, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eī. Tu autē & filij tui custodite sacerdotiū vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur. Locutusq. est Dñs ad Aaron, Ecce dedi tibi custodiā primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificātur à filiis Israël, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hęc ergo accipies de his quę sanctificātur, & oblata sunt Dño. Omnis oblatio, & sacrificiū, & quicquid pro peccato atq. delicto redditur mihi, & ‖cedit' in Sācta sanctorum, tuum erit, & filiorū tuorum. In sanctuario comedes illud: mares tantùm edent ex eo, quia cōsecratum est ‖tibi'. Primitias autē quas vouerint & obtulerint filij Israël, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo. qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

Oēm medullā olei, & vini, ac frumēti, quicquid offerunt primitiarum Dño, tibi dedi. Vniuersa frugum initia, quæ gignit humus, & Dño deportātur, cedent in vsus tuos. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij Israël, tuū erit. Quicquid primùm ‖erumpit' ē vulua cunctæ carnis, quā offerunt Dño, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita duntaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundū est redimi facias, cuius redemptio erit post vnum mēsem, siclis argenti quinq., pondere sanctuarij. ¶ Siclus viginti obolos habet. Primogenitū autē bouis & ouis & caprę nō facies redimi, quia sanctificata sunt Dño. sanguinē tātum eorū fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem Dño. Carnes verò in vsum tuum cedēt, sicut pectusculum cōsecratum, & armus dexter, tua erūt. Oēs primitias sanctuarij quas offerūt filij Israël Dño, tibi dedi & filiis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum ‖salis' est sempiternum coram Dño, tibi ac filiis tuis. Dixitq. Dñs ad Aaron, In terra eorum nihil ‖possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ¶ ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israël. Filiis autem Leui dedi oēs decimas Israēlis in possessionē pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: vt non accedant vltrà filij Israël ad tabernaculum, nec cōmittant peccatum mortiferum, solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione cōtēti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Locutusq. est Dñs ad Moysen, dicens, Præcipe Leuitis, atq. denuntia, Cùm acceperitis à filiis Israël decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte Dño, id est, decimā partem decimæ; vt reputetur vobis in oblationē primitiuorum, tam de areis quàm de torcularibus; & vniuersis quorū accipitis primitias, offerte Dño, & date ea Aaron sacerdoti. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Dñi separabitis, optima & electa erunt cuncta. Dicesq. ad eos, Si præclara & meliora quæq. obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: & comedetis eas in omnibus locis vestris, tā vos quàm familiæ vestræ: quia pretium est ℘ ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. Et nō peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes: ne polluatis oblationes filiorum Israël, & moriamini.

CAP. XIX.

LOcutusq. est Dñs ad Moysen & Aaron, dicens, Ista est religio victimæ, quam constituit Dñs. Præcipe filiis Israël, vt adducant ad te vaccā rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: ‖tradetisq.' eā Eleazaro sacerdoti. qui eductā extra castra, immolabit in cōspectu omnium: & ¶ tingēs digitū in sanguine eius, asperget cōtra fores tabernaculi septē vicibus, cōburetq. eam cunctis videntibus, tā pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flāmæ traditis. Lignum quoq. cedrinū, & hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammā quæ vaccā vorat. Et tunc demum, lotis vestibus, & corpore suo ingredietur in castra, commaculatusq. erit vsq. ad vesperū. Sed & ille qui cōbusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsq. ad vesperum. Colliget autem vir mūdus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israël in custodiam, & in aquam asperſionis: quia pro peccato vacca cōbusta est. Cumque lauerit qui vaccæ portauerat cineres vestimēta sua,

‖cedet MS.R.

‖Domino o.

‖erumpet MS.R. *Textui autem suffragātur* C. & G.

Exo. 30, 13
Leu. 27, 25
Sup. 3, 47.
Exc. 45, 12.

immundus

immundus erit vſque ad veſperum. Habebunt hoc filij Iſraël & aduenæ, q habitant inter eos, ſanctum iure perpetuo.
Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immũdus: 11
aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si die tertio 12
aſperſus non fuerit, ſeptimo non poterit emũdari. Omnis qui tetigerit humanæ 13
animæ morticinum, & aſperſus hac cõmiſtione non fuerit, polluet tabernaculũ Dñi, & peribit ex Iſraël: quia aqua expiationis non eſt aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum.
Iſta eſt lex hominis qui moritur in ta- 14
bernaculo: Omnes qui ingrediuntur tẽtoriũ illi⁹, & vniuerſa vaſa quæ ibi ſunt, polluta erunt ſeptem diebus. Vas quod 15
non habuerit operculum, nec ligaturam dẽſuper, immundum erit. Si quis in a- 16
gro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut ꝑſe mortui, ſiue os illius, vel ſepulchrũ, immundus erit ſeptẽ diebus. Tollentq. 17
de cineribus combuſtionis atq. peccati, & mittent aquas viuas ſuper eos in vas:
in quibus cùm homo mundus tinxerit 18
hyſſopum, aſperget ex eo omne tẽtoriũ, & cunctã ſupellectilẽ, & homines huiuſcemodi contagione pollutos: atque hoc 19
modo mundus luſtrabit immundũ tertio & ſeptimo die. expiatúſque die ſeptimo, lauabit & ſe & veſtimẽta ſua, & immũdus erit vſq. ad veſperũ. Si quis hoc ri- 20
tu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio eccleſiæ: quia ſanctuarium Dñi polluit, & nõ eſt aqua luſtrationis aſperſus. erit hoc præceptũ legitimum 21
ſempiternũ. Ipſe quoque qui aſpergit aquas, lauabit veſtimenta ſua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immũdus erit vſq. ad veſperũ. Quicquid tetigerit im- 22
mundus, immundũ faciet: & anima quæ horũ quippiã tetigerit, immunda erit vſque ad veſperum.

CAP. XX.

VEneruntq. filij Iſraël, & omnis mul- 1
titudo in deſertũ Sin, menſe primo: & mãſit populus in Cades. Mortuaq. eſt ibi Maria, & ſepulta in eodẽ loco. Cũq. 2
indigeret aqua populus, cõuenerunt aduerſum Moyſen & Aarõ, & verſi in ſe- 3
ditionẽ, dixerunt, Vtinã periiſſemus inter fratres noſtros corã Dño. ‖ Cur eduxi- 4
ſtis eccleſiã Dñi in ſolitudinẽ, vt & nos & noſtra iumenta moriamur? Quare 5
nos feciſtis aſcendere de Aegypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſsimũ, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquã non habet ad bibendũ? ‖ Ingreſſusque' 6
Moyſes & Aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terrã, & clamaueruntq. ad Dñm, atque dixerunt, Dñe Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum'. Et apparuit gloria Dñi 7
ſuper eos. Locutúſq. eſt Dñs ad Moy- 8
ſen, dicens, Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petrã coram eis, & illa dabit aquas. Cumq. eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius.
9 ‖ Tulit igitur Moyſes virgam, quę erat
10 in cõſpectu Dñi, ſicut præceperat ei, cõgregata multitudine ante petrã, dixitque eis, Audite rebelles & increduli, ‖ Num de petra hac vobis aquã poterimus eii-
11 cere? ‖ Cumq. eleuaſſet Moyſes manũ, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſsimæ, ita vt populus biberet
12 & iumenta*. Dixitq. Dñs ad Moyſen & Aaron, ‖ Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſraël, non introducetis hos populos in terram
13 quam dabo eis. Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſraël contra Dñm, & ſanctificatus eſt in eis. Miſit
14 interea nuntios Moyſes de Cades ad regẽ Edom, qui dicerent, Hæc mandat frater tuus Iſraël: Noſti omnẽ laborem qui
15 apprehẽdit nos, quomodo deſcenderint patres noſtri in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tempore; afflixerintque
16 nos Aegyptij, & patres noſtros: & quomodo clamauerimus ad Dñm, & exaudierit nos, miſeritq. angelum qui eduxerit nos de Aegypto. *Ecce in vrbe Ca-
17 des, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti, obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, nõ bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad dexterã, nec ad ſiniſtrã declinãtes, do-
18 nec tranſeamus terminos tuos. Cui reſpondit Edõ, Nõ tranſibis per me, alio-
19 quin armatus occurrã tibi. Dixeruntq. filij Iſraël, Per tritam gradiemur viam: & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus quod iuſtũ eſt: nulla erit in pretio difficultas, tantũ velociter trãſ-
20 eamus. At ille reſpondit, Nõ ‖ tranſibitis'. Statimq. egreſſus eſt obuius, cũ infinita multitudine, & manu forti, nec
21 voluit acquieſcere deprecãti, vt cõcederet tranſitũ per fines ſuos. quã ob rẽ diuertit ab eo Iſraël. Cumque caſtra mo-
22 uiſſent de Cades, venerunt in montem
23 Hor, qui eſt in finibus terræ Edom: vbi
24 locutus eſt Dñs ad Moyſen, Pergat, inquit, Aarõ ad populos ſuos: nõ enim intrabit terrã quã dedi filiis Iſraël, eò quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas con-
25 tradictionis. ‖ Tolle Aaron & filiũ eius cum eo, & duces eos in montem Hor.
26 Cumq. nudaueris patrẽ veſte ſua, indues ea Eleazarũ filiũ eius, & Aarõ col-
27 ligetur, & morietur ibi. Fecit Moyſes vt præceperat Dñs, & aſcenderunt in mon-
28 tẽ Hor corã omni multitudine. ‖ Cumq. Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarũ filiũ eius. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro.

*eius 6 MS. H. C. G.

‖ transſibis 2 MS. H. C. G.

Sap. 11,4. Exo. 17,6. Deu. 32,51. Pſa. 77,13. 104,40. 1 Cor. 10,4

Exo. 17,2.

Deut. 1,37. Inf. 27,14.

Inf. 33,37.

Inf. 33,38. Deu. 32,50.

Deut. 10,6.

‖ Ingreſſique Miſſ. Rom. C. Textui adſ. R. Reb. H. G. ſuffragantur. ' 1 MS. R. Reb. H. C. G.

Omnis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Omnis autem multitudo videns occubuisse Aarō, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas. 29

CAP. XXI.

Inf. 33,43. QVod cùm audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiē, venisse scilicet Israël per exploratorū viā, pugnauit cōtra illū, & victor existēs, duxit ex eo prædā. At Israël voto se Dño obligās, ait, Si tradideris populum istū in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitq. Dñs preces Israël, & tradidit Chananæum, quē ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. Profecti sunt autē & de monte Hor, per viā quæ ducit ad Mare-rubrum, vt circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris: locutúsque cōtra ᵃDñm' & Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quāobrē ‖ misit Dñs in populum ignitos serpentes, ad quorū plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atq. dixerunt, Peccauimus, quia locuti sumus cōtra Dñm & te: ora vt tollat à nobis serpentes. Orauitq. Moyses pro populo, & locutus est Dñs ad eum, Fac serpentem æneū, & pone eū pro signo: qui percussus aspexerit eū, viuet. ‖ Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM, & posuit eū pro signo. quē cùm percussi aspicerent, sanabantur. Profectiq. filij Israël castrametati sunt in Oboth. Vnde egressi fixēre tentoria in Ieabarim, in solitudine quæ respicit Moab contra Orientalē plagā. Et inde mouētes, venerūt ad Torrentē-Zared. Quē relinquētes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. ‖ siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos.

Ind. 11,13.

Vnde dicitur in libro bellorum Dñi, Sicut fecit in Mari-rubro, sic faciet in torrentibus Arnō. Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnō, & recumberent in finibus Moabitarum.

Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dñs ad Moysen, Cōgrega populum, & dabo ei aquā. Tunc cecinit Israël carmē istud, Ascēdat puteus. Cōcinebant, Puteus quē foderūt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. ⌐ Profectiq. sunt' de solitudine * Mathana: de Mathana in Nahaliēl: de Nahaliēl, in Bamoth. *Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, *ᵘquod' respicit contra desertum. ‖ Misit autem Israēl nuntios ad Sehō regē Amorrhæorum, dicens, Obsecro vt transire mihi liceat per terrā tuā: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt transiret Israël per fines suos: quin potius exercitu cōgregato, egressus est obuiā in desertū, & venit in Iasa, pugnauitq. cōtra eum. ‖ A quo percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnon vsq. Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarū. Tulit ergo Israël oēs ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & viculis eius. Vrbs Hesebō fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra Regem Moab: & tulit oēm terrā quæ ditionis illius fuerat, vsq. Arnon. Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebō, ædificetur, & constituatur ciuitas Sehon: Ignis egressus est de Hesebon, flāma de oppido Sehō, & deuorauit Ar Moabitarū, & habitatores excelsorum Arnon. ‖ Væ tibi Moab, ‖ periisti populę Chamos. Dedit filios eius in fugā, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorū Sehon. Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon, lassi peruenerunt in Nophe, & vsq. Medaba. Habitauit itaq. Israël in Terra Amorrhæi. Misitq. Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores. ‖ Verteruntq. se, & ascenderunt per viā Basan, & occurrit eis Og rex Basan cū omni populo suo, pugnaturus in Edrai. Dixitq. Dñs ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & oēm populum, ac terrā eius: faciēsq. illi sicut feciſti Sehō regi Amorrhæorum habitatori Hesebō. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumq. populum eius vsq. ad internecionē, & possederunt terrā illius.

CAP. XXII.

PRofectiq. castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trās Iordanē Iericho sita est. Videns autē Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israël Amorrhæo, & quòd pertimuissent eū Moabitæ, & impetum eius ferre nō possent, dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus oēs qui in nostris finibus cōmorātur, quomodo solet bos herbas vsq. ad radices carpere. Ipse aūt erat eo tempore rex in Moab. ‖ Misit ergo nuntios ad Balaā filiū Beor ariolum, qui habitabat super flumē terræ filiorū ᵘAmmon', vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex Aegypto, q operuit superficiē terræ, sedens contra me. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: si quomodo possim percutere & eiicere eum de terra mea': noui enim, quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quē maledicta cōgesseris. Perrexerūtq. seniores Moab, & maiores natu Madiā, habentes diuinationis pretiū in manibus. Cumq. venissent ad Balaā, & narrassent ei omnia verba Balac, ille respondit, Manete hic nocte,

Deum 1 MS. R. H. G. Vt autē Textus habet, legunt Rab. & C. Sap. 16, 1. Iudith 8, 25. 1 Cor. 10, 9.

Iohā. 3, 14.

- 23 MS. Rab. H. G. Q n.
* in 5 MS. Rab. G.
*de 22 MS. Rab. H. C. G.
*& MS.
ᵘ& 2 MS. H.
Deut. 2, 26. Iud. 11, 19.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nocte, & respõdebo quicquid mihi dixerit Dñs. Manẽtibus autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum, Quid sibi volũt homines isti apud te? Respõdit, Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, dicens: Ecce populus qui egressus est de Aegypto, operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans ‖ abigere' eum.

Dixitq. Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neq. maledicas populo; quia benedictus est. Qui manè consurgens dixit ad principes, Ite in terrã vestram, quia prohibuit me Dñs venire vobiscũ. Reuersi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiscũ. Rursum ille multò plures & nobiliores quã antè miserat, misit. Qui cùm venissent ad Balaam, dixerũt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cũcteris venire ad me: parat⁹ sum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti. Respõdit Balaã, ‖ Si dederit mihi Balac plenã domũ suam argenti & auri, non potero immutare verbũ Dñi Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. Obsecro vt hîc maneatis etiã hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respõdeat Dñs. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero facias. Surrexit Balaam manè, & strata asina sua profectus est cum eis. Et iratus est Deus. Stetitq. angelus Dñi in via cõtra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. ‖ Cernens asina angelum ‖ stantẽ in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quã cùm verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit angelus in angustiis duarum maceriarũ, quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedẽ. At ille iterũ verberabat eã: & nihilominus angelus ad locũ angustũ transiẽs, vbi nec ad dexteram nec ad sinistrã poterat deuiari, obuius sterit. Cumq. vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedẽtis. qui iratus, vehementius cædebat fuste latera eius. Aperuitq. Dñs os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me ecce iã tertio? Respõdit Balaã, Quia cõmeruisti, & illusisti mihi: vtinã haberẽ gladiũ, vt te percuterẽ. Dixit asina, Nõne animal tuũ sum, cui semper sedere cõ sueuisti vsq. in præsentẽ diẽ? dic quid simile vnquã fecerim tibi. At ille ait, Nũquã. Protin⁹ aperuit Dñs oculos Balaã, & vidit angelũ stantem in via euaginato gladio, adorauitq. eũ pronus in terrã. Cui angelus, Cur, inquit, tertiò ‖ verberas' asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq. cõtraria. & nisi asina declinasset de via, dans locũ resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam, Peccaui, nesciens quòd tu stares cõtra me: & nũc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus, Vade cũ istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cũ principibus.

Quod cùm audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarũ, quod situm est in extremis finibus Arnon. Dixitq. ad Balaam, Misi nuntios vt ‖ vocarẽt' te, cur nõ statim venisti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille respõdit, Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cumq. occidissẽt Balac boues, & oues, misit ad Balaã, & principes qui cum eo erat, munera. Manè autẽ facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

‖ vocarem 7 MS. Hebræi, C. & G. legunt: Nonne mittẽs misi ad te, ad vocandum te?

CAP. XXIII.

Dixitque Balaam ad Balac, Aedifica mihi hîc septẽ aras, & para totidem vitulos, eiusdẽq. numeri arietes. Cumq. feciſſet iuxta sermonẽ Balaam, imposuerunt simul vitulũ & arietem super aram. Dixitq. Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, donec vadam, si fortè occurrat mihi Dñs, & quodcũq. imperauerit, loquar tibi. Cumq. abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutusque ad eum Balaam, Septẽ, inquit, aras erexi, & impositi vitulum & arietem dẽsuper. Dñs autẽ posuit verbũ in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. Reuersus inuenit stantẽ Balac iuxta holocaustũ suum, & omnes principes Moabitarum: assumptaq. parabola sua, dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera, & detestare Israël. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quẽ Dñs nõ detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus cõsiderabo illum. Populus solus habitabit, & inter gẽtes nõ reputabitur. Quis dinumerare possit puluerẽ Iacob, & nosse numerum ‖ stirpis' Israël? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horũ similia. Dixitq. Balac ad Balaam, Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu e contrariò benedicis eis. Cui ille respondit, Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dñs? Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum vnde partẽ Israël videas, & totum videre non posſis*, inde maledicito ei. Cumque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septẽ aras, & impositis suprà vitulis atque arietibus, dixit ad Balac, Sta hîc iuxta holocaustũ tuũ, donec ego obuius pergam. Cui cùm Dñs occurrisset, posuissetq. verbũ in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei. Reuersus inuenit eum stãtem

‖ quartæ partis H. C.
‖ populorum G.
* & 7 MS. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac, 18
Quid, inquit, locutus est Dñs? At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac, &
ausculta, audi fili Sephor: Non est Deus 19
quasi homo, vt mẽtiatur; nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & nõ implebit? Ad be- 20
nedicendum adductus sum, benedictionẽ prohibere nõ valeo. Nõ est idôlũ in Iacob, nec videtur simulacrũ in Israël. Dñs 21
Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. Deus eduxit illũ de Aegy- 22
Inf. 24,8. pto, ‖ cuius fortitudo similis est rhinocerôtis. Nõ est augurium in Iacob, nec di- 23
uinatio in Israël. Tẽporibus suis dicetur Iacob & Israëli quid operatus sit Deus.
Ecce populus vt leęna cõsurget, & quasi 24
leo erigetur: nõ accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat.
Dixitq. Balac ad Balaã: Nec maledicas 25
ei, nec benedicas. Et ille ait: Nonne dixi 26
tibi quòd quicquid mihi ᵃDeus imperaret, hoc facerẽ? Et ait Balac ad eum, Ve- 27
ni, & ducã te ad aliũ locũ: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. Cumq. du- 28
xisset eum super verticẽ montis Phogor, qui respicit solitudinẽ, dixit ei Balaam, 29
Aedifica mihi hîc septẽ aras, & para totidẽ vitulos, eiusdemq. numeri arietes*.
Fecit Balac vt Balaam dixerat: impo- 30
suitq. vitulos & arietes per singulas aras.

ᵃDominus MS.R.H. C. *Textus autem consonat* Kab. & G.

*per singulas aras & MS. *His fortè verbis exponere interpres voluit, quod ab* H. C. & G. *legitur: Et para hîc, &c.*

CAP. XXIIII.

CVmq. vidisset Balaã quòd placeret 1
Dño vt benediceret Israëli, nequaquam abiit vt antè perrexerat, vt auguriũ quæreret: sed dirigens cõtra desertũ vultum suum, & eleuãs oculos vidit Israël 2
in tentoriis cõmorantem per tribus suas: & irruente in se spiritu Dei, assumpta 3
parabola ait, Dixit Balaã filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus,
dixit auditor sermonũ Dei, qui visionẽ 4
Omnipotẽtis inuitus est, qui cadit, & sic aperiũtur oculi eius; Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Isra- 5
ël! vt valles nemorosæ, vt horti iuxta 6
fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dñs, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua 7
de situla eius, & semẽ illius erit in ᵃaquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. Deus eduxit 8
Sup. 23,22. illũ de Aegypto, ‖ cuius fortitudo similis est rhinocerôtis. Deuorabunt gentes hostes illius, ossaq. eorũ confringent, & perforabũt sagittis. Accubans dormiuit vt 9
leo, & quasi ięena, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit*, in maledi- 10
ctione reputabitur. Iratusq. Balac cõtra Balaã, complosis manibus ait, Ad maledicendũ inimicis meis vocaui te, quibus ecõtrariò tertiò benedixisti: reuertere 11
ad locũ tuũ. Decreueraã quidẽ magnificè honorare te, sed Dñs priuauit te honore dispositio. Respondit Balaam ad Balac, 12

ᵃgentes 3 MS.C.G. Q.n.

*tibi 4 MS.R.H. C.G.

Nonne nuntiis tuis quos misisti ad me, 13
dixi, ‖ Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero
præterire sermonem Dñi Dei mei, vt vel
boni quid, vel mali proferam ex corde
meo: sed quicquid Dñs dixerit, hoc lo-
quar? Veruntamen pergẽs ad populum 14
meũ, dabo* consilium quid populus tuus
populo huic faciat extremo tempore.
Sumpta igitur parabola, rursum ait, Di- 15
xit Balaam filius Beor, dixit homo cuius
obturatus est oculus, dixit auditor ser- 16
monum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui
cadẽs apertos habet oculos, Videbo eũ, 17
sed nõ modò: intuebor illũ, sed non propè. ‖ ORIETVR STELLA ex Iacob, & cõsurget virga de Israël: & percutiet duces Moab, vastabitq. omnes fi-
lios Seth. Et erit Idumæa possessio eius: 18
hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israël
verò fortiter aget. De Iacob erit qui 19
dominetur, & perdat reliquias ciuitatis.
Cumq. vidisset Amalec, assumẽs para- 20
bolã, ait, Principium Gentium Amalec,
cuius extrema perdẽtur. Vidit quoq. Ci- 21
nęum: & assumpta parabola, ait, Robustũ
quidẽ est habitaculũ tuũ: sed si in petra
posueris nidũ tuum, & fueris electus de 22
stirpe Cin, quamdiu poteris permanere?
Assur enim capiet te. Assumptaq. para- 23
bola iterum locutus est, Heu, quis victurus est quãdo ista faciet Deus? Veniẽt in 24
trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabũtq. Hebręos, & ad extremũ etiam
ipsi peribunt. Surrexitq. Balaam, & re- 25
uersus est in locũ suum: Balac quoq. via
qua venerat rediit. CAP. XXV.

MOrabatur aũt eo tempore Israël in 1
Setim, & fornicatus est populus cũ
filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad 2
sacrificia sua. At illi comederunt & ado-
rauerunt deos earum. Initiatusq. est Is- 3
raël Beel-Phegor: & iratus Dñs, ait ad 4
Moysen, ‖ Tolle cũctos principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israël.
Dixitq. Moyses ad iudices Israël, Occi- 5
dat vnusquisq. proximos suos, qui initiati sunt, Beel-Phegor. Et ecce vnus de 6
filiis Israël intrauit coram fratribus suis
ad scortum Madianitidẽ vidente Moysẽ,
& omni turba filiorum Israël, qui flebãt
ante fores tabernaculi. ‖ Quod cùm vi- 7
disset Phinees filius Eleazari filij Aaron
sacerdotis, surrexit de medio multitudi-
nis, & arrepto pugione ingressus est post 8
virum Israëlitem in lupanar, & perfodit
ambos simul, virum scilicet & mulierem
in locis genitalibus. Cessauitq. plaga à fi- 9
liis Israël: & occisi sunt viginti quatuor
milia hominum. Dixitq. Dñs ad Moy- 10
sen, Phinees filius Eleazari filij Aaron 11
sacerdotis auertit iram meã à filiis Israël:
quia zẽlo meo cõmotus est contra eos, vt
nõ ipse delerem filios Israël in zelo meo.

ideirco

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Idcirco loquere ad eũ, ¶ Ecce do ei pacẽ 12
fœderis mei, & erit tam ipsi quàm se- 13
mini eius pactum sacerdotij sempiternũ:
quia *zelatus est pro Deo suo, & expiauit
scelus filiorum Israël. Erat autẽ nomen 14
viri Israelitæ qui occisus est cum Madia
viri Israelitæ qui occisus est cum Madia
nitide, Zambri filius Salu, dux de cogna-
tione & tribu Simeonis. Porrò mulier 15
Madianitis, quę pariter interfecta est, vo-
cabatur Cozbi filia Sur principis nobi-
lissimi Madianitarum. Locutusque est 16
Dñs ad Moysen, dicens: ¶ Hostes vos 17
sentiãt Madianitæ, & percutite eos: quia 18
& ipsi hostiliter egerunt contra vos, ^& decepẽre' insidiis per idõlum Phogor &
Cozbi filiam ducis Madian sororem suã,
quæ percussa est in die plagæ pro sacrile-
gio Phogor.

CAP. XXVI.

POstquam noxiorum sanguis effusus 1
est, dixit Dñs ad Moysen & Eleazarũ
filiũ Aaron sacerdotem, Numerate om- 2
nem summã filiorum Israël à viginti an-
nis & suprà, per domos & cognationes
suas, cunctos qui possunt ad bella proce-
dere. Locuti sunt itaq. Moyses & Elea- 3
zar sacerdos, in cãpestribus Moab super
Iordanẽ contra Iericho, ad eos qui erant
à viginti annis & suprà, sicut Dñs impe- 4
rauerat, quorum iste est numerus: ¶ Ru- 5
bẽ primogenitus Israël. huius filius, He-
noch, à quo familia Henochitarum: &
Phallu, à quo familia Phalluitarum: & 6
Hesron, à quo familia Hesronitarum: &
Charmi, à quo familia Charmitarũ. hæ 7
sunt familiæ de stirpe Rubẽ: quarum nu-
merus inuentus est quadragintatria mil-
lia, & septingenti triginta. Filius Phal- 8
lu, Eliab. huius filij, Namuel & Dathan 9
& Abîron. isti sunt Dathan & Abîron
principes populi, qui ¶ surrexerunt contra
Moysen & Aarõ in seditione Core, quã-
do aduersus Dñm rebellauerũt: & ape- 10
riẽs terra os suũ deuorauit Core morien-
tibus plurimis, quãdo cõbusit ignis du-
centos quinquaginta viros. Et factum est
grãde miraculũ, vt Core pereunte, filij 11
illius nõ perirent. Filij Simeon per co- 12
gnationes suas: Namuel, ab hoc familia
Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia
Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Ia-
chinitarũ: Zare, ab hoc familia Zareita-
rum: Saul, ab hoc familia Saulitarũ. hæ 13
sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum 14
omnis numerus fuit viginti duo millia
^ducentorũ'. Filij Gad per cognationes 15
suas: Sephon, ab hoc familia Sephonita-
rũ: Aggi, ab hoc familia Aggitarũ: Suni,
ab hoc familia Sunitarũ. Ozni, ab hoc 16
familia Oznitarũ: ^Her', ab hoc familia
Heritarũ: Arod, ab hoc familia Arodi- 17
tarũ: Ariel, ab hoc familia Arielitarum.
istæ sunt familię Gad, quarũ omnis nu- 18
merus fuit quadraginta millia ^quingen-
torũ'. Filij Iuda, Her, & Onã, qui ambo 19
mortui sunt in Terra-Chanaã. Fuerũtq. 20
filij Iuda per cognationes suas: Sela, à
quo familia Selaitarũ: Phares, à quo fa-
milia Pharesitarum: Zare, à quo familia
21 Zareitarũ. Porrò filij Phares: Hesron, à
quo familia Hesronitarum: & Hamul, à
22 quo familia Hamulitarũ. istæ sunt fa-
miliæ Iuda, quarum omnis numerus fuit
23 septuaginta sex millia ^quingẽtorũ'. Fi- ^quingenti 1 MS.R. H.C.G.
lij Issachar per cognationes suas: Thola, à
quo familia Tholaitarũ: Phua, à quo fa-
24 milia Phuaitarum: Iasub, à quo familia
Iasubitarum: Semrã, à quo familia Sem-
25 ranitarũ. hæ sunt cognationes Issachar,
quarum numerus fuit sexaginta quatuor
26 millia ^trecẽtorũ'. Filij Zabulon per co- ^trecenti 1 MS.R.H. C.G.
gnationes suas: Sared, à quo familia Sa-
reditarũ: Elon, à quo familia Elonitarũ:
27 Iahel, à quo familia Iahelitarũ. hæ sunt
cognationes Zabulõ, quarũ numerus fuit
28 sexaginta millia quingẽtorum. Filij Io-
seph per cognationes suas, Manasse & E-
29 phraim. De Manasse ortus est Machir, à
quo familia Machiritarũ. Machir genuit
30 Galaad, à quo familia Galaaditarũ. Ga-
laad habuit filios: Iezer, à quo familia
Iezeritarũ: & Helec, à quo familia Hele-
31 citarũ: & Asriel, à quo familia Asrieli-
tarũ: & Sechẽ, à quo familia Sechemita-
32 rũ: & Semîda, à quo familia Semidai-
tarũ: & ¶ Hepher, à quo familia Hepheri- *Inf.27,1.*
33 tarũ. Fuit autẽ Hepher pater Salphaad,
qui filios non habebat, sed tantùm filias,
quarũ ista sunt nomina: Maala, & Noa, &
34 Hegla, & Melcha, & Thersa. hæ sunt fa-
miliæ Manasse, & numerus earum, quin-
35 quaginta duo millia septingẽtorũ. Filij
autẽ Ephraim per cognationes suas fue-
rũt hi: Suthala, à quo familia Suthalaita-
rũ: Becher, à quo familia Becheritarum:
Thehen, à quo familia Thehenitarum.
36 Porrò filius Suthala fuit Herã, à quo fa-
37 milia Heranitarũ. hæ sunt cognationes
filiorũ Ephraim: quarũ numerus fuit tri-
ginta duo millia ^quingẽtorum'. Isti sunt ^quingenti 1 MS.R.
38 filij Ioseph ꝑ familias suas. Filij Bẽ-ia- H.C.G.
min in cognationibus suis: Bela, à quo
familia Belaitarum: Asbel, à quo familia
Asbelitarũ: Achirã, à quo familia Achira-
39 mitarũ: Suphã, à quo familia Suphami-
tarũ: Huphã, à quo familia Huphamita-
40 rum. Filij Bela: Hered, & Noeman. De
Hered, familia Hereditarum: de Noemã,
41 familia Noemanitarũ. hi sunt filij Ben-
iamin ꝑ cognationes suas, quorũ numer⁹
fuit quadragintaquinq. millia sexcenti.
42 Filij Dã ꝑ cognationes suas: Suhã, à quo
familia Suhamitarũ. hę sunt cognationes
43 Dã per familias suas. omnes fuêre Su-
hamitæ, quorũ numerus erat sexaginta-
34 quatuor millia quadringẽtorũ. Filij Aser
ꝑ cognationes suas: Iemna, à quo familia
Iemnaitarũ: Iessui, à quo familia Iessui-
35 tarũ: Brie, à quo familia Brieitarũ. Filij
Brie: Heber, à quo familia Heberitarũ: &
Melchiel, à quo familia Melchielitarum.
36 Nomẽ autẽ filię Aser, fuit Sara. hę co-
gnationes filiorũ Aser, & numerus eorũ

quinqua-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quinquagintatria millia quadringentorũ.
Filij Nephthali per cognationes suas: 48
Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à
quo familia Gunitarum: Ieser, à quo fa- 49
milia Iesieritarum: Sellem, à quo familia
Sellemitarum. hæ sunt cognationes fi- 50
liorũ Nephthali per familias suas: querũ
numerus quadragintaquinq. millia qua-
dringentorum. Ista est summa filiorum 51
Israël qui recẽsiti sunt, sexcẽta millia, &
mille septingẽti triginta. Locutus sq. est 52
Dñs ad Moysen, dicens: Istis diuidetur 53
Terra iuxta numerũ vocabulorũ in pos-
sessiones suas. Pluribus maiorẽ partem 54
dabis, & paucioribus minorem: singulis
sicut nũc recẽsiti sunt tradetur possessio:
ita duntaxat vt sors Terrã tribubus di- 55
uidat & familiis. Quicquid sorte cõti- 56
gerit, hoc vel plures accipiant, vel pau-
Exo.6,17. ciores. ‖ Hic quoq. est numerus filiorũ 57
Leui per familias suas: Gerson, à quo fa-
milia Gersonitarum: Caath, à quo fami-
lia Caathitharum: Merari, à quo familia
Meraritarum. hę sunt familiæ Leui. Fa- 58
milia Lobni, familia Hebroni, familia
Moholi, familia Musi, familia Core. At
Exod. 2,2. verò Caath genuit Amram: ‖ qui habuit 59
6,20. vxorẽ Iochabed filiam Leui, quæ nata est
ei in Aegypto. hæc genuit Amrã viro suo
filios, Aaron & Moysen, & Mariã sororẽ
eorum. De Aaron orti sunt Nadab & 60
Sup. 3,2. Abiu & Eleazar & Ithamar: ‖ quorum 61
Leu. 10,2. Nadab & Abiu mortui sunt, cùm obtu-
1 Par. 24,2 lissent ignẽ alienũ coram Dño. Fuerũtq. 62
omnes q numerati sunt, vigintitria mil-
lia generis masculini ab vno mẽse & su-
prà: ¶ qui' nõ sunt recensiti inter filios Is- ¶ quia 2 MS. H.C.G.
raël, nec eis cũ cæteris data possessio est.
Hic est numerus filiorũ Israël, qui de- 63
scripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdo-
te, in campestribus Moab supra Iordanẽ
contra Iericho. ‖ Inter quos nullus fuit 64
1 Cor. 10,5 eorũ qui antè numerati sunt à Moyse &
Sup. 14,24. Aaron in deserto Sinai. ‖ Prædixerat e- 65
nim Dñs quòd omnes morerentur in so-
litudine. Nullus sq. remãsit ex eis, nisi Ca-
leb filius Iephone, & Iosue filius Nun.

CAP. XXVII.

Sup. 26,32. Accesserunt autem ‖ filiæ Salphaad, 1
Inf. 36,2. filij Hepher, filij Galaad, filij Ma-
Ios. 17,3. chir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph;
quarum sunt nomina, Maala & Noa &
Hegla & Melcha & Thersa. Steteruntq. 2
coram Moyse & Eleazaro sacerdote, &
cunctis principibus populi ad ostium ta-
bernaculi fœderis, atq. dixerunt, Pater 3
noster mortuus est in deserto, nec fuit in
Sup. 26,1. seditione quæ ‖ concitata est contra Dñm
32. sub Core, sed in peccato suo mortuus est:
hic nõ habuit mares filios. Cur tollitur 4
nomẽ illius de familia sua, quia nõ habet
filiũ? Date nobis possessionẽ inter cogna-
tos patris nostri. Retulitq. Moyses cau- 5
sam earũ ad iudiciũ Dñi. Qui dixit ad 6
eũ, Iustã rem postulãt filiæ Salphaad: da 7
eis possessionẽ inter cognatos patris sui,
& ei in hæreditatem succedãt. Ad filios
autẽ Israël loquẽris hęc, Homo cũ mor-
tuus fuerit absq. filio, ad filiã eius transi-
9 bit hæreditas. si filiam nõ habuerit, ha-
10 bebit successores fratres suos. quòd si &
fratres non fuerint, dabitis hæreditatem
11 fratribus patris eius. sin autem nec pa-
truos habuerit, dabitur hæreditas his qui
ei proximi sunt. eritque hoc filiis Israël
sanctũ lege perpetua, sicut præcepit Dñs
12 Moysi. Dixit quoque Dñs ad Moysen,
Ascende in montẽ istum Abarim, & cõ-
templare inde Terrã quã daturus sum fi-
13 liis Israël. cumq. videris eam, ibis & tu
ad populũ tuũ, sicut iuit frater tuus Aa-
14 ron: quia ‖ offendistis me in deserto Sin
in contradictione multitudinis, nec san-
ctificare me voluistis corã ea sup aquas.
hæ sunt aquæ contradictionis in Cades
15 ¶ deserti' Sin. Cui respondit Moyses,
16 Prouideat Dñs Deus spirituum omnis
carnis, hominẽ qui sit super multitudinẽ
17 hãc: & possit exire & intrare ante eos,
& educere eos vel introducere: ne sit
populus Domini sicut oues absq. pastore.
18 Dixitq. Dñs ad ¶ eum', ‖ Tolle Iosue fi-
lium Nun virũ in quo est Spiritus Dei',
19 & pone manum tuam super eum. Qui
stabit coram Eleazaro sacerdote & omni
20 multitudine, & dabis ei præcepta cun-
ctis videntibus, & partẽ gloriæ tuæ, vt au-
diat eum omnis synagoga filiorũ Israël.
21 Pro hoc siquid agẽdum erit, Eleazar sa-
cerdos cõsulet Dñm. Ad verbum eius e-
gredietur & ingredietur ipse, & omnes
filij Israël cum eo, & cætera multitudo.
22 Fecit Moyses vt præceperat Dñs. Cũq.
tulisset Iosue, statuit eum corã Eleazaro
23 sacerdote & omni frequentia populi. Et
impositis capiti eius manibus cuncta re-
plicauit quæ mandauerat Dominus.

CAP. XXVIII

1 Dixit quoq. Dñs ad Moysen, Præci-
2 pe filiis Israël, & dices ad eos, Ob-
lationem meam & panes, & incẽsum o-
doris suauissimi offerte per tempora sua.
3 Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis, Exo
Agnos anniculos immaculatos duos quo-
4 tidie in holocaustum sempiternũ: vnum
offeretis manè, & alterum ad vesperum:
5 decimã partem ephi similæ, quæ con-
sperssa sit oleo purissimo, & habeat quar-
6 tam partem hin. holocaustum iuge est
quod obtulistis in monte Sinai in odorẽ
7 suauissimum incẽsi Dñi, & libabitis vi-
ni quartam partẽ hin per agnos singulos
8 in sanctuario Dñi. Alterumq. agnum si-
militer offeretis ad vesperã iuxta omnẽ
ritum sacrificij matutini, & libamento-
rum eius, oblationem suauissimi odoris
9 Dño. ‖ Die autẽ sabbathi offeretis duos Ma.
agnos anniculos immaculatos, & duas
decimas similæ oleo consperssæ in sacri-
10 ficio, & liba quæ ritè funduntur per sin-
gula sabbatha in holocaustum sempiter-
11 num. In calendis autẽ, id est in mẽsium

exordiis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exordiis, offeretis holocaustum Dño, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos,
& tres decimas similæ oleo cõsperſæ in 12
sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo cõsperſæ per singulos arietes: & decimã decimæ similæ ex 13
oleo in sacrificio per agnos singulos, holocaustũ suauissimi odoris atq. incẽsi est Dño. Libamenta autẽ vini quæ per sin- 14
gulas fundenda sunt victimas, ista erunt, Media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnũ. hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedũt. Hircus quoq. 15
offeretur Dño pro peccatis in holocaustũ sempiternũ cũ libamentis suis. ¶Mense 16
autem primo, quartadecima die mensis, Phase Dñi erit, & quintadecima die so- 17
lennitas: septẽ diebus vescẽtur azymis.
Quarũ dies prima venerabilis & sancta 18
erit: omne opus seruile non facietis in ea.
Offeretisq. incensum holocaustũ Dño 19
vitulos de armento duos, arietẽ vnum, agnos anniculos immaculatos septẽ: & 20
sacrificia singulorũ ex similа quæ consperſa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietẽ, & 21
decimam decimæ per agnos singulos, id est, per septẽ agnos. Et hircum pro pec- 22
cato vnum, vt expietur pro vobis, præter holocaustum matutinum quod sem- 23
per offeretis. Ita facietis per singulos 24
dies septẽ dierũ in fomitẽ ignis, & in odorẽ suauissimũ Dño, qui surget de holocausto, & de libationibus singulorum.
Dies quoque septimus celeberrimus & 25
sanctus erit vobis: omne opus seruile nõ facietis in eo. Dies etiã primitiuorum 26
quando offeretis nouas fruges Dño, expletis hebdomadib⁹, venerabilis & sancta erit: omne opus seruile nõ facietis in ea. Offeretisq. holocaustum in odorem 27
suauissimum Dño, vitulos de armento duos, arietẽ vnum, & agnos anniculos immaculatos septẽ: atque in sacrificiis 28
eorũ similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas,
per agnos decimam decimæ, qui simul 29
sunt agni septem. hircum quoque qui 30
mactatur pro expiatione: præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

CAP. XXIX.

Mensis etiã septimi prima dies ve- 1
nerabilis & sancta erit vobis. omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est, & tubarũ. Offeretisq. ho- 2
locaustum in odorẽ suauissimum Dño, vitulum de armento vnũ, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septẽ:
& in sacrificiis eorum similæ oleo con- 3
sperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietẽ, vnam decimã 4
per agnum, qui simul sunt agni septem:
& hircum pro peccato, qui offertur in 5
6 expiationem populi: præter holocaustũ calendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cũ libationibus solitis. Eisdem ceremoniis offeretis in odorem suauissimum incensum Domino.
7 ¶Decima quoq. dies mẽsis huius septimi erit vobis sancta atq. venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus ser- Leu. 16,30 & 23,27.
8 uile nõ facietis in ea. Offeretisq. holocaustũ Dño in odorẽ suauissimũ, vitulũ de armento vnum, arietem vnum, agnos
9 anniculos immaculatos septem: & in sacrificiis eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas
10 decimas per arietem, decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni
11 septem: & hircum pro peccato: absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternũ,
12 & sacrificio & libaminibus eorũ. Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea; sed celebrabitis solennitatem Dño septem die-
13 bus. offeretisque holocaustum in odorẽ suauissimum Dño, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos
14 immaculatos quatuordecim: & in libamentis eorum similæ oleo cõsperſæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est simul arietibus duobus,
15 & decimam decimæ agnis singulis, qui
16 sunt simul agni quatuordecim: & hircum pro peccato. absq. holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius.
17 In die altero offeretis vitulos de armẽto duodecim, arietes duos, agnos anniculos
18 immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos
19 & arietes & agnos ritè celebrabitis, & hircũ pro peccato. absq. holocausto sem-
20 piterno, sacrificioq. & libamine eius. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos qua-
21 tuordecim: sacrificiaq. & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ri-
22 tè celebrabitis: & hircum pro peccato. absq. holocausto sempiterno, sacrificioq.
23 & libamine eius. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anni-
24 culos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq. & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis:
25 & hircum pro peccato. absq. holocausto sempiterno, sacrificioq. eius & libamine.
26 Die quinto offeretis vitulos nouẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos
27 quatuordecim: sacrificiaq. & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos
28 ritè celebrabitis: & hircũ pro peccato. absq. holocausto sempiterno, sacrificioq.
29 eius & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos
30 immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorũ per vitulos &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

arietes & agnos ritè celebrabitis: & 31
hircū pro peccato.absq. holocausto sempiterno,sacrificioq.eiꝰ & libamine. Die 32
septimo offeretis vitulos septē, & arietes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq. & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. 33 34
absq.holocausto sempiterno, sacrificioq. eius & libamine. Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile nō facietis, offerentes holocaustū in odorē suauissimum Dño; vitulū vnū, arietē vnū, agnos anniculos immaculatos septē: sacrificiaq.& libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircū pro peccato. absq. holocausto sempiterno,sacrificioq. eius & libamine. 35 36 37 38
Hæc offeretis Dño in solēnitatibus vestris. præter vota & oblationes spōtaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis. 39

CAP. XXX.

NArrauitq. Moyses filiis Israël omnia quæ ei Dns imperarat, & locutus est ad principes tribuū filiorū Israël, Iste est sermo quē præcepit Dns, Si quis virorū votum Dño vouerit, aut se constrinxerit iuramento: nō faciet irritū verbū suū, sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiā vouerit, & se cōstrinxerit iurāmento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votū quod pollicita est, & iuramentū quo obligauit animā suā, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. sin autē statim vt audierit,contradixerit pater:& vota & iuramenta eius irrita erūt, nec obnoxia tenebitur sponsioni,eò quòd cōtradixerit pater. Si maritū habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animā eius obligauerit iuramento; quo die audierit vir,& non contradixerit, voti rea erit, reddetq. quodcumq.promiserat. sin autē audiēs statim cōtradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius,verbaq. quibus obstrinxerat animā suam: propitius erit ei Dns.
Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Vxor in domo viri cū se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir,& tacuerit, nec cōtradixerit sponsioni,teddet quodcumque promiserat. sin autē extemplò contradixerit, nō tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit,& Dns ei propitius erit. Si vouerit, & iuramento se cōstrinxerit vt per ieiunium vel cęterarū rerum abstinentiā affligat animā suam: in arbitrio viri erit siue faciat,siue non faciat. quod si audiens vir tacuerit, & in alterā diē distulerit sententiā:quicquid vouerat atq. promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit. sin autem contradixerit postquā resciuit, portabit ipse iniquitatem eius.
Istæ sunt leges quas cōstituit Dominus Moysi inter virum & vxorē, inter patrē & filiā quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CAP. XXXI.

LOcutusq. est Dominus ad Moysen, dicēs, ‖Vlciscere prius filios Israël de Madianitis, & sic colligēris ad populū tuū. Statimq. Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnā, qui possint vltionē Dñi expetere de Madianitis. mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israël qui mittantur ad bellū. Dederūtque millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expeditorū ad pugnā: quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaq. sancta, & tubas ad clangendū tradidit ei. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent,omnes mares occiderūt, &‖reges eorum Eui & Recē & Sur & Hur & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Ceperuntq.mulieres eorū & paruulos, omniaq. pecora & cunctā supellectilem: quicquid habere potuerant, depopulati sunt: tam vrbes,quàm viculos, & castella flāma consumpsit. Et tulerūt prædā,& vniuersa quæ ceperāt tā ex hominibus quā ex iumentis, & adduxerunt ad Moysen, & Eleazarū sacerdotē, & ad omnē multitudinē filiorū Israël. reliqua autē vtensilia portauerūt ad castra in cāpestribus Moab, iuxta Iordanē cōtra Iericho. Egressi sunt autē Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursū eorū extra castra. Iratusque Moyses principib. exercitus, tribunis & centurionib.qui venerāt de bello, ait, Cur fœminas reseruastis? Nōne istę sunt quæ‖deceperunt filios Israël ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerūt in Dnm super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? Ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini,etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas aūt & omnes fœminas virgines reseruate vobis; & manēte extra castra septē diebus. Qui occiderit hominē, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtēsilia præparatū, de caprarū pellibus & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoq. sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerāt, sic locutus est, Hoc est præceptum legis quod‖mandauit Dominus Moysi, Aurū & argētum & æs & ferrū & plūbum & stannum, & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quicquid autē ignē non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. Dixit quoq. Dns ad Moysen, ¶Tollite summā eorū quæ capta sunt, ab homine

vsque

vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: diuidesq. ex æquo præ- 27
dam inter eos qui pugnauerunt, egressique sunt ad bellū, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partē 28
Dño ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnā animam de quingentis, tam ex hominibus quā ex bobus & asinis & ouibus, & dabis eā Eleazaro sacerdoti, 29
quia primitiæ Dñi sunt. Ex media quoque parte filiorum Israël accipies quin- 30
quagesimū caput hominū & boū & asinorum & ouiū, cunctorumq. animantiū; & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini. Feceruntq. 31
Moyses & Eleazar *, sicut præceperat Dñs. Fuit autē præda, quā exercitus ce- 32
perat, ouium sexcēta septuaginta quinq. millia, boum septuaginta duo millia, 33
asinorum sexaginta millia & mille: 34
animæ hominū sexus fœminei, quę nō 35
cognouerant viros, triginta duo millia.
Dataq. est media pars his qui in prœlio 36
fuerant, ouium trecenta triginta septem millia quingentæ: è quibus in partem 37
Dñi supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque. Et de bobus triginta 38
sex millibus, boues septuaginta & duo:
de asinis triginta millibus quingentis, 39
asini sexaginta vnus: de animabus hominū sedecim millibus, cesserunt in par- 40
tem Dñi trigintaduæ animæ. Tradiditq. 41
Moyses numerū primitiarū Dñi Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum, 42
ex media parte filiorū Israël, quam separauerat his qui in prœlio fuerant. De 43
media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecētis triginta septem millibus quingentis, & de 44
bobus triginta sex millibus, & de asinis 45
triginta millibus quingentis, & de ho- 46
minibus sedecim millibus, tulit Moyses 47
quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabāt in tabernaculo Dñi, sicut præceperat Dñs. Cumque accessissent 48
principes exercitū ad Moysen, & tribuni, centurionesque, dixerūt, Nos serui tui 49
recensuimus numerū pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidē defuit. Ob hāc causam offerimus 50
in donariis Dñi singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominū.
Susceperūtq. Moyses & Eleazar sacer- 51
dos omne aurum in diuersis speciebus,
'pondo' sedecim millia, septingētos 52
quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. Vnusquisq. enim quod in prę- 53
da rapuerat, suum erat. Et susceptū in- 54
tulerunt in tabernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israël corā Dño.

CAP. XXXII.

Filij autem Ruben & Gad habebant 1
pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumq. vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alēdis terras,
venerūt ad Moysen & ad Eleazarū sa- 2
cerdotē, & principes multitudinis, atque
dixerunt, Ataroth, & Dibon, & Iazer, & 3
Nemra, Hesebon, & Eleale, & Sabam, &
Nebo, & Beon, terra quā percussit Dñs 4
in cōspectu filiorum Israël, regionis huberrimæ est ad pastū animalium: & nos
serui tui habemus iumēta plurima: pre- 5
camurq. si inuenimus gratiam corā te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionē, nec facias nos trāsire Iordanē. Qui- 6
bus respondit Moyses, Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnā, & vos hīc sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Is- 7
raël, ne transire audeant in locū quē eis
daturus est Dñs? nōne ita egerūt patres 8
vestri, quando misi de Cades-barne ad
explorandam Terram? ¶ Cumq. venis- 9 Sup. 13, 14.
sent vsq. ad Vallem-botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorū Israël, vt non intrarent fines quos eis Dominus
dedit. Qui iratus iurauit, dicens, ¶ Si 10 Sup. 14, 28.
videbūt homines isti qui ascenderunt ex 11
Aegypto à viginti annis & supra, Terram quā sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi
me, præter Caleb filiū Iephone Cene- 12
zæum, & Iosue filium Nun: isti impleuerunt voluntatē meam. Iratusq. Dñs 13
aduersum Israël, circūduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat
malū in conspectu eius. Et ecce, inquit, 14
vos surrexistis pro patribus vestris, incremēta, & alumni hominū peccatorū, vt
augeretis furorē Dñi cōtra Israël. Quod 15
si nolueritis sequi eum, in solitudine populū derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. At illi propè accedētes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & 16
stabula iumentorum, paruulis quoque
nostris vrbes munitas: nos autem ipsi 17
armati & accincti pergemus ad prœlium ante filios Israël, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus 'muratis', propter habitatorum insidias. 'munitis MS. H.
Nō reuertemur in domos nostras, vsq. 18
dum possideant filij Israël hæreditatem
suam. nec quicquā quæremus trans Ior- 19
danē, quia iā habemus nostrā possessionē in oriētali eius plaga. Quibus Moy- 20
ses ait, ¶ Si facitis quod promittitis, ex- 21 Ios. 1, 13.
pediti pergite corā Dño ad pugnam: & omnis vir bellator armatº Iordanē trāseat, donec subuertat Dñs inimicos suos.
& subiiciatur ei omnis Terra: tūc eritis 22
inculpabiles apud Dñm & apud Israël, & obtinebitis regiones quas vultis corā
Dño. Sin autē quod dicitis, non feceri- 23
tis, nulli dubiū est quin peccetis in Deū: & scitote quoniā peccatū vestrū appre- 24
hēdet vos. Aedificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis implete.

Textui autem G. volunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dixerũtq. filij Gad & Ruben ad Moy- 25
sen, Serui tui sumus, faciemus quod iu-
bet dñs noster. Paruulos nostros & mu- 26
lieres, & pecora, ac iumẽta relinquemus
in vrbibus Galaad: nos autẽ famuli tui 27
omnes expediti pergemus ad bellũ, sicut
Ios. 4, 12. tu dñe loqueris. ¶ Præcepit ergo Moyses 28
Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, &
principibus familiarum ← per' tribus Is-
← MS.R. Rab. H.C. G. raël, & dixit ad eos, Si transierint filij 29
Gad, & filij Ruben vobiscum Iordanem
omnes armati ad bellum corã Domino,
& vobis fuerit Terra subiecta: date eis
Galaad in possessionem. Sin autem no- 30
luerint transire armati vobiscũ in Terrã-
Chanaan, inter vos habitandi accipiant
loca. Responderuntque filij Gad, & filij 31
Vtuis 1 MS H.C. Textui verò G suffragantur. Ios. 13,8. 22.14. Deut. 3, 12. Ruben, Sicut locutus est dñs seruis Vsuis', ita faciemus: ipsi armati pergemus corã 32
Domino in Terram-Chanaan, & posses-
sionẽ iam suscepisse nos cõfitemur trans
Iordanem. ¶ Dedit itaque Moyses filiis 33
Gad & Rubẽ, & dimidiæ tribui Manasse
filij Ioseph regnum Sehon regis Amor-
rhæi, & regnũ Og regis Basan, ← & 'ter-
← 1 MS.H. C.G. ram eorum cum vrbibus suis per circui-
tum. Igitur extruxerunt filij Gad, Di- 34
bõ, & Ataroth, & Aroër, & Roth, & So- 35
phan, & Iazer, & Iegbaa, & Beth-nem- 36
ra, & Betharan, vrbes munitas, & caulas
pecoribus suis. Filij verò Ruben ædifi- 37
cauerunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim; & Nabo, & Baal-meõ versis no- 38
minibus, Sabama quoque: imponentes
vocabula vrbibus quas extruxerant.
Gen. 50,23 ¶ Porrò filij Machir, filij Manasse perre- 39
xerunt in Galaad, & vastauerũt eam in-
terfecto Amorrhæo habitatore eius. De- 40
dit ergo Moyses Terram-Galaad Machir
filio Manasse, qui habitauit in ea. Iair 41
autem filius Manasse abiit, & occupauit
vicos eius, quos appellauit Hauoth-Iair,
id est Villas-Iair. Nobe quoq; perrexit, 42
& apprehẽdit Canath cum viculis suis:
vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

CAP. XXXIII.

HAe sunt mansiones filiorum Israël, 1
qui egressi sunt de Aegypto p turr-
mas suas in manu Moysi & Aarõ, quas 2
descripsit Moyses iuxta castrorum loca,
Exo. 12,37. quæ Dñi iussione mutabant' ¶ Profecti 3
← 6 MS. R. Rab. H.C. G. Q. n. ὑπὸ πάσχα, igitur de Rameste mense primo, quinta-
decima die mensis primi, ← fecerunt' al-
tera die Vphase' filij Israël in manu ex-
celsa, videntibus cũctis Aegyptiis, & se- 4
pelientibus primogenitos quos percusse-
rat Dñs (nam & in diis eorũ exercuerat
vlrionem) castrametati sunt in Socoth. 5
Et de Socoth venerunt in Etham, quæ 6
Exo. 13,20 est in extremis finib. solitudinis. ¶ Inde 7
egressi venerũt cõtra Phi-hahiroth, quæ
respicit Beel-sephõ, & castrametati sunt
Exo. 14,22. ante Magdalũ. ¶ Profectiq. de Phi-ha- 8
hiroth, transierunt per medium mare in
solitudinẽ: & ambulantes tribus diebus
per desertũ Etham, castrametati sunt in
9 Mara. Profectique de Mara, venerunt in Exo.
Elim, vbi erãt duodecim fontes aquarũ,
& palmæ septuaginta: ibiq. castrametati
10 sunt. Sed & inde egressi, fixerunt ten-
11 toria super Mare-rubrũ. ¶ Profectiq. de Exo.
Mari-rubro, castrametati sunt in deserto
12 Sin. Vnde egressi, venerunt in Daphca.
13 Profectiq. de Daphca, castrametati sunt
14 in Alus. ¶ Egressiq. de Al⁹, in Raphidim Exo.
fixere tẽtoria, vbi populo defuit aqua ad
15 bibẽdũ. ¶ Profectiq. de Raphidim, castra- Exo.
16 metati sunt in deserto Sinai. Sed & de
solitudine Sinai egressi, venerunt ad Se-
17 pulcra-cõcupiscentiæ. Profectiq. de Se-
pulcris-concupiscẽtiæ, castrametati sunt
18 in Haseroth. Et de Haseroth venerũt in Sup.
19 Rethma. Profectiq. de Rethma, castra-
20 metati sunt in Remmon-phares. ¶ Vnde Sup.
21 egressi venerunt in Lebna. De Lebna
22 castrametati sunt in Ressa. Egressiq. de
23 Ressa, venerunt in Ceelatha. Vnde pro-
fecti, castrametati sunt in monte Sepher.
24 Egressi de mõte Sepher, venerũt in Ha-
25 rada. Inde proficiscentes, castrametati
26 sunt in Maceloth. Profectique de Ma-
27 celoth, venerunt in Thahath. De Tha-
28 hath castrametati sunt in Thare. Vnde
29 egressi, fixêre tentoria in Methca. Et de Deut.
Methca castrametati sunt in Hesmona.
30 Profectiq. de Hesmona, venerũt in Mo-
31 seroth. Et de Moseroth castrametati
32 sunt in Bene-iaacan. Profectiq. de Be-
ne-iaacan, venerunt in montẽ Gadgad.
33 Vnde profecti, castrametati sunt in Ie-
34 tebátha. Et de Ietebatha venerũt in He-
35 brona. Egressiq. de Hebrona, castrame-
36 tati sunt in Asion-gaber. Inde profecti,
venerunt in desertũ Sin, hæc est Cades.
37 ¶ Egressiq. de Cades, castrametati sunt Sup.
in mõte Hor, in extremis finibus Terræ- 25.
38 Edom. Ascenditq. Aaron ← sacerdos' in Deu.
montẽ Hor iubente Dño: & ibi mortuus ← 0.
est anno quadragesimo egressionis filio-
rũ Israël ex Aegypto, mense quinto, pri-
39 ma die mensis, cùm esset annorũ cẽtum
40 vigintitriũ. ¶ Audiuitq. Chananæus rex Sup.
Arad, qui habitabat ad Meridiẽ, in Terrã-
41 Chanaã venisse filios Israël. Et profecti
de monte Hor, castrametati sunt in Sal-
42 mona. Vnde egressi, venerũt in Phunõ. Sup.
43 Profectiq. de Phunon, castrametati sunt
44 in Oboth. Et de Oboth venerũt in Ie-
abarim, quæ est in finibus Moabitarum.
45 Profectiq. de Ie-abarim, fixêre tentoria
46 in Dibõ-gad. Vnde egressi, castrametati
47 sunt in Helmon-deblathaim. Egressiq.
de Helmon-deblathaim, venerũt ad mõ-
48 tes Abarim contra Nabo. Profectique
de mõtibus Abarim, transierunt ad cam-
pestria Moab, supra Iordanem cõtra Ie-
49 richo. Ibiq. castrametati sunt de Beth-
simoth vsque ad Abel-satim in planio-
50 ribus locis Moabitarum, vbi locutus est
51 Dñs ad Moysen, Præcipe filiis Israël, &
dic ad eos, Quando trãsieritis Iordanem,
52 intrantes Terram-Chanaan, disperdite

cunctos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eunctos habitatores Terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atq. oĩa excelsa vastate, mundantes terrã, & habitantes in ea. ego enim dedi vobis illam in possessionẽ, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorẽ, & pauciorib. angustiorẽ. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sin autẽ nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remãserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ: & quicquid illis cogitauerã facere, vobis faciam. CAP. XXXIIII.

LOcutúsq. est Dñs ad Moysen, dicẽs, Præcipe filiis Israël, & dices ad eos, Cùm ingressi fueritis Terrã-Chanáã, & in possessionẽ vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur: ‖ Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos contra Orientem mare salsissimũ: qui circuibũt australẽ plagã per Ascensum 'scorpionis', ita vt transeant in Senna, & perueniãt ad meridiẽ vsq. ad Cades-barne, vnde egredientur confinia ad villã nomine Adar, & tendent vsque ad Asemona. ibitq́ue per gyrũ terminus ab Asemona vsq. ad Torrentẽ Aegypti, & magni maris littore finietur. Plaga autẽ occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur.

Porrò ad septentrionalem plagã à mari magno termini incipient, perueniẽtes vsq. ad montẽ altissimum, à quo 'veni[ent]' in Emath vsq. ad terminos Sedáda: ibuntq́. confinia vsq. ad Zephrona, & villã Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalẽ plagã de villa Enã vsq. Sephãma, & de Sephãma descendent termini in Reblãtha cõtra fontẽ Daphnim: inde perueniẽt contra Orientẽ ad mare Cenęreth, & tendẽt vsq. ad Iordanẽ, & ad vltimũ salsissimo claudẽtur mari. Hãc habebitis Terrã per fines suos in circuitu.

Præcepitq́. Moyses filiis Israël, dicens, Hæc erit Terra quã possidebitis sorte, & quam iussit Dñs dari nouẽ tribubus, & dimidiæ tribui. Tribus enim filiorũ Rubẽ per familias suas, & tribus filiorũ Gad iuxta cognationũ numerũ, media quoq. tribus Manasse, id est duæ semis tribus, acceperũt partẽ suã trans Iordanẽ cõtra Iericho ad orientalẽ plagã. Et ait Dñs ad Moysen, ‖ Hæc sunt nomina virorũ qui Terrã vobis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & singuli principes de tribu' singulis, quorũ ista sunt vocabula: De tribu Iuda, Caleb filius Iéphone. De tribu Simeon, Samuël filius Ammiud. De tribu Ben-iamin, Elidad filius Chaselõ. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. Filiorũ Ioseph de tribu Manasse, Haniël fili' Ephod. De tribu Ephraim, Camuël fili' Sephthã. De tribu Zabulon, Elisaphã filius Pharnach.

De tribu Issachar, dux Phaltiël filius Ozan. De tribu Aser, Ahiud filius Salomi. De tribu Nephthali, Phedaël filius Ammiud. Hi sunt quibus præceperat Dñs vt diuiderent filiis Israël Terram-Chanáan. CAP. XXXV.

HAec quoq. locutus est Dñs ad Moysen in cãpestribus Moab supra Iordanem, contra Iericho, ‖ Præcipe filiis Israël vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandũ, & suburbana earũ per circuitũ: vt ipsi in oppidis maneãt, & suburbana sint pecoribus ac iumentis: quæ à muris ciuitatũ forinsecus, per circuitum, mille passuum spatio tendentur. contra Orientẽ duo millia erunt cubiti, & contra Meridiẽ similiter erunt duo millia: ad mare quoque quod respicit ad Occidentẽ, eadẽ mẽsura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntq́. vrbes in medio, & foris suburbana. ‖ De ipsis autẽ oppidis, quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea q fuderit sanguinẽ: & exceptis his alia quadraginta duo oppida, id est simul quadraginta octo cum suburbanis suis. Ipsæq́. vrbes quę dabuntur de possessionibus filiorũ Israël, ab his qui plus habẽt, plures auferentur: & qui minus, pauciores. singuli iuxta mensurã hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Ait Dñs ad Moysen, Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Iordanẽ in Terram-Chanáan, decernite quę vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorũ, qui nolentes, sanguinẽ fuderint. in quibus cùm fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorũ subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra-Chanáan, tam filiis Israël, quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens, sanguinem fuderit. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidij, & ipse morietur. Si lapidẽ iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim vt apprehenderit eum, 'interficietur'. ‖ Si per odium quis hominẽ impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias: aut cùm esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor, homicidij reus erit. cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. Quòd si fortuitu, -&' absque odio, & inimicitiis quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata: liberabitur innocens de

Deut. 19,2. Iosue 20,2.

'interficiet 6 MS. H.C.G.

Deu. 19,11

-1 MS.H. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vltoris manu, & reducetur per sententiã in vrbẽ ad quã confugerat, manebitque ibi, donec sacerdos magnus, q oleo sancto vnctus est, moriatur. Si interfector extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absq. noxa erit qui eum occiderit. debuerat enim profugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere. postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terrã suam.

Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus vestris. Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Nõ accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: ne polluatis terram habitationis vestræ quę insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinẽ qui alterius sanguinem fuderit. Atque ita emundabitur vestra possessio me commorante vobiscum. ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israël.

CAP. XXXVI.

Accesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutiq. sunt Moysi coram principibus Israël, atque dixerunt, ‖ Tibi domino nostro præcepit Dominus vt Terram sorte diuideres filiis Israël, & vt filiab⁹ Salphaad fratris nostri dares possessionẽ debitam patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & transfata ad aliam tribũ de nostra hæreditate minuetur: atque ita fiet, vt cũ iubileus, id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filiis Israël, & Domino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est. & hęc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est: ‖ Nubãt quibus volunt, tantùm vt suæ tribus hominibus: ne commisceatur possessio filiorum Israël de tribu in tribũ. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, vt à Domino separatæ sunt. Feceruntq. filiæ Salphaad vt fuerat imperatum: & nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiis patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa, manfit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atque iudicia quæ "mandauit' Dominus per manum Moysi ad filios Israël, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

Sup. 27, 1. Iosue 17, 1.

Tob. 7, 15.

"præcepit 5 MS.

LIBER DEVTERONOMII, HEBRAICE ELLE HADDEBARIM, ID EST, HAEC SVNT VERBA.

CAP. I.

HAEC sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israël trans Iordanẽ in solitudine campestri, contra Mare-rubrũ, inter Pharã & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum: vndecim diebus de Horeb per viã montis Seir vsq. ad Cades-barne. Quadragesimo anno, vndecimo mẽse, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israël omnia quæ præceperat illi Dñs vt diceret eis: ‖ postquã percussit Sehon regẽ Amorrhæorũ, qui habitauit in Hesebon: & Og regẽ Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai, trans Iordanẽ in Terra-Moab. Cœpitque Moyses explanare legẽ, & dicere: Dñs Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis: reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorũ, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestria atq. montana & humiliora loca contra Meridiẽ, & iuxta litus maris, Terrã Chananæorũ, & Libani vsq. ad flumẽ magnũ Euphraten. En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eã, super qua iurauit Dñs patribus vestris Abrahã, Isaac, & Iacob, vt daret illã eis, & semini eorũ post eos. Dixitq. vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos: quia Dñs Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli, plurimi. (Dñs Deus patrum vestrorũ addat ad hunc numerũ multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est.) Nõ valeo solus negotia vestra sustinere, & põdus ac iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponã eos vobis principes. Tunc respondistis mihi, Bona res est quam vis facere. Tuliq. de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & cõstitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerẽt vos singula. Præcepique eis, dicens, Audite illos, ‖ & quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrin⁹. ‖ Nulla erit distantia personarũ, ita paruũ audietis vt magnũ: nec accipietis cuiusquã personã, quia Dei iudicium est. Quod si difficile vobis visum aliqd fuerit, referte ad me, & ego audiã. Præcepiq. omnia quæ facere deberetis. Profecti autẽ de Horeb, transiuimus per eremũ terribilẽ & maximam ~ solitudinẽ⁹ quã vidistis, per viã montis Amorrhæi, sicut præceperat Dñs Deus noster nobis. Cumq. venissemus in Cades-barne, dixi vobis, Venistis ad montẽ Amorrhæi, quẽ Dominus Deus

~noster⁹

ⁿnoſter' daturus eſt ⁿnobis'. Vide Terrã 21
quã Dñs Deus tuus dat tibi: aſcende &
poſſide eam, ſicut locutus eſt Dñs Deus
noſter patrib⁹ tuis: noli timere, nec quic-
quã paueas. Et acceſsiſtis ad me omnes, 22
atq. dixiſtis, Mittamus viros qui confi-
derent Terrã: & renuntient per quod iter
debeamus aſcendere, & ad quas pergere
ciuitates. Cumq. mihi ſermo placuiſſet, 23
miſi ex vobis duodecim viros, ſingulos
de tribubus ſuis. Qui cùm perrexiſſent, 24
& aſcendiſſent in montana, venerũt vſq.
ad Vallem-botri: & cõſiderata terra, ſu-
mentes de fructibus eius, vt oſtenderent 25
hubertatẽ, attulerũt ad nos, atq. dixerũt,
Bona eſt terra quã Dñs Deus noſter da-
turus eſt nobis. Et noluiſtis aſcendere, 26
ſed increduli ad ſermonẽ Dñi Dei ⁿ no-
ſtri' murmuraſtis in tabernaculis ve- 27
ſtris, atque dixiſtis, Odit nos Dñs, & id-
circo eduxit nos de Terra-Aegypti, vt tra-
deret nos in manu Amorrhæi, atq. dele-
ret. Quò aſcendemus? nuntij terruerũt 28
cor noſtrum, dicẽtes, Maxima multitudo
eſt, & nobis ſtatura procerior: vrbes ma-
gnæ, & ad cælum vſque ⁿ munitæ', filios
enacim vidimus ibi. Et dixi vobis, No- 29
lite metuere, nec timeatis eos: Dñs De⁹ 30
qui ductor eſt veſter, pro vobis ipſe pu-
gnabit, ſicut fecit in Aegypto cunctis vi-
dentibus; & in ſolitudine ipſi vidiſtis. 31
Portauit te Dñs Deus tuus, vt ſolet homo
geſtare paruulum filium ſuũ, in omni via
per quam ambulaſtis, donec veniretis ad
locũ iſtum. Et nec ſic quidẽ credidiſtis 32
Dño Deo veſtro, qui præceſsit vos in 33
via, & metatus eſt locum in quo tentoria
figere deberetis, ‖ nocte oſtendens vobis
iter per ignẽ, & die per columnã nubis.
Exo.13,21 Nu.14,20.
Cumq. audiſſet Dñs vocẽ ſermonum 34
veſtrorũ, iratus iurauit & ait, Nõ vide- 35
bit quiſpiã de hominibus generationis
huius peſsimę Terrã bonã, quã ſub iura-
mento pollicitus ſum patribus veſtris:
præter Caleb filiũ Iephone. ipſe enim 36
videbit eã, & ipſi dabo Terram quã cal-
cauit, & filiis eius, quia ſecutus eſt Dñm.
Nec miranda indignatio in populum, 37
cùm mihi quoq. iratus Dñs propter vos
Nu.20,12. dixerit, ‖ Nec tu ingredieris illuc: ſed 38
Ioſue filius Nun miniſter tuus, ipſe intra-
bit pro te. hũc exhortare & robora, & ip-
ſe ſorte Terram diuidet Iſraëli. Paruuli 39
veſtri, de quib⁹ dixiſtis quòd captiui du-
cerentur, & filij qui hodie boni ac mali
ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur: &
ipſis dabo Terrã, & poſsidebunt eã. Vos 40
autẽ reuertimini & abite in ſolitudinem
Nu.14,40. per viam Maris-rubri. ‖ Et reſpondiſtis 41
mihi, Peccauimus Dño: aſcendemus &
pugnabimus, ſicut præcepit Dñs Deus
noſter. Cumq. inſtructi armis pergeretis
in montẽ, ait mihi Dñs, Dic ad eos, No- 42
lite aſcendere, neq. pugnetis, non enim
ſum vobiſcũ: ne cadatis corã inimicis ve-
ſtris. Locutus ſum, & non audiſtis; ſed 43
aduerſantes imperio Dñi, & tumẽtes ſu-
perbia aſcẽdiſtis in montẽ. Itaq. egreſ- 44
ſus Amorrhæus, qui habitabat in monti-
bus, & obuiã veniens perſecutus eſt vos,
ſicut ſolent apes perſequi: & cecîdit de
Seir vſq. Horma. Cumq. reuerſi plo- 45
raretis corã Dño, nõ audiuit vos, nec vo-
ci veſtræ voluit acquieſcere. Sediſtis 46
ergo in Cades-barne multo tempore.

CAP. II.

PRofectiq. inde venimus in ſolitudi- 1
nẽ, quæ ducit ad Mare-rubrum, ſicut
mihi dixerat Dñs: & circuiuimus mon-
tem Seir longo tẽpore. Dixitq. Dñs ad 2
me, Sufficit vobis circuire montẽ iſtũ: 3
ite contra aquilonẽ; & populo præcipe, 4
dicens, Tranſibitis per terminos fratrum
veſtrorũ filiorũ Eſau, qui habitãt in Seir,
& timebũt vos. Videte ergo diligẽter ne 5
moueamini contra eos. neq. enim dabo
vobis de terra eorũ quantũ poteſt vnius
pedis calcare veſtigiũ: quia in poſſeſsio-
nẽ Eſau dedi montẽ Seir. Cibos eme- 6
tis ab eis pecunia, & comedetis: aquam
emptã haurietis, & bibetis. Dñs Deus 7
tuus benedixit tibi in omni opere ma-
nuum tuarũ: nouit iter tuum, quomodo
tranſieris ſolitudinẽ hanc magnam, per
quadraginta annos habitans tecum Dñs
Deus tuus, & nihil tibi defuit. Cumq. 8
tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau,
qui habitabant in Seir, per viã campe-
ſtrem de Elath, & de Aſion-gaber, veni-
mus ad iter quod ducit in deſertũ Moab.
Dixitq. Dñs ad me, Non pugnes con- 9
tra Moabitas, nec ineas aduerſus eos
prœlium: non enim dabo tibi quicquam
de terra eorũ, quia filiis Loth tradidi Ar
in poſſeſsionẽ. Emim primi fuerũt ha- 10
bitatores eius, populus magnus, & vali-
dus, & tam excelſus vt de enacim ſtirpe,
quaſi gigãtes, crederẽtur, & eſſent ſimi- 11
les filiorũ enacim. Deniq. Moabitæ ap-
pellant eos Emim. In Seir autem prius 12
habitauerũt ⁿ Horrim': quibus expulſis
atq. deletis habitauerũt filij Eſau, ſicut
fecit Iſraël in terra poſſeſsionis ſuę, quã
dedit illi Dñs. Surgentes ergo vt tranſi- 13
remus torrentẽ Zared, venimus ad eum.
Tempus autem quo ambulauimus de 14
Cades-barne vſq. ad tranſitum torrentis
Zared, triginta & octo annorũ fuit: donec
conſumeretur omnis generatio hominũ
bellatorum de caſtris, ſicut iurauerat Do-
minus: cuius manus fuit aduerſum eos, 15
vt interirent de caſtrorũ medio. Poſt- 16
quã autẽ vniuerſi ceciderũt pugnatores,
locutus eſt Dñs ad me, dicẽs, Tu trã- 17
ibis hodie terminos Moab, vrbẽ nomine 18
Ar: & accedẽs in vicina filiorũ Ammõ, 19
caue ne pugnes cõtra eos, nec mouearis
ad prœlium: non enim dabo tibi de terra
filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi
eam in poſſeſsionem. Terra gigantum 20
reputata eſt: & in ipſa olim habitaue-
runt gigantes, quos Ammonitæ vocant

ⁿ Horrhæi 1 MS. R. G. Eo *autem modo quo Textus, legunt Rab. & H.*

ⁿ Zomzommim'

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

‖Zommim MS.R.G. Pro Textu autem H. faciunt.

‖Zomzõmim', populus magnus, & proceræ lõgitudinis, sicut enacim, quos deleuit Dñs à facie eorũ: & fecit illos habitare p eis, sicut fecerat filiis Esau, qui habitãt in Seir, delẽs Horrhæos, & terrã eorũ illis tradẽs, quam possident vsq. in præsens. Heuæos quoque qui habitabãt in Haserim vsque Gazã, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerũt eos, & habitauerũt pro illis. Surgite, & transite torrentẽ Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regẽ Hesebõ Amorrhæum, & terrã eius incipe possidere, & cõmitte aduersus eũ prœlitũ. Hodie incipiã mittere terrorẽ atque formidinẽ tuã in populos qui habitãt sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueãt, & in morẽ parturientium cõtremiscant, & dolore teneantur. ‖ Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regẽ Hesebon verbis pacificis, dicens, ‖Trãsibimus' per terram tuã, publica ‖gradiemur via: nõ declinabimus' neque ad dexterã, neque ad sinistrã. Alimenta pretio vẽde ‖nobis, vt vescamur': aquam pecunia tribue, & sic ‖bibem": ‖Tantũ est vt nobis' cõcedas trãsitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar: donec ‖veniamus ad Iordanẽ, & trãseamus' ad Terrã quã Dñs Deus noster daturus est nobis. Noluitque Sehõ rex Hesebõ dare nobis transitũ: quia indurauerat Dñs Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. Dixitque Dñs ad me, ‖Ecce cœpi tibi tradere Sehon, & terram eius, incipe possidere eã. Egressusq. est Sehon obuiã nobis cum omni populo suo ad prœlium in Iasa. Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimusque eum cũ filiis suis & omni populo suo. Cunctasq. vrbes in tẽpore illo cepimus, interfectis habitatoribus earũ, viris ac mulieribus & paruulis. non reliquimus in eis quicquã. Absq. iumentis, quæ in partẽ venẽre prædantium: & spoliis vrbium, quas cepimus ab Aroër, quæ est super ripam torrentis Arnon, *oppido quod in valle situm est, vsq. Galaad. Non fuit vicus, & ciuitas quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dñs Deus noster nobis. Absq. terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisq. locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

Nu.21,21. ‖Transibo ‖MS.H.C. ‖gradiar via: nõ declinabo ‖MS.H.C.G. ‖mihi vt vescar ‖MS.H.C.G. ‖bibam ‖MS.H.C.G. ‖Tantũ est mihi ‖MS.H.C.G. ‖veniã ad Iordanem & transeã ‖MS.H.C.G.Q n. Amos 2,9. *& ‖MS.H.C.G.A.R. autẽ & Rab. non legitur.

CAP. III.

Inf.29,7. Num.21,33 ITaq. cõuersi ascẽdimus p iter Basan: egressusq. est Og rex Basan in occursum nobis cũ populo suo ad bellãdum in Edrai. Dixitque Dñs ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua: faciesq. ei ‖sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorũ, qui habitauit in Hesebon. ‖ Tradidit ergo Dñs Deus noster in manibus nostris etiã Og regem Basan, & vniuersum populũ eius: percussimusq. eos vsque ad internecionẽ, vastantes cunctas ciuitates illius vno tẽpore. non fuit oppidum quod nos effugeret: sexaginta vrbes, omnẽ regionem Argob regni Og in Basan. Cũctæ vrbes erãt munitæ muris altissimis, portisque & vectibus, absque oppidis innumeris quę nõ habebãt muros. Et deleuimus eos sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperdentes omnem ciuitatẽ, virosq. ac mulieres & paruulos: iumẽta autem & spolia vrbium diripuimus. Tulimusque illo in tẽpore terrã de manu duorum regum Amorrhæorũ qui erãt trans Iordanẽ: à torrente Arnon vsq. ad montem Hermon; quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir: omnes ciuitates quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam Terram-Galaad & Basan vsq. ad Selcha, & Edrai ciuitates regni Og in Basan. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensurã cubiti virilis manus. Terramque possedimus tẽpore illo ab Aroër, quę est super ripã torrentis Arnõ, vsq. ad mediã partẽ mõtis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquã autẽ partẽ Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnẽ regionem Argob: cunctaque Basan ‖vocatur Terra-gigantum. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri, & Machati. Vocauitq. ex nomine suo Basan, Hauoth-Iair, id est, Villas-Iair, vsque in præsentem diem. Machir quoque dedi Galaad. Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra-Galaad vsque ad torrentem Arnon medium torrentis, & confiniũ vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon: & planitiẽ solitudinis atque Iordanẽ, & terminos Cenereth vsque ad mare deserti, quod est salsissimum, ad radices mõtis Phasga cõtra orientẽ. Præcepiq. vobis in tẽpore illo, dicens, Dñs Deus vester dat vobis terram hãc in hæreditatem, expediti præcedite fratres vestros filios Israël, omnes viri robusti: absque vxoribus, & paruulis atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebũt, quas tradidi vobis; donec requiem tribuat Dñs fratrib. vestris, sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam Terrã quam daturus est eis trans Iordanẽ: tunc reuertetur vnusquisque in possessionẽ suã quã dedi vobis. ‖ Iosue quoq. in tempore illo præcepi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dñs Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quæ tranfiturus es. Ne timeas eos: Dominus

Num.21,24 Num.21,33

enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim Deus vester pugnabit pro vobis.
Precatusq. sum Dñm in tẽpore illo, di- 23
cens, Dñe Deus tu cœpisti ostẽdere ser- 24
uo tuo magnitudinẽ tuã, manumq. fortissimã. neq. enim est alius Deus vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & cõparari fortitudini tuæ. Transi- 25
bo igitur, & videbo Terrã hanc optimam trãs Iordanẽ, & montẽ istũ egregiũ, & Libanũ. ¶ Iratusque est Dñs mihi propter 26
vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, Sufficit tibi: nequaquã vltrà loquaris de hac re ad me. Ascẽde cacumẽ Phasgę, & 27
oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonẽ, austrumque, & orientem, & aspice. nec enim transibis Iordanẽ istum.
Præcipe Iosue, & corrobora eum atque 28
confortа: quia ipse præcedet populũ istũ, & diuidet eis Terrã quã visurus es. Mã- 29
simusque in valle contra phanum Phogor.

CAP. IIII.

ET nunc Israël audi præcepta & iudi- 1
cia quæ ego doceo te: vt faciẽs ea, viuas, & ingrediẽs possideas Terrã quam Dñs Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbũ quod vo- 2
bis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mãdata Dñi Dei vestri quæ ego præcipio vobis. ¶ Oculi vestri viderunt omnia 3
quæ fecit Dñs contra Beel-Phegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis 4
Dño Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentẽ diẽ. Scitis quòd docuerim vos 5
præcepta atq. iustitias, sicut mãdauit mihi Dñs Deus meus: sic facietis ea in Terra quam possessuri estis: & obseruabitis, 6
& implebitis opere: Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus corã populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicant, En populus sapiens & intelligẽs, gẽs magna. Nec est alia natio tam grãdis, quæ 7
habeat deos appropinquantes sibi, sicut* Deus noster adest cũctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gẽs sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustaq. iudicia, 8
& vniuersam legẽ, quã ego proponã hodie ante oculos vestros? Custodi igitur 9
temetipsum, & animã tuam solicitè. Ne obliuiscaris verborũ quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebꝰ vitæ tuæ. ¶ Docebis ea filios ac ne- 10
potes tuos, diẽ in quo stetisti corã Dño Deo tuo in Horeb, quãdo Dñs locutus est mihi, dicẽs, Cõgrega ad me populum, vt audiãt sermones meos, & discant timere me omni tẽpore quo viuũt in terra, doceantq. filios suos. Et accessistis ad ra- 11
dices montis qui ardebat vsque ad cælũ: erantq. in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq. est Dñs ad vos de medio 12
ignis. Vocẽ verborũ eius audistis, & formã penitus nõ vidistis. Et ostẽdit vobis 13
pactũ suũ quod præcepit vt faceretis, & decẽ verba quę scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihique mãdauit in illo tẽpore 14
vt docerẽ vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in Terra quã possessuri
15 estis. Custodite igitur solicitè animas vestras. Nõ vidistis aliquã similitudinem in die qua locutus est vobis Dñs in Ho-
16 reb de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut
17 imaginẽ masculi vel fœminę, similitudinẽ omniũ iumentorum quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium,
18 atq. reptiliũ quæ mouẽtur in terra, siue piscibũ qui sub terra morantur in aquis:
19 ne fortè eleuatis oculis ad cælũ, videas Solẽ & Lunã, & omnia astra cæli, & errore deceptꝰ adores ea & colas, quę creauit Dñs Deus tuus in ministeriũ cunctis
20 gẽtibus quæ sub cælo sunt. Vos autem tulit Dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populũ hæreditarium,
21 sicut est in præsenti die. ¶ Iratusque est Dñs cõtra me propter sermones vestros, & iurauit vt nõ transirẽ Iordanẽ, nec ingrederer Terrã optimam quã daturus est
22 vobis. Eccẽ moriar in hac humo, non trãsibo Iordanẽ: vos transibitis & possidebitis terrã egregiã. Caue ne quando
23 obliuiscaris pacti Dñi Dei tui, quod pepigit tecũ: & facias tibi sculptã similitudinem eorum quæ fieri Dñs prohibuit:
24 ¶ quia Dñs Deus tuus ignis consumens
25 est, Deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra, deceptiq. feceritis vobis aliquã similitudinẽ, patrantes malũ corã Dño Deo ve-
26 stro, vt eũ ad iracundiã prouocetis: testes inuoco hodie cælũ & terrã, citò perituros vos esse de Terra quam transito Iordane possessuri estis. nõ habitabitis in ea longo tempore, sed delebit vos Dñs,
27 atq. dispergет in oẽs gẽtes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos du-
28 cturus est Dñs. ibiq. seruietis diis qui hominũ manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui nõ vidẽt, nec audiũt, nec come-
29 dũt, nec odorãtur. Cumq. quæsieris ibi Dñm Deũ tuũ, inuenies eũ: si tamẽ toto corde quæsieris, & tota tribulatione ani-
30 mæ tuæ. Postquã te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo autẽ tẽpore reuerteris ad Dñm Deũ tuũ, & audies
31 vocẽ eius. Quia Deus misericors Dñs Deus tuus est: nõ dimittet te, nec omnino delebit, neq. obliuiscetur pacti in quo iu-
32 rauit patrib. tuis. Interroga de dieb. antiquis, qui fuerũt ante te ex die quo creauit Deꝰ hominẽ super terrã, à summo cęlo vsq. ad summũ eiꝰ, si facta est aliquãdo huiusce modi res, aut vnquã cognitũ est,
33 vt audiret populꝰ vocẽ Dei loquẽtis de medio ignis, sicut tu audisti, & vidisti:
34 si fecit Deꝰ vt ingrederetur, & tolleret sibi Gentẽ de medio nationũ, per tẽtationes, signa, atq. portẽta, per pugnã & robustã manũ, extẽtumq. brachiũ, & horribiles visiones iuxta omnia quæ fecit pro vobis Dñs Deus vester in Aegypto, vi-

*Dominus 3 MS Rab. H.C.G.

Exo. 19, 18

Deut. 25, 4. Esa. 22, 17

Num. 25, 4.

Sup. 1, 37. 3, 26. Inf. 34, 1.

Hebr. 12, 29

Sap. 1, 1.

Hmorior MS.H.C. G.

Hvixisti 6 MS.R.Rabb. H.C. G.

Hnobis Hnoster MS.G.Textui verò volunt R. H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dentibus oculis tuis: vt scires quoniam 35
Dñs ipse est Deus, & non est alius præter
eum 4 MS. R. H. C. G. vnum'. De cælo te fecit audire vocem 36
suã, vt doceret te: & in terra ostendit ti-
bi ignẽ suũ maximũ, & audisti verba il-
lius de medio ignis, quia dilexit patres 37
Exo. 13, 21 tuos, & elegit semẽ eorũ post eos. ¶ Edu-
xitque te præcedẽs in virtute sua magna
ex Aegypto, vt deleret nationes maxi- 38
mas & fortiores te in introitu tuo: & in-
troduceret te, daretq. tibi terrã earũ in
possessionẽ, sicut cernis in præsenti die.
Scito ergo hodie, & cogitato in corde 39
tuo quòd Dñs ipse est Deus in cælo sur-
sum, & in terra deorsum, & non sit alius.
Custodi præcepta eius atq. mãdata quę 40
ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filiis
tuis post te, & permaneas multo tẽpore
super Terrã quã Dñs Deus tuus daturus
Nu. 35, 6 est tibi. Tunc separauit Moyses tres ci- 41
uitates trãs Iordanẽ ad Orientalẽ plagã,
vt cõfugiat ad eas qui occiderit nolens 42
proximũ suum, nec sibi fuerit inimicus
Ios. 20, 18. ante vnũ & alterũ diẽ, & ad harũ aliquã
vrbiũ possit euadere: ¶ Bosor in solitu- 43
dine quæ sita est in terra cãpestri de tri-
bu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est
in tribu Gad: & Golan in Basan, quæ est
in tribu Manasse. Ista est lex quã ppo- 44
suit Moyses corã filiis Israël, & hęc te- 45
stimonia & ceremoniæ atq. iudicia quæ
locutus est ad filios Israël, quãdo egressi
sunt de Aegypto, trãs Iordanẽ in valle 46
cõtra phanũ Phogor in terra Sehõ regis
Amorrhæi, qui habitauit in Hesebõ, quẽ
percussit Moyses. Filij quoque Israël e- 47
gressi ex Aegypto possederũt terrã eius,
& terrã Og regis Basan, duorũ regũ A-
morrhæorũ, qui erãt trãs Iordanẽ ad so-
lis ortũ: Ab Aroër quæ sita est super ri- 48
pã torrentis Arnon, vsq. ad montẽ Sion,
qui est & Hermõ, oẽm planitiẽ trãs Ior 49
danẽ ad Orientalẽ plagã, vsq. ad mare so-
litudinis, & vsq. ad radices mõtis Phasga.

CAP. V.

VOcauitq. Moyses oẽm Israëlem, & 1
dixit ad eũ, Audi Israël ceremonias
atq. iudicia quæ ego loquor in auribus
vestris hodie: discite ea, & opere cõplete.
Exo. 19, 5. ¶ Dñs Deus noster pepigit nobiscũ fœ- 2
dus in Horeb. Non cũ patribus nostris 3
iniit pactũ, sed nobiscũ qui impræsentia-
rũ sumus, & viuimus. Facie ad faciem 4
locutus est nobis in mõte de medio ignis.
Ego sequester & medius fui inter Dñm 5
& vos in tẽpore illo, vt annuntiarẽ vo-
bis verba eius: timuistis enim ignẽ, & nõ
Exo. 20, 2. ascendistis in montẽ. & ait, ¶ Ego Dñs 6
Leu. 26, 1. Deus tuus, qui eduxi te de Terra Ae-
Psal. 96, 7. gypti de domo seruitutis. Non habebis 7
deos alienos in cõspectu meo. Nõ facies 8
tibi sculptile, nec similitudinẽ omnium
quæ in cælo sunt désuper, & quæ in ter-
Exo. 34, 7. ra deorsum, & quæ versantur in aquis sub
Ier. 32, 18. terra. Nõ adorabis ea, & nõ coles. ¶ Ego 9
Leu. 19, 12. enim sum Dñs Deus tuus, Deus æmula-
tor, reddẽs iniquitatẽ patrũ super filios
in tertiã & quartã generationem his qui
10 oderũt me, & faciẽs misericordiam in
multa millia diligẽtibus me, & custodiẽ-
11 tibus præcepta mea. Nõ vsurpabis no-
mẽ Dñi Dei tui frustra: quia nõ erit im-
punitus, qui super re vana nomẽ eius as-
12 sumpserit. Obserua diẽ Sabbathi, vt sãu
ctifices eũ sicut ¶ præcepit tibi Dñs Deus
13 tuus. Sex diebus operaberis, & facies
14 omnia opera tua. Septimꝰ dies Sabba-
thi est, id est, ¶ requies Dñi Dei tui. Non
facies in eo quicquã operis, tu, & filius
tuus, & filia, seruus & ancilla, & bos,
& asinus, & omne iumentũ tuũ, & pere-
grinus qui est intra portas tuas: vt re-
quiescat seruus tuus, & ancilla tua, sicut
15 & tu. Memẽto quòd & ipse seruieris in
Aegypto, & eduxerit te inde Dñs Deus
tuus in manu forti, & brachio extento.
Idcirco præcepit tibi vt obseruares diem
16 Sabbathi. ¶ Honora patrẽ tuũ & matrẽ,
sicut præcepit tibi Dñs Deus tuus, vt lõ-
go viuas tẽpore, & bene sit tibi in Terra
quã Dominꝰ Deus tuus daturus est tibi.
17 Nõ occides. Neq. mœchaberis. Fur-
18 tumq. non facies. Nec loquẽris contra
19 proximũ tuũ falsum testimoniũ. ¶ Nõ
20 cõcupisces vxorẽ proximi tui: non do-
21 mũ, nõ agrũ, non seruũ, non ancillã, non
bouẽ, non asinum, & vniuersa quæ illius
22 sunt. Hæc verba locutꝰ est Dñs ad om-
nẽ multitudinẽ vestrã in mõte de medio
ignis & nubis, & caliginis, voce magna,
nihil addẽs amplius: & scripsit ea in dua-
bus tabulis lapideis quas tradidit mihi.
23 Vos autẽ postquã audistis vocẽ de me-
dio tenebrarũ, & montẽ ardere vidistis,
accessistis ad me omnes principes tribuũ
24 & maiores natu, atq. dixistis, Ecce ostẽ-
dit nobis Dñs Deus noster maiestatẽ &
magnitudinẽ suã. vocẽ enim eius audi-
uimus de medio ignis, & probauimꝰ ho-
die quòd loquente Deo cum homine, vi-
25 xerit homo. Cur ergo moriemur, & de-
uorabit nos ignis hic maximus? Si enim
audierimus vltrà vocem Dñi Dei nostri,
26 moriemur. Quid est omnis caro, vt au-
diat vocẽ Dei viuẽtis, qui de medio ignis
loquitur sicut nos audiuimus, & possit
27 viuere? Tu magis accede: & audi cũcta
quæ dixerit Dñs Deus noster tibi: loquẽ-
risque ad nos, & nos audientes faciemus
28 ea. Quod cùm audisset Dñs, ait ad me,
Audiui vocẽ verborũ populi huius quæ
locuti sunt tibi: bene omnia sunt locuti.
29 Quis det talem eos habere mentem, vt
timeãt me, & custodiãt vniuersa mãda-
ta mea in omni tempore, vt bene sit eis
30 & filiis eorũ in sempiternum? Vade &
dic eis, Reuertimini in tentoria vestra.
31 Tu verò hîc sta mecum, & loquar tibi
omnia mãdata mea, & ceremonias atque
iudicia: quæ docebis eos, vt faciant ea in
32 Terra quã dabo illis in possessionẽ. Cu-
stodite igitur & facite quæ præcepit Dñs

Deus

Deus vobis: nō declinabitis neq. ad dextera, neque ad siniſtrā: ſed per viā quā 33
præcepit Dñs Deus veſter ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & ᵃprotelē-
tur' dies *in terra poſſeſsionis veſtræ.

CAP. VI.

HAec ſunt præcepta, & ceremoniæ 1
atq. iudicia quę mādauit Dñs Deus veſter vt docerem vos, ᵃ& faciatis ea in
Terra ad quā tranſgredimini poſsidendā,
vt timeas Dñm Deū tuū, & cuſtodias 2
omnia mādata & præcepta eius, quæ ego
præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis
cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur
dies tui. Audi Iſraël, & obſerua vt fa- 3
cias quæ præcepit tibi Dñs', & bene ſit
tibi, & multipliceris amplius, ſicut pol-
licitus eſt Dñs Deus patrū tuorū tibi, ter-
rā lacte & melle manātē. ‖ Audi Iſraël, 4
Dñs Deus noſter, ᵃDeus' vnus eſt. *Di- 5
liges Dñm Deū tuū ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota fortitudine
tua. ‖ Eruntq. verba hæc quæ ego præ- 6
cipio tibi hodie, in corde tuo: & narra- 7
bis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in
domo tua, & ambulans in itinere, dor-
miens, atq. cōſurgēs. Et ligabis ea quaſi 8
ſignum in manu tua, eruntque & moue-
buntur inter oculos tuos, ſcribēſque ea 9
in limine & oſtiis domus tuæ. Cumq. 10
introduxerit te Dñs Deus tuus in Terrā
pro qua iurauit patribus tuis Abraham,
Iſaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates
magnas & optimas quas non ædificaſti,
domos plenas cunctarū opū quas non 11
extruxiſti, ciſternas quas non fodiſti, vi-
neta & oliueta quæ nō plantaſti, & com-
ederis, & ſaturatus fueris: caue diligen- 12
ter ne obliuiſcaris Dñi qui eduxit te de
Terra Aegypti, de domo ſeruitutis.
‖ Dñm Deū tuum timebis, & illi ſoli' 13
ſeruiēs, ac per nomē illius iurabis. Nō 14
ibitis poſt deos alienos cunctarū Gentiū,
quæ in circuitu veſtro ſunt: qm̄ Deus 15
æmulator Dñs Deus tuus in medio tui:
nequādo iraſcatur furor Dñi Dei tui cōtra te, & auferat te de ſuperficie terræ.
‖ Nō tentabis Dñm Deū tuū, ſicut ten- 16
taſti in loco tentationis. Cuſtodi præ- 17
cepta Dñi Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: & fac quod 18
placitum eſt & bonū in cōſpectu Dñi, vt
bene ſit tibi: & ingreſſus poſsideas Terrā
optimā, de qua iurauit Dñs patrib' tuis,
vt deleret oēs inimicos tuos coram te, 19
ſicut locutus eſt. Cū interrogauerit te 20
filius tuus cras, dicens, Quid ſibi volunt
teſtimonia hæc, & ceremoniæ, atq. iudicia, quæ præcepit Dñs Deus noſter ᵃnobis'? dices ei, Serui eramus Pharaonis 21
in Aegypto, & eduxit nos Dñs de Aegypto in manu forti: fecitque ſigna atque 22
prodigia magna & peſsima in Aegypto,
cōtra Pharaonē, & oēm domum illius in
cōſpectu noſtro, & eduxit nos inde, vt 23
introductis daret Terrā ſuper qua iurauit
24 patribus noſtris. Præcepitq. nobis Dñs
vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dñm Deū noſtrum, vt bene ſit
nobis cūctis diebus vitæ noſtræ, ſicut eſt
25 hodie. Eritq. noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta
eius corā Dño Deo noſtro, ſicut mandauit nobis.

CAP. VII.

1 CVm introduxerit te Dñs Deus tuus *Inf.31,3.*
in Terrā quā poſſeſſurus ingrederis,
& deleuerit Gētes multas coram te, Hethæū & Gergezæū & Amorrhæū, Chananæum & Pherezæū, & Heuæū, & Iebuſæū, ſeptē gētes multò maioris nume-
2 ri quàm tu es, & robuſtiores te: tradideritq. eas Dñs Deus tuus tibi, percuties *Exo.22,30.*
eas vſq. ad internecionē. ‖ Nō inibis cū *34,12.*
3 eis fœdus, nec miſereberis earū, neque ſociabis cū eis coniugia. Filiā tuā nō dabis filio eius, nec filiā illius accipies filio
4 tuo: quia ſeducet filiū tuū ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis. iraſceturque furor Dñi, & delebit te citò.
5 Quin potius hęc facietis eis, Aras eorū ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucoſq.
6 ſuccidite, & ſculptilia cōburite. ‖ Quia *Inf.14,2.*
populus ſanctus es Dño Deo tuo. Te elegit Dñs Deus tuus, vt ſis ei populus pe- *& 26,18.*
culiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper
7 terrā. Non quia cūctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dñs, & elegit vos, cū omnibus ſitis populis paucio-
8 res: ſed quia dilexit vos Dñs, & cuſtodiuit iuramentū quod iurauit patrib. veſtris: Eduxitq. vos in manu forti, & redemit de domo ſeruitutis, de manu Pha-
9 raonis regis Aegypti. Et ſcies quia Dñs Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiēs pactū & miſericordiā diligentibus ſe, & his qui cuſtodiūt præcepta e-
10 ius, in mille generationes: & reddēs odiētibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltrà nō differat, protinus eis reſtituens
11 quod merentur. Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias atq. iudicia quæ ego mā-
12 do tibi hodie, vt facias. Si poſtquā audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & Dñs Deus tuus pactū tibi & miſericordiā quam iurauit patribus
13 tuis: & diliget te ac multiplicabit, benedicetq. fructui vētris tui, & fructui terræ tuæ, frumēto tuo atq. vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouiū tuarum ſuper Terrā, ᵖ qua iurauit patrib. tuis vt daret
14 eā tibi. Benedictus eris inter oēs popu- *Exo.23,26.*
los. ‖ Nō erit apud te ſterilis vtriuſq. ſexus, tā in hominib. quàm in gregib. tuis.
15 Auferet Dñs à te omnē lāguorē: & infirmitates Aegypti peſsimas quas nouiſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus
16 tuis. Deuorabis oēs populos quos Dñs Deus tuus daturus eſt tibi. Nō parcet eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorum, ne
17 ſint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt Gentes iſtæ quàm ego,
18 quomodo potero delere eas? noli

metuere,

Inf.10,20. Matt.4,10. Luc.4,8.

Matt.4,7. Luc.4,12. Num.21,5. Exo.7,2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

metuere, sed recordare quæ fecerit Dñs Deus tuus Pharaoni, & cũctis Aegyptiis,
plagas maximas quas viderunt oculi 19
tui, & signa atq. portenta, manumq. robustã, & extentũ brachiũ, vt educeret te Dñs Deus tuus. sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper & crabrones mit- 20
tet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat oẽs atq. disperdat qui te fugerint, &
Exo.23,31 latẽre potuerint. ¶ Nõ timebis eos, quia 21
33,2. Dñs Deus tuus in medio tui est, Deus
Ios.24,11. magnus & terribilis: ipse cõsumet na- 22
tiones has in cõspectu tuo paulatim atq. per partes. Nõ poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. Dabitque eos Dñs Deus tuus in 23
conspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetq. reges eorũ 24
in manus tuas, & disperdes nomina eorũ sub cælo: nullus poterit resistere tibi, do-
2 Mac. 12. 40. nec conteras eos. ¶ Sculptilia eorũ igne 25
cõbures: nõ cõcupisces argentũ & aurũ de quibus facta sunt, neq. assumes ex eis tibi quicquã, ne offendas, propterea quia abominatio est Dñi Dei tui. Nec infe- 26
res quippiã ex idolo in domũ tuã, ne fias anáthema, sicut & illud est. Quasi spurcitiã detestaberis, & velut inquinamentũ ac sordes abominationi habebis, quia anáthema est. CAP. VIII.

OMne mãdatũ quod ego præcipio ti- 1
bi hodie caue diligẽter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressiq. possideatis Terram, pro qua iurauit
Inf.29,5. Dñs patribus vestris. Et recordaberis 2
cuncti itineris per quod adduxit te Dñs Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atq. tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrũ custodires mãdata illius, an nõ. Af- 3
flixit te penuria, & dedit tibi cibũ mãna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostẽderet tibi quòd ¶ non in solo pane [a]viuat[b] homo, sed in omni verbo quod egreditur
Matt. 4,4. de ore Dñi. Vestimentũ tuũ quo ope- 4
Luc.4,5. riebaris, nequaquã vetustate defecit, &
[a] viuit MS. R. Rab. [b] vivet H. C. G. pes tuus non est subtritus, en quadrage-
Inf.26,3. simus annus est. ¶ Vt recogites in corde 5
tuo, quia sicut erudit filiũ suũ homo, sic Dñs Deus tuus erudiuit te, vt custodias 6
mandata Dñi Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eũ. Dñs enim Deus tuus 7
introducet te in terrã bonã, terrã riuorũ aquarũq. & fontiũ: in cuius cãpis & mõtibus erũpũt fluuiorũ abyssi: terrã fru- 8
menti, hordei ac vinearũ, in qua ficus & malogranata, & oliueta nascuntur: terrã olei ac mellis. Vbi absque vlla penuria 9
comedes panẽ tuũ, & rerũ omniũ abundãtia perfruẽris: cuius lapides ferrũ sunt, & de mõtib[a] eius æris metalla fodiũtur:
vt cùm cõederis, & satiatus fueris, be- 10
nedicas Dño Deo tuo pro Terra optima quã dedit tibi. Obserua, & caue nequã- 11
do obliuiscaris Dñi Dei tui, & negligas mandata eius atq. iudicia & ceremonias

12 quas ego præcipio tibi hodie: ne post-
quã comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in
13 eis, habuerisq. armẽta boũ & ouiũ greges, argẽti, & auri, cunctarumq. rerũ co-
14 piã, eleuetur cor tuũ, & nõ reminiscaris Dñi Dei tui, qui eduxit te de Terra Ae-
15 gypti, de domo seruitutis: & ductor tuus fuit in solitudine magna atq. terribili, in qua erat serpẽs flatu adurẽs, & scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquæ: ¶ qui edu-
16 xit riuos de petra durissima, ¶ & ciba-uit te Mãna in solitudine, quod nescierũt patres tui. Et postquã afflixit ac proba-
17 uit*, ad extremũ misert[a] est tui, ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præ-
18 stiterũt. Sed recorderis Dñi Dei tui, q ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactũ suum, super quo iurauit patrib. tuis,
19 sicut præsens indicat dies. Si aũt oblit[a] Dñi Dei tui, secutus fueris deos alienos, coluerisq. illos & adoraueris: ecce nunc
20 prædico tibi q omnino dispereas. Sicut Gẽtes quas deleuit Dñs in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobediẽtes fueritis voci Dñi Dei vestri. CAP. IX.

1 AVdi Israël, Tu transgredieris hodie Iordanẽ, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes,
2 & ad cælũ vsq. muratas, populũ magnũ atq. sublimẽ, filios enacim, quos ipse vidisti, & audisti, quib. nullus potest ex ad-
3 uerso resistere. Scies ergo hodie quòd Dñs Deus tuus ipse trãsibit ante te, ignis deuorãs atq. cõsumens, qui conterat eos & deleat atq. disperdat ante faciẽ tuam
4 velociter, sicut locut[a] est tibi. Ne dicas in corde tuo cùm deleuerit eos Dñs Deus tu[a] in cõspectu tuo, Propter iustitiã meã introduxit me Dñs vt terrã hanc possiderẽ, cùm propter impietates suas istæ de-
5 letæ sint nationes. Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatẽ cordis tui ingrederis vt possideas terras earũ: sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt: & vt cõpleret verbũ suũ Dñs, quod sub iuramẽto pollicitus est patribus tuis
6 Abrahã, Isaac & Iacob. Scito ergo, quòd nõ propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cùm durissimæ ceruicis
7 sis populus. Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiã prouocaueris Dominum Deum tuũ in solitudine. ¶ Ex eo die quo egressus es ex Aegypto vsque ad locum istum semper aduersum
8 Dominum contendisti. Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te
9 voluit, quando ascendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiscum [a]Deus: & perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam nõ
10 bibens. Deditque mihi Dñs duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & con-

[a] Deus MS. R. C.

tinentes

tinentes omnia verba quæ vobis locutus
est in monte de medio ignis, quãdo con-
cio populi cõgregata est. Cumq. transis- 11
sent quadraginta dies & totidem noctes,
dedit mihi Dñs duas tabulas lapideas, ta-
bulas fœderis, dixitque mihi, Surge, & 12
descẽde hinc citò: quia populus tuus quẽ
eduxisti de Aegypto, deseruerunt veloci-
ter viam quã demõstrasti eis, feceruntq.
sibi cõflatile. Rursumq. ait Dñs ad me, 13
Cerno quòd populus iste duræ ceruicis
sit: dimitte me vt conteram eum, & de- 14
leam nomẽ eius de sub cælo, & constituã
te super Gentẽ quę hac maior & fortior
sit. Cumq. de mõte ardente descenderẽ, 15
& duas tabulas fœderis vtraque tenerem
manu, vidissemq. vos peccasse Dño Deo 16
vestro, & fecisse vobis vitulũ cõflatilem,
ac deseruisse velociter viã eius quã vobis
ostenderat: proieci tabulas de manibus 17
meis, confregiq. eas in conspectu vestro.
Et procidi ante Dñm sicut prius, qua- 18
draginta dieb. & noctibus panẽ nõ come-
dens, & aquã non bibens, propter omnia
peccata vestra quæ gessistis cõtra Dñm,
& eum ad iracundiã prouocastis: timui 19
enim indignationẽ & iram illius, qua ad-
uersum vos cõcitatus, delere vos voluit.
Et exaudiuit me Dñs etiã hac vice. Ad- 20
uersum Aaron quoq. vehementer iratus,
voluit eum conterere, & pro illo similiter
deprecatus sum. Peccatũ autẽ vestrum 21
quod feceratis, id est vitulũ, arripiẽs, igne
combussi, & in frusta cõminuens, omni-
noq. in puluerẽ redigens, proieci in tor-
rentẽ qui de mõte descendit. In incẽdio 22
quoque, & in tentatione, & in Sepulcris-
cõcupiscẽtiæ prouocastis Dñm: & quã- 23
do misit vos de Cades-barne, dicens, A-
scendite, & possidete Terrã quã dedi vo-
bis, & contempsistis imperium Dñi Dei
vestri, & non credidistis ei, neque vocem
eius audire voluistis: sed semper fuistis 24
rebelles à die qua nosse vos cœpi. Et ia- 25
cui corã Dño quadraginta diebus ac no-
ctibus, quibus eũ suppliciter deprecabar,
ne deleret vos vt fuerat comminatus: & 26
orãs dixi, Dñe Deus, ne disperdas popu-
lum tuũ, & hæreditatẽ tuam, quam rede-
misti in magnitudine tua, quos eduxisti
de Aegypto in manu forti. Recordare 27
seruorũ tuorũ Abraham, Isaac, & Iacob:
ne aspicias duritiã populi huius, & im-
pietatem atq. peccatum: ne fortè dicant 28
habitatores terræ, de qua eduxisti nos,
Nõ poterat Dñs introducere eos in Ter-
ram quam pollicitus est eis; & oderat il-
los: idcirco eduxit, vt interficeret eos in
solitudine. qui sunt populus tuus & hę- 29
reditas tua, quos eduxisti in fortitudine
tua magna, & in brachio tuo extento.

CAP. X.

IN tempore illo dixit Dñs ad me, Dola 1
tibi duas tabulas lapideas, sicut priores
fuerunt, & ascẽde ad me in montem: fa-
ciesq. arcã ligneam, & scribã in tabulis 2
verba quæ fuerunt in his quas ante con-
3 fregisti, ponesq. eas in arca. Feci igitur
arcam de lignis setim. Cumque dolassem
duas tabulas lapideas instar priorũ, ascẽ-
di in montem, habens eas in manibus.
4 Scripsitq. in tabulis iuxta id quod prius
scripserat, verba decem, quæ locutus est
Dñs ad vos in mõte de medio ignis, quã-
do populus congregatus est, & dedit eas
5 mihi. Reuersusq. de monte, descendi, &
posui tabulas in arcam quam fecerã, quę
hucusq. ibi sunt, sicut mihi præcepit Do-
6 minus. ‖ Filij autẽ Israël mouerunt ca- Nu. 33, 30.
stra ex Beroth-filiorum-Iacan in Mose-
ra, ‖ vbi Aaron mortuus & sepultus est, Nu. 20, 28.
pro quo sacerdotio functus est Eleazar
7 filius eius. Inde venerunt in Gadgad: de
quo loco profecti, castrametati sunt in
Ietebatha, in Terra-aquarum atq. torren-
8 tium. Eo tempore separauit tribum Le-
ui, vt portaret arcam fœderis Dñi, & sta-
ret corã eo in ministerio, ac benediceret
in nomine illius vsq. in præsentem diem.
9 Quã ob rem non habuit Leui partem, Nu. 18, 20.
neq. possessionẽ cum fratribus suis: quia Inf. 18, 2.
ipse Dñs possessio eius est, sicut promisit
10 ei Dñs Deus tuus. Ego autẽ steti in mõ-
te, sicut prius, quadraginta diebus ac no-
ctibus: exaudiuitq. me Dñs etiã hac vice,
11 & te pdere noluit. Dixitq. mihi, Vade,
& præcede populum, vt ingrediatur, &
possideat Terrã quã iuraui patribus eorũ
12 vt traderẽ eis. Et nunc Israël quid Dñs
Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dñm
Deum tuum, & ambules in viis eius, &
diligas eum, ac seruias Dño Deo tuo in
13 toto corde tuo, & in tota anima tua: cu-
stodiasque mandata Dñi, & ceremonias
eius quas ego hodie præcipio tibi, vt be-
14 ne sit tibi? En Dñi Dei tui cælum est,
& cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea
15 sunt: & tamẽ patribus tuis conglutina-
tus est Dñs, & amauit eos, elegitq. semen
eorum post eos, id est vos, de cũctis Gẽ-
16 tibus, sicut hodie cõprobatur. Circum-
cidite igitur præputium cordis vestri, &
ceruicem vestram ne induretis amplius:
17 quia Dominus Deus vester ipse est Deus
deorum, & Dñs dominãtium, Deus ma-
gnus & potens, & terribilis, ‖ qui personã 2 Par. 19, 7
18 non accipit, nec munera. Facit iudicium Iob 34, 19.
pupillo & viduæ, amat peregrinũ, & dat Sap. 6, 8.
19 ei victũ atq. vestitum. & vos ergo ama- Eccl. 35, 16
te peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ
20 in Terra-Aegypti. ‖ Dñm Deum tuum Rom. 2, 11.
timebis, & ei *seruies: ipsi adhęrebis, iu- Gal. 2, 6.
21 rabisque in nomine illius. Ipse est laus Sup. 6, 13.
tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc ma- *soli MS.
gnalia & terribilia quę viderũt oculi tui. R.G. Q.n.
22 ‖ In septuaginta animabus descenderũt Mat. 4, 10.
patres tui in Aegyptũ: & ecce nunc mul- Luca 4, 8.
tiplicauit te Dñs Deus tuus sicut astra Gen. 46, 27.
cæli.

CAP. XI.

1 AMa itaq. Dñm Deum tuũ, & obser-
ua præcepta eius & ceremonias, iu-
2 dicia atq. mãdata omni tẽpore. Cogno-

scita

scite hodie quæ ignorant filij vestri, qui nō viderunt disciplinam Dñi Dei vestri, magnalia eius & robustam manū, extentumq. brachium, signa & opera quę fecit in medio Aegypti Pharaoni regi, & vniuersæ terrę eius, omniq́ue exercitui Aegyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquæ maris-rubri, cùm vos persequerentur, & deleuerit eos Dñs vsq. in præsentem diem: vobisque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hūc locū: ‖& Dathan atq. Abîron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substātia eorū, quā habebāt in medio Israël.

Num. 16,31. Ps. 105,17.

Oculi vestri viderunt omnia opera Dñi magna quę fecit, vt custodiatis vniuersa mādata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, ⁿ&' posſitis introire, & possidere Terram ad quā ingredimini, multoque in ea viuatis tempore: quā sub iuramento pollicitus est Dñs patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem.

ⁿvt 1 MS. H.C.G.

Terra enim ad quam ⁿingrederis' possidendam, non est sicut Terra-Aegypti de qua existi, vbi iacto semine in hortorum more aquæ ducuntur irriguæ: sed montuosa est & campestris, de cælo expectās pluuias, quam Dñs Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsq. ad finē eius. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dñm Deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinā, vt colligatis frumentū, & vinum, & oleum, fœnumq. ex agris ad pascēda iumenta, & vt ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne fortè decipiatur cor vestrum, & recedatis à Dño, seruiatisque diis alienis, & adoretis eos: iratusq. Dñs claudat cælum, & pluuiæ non descēdant, nec terra det germen suum, pereatisque velociter de Terra optima quam Dominus daturus est vobis. ‖Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros, vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atq. surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tuę:

ingredieris MS q. Rab.

Exp. 6,6.

vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in Terra quam iurauit Dñs patribus tuis, vt daret eis quādiu cælū imminet terræ. Si enim custodieritis mādata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dñm Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærētes ei, disperdet Dñs omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis sunt.

Iosue 1,3.

‖Omnis locus quē calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Euphráte vsque ad mare occidētale erunt termini vestri. Nullus stabit cōtra vos: terrorē vestrū & formidinē dabit Dñs Deus vester super omnē terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Dñi Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis Dñi Dei vestri, sed recesseritis de via quā ego nunc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis. Cùm verò introduxerit te Dñs Deus tuus in Terrā ad quā pergis habitandam, ‖pones benedictionem super mōtem Garizim, maledictionem super montē Hebal: qui sunt trans Iordanem post viam quæ vergit ad Solis occubitū in Terra-Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalā, quæ est iuxta vallem tendentem & intrātem procul. Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis Terrā quā Dñs Deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam. Videte ergo vt impleatis cerēmonias atque iudicia quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

CAP. XII.

HAec sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in Terra quam Dñs Deus patrum tuorū daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus quibus super humū gradiēris. Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignū frondosum. Dissipate aras earū, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idôla cōminuite: disperdite nomina carū de locis illis. Non facietis ita Dño Deo vestro: sed ad locum quē elegerit Dñs Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis: & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuū vestrarum, & vota atq. donaria, primogenita boū & ouium. Et comedetis ibi in conspectu Dñi Dei vestri: ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dñs Deus vester. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectū videtur. Neq. enim vsq. in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionē quam Dominus Deus vester daturus est vobis. Transibitis Iordanem, & habitabitis in Terra quam Dñs Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum: & absq. vllo timore habitetis in loco quē elegerit Dñs Deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocausta*, & hostias, ac decimas, & primitias manuū vestrarum: & quicquid præcipuum est in

2 Par.

1 Reg.

MS. G.

munc-

muneribus quæ vouistis Dño. Ibi epu- 12
labimini coram Dño Deo vestro, vos &
filij ac filiæ vestræ, famuli & famulæ atq.
Leuites, qui in vrbibus vestris ¶ cõmo-
rantur'. neq. enim habet aliam partem &
possessionem inter vos. Caue ne offe- 13
ras holocausta tua in omni loco quẽ vi-
deris: sed in eo quẽ elegerit Dominus, 14
in vna tribuũ tuarum offeres hostias, &
facies quæcumq. præcipio tibi. Si autẽ 15
comedere volueris, & te esus carniũ de-
lectauerit, occide, & comede iuxta bene-
dictionem Dñi Dei tui, quam dedit tibi
in vrbibus tuis: siue immundum fuerit,
hoc est maculatum & debile; siue mun-
dum, hoc est integrum & sine macula,
quod offerri licet, sicut capreã & ceruũ,
comedes, absq. esu duntaxat sanguinis, 16
quem super terram quasi aquã effundes.
Non poteris comedere in oppidis tuis 17
decimã frumenti, & vini, & olei tui, pri-
mogenita armentorum & pecorum, &
omnia quæ voueris, & spõte offerre vo-
lueris, & primitias manuũ tuarum: sed 18
coram Dño Deo tuo comedes ea in loco
quem elegerit Dñs Deus tuus, tu & filius
tuus & filia tua, & seruus & famula, atq.
Leuites qui manet in vrbibus tuis: & læ-
taberis & reficieris corã Dño Deo tuo in
cunctis ad quæ extenderis manum tuam.
Caue ne derelinquas Leuiten in omni 19
tempore quo versaris in terra. Quando 20
dilatauerit Dominus Deus tuus terminos
tuos, ‖ sicut locutus est tibi, & volueris
vesci carnibus quas desiderat anima tua:
locus autẽ quẽ elegerit Dñs Deus tuus, 21
vt sit nomẽ eius ibi, si procul fuerit, oc-
cides de armentis & pecoribus quæ ha-
bueris, sicut præcepi tibi, & comedes in
oppidis tuis, vt tibi placet. Sicut com- 22
editur caprea & ceruus, ita vescẽris eis:
& mundus & immundus in cõmune ve-
scentur. Hoc solum caue, ne sanguinem 23
comedas. sanguis enim eorũ pro anima
est: & idcirco non debes animam come-
dere cum carnibus: sed super terrã fun- 24
des quasi aquam, vt bene sit tibi & filiis 25
tuis post te, cùm feceris quod placet in
conspectu Dñi. Quæ autẽ sanctificaue- 26
ris, & voueris Dño, tolles, & venies ad
locum quẽ elegerit Dñs: & offeres ob- 27
lationes tuas carnem & sanguinem su-
per altare Dñi Dei tui: sanguinẽ hostia-
rum* fundes in altari; carnibus autẽ ipse
vescẽris. Obserua & audi omnia quæ 28
ego præcipio tibi, vt bene sit tibi & filiis
tuis post te in sempiternum, cùm feceris
quod bonum est & placitum in cõspectu
Dñi Dei tui. Quando disperdiderit Dñs 29
Deus tuus ante faciem tuam gentes ad
quas ingrederis possidendas, & possederis
eas, atq. habitaueris in terra earũ: caue 30
ne imitẽris eas, postquam te fuerint in-
troeũte subuersæ, & requiras ceremonias
earum, dicẽs: Sicut coluerunt gentes istæ
deos suos, ita & ego colam. Non facies 31
similiter Dño Deo tuo. Omnes enim
abominationes quas auersatur Dñs, fece-
runt diis suis, offerentes filios & filias, &
32 comburentes igni. Quod præcipio tibi, *Sup. 4,2.*
hoc tãtũ facito Dño: nec addas quicquã, *Prou. 30,6.*
nec minuas. CAP. XIII.

1 SI surrexerit in medio tui propheres,
aut qui somnium vidisse se dicat, &
2 prædixerit signũ atq. portentũ, & eue-
nerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus, & sequamur deos alienos quos igno-
3 ras, & seruiamus eis: non audies verba
prophetæ illius aut somniatoris: quia tẽ-
tat vos Dñs Deus vester, vt palam fiat
vtrum diligatis eũ an non, in toto corde,
4 & in tota anima vestra. Dñm Deũ ve-
strũ sequimini, & ipsum timete, & mã-
data illius custodite, & audite vocẽ eius:
5 ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Pro-
pheta autem ille aut fictor somniorũ in-
terficietur: quia locutus est vt vos auer-
teret à Dño Deo vestro, qui eduxit vos
de Terra-Aegypti, & redemit vos de do-
mo seruitutis: vt errare te faceret de via
quã tibi præcepit Dñs Deꝰ tuus: & aufe-
6 res malũ de medio tui. Si tibi voluerit
persuadere frater tuus filius matris tuæ,
aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est
in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt
animam tuam, clam dicens, Eamus, &
seruiamus diis alienis, quos ignoras tu &
7 patres tui, cunctarum in circuitu gentiũ
quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsq.
8 ad finem terræ: non acquiescas ei, nec
audias, neq. parcat ei oculus tuus vt mi-
9 serearis & occultes eum, sed statim in-
terficies. ‖ sit primùm manus tua super *Inf. 17,25.*
eũ, & post te omnis populus mittat ma-
10 num. Lapidibus obrutus necabitur:
quia voluit te abstrahere à Dño Deo tuo,
qui eduxit te de Terra-Aegypti de domo
11 seruitutis: vt omnis Israël audiens ti-
meat, & nequaquam vltrà faciat quippiã
12 huius rei simile. Si audieris in vna vr-
bium tuarum, quas Dñs Deus tuus dabit
tibi ad habitandum, dicentes aliquos,
13 Egressi sunt filij belial de medio tui, &
auerterunt habitatores vrbis suæ, atque
dixerunt, Eamus, & seruiamus diis alie-
14 nis quos ignoratis: quære solicitè, & di-
ligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abomina-
15 tionẽ hãc opere perpetratã, statim per-
cuties habitatores vrbis illius in ore gla-
dij, & delebis eã, omniaq. quæ in illa sunt
16 vsq. ad pecora. quicquid etiã supellectilis fuerit, cõgregabis in medio platearum
eius, & cũ ipsa ciuitate succendes, ita vt
vniuersa consumas Dño Deo tuo, & sit
tumulꝰ sempiternus. nõ ædificabitur am-
17 plius, & non adhærebit de illo anathe-
mate quicquã in manu tua: vt auertatur
Dñs ab ira furoris sui, & misereatur tui,
multiplicetq. te, sicut iurauit patrib. tuis,
18 quãdo audieris vocẽ Dñi Dei tui, custo-
diẽs omnia præcepta eius quæ ego præ-

cipio

cipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

CAP. XIIII.

Sup. 7,6. Inf. 26, 18. Filij estote Dñi Dei vestri: nō vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo; quoniam populus sanctus es Dño Deo tuo: & te elegit vt sis ei in populū peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. ‖ Ne comedatis quæ immunda sunt. Hoc est animal quod comedere debetis, Bouē, & ouem, & capram, ceruum & capreā, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. De his autē quæ rumināt, & vngulā non findunt, hæc comedere non debetis, camelum, leporem, chœrogryllum: quia rumināt, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoq. quoniam diuidit vngulā, & nō ruminat, immunda erit. carnibus eorū non vescemini, & cadauera non tāgetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morātur in aquis. Quæ habēt pinnulas & squamas, comedite: quę absq pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immūda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immundas ne comedatis: aquilā scilicet, & gryphē, & haliæetū, ixion, & vulturē ac milūū iuxta genus suum: & omne coruini generis, & struthionē, ac nocturam, & larum, atq. accipitrem iuxta genus suum: herodium ac cygnum, & ibin, ac mergulum, porphyrionē, & nycticoracem, onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo: vpupam quoq. & vespertilionem. Et omne quod reptat & pennulas habet, immundū erit, & non comedetur. Omne quod mundum est, comedite. Quicquid autē morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt cōedat, aut vēde ei: quia tu populus sanctus Dñi Dei tui es. Non coques hœdum in lacte matris suæ. ‖ Decimam partē separabis de cunctis fructibus tuis quæ nascūtur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Dñi Dei tui in loco quē elegerit vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis*: vt discas timere Dñm Deum tuum omni tempore. Cùm autē longior fuerit via, & locus quē elegerit Dñs Deus tuus, tibiq. benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare.

Exo. 23, 19. & 34, 26.

*offeres 4 MS. Q n.

Mat. 21, 12 vendes omnia, & in pretium rediges, portabilq. manu tua, & proficiscēris ad locum quē elegerit Dñs Deus tuus: & emes ex eadē pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armētis, siue ex ouibus, vinum quoque, & sicerā, & omne quod desiderat anima tua: & comedes corā Dño Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. caue ne derelinquas eum, quia non habet aliā partē in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimā ex omnibus quæ nascūtur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. Venietq Leuites qui aliam non habet partē nec possessionem tecū, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedēt, & saturabūtur: vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in cunctis operibus manuū tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

Septimo anno facies remissionē, quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Dñi. A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquū repetendi non habebis potestatē. Et omninò indigens & mendicus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem. Si tamen audieris vocem Dñi Dei tui, & custodieris vniuersa quę iussit, & quę ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est. Fœnerabis gētibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationib. plurimis, & tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quā Dñs Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatē deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec cōtrahes manum, sed aperies eam pauperi, & ‖ dabis mutuū quo eum indigere perspexeris. Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis; & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dñm, & fiat tibi in peccatū. Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. ‖ Nō deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manū fratri tuo egeno & pauperi, qui tecū versatur in terra. ‖ Cū tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eū liberū: & quē libertate donaueris, nequaquā vacuū abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus benedixerit tibi Dñs Deus tuus. Memento quòd & ipse seruieris in Terra Aegypti, & liberauerit te Dñs Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit, Nolo egredi: eo quòd diligat te, & domū tuā, & bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulam, & perforabis aurē eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsq. in æternū. ancillæ quoq. similiter facies. Non auertas ab eis oculos tuos quādo dimiseris eos liberos: quoniā iuxta mercedē mercenarij per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus

Deus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus tuus in cunctis operibus quæ agis.
De primogenitis quæ nascuntur in armẽtis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis Dño Deo tuo. Nõ operaberis in primogenito bouis, & non tõdebis primogenita ouiũ. ¶ In cõspectu Dñi Dei tui cõedes ea per annos singulos in loco quẽ elegerit Dñs, tu & dom⁹ tua.
Sin autẽ habuerit maculã, & vel claudum fuerit vel cæcũ, aut in aliqua parte deforme vel debile, nõ immolabitur Domino Deo tuo, sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mundus quã immundus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo. Hoc solũ obseruabis, vt sanguinẽ eorũ nõ comedas, sed effundes in terrã quasi aquam.

CAP. XVI.

OBserua mensem nouarum frugũ, & verni primũ tẽporis, vt facias Phase Dño Deo tuo: quoniã in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Immolabisque Phase Dño Deo tuo, de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dñs Deus tuus, vt habitet nomẽ eius ibi. Non cõedes in eo panẽ fermentatum: Septẽ diebus comedes absq. fermento afflictionis panẽ, quoniã in pauore egressus es de Aegypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto, omnibus diebus vitæ tuæ. Nõ apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo vsque manè. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbiũ tuarũ, quas Dñs Deus tuus daturus est tibi: sed in loco quẽ elegerit Dñs Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Et coques, & comedes in loco quẽ elegerit Dns Deus tuus, manèq. consurgens vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est Dñi Dei tui, nõ facies opus. Septẽ hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetẽ miseris, & celebrabis diẽ festum hebdomadarũ Dño Deo tuo, oblationẽ spontaneã manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionẽ Dñi Dei tui:
& epulaberis coram Dño Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quẽ elegerit Dñs Deus tuus, vt habitet nomẽ eius ibi: & recordaberis quoniã seruus fueris in Aegypto: custodiesque ac facies quæ*præcepta sunt. Solemnitatẽ quoque tabernaculorum celebrabis per septẽ dies, quando collegeris de area & torculari fruges tuas. & epulaberis in festiuitate tua, tu & filius tuus & filia, & seruus tuus & ancilla, Leuites quoq. & aduena, & pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt. Septem diebus Dño Deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit Dñs: benedicetque tibi Dñs Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarũ, erisque in lætitia.
Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Dñi Dei tui in loco quẽ elegerit, in solẽnitate azymorum, & in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorũ. ¶ Non apparebit ante Dominum vacuus: sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionẽ Dñi Dei sui, quã dederit ei. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dñs Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populũ iusto iudicio, nec in alterã partẽ declinent. ¶ Nõ accipies personam, nec munera: quia munera excęcant oculos sapientum, & mutant verba iustorũ.
Iustè quod iustũ est persequêris: vt viuas, & possideas Terram quã Dñs Deus tuus dederit tibi. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. Nec facies tibi atq. constitues statuam: *quæ odit Dominus Deus tuus.

CAP. XVII.

NOn immolabis Dño Deo tuo bouẽ & ouẽ in quo est macula aut quippiã vitij: quia abominatio est Dño Deo tuo. Cùm reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dñs Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ nõ præcepi: & hoc tibi fuerit nuntiatum, audienſq. inquisieris diligẽter, & verum esse repereris; & abominatio facta est in Israël: educes virum ac mulierẽ, qui rem sceleratissimã perpetrarũt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. ¶ In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui. Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, leprã & non leprã, & iudicũ inter portas tuas videris verba variari: surge, & ascẽde ad locũ quem elegerit Dñs Deus tuus; Venieſque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tempore: quæresq. ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatẽ. Et facies quodcunq. dixerint qui præsunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legẽ eius, sequerisq. sententiã eorũ. nec declinabis ad dexteram neq. ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis

Ex.23,15. 34,23. Ecc.10,6.
Sup.1,17. Leu.19,15. Exo.23,8. Eccl.20.23
*quam 6 MS. Ve autem in Textu est, legunt R. Rab. G. Ex H. & C. vtrouis modo trãsferas, rectè.
Inf.19,15. Mat.18,16 2 Cor.13,1 Sup.13,9.
1 Par.19,8

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

morietur homo ille, & auferes malũ de
Israël: cunctusq. populus audiens ti- 13
mebit, vt nullus deinceps intumescat
superbia. Cùm ingressus fueris Terram 14
quam Dñs Deus tuus dabit tibi, & pos-
sederis eã, habitaueriſque in illa, & dixe-
ris, Cõstituã super me regẽ, sicut habent
omnes per circuitum nationes: eũ con- 15
stitues quem Dñs Deus tuus elegerit de
numero fratrum tuorum. Nõ poteris al-
terius gentis hominẽ regẽ facere, qui nõ
sit frater tuus. Cumq. fuerit cõstitutus, 16
non multiplicabit sibi equos, nec reducet
populũ in Aegyptum, equitatus numero
subleuatus, præsertim cùm Dñs præce-
perit vobis vt nequaquam amplius per
eandem viã reuertamini. Non habebit 17
vxores plurimas quæ alliciant animum
eius, neq. argẽti & auri immensa põdera.
Postquã autẽ sederit in solio regni sui, 18
describet sibi Deuteronomiũ legis huius
in volumine, accipiens exemplar à sacer-
dotibus Leuiticæ tribus, & habebit se- 19
cum, legetque illud omnibus diebus vitę
suæ: vt discat timere Dñm Deum suum,
& custodire verba & ceremonias eius,
quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur 20
cor eius in superbiam super fratres suos,
neque declinet in partẽ dexterã vel sini-
stram, vt longo tẽpore regnet ipse & ‖filius eius super Israël. CAP. XVIII.

‖filij 6 MS. R. H. C. G.

NOn habebũt sacerdotes & Leuitæ, 1
& omnes qui de eadem tribu sunt,
partẽ & hæreditatem cũ reliquo Israël,
‖quia sacrificia Dñi, & oblationes eius
comedent, & nihil aliud accipiẽt de pos- 2
sessione fratrum suorũ: ‖Dñs enim ipse
est hæreditas eorum, sicut locutus est il-
lis. Hoc erit iudicium sacerdotum à po- 3
pulo, & ab his qui offerunt victimas: siue
bouem, siue ouem immolauerint, dabunt
sacerdoti armũ ac ventriculũ: primitias 4
fruméti, vini & olei, & lanarum partem
ex ouium tonsione. Ipsum enim elegit 5
Dñs Deus tuus de cunctis tribubus tuis,
vt stet, & ministret nomini Dñi ipse &
filij eius in sempiternũ. Si exierit Leui- 6
tes ex vna vrbium tuarum ex omni Is-
raël in qua habitat, & voluerit venire,
desiderans locum quem elegerit Domi-
nus, ministrabit in nomine Domini 7
Dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ,
qui stabunt eo tempore coram Domino.
Partem ciborum eandẽ accipiet quã & 8
cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex
paterna ei successione debetur. Quan- 9
do ingressus fueris Terram quam Do-
minus Deus tuus dabit tibi, caue ne imi-
tari velis abominationes illarum gentiũ.

MS. H. C. G.

Sup. 10,9. Nu. 18,20. 1 Cor. 9,13 Nu. 18,20

Leu. 20,27 ‖nec inueniatur in te qui lustret filium 10
suum, aut filiam, ducens per ignem: aut
qui ariolos scisciteur, & obseruet som-
nia atque auguria. nec sit maleficus, nec 11
incantator, neque qui pythones cõsulat,
1 Reg. 28,7 nec diuinos, ‖& quærat à mortuis veri-
tatem. omnia enim hæc abominatur 12
Dominus, & propter istiusmodi scelera
13 delebit eos in introitu tuo. perfectus
eris, & absq. macula cum Domino Deo
14 tuo. Gẽtes istæ quarum possidebis ter-
ram, augures & diuinos audiunt: tu au-
tem à Domino Deo tuo aliter institutus
15 es. ‖PROPHETAM de gente tua
& de fratribus tuis sicut me, suscitabit
tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies,
16 vt petisti à Dño Deo tuo in Horeb,
quando concio congregata est, atque di-
xisti, ‖Vltrà non audiam vocem Domini
Dei mei, & ignem hunc maximum am-
17 plius non videbo, ne moriar. Et ait Do-
minus mihi, Bene omnia sunt locuti,
18 ‖Prophetã suscitabo eis de medio fra-
trum suorum similem tui: & ponã verba
mea in ore eius, loqueturq. ad eos omnia
19 quæ præcepero illi. qui autem verba e-
ius quæ loquetur in nomine meo, audire
20 noluerit, ego vltor existã. Propheta au-
tem qui arrogantia deprauatus voluerit
loqui in nomine meo, quæ ego non præ-
cepi illi vt diceret, aut ex nomine alie-
21 norum deorũ, interficietur. Quòd si ta-
cita cogitatione responderis, Quomodo
possum intelligere verbũ quod Dñs non
22 est locutus? hoc habebis signum, Quod
in nomine Domini propheta ille prædi-
xerit, & non euenerit: hoc Dñs non est
locutus, sed per tumorem animi sui pro-
pheta cõfinxit: & idcirco nõ timebis eũ.

CAP. XIX.

1 CVm disperdiderit Dominus Deus
tuus gentes, quarum tibi traditurus
est terrã, & possederis eam, habitaue-
2 risq. in vrbibus eius, & in ædibus: tres
ciuitates separabis tibi in medio Terræ,
quam Dñs Deus tuus dabit tibi in pos-
3 sessionẽ, sternens diligẽter viam: & in
tres æqualiter partes totam Terræ tuæ
prouinciã diuides: vt habeat è vicino qui
propter homicidium profugus est, quò
4 possit euadere. Hæc erit lex homicidæ
fugientis, cuius vita seruãda est, Qui per-
cusserit proximum suum nesciens, & qui
heri & nudiustertius nullum cõtra eum
5 odiũ habuisse cõprobatur: sed abisse cũ
eo simpliciter in syluã ad ligna cædenda,
& in succisione lignorum securis fugerit
manu, ferrumq. lapsum de manubrio a-
micũ eius percusserit, & occiderit: hic ad
vnã supradictarum vrbium confugiet, &
6 viuet: ne forsitan proximus eius, cuius
effusus est sanguis, dolore stimulatus,
persequatur, & apprehendat eũ si lõgior
via fuerit, & percutiat animã eius qui nõ
est reus mortis: quia nullum contra eum
7 qui occisus est, odiũ prius habuisse mon-
stratur. Idcirco præcipio tibi, vt tres
ciuitates æqualis inter se spatij diuidas.
8 Cùm autem dilatauerit Dñs Deus tuus
terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis,
& dederit tibi cunctam Terram ‖quã eis
9 pollicitus est, (si tamen custodieris ma-
data eius, & feceris quæ hodie præcipio
tibi,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tibi, vt diligas Dñm Deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi ‖ tres alias ciuitates, & supradictarũ trium vrbium numerum duplicabis: vt non effundatur sanguis innoxius in medio Terræ, quã Dñs Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus. ‖ Si quis autẽ odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensq. percusserit illum, & mortuus fuerit, fugerit.q. ad vnã de supradictis vrbibus, mittent seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Non misereberis eius, & auferes innoxium' sanguinem de Israël, vt bene sit tibi. Non assumes, & transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dñs Deus tuus dabit tibi in Terra quam acceperis possidendam. ‖ Non stabit testis vnus cõtra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit: sed ‖ in ore duorũ aut trium testium stabit omne verbum. Si steterit testis mendax cõtra hominẽ, accusans eũ prævaricationis, stabunt ambo, quorum causa est, ante Dñm in cõspectu sacerdotum & iudicũ qui fuerint in diebus illis.

Cumq. diligentissimè perscrutãtes, inuenerint falsum testem dixisse cõtra fratrẽ suũ mendaciũ: ‖ reddẽt ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malũ de medio tui: vt audiẽtes cæteri timorem habeant, & nequaquã talia audeant facere. *Nõ misereberis ei', ‖ sed animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

CAP. XX.

SI exieris ad bellum cõtra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quam tu habeas, aduersarij exercitus multitudinem, nõ timebis eos: quia Dñs Deus tuus tecũ est, qui eduxit te de Terra Aegypti. Appropinquãte autem iam prœlio, stabit sacerdos ante aciẽ, & sic loquetur ad populũ: Audi Israël, vos hodie cõtra inimicos vestros pugnã cõmittitis, nõ pertimescat cor vestrũ, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dñs Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabũt, ‖ Quis est homo qui ædificauit domũ nouã, & nõ dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis est homo qui plãtauit vineã, ‖ & necdũ fecit eam esse communẽ, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domũ suã: ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despondit vxorẽ, & nõ accepit eã? vadat, & reuertatur in domũ suã, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

8 His dictis addẽt reliqua, & loquentur ad populũ, ‖ Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat, & reuertatur in domũ suã, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Cumque siluerint duces exercitus, & finem loquẽdi fecerint, vnusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. Si quãdo accesseris ad expugnãdam ciuitatẽ, offeres ei primũ pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Sin autẽ fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cumq. tradiderit Dñs Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij, absque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnẽ prædã exercitui diuides, & comedes de spoliis hostiũ tuorũ, quæ Dñs Deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus quæ à te procul valde sunt, & non sunt de his vrbibus quas in possessionem accepturus es. De his autẽ ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullũ omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladij, Hethæũ videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, sicut præcepit tibi Dñs Deus tu⁹: ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt diis suis, & peccetis in Dñm Deũ vestrum. Quando obsederis ciuitatẽ multo tempore, & munitionibus circũdederis vt expugnes eã, nõ succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionẽ: quoniã lignũ est, & non homo, nec potest bellantiũ contra te augere numerũ. Si qua autẽ ligna nõ sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide, & instrue machinas, donec capias ciuitatẽ quæ cõtra te dimicat.

Iudic.7,3.

CAP. XXI.

QVando inuentũ fuerit in terra quam Dñs Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabitur cædis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularum per circuitũ spatia ciuitatũ: & quã viciniorẽ cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollẽt vitulã de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducent eam ad vallem asperam atq. saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit: & cædẽt in ea ceruices vitulæ. accedentq. sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dñs Deus tuus vt ministrent ei, & benedicãt in nomine eius, & ad verbũ eorũ omne negotiũ ←pendet': & quicquid mundum vel immundũ est, iudicetur. Et venient *maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus suas super vitulã quæ in valle percussa est, & dicent,

←7 MS. Rab. H.C: G.
*omnes 2 MS. Rab. M.C.G. Q.n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Manus noſtræ non effuderũt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. propitius eſto 8
populo tuo Iſraël, quem redemiſti Dñe, & ne reputes ſanguinem innocentem in
medio populi tui Iſraël. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis: tu autẽ alienus eris 9
ab innocẽtis cruore qui fuſus eſt, cũ feceris quod præcepit Dñs. Si egreſſus fue 10
ris ad pugnã cõtra inimicos tuos, & tradiderit eos Dñs Deus tuus in manu tua,
captiuosq. duxeris, & videris in numero 11
captiuorũ mulierẽ pulchrã, & adamaueris eã, volueriſq. habere vxorẽ, introduces 12
eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circumcidet vngues, & deponet 13
veſtem in qua capta eſt: ſedensque in domo tua, flebit patrẽ & matrẽ ſuam
vno menſe: & poſtea intrabis ad eã, dormiesq. cum illa, & erit vxor tua. Si au- 14
tem poſtea nõ ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vẽdere poteris pecunia, nec opprimere per potẽtiam: quia humiliaſti eam. Si habuerit homo vxo- 15
res duas, vnã dilectã, & alterã odioſam,
ᵍgenueritq. ex eis' liberos, & fuerit filius
odioſæ primogenitus, volueritq. ſubſtã- 16
tiam inter filios ſuos diuidere: nõ poterit
filium dilectæ facere primogenitum, &
præferre filio odioſæ, ſed filium odioſæ 17
agnoſcet primogenitũ, ‖ dabitq. ei de his
quæ habuerit cũcta duplicia: iſte eſt enim
principium liberorũ eius, & huic debentur primogenita. Si genuerit homo filiũ 18
contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperiũ, & coërcitus obedire cõtempſerit: apprehendẽt 19
ʰreducent 2 eum, & ʰducent' ad ſeniores ciuitatis illius & ad portã iudicij, dicentq. ad eos, 20
Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire cõtemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet popu- 21
lus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſraël audiens pertimeſcat. Quando pec- 22
cauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: non permanebit cadauer 23
eius in ligno, ſed in eadẽ die ſepelietur:
Gal. 3, 13. ‖ quia maledictus a Deo eſt qui pẽdet in ligno; & nequaquam contaminabis Terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

ᵍgenuerintque ex eo 4 MS. ʰ& pepererint ei. H.C.G. 1 Par. 5, 1.

CAP. XXII.

Exo. 23, 4. Tob. 2, 21. NOn videbis bouem fratris tui, aut 1
ouem errantem, & præteribis: ſed
reduces fratri tuo, etiãſi nõ eſt propin- 2
quus frater tuus, nec noſti eum: duces in
domum tuam, & erunt apud te quamdiu
quærat ea frater tuus, & recipiat. Simi- 3
liter facies de aſino, & de veſtimento, &
de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam.
Si videris aſinum fratris tui aut bouem 4
cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cũ eo. Non induetur mulier veſte 5
virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deum eſt qui fa- 6
cit hæc. Si ambulans per viã, in arbore
vel in terra nidũ auis inueneris, & matrẽ
pullis vel ouis deſuper incubantẽ: nõ te- 7
nebis eã cũ filiis, ſed abire patieris, captos tenens filios: vt bene ſit tibi, & lõgo
viuas tẽpore. Cum ædificaueris domũ 8
nouã, facies murũ tecti per circuitum: ne
effundatur ſanguis in domo tua, & ſis re'
labente alio, & in præceps ruente. Non 9
ſeres vineã tuam altero ſemine: ne & ſemẽtis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex
vinea, pariter ſanctificẽtur. Non arabis 10
in boue ſimul & aſino. Non induẽris 11
veſtimento quod ex lana linoque contextum eſt. Funiculos in fimbriis facies 12
per quatuor angulos pallij tui quo operiris. Si duxerit vir vxorem, & poſtea 13
odio habuerit eam, quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam, obiciens ei
nomen peſsimum, & dixerit, Vxorẽ hanc
accepi, & ingreſſus ad eã non inueni vir- 14
ginem: tollent eam pater & mater eius,
& ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad
ſeniores vrbis qui in porta ſunt: & di- 15
cet pater, Filiã meã dedi huic vxorẽ: qui
quia odit, imponit ei nomen peſsimum, 16
vt dicat, Nõ inueni filiã tuam virginem:
& ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ
meæ. Expandẽt veſtimentum coram ſe- 17
nioribus ciuitatis: apprehendentq. ſenes vrbis illius virũ, & verberabũt illũ; 18
condemnantes inſuper centũ ſiclis ar- 19
genti, quos dabit patri puellæ, quoniam
diffamauit nomẽ peſsimũ ſuper virginẽ
Iſraël: habebitq. eam vxorẽ, & non poterit dimittere eã omnibus diebus vitæ
ſuæ. Quod ſi verum eſt quod obiicit, & 20
non eſt in puella inuenta virginitas: eii- 21
cient eam extra fores domus patris ſui,
& lapidib. obruent viri ciuitatis illius, &
morietur: quoniam fecit nefas in Iſrael,
vt fornicaretur in domo patris ſui: & au-
feres malũ de medio tui. ‖ Si dormient 22
vir cũ vxore alterius, vterq. morietur, id
eſt, adulter & adultera: & auferes malum
de Iſraël. Si puellã virginẽ deſponderit 23
vir, & inuenerit eã aliquis in ciuitate, &
concubuerit cum ea: educes vtrumq. ad 24
portã ciuitatis illius, & lapidibus obruẽtur: puella, quia nõ clamauit, cùm eſſet in
ciuitate: vir, quia humiliauit vxorẽ proximi ſui. & auferes malũ de medio tui.
Sin aũt in agro repererit vir puellã quæ 25
deſpõſata eſt, & apprehendẽs cõcubuerit
cũ ea, ipſe morietur ſolus: puella nihil 26
patietur, nec eſt rea mortis: quoniã ſicut
latro conſurgit cõtra fratrẽ ſuum, & occidit animam eius, ita & puella perpeſſa
eſt. ſola erat in agro: clamauit, & nullus 27
affuit qui liberaret eam. Si inuenerit 28
vir puellam virginem, quæ non habet
ſponſum, & apprehendens concubuerit
cum illa, & res ad iudicium venerit: ‖ da- 29
bit qui dormiuit cum ea, patri puellæ

quin-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quinquaginta ſiclos argẽti, & habebit eã vxorẽ, quia humiliauit illã : non poterit dimittere eã cũctis diebus vitę ſuæ. Nõ accipiet homo vxorẽ patris ſui, nec reuelabit operimentũ eius. CAP. XXIII.

NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiam Dñi. Non ingredietur mamzer, hoc eſt, de ſcorto natus, in eccleſiã Dñi, vſq. ad decimã generationem.

Ammonites & Moabites etiã poſt decimã generationẽ nõ intrabunt eccleſiã Dñi, in æternum: quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quãdo egreſsi eſtis de Aegypto: & quia conduxerunt contra te Balaã filium Beor de Meſopotamia Syriç, vt malediceret tibi:

.22,5. ‖ & noluit Dñs Deus tuus audire Balaam, vertitq. maledictionẽ eius in benedictionẽ tuã, eò quòd diligeret te. Non facies cum eis pacẽ, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in ſempiternum.

Non abominaberis Idumæũ, quia frater tuus eſt : nec Aegyptiũ, quia aduena fuiſti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in eccleſiã Dñi. Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnã, cuſtodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur, priuſquam ad veſperam lauetur aqua: & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra.

Habebis locũ extra caſtra ad quẽ egrediaris ad requiſita naturæ, gerens paxillum in balteo. cumque ſederis, fodies per circuitũ, & egeſta humo operies quo reuelatus es: (Dñs enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorũ*, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Nõ trades ſeruũ dño ſuo, qui ad te cõfugerit. habitabit tecũ in loco qui ei placuerit, & in vnaurbiũ tuarũ requieſcet: ne contriſtes eum.

Nõ erit meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël. Nõ offeres mercedẽ proſtibuli, nec pretiũ canis in domo Dñi Dei tui, ‖quicquid illud eſt quod ‖vouerint'; quia abominatio eſt vtrumq. apud Dñm Deũ tuũ. Nõ fenerabis fratri tuo ad vſurã pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliã rem: ſed alieno. Fratri autẽ tuo abſq. vſura id quo indiget, cõmodabis: vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in omni opere tuo in Terra ad quã ‖ingredieris' poſſidendã. Cùm votum voueris Dño Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dñs Deus tuus. & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, abſq. peccato eris. Quod aũt ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Dño Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Ingreſſus vineã proximi tui, comede vuas quantũ tibi placuerit: foras autẽ ne efferas tecũ.

25 Si intraueris ſegetẽ amici tui, franges ſpicas, & manu conteres: falce autẽ non metes. *Matt.12,4.*

CAP. XXIIII.

1 SI acceperit homo vxorẽ, & habuerit eã, & nõ inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatem: ſcribet libellũ repudij, & dabit in manu illius, & 2 dimittet eã de domo ſua. Cumq. egreſſa 3 alterũ maritum duxerit, & ille quoque oderit eã, dederitq. ei libellũ repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus 4 fuerit: non poterit prior maritus recipere eã in vxorẽ: quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt corã Dño: ne peccare facias Terrã tuã quã Dñs Deus tuus 5 tradiderit tibi poſſidendã. Cùm acceperit homo nuper vxorẽ, nõ procedet ad bellũ, nec ei quippiã neceſsitatis iniungetur publicæ, ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno anno lætetur cũ vxo- 6 re ſua. Non accipies loco pignoris inferiorẽ & ſuperiorẽ molã: quia animã ſuã 7 appoſuit tibi. Si deprehenſus fuerit homo ‖ſollicitãs' fratrẽ ſuũ de filiis Iſraël, & vendito eo acceperit pretiũ: interficietur, & auferes malũ de medio tui. Ob- 8 ſerua diligenter ne incurras plagã lepræ, ſed facies quæcumq. docuerint te ſacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præ- 9 cepi eis, & imple ſollicitè. ‖Mementote quæ fecerit Dñs Deus veſter' Mariæ in via cùm egrederemini de Aegypto.

10 Cùm repetes à proximo tuo rẽ aliquã quã debet tibi, nõ ingredieris domũ eius 11 vt pign⁹ auferas: ſed ſtabis foris, & ille 12 tibi proferet quod habuerit. ſin autem pauper eſt, nõ pernoctabit apud te pign⁹, 13 ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum: vt dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iuſtitiã corã Dño Deo 14 tuo. Non negabis mercedẽ indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas 15 tuas eſt: ſed eadẽ die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animã ſuã: ne clamet contra te ad Dñm, & reputetur 16 tibi in peccatũ. Nõ occidẽtur patres ꝓ filiis, nec filij ꝓ patribus, ſed vnuſquiſq. 17 pro peccato ſuo morietur. Nõ peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes 18 pignoris loco viduæ veſtimentũ. Memẽto quòd ſeruieris in Aegypto, & eruerit te Dñs Deus tuus inde. Idcirco præ- 19 cipio tibi vt facias hanc rem, Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertêris vt tollas illũ : ſed aduenã, & pupillũ, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in omni opere manuum 20 tuarũ. Si fruges collegeris oliuarũ, quicquid remanſerit in arboribus, nõ reuertêris vt colligas : ſed relinques aduenæ, 21 pupillo, ac viduę. Si vindemiaueris vineã tuã, nõ colliges remanẽtes racemos,

Matt.5,31. & 19,7. Mar. 10,4.

furans H.C.G.

Nu. 12,10. ‖Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus 1MS.H.C.G q.

Lev. 19,13. Tob.4,15.

4 Reg.4,1. 2 Par.25,4. Eze. 18,17.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Memẽto quòd & tu seruieris in Aegypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

CAP. XXV.

1 SI fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmã dabunt: quẽ impiũ, cõdemnabũt impietatis. 2 Sin autẽ eũ qui peccauit, dignũ viderint plagis: prosternẽt, & corã se faciẽt verberari. Pro mensura peccati, erit & plagarũ modus: 3 ita dumtaxat, vt ‖ quadragenarium numerũ nõ excedant: ne fœdè laceratus 4 ante oculos tuos abeat frater tuus. Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. 5 Quãdo habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq. liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nõ nubet alteri: sed accipiet eã frater eius, & suscitabit semen fratris sui: 6 & primogenitũ ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israël. 7 Sin autẽ noluerit accipere vxorẽ fratris sui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portã ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq. ‖ Nõ vult frater viri mei suscitare ¶ semẽ fratris sui in Israël: nec me in coniugiũ sumere. 8 Statimq. accersiri eũ facient, & interrogabũt. Si respõderit, Nolo eã vxorẽ accipere: 9 accedet mulier ad eũ corã senioribus, & tollet calceamentũ de pede eius, spuetq. in faciẽ illius, & dicet, Sic fiet homini qui nõ ædificat domũ fratris sui. 10 Et vocabitur nomẽ illius in Israël, Domus discalceati. 11 Si habuerint inter se iurgiũ viri-duo', & vnus cõtra alterũ rixari cœperit: volẽnsq. vxor alterius eruere virũ suũ de manu fortioris, miseritq. manũ, & apprehẽderit verẽda eius: 12 abscindes manũ illius, nec flectêris super eã vlla misericordia. 13 Nõ habebis in sacculo diuersa põdera, maius & minus: 14 nec erit in domo tua modius maior & minor. 15 põdus habebis iustũ & verũ, & modi⁹ æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tẽpore sup Terrã quã Dñs Deus tuus dederit tibi. 16 abominatur enim Dñs tuus eũ qui facit hæc, & auersatur omnẽ iniustitiã. 17 Memento quę fecerit tibi Amalec in via quãdo egrediebaris ex Aegypto: 18 quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & nõ timuerit Deum. 19 Cùm ergo Dñs Deus tuus dederit tibi requiẽ, & subiecerit cunctas per circuitũ nationes in Terra quã tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cælo. Caue ne obliuiscaris.

CAP. XXVI.

1 CVmq. intraueris Terrã quã Dñs De⁹ tuus tibi daturus est possidendã, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea, 2 tolles de cũctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergẽsq. ad locũ quẽ Dñs Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomẽ eius: 3 accedẽsq. ad sacerdotẽ qui fuerit in diebus illis, & dices ad eũ, Profiteor hodie corã Dño Deo tuo, quòd ingressus sum in Terrã pro qua iurauit⁴ patribus nostris, vt daret eã nobis. 4 Suscipiẽnsq. sacerdos cartallũ de manu⁵ eius, 5 ponet ante altare Dñi Dei tui: & loquẽris in cõspectu Dñi Dei tui, Syrus persequebatur patrẽ meũ, qui descẽdit in Aegyptũ, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitq. in gentẽ magnam 6 ac robustã & infinitæ multitudinis. Afflixerũtq. nos Aegyptij, & persecuti sunt 7 imponentes onera grauissima: & clamauimus ad Dñm Deũ patrũ nostrorũ: qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostrã, & laborẽ, atq. angustiã: 8 & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atq. portentis: 9 & introduxit ad locum istũ, & tradidit nobis Terrã lacte & 10 melle manantẽ. Et idcirco nunc offero primitias frugum Terræ quã Dñs dedit mihi. Et dimittes eas in cõspectu Dñi Dei 11 tui: & adorato Dño Deo tuo, epulaberis in omnib⁹ bonis quæ Dñs Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & 12 aduena qui tecũ est. Quãdo cõpleueris decimã cunctarũ frugũ tuarũ, anno decimarũ tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedãt intra portas tuas, & saturentur. 13 loquerisq. in cõspectu Dñi Dei tui, Attuli quod sanctificatũ est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: nõ præteriui mãdata tua, 14 nec sum oblitus imperij tui. Nõ comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immũditia, nec expẽdi ex his quicquã in re funebri. Obediui voci Dñi Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti 15 mihi. ‖ Respice de sanctuario tuo, & de excelso cęlorũ habitaculo, & benedic populo tuo Israël, & Terræ quã dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terram 16 lacte & melle manãti. Hodie Dñs Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hęc atq. iudicia: vt custodias & impleas ea toto corde tuo, & ex tota anima tua.

17 Dñm elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt custodias ceremonias illius, & mandata atq. iudicia, & 18 obedias eius imperio. ¶ En' Dñs elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias oĩa præcepta illius: 19 & faciet te excelsiorẽ cunctis gẽtibus quas creauit, in laudẽ, & nomen, & gloriã suã: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

CAP. XXVII.

1 PRæcepit autẽ Moyses & seniores Israël populo, dicẽtes, Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. 2 Cumq. transieritis Iordanẽ in Terram quã Dñs Deus tuus dabit tibi, eriges in- 3 gentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius,

2 Cor. 11,24
1 Cor. 9,9.
1 Ti. 5, 18.
Mat. 22,22.
Mar. 12,19
Luc. 20,27.
Ruth 4,7.
¶ nomen 4 MS. H. C. G.
~ 5 MS. Rab. H. C. Verùm à R. & G. legitur.
Exo. 17,8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

huí⁹, Iordane trãſmiſſo: vt introëas Terrã quã Dñs Deus tuus dabit tibi, terram
lacte & melle manantẽ, ſicut iurauit patribus tuis. ¶ Quãdo ergo trãſieritis Ior-
danẽ, erigite lapides quos ego hodie prẽcipio vobis in mõte Hebal, & leuigabis
eos calce: & ædificabis ibi altare Dño Deo tuo de lapidib⁹ quos ferrũ nõ tetigit, & de ſaxis informíb⁹ & impolitis: & offeres ſup eo holocauſta Dño Deo tuo, & immolabis hoſtias pacificas, comedéſq. ibi, & epulaberis corã Dño Deo tuo.
Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Dixeruntq. Moyſes & ſacerdotes Leuitici generis ad omnẽ Iſraẽlẽ, Attẽde, & audi Iſraël, Hodie fact⁹ es populus Dñi Dei tui: audies vocẽ eius, & facies mãdata atq. iuſtitias quas ego præcipio tibi *. Præcepitque Moyſes populo in die illo, dicẽs: Hi ſtabũt ad benedicendũ ‖ Dño' ſuper montẽ Garizim, Iordane trãſmiſſo: Simeõ, Leui, Iudas, Iſſachar, Ioſeph, & Ben-iamin. Et è regione iſti ſtabũt ad maledicendum in monte Hebal: Rubẽ, Gad, & Aſer, & Zabulõ, Dã, & Nephthali. ¶ Et pronũtiabunt Leuitæ, dicentq. ad oẽs viros Iſraël excelſa voce, Maledictus homo qui‖ facit' ſculptile & cõflatile, abominationẽ Dñi, op⁹ manuũ artificũ; ‖ponetq.' illud in abſcõdito. & reſpõdebit omnis populus, & dicet, Amẽ. Maledictus qui non honorat patrẽ ſuũ & matrẽ*. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui trãſfert terminos proximi ſui. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui errare facit cæcũ in itinere. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui peruertit iudiciũ aduenæ, pupilli, & viduæ. & dicet omnis popul⁹, Amẽ. Maledict⁹ qui dormit cũ vxore patris ſui, & reuelat operimentũ lectuli eius. & dicet omnis popul⁹ Amen. Maledictus qui dormit cũ omni iumẽto. & dicet omnis populus, Amen.
Maledict⁹ qui dormit cũ ſorore ſua filia patris ſui, vel matris ſuæ. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledict⁹ qui dormit cũ ſocru ſua. & dicet omnis populus, Amẽ.
Maledictus qui clam percuſſerit proximũ ſuũ. & dicet omnis populus, Amen.
*Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animã ſanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui nõ permanet in ſermonib⁹ legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen. CAP. XXVIII.
SI autẽ audieris vocem Dñi Dei tui, vt facias atq. cuſtodias oĩa mandata eius quæ ego prẽcipio tibi hodie, faciet teDñs Deus tuus excelſiorẽ cunctis gẽtibus quę verſantur in terra. Venientq. ſup te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendẽt te: ſi tamẽ præcepta ei⁹ audieris, Benedictus tu in ciuitate, & benedict⁹ in agro.
Benedictus fructus vẽtris tui, & fructus terræ tuæ, fructuſq. iumentorũ tuorum, greges armentorũ tuorũ, & caulæ ouium
tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediẽs & egrediẽs. Dabit Dñs inimicos tuos qui cõſurgũt aduerſum te, corruentes in cõſpectu tuo: per vnã viã veniẽt cõtra te, & per ſeptem fugiẽt à facie tua.
Emittet Dñs benedictionẽ ſup cellaria tua, & ſuper oĩa opera manuũ tuarũ: benedicetq. tibi in terra quã acceperis. Suſcitabit te Dñs ſibi in populũ ſanctũ, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mãdata Dñi Dei tui, & ambulaueris in viis eius. Videbuntq. oẽs terrarũ populi quòd nomẽ Dñi inuocatũ ſit ſuper te, & timebũt te.
Abundare te faciet Dñs omnib⁹ bonis, fructu vteri tui, & fructu iumẽtorũ tuorũ, fructu Terræ tuæ quã iurauit Dñs patribus tuis vt daret tibi. Aperiet Dñs theſaurũ ſuũ optimũ, cælũ, vt tribuat pluuiã terræ tuæ in tẽpore ſuo: benedicetq. cunctis operibus manuũ tuarũ. Et fœnerabis gẽtibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies. Cõſtituet teDñs*in caput, & nõ in caudã: & eris ſemper ſuprà, & nõ ſubter: ſi tamẽ audieris mãdata Dñi Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris & feceris, ac nõ declinaueris ab eis nec ad dexterã, nec ad ſiniſtrã. nec ſecutus fueris deos alienos, neq. colueris eos. ¶ Quòd ſi audire nolueris vocem Dñi Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mãdata ei⁹ & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, veniẽt ſup te oẽs maledictiones iſtæ, & apprehendẽt te. Maledictus eris in ciuitate, maledict⁹ in agro.
Maledictũ horreũ tuũ, & maledictę reliquiæ tuæ. Maledict⁹ fructus vẽtris tui, & fructus terræ tuæ, armẽta boũ tuorũ, & greges ouiũ tuarũ. Maledict⁹ eris ingrediẽs, & maledictus egrediẽs. Mittet Dñs ſuper te famẽ & eſuriẽ, & increpationẽ in oĩa opera tua quæ tu facies: donec cõterat te, & perdat velociter*, propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me. Adiũgat tibi Dñs peſtilẽtiã, donec cõſumat te de terra ad quã ‖ingrederis' poſſidendã. ‖ Percutiat' te Dñs egeſtate, febri & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas. ¶ Sit cælũ quod ſupra te eſt, æneũ: & terra quã calcas, ferrea. Det Dñs imbrẽ terræ tuæ puluerẽ, & de cælo deſcẽdat ſuper te cinis, donec cõteraris. Tradat te Dñs corruentẽ ante hoſtes tuos. per vnã viã egrediatis cõtra eos, & per ſeptẽ fugias, & diſpergaris per oĩa regna terræ. ſitq. cadauer tuũ in eſcã cũctis volatilib⁹ cęli, & beſtiis terrę, & nõ ſit qui abigat. Percutiat te Dominus hulcere Aegypti, & partẽ corporis p quã ſtercora egerũtur, ſcabie quoq· & prurigine: ita vt curari nequeas. Percutiat teDñs amẽtia & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæc⁹ in tenebris, & nõ dirigas vias tuas. Omniq. tẽpore calũniã ſuſtineas, & opprimaris violẽtia, nec habeas qui liberet te. Vxorẽ

Deus tuus MS. R. G. A Rab. autẽ. H. & C. nõ legitur.

Lex. 26, 14. Thre. 2, 27. Malac. 2, 2 Baru. 1, 8. Tob. 3, 4.

*de ſub cælo o.

‖ingredieris MS q. R.

‖Percutiet. Rab. H. C. Q. x. Lex. 26, 19.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accipias, & alio dormiat cũ ea. Domũ ędifices, & nõ habites in ea. Plãtes vineã, & nõ vindemies eã. Bos tuus immoletur 31
corã te, & nõ comedas ex eo. Asin⁹ tuus rapiatur in cõspectu tuo, & nõ reddatur tibi. Oues tuæ dẽtur inimicis tuis, & nõ sit qui te adiuuet. Filij tui & filiæ tuæ 32
tradantur alteri populo, vidẽtibus oculis tuis, & deficientib⁹ ad conspectũ eorum tota die, & nõ sit fortitudo in manu tua.
Fructus terræ tuæ, & oẽs labores tuos 33
comedat populus quẽ ignoras: & sis semper calumniã sustinẽs, & oppressus cunctis diebus, & stupẽs ad terroré eorum 34
quæ videbũt oculi tui. Percutiat te Dñs 35
vlcere pessimo in genibus & in suris, sanariq. nõ possis à planta pedis vsq. ad verticẽ tuũ. Ducet te Dñs, & regẽ quẽ 36
constitues supér te, in Gentẽ quã ignoras tu & patres tui: & seruies ibi diis alienis, ligno & lapidi. Et eris perditus, in pro- 37
uerbium ac fabulã omnibus populis, ad quos te introduxerit Dñs. ‖ Sementem 38
Mich.6,15 multã iacies in terrã, & modicũ congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia.
Aggæi 1,6.
Vineã plantabis, & fodies, & vinũ non 39
bibes, nec colliges ex ea quippiã: quoniã vastabitur vermibus. Oliuas habebis in 40
omnib⁹ terminis tuis, & nõ vngẽris oleo: quia defluent, & deperibunt. Filios ge- 41
nerabis & filias, & nõ fruẽris eis: quoniã ducentur in captiuitatẽ. Omnes arbores 42
tuas & fruges terræ tuę rubigo cõsumet.
Aduena qui tecũ versatur in terra, a- 43
scendet super te, eritq. sublimior: tu autẽ descendes, & eris inferior. Ipse fenera- 44
bit tibi, & tu nõ fenerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudã. Et veniẽt su- 45
per te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia nõ audisti vocem Dñi Dei tui, nec seruasti mandata eius & ceremonias quas præcepit tibi. Et erunt in te signa 46
atq. prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternũ: eò quòd nõ seruieris Dño 47
Deo tuo in gaudio, cordisq. lætitia, propter rerũ omnium abundantiã. Seruies 48
Remittet MS.R.G. inimico tuo quẽ ᵃimmittet ᵃtibi Dñs, in
ᵃmittet H.C. fame, & siti, & nuditate, & omni penuria;
ᵃin te H. C. G. & ponet iugũ ferreũ super ceruicẽ tuam, donec te conterat. Adducet Dñs super 49
te Gentẽ de lõginquo, & de extremis terræ finibus in similitudinẽ aquilæ volantis cũ impetu: cuius linguam intelligere nõ possis, Gentẽ procacissimã, quæ nõ 50
deferat seni, nec misereatur paruuli, & 51
deuoret fructũ iumentorũ tuorũ, ac fruges Terræ tuæ: donec intereas, & nõ relinquat tibi triticũ, vinũ, & oleũ, armẽta boũ, & greges ouiũ: donec te disperdat,
& conterat in cunctis vrbibus tuis, & 52
destruãtur muri tui firmi atq. sublimes, in quibus habebas fiduciã in omni Terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni Terra tua quam dabit tibi Dñs Deus tuus: & comedes fructũ vteri tui, & car- 53
nes filiorũ tuorũ & filiarũ tuarum, quas dederit tibi Dñs Deus tuus, in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus.
Homo delicatus in te, & luxuriosus 54
valde inuidebit fratri suo, & vxori quæ 55
cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorũ suorũ quas comedet; eo quòd nihil aliud habeat in obsidione & penuria qua vastauerint te inimici tui intra om- 56
nes portas tuas. Tenera mulier & delicata quæ super terrã ingredi nõ valebat, nec pedis vestigiũ figere propter mollitiẽ & teneritudinẽ nimiã, inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius, super filij & 57
filiæ carnibus, & illuuie secundinarum quæ egrediuntur de medio feminũ eius, & super liberis qui eadẽ hora nati sunt. comedent enim eos clam propter rerum omniũ penuriã, in obsidione & vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra por- 58
tas tuas. Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis huius quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomẽ ei⁹ glorioſum & terribile, hoc est Dñm Deum 59
tuũ: augebit Dñs plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseuerãtes, infirmitates pessimas & perpetuas, 60
& cõuertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi.
Insuper & vniuersos languores, & pla- 61
gas quæ nõ sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet Dñs super te, donec te 62
cõterat: & remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine; quoniã nõ audisti vocẽ Dñi Dei 63
tui. Et sicut antè lætatus est Dñs super vos, bene vobis faciens, vósq. multiplicãs: sic lætabitur disperdẽs vos atq. subuertens, vt auferamini de Terra ad quam 64
ingredieris possidẽdã. Disperget te Dñs in omnes populos à summitate terræ vsq. ad terminos ei⁹: & seruies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & 65
lapidibus. In gentibus quoq. illis non quiesces, neq. erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dñs ibi cor pauidũ, & deficiẽtes oculos, & animã cõsumptã 66
mœrore: & erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & nõ credes 67
vitę tuę. Manè dices, Quis mihi det vesperũ? & vespere, Quis mihi det manè? propter cordis tui formidinẽ, qua terreberis, & propter ea quę tuis videbis oculis. Reducet te Dñs classib⁹ in Aegyptũ 68
per viã de qua dixit tibi vt eam amplius nõ videres. Ibi vendẽris inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

CAP. XXIX.

HAec sunt verba fœderis quod præ- 1 *Exod.*
cepit Dñs Moysi vt feriret cũ filiis Israël in Terra-Moab: præter illud fœd⁹ 2
quod cũ eis pepigit in Horeb. Vocauitq. Moyses omnẽ Israël, & dixit ad eos, Vos vidistis vniuersa quæ fecit Dñs corã vobis in Terra-Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius,

tentationes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tentationes magnas quas viderunt oculi 3
tui, signa illa portentaq. ingẽtia, & nõ 4
dedit vobis Dñs cor intelligẽs, & oculos
videntes, & aures quæ possint audire,
vsque in præsentẽ diem. ‖ Adduxit vos 5
quadraginta annis per desertũ: non sunt
attrita vestimẽta vestra, nec calceamẽta
pedum ‖ vestrorum' vetustate consumpta
sunt. Panẽ nõ comedistis, vinũ & sicerã 6
nõ bibistis: vt sciretis quia ‖ ipse est' Dñs
Deus vester. ‖ Et venistis ad hunc locũ: 7
egressusq. est Sehõ rex Hesebon, & Og
rex Basan, occurrẽtes nobis ad pugnam.
Et percussimus eos, & tulimus terram 8
eorũ, ac tradidimus possidendã Rubẽ &
Gad, & dimidiæ tribui Manasse. Custo- 9
dite ergo verba pacti hui⁹, & implete ea:
vt intelligatis vniuersa quę facitis. Vos 10
statis hodie cuncti corã Dño Deo vestro,
principes vestri, & tribus, ac maiores na-
tu, atq. doctores, omnis populus Israël,
liberi & vxores vestræ, ‖ & aduenæ qui 11
tecũ morãtur' in castris, exceptis lignorũ
cæsoribus, & his qui comportant aquas:
vt transeas in fœdere Dñi Dei tui, & 12
in iureiurãdo quod hodie Dñs Deus tuus
percutit tecũ: vt suscitet te sibi in po- 13
pulũ, & ipse sit Deus tuus sicut locutus
est tibi, & sicut iurauit patribus tuis A-
brahã, Isaac & Iacob. Nec vobis solis 14
ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta
cõfirmo, sed cunctis præsentibus & ab- 15
sentib⁹. Vos enim nostis quomodo ha- 16
bitauerimus in Terra-Aegypti, & quo-
modo transierimus per mediũ nationũ,
quas trãseuntes vidistis, abominationes 17
& sordes, id est, idola eorũ, lignũ & lapi-
dẽ, argentũ & aurum quæ colebant. Ne 18
forte sit inter vos vir aut mulier, familia
aut tribus cuius cor auersum est hodie à
Dño Deo nostro: vt vadat & seruiat diis
illarũ Gentiũ; & sit inter vos radix ger-
minans fel & amaritudinẽ. Cumq. au- 19
dierit verba iuramẽti huius, benedicat si-
bi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, &
ambulabo in prauitate cordis mei: & as-
sumat ebria sitientẽ, & Dñs nõ igno- 20
scat ei: sed tũc quã maximè furor ei⁹ fu-
met, & zelus cõtra hominẽ illũ, & sedeãt
super eum omnia maledicta quæ scripta
sunt in hoc volumine: & deleat Dñs no-
men eius sub cælo; & cõsumat eum in 21
perditionẽ ex omnibus tribubus Israël,
iuxta maledictiones quæ in libro legis
huius ac fœderis cõtinentur. Dicetque 22
sequẽs generatio, & filij qui nascẽtur de-
inceps, & peregrini qui delõge venerint,
videtes plagas Terræ illius, & infirmita-
tes quibus eã afflixerit Dñs, sulphure, 23
& salis ardore cõburens, ita vt vltrà non
seratur, nec virẽs quippiam germinet, in
exẽplum ‖ subuersionis Sodomæ & Go-
morrhæ, Adamæ & Seboim, quas sub-
uertit Dñs in ira & in furore suo. Et di- 24
cẽt oẽs Gẽtes, Quare sic fecit Dñs Terræ
huic? quæ est hæc ira furoris eius immẽ-
25 sa? Et respõdebunt, Quia dereliquerũt
pactũ Dñi quod pepigit cũ patrib. eorũ,
quando eduxit eos de Terra-Aegypti:
26 & seruierunt diis alienis, & adorauerũt
eos quos nesciebãt, & quibus nõ fuerãt
27 attributi: idcirco iratus est furor Dñi
cõtra Terrã istã, vt induceret super eam
omnia maledicta quæ in hoc volumine
28 scripta sunt; & eiecit eos de terra sua in
ira & in furore, & in indignatione maxi-
ma, proiecitq. in terrã alienã, sicut hodie
29 cõprobatur. Abscondita, Dño Deo no-
stro: quæ manifesta sunt, nobis & filiis
nostris vsq. in sempiternũ, vt faciamus
vniuersa* legis huius. CAP. XXX.
1 CVm ergo venerint super te oẽs ser-
mones isti, benedictio siue maledi-
ctio quã proposui in cõspectu tuo: & du-
ctus pœnitudine cordis tui in vniuersis
gẽtibus, in quas disperserit te Dñs Deus
2 tuus, & reuersus fueris ad eum, & obe-
dieris eius imperiis, sicut ego hodie præ-
cipio tibi, cũ filiis tuis, in toto corde tuo,
3 & in tota anima tua: reducet ‖ te Dñs
Deus tuus de captiuitate tua', ac miserebitur tui, & rursum cõgregabit te de cũctis populis in quos te antè dispersit. Si
4 ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te
5 retrahet Dñs Deus tuus; ‖ & assumet,
atq. introducẽt in Terrã quã possederũt
patres tui, & obtinebis eã: & benedicens
tibi, maioris numeri te esse faciet, quàm
6 fuerint patres tui. Circũcidet Dñs De⁹
tuus cor tuũ, & cor seminis tui: vt dili-
gas Dñm Deũ tuũ ‖ in' toto corde tuo, &
7 in tota anima tua, vt possis viuere. Oẽs
autẽ maledictiones has conuertet super
inimicos tuos, & eos qui oderunt te, &
8 persequũtur. Tu autẽ reuertẽris, & au-
dies vocẽ Dñi Dei tui: faciesq. vniuersa
9 mãdata quæ ego præcipio tibi hodie: &
abũdare te faciet Dñs Deus tuus in cun-
ctis operib. manuũ tuarũ, in sobole vteri
tui, & in fructu iumentorũ tuorũ, in hu-
bertate terræ tuæ, & in rerũ omniũ lar-
gitate. Reuertetur enim Dñs, vt gaudeat
super te in omnib⁹ bonis, sicut gauisus
10 est in patrib. tuis: si tamẽ audieris vocẽ
Dñi Dei tui, & custodieris præcepta eius
& ceremonias, quæ in hac lege cõscripta
sunt: & reuertaris ad Dñm Deũ tuum in
toto corde tuo, & in tota anima tua.
11 ‖ Mandatũ hoc quod ego præcipio tibi
hodie, nõ supra te est, neq. procul posi-
12 tũ, nec in cælo situm, vt possis dicere,
Quis nostrũ valet ad cælũ ascendere, vt
deferat illud ad nos, vt audiamus, atque
13 opere cõpleamus? Neq. trãs mare posi-
tũ: vt causeris, & dicas, Quis è nobis po-
terit trãsfretare mare, & illud ad nos vs-
que deferre: vt possimus audire, & facere
14 quod præceptũ est? Sed iuxta te est ser-
mo valde, in ore tuo & in corde tuo, vt
15 facias illũ. Considera quòd hodie pro-
posuerim in cõspectu tuo vitã & bonũ, &
16 ecõtrario mortem & malum: vt diligas

* verba 6 MS.H.C. G.

‖ Dominus Deus tuus captiuitatẽ tuã 3 MS. Rab. H. C. 2 Mach. 1, 46. 2, 18.

‖ ex MS.R. G. Textui autẽ suffrægãtur Rab. H. & C.

Rom. 10, 6.

Sup. 8, 1.

‖ ruorum 2 MS.H.C. At Textui volunt R. Rab. G.

‖ ego sum MS. Rab. H. C. G. 9. Nu. 21, 33. Sup. 3, 1.

‖ aduena qui tecum moratur 6 MS.H.G

Ge. 19, 25. 3 Re. 9, 2. Ier. 22, 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dñm Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mãdata illius ac ceremonias atq. iudicia: & viuas, atq. multiplicet te, benedicatq. tibi in Terra ad quã ‖ ingrederis? possidendã. Si autẽ auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atq. errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tẽpore morẽris in Terra ad quã Iordane trãsmisso ingredieris possidendã. Testes inuoco hodie cælum & terrã, quòd proposuerim vobis vitam & ‖ bonum', benedictionẽ & maledictionẽ. Elige ergo vitã, vt & tu viuas, & semen tuum: & diligas Dñm Deum tuũ, atq. obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & lõgitudo dierũ tuorum) vt habites in Terra pro qua iurauit Dñs patrib. tuis Abrahã, Isaac, & Iacob, vt daret eã illis.

‖ ingredieris MS. q. R.

‖ mortẽ 6 MS. H. C. G.

CAP. XXXI.

1 ABiit itaq. Moyses, & locut⁹ est omnia
2 verba hæc ad vniuersum Israël, & dixit ad eos, Centum viginti annorum sum hodie, nõ possum vltrà egredi & ingredi, præsertim cùm & Dñs dixerit mihi, ‖ Nõ transibis Iordanẽ istum. Dominus ergo Deus tuus transibit ante
3 te. ipse delebit omnes gentes has in cõspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante te, sicut locutus est Dñs.
4 Facietque Dominus eis ‖ sicut fecit Sehõ & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, ‖ delebitque' eos. Cùm ergo
5 & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut præcepi vobis. ‖ Viriliter agite,
6 & confortamini: nolite timere, nec paueatis ad conspectum eorum: quia Dñs Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Vocauitq.
7 Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israël, Cõfortare, & esto robustus: tu enim introduces populum istum in Terrã quã daturum se patribus eorum iurauit Dñs, & tu eam sorte diuides. Et Dñs qui duc-
8 tor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. Scripsit itaque Moyses le-
9 gem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Dñi, & cunctis senioribus Israël. Præ-
10 cepitque eis, dicens: Post septem annos, anno remissionis, in solẽnitate tabernaculorum, conueniẽtibus cunctis ex Is-
11 raël, vt appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus: leges verba legis huius coram omni Israël, audientibus eis, & in vnum omni
12 populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleantque omnes sermones legis huius. filij quoque eorum qui
13 nunc ignorãt: vt audire possint, & timeãt Dñm Deum ‖ suum' cunctis diebus quibus versantur in Terra ad quam vos Ior-

Sup. 3, 26. Nu. 27, 18.

Nu. 21, 24

‖ deleuitq. 3 MS. H. C. G.

Sup. 7, 1.

‖ vestrum 7 MS. H. C. G.

14 dane transmisso pergitis obtinendã. Et ait Dñs ad Moysen, Ecce propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiã ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterunt in
15 tabernaculo testimonij: apparuitque Dñs ibi in columna nubis, quæ stetit in
16 introitu tabernaculi. Dixitque Dñs ad Moysen, Ecce tu dormies cũ patrib. tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra ad quã ingrediturvt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus quod pepigi cũ
17 eo. Et irascetur furor meus cõtra eũ in die illo: & derelinquã eum, & abscondã faciẽ meã ab eo, & erit in deuorationẽ: inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illo die, Verè quia nõ est Deus mecũ, inuenerũt me hæc mala.
18 Ego autẽ abscondã, & celabo faciẽ meã in die illo propter omnia mala quæ fecit,
19 quia secutus est deos alienos. Nũc itaq. scribite vobis canticum istud, & docete filios Israël: vt memoriter teneant, & ore decãtent, & sit mihi carmẽ istud pro testimonio inter filios Israël. Introducã
20 enim eum in Terrã pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantẽ. Cũque comederint, & saturati, crassiq. fuerint, auertẽtur ad deos alienos, & seruiẽt eis: detrahentque mihi, & irritum facient
21 pactum meum. Postquã inuenerint eum mala multa & afflictiones, respõdebit ei canticũ istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis ‖ tui'. Scio enim cogitationes eius quæ facturus sit hodie, antequã introducã eum in Terrã
22 quã ei pollicit⁹ sum. Scripsit ergo Moy-
23 ses cãticum, & docuit filios Israël. Præcepitq. ‖ Dñs' Iosue filio Nun, & ait, Cõfortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israël in Terrã quã polli-
24 citus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in
25 volumine, atque cõpleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcã fœderis Domi-
26 ni, dicens, Tollite librum istum, & ponite eũ in latere arcæ fœderis Dñi Dei vestri: vt sit ibi cõtra te in testimonium.
27 Ego enim scio cõtentionem tuã, & ceruicẽ tuã durissimã. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis cõtra Dñm: quanto magis
28 cùm mortu⁹ fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos
29 cælum & terram. Noui enim quòd post mortẽ meã iniquè agetis, & declinabitis citò de via quã præcepi vobis: & occurrẽt vobis mala in extremo tẽpore, quãdo feceritis malum in conspectu Dñi, vt irritetis eũ per opera manuũ vestrarũ.
30 Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israël, verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

‖ sui i R. H. C.

‖ 9 MS. C. G.

‖ Moyses G.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XXXII.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei: 1

Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meum, quasi imber sup herbã, & quasi stillæ super gramina. 2

Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro. 3

Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus. 4

Peccauerunt ei — &' non filij eius in sordibus, generatio praua atq. peruersa. 5

— 6 MS. Rab. H. G.

Hæccine reddis Dño populе stulte & insipiẽs? nunquid nõ ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? 6

Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. 7

Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël. 8

Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. 9

Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui. 10

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas: & assumpsit eum, atq. portauit in humeris suis. 11

Dominus solus dux eius fuit: & nõ erat cum eo Deus alienus. 12

Cõstituit eũ super excelsam terrã: vt comederet fructus agrorum, ‖vt' sugeret mel de petra, oleũq. de saxo durissimo: 13

‖ 1 MS. H. C. Pro Texte faciunt R. & Rab.

Butyrũ de armẽto, & lac de ouibus cũ adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum. 14

Incrassatus est dilect°, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. 15

Prouocauerunt eũ in diis alienis, & in abominationib. ad iracũdiã cõcitauerũt. 16

Immolauerunt dæmoniis & nõ Deo, diis quos ignorabãt: noui recentésq. venerunt, quos non coluerunt patres eorũ. 17

Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es ‖Domini' creatoris tui. 18

‖ Dei R. H. C. G.

Vidit Dñs. & ad iracũdiã cõcitatus est: quia prouocauerũt eum filij sui & filiæ. 19

Et ait, Abscondã faciẽ meam ab eis, & cõsiderabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij. 20

Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: ‖ & ego prouocabo eos in eo qui nõ est popul°, & in gẽte stulta irritabo illos. 21

Rom. 10, 19 Ier. 15, 14.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq. ad inferni nouissima: deuorabitq. terram cum germine suo, & mõtium fundamenta comburet. 22

Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. 23

Consumentur fame, & deuorabũt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarũ immittam in eos, cum furore trahentiũ super terram, atque serpentium. 24

Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene. 25

Et dixi, Vbinam sunt? cessare faciã ex hominibus memoriam eorum: 26

Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. 27

Gens absq. cõsilio est, & sine prudẽtia. 28

Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. 29

Quomodo ‖persequebatur' vnus mille, & duo ‖fugarẽt' decẽ millia? nónne ideò, quia Deus suus vẽdidit eos, & Dominus conclusit illos? 30

‖ persequatur 5 MS. ‖ fugent 3 MS. Q. n.

Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices. 31

De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & ‖botri amarissimi'. 32

‖ botrus amarissim° 9 MS. R. Rab. G. Textui autẽ astipulantur H. Eccl. 28, 1. Rom. 13, 19 Heb. 10, 30

Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. 33

Nónne hęc cõdita sunt apud me, & signata in thesauris meis? 34

‖ Mea est vltio, & ego retribuã — eis' in tẽpore, vt labatur pes eorũ: iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora. 35

— 9 MS. H. C. G. Legitur autem à R. Rab. & G 9.

Iudicabit Dñs populum suũ, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt. 36

Et ‖dicet', Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? 37

‖ dicent o.

De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. 38

‖ Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidã, & ego viuere faciã: percutiã, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. 39

1 Reg. 2, 6. Tob. 13, 2. Sap. 16, 13.

Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum. 40

Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. 41

Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorũ, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis. 42

2 Mac. 7, 6.

Laudate gentes populũ eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui. 43

Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun. Cõpleuitq. 44 45

omnes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnes sermones istos, loquēs ad vniuersum Israël. & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba quæ ego testificor vobis hodie: vt mādetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt* legis huius: 46 qa nō incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerēt: quæ faciētes longo perseueretis tēpore in Terra ād quā Iordane trāsmisso ingredimini' possidendā. 47

*in volumine o.

Locutúsq. est Dñs ad Moysen in eadē die, dicēs, 48 Ascende in montē istū Abarim, id est, transituū, in montē Nebo, qui est in Terra Moab cōtra Iericho: & vide Terrā-Chanáan, quá ego tradā filiis Israël obtinēdā, & morere in mōte. Quē conscendēs iungēris populis tuis, ‖ sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: quia 51 ‖ præuaricati estis contra me in medio filiorū Israël ad Aquas contradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israël. E contrà videbis 52 Terrā, & non ingredieris in eamquā ego dabo filiis Israël. 49 50

ingrediemini MS. Nu. 17, 12.

Nu. 20, 15. 33, 38.

Nu. 20, 10. 27, 14.

CAP. XXXIII.

HAec est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israël ante mortē suā. Et ait, Dñs de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de mōte Pharā, & cū eo sanctorū millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, oēs 3 sancti in manu illius sunt: ‖ & qui appropinquāt pedibus eius, accipiēt de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatē multitudinis Iacob. Erit 5 apud rectissimū rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israël. 1 2 4

Sap. 3, 1.

Viuat Ruben, & non moriatur, & sit 6 paruus in numero.

Hæc est Iudæ benedictio, Audi Dñe 7 vocem Iudæ, & ad populū suū introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius cōtra aduersarios eius erit.

Leui quoq ait, Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in 8 tentatione, & iudicasti ad Aquas-cōtradictionis. Qui dixit patri suo, & matri 9 suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactū tuum seruauerunt. iudicia tua, ô Iacob, & le- 10 gem tuam ô Israël: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Dñe fortitudini eius, & 11 opera manuū illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant.

Et Ben-iamin ait, Amātissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi 12 in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

Ioseph quoque ait, De benedictione 13 Dñi terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente. De pomis fructuū solis ac lunæ, de vertice antiquo- 14 rū mōtiū, de pomis colliū æternorū, & 15 16 de frugib. terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illi' ‖ qui apparuit in rubo, veniat sup caput Ioseph, & sup verticē na- 17 zaræi inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephráim, & hæc millia Manasse.

Exod.

Et Zabulon ait, Lætare Zabulō in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. 18

Populos vocabūt ad montē: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui' inundationem maris quasi lac' sugent, & thesauros absconditos arenarum. 19

Qui C.G. H.C.

Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitq. brachiū & verticem. Et vidit principatū suum, 20 21 quòd in parte sua doctor esset repositus; qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israël.

Dan quoque ait, Dan catulus leonis, 22 fluet largiter de Basan.

Et Nephthali dixit, Nephthali abundātia pfruetur, & plen' erit benedictionib. Dñi: mare & meridiem possidebit. 23

Aser quoq. ait, Benedictus in filiis Aser, sit placēs fratrib. suis, & tingat in o- 24 25 leo pedē suū. Ferrū, & æs calceamentū eius. Sicut dies iuuētutis tuę, ita & senectus tua. Nō est Deus' ali' vt Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus. 26 Magnificentia eius discurrūt nubes, habitaculū eius sursum, & subter brachia 27 sempiterna: eiiciet à facie tua inimicū, dicetque, Cōterere'. ‖ Habitabit Israël 28 cōfidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cæliq. caligabūt rore. Beatus es tu Israël. quis similis tui po- 29 pule, qui saluaris in Dño? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

4 MSS. H.G.

Cōteret MS.H.C. Vetus Interpres G. confringes eis. Ierem. 23, 6. 33, 16.

CAP. XXXIIII.

1 AScendit ergo Moyses de cāpestribus Moab super montē Nebo, in verticē Phasga cōtra Iericho: ‖ ostēditq. ei Dñs 2 omnē Terrā-Galaad vsq. Dan, & vniuersum Nephthali, terramq. Ephráim & Manasse, & oēm terrā *vsq. ad mare no- 3 uissimū, & australē partē, & latitudinē cāpi Iericho ciuitatis palmarū vsq. Segor. 4 Dixitq. Dñs ad eū, Hæc est terra, pro qua iurau Abrahā, Isaac, & Iacob, dicēs, ‖ Semini tuo dabo eā. Vidisti eam oculis 5 tuis, & nō transibis ad illam. Mortuúsq. est ibi Moyses seruus Dñi, in terra Moab, 6 iubente Dño: & sepeliuit eum in valle Terræ-Moab contra Phogor: ‖ & nō cognouit homo sepulchrum eius vsque in 7 præsentem diē. Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes il- 8 lius moti sunt. Fleueruntque eum filij Israël in cāpestribus Moab triginta diebus: & cōpleti sunt dies plāctus lugentiū

2 Mac. 2, 4. Sup. 3, 37.

*Iudæ MS. R.H. C.G.

Gen. 12, 7. 13, 15. 15, 18. 18. 26, 4.

Iudæ 9.

Moysen.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Moysen. Iosue verò filius Nun repletus 9
est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit
super eũ manus suas. Et obedierũt ei filij
Israël, fecerũtq. sicut præcepit Dñs Moy-
si. Et non surrexit vltrà propheta in Is- 10
raël sicut Moyses, quem nosset Dñs facie
ad faciem in omnibus signis atq. portẽ- 11
tis, quæ misit per eum, vt faceret in Ter-
ra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis
eius, vniuersæq. terræ illius, & cunctam 12
manum robustam, magnaque mirabilia,
quæ fecit Moyses coram vniuerso Israël.

LIBER IOSVE
HEBRAICE IEHOSVA.
CAP. I.

ET factum est post mortem Moysi 1
serui Domini, vt loqueretur Dñs ad
Iosue filiũ Nun, ministrũ Moysi, &
diceret ei, Moyses seruus meus mor- 2
tuus est: surge, & transi Iordanẽ istum tu
& omnis populus tecum, in Terrã quam
Deu. 11,24 ego dabo filiis Israël. ‖ Omnem locum 3
Ios. 14,9. quem calcauerit vestigium pedis vestri,
vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.
A deserto & Libano vsque ad fluuium 4
magnum Euphráten, omnis terra He-
thæorũ vsq. ad mare magnũ contra Solis
occasum erit terminus vester. Nullus 5
poterit vobis resistere cũctis diebus vitæ
tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum:
‖ nõ dimittã, nec derelinquã te. Confor- 6
Hebr.13,5. tare & esto robustus: tu enim sorte diui-
des populo huic Terram pro qua iuraui
patribus ᵃtuis᾽ vt traderẽ eam illis. Con- 7
ᵃeius R.H. C. G. fortare igitur, & esto robustus valde: vt
custodias, & facias omnẽ legẽ quam præ-
cepit tibi Moyses seruus meus: ne decli-
nes ab ea ad dexterã vel ad siniſtram, vt
intelligas cuncta quæ agis. Non recedat 8
volumen legis huius ab ore tuo: sed me-
ditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cu-
stodias & facias omnia quæ scripta sunt
in eo: tunc diriges viam tuã, & intelliges
eam. Ecce præcipio tibi, confortare, & 9
esto robustus. Noli metuere, & noli time-
re: quoniã tecũ est Dñs Deus tuus in om-
nibus ad quæcumque perrexeris. Præ- 10
cepitq. Iosue principibus populi, dicens:
Transite per mediũ castrorũ, & imperate
populo, ac dicite: Præparate vobis ciba- 11
ria: quoniã post diem tertium transibitis
Iordanẽ, & intrabitis ad possidendã Ter-
ram quã Dñs Deus vester daturus est vo-
bis. Rubenitis quoque & Gaditis, & di- 12
Nu.32,20. midiæ tribui Manasse ait, Mementote 13
sermonis ‖ quẽ præcepit vobis Moyses fa-
mulus Dñi, dicẽs: Dñs Deus vester dedit
vobis requiẽ, & omnẽ Terram. Vxores 14
vestræ, & filij, ac iumenta manebunt in
Terra quam tradidit vobis Moyses trans
Iordanem: vos autem trãsite armati ante
fratres vestros, omnes fortes manu, &
pugnate pro eis, donec det Dñs requiem 15
fratribus vestris sicut & vobis dedit, &
possideãt ipsi quoq. Terrã quã Dominus
Deus vester daturus est eis: & sic ᵃreuerti-
mini᾽ in Terrã possessionis vestræ, & ha-
bitabitis in ea quam vobis dedit Moyses
famulus Dñi trans Iordanẽ contra Solis
16 ortum. Responderuntq. ad Iosue, atque
dixerũt, Omnia quę præcepisti nobis, fa-
ciemus: & quocumque miseris, ibimus.
17 Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita
obediemus & tibi: tantum sit Dñs Deus
18 tuus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui
cõtradixerit ori tuo, & nõ obedierit cun-
ctis sermonib. quos præceperis ei, moria-
tur. tu tantum cõfortare, & viriliter age.

ᵃreuertemini R.H. C. G.

CAP. II.

1 MIsit igitur Iosue filius Nun de Se-
tim duos viros exploratores in absc-
condito: & dixit eis, Ite, & considerate
Terram, vrbemq. Iericho. ‖ Qui pergẽtes Iac.2,15.
ingressi sunt domũ mulieris meretricis, Heb.11,25.
nomine Rahab, & quieuerunt apud eam.
2 Nuntiatumq. est regi Iericho, & dictũ,
Ecce viri ingressi sunt huc per noctẽ de
3 filiis Israël, vt explorarẽt Terrã. Misitq.
rex Iericho ad Rahab dicens: Educ viros
qui venerũt ad te, & ingressi sunt domũ
tuã: exploratores quippe sunt, & omnem
4 Terrã considerare venerũt. Tollensque
mulier viros, abscondit, & ait, Fateor ve-
nerũt ad me, sed nesciebam vnde essent.
5 cumq. porta clauderetur in tenebris, &
illi pariter exierũt, nescio quò abierunt:
persequimini citò, & cõprehendetis eos.
6 Ipsa autẽ fecit ascendere viros in sola-
rium domus suæ, operuitq. eos stipula li-
7 ni, quæ ibi erat. Hi autẽ qui missi fue-
rant, secuti sunt eos per via quæ ducit ad
ᵃvadum᾽ Iordanis: illisq. egressis statim ᵃvada 1
8 porta clausa est. Nec dum obdormierãt MS.H.C.
qui latebant, & ecce mulier ascendit ad G.
9 eos, & ait, Noui quòd Dñs tradiderit
vobis Terrã *: etenim irruit in nos terror *istam 5
vester, & elanguerũt omnes habitatores MS.
10 Terræ. Audiuimus quòd siccauerit Dñs
aquas Maris-rubri ad vestrũ introitum,
quãdo egressi estis ex Aegypto: ‖ & quæ Nu.21,24.
feceritis duobus Amorrhæorum regibus
qui erãt trãs Iordanẽ, Sehon & Og, quos
11 interfecistis. Et hæc audiẽtes pertimui-
mus, & elanguit cor nostrũ, nec remansit
in nobis spiritus ad introitũ vestrũ: Dñs
enim Deus vester ipse est Deus in cælo
12 sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo
iurate mihi per Dñm, vt quo modo ego
misericordiã feci vobiscũ, ita & vos fa-
ciatis cum domo patris mei: detisq. mihi
13 verũ signum: ᵃvt᾽ saluetis patrẽ meum ᵃ& 5 MS.
& matrẽ, fratres ac sorores meas, & om- H.C. G.q.
nia quæ illorum sunt, & eruatis animas
14 nostras à morte. Qui responderunt ei,
Anima nostra sit pro vobis in mortem, si
tamen nõ prodideris nos. cumq. tradide-
rit nobis Dñs Terrã: faciemus in te mi-
15 sericordiã & veritatẽ. Demisit ergo eos
per funem de fenestra: domus enim eius
16 hærebat muro. Dixitq. ad eos, Ad mon-

tana

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tana conſcēdite, ne fortè occurrāt vobis reuertētes: ibiq. latitate trib. diebus, donec redeant; & ſic ibitis per viā veſtram.

Qui dixerūt ad eam, Innoxij erimus à 17
iuramento hoc quo adiurāſti nos, ſi iu- 18
grediētibus nobis Terrā, ſignū *fuerit funiculus iſte coccineus, & ligaueris eū in feneſtra, per quā demiſiſti nos: & patrem tuū ac matrē, fratresque, & omnē cognationē tuā congregaueris in domū tuam.

Qui oſtium domus tuæ egreſſus fuerit, 19
*ſanguis ipſius erit in caput eius, & nos erimus ‖alieni'. Cunctorū autem ſanguis qui tecum in domo fuerint, redūdabit in caput noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit.

Quòd ſi nos prodere volueris, & ſer- 20
monē iſtum proferre in medium, erimus mūdi ab hoc iuramēto quo adiurāſti nos.

Et illa reſpondit, Sicut locuti eſtis, ita 21
fiat. dimittensq. eos vt pergerēt, appēdit funiculū coccineū in feneſtra. Illi verò 22
ambulātes peruenerūt ad mōtana, & māſerūt ibi tres dies, donec reuerterētur qui fuerāt perſecuti: quęrētes enim per omnē viā, nō repererūt eos. Quibus vrbem 23
ingreſſis, reuerſi ſunt, & deſcenderūt exploratores de mōte: & trāſmiſſo Iordane, venerūt ad Ioſue filiū Nun, narrauerūtq. ei omnia quæ acciderāt ſibi, atq. dixe- 24
rūt, Tradidit Dñs omnē terrā hāc in manus noſtras, & timore proſtrati ſunt cuncti habitatores eius.

CAP. III.

IGitur Ioſue de nocte conſurgēs mouit 1
caſtra: egredientesq. de Setim, venerūt ad Iordanē ipſe, & omnes filij Iſraël, & morati ſunt ibi per tres dies. Quibus 2
euolutis tranſierūt præcones per caſtrorū medium, & clamare cœperūt, Quā- 3
do videritis arcā fœderis Dñi Dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoq. conſurgite, & ſequimini præcedentes: ſitq. inter vos & arcā ſpa- 4
tium cubitorū duūm millium: vt procul videre poſſitis, & noſſe per quā viam ingrediamini: quia prius non ambulaſtis per eam. & cauete ne appropinquetis ad arcā. Dixitq. Ioſue ad populū, Sanctifi- 5
camini: cras enim faciet Dñs inter vos mirabilia. Et ait ad ſacerdotes, Tollite 6
arcā fœderis, & præcedite populum. Qui iuſſa complētes, tulerūt, & ambulauerūt ante eos. Dixitq. Dñs ad Ioſue, Hodie 7
incipiam exaltare te corā omni Iſraël: vt ſciāt quòd ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim. Tu autem præcipe ſacerdoti- 8
bus qui portāt arcam fœderis, & dic eis, Cùm ingreſſi fueritis partē aquæ Iordanis, ſtate in ea. Dixitque Ioſue ad filios 9
Iſraël, Accedite huc, & audite ‖verbum' Dñi Dei veſtri. Et rurſum, In hoc, in- 10
quit, ſcietis quòd Dñs Deus viuēs in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæū & Hethæū, Heuæum & Pherezæum, Gergeſæū quoq. & Iebuſæum, & Amorrhæum. Ecce, arca fœ- 11
deris Dñi omnis terræ antecedet vos per
12 Iordanem. Parate duodecim viros de *tribubus Iſraël, ſingulos per ſingulas
13 tribus. Et cùm poſuerint veſtigia pedū ſuorū ſacerdotes qui portant arcam *Dñi Dei vniuerſæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores ſunt, decurrent atq. deficiēt: quæ aūt déſuper veniūt, ‖in vna
14 mole cōſiſtent. Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, vt tranſiret Iordanē: & ſacerdotes qui portabant arcam
15 fœderis pergebāt ante eū. Ingreſſisq. eis Iordanē, & pedibus eorū in parte aquæ tinctis, (‖Iordanis autem ripas aluei ſui
16 tēpore meſſis impleuerat) ſteterūt aquę deſcēdentes in loco vno, & ad inſtar mōtis intumeſcētes apparebāt procul ab vrbe quę vocatur ‖Edom' vſque ad ‖locum' Sarthan. quę autē inferiores erāt, in Mare-ſolitudinis (quod nunc vocatur mortuū) deſcenderūt, vſquequo omninò deficerent. Populus autem incedebat cōtra
17 ‖Iordanē': & ſacerdotes qui portabant arcam fœderis Dñi, ſtabāt ſuper ſiccam humum in medio Iordanis accincti, omniſq. populus per arentē alueū tranſibat.

CAP. IIII.

1 QVibus tranſgreſſis dixit Dñs ad Io-
2 ſue, Elige duodecim viros ſingulos
3 per ſingulas trib', & præcipe eis vt tollāt de medio Iordanis alueo, vbi ſteterūt pedes ſacerdotū, duodecim duriſſimos lapides, quos ponetis in loco caſtrorū vbi
4 fixeritis hac nocte tētoria. Vocauitque Ioſue duodecim viros, quos elegerat de filiis Iſraël ſingulos de ſingulis tribubus,
5 Et ait ad eos, Ite ante arcam Dñi Dei veſtri ad Iordanis mediū, & portate inde ſinguli ſingulos lapides in humeris veſtris, iuxta numerum filiorū Iſraël, vt
6 ſit ſignum inter vos. Et quādo interrogauerint vos filij veſtri cras, dicentes, Quid
7 ſibi volunt iſti lapides? reſpōdebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcā fœderis Dñi, cùm trāſiret eum: idcirco poſiti ſunt lapides iſti in monimentū filio-
8 rum Iſraël vſq. in ęternū. Fecerunt ergo filij Iſraël ſicut præcepit eis Ioſue, portātes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dñs ei imperarāt, iuxta numerum filiorum Iſraël, vſq. ad locum in quo caſtrametati ſunt, ibiq. poſuerūt eos.
9 Alios quoque duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt ſacerdotes, qui portabant arcā fœderis ‖Dñi': & ſunt ibi vſq. in præſentē
10 diem. Sacerdotes autē qui portabāt arcā, ſtabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Ioſue, vt loqueretur ad populum, præceperat Dñs, ‖&' dixerat ei Moyſes. Feſtinauitq. populus, &
11 tranſiit. Cumq. tranſiſſent omnes, trāſiuit & arca Dñi, ſacerdotes quoque per-
12 gebant ante populum. Filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe, armati præcedebant fratres ſuos filios Iſraël ſicut eis præceperat Moyſes;

& qua-

*non MS. q. R.

*reus ſibi erit. *Additur* MS q. *ex altera tranſlatione. quod enim Latinus Interpres, ſequētibus; ſeptuaginta his reddiderūt verbis.*

‖innoxij 6 MS.

‖verba 6 MS. H. C. *Textus autem conformis eſt* (i).

‖Adam MS. H. G.

‖Iazur MS. R. C.

‖parte ‖Ieruel R. H. C.

‖vt 1 MS. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana
13 atq. campestria vrbis Iericho. In die illo magnificauit Dñs Iosue coram omni
14 Israël, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen dum adhuc viueret. Dixitque
15 ad eum, Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis vt ascendãt de Iordane.
16 Qui præcepit eis, dicens: Ascendite
17 de Iordane. Cumq. ascendissent portãtes
18 arcam fœderis Dñi, & siccã humũ calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueũ
suũ, & fluebant sicut antè consueuerant.
19 Populus autẽ ascendit de Iordane decimo die mẽsis primi, & castrametati sunt
in Galgalis contra Orientalem plagã vr-
20 bis Iericho. Duodecim quoque lapides,
quos de Iordanis alueo sumpserant, po-
21 suit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios
Israël, Quãdo interrogauerint filij vestri
22 cras patres suos, & dixerint eis, Quid sibi
volunt lapides isti? docebitis eos, atque
23 dicetis, Per arentem alueum transiuit Israël Iordanem istum, siccãte Dño Deo
ªnostro' aquas eius in conspectu ªnostro', donec ªtransiretis': sicut fecerat prius in
mari-rubro, quod siccauit donec transiremus: vt discant omnes terrarum po-
24 puli fortissimam Dñi ªmanũ, vt & vos timeatis Dñm Deum vestrũ omni tẽpore.

CAP. V.

1 POstquã ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanẽ ad Occidẽtalem plagã, & cuncti reges Chanãan, qui propinqua possidebãt magni maris loca, quòd siccasset Dñs fluẽta Iordanis coram filiis Israël donec trãsirent, dissolutum est cor eorum, & nõ remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israël. 2 Eo tempore ait Dñs ad Iosue, Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secũdò filios Israël. 3 ªFecit quoque' quod iusserat Dñs, & circuncidit filios Israël in colle præputiorum.
4 Hæc autem causa est secundæ circumcisionis, Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui om-
5 nes circũcisi erant. Populus autẽ qui natus est in deserto, per quadraginta an-
6 nos itineris latissimæ solitudinis incircũcisus fuit: donec consumerẽtur qui nõ audierant vocẽ Dñi, & quibus antè iurauerat ªvt' ostẽderet eis terrã *lacte & melle manãtem. 7 Horũ filij in locũ successerũt patrũ, & circũcisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circũciderat. 8 Postquã autẽ omnes circũcisi sunt, manserunt in eodẽ castrorũ loco, donec sanarẽtur. 9 Dixitq. Dñs ad Iosue, Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis. Vocatumque est nomen loci illius ©Galgala, vsque in præsentem diem. 10 Manseruntq. filij Israël in Galgalis, & fecerũt Phase quartadecima die mensis ad vesperam in campestribus
11 Iericho: & comederũt de frugibus Terræ die altero, azymos panes, & polentam
12 eiusdẽ anni. Defecitq. manna postquam comederũt de frugib⁹ Terræ, nec vsi sunt vltrà cibo illo filij Israël, sed comederũt de frugibus præsentis anni Terræ-Cha-
13 naan. Cùm autẽ esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentem gladium, perrexitq. ad eum, & ait, Noster
14 es, an aduersariorũ? Qui respondit, Ne quaquã, sed sum princeps exercitus Dñi, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram. Et adorans ait, Quid Dñs meus
15 loquitur ad seruum suum? ‖ Solue, inquit, calceamentum tuũ de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitq. Iosue vt sibi fuerat imperatum.

CAP. VI.

1 IEricho autem clausa erat atq. munita, timore filiorum Israël, & nullus egredi
2 audebat aut ingredi. Dixitq. Dñs ad Iosue, Ecce dedi in ªmanus tuas' Iericho, &
3 regem eius, omnesq. fortes viros. Circuite vrbẽ cũcti bellatores semel per diẽ: 4 sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarũ vsus est in iubileo, & præcedẽt arcam fœderis: septiesq. circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis.
5 Cumq. insonuerit vox tubæ lõgior atq. concilior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturq. singuli per
6 locum cõtrà quẽ steterint. Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & septem alij sacerdotes tollant septẽ iubileorũ buccinas, & incedant ante arcã Dñi. 7 Ad populum quoq. ait, Ite, & circuite ciuitatẽ, 8 armati præcedẽtes arcam Dñi. Cumq. Iosue verba finissset, & septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam
9 fœderis Dñi, omnisque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concre-
10 pabant. Præceperat autẽ Iosue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neq. vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis, Clamate & vociferamini.
11 Circuiuit ergo arca Dñi ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra, mansit
12 ibi. Igitur Iosue de nocte consurgente,
13 tulerunt sacerdotes arcã Dñi, & septem ex eis, septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebantq. arcam Dñi ambulãtes atq. clangẽtes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autẽ reliquũ sequebatur arcã, & buccinis personabat.
14 Circuieruntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fece-
15 runt sex diebus. Die autẽ septimo diluculo cõsurgentes, circuierunt vrbẽ, sicut

Num. 32,29.

Exo. 23,23

Exod. 3,5.

ªmanu tua 3MS.H.C.

ªFecitque 4MS.R. H.C.G.

ªvt non 1 MS.R.H. C.G. *de qua iurauerat Dominus patribus eorũ, quòd daret eis terram H.C.G.

ªvestro 5 MS. H.C. G.q. ªvestro 4 MS.H.C. ªterram G. ªtransiremus MSq. Exo.14,21

dispo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dispositum erat, septies. Cumq. septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnẽ Israël, Vociferamini: tradidit enim vobis Dñs ciuitatem: 16
sitque ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Dño. sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt: ‖ abscondit enim nuntios quos diximus. Vos autem cauete ne de his quæ præcepta sunt *quippiã contingatis, & sitis prævaricationis rei, & omnia castra Israël sub peccato sint atq. turbẽtur. 17 18
Quicquid autem auri ‖ aut'argenti fuerit, & vasorũ æneorum ac ferri, Dño consecretur, repositũ in thesauris eius. Igitur omni populo vociferãte, & clangẽtibus tubis, postquã in aures multitudinis vox sonitusq. increpuit, muri ilicò corruerunt: & ascẽdit vnusquisq. per locum qui contra se erat: ‖ ceperuntq. ciuitatẽ, 19 20
& interfecerunt omnia quæ erant in ea, 21
à viro vsq. ad mulierẽ, ab infante vsq. ad senem. Boues quoq. & oues, & asinos in ore gladij percusserunt. Duobus autem viris, ‖ qui exploratores missi fuerãt, dixit Iosue, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramẽto firmastis. 22
‖ Ingressiq. iuuenes, eduxerũt Rahab, & parẽtes eius, fratres quoque, & cũctam supellectilẽ ac cognationẽ illius, & extra castra Israel manere fecerũt. Vrbẽ autẽ & omnia quæ ‖ inuenta sunt' in ea, succenderunt: absq. auro & argẽto, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærariũ Domini consecrarunt. 23 24
Rahab verò meretricem, & domũ patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerũt in medio Israël vsq. in præsentem diem: eo quòd absconderit nũtios quos miserat vt explorarent Iericho. 25
In tẽpore illo, imprecatus est Iosue, dicẽs: ‖ Maledictus vir coram Dño, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. 26
Fuit ergo Dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni terra. 27

CAP. VII.

Filij autẽ Israël prævaricati sunt mãdatũ, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratusq. est Dñs contra filios Israël. 1
Cumq. mitteret Iosue de Iericho viros cõtra Hai, quæ est iuxta Beth-auẽ, ad Orientalem plagã oppidi Beth-el, dixit eis, Ascendite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai. 2
Et reuersi dixerunt ei, Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorũ pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciss imos? 3
Ascenderũt ergo tria milla pugnatorum. Qui statim terga vertẽtes, percussi sunt à viris vr- 4 5
bis Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines: persecutique sunt eos aduersarij de porta vsq. ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugiẽtes: pertimuitq. cor populi, & ad instar aquæ liquefactũ
6 est. Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cécidit in terram corã arca Dñi vsq. ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israël: miseruntq. puluerem super
7 capita sua, & dixit Iosue, Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populũ istũ Iordanẽ fluuiũ, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpi-
8 mus, mansissemus trans Iordanem! Mi Dñe Deus, quid dicam, videns Israëlem
9 hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atq. delebunt nomen nostrum de terra: &
10 quid facies magno nomini tuo? Dixitq. Dñs ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in
11 terra? Peccauit Israël, & prævaricatus est pactũ meũ: tuleruntq. de anathemate, & furati sunt atq. mẽtiti, & absconderunt
12 inter vasa sua. Nec poterit Israël stare ante hostes suos, eosq. fugiet: quia pollutus est anathemate. nõ ero vltrà vobiscũ, donec conteratis eum qui huius sceleris
13 reus est. Surge, sanctifica populũ, & dic eis, Sanctificamini in crastinũ: hæc enim dicit Dñs Deus Israël, Anathema in medio tui est Israël: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui
14 hoc contaminatus est scelere. Accedetisq. manè singuli per tribus vestras: & quamcumq. tribum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per
15 domos, domusq. per viros. Et quicúque ille ‖ in' hoc facinore fuerit deprehensus, cõburetur igni cum omni substantia sua: quoniã prævaricatus est pactum Dñi, &
16 fecit nefas in Israël. Surgens itaque Iosue manè, applicuit Israël per trib' suas,
17 & inuẽta est tribus Iuda. Quæ cùm iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoq. per domos offerens, reperit Zabdi: cuius domum in
18 singulos diuidẽs viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Et ait Iosue ad Achan, Fili mi,
19 da gloriam Dño Deo Israël, & confitere, atq. indica mihi quid feceris, ne abscondas. Respondũq. Achan Iosue, & dixit
20 ei, Verè ego peccaui Dño Deo Israël, &
21 sic & sic feci. vidi enim inter spolia pallium coccineũ valde bonũ, & ducẽtos siclos argenti, regulamq. auream quinquaginta siclorũ: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumq. fossa humo operui.
22 Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererũt cuncta abscondita in eodem loco, & ar-
23 gentum simul. Auferentesq. de tentorio tulerũt ea ad Iosue, & ad omnes filios Is-
24 rael, proieceruntq. ante Dñm. Tollens

itaque

*Sup. 2,4. Heb. 11,30 *vobis MS. R.

‖ & 6 MS. R.H.C.G.

2 Mac. 12, 25.

Sup. 2,14. Heb. 11,33

Heb. 11,33

‖ fuerunt 3 MS. – H.C.G.

1 Reg. 16, 34.

Inf. 22,20. 1 Par. 2,7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

itaq. Iosue Achan filiũ Zare, argentumq. & pallium, & aureã regulã, filios quoque & filias eius, boues & asinos & oues, ipsumq. tabernaculũ, & cunctã supellectilem: (& omnis Israël cum eo) duxerunt eos ad Vallem-achor, vbi dixit Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te Dñs in die hac. Lapidauitq. eũ omnis Israël; & cũcta quæ illius erãt, igne cõsumpta sunt. Cõgregaueruntq. super eũ aceruum magnũ lapidum, qui permanet vsq. in præsentẽ diẽ. Et auersus est furor Dñi ab eis. Vocatũq. est nomẽ loci illius, Vallis-achor, vsque hodie.

CAP. VIII.

1 Dixit autẽ Dñs ad Iosue, Ne timeas, neque formides: tolle tecũ omnem multitudinẽ pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuam regẽ eius, & populũ, vrbẽque, & terram. 2 Facieſq. vrbi Hai, & regi eius, ‖ sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eã.

3 Surrexitque Iosue, & omnis exercitus bellatorũ cũ eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortiũ misit nocte, 4 præcepitq. eis, dicens, Ponite insidias post ciuitatẽ: nec lõgiꝰ recedatis; & eritis oẽs parati. 5 ego autẽ, & reliqua multitudo, quæ mecũ est, ascẽdemus ex aduerso cõtra vrbẽ. Cumq. exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & 6 terga vertemus: donec persequentes ab vrbe lõgius protrahantur: putabũt enim nos fugere sicut prius. 7 Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem: tradetq. eam Dñs Deus vester in manus vestras. 8 Cumq. ceperitis*, succendite eã, & sic omnia facietis, vt iussi. 9 Dimisitq. eos, & perrexerunt ad locũ insidiarum, sederuntq. inter Bethel, & Hai, ad Occidentalẽ plagã vrbis Hai: Iosue autẽ nocte illa in medio mansit populi. 10 surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cũ senioribus in frõte exercitus, 11 vallatus auxilio pugnatorum. Cumque venissent, & ascẽdissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad Septentrionalem vrbis plagã, inter quã & eos erat vallis media.

12 Quinque autẽ millia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter ‖Beth-auen & Hai ex Occidẽtali parte eiusdẽ ciuitatis: 13 omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalẽ plagã vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. 14 Quod cũ vidisset rex Hai, festinauit manè, & egressus est cũ omni exercitu ciuitatis, direxitq. aciẽ contra desertũ, ignorans quòd post tergũ laterẽt insidiæ. 15 Iosue verò, & omnis Israël cesserũt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viã. 16 At illi vociferantes pariter, & se mutuò cohortãtes, persecuti sunt eos. Cũq. recessissent 17 à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hai, & Bethel remansisset qui nõ persequeretur Israël (sicut eruperãt aperta op- 18 pida relinquentes,) dixit Dñs ad Iosue, Leua clypeum qui in manu tua est cõtra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. 19 Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatẽ, 20 ceperunt, & succenderũt eam. Viri autẽ ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vsque conscendere, non potuerunt vltrà huc illucque diffugere: præsertim cùm hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinẽ, contra perse- 21 quẽtes fortissimè restitissent. Videnſq. Iosue & omnis Israël quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascẽderet, reuer- 22 sus percussit viros Hai. Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostiũ ferire cœperunt. Cũ ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur, ita vt nullus 23 de tanta multitudine saluaretur, regem quoque vrbis Hai apprehenderunt viuẽ- 24 tẽ, & obtulerunt Iosue. Igitur omnibus interfectis qui Israëlem ad deserta tendentem fuerãt persecuti, & in eodẽ loco gladio corruentibus, reuersi filij Israël 25 percusserunt ciuitatẽ. Erant autẽ qui in eodẽ die conciderant à viro vsq. ad mulierẽ, duodecim millia hominum, omnes 26 vrbis Hai. Iosue verò nõ cõtraxit manum, quã in sublime porrexerat, tenens clypeũ, donec interficerentur omnes ha- 27 bitatores Hai. Iumenta autẽ & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israël, sicut 28 præceperat Dñs Iosue. Qui succendit vrbem, & fecit eã tumulũ sempiternum: 29 regem quoq. eius suspendit in patibulo vsq. ad vesperam & solis occasum. Præcepitq. Iosue, & deposuerũt cadauer eius de cruce: proieceruntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eũ magno aceruo lapidũ, qui permanet vsq. in præsentẽ 30 diem. Tunc ædificauit Iosue altare Dño 31 Deo Israël in mõte Hebal, ‖ sicut præceperat Moyses famulus Dñi filiis Israël, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrũ nõ tetigit: & obtulit super eo holocausta Dño, immolauitque pacificas victimas. Exo. 20, 25 Deu. 27, 5.

32 Et scripsit super lapides Deuteronomiũ legis Moysi, quod ille digesserat corã filiis 33 Israël. Omnis autẽ populus, & omnes maiores natu, ducesque ac iudices stabãt ex vtraque parte arcæ, in cõspectu sacerdotum qui portabãt arcam fœderis Dñi, vt aduena ita & indigena. Media parseorum iuxtà montẽ Garizim, & media iuxta montẽ Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Dñi. Et primùm quidẽ be- 34 nedixit populo Israël. Post hæc legit oĩa verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volu- —1 MS. H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat 35
reliquit intactum, sed vniuersa replicauit
corã omni multitudine Israël, mulieri-
bus ac paruulis & aduenis, qui inter eos
morabantur. CAP. IX.

QVibus auditis, cuncti reges trãs Ior- 1
danem qui versabantur in mõtanis
& cãpestrib⁹, in maritimis ac littore Ma-
gni-maris, hi quoq. qui habitabãt iuxta
Libanũ, Hethæus & Amorrhæus, Cha-
nanæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebu-
sæus congregati sunt pariter, vt pugna- 2
rẽt contra Iosue & Israël vno animo, ea-
demq. sententia. At hi qui habitabant in 3
Gabaõ, audiẽtes cuncta quæ fecerat Io-
sue, Iericho & Hai: *callidè cogitantes 4
tulerũt sibi cibaria, saccos veteres asinis
imponẽtes, & vtres vinarios scissos atq.
cõsutos, calceamẽtaq. perantiqua quæ 5
ad indiciũ vetustatis pittaciis consuta e-
rant, induti veteribus vestimentis: panes
quoque, quos portabant ob viaticũ, duri
erãt, & in frusta cõminuti: perrexerũt-
q; ad Iosue, qui tũc morabatur in castris
Galgalæ, & dixerunt ei, atq. simul omni
Israëli, De terra lõginqua venimus, pacẽ
vobiscũ facere cupientes. Respõderuntq. 6
viri Israël ad ‖eos⁹, atque dixerunt, Ne 7
fortè in terra quæ nobis sorte debetur,
habitetis, & non possimus fœdus inire 8
vobiscũ. At illi ad Iosue, Serui, inquiunt,
tui sum⁹. Quibus Iosue ait, Quinã estis
vos? aut vnde venistis? Respõderunt, De 9
terra longinqua valde, venerunt serui tui
in nomine Dñi Dei tui. Audiuimus e-
nim famã potẽtiæ eius, cuncta quæ fecit
in Aegypto, ‖ & duobus regibus Amor- 10
rhæorum qui fuerunt trãs Iordanẽ, Sehõ
regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erãt
in Astaroth: dixeruntq. nobis seniores, 11
& omnes habitatores Terræ nostræ, Tol-
lite in manibus *cibaria ob longissimam
viã, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri
sumus, fœdus inite nobiscũ. En, panes 12
quando egressi sumus de domibus no-
stris, vt veniremus ad vos, calidos sum-
psimus; nunc ficci facti sunt, & vetustate
nimia comminuti. vtres vini nouos 13
impleuimus, nunc rupti sunt & soluti.
vestes & calceamenta quibus induimur,
& quæ habemus in pedibus, ob longitu-
dinẽ lõgioris viæ trita sunt, & penè cõ-
sumpta. Susceperunt igitur de cibariis 14
eorum, & os Dñi non interrogauerunt.
‖ Fecitque Iosue cum eis pacẽ, & inito 15
fœdere pollicitus est vt non occiderẽtur:
principes quoq. multitudinis iurauerunt
eis. Post dies autẽ tres initi fœderis, au- 16
dierunt quòd in vicino habitarent, & in-
ter eos futuri essent. Moueruntq. castra 17
filij Israël, & venerũt in ciuitates eorum
die tertio, quarum hæc vocabula sunt,
Gabaõ, & Caphira, & Beroth, & Cariath-
iarim. Et nõ percusserunt eos, eò quòd 18
iurassent eis principes multitudinis in
nomine Dñi Dei Israël. Murmurauit
19 itaq. omne vulgus cõtra principes. Qui
respondẽrũt eis, Iurauimus eis in nomi-
ne Dñi Dei Israël, & idcirco non possu-
20 mus eos contingere. Sed hoc faciemus
eis, Reseruentur quidẽ vt viuant, ne cõ-
tra nos ira Dñi concitetur, si peieraueri-
21 mus*: sed sic viuant, vt in vsus vniuer- *Ios. 9.
sæ multitudinis ligna cædant, aquasque
22 cõportẽt. Quibus hæc loquẽtibus, vo-
cauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis, Cur
nos decipere fraude voluistis vt dicere-
tis, Procul valde habitamus à vobis, cùm
23 in medio nostri sitis? Itaque sub male-
dictione eritis, & nõ deficiet de stirpe ve-
stra ligna cædens, aquasque cõportans in
24 domũ Dei mei. Qui respondẽrunt, Nũ-
tiatũ est nobis seruis tuis, quòd promi-
sisset Dñs Deus tuus Moysi seruo suo vt
traderet vobis omnẽ Terrã, & disperde-
ret cunctos habitatores eius. Timuimus
igitur valde, & prouidimus animabus
nostris, vestro terrore cõpulsi: & hoc cõ-
25 silium iniuimus. nunc autem in manu
tua sumus: quod tibi bonũ & rectũ vide-
26 tur, fac nobis. Fecit ergo Iosue vt dixe-
rat, & liberauit eos de manu filiorum Is-
27 raël, vt non occiderentur. Decreuitq. in
illo die eos esse in ministerio cuncti po-
puli & altaris Domini, cædentes ligna, &
aquas cõportãtes, vsque in præsens tem-
pus, in loco quem Dominus elegisset.

CAP. X.

1 QVæ cũ audisset Adoni-sedec rex Ie-
rusalem, quòd scilicet cepisset Iosue
Hai, & subuertisset eã (sicut enim fecerat
Iericho & regi eius, sic fecit Hai, & regi
illius) & quòd transfugissent Gabaonitæ
2 ad Israël, & essent fœderati eorũ, timuit
valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, &
vna ciuitatum regaliũ, & maior oppido
Hai, omnesq. bellatores eius fortissimi.
3 Misit ergo Adoni-sedec rex Ierusalẽ ad
Oham regẽ Hebron, & ad Pharam re-
gem Ierimoth, ad Iaphia quoque re-
gem Lachis, & ad Dabir regem Eglon,
4 dicens, Ad me ascendite, & ferte præ-
sidiũ, vt expugnemus Gabaõ, quare trãs-
5 fugerit ad Iosue, & ad filios Israël. Cõ-
gregati igitur ascenderunt quinque reges
Amorrhæorum: rex Ierusalẽ, rex Hebrõ,
rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglõ, simul
cũ exercitibus suis, & castrametati sunt
6 circa Gabaon, oppugnãtes eã. Habitato-
res autẽ Gabaon vrbis obsessæ miserunt
ad Iosue, qui tunc morabatur in castris
apud Galgalã, & dixerunt ei, Ne retrahas
manus tuas ab auxilio seruorũ tuorum:
ascende citò, & libera nos, ferq; præsidiũ:
conuenerunt enim aduersum nos omnes
reges Amorrhæorũ, qui habitant in mõ-
7 tanis. Ascenditq. Iosue de Galgalis, &
omnis exercitus bellatorũ cum eo, ‖ viri
8 fortissimi. Dixitq. Dñs ad Iosue, Ne ti-
meas eos: in manus enim tuas tradidi il-
los: nullus ex eis tibi resistere poterit.
9 Irruit itaq. Iosue super eos repentè, tota

*& 3 MS. H.C.G.

‖ Heuæos H.C.G.

Nu. 21,24.

*vestris 7 MS.R.H.C.

2 Reg. 21,2

‖ viri MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nocte ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos Dñs à facie Israël: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viã ascensus Beth-horon, & percussit vsque Azéca & Maceda. Cumque fugerẽt filios Israël, & essent in descensu Beth-horon, Dñs misit super eos lapides magnos de cælo vsq. ad Azéca: & mortui sunt multo plures lapidibus grãdinis, quã quos gladio percusserãt filij Israël. Tunc locutus est Iosue Dño in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorũ Israël, dixitq. coram eis, ‖ Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna cõtra vallem Aialon.

Isa. 28, 21. Eccl. 46, 5.

Steteruntq. Sol & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nõne scriptum est hoc in libro iustorũ? Stetit itaq. sol in medio cœli, & nõ festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit anteà & postea tã longa dies, obediente Dño voci hominis, & pugnante pro Israël. Reuersusque est Iosue cũ omni Israël in castra Galgalæ. Fugerant enim quinq. reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nuntiatumq. est Iosue quòd inuenti essent quinque reges latentes in spelunca ‖ vrbis' Maceda. Qui præcepit sociis, & ait, Voluite saxa ingẽtia ad os spelũcæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiant: vos autẽ nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientiũ cædite: nec dimittatis eos vrbiũ suarũ intrare præsidia, quos tradidit Dñs Deus in manus vestras. Cæsis ergo aduersariis plaga magna, & vsq. ad internecionẽ penè consumptis, hi qui Israël effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusq. est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tũc erant castra, sani, & integro numero: nullusq. cõtra filios Israël mutire ausus est. Præcepitque Iosue, dicẽs, Aperite os speluncæ, & producite ad me quinq. reges q in ea latitãt. Feceruntq. ministri vt sibi fuerat imperatũ: & ‖ adduxerũt' ad eũ quinq. reges de spelunca, regẽ Ierusalẽ, regẽ Hebron, regem Ierimoth, regẽ Lachis, regem Eglõ. Cumque ‖ adducti' essent ad eum, vocauit omnes viros Israël, & ait ad principes exercitus qui secum erant, Ite, & ponite pedes super colla regũ istorum. Qui cùm perrexissent, & subiectorũ colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, cõfortamini & estote robusti: sic enim faciet Dñs cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. Percussitq. Iosue, & interfecit eos, atq. suspendit super quinq. stipites: fueruntq. suspensi vsque ad vesperum. Cumque occumberet sol, præcepit sociis vt deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in spelunca in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsq. in præsens. Eodem die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladij, regemq. illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Iericho. Transiuit autẽ cum omni Israël de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam: quam tradidit Dñs cum rege suo in manus Israël: percusseruntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntque regi Lebna ‖ sicut fecerãt regi Iericho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israël: & exercitu per gyrum dispositio oppugnabat eam. Tradiditque Dñs Lachis in manus Israël, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnemq. animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tẽpore ascendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionem. Transiuitque de Lachis in Eglon, & circũdedit, atq. expugnauit eam in eadem die: percussitq. in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta oĩa quæ fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israël de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eã: cepitque, & percussit in ore gladij, regẽ quoq; eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasq. animas quæ in ea fuerãt commoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebrõ, cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atq. vastauit: regẽ quoq. eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regib⁹ earũ, sic fecit Dabir & regi illius. Percussitque Iosue omnem Terram montanam & meridianã atq. campestrẽ, & Asedoth cum regibus suis: nõ dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israël: à Cadesbarne vsq. Gazam. Omnẽ Terrã ‖ Gessen' vsque Gabaon, vniuersosque reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit: Dñs enim Deus Israël pugnauit pro eo. reuersusque est cùm omni Israël ad locum castrorum in Galgala.

Sup. 6, 21.

‖ Gosen MS. H. C. G.

CAP. XI.

QVæ cũ audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph: ad reges quoq. Aquilonis, qui habitabãt in montanis & in planitie contra meridiem Cineroth, in campestribus quoq. & regionib⁹ Dor iuxta mare: Chananæum quoq. ab Oriente & Occidẽte, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebusæũ in mõtanis: Heuæũ quoq. qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maspha. Egressique sunt omnes cũ turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis. Conueneruntque omnes reges isti in vnum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad Aquas-merom, vt pugnarent contra Israël. Dixitque Dominus ad Iosue, Ne 6
timeas eos: cras enim hac eadē hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israël: equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Venitque Iosue, & omnis exercitus cum eo aduersus 7
illos ad Aquas-merom subitò, & irruerunt super eos, tradiditque illos Dominus in manus Israël: Qui percusserunt 8
eos, & persecuti sunt vsque ad Sidonem magnam & Aquas-maserephoth, campumque Masphe, qui est ad Orientalem
Inf. 13,8. illius partem. Itaque percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: fecitq. 9
sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusque combussit igni. Reuersusque statim cepit Asor: 10
& regē eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Percussitque omnes 11
animas quæ ibidē morabātur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq. ad internecionem vniuersa vastauit, ipsamq. vrbem "peremit' incendio. Et omnes per 12
"cōbussit 1 MS. H. C. G. circuitū ciuitates, reges quoq. earum cepit, percussit atque deleuit, ‖ sicut præceperat ei Moyses famul⁹ Dñi. Absq. vrbi- 13
Deut. 7,2. Nu. 33,52. bus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israël: vnam tantùm Asor munitissimam flamma consumpsit. Omnemq. prædam istarū vr- 14
bium ac iumenta diuiserunt sibi filij Israël, cūctis hominib⁹ interfectis. ‖ Sicut 15
Exo. 34,11 Deut. 7,2. præceperat Dñs Moysi seruo suo, ‖ ita præcepit Moyses Iosue; & ille vniuersa cōpleuit: nō præterijt de vniuersis mandatis, nec vnū quidē verbum quod iusserat Dñs Moysi. Cepit itaque Iosue om- 16
nem Terram mōtanam, & meridianam, terramq. "Gessen', & planitiem, & Occi-
"Goscn MS. H. C. G. dentalem plagam, montemque Israël, & campestria eius: & partem montis quæ 17
ascendit Seir vsq. Baalgad per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, percussit, & occidit.
Multo tempore pugnauit Iosue contra 18
reges istos. Non fuit ciuitas "quæ se 19
-1 MS. H. C. non traderet filiis Israël, præter Heuęū, qui habitabat in Gabaon, omnes enim
"quam non G. Consimiliter añi Texini, legunt R. & G q. bellando cepit. Dñi enim sententia fue- 20
rat, vt indurarētur corda eorū, & pugnarent contra Israël, & caderēt, & non meterentur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dñs Moysi. In illo tē- 21
pore venit Iosue, & interfecit enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israël, vrbesque eorum deleuit. Non reliquit vllum de 22
stirpe enacim, in Terra filiorum Israël: absq. ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solùm relicti sunt. Cepit ergo 23
Iosue omnem Terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionē filiis Israël secundū partes & tribus suas. quieuitque Terra à prœliis.

CAP. XII.

1 HI sunt reges quos percusserunt filij Israël, & possederūt Terram eorum trans Iordanem ad solis ortū, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem Orientalem plagam quę respicit
2 solitudinem. Sehon rex Amorrhęorum, qui "habitauit' in Hesebon, dominatus est ab Aroër quæ sita est super ripā torrentis-Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæq. Galaad, vsque ad torrentem-Ieboc, qui est terminus filiorum Ammō.
3 & à solitudine vsq. ad Mare-Cenereth contra Orientem, & vsque ad Mare-deserti, quod est mare salsissimum, ad "Orientalem' plagā per viā quæ ducit Bethsimoth: & ab australi parte, quæ subiacet
4 Asedoth, Phasga. Termin⁹ Og regis Basan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai; & dominatus est
5 in monte Hermon, & in Salecha, atq. in vniuersa Basan, vsq. ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad:
6 "terminos' Sehō regis Hesebon. Moyses famul⁹ Dñi, & filij Israël percusserūt eos, tradiditq. Terram eorū Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidię
7 tribui Manasse. Hi sunt reges Terrę, quos percussit Iosue & filij Israël trās Iordanē ad Occidentalē plagā, à Baalgad in cāpo Libani, vsq. ad montē *cuius pars ascēdit in Seïr: tradiditq. eā Iosue in possessionē
8 tribubus Israël, singulis partes suas, tam in mōtanis q̄ in planis atq. campestrib⁹. In "Aseroth', & in solitudine, ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus, & Iebu-
9 sæus. Rex Iericho vnus: rex Hai, quæ
10 est ex latere Beth-el, vnus: rex Ierusalē
11 vnus, rex Hebrō vnus, rex Ierimoth vnus,
12 rex Lachis vnus, rex Eglō vnus, rex
13 Gazer vnus, rex Dabir vnus, rex Gader
14 vnus, rex Herma vnus, rex Hered vnus,
15 rex Lebna vnus, rex Adullam, vnus,
16 rex Maceda vnus, rex Beth-el vnus,
17 rex Taphua vnus, rex "Opher' vnus,
18 rex Aphec vnus, rex "Saron' vnus,
19 rex Madon vnus, rex Asor vnus,
20 rex Semerō *vnus, rex Achsaph vnus,
21 rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus,
22 rex Cedes vnus, rex Iachanam Carmeli vnus,
23 rex Dor, & prouinciæ Dor vn⁹,
24 rex Gentium Galgal vnus, rex Thersa vnus: omnes reges triginta vnus.

CAP. XIII.

1 IOsue senex prouectæque ætatis erat, & dixit Dñs ad eum, Senuisti, & lōgæuus
2 es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa, Philisthiim, & vniuersa Gessuri.
3 A fluuio turbido qui irrigat Aegyptū, vsque ad terminos Accaron cōtra Aquilonem, Terra Chanáan: quæ in quinque regulos Philisthiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Ad meridiem verò sunt Heuzi,
4

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnis Terra-Chanáá, & Maara Sidonio-
rú, vſq. Apheca & terminos Amorrhæi,
eiúſq. cóſinia. Libani quoq. regio cótra
Orientẽ à Baal-gad ſub monte Hermõ,
donec ingrediaris Emath. ¶ Omniũ qui
habitãt in mõte à Libano, vſq. ad Aquas-
Maſerephoth, vniuerſiq. Sidonij. Ego ſũ
qui delebo eos à facie filiorũ Iſraël. Ve-
niat ergo in partẽ hæreditatis Iſraël, ſicut
præcepi tibi. Et nunc diuide Terram in
poſſeſsionem nouẽ tribubus, & dimidiæ
tribui Manaſſe, cum qua Rubẽ & Gad
poſſederũt terrã, ¶ quã tradidit eis Moy-
ſes famulus Dñi trans fluenta Iordanis,
ad orientalẽ plagã. Ab Aroër quæ ſita
eſt in ripa torrẽtis-Arnõ, & in vallis me-
dio, vniuerſaq. campeſtria Medaba, vſque
Dibõ. & cunctas ciuitates Sehon regis
Amorrhæi, qui regnauit in Heſebõ vſq.
ad terminos filiorũ Ammõ. & Galaad,
ac terminũ Geſſuri & Machati, & omnẽ
montẽ Hermõ, & vniuerſam Baſan, vſq.
ad Salecha, omne regnũ Og in Baſan,
qui regnauit in Aſtaroth & Edrai, ipſe
fuit de reliquiis Raphaim: percuſsitque
eos Moyſes, atq. deleuit. Noluerunt que
diſperdere filij Iſraël Geſſuri & Machati:
& habitauerunt in medio Iſraël vſq. in
præſentẽ diẽ. ¶ Tribui autẽ Leui nõ de-
dit poſſeſsionẽ: ſed ſacrificia & victimæ
Dñi Dei Iſraël, ipſa eſt eius hæreditas,
ſicut locutus eſt illi. Dedit ergo Moyſes
poſſeſsionem tribui filiorũ Ruben iuxta
cognationes ſuas. Fuitq. terminus eorũ
ab Aroër, quæ ſita eſt in ripa torrẽtis-Ar-
nõ, & in valle eiuſdẽ torrẽtis media: vni-
uerſam planitiẽ, quę ducit Medaba, & '
Heſebõ, cunctóſq. viculos 'earũ' qui ſunt
in cãpeſtribus: Dibõ quoque, & Bamoth-
baal, & oppidũ Baalmeõ, & Iaſſa, & Ce-
dimoth, & Mephãath, & Cariathãim, &
Sabama, & Sarathaſar in mõte cõuallis.
Beth-phogor & Aſedoth, Phaſga &
Beth-ieſimoth, & oẽs vrbes cãpeſtres,
vniuerſaq. regna Sehõ regis Amorrhæi q
regnauit in Heſebõ, ¶ quẽ pcuſsit Moy-
ſes cũ principibus Madiã: Heuæũ, & Re-
cẽ, & Sur, & Hur, & 'Rebe', duces Sehon
habitatores Terræ. Et Balaã filiũ Beor
ariolũ occiderunt filij Iſraël gladio cum
cæteris interfectis. Factúſq. eſt terminus
filiorum Rubẽ Iordanis fluuius. Hæc eſt
poſſeſsio Rubenitarũ p cognationes ſuas
vrbiũ & viculorũ. Deditq. Moyſes tri-
bui Gad & filiis eius p cognationes ſuas
poſſeſsionẽ, cuius hæc diuiſio eſt: Ter-
minus Iaſer, & oẽs ciuitates Galaad, &
dimidiã partẽ terræ filiorũ Ammon, vſq.
ad Aroër quæ eſt contra Rabba. & ab
Heſebõ vſq. 'Ramoth', Maſphe & Beto-
nim: & à Manãim vſq. ad terminos Da-
bir. in valle quoq. Beth-arã, & Beth-
nemra, & Socoth, & Saphon reliquã par-
tẽ regni Sehõ regis Heſebõ. huius quoq.
finis, Iordanis eſt vſq. ad extremã partẽ
maris Cenéreth trãs Iordanẽ ad oriẽtalẽ
plagã. hæc eſt poſſeſsio filiorũ Gad per
familias ſuas, ciuitates, & villæ earum.
Dedit & dimidiæ tribui Manaſſe, filiiſ-
que eius iuxta cognationes ſuas poſſeſ-
ſionem, cuius hoc principium eſt: à
Manáim vniuerſam Baſan, & cuncta re-
gna Og regis Baſan, omnéſq. vicos Iair
qui ſunt in Baſan: ſexaginta oppida. &
dimidiam partem Galaad, & Aſtaroth, &
Edrai vrbes regnĩ Og in Baſan: filiis
Machir, filij Manaſſe dimidiæ parti filio-
rũ Machir iuxta cognationes ſuas. Hãc
poſſeſsionem diuiſit Moyſes in campe-
ſtribus Moab, trans Iordanem contra Ie-
richo ad Orientalem plagam. Tribui
autem Leui non dedit poſſeſsionẽ: quo-
niam Dominus Deus Iſraël ipſe eſt poſ-
ſeſsio eius, ¶ vt locutus eſt illi. Nu. 18, 20.

CAP. XIIII.

HOc eſt quod poſſederunt filij Iſraël
in Terra-Chanáan, quam dederunt
eis Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun,
& principes familiarũ per tribus Iſraël:
ſorte omnia diuidentes, ¶ ſicut præce- Nu. 34, 54.
perat Dominus in manu Moyſi, nouem
tribubus, & dimidiæ tribui*. Duabus * Manaſſe
enim tribubus, & dimidiæ dederat Moy- o.
ſes trans Iordanẽ poſſeſsionem: abſque
Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter
fratres ſuos: ſed in eorum ſucceſſerunt
locum filij Ioſeph in duas diuiſi tribus,
Manaſſe & Ephráim: nec acceperũt Leui-
tæ aliam in terra partem, niſi vrbes ad
habitandum, & ſuburbana earũ ad alen-
da iumenta & pecora ſua. Sicut præce-
perat Dominus Moyſi, ita fecerunt filij
Iſraël, & diuiſerunt Terram. Acceſſe-
runt itaq. filij Iuda ad Ioſue in Galgala,
locutúſq. eſt ad eum Caleb filius Iepho-
ne Cenezæus, ¶ Noſti quid locutus ſit Nu. 14, 24.
Dñs ad Moyſen hominẽ Dei de me & te
in Cadeſ-barne. Quadraginta annorũ
eram quando miſit me Moyſes famulus
Dñi de Cadeſ-barne, vt conſiderarẽ Ter-
ram, nuntiauiq. ei quod mihi verum vi-
debatur. Fratres autẽ mei qui aſcende-
rant mecũ, diſſoluerũt cor populi: & ni-
hilominus ego ſecutus ſum Dñm Deum
meum. ¶ Iurauitq. Moyſes in die illo, Sup. 1, 3.
dicens, Terra quã calcauit pes tuus, erit
poſſeſsio tua, & filiorũ tuorũ in æternũ:
quia ſecutus es Dñm Deũ 'meũ'. Con- ' tuum
ceſsit ergo Dñs vitã mihi, ſicut pollici- MS q.
tus eſt vſq. in præſentẽ diẽ. Quadraginta
& quinque anni ſunt ex quo locutus eſt
Dñs verbũ iſtud ad Moyſen, quãdo am-
bulabat Iſraël per ſolitudinem: hodie
octoginta quinq. annorũ ſum ſic valẽs,
vt eo valebã tẽpore quãdo ad explorandũ
miſſus ſum: ¶ illius in me tẽporis for- Exo. 46, 11.
titudo vſq. hodie perſeuerat, tam ad bel-
landum, quàm ad gradiendum. Da ergo
mihi montẽ iſtũ quẽ pollicitus eſt Dñs
te quoq. audiente, in quo enacim ſunt,
& vrbes magnæ atq. munitæ: ſi fortè ſit
Dñs mecum, & potuero delere eos: ſicut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Num.2,56. promisit mihi. Benedixitq. ei Iosue: ‖ & 13
tradidit ei Hebron in possessionē. atq. 14
ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone
Cenezæo vsq. in præsentem diem: quia
secutus est Dñm Deum Israël. Nomen 15
Hebron antè vocabatur Cariath-Arbe:
Adā maximus ibi inter enacim situs est:
& Terra cessauit à prœliis.

CAP. XV.

Num.34,3. IGitur sors filiorū Iudæ per cognatio- 1
nes suas ista fuit: A termino Edom
-8 MS. H. C.G. -vsq. ad' desertum Sin contra Meridiē,
& vsq. ad extremā partē australis plagæ.
initiū eius à summitate maris salsissi- 2
mi, & à lingua eius quæ respicit Meridiē.
Egreditúrque contra Ascensum-scor- 3
pionis, & pertransit in Sina: ascenditq.
in Cades-barne, & peruenit in Esron,
ascendens ad Addar, & circuiens ‖ Car-
caa', atq. inde pertrāsiens in Asemona, 4
& perueniens ad Torrentem-Aegypti:
eruntq. termini eius Mare-magnū. hic
erit finis meridianæ plagæ. Ab Oriente 5
verò erit initium mare salsissimum vsq.
ad extrema Iordanis: & ea quæ respi-
ciunt ad Aquilonē à lingua maris vsque
ad eundē Iordanis fluuium. Ascenditq. 6
terminus in Beth-hagla, & transit ab A-
quilone in Beth-araba: ascendens ad la-
pidē-Boen filij Ruben: & tendens vsq. 7
ad terminos Debera de Valle-achor, cō-
tra Aquilonē respiciens Galgala, quæ est
ex aduerso Ascensionis-adommim, ab au-
strali parte torrentis: transitq. aquas quæ
vocantur Fons-solis: & erunt exitus eius
ad Fontē-rogel. ascenditq. per ‖ conual- 8
lem' filij Ennom ex latere Iebusæi ad
Meridiē, hæc est Ierusalē: & inde se eri-
gens ad verticem montis, qui est contra
Ge-Ennom ad Occidentē in summitate
Vallis-raphaim contra Aquilonē. per- 9
transitq. à vertice montis vsq. ad fontē
aquæ Nephtóa: & péruenit vsq. ad vicos
montis Ephron: inclinaturq. in Baala,
quæ est Cariath-iarim, id est, vrbs syluā-
rū. & circuit de Baala cōtra Occidentē, 10
vsq. ad montē Seir: transitq. iuxta latus
montis Iarim ad Aquilonē in Chesson:
& descendit in Beth-sames, transitque in
Thamna. & péruenit contra Aquilonē 11
partis Accarō ex latere: inclinaturq. Se-
chrona, & trāsit montē Baala: peruenitq.
in Iebneēl, & magni maris contra Occi-
dentē fine concluditur. Hi sunt termini 12
filiorū Iuda per circuitū in cognationib⁹
suis. Caleb verò filio Iephone dedit par- 13
tē in medio filiorū Iuda, sicut præceperat
ei Dñs: Cariath Arbe patris enac, ipsa
Iud.1,20. est Hebrō. ‖ Deleuitq. ex ea Caleb tres 14
filios enac, Sesai & Ahiman & Tholmai
de stirpe enac. Atque inde conscendens 15
venit ad habitatores Dabir, quæ prius
vocabatur Cariath-sepher, id est, ciuitas
literarū. Dixitq. Caleb, Qui percusse- 16
rit Cariath-sepher, & ceperit eam, dabo
ei Axam filiā meā vxorē. Cepitq. eam 17
Othoniēl filius Cenez frater Caleb iu-
nior: deditq. ei Axam filiā suā vxorem.
18 Qui cùm pergerent simul, suasa est à
viro suo vt peteret à patre suo agrum,
suspirauitq. vt sedebat in asino. Cui Ca-
19 leb, Quid habes, inquit? At illa respon-
dit, Da mihi benedictionem: Terram au-
stralem & arentē dedisti mihi, iunge &
irriguā. Dedit itaq. ei Caleb irriguū su-
20 perius & inferius. Hæc est possessio tri-
bus filiorum Iuda per cognationes suas.
21 Erantq. ciuitates ab extremis partibus
filiorum Iuda iuxta terminos Edom à
22 Meridie: Cabseel & Eder & Iagur, &
23 Cina & Dimona & Adada, & Cedes &
24 Asor & Iethnā, Ziph & Telē & Baloth,
25 Asor noua & Carioth, Hesron, hæc est
26 Asor. Amam, Sama, & Molada,
27 & Asergadda & Hassemon & Beth-
28 phelet, & Hasersual & Bersabee & Ba-
29 ziothia & Baala & Im & Esem,
30 & Eltholad & Cesil & Harma,
31 & Siceleg & Medemena & Sensenna,
32 Lebaoth & Selim & Aen & Remon.
omnes ciuitates viginti nouem, & villæ
33 earū. In campestribus verò: Estaol &
34 Sarea & Asena, & Zanoë & Engan-
35 nim & Taphua & Enaim, & Ierimoth
36 & Adullam, Socho & Azeca & Saraim
& Aditháim & Gedera & Gederothaim:
37 vrbes quatuordecim, & villę earū. Sa-
38 nan & Hadassa & Magdal-gad, Delean
39 & Masepha & Iecthel, Lachis & Bas-
40 cath & Eglon, Chebbon & Lehemam &
41 Cethlis & Gideroth & Bethdagon &
Naama & Maceda: ciuitates sedecim, &
42 villæ earum. Labana & Ether & Asan,
43 Iephtha & Esna & Nesib,
44 & Ceila & Achzib & Maresa: ciuita-
45 tes nouē, & villæ earum. Accaron cum
46 vicis & villulis suis. Ab Accaron vsque
ad mare: omnia quæ vergunt ad Azotum
47 & viculos eius. Azotus cū vicis & vil-
lulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis,
vsq. ad torrentē-Aegypti, & mare-ma-
48 gnum terminus eius. Et in monte: Sa-
49 mir & Iether & Socoth & Danna &
50 Cariathsenna, hæc est Dabir: Anab &
51 Istemo & Anim, Gosen & Olon &
Gilo: ciuitates vndecim & villæ earum.
52 Arab & Ruma & Esaan,
53 & Ianum & Beth-thaphua & Aphecs,
54 Athmatha & Cariath-arbe, hæc est He-
bron, & Sior: ciuitates nouem, & villæ
55 earum. Maon & Charmel & Ziph &
56 Iota, Iezraël & Iucadam & Zanoë,
57 Accain, Gabaa & Thamna: ciuitates
58 decem & villę earum. Halhul, & Beth-
59 sur, & Gedor, Mareth, & Beth-anoth,
& Eltheco: ciuitates sex & villæ earum.
60 Cariath-baal, hæc est Cariath-iarim
vrbs syluarum, & Arebba: ciuitates duæ,
61 & villæ earum. In deserto: Beth-araba,
62 Meddin, & Sachacha & Nebsan, & Ci-
uitas-salis, & En-gaddi: ciuitates sex, &
63 villæ earū*. Iebusæū autē habitatorem

Ierusalem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ierusalem nō potuerunt filij Iuda delere: habitauitq. Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.

CAP. XVI.

CEcidit quoq. sors filiorū Ioseph ab Iordane cōtra Iericho & aquas eius, ab Oriente: solitudo quæ ascendit de Iericho ad montē Bethel: & egreditur de Beth-el Luzam: transitq. terminum Archi, Ataroth. & descendit ad Occidentem iuxta terminū Iephleti, vsq. ad terminos Beth-horon inferioris, & Gazer: finiunturq. regiones eius Mari-magno: possederuntq. filij Ioseph Manasses & Ephraim. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas: & possessio eorū cōtra Orientem Atarothaddar vsq. Beth-horō superiorē. Egrediunturque confinia in mare: Machmethath verò Aquilonē respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathselo: & pertrāsit ab Oriente Ianoë. descenditq. de Ianoë in Ataroth & Naarátha: & peruenit in Iericho, egrediturque ad Iordanem. De Taphua pertrāsit cōtra mare in Vallem-arundineti, suntque egressus eius in mare salsissimū. hæc est possessio tribus filiorū Ephráim per familias suas. Vrbesq. separatæ sunt filiis Ephráim in medio possessionis filiorum Manasse, & villæ earum. Et non interfecerunt filij Ephráim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauitq. Chananæus in medio Ephráim vsque in diem hanc tributarius.

CAP. XVII.

CEcidit autē sors tribui Manasse: (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitq. possessionē Galaad & Basan. ℣ & reliquis filiorū Manasse iuxtā familias suas, filiis Abiézer, & filiis Helec, & filiis Esriel, & filiis Sechē, & filiis Hepher, & filiis Semida. isti sunt filij Manasse filij Ioseph, mares, per cognationes suas. Salphaad vero filio Hepher filij Galaad filij Machir filij Manasse non erant filij, sed solæ filiæ: quarū ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Veneruntq. in cōspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun, & principū, dicentes, Dns præcepit per manū Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrū nostrorum. Deditq. ~ eis' iuxta imperium Dni possessionem in medio fratrū patris earum. Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absq. Terra-Galaad & Basan trās Iordanē. Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorū eius. Terra autē Galaad cecidit in sortē filiorum Manasse qui reliqui erāt. Fuitq. terminus Manasse ab Aser, Machmathath quæ respicit Sichem: & egreditur ad dexiram iuxta habitatores Fōtis-Taphúę. Etenim in sorte Manasse ceciderat Terra Taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephráim. Descenditq. terminus Vallis-arundineti in meridiem torrentis ciuitatū Ephráim, quæ in medio sunt vrbium Manasse: terminus Manasse ab Aquilone torrentis, & exit⁹ eius pergit ad mare: ita vt possessio Ephráim sit ab Austro, & ab Aquilone Manasse, & vtramq. claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Aser ab Aquilone, & in tribu Issachar ab Oriente. Fuitq. hæreditas Manasse in Issachar & in Aser, Bethsan & viculi eius, & Ieblaam cū viculis suis, & habitatores Dor cū oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis: similiterque habitatores Tenac cum viculis suis, & habitatores Mageddo cum viculis suis, & tertia pars vrbis Nopheth. Nec potuerunt filij Manasse has ciuitates subuertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra ^h ipsa'. Postquam autem cōualuerunt filij Israël, subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos. Locutique sunt filij Ioseph ad Iosue, & dixerunt, Quare dedisti mihi *possessionē sortis & funiculi vnius, cùm sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dns? Ad quos Iosue ait, Si populus multus es, ascende in siluam, & succide tibi spatia in Terra Pherezæi & Raphaim: quia angusta est tibi possessio montis Ephráim. Cui responderunt filij Ioseph, Non poterimus ad montana cōscendere, cùm ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bethsan cū viculis suis, & Iezraël mediā possidens vallē. Dixitq. Iosue ad domum Ioseph, * Ephraim & Manasse, Populus multus es, & magnę fortitudinis, nō habebis sortē vnā, sed trāsibis ad montē, & succides tibi, atque purgabis ad habitandū spatia: & poteris vltrà procedere cùm subuerteris Chananæum, quē dicis ferreos habere currus, & esse fortissimū.

CAP. XVIII.

COngregatiq. sunt omnes filij Israël in Silo, ibiq. fixerunt tabernaculū testimonij, & fuit eis Terra subiecta. ‖ Remanserunt' autem filiorum Israël septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas. Ad quos Iosue ait, Vsquequò marcetis ignauia, & nō intratis ad possidendam Terram, quam Dns Deus patrum vestrorum dedit vobis? Eligite de singulis tribubus ternos viros, vt mittā eos, & pergant atq. circumeant Terrā, & describant eam iuxta ‖ numerum' vniuscuiusq. multitudinis: referantq. ad me quod descripserint. Diuidite vobis Terrā in septem partes: Iudas sit in terminis suis ab australi plaga, & domus Ioseph ab Aquilone. mediam inter hos Terrā in septem partes describite: & huc venietis ad me, vt corā Dño Deo vestro mittam vobis hīc sortem: quia nō est inter vos pars Leuitarū, sed

Na 15,12.

Num 27,1. 36,2.

h. o.

nista 3 MS
nsua MS q.

* Terram in o.

* & o.

‖ Remanserant MS, R.

‖ terminū 5 MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sacerdotium Dñi est eorũ hereditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad Orientalem plagam: quas dedit eis Moyses famulus Domini.

Cumq. surrexissent viri, vt pergerent ad 8
describẽdam Terram, præcepit eis Iosue, dicẽs, Circuite Terrã, & describite eam, ac reuertimini ad me: vt hic coram Dño, in Silo mittam vobis sortẽ. Itaque per- 9
rexerunt: & lustrãtes eã, in septem partes diuiserunt, scribẽtes in volumine. Reuersique sunt ad Iosue in castra Silo. Qui 10
misit sortes coram Dño in Silo, diuisitq. Terram filiis Israël in septem partes. Et 11
ascẽdit sors prima filiorũ Ben-iamin per familias suas, vt possiderent Terrã inter filios Iuda & filios Ioseph. Fuitq. ter- 12
minus eorũ contra Aquilonẽ à Iordane: pergẽs iuxta latus Iericho septentrionalis plagæ, & inde cõtra Occidentẽ ad montana conscendẽs, & perueniens ad solitudinem Beth-áuen, atq. pertrãsiens iuxta 13
Luzam ad Meridiẽ, ipsa est Beth-el: descenditq. in Ataroth-addar in montẽ qui est ad Meridiem Beth-horon inferioris:

Et inclinatur circuiens contra mare ad 14
Meridiem montis qui respicit Beth-horon contra Africum: suntq. exitus eius in Cariath-báal, quæ vocatur & Cariathiarim, vrbẽ filiorum Iuda. hæc est plaga cõtra mare, ‖ad Occidentẽ. A Meridie 15
autem ex parte Cariath-iarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vsque ad fontẽ aquarũ Nephtóa. Descenditq. 16
in partẽ mõtis qui respicit Vallem-filiorũ-Ennom: & est contra septentrionalẽ plagã in extrema parte Vallis-raphaim. Descẽditq. in Ge-Ennõ (id est, Vallem Ennõ) iuxta latus Iebusæi ad Austrũ: & 17
peruenit ad Fontẽ-rogel, trãsiens ad Aquilonẽ, & egrediẽs ad En-sémes, (id est fontẽ solis:) & pertrãsit vsq. ad tumulos 18
qui sunt è regione Ascensus-adommim: descenditq. Aben-boen, id est, lapidẽ Boẽ filij Ruben: & pertrãsit ex latere Aquilonis ad cãpestria: descenditq. in planitiẽ,
& prætergreditur cõtra Aquilonẽ Beth- 19
hagla: suntque exitus eius contra linguã maris salsissimi ab Aquilone in fine Iordanis ad australẽ plagã: qui est terminus 20
illius ab Oriente. hæc est possessio filiorũ Ben-iamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. Fueruntq. ciuitates 21
eius, Iericho & Beth-hagla & Vallis-casis,
Beth-araba & Samaráim & Bethel 22
& Auim & Aphara & Ophera, 23
Villa-hemona & Ophni & Gábee: ciui- 24
tates duodecim, & villæ earum. Gaba- 25
on & Rama & Beroth, & Mesphe, & 26
Caphara & Amosa & Recem, Iarephel 27
& Tharela, & Sela, Eleph, & Iebus, quæ 28
est Ierusalem, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villæ earũ. *Hæc est possessio filiorum Ben-iamin iuxta familias suas.

‖ & 4 MS. *Interpres explicandæ sententiæ gratia adiecit: Ad sine Et occidentem.*

*Fueruntque omnes ciuitates viginti sex o.

CAP. XIX.

1 ET egressa est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas: fuitq.
2 hæreditas eorum in medio possessionis filiorũ Iuda: Ber-sabee & Sabee &
3 Iada & Haser-sual, Bala & Asem
4 & Eltholad, Bethul & Harma
5 & Siceleg & Beth-marchaboth & Ha-
6 ser-susa & Bethlebaoth & Sarohen: ci-
7 uitates tredecim, & villæ earum. Ain & Remmõ & Athar & Asan: ciuitates qua-
8 tuor, & villæ earum: omnes viculi per circuitum vrbiũ istarũ vsque ad Baalath, Beer, Ramath cõtra austrálem plagam*. Hæc est hæreditas filiorũ Simeon iuxta
9 cognationes suas, in possessione & funiculo filiorũ Iuda: quia maior erat. & idcirco filij Simeõ possederunt in medio
10 hæreditatis eorũ. Ceciditque sors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas: & factus est terminus possessionis eorum
11 vsq. Sarid. Ascenditq. de mari & ‖Medalaa, & péruenit in Debbáseth: vsq. ad
12 torrentem qui est contra Ieconã. Et reuertitur de Sarid contra Orientẽ in finẽ Ceseleth-Thabor: & egreditur ad Dabereth, ascenditq. contra Iaphie. Et inde
13 pertrãsit vsq. ad orientalem plagã Gethhepher & Tacasin: & egreditur in Rem-
14 mõ, Amthar & Noa. Et circuit ad Aquilonẽ Hanathõ: suntq. egressus eius Val-
15 lis-iephtahel, & Cateth & Naalol & Semeron & ‖Iedala & Beth-léhem: ci-
16 uitates duodecim, & villæ earũ. Hæc est hæreditas tribus filiorũ Zabulon per co-
17 gnationes suas, vrbes & viculi earũ. Issachar egressa est sors quarta per cogna-
18 tiones suas: fuitq. eius hæreditas Iezrael
19 & Casaloth & Sunem & Hapharaim &
20 ‖Seon, & Anaharath & Rabboth & Ce-
21 sion, Abes, & Rameth & En-gannim, &
22 Enhadda & Bethphetes. Et péruenit terminus eius vsq. Thabor & Sehesima & Bethsemes: erũtq. exitus eius Iordanis:
23 ciuitates sedecim, & villæ earũ. Hæc est possessio filiorũ Issachar per cognationes
24 suas, vrbes, & viculi earũ. Ceciditq. sors quinta tribui filiorũ Aser per cognationes
25 suas: fuitq. terminus eorum Halcath &
26 Chali & Betẽ & Axaph & Elmélech & Amaad & Messal: & péruenit vsq. ad Car-
27 melũ maris & Sihor & Labanath. Ac reuertitur cõtra orientẽ Beth-dagõ: & pertrãsit vsque Zabulõ & Vallẽ-Iephtael cõtra Aquilonẽ in Bethémec & Nehiel.
28 Egredituráque ad læuã Cabul, & Abran & Rohob & Hamon & Cana, vsque ad
29 Sidonem magnam. reuertituráque in Horma vsque ad ciuitatẽ munitissimam Tyrum, & vsque Hosa: eruntque exitus
30 eius in mare de funiculo Achziba: & Amma & Aphec & Robob: ciuitates vi-
31 gintiduæ, & villæ earum. Hæc est possessio filiorũ Aser per cognationes suas,
32 vrbesq. & viculi earum. Filiorũ Nephthali sexta sors cecidit per familias suas:

& cæ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& cœpit terminus de Heleph & Elon in
Saananim & Adami, quæ est Neceb, & 33
Iebnael vsq. Lecum: & egressus eorũ vs-
que ad Iordanẽ; reuertiturq. terminus 34
cõtra Occidẽtẽ in Azanoth-Thabor, atq.
inde egreditur in Hucuca, & pertrãsit in
Zabulõ cõtra Meridiẽ, & in Aser contra
Occidentẽ, & in Iuda ad Iordanẽ contra
Orientem solis. ciuitates munitissimæ, As- 35
dim, Ser & Emath & Reccath & Cene-
reth, & Edema & Arama, Asor & Ce- 36
des & Edrai, En-hasor & Ierõ & Mag- 37
dalel, Horẽ & Beth-anath & Beth-sames: 38
ciuitates decẽ & nouẽ, & villę earũ. Hęc 39
est possessio tribus filiorum Nephthali p
cognationes suas, vrbes & viculi earum.
Tribui filiorũ Dan per familias suas e- 40
gressa est sors septima: & fuit terminus 41
possessionis eius Saraa, & Esthaol, & Hir-
semes, id est ciuitas solis. Selebin & A- 42
ialõ & Iethela, Elõ & Thẽna & Acrõ, 43
Elthece, Gebbethõ & Balaath, & Iud 44
& Bane & Barac & Geth-remmon: & 45
*Meiarcõ & Arecon, cum termino qui 46
respicit Ioppẽ, & ipso fine concluditur. 47
Ascẽderuntq. filij Dan, & pugnauerunt
cõtra Lesem, ceperuntq. eã: & percusse-
runt eam in ore gladij, & possederunt, &
habitauerunt in ea, vocãtes nomen eius
Lesem-Dan, ex nomine Dan patris sui.
Hæc est possessio tribus filiorum Dã, p 48
cognationes suas, vrbes & viculi earum.
Cumq. cõplesset sorte diuidere Terram 49
singulis per tribus suas, dederunt filij Is-
raël possessionẽ Iosue filio Nun in me-
dio sui, iuxta præceptum Dñi, vrbem 50
quã postulauit, Thamnath-saraa in mõ-
te Ephraim: & ædificauit ciuitatẽ, habi-
tauitque in ea. Hæ sunt possessiones 51
quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, &
Iosue filius Nun, & principes familiarũ,
ac tribuum filiorum Israël, in Silo, corã
Domino ad ostiũ tabernaculi testimonij,
partitiq. sunt Terram. CAP. XX.
ET locutus est Dñs ad Iosue, dicens, 1
Loquere filiis Israël, & dic eis, Se- 2
parate vrbes fugitiuorũ, de quibus lo-
cutus sum ad vos per manum Moysi, vt 3
cõfugiat ad eas quicunq. animã percusse-
rit nescius: & possit euadere irã proximi
qui vltor est sanguinis, cùm ad vnã ha- 4
rum cõfugerit ciuitatũ: stabitq. ante por-
tã ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis
illius ea quę se cõprobent innocentẽ: sic-
que suscipient eum, & dabunt ei locum
ad habitandum, Cumq. vltor sanguinis 5
eum fuerit persecutus, nõ tradẽt in manꝰ
eius: quia ignorãs percussit proximũ eiꝰ,
nec ante biduum triduúmue eius pbatur
inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, 6
donec stet ante iudicium causam reddẽs
facti sui, & moriatur sacerdos magnꝰ qui
fuerit in illo tẽpore: tunc reuertetur ho-
micida, & ingredietur ciuitatẽ & domum
suã de qua fugerat. Decreuerũtq. Cedes 7
in Galilæa mõtis Nephthali, & Sichẽ in
mõte Ephraim, & Cariath-Arbe, ipsa est
8 Hebrõ in mõte Iuda. Et trans Iordanẽ
cõtra Orientalẽ plagã Iericho, ‖ statue- Deut. 4, 4.
runt Bosor, quæ sita est in campestri soli- Iosue 10, 9.
tudine de tribu Rubẽ, & Ramoth in Ga-
laad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de
9 tribu Manasse. Hæ ciuitates constitutæ
sunt cunctis filiis Israël, & aduenis qui
habitabãt inter eos: vt fugeret ad eas qui
animam nescius percussisset, & non mo-
reretur in manu proximi, effusum san-
guinem vindicare cupientis, donec staret
ante populum expositurus causam suã.

CAP. XXI.

1 ACcesseruntq. principes familiarum
Leui ad Eleazarum sacerdotẽ, & Io-
sue filium Nun, & ad duces cognationum
2 per singulas tribus filiorum Israël: locu-
tiq. sunt ad eos in Silo Terræ-Chanaan, Nu. 35, 2.
atq. dixerunt, ‖ Dñs præcepit per manum
Moysi, vt darẽtur nobis vrbes ad habitã-
dum, & suburbana earum ad alẽda iumẽ-
3 ta. Dederuntq. filij Israël de possessio-
nibus suis iuxta imperium Dñi, ciuitates
4 & suburbana earum. Egressaq. est sors
in familiã Caath filiorũ Aarõ sacerdo-
tis de tribu Iuda & Simeõ & Bẽ-iamin,
5 ciuitates tredecim: Et reliquis filiorum
Caath, id est Leuitis qui superfuerant, de
tribubꝰ Ephraim, & Dan, & dimidia tribu
6 Manasse, ciuitates decẽ. Porrò filiis Ger-
son egressa est sors, vt acciperẽt de tribu-
bus Issachar & Aser & Nephthali, dimi-
diaque tribu Manasse in Basan ciuitates
7 numero tredecim. Et filiis Merari per
cognationes suas de tribubꝰ Rubẽ & Gad
8 & Zabulõ vrbes duodecim. Dederuntq.
filij Israël Leuitis ciuitates & suburbana
earum, sicut præcepit Dñs per manum
9 Moysi, singulis sorte tribuẽtes. De tri-
bubus filiorũ Iuda & Simeõ dedit Iosue
10 ciuitates: ‖ quarum ista sunt nomina, fi- 1. Par. 6, 2
liis Aarõ per familias Caath Leuitici ge-
neris (prima enim sors illis egressa est)
11 Cariath-Arbe patris enac, quę vocatur
Hebrõ, in mõte Iuda, & suburbana eiꝰ p Sup. 14, 14.
12 circuitũ. ‖ Agros verò, & villas eius de-
derat Caleb filio Iephone ad possidẽdũ.
13 Dedit ergo filiis Aarõ sacerdotis Hebrõ
confugij ciuitatem, ac suburbana eius: &
14 Lobnã cũ suburbanis suis: & Iether, &
15 *Estemoꝰ, & Holõ, & Dabir, & Ain, &
16 Ieta, & Bethsames, cũ suburbanis suis: ci- *Esthe-
uitates nouẽ de tribubꝰ, vt dictũ est, dua- moa MS.
17 bus. De tribu aũt filiorũ Bẽ-iamin, Ga- H. C.
18 baõ, & Gabae, & Anathoth & Almõ, cũ
19 suburbanis suis: ciuitates quatuor. Oẽs
simul ciuitates filiorum Aarõ sacerdotis
20 tredecim, cũ suburbanis suis. Reliquis
verò per familias filiorũ Caath Leuitici
21 generis hæc est data possessio. De tribu
Ephraim *vrbes cõfugij Sichẽ cũ subur- * vrbs 19
banis suis in monte Ephraim, & Gazer MS. H. C.
22 & Cibsaim & Beth-horõ, cũ suburbanis G. Q. n.
23 suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque
24 Dan, Eltheco & Gabathõ, & Aialon &

Num. 35, 9. Deut. 19, 2.

*Atque Hiercõ o *Aquæ Hiercõ 1 M5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Geth-rēmō, cū suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porrò de dimidia tribu Manasse, Thanach & Geth-remmō, cū suburbanis suis, ciuitates duæ. Oēs ciuitates decē, & suburbana earū, datæ sunt filiis Caath inferioris gradus. Filiis quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse cōfugij ‖ ciuitates', Gaulon in Basan, & Bosrā, cū suburbanis suis, ciuitates duas. Porrò de tribu Issachar; Cesiō, & Dabereth, & Iaramoth, & Engānim, cū suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu autē Aser, ‖ Masal' & Abdō, & Helcath, & Rohob, cū suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoq. Nephthali ciuitates cōfugij, Cedes in Galilæa, & Hāmoth-dor, & Carthan, cū suburbanis suis, ciuitates tres. Oēs vrbes familiarū Gerson, tredecim, cum suburbanis suis. Filiis aūt Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulō, Iecnā & Cartha & Dāna & Naalol, ciuitates quatuor cū suburbanis suis. De tribu Gad ‖ ciuitates' confugij, Ramoth in Galaad, & Manaim & Hesebō & Iazer, ciuitates quatuor cū suburbanis suis. De tribu Rubē vltra Iordanē cōtra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine, Misor & Iazer & Iethson & Mephaath, ciuitates quatuor, cū suburbanis suis'. Oēs vrbes filiorū Merari per familias, & cognationes suas duodecim. Itaq. ciuitates vniuersę Leuitarū in medio possessionis filiorum Israël fuerunt quadraginta octo cū suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. Deditque Dñs Deus Israëli omnē Terrā, quam traditurū se patribus eorum iurauerat: & possederunt illā, atq. habitauerūt in ea. Dataq. est ab eo pax in oēs per circuitū nationes: nullusq. eis hostiū resistere ausus est, sed cūcti in eorum ditionē redacti sunt. Ne vnum quidē verbū, quod illis præstiturū se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

CAP. XXII.

EOdē tēpore vocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiā tribū Manasse, dixitq. ad eos, Feciſtis omnia quę præcepit vobis Moyses famulus Dñi: mihi quoq. in omnibus obediſtis, nec reliquiſtis fratres vestros lōgo tēpore, vsque in præsentē diē, custodientes imperiū Dñi Dei vestri. Quia igitur dedit Dñs Deus vester fratribus vestris quietē & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terrā possessionis, ‖ quā tradidit vobis Moyses famulus Dñi trans Iordanē: ita duntaxat, vt custodiatis attentè, & opere cōpleatis mādatū & legē quā præcepit vobis Moyses famulus Dñi, vt diligatis Dñm Deū vestrū, & ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis mandata illius; adhæreatisque ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidiæ autē tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Iosue sortem inter cæteros fratres suos trās Iordanē ad Occidentalē * plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos, In multa substātia atque diuitiis reuertimini ad sedes vestras, cū argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædā hostiū cū fratribus vestris. Reuersique sunt, & abierunt filij Rubē, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, à filiis Israël de Silo, quæ sita est in Chanaan, vt intrarēt Galaad terrā possessionis suæ, quā obtinuerāt iuxta imperium Dñi in manu Moysi. Cumq. venissent ad tumulos Iordanis, in Terrā-Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanē altare infinitæ magnitudinis. Quod cū audissent filij Israël, & ad eos certi nuntij detulissent ædificasse filios Rubē, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse altare in Terra Chanaan, super Iordanis tumulos, cōtra filios Israël: cōuenerunt omnes in Silo, vt ascenderēt, & dimicarent contra eos. Et interim miserūt ad illos in Terram-Galaad Phinees filiū Eleazari ‖ sacerdotē', & decē principes cū eo, singulos de singulis tribubus. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse in Terram-Galaad, dixeruntq. ad eos, Hæc mandat omnis populus Dñi, Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dñm Deū Israël, ædificātes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? An parum vobis est quòd ‖ peccastis in Beelphegor, & vsq. in præsentē diē macula huius sceleris in ‖ vobis' permanet, multiq. de populo corruerunt? Et vos hodie reliquistis Dñm, & cras in vniuersum Israël ira eius desæuiet. Quòd si putatis immundā esse terrā possessionis vestræ, transite ad terrā in qua tabernaculum Dñi est, & habitate inter nos: tantùm vt à Dño, & à nostro cōsortio nō recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri. ‖ Nōne Achan filius Zare præteriit mādatum Dñi, & super omnem populū Israël ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atq. vtinā solus periisset in scelere suo. Responderuntq. filij Rubē, & Gad, & dimidia tribus Manasse principibus legationis Israël, Fortissimus Deus Dñs *, ipse nouit, & Israël simul intelliget: si præuaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti: & si ea mente fecimus vt holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas sup eo imponeremus, ipse quęrat & iudicet: & non ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus, Cras dicēt filij vestri filiis nostris, Quid vobis & Dño Deo Israël? terminū posuit Dñs inter nos & vos ô filij Rubē, & filij Gad

Iordanem

* ciuitatem 19 MS. H. C. Q. n.
* Messal MS.
* Masano
* ciuitatem 4 MS. H. C. G.
* ciuitas 4 MS. Q. n.
- 10 MS. Q n.
Nu. 32, 31. Sup. 13, 8.

Iordanē fluuiū: & idcirco partē nō habetis in Dño. Et per hāc occasionē auertēt
filijvestri filios nostros à timore Dñi. Pu- 26
tauimus itaq. melius, & diximus, Extruamus nobis altare, non in holocausta,
neq. ad victimas offerēdas, sed in testi- 27
moniū inter nos & vos, & sobolē nostrā
vestrāq; progenie, vt seruiamus Dño, &
iuris nostri sit offerre & holocausta, & vi-
ctimas, & pacificas hostias: & nequaquā
dicāt cras filij vestri filiis nostris, Nō est
vobis pars in Dño. Quòd si voluerint 28
dicere, respondebūt eis, Ecce altare Dñi
quod fecerunt patres nostri, nō in holo-
causta, neq. in sacrificiū, sed in testimo-
niū nostrū ac vestrū. Absit à nobis hoc 29
scelus vt recedamus à Dño, & eius vesti-
gia relinquamus extructo altari ad holo-
causta, & sacrificia, & victimas offerēdas,
præter altare Dñi Dei nostri quod extru-
ctū est ante tabernaculū eius. Quib. au- 30
ditis, Phinees sacerdos, & principes lega-
tionis Israël, qui erāt cū eo, placati sunt:
& verba filiorū Rubē, & Gad, & dimidiæ
tribus Manasse, libentissimè susceperūt.
Dixitq. Phinees filius Eleazari sacer- 31
dos ad eos, Nūc scimus quòd nobiscū sit
Dñs, quoniā alieni estis à præuaricatione
hac, & liberastis filios Israël de manu Dñi.
Reuersusq. est cum principibus à filiis 32
Rubē & Gad de Terra-Galaad, ‖finium'
Chanāan ad filios Israël, & retulit eis.
Placuitq. sermo cūctis audientibus. Et 33
laudauerunt Deū filij Israël, & nequaquā
vltrà dixerunt vt ascēderent contra eos,
atq. pugnarent, & delerent Terrā possessionis eorū. Vocaueruntq. filij Ruben, & 34
filij Gad altare quod extruxerant, Testimoniū nostrum, quòd Dominus ipse sit
Deus.

CAP. XXIII.

EVoluto autē multo tēpore, postquam 1
pacē dederat Dñs Israëli, subiectis in
gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam
lōgæuo, & persenilis ætatis, vocauit Io- 2
sue oēm Israēlē, maiorēsq. natu, & principes ac ‖duces', & ‖magistros', dixitq. ad
eos, Ego senui, & progressioris ætatis
sum: vósq. cernitis omnia quæ fecerit 3
Dñs Deus vester cūctis per circuitū nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit: & nūc quia vobis sorte ‖diuisit' 4
omnē Terrā, ab Orientali parte Iordanis
vsq. ad mare magnū, multæq. adhuc supersunt nationes: Dñs Deus vester dis- 5
perdet eas, & auferet à facie vestra, & possidebitis Terrā, sicut vobis pollicitus est.
tantū cōfortamini, & estote soliciti vt 6
custodiatis cūcta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab
eis neq. ad dexterā neque ad sinistrā: ne 7
postquā intraueritis ad Gētes, quæ inter
vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorū
earum, & seruiatis eis, & adoretis illos:
Sed adhærcatis Dño Deo vestro, ꝙ feci- 8
stis vsq. in diē hāc. Et tūc auferet Dñs 9
Deus in cōspectu vestro gētes magnas &
robustissimas, & null⁹ vobis resistere po-
10 terit. Vnus è vobis persequetur hostiū
mille viros: quia Dñs Deus vester pro
vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.
11 Hoc tantū diligētissimè præcauete, vt
12 diligatis Dñm Deū vestrū. Quòd si vo-
lueritis gentiū harū quæ inter vos habitāt, erroribus adhærere, & cū eis miscere
13 cōnubia, atq. amicitias copulare: iā nūc
scitote quòd Dñs Deus vester nō eas de-
leat ante faciē vestram, sed ‖sint' vobis in ‖erunt r
foueā ac laqueū, & offendiculū ex latere MS.R.H.
vestro, & sudes in oculis vestris, donec C.G.
vos auferat atq. disperdat de Terra hac
14 optima quā tradidit vobis. En ego ho-
die ingredior viā vniuersæ terræ, & toto
animo cognoscetis quòd de omnib. ver-
bis quæ se Dñs præstiturū vobis esse pol-
licitus est, vnū non præterierit incassum.
15 Sicut ergo implevit operequod promi-
sit, & prospera cuncta venerunt: sic ad-
ducet super vos quicquid malorū cōmi-
natus est, donec vos auferat atq. disper-
dat de Terra hac optima quā tradidit vo-
16 bis, eo quòd præterieritis pactum Dñi
Dei vestri, quod pepigit vobiscū, & ser-
uieritis diis alienis, & adoraueritis eos:
citò atq. velociter cōsurget in vos furor
Dñi, & auferemini ab hac Terra optima
quā tradidit vobis.

CAP. XXIIII.

1 COngregauitq. Iosue oēs tribus Israël
in Sichem, & vocauit maiores natu,
ac principes, & iudices, & magistros: ste-
2 teruntq. in cōspectu ‖Dñi', & ad popu- ‖Dei 2MS.
lū sic locutus est, Hæc dicit Dñs Deus Is- R.H.G.
raël, ‖Trās fluuiū habitauerūt patres ve- Gen.11,26
stri ab initio, Thare pater Abrahā & Na- & 31.
3 chor: seruieruntq. diis alienis. Tuli ergo
patrē vestrū Abrahā de Mesopotamiæ fi-
nibus: & adduxi eū in Terrā-Chanāan:
4 multiplicauiq. semen eius, ‖& dedi ei Gene.21,2.
Isaac: Illiq. rursum dedi Iacob & Esau. 25,26.
‖E quibus, Esau dedi mōtē Seir ad pos- Gen.36, 8.
sidendū: ‖Iacob verò, & filij eius descē- Gen. 46,6.
5 derunt in Aegyptū. ‖Misiq. Moysen & Exo.3, 10.
Aarō, & percussi Aegyptū multis signis
6 atq. portentis. ‖Eduxiq. vos & patres Exo.12,37.
vestros de Aegypto, & venistis ‖ad ma- Exo.14,9.
re: persecutiq. sunt Aegyptij patres ve-
stros cū curribus & equitatu, vsq. ad Ma-
7 re-rubrū. Clamauerunt autē ad Dñm
filij Israël: qui posuit tenebras inter vos
& Aegyptios: & adduxit super eos mare,
& operuit eos. Viderūt oculi vestri cūcta
quæ in Aegypto fecerim, & habitastis in
8 solitudine multo tempore: & introduxi
vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat
trās Iordanē. ‖Cumq. pugnarent contra Nu. 21, 29.
vos, tradidi eos in manus vestras, & pos-
sediſtis Terrā eorū, atq. interfeciſtis eos.
9 ‖Surrexit autē Balac filius Sephor rex Num.22,5.
Moab, & pugnauit cōtra Israēlem. Misitque, & vocauit Balaam filium Beor, vt
10 malediceret vobis: & ego nolui audire
eum, sed econtrario per illum benedixi
vobis, & liberaui vos de manu eius.

‖Transistisq.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sup. 3, 14. 6, 1. 11, 3.

Transistisq. Iordanem, & venistis ad Iericho. Pugnaueruntq. contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus, & Pherezæus, & Chananæus, & Hethæ⁹, & Gergesæus, & Heuæus, & Iebusæ⁹: & tradidi illos in man⁹ vestras. Misiq. ante vos crabrones: & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorũ, nõ in gladio & in arcu tuo.

Sup. 11, 20. Deut. 7, 20.

Dediq. vobis Terrã in qua nõ laborastis, & vrbes quas nõ ædificastis, vt habitaretis in eis; vineas & oliueta quæ non plãtastis. Nũc ergo timete Dñm, & seruite ei perfecto corde atq. verissimo: & auferte deos quibus seruierũt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto, ac seruite Dño. Sin aũt malũ vobis videtur vt Dño seruiatis, optio vobis datur; eligite hodie quod placet, cui seruire potissimũ debeatis, vtrũ diis quib⁹ seruierũt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorũ, in quorũ Terra habitatis: ego aũt & domus mea seruiemus Dño.

Respõditq. populus, & ait, Absit à nobis vt relinquamus Dñm, & seruiamus diis alienis. Dñs Deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de Terra-Aegypti, de domo seruitutis: fecitq. vidẽtibus nobis signa ingẽtia, & custodiuit nos in omni via p quã ambulauimus, & in cunctis populis per quos trãsiuimus. Et eiecit vniuersas gentes, Amorrhæũ habitatorẽ Terræ quam nos intrauimus. Seruiemus igitur Dño, qa ipse est Deus noster. Dixitq. Iosue ad populũ, Nõ poteritis seruire Dño: Deus enim sanctus, & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atq. peccatis. Si dimiseritis Dñm, & seruieritis diis alienis, conuertet se, & afflget vos, atq. subuertet post quã vobis præstiterit bona. Dixitq. populus ad Iosue, Nequaquam ita vt loqueris erit, sed Dño seruiemus. Et Iosue ad populum, Testes, inquit, vos estis, qa ipsi elegeritis vobis Dñm vt seruiatis ei. Respõderũtq., Testes. Nũc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dñm Deũ Israël. Dixitq. populus ad Iosue, Dño Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius.

Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atq. iudicia in Sichẽ. Scripsit quoq. oĩa verba hæc in volumine legis Dñi: & tulit lapidẽ p grandẽ, posuitq. eũ subter quercum quæ erat in sanctuario Dñi: & dixit ad oẽm populũ, En lapis iste erit vobis in testimoniũ, quòd audieritis oĩa verba Dñi quæ locutus est vobis: ne fortè postea negare velitis, & mẽtiri Dño Deo vestro.

audieris 5 MS. R. H. G.

Dimisitque populũ, singulos in possessionẽ suã. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Dñi, centũ & decẽ annorũ: sepelierũtq. eũ in finibus possessionis suæ in Thamnath-sare, quæ est sita in monte Ephraim, à Septentrionali parte mõtis Gaas. Seruiuitq. Israël Dño cunctis diebus Iosue & seniorũ, qui lõgo vixerãt tẽpore post Iosue, & qui nouerãt omnia opera Dñi quæ fecerat in Israël.

Gen. Exo. Gen.

Ossa quoq. Ioseph, quæ tulerant filij Israël de Aegypto, sepelierũt in Sichẽ, in parte agri quẽ emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichẽ, centũ nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph.

Eleazar quoq. filius Aarõ mortuus est: & sepelierunt eũ in Gabaath Phinees filij eius, quę data est ei in mõte Ephraim.

LIBER IVDICVM, HEBRAICE SOPHETIM.

CAP. I.

POST mortẽ Iosue cõsuluerũt filij Israël Dñm, dicẽtes, Quis ascendet ante nos cõtra Chananæum, & erit dux belli? Dixitq. Dñs, Iudas ascendet: ecce tradidi Terrã in manus eius. Et ait Iudas Simeõni fratri suo, Ascende mecũ in sortẽ meã, & pugna cõtra Chananæũ, vt & ego pergã te eũ in sortẽ tuã. Et abiit cũ eo Simeõ. Ascẽditq. Iudas, & tradidit Dñs Chananæũ, ac Pherezæũ in manus eorũ: & percusserũt in Bezec decem millia virorũ. Inueneruntq. Adoni-bézec in Bezec, & pugnauerũt contra eũ, ac percusserunt Chananæũ, & Pherezæum. Fugit aũt Adoni-bézec: quẽ persecuti cõprehenderũt, cæsis summitatibus manuũ eius ac pedũ. Dixitq. Adoni-bézec, Septuaginta reges amputatis manuũ ac pedũ summitatibus, colligebãt sub mẽsa mea ciborũ reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntq. eũ in Ierusalẽ, & ibi mortuus est. Oppugnãtes ergo filij Iuda Ierusalẽ, ceperũt eã, & percusserũt in ore gladij, tradẽtes cunctã incendio ciuitatẽ. Et postea descendentes pugnauerũt cõtra Chananæũ qui habitabat in mõtanis, & ad meridiẽ in cãpestribus. Pergẽnsq. Iudas cõtra Chananæũ q habitabat in Hebrõ, (cuius nomẽ fuit antiquitus Cariath-árbe) percussit Sesai, & Ahimã, & Tholmai: atq. inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomẽ vetus erat Cariath-sépher, id est, ciuitas literarum. Dixitque Caleb, Qui percusserit Cariath-sépher, & vastauerit eã, dabo ei Axã filiam meã vxorem. Cũq. cepisset eã Othoniël filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axã filiã suã coniugẽ. Quã pergentẽ in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrũ: Quæ cũ suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb, Quid habes? At illa respõdit, Da mihi benedictionẽ: quia terrã arentẽ dedisti mihi; da & irriguã aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius. Filij autẽ Cinæi cognati Moysi ascẽderũt de Ciuitate-palmarũ, cũ filiis Iuda in desertũ sortis eius, quod est ad meridiẽ Arad, & habitauerũt cum eo. Abiit autẽ Iudas cũ Simeõne fratre suo,

Ios. 15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

suo, & percusserunt simul Chananęũ qui habitabat in Sephath, & interfecerũt eũ. Vocatumq. est nomen vrbis, Horma, id est, anáthema. Cepitq. Iudas Gazã cum finibus suis, & Ascalônẽ, atq. Accarõ cum terminis suis. Fuitq. Dñs cum Iuda, & mõtana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abũdabãt. Dederuntq. Caleb Hebrõ, ‖ sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios enac. Iebusæum autẽ habitatorem Ierusalem nõ deleuerũt filij Ben-iamin: habitauitq. Iebusæus cũ filiis Ben-iamin in Ierusalẽ vsq. in præsentẽ diẽ. Domus quoq. Ioseph ascendit in Beth-el, fuitque Dñs cum eis. Nam cùm obsiderẽt vrbẽ quæ prius Luza vocabatur, viderũt hominẽ egredientẽ de ciuitate, dixerũtq. ad eum, Ostende nobis introitũ ciuitatis, & faciemus tecũ misericordiã. Qui cùm ostẽdisset eis, percusserũt vrbẽ in ore gladij: hominẽ autẽ illum, & omnẽ cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus, abiit in Terrã-Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitq. eam Luzam: quæ ita appellatur vsq. in præsentem diem. Manasses quoq. nõ deleuit Beth-san, & Tanach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cũ viculis suis, cœpitq. Chananæus habitare cũ eis.

Postquam autem cõfortatus est Israël, fecit eos tributarios, & delere noluit.

Ephráim etiã nõ interfecit Chananæũ qui habitabat in Gazer, sed habitauit cũ eo. Zabulõ nõ deleuit habitatores "Cetron', & "Naalon': sed habitauit Chananæus in medio eius, factusq. est ei tributarius. Aser quoq. non deleuit habitatores Accho, & Sidônis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob. habitauitq. in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. Nephthali-quoque' non deleuit habitatores Beth-sémes, & Beth-anath: & habitauit inter Chananæũ habitatorẽ Terræ, fueruntq. ei Bethsemitæ & Bethanitæ tributarij. Arctauitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descẽderẽt: habitauitq. in mõte Hares, -quod interpretatur "testatio', in Aialon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq. est ei tributarius. Fuit autẽ terminus Amorrhæi ab Ascensu-scorpionis, Petra, & superiora loca.

CAP. II.

Ascenditq. Angelus Dñi de Galgalis ad Locum flẽtium, & ait, Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in Terram pro qua iuraui patribus vestris: & pollicitus sum vt nõ facerẽ irritũ pactũ meum vobiscũ in sempiternũ: ita dũtaxat vt nõ feriretis fœdus cum habitatoribus Terræ huius, & aras eorũ subuerteretis: & noluistis audire vocẽ meã: cur hoc feciſtis? Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorũ sint vobis in ruinam. Cumq. loqueretur angelus Dñi hæc verba ad omnes filios Israël, eleuauerũt vocẽ suam, & fleuerunt. Et vocatũ est nomen loci illius, Locus flentiũ, siue lacrymarũ: immolaueruntq. ibi hostias Dño. ‖ Dimisit ergo Iosue populũ, & abierũt filij Israël vnusquisq. in possessionem suam, vt obtineret eam: seruieruntq. Dño cũctis diebus eius, & seniorũ, qui lõgo post eum vixerũt tempore, & nouerant omnia opera Dñi quæ fecerat cũ Israël. Mortuus est autẽ Iosue filius Nun, famulus Dñi, centum & decẽ annorum, & sepelierũt eum in finibus possessionis suæ in Thánath-"sare' in monte Ephráim, à Septentrionali plaga mõtis Gáas. Omnisq. illa generatio cõgregata est ad patres suos: & surrexerũt alij, qui nõ "nouerãt' Dñm, & opera quę fecerat cum Israël. Feceruntque filij Israël malũ in cõspectu Dñi, & seruierũt Baalim. Ac dimiserũt Dñm Deũ patrum suorũ, qui eduxerat eos de Terra-Aegypti: & secuti sunt deos alienos, deosq. populorũ qui habitabãt in circuitu eorũ, & adorauerunt eos: & ad iracundiã concitauerũt Dñm, dimittentes eũ, & seruiẽtes Baal & Astharoth. Iratusq. Dñs contra Israël, tradidit eos in manus diripientiũ: qui ceperunt eos, & vendiderũt hostibus qui habitabãt per gyrũ: nec potuerunt resistere aduersariis suis, sed quocunq. pergere voluissent, manus Dñi super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt. Suscitauitq. Dñs iudices qui liberarẽt eos de vastantiũ manibus: sed nec eos audire voluerunt; fornicãtes cũ diis alienis, & adorantes eos. Citò deseruerũt viã per quam ingressi fuerant patres eorũ: & audientes mandata Dñi, omnia fecere contraria. Cumq. Dñs iudices suscitaret, in dieb' eorũ flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastãtium. Postquã autẽ mortuus esset iudex, reuertebantur, & multò faciebãt "maiora' quã fecerant patres eorum, sequẽtes deos alienos, seruiẽtes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuẽtiones suas, & viã durissimã per quam ambulare consueuerant. Iratusq. est furor Dñi in Israël, & ait, Quia irritũ fecit gens ista pactũ meũ quod pepigerã cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit: & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est: vt in ipsis experiar Israël, vtrum custodiant viam Dñi, & ambulent in ea, sicut custodierũt patres eorũ, an non. Dimisit ergo Dñs omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

CAP. III.

Hæ sunt gẽtes quas Dñs dereliquit, vt erudiret in eis Israëlẽ, & omnes qui nõ nouerãt bella Chananæorum: & postea discerent filij eorũ certare cũ hostibus

Ios. 24, 28.

"hæres H. G. Nostri autem codices, ad lectionem C. accedunt.

"nouerunt MS. R.

"peiora MS. R.

"Thetrõ o. "Naalol R. H. C. G.

"4 MS. H. C. Pri Terra autem faciunt R. & G. -H. C. G. Hebræo 2 MS. arg. hac modo, Hebræam vocem la. verpra ex. posuisse vi. detur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

stibus, & habere consuetudinẽ prœliãdi:
quinq. satrapas Philisthinorũ, omnẽq. 3
Chananæũ, & Sidoniũ, atq. Heuæum qui
habitabãt 12 MS. Cõformiter R. H. & G. legit Textus. habitabat' in monte Libano, de monte
Baal-Hermon vsq. ad introitum Emath.
Dimisitq. eos, vt in ipsis experiretur Is- 4
raëlem, vtrum audirent mãdata Domini
quæ præceperat patribus eorum per ma-
num Moysi, an non. Itaque filij Israël 5
habitauerũt in medio Chananæi, & He-
thæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & He-
uæi, & Iebusæi: & duxerunt vxores fi- 6
lias eorum, ipsiq. filias suas filiis eorum
tradiderunt, & seruierũt diis eorum. Fe- 7
ceruntq. malum in cõspectu Dñi, & ob-
liti sunt Dei sui, seruiẽtes Baalim & Aseroth H.C.G. Astaroth'. Iratusq. contra Israël Dñs, tra- 8
didit eos in manus Chusan-rasathaim
regis Mesopotamiæ, seruieruntq. ei octo
annis. Et clamauerũt ad Dñm: qui sus- 9
citauit eis saluatorem, & liberauit eos,
Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem
Caleb minorẽ: fuitq. in eo Spiritus Do- 10
mini, & iudicauit Israël. Egressusq. est ad
pugnam, & tradidit Dñs in manus eius
Chusan-rasathaim regẽ Syrię, & oppres-
sit eũ. Quieuitq. terra quadraginta an- 11
nis, & mortuus est Othoniel filius Ce-
nez. Addiderunt autẽ filij Israël facere 12
malum in conspectu Dñi: qui cõfortauit
aduersum eos Eglon regẽ Moab: quia fe-
cerunt malum in cõspectu eius. Et co- 13
pulauit ei filios Ammon, & Amalec: ab-
itq. & percussit Israël, atq. possedit Vrbẽ
palmarũ. Seruieruntq. filij Israël Eglon 14
regi Moab decẽ & octo annis: & postea 15
clamauerunt ad Dñm: qui suscitauit eis
saluatorẽ vocabulo Aod, filiũ Gera filij
Iemini, qui vtraq. manu pro dextera vte-
batur. Miseruntq. filij Israël per illũ mu-
nera Eglon regi Moab. Qui fecit sibi 16
gladiũ ancipitem, habẽtem in medio ca-
pulum longitudinis palmæ manus, & ac-
inctus est eo subter sagum in dextro fe-
more. Obtulitque munera Eglon regi 17
Moab. Erat autem Eglon crassus nimis.
Cumq. obtulisset ei munera, profecutus 18
est socios qui cum eo venerant. Et re- 19
uersus de Galgalis, vbi erant idôla, dixit
ad Regem, Verbum secretum habeo ad
te ô Rex. Et ille imperauit silentium:
egressiq. omnibus qui circa eum erant,
ingressus est Aod ad eum. sedebat autẽ 20
in æstiuo cœnaculo solus, dixitque, Ver-
bum Dei habeo ad te. Qui statim surre-
xit de throno. Extenditq. Aod sinistram 21
manum, & tulit sicam de dextro femore
suo, infixitq. eam in ventrem eius tam 22
validè, vt capulus sequeretur ferrum in
vulnere, ac pinguissimo adipe stringere-
tur. Nec eduxit gladiũ, sed ita vi percus-
serat, reliquit in corpore: statimq. per se-
creta naturæ alui stercora proruperunt.
Aod autem clausis diligentissimè ostiis 23
cœnaculi, & obfirmatis sera, per posticũ 24
egressus est. Seruique regis ingressi vide-
rũt clausas fores cœnaculi, atq. dixerunt,
Forsitã purgat aluũ in æstiuo cœnaculo.
Expectantesq. diu donec erubescerẽt, & 25
videntes quòd nullus aperiret, tulerũt cla-
uem: & aperientes inuenerunt dñm suũ in
terra iacentẽ mortuũ. Aod autem dum 26
illi turbarẽtur, effugit, & pertransiit Lo-
cum-idolorum vnde reuersus fuerat. Ve-
nitq. in Seirath: & statim insonuit buc- 27
cina in monte Ephraim: descenderuntq.
cũ eo filij Israël, ipso in fronte gradiẽte.
Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradi- 28
dit enim Dñs inimicos nostros Moabitas
in manus nostras. Descenderuntque post
eum, & occupauerunt vada Iordanis quę
transmittunt in Moab: & nõ dimiserunt
trãsire quẽquam: sed percussierũt Moa- 29
bitas in tẽpore illo, circiter decẽ millia,
omnes robustos & fortes viros. nullus
eorum euadere potuit. Humiliatusque 30
est Moab in die illo sub manu Israël: &
quieuit Terra octoginta annis*. Post 31
hunc fuit Samgar filius Anath, qui per-
cussit de Philisthim sexcentos viros vo-
mere: & ipse quoque defendit Israël.

CAP. IIII.

Addiderũtq. filij Israël facere malum 1
in cõspectu Dñi post mortem Aod;
& tradidit illos Dñs in manus Iabin 2
regis Chanáan, qui regnauit in Asor: ha-
buitq. ducẽ exercitus sui nomine Sisarã,
ipse autẽ habitabat in Haroseth-gentiũ.
Clamauerunt que filij Israël ad Dñm. 3
nongẽtos enim habebat falcatos currus,
& per viginti annos vehemẽter oppri-
merat eos. Erat autẽ Debora prophẽtis 4
vxor Lapidoth, quæ iudicabat populũ in
illo tẽpore. Et sedebat sub palma, quæ 5
nomine illius vocabatur, inter Rama &
Beth-el in mõte Ephraim: ascẽdebantq.
ad eã filij Israël in omne iudiciũ. Quæ 6
misit, & vocauit Barac filiũ Abi-noem
de Cedes Nephthali: dixitq. ad eũ, Præ-
cepit tibi Dñs Deus Israël, vade, & duc
exercitũ in montẽ Thabor, tolleq. tecum
decẽ millia pugnatorum de filiis Neph-
thali, & de filiis Zabulon: ego autẽ ad- 7
ducã ad te in loco Torrẽtis-cison, Sisarã
principẽ exercitus Iabin, & currus eius,
atq. omnẽ multitudinẽ, & tradam eos in
manu tua. Dixitq. ad eã Barac, Si venis 8
mecũ, vadã: si nolueris venire mecum',
nõ pergam. Quæ dixit ad eũ, Ibo quidẽ 9
tecũ, sed in hac vice victoria nõ reputa-
bitur tibi, quia in manu mulieris tradetur
Sisara. Surrexit itaq. Debora, & perrexit
cũ Barac in Cedes. Qui, accitis Zabulõ 10
& Nephthali, ascẽdit cum decẽ millibus
pugnatorũ, habẽs Deboram in comitatu
suo. Haber autẽ Cinæus recesserat quõ- 11
dam à cęteris Cinæis fratribus suis filius
Hobab, cognati Moysi: & tetenderat ta-
bernacula vsq. ad vallẽ quæ vocatur Sẽ-
nim, & erat iuxta Cedes. Nuntiatũq. est 12
Sisaræ quòd ascendisset Barac filius Abi-
noem, in mõtem Thabor: & cõgregauit 13

nongentos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nōgẽtos falcatos currus, & omnẽ exercitū de Haroseth-gẽtiū ad Torrentẽ-cison.

Dixitq. Debora ad Barac, Surge, hæc est enim dies in qua tradidit Dñs Sisarā in manꝰ tuas; en ipse ductor est tuus. Descẽdit itaq. Barac de mōte Thabor, & decem millia pugnatorū cū eo. ¶ Perterruitque Dñs Sisarā, & omnes currus eius, vniuersamq. multitudinem in ore gladij ad cōspectū Barac: in tantū, vt Sisara de curru desiliēs, pedibus fugeret, & Barac persequeretur fugiẽtes currus, & exercitū vsq. ad Haroseth gẽtiū, & omnis hostiū multitudo vsq. ad internecionẽ caderet. Sisara autẽ fugiēs peruenit ad tentoriū Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regẽ Azor, & domum Haber Cinæi. Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eū, Intra ad me dñe mi, ‖intraꝰ, ne timeas. Qui ingressus tabernaculū eius, & opertꝰ ab ea pallio, dixit ad eam, Da mihi obsecro paululū aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit vtrẽ lactis, & dedit ei bibere, & operuit illū. Dixitq. Sisara ad eā, Sta ante ostiū tabernaculi: & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicēs, Nūquid hic est aliquis? Respondebis, NullꝰEst. Tulit itaq. Iahel vxor Haber, clauū tabernaculi, assumēs pariter & malleū: & ingressa abscōditè, & cū silētio posuit supra tẽpus capitis eiꝰ clauū, percussumq. malleo defixit in cerebrū vsque ad terrā: qui sopotẽ morti sociās defecit, & mortuꝰ est. Et ecce Barac sequẽs Sisaram veniebat: egressaq. Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virū quẽ quæris. Qui cū intrasset ad eā, vidit Sisaram iacentẽ mortuū, & clauum infixū in tempore eius. Humiliauit ergo DeꝰIn die illo Iabin regẽ Chanáan corā filiis Israël: qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebāt Iabin regẽ Chanáan, donec delerēt eum.

CAP. V.

CEcinitq. Debora & Barac filius Abinóem in illo die, dicentes:

Qui sponte obtulistis de Israël animas vestras ad periculū, benedicite Domino.

Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israël.

Domine cùm exires de Seïr, & transires per regiones Edom, terra mota est, cælique ac nubes distillauerunt aquis.

Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israël.

In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.

Cessauerunt fortes in Israël, & quieuerunt: donec surgeret Debora, surgeret mater in Israël.

Noua bella elegit ‖Dñsꝰ, & portas hostiū ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerūt in quadraginta millibus Israël.

Cor meum diligit principes Israël: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.

Qui ascenditis super nitentes ‖asinosꝰ, & sedetis ‖ in iudicioꝰ, & ambulatis in via, loquimini.

Vbi collisi sunt currus, & hostiū suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, ‖ & clementia in ‖fortesꝰ Israël: tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.

Surge, surge Debora, surge, surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abi-nóem.

Saluatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.

Ex Ephráim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Ben-Iamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.

Duces Issachar fuere cum Debora, & Barac vestigia sunt ‖secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregū? diuiso contra se Ruben, magnanimorū reperta est cōtentio.

Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.

Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.

Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanáan in ‖Tanachꝰ iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.

De cælo dimicatū est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.

Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrens Cison: conculca anima mea robustos.

Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.

Maledicite Terræ Meroz, dixit angelus Dñi, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortissimorum eius.

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo ‖suoꝰ.

Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

Sinistram manum misit ad clauum, & dextram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.

Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis.

Per fenestram respiciens, vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?

‖ asinas 1 MS. H.C. ‖ subingalia G. ‖ super iudiciū MS. ‖ MS. H. G. ‖ portis o.

‖ Thane o.

‖ 1 MS. H.C.G.

Vna sa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vna sapientior cæteris vxoribus eius, 29
hæc socrui verba respondit,
Forsitan nũc diuidit spolia, & pulcher- 30
rima fœminarũ eligitur ei: vestes diuer-
sorum colorum Sisaræ traduntur in præ-
dam, & supellex varia ad ornanda colla
congeritur.
Sic pereant omnes inimici tui Domi- 31
ne: qui autem diligunt te, sicut Sol in or-
tu suo splendet, ita rutilent.
Quieuitque Terra per quadraginta 32
annos.

CAP. VI.

FEcerunt autẽ filij Israël malũ in cõ- 1
spectu Dñi: qui tradidit illos in manu
Madiã septẽ annis, & oppressi sunt val- 2
de ab eis. Fecerũtq. sibi antra & spelũcas
in mõtibus, & munitissima ad repugnã-
dum loca. Cumq. seuisset Israël, ascen- 3
debat Madian & Amalec, cæteriq. Orien-
taliũ nationũ: & apud eos figẽtes tẽto- 4
ria, sicut erant in herbis cuncta vastabant
vsq. ad introitũ Gazæ: nihilq. omninò ad
vitã pertinens relinquebãt in Israël, non
oues, nõ boues, non asinos. Ipsi enim & 5
vniuersi greges eorum veniebãt cum ta-
bernaculis suis, & instar locustarum vni-
uersa complebant, innumera multitudo
hominũ, & camelorũ, quicquid tetigerãt
deuastãtes. Humiliatusq. est Israël val- 6
de in cõspectu Madian. Et clamauit ad 7
Dñm postulãs auxilium contra Madianitas.
Qui misit ad eos virũ prophetã, & 8
locutus est, Hæc dicit Dñs Deus Israël:
Ego vos feci conscendere de Aegypto, &
eduxi vos de domo seruitutis, & libera- 9
ui de manu Aegyptiorũ & omniũ inimi-
corum qui affligebant vos: eiecique eos ad
introitũ vestrum, & tradidi vobis Terrã
eorũ. Et dixi, Ego Dñs Deus vester, ne 10
timeatis deos Amorrhæorũ, in quorum
terra habitatis. Et noluistis audire vocẽ
meam. Venit autẽ angelus Dñi, & sedit 11
sub quercu quę erat in Ephra, & pertine-
bat ad Ioas patrẽ familiæ Ezri. Cumque
Gedeon filius eius excuteret atq. purga-
ret frumenta in torculari, vt fugeret Ma-
dian, apparuit ei angelus Dñi, & ait, 12
Dñs tecum virorũ fortissime. Dixitq. 13
ei Gedeon, Obsecro mi dñe, si Dñs no-
biscum est, cur apprehenderunt nos hæc
omnia? vbi sunt mirabilia eius quæ nar-
rauerunt patres nostri, atq. dixerunt, De
Aegypto eduxit nos Dñs? Nunc autem
dereliquit nos Dñs, & tradidit in manus
Madian. Respexitq. ad eum Dñs, & ait, 14
Vade in hac fortitudine tua, & liberabis
Israël de manu Madiã: scito quòd mise-
rim te. Qui respõdens ait, Obsecro, mi 15
dñe, in quo liberabo Israël? ecce familia
mea infima est in Manasse, & ego mini-
mus in domo patris mei. Dixitque ei 16
Dñs, Ego ero tecũ: & percuties Madian
quasi vnũ virum. Et ille, Si inueni, in- 17
quit, gratiã coram te, da mihi signũ quòd
tu sis qui loqueris ad me: Nec recedas 18
hinc, donec reuertar ad te, portãs sacrifi-
cium, & offerẽs tibi. Qui respondit, Ego 19
præstolabor aduẽtum tuũ. Ingressus est
itaq. Gedeon, & coxit hœdũ, & de farinæ
modio azymos panes: carnesq. ponens in
canistro, & ius carniũ mittẽs in ollã, tu- 20
lit omnia sub quercu, & obtulit ei. Cui
dixit angelus Dñi, Tolle carnes & azy-
mos panes, & pone supra petrã illam, &
ius desuper funde. Cumque fecisset ita, 21
extendit angelus Dñi summitatẽ virgæ
quã tenebat in manu, & tetigit carnes &
panes azymos: ascenditq. ignis de petra,
& carnes, azymosque panes consumpsit:
angelus autẽ Dñi euanuit ex oculis eius.
Videsq. Gedeon quòd esset angel⁹ Dñi, 22
ait, Heu mi Dñe Deus: quia vidi angelũ
Dñi facie ad faciẽ. Dixitq. ei Dñs, Pax 23
tecũ: ne timeas, nõ morieris. Aedifica- 24
uit ergo ibi Gedeõ altare Dño, vocauitq.
illud, Dñi pax, vsq. in præsentem diem.
Cumq. adhuc esset in Ephra quæ est fa- 25
miliæ Ezri, nocte illa dixit Dñs ad eũ,
Tolle taurũ patris tui, & alterum taurum
annorũ septem, destruesq. aram Baal quę
est patris tui: & nemus quod circa aram
est, succide: & ędificabis altare Domino 26
Deo tuo in summitate petræ huius, su-
per quã antè sacrificiũ posuisti: tolleq.
taurum secundũ, & offeres holocaustum
super struem lignorum quæ de nemore
succideris. Assumptis ergo Gedeon de- 27
cem viris de seruis suis, fecit sicut præ-
ceperat ei Dñs. Timens autem domũ pa-
tris sui, & homines illius ciuitatis, ne
diem noluit facere, sed omnia nocte cõ-
pleuit. Cumq. surrexissent viri oppidi 28
eius manè, viderũt destructã aram Baal,
lucumq. succisum, & taurũ alterum im-
positũ super altare quod tunc ædificatum
erat. Dixeruntq. ad inuicem, Quis hoc 29
fecit? Cumq. perquirerẽt auctorem facti,
dictum est, Gedeon filius Ioas fecit hæc
omnia. Et dixerunt ad Ioas, Produc fi- 30
lium tuũ huc, vt moriatur: quia destruxit
aram Baal, & succidit nemus. Quibus 31
ille respondit, Nũquid vltores estis Baal,
vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est
eius, moriatur antequã lux crastina ve-
niat. si Deus est, vindicet se de eo qui suf-
fodit aram eius. Ex illo die vocatus est 32
Gedeon, Ierobáal; eo quòd dixisset Ioas,
Vlciscatur se de eo Baal, qui fodit aram
eius. Igitur omnis Madian & Amalec, 33
& Orientales populi cõgregati sunt simul:
& transeuntes Iordanẽ, castrametati sunt
in valle Iezraël. Spiritus autẽ Dñi in- 34
duit Gedeon, qui clangẽs buccina cõuo-
cauit domum Abi-ezer, vt sequeretur se.
Misitq. nũtios in vniuersum Manassen, 35
qui & ipse secutus est eum: & alios nun-
tios in Aser & Zabulon & Nephtali, qui
occurrerũt ei. Dixitq. Gedeõ ad Dñm, 36
Si saluũ facis per manũ meã Israël, sicut
locutus es, ponam hoc vellus lanæ in 37
area: si ros in solo vellere fuerit, & in
omni terra siccitas, sciã quòd per manũ
meam,

1 Reg. 12, 13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meam, ſicut locutus es, liberabis Iſraël.
Factumq. eſt ita. Et de nocte cõſurgẽs 38
expreſſo vellere, conchã rore impleuit.
Dixitq. rurſus ad ‖Dñm', Ne iraſcatur 39
furor tu⁹ cõtra me ſi adhuc ſemel tẽtauero, ſignũ quærẽs in vellere: Oro vt ſolum vell⁹ ſiccũ ſit, & omnis terra rore madẽs.
Fecitq. ‖Dñs' nocte illa vt poſtulauerat: 40
& fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.

CAP. VII.

IGitur Ierobáal qui & Gedeõ, de nocte 1
conſurgẽs, & omnis populus cũ eo, venit ad fontẽ qui vocatur Harad, erãt autẽ caſtra Madiã in valle ad Septẽtrionalem plagã collis excelſi. Dixitq. Dñs ad Gedeõ, Multus tecũ eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur cõtra me Iſraël, & dicat, Meis viribus liberatus ſum. Loquere ad populũ, & cũctis audientib. prædica, ‖ Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur. Receſſerũtque de monte Galaad, & reuerſi ſunt ex 3
populo vigintiduo millia virorũ, & tantũ decẽ millia remanſerũt. Dixitq. Dñs ad 4
Gedeon, Adhuc populus multus eſt; duc eos ad aquas, & ibi ꝓbabo illos: & de quo dixero tibi vt tecũ vadat, ipſe pergat: quẽ ire prohibuero, *reuertatur. Cumq. de- 5
ſcendiſſet populus ad aquas, dixit Dñs ad Gedeõ, Qui ‖lingua ‖lãbuerint' aquas, ſicut ſolẽt canes lãbere, ſeparabis eos ſeorſum: qui autẽ curuatis genibus biberint, in altera parte erũt. Fuit itaq. numerus 6
eorum qui manu ad os proiiciente, lambuerãt aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.
Et ait Dñs ad Gedeõ, In trecẽtis viris 7
qui lãbuerũt aquas, liberabo vos, & tradã in manu tua Madian: omnis autẽ reliqua multitudo reuertatur in locũ ſuũ. Sum- 8
ptis itaq. pro numero cibariis & tubis, omnẽ reliquã multitudinẽ abire præcepit ad tabernacula ſua: & ipſe cũ trecẽtis viris ſe certamini dedit. Caſtra autẽ Madiã erant ſubter in valle. Eadem nocte dixit 9
Dñs ad eũ, Surge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua. ſin autem 10
ſolus ire formidas, deſcendat tecũ Phara puer tuus. Et cũ audieris quid loquãtur, 11
tũc cõfortabũtur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtiũ caſtra deſcendes. Deſcẽdit ergo ipſe & Phara puer eius in partẽ caſtrorũ, vbi erãt armatorũ vigiliæ. Madian autẽ 12
& Amalec, & omnes Orientales populi fuſi iacebãt in valle, vt locuſtarũ multitudo: cameli quoq. innumerabiles erant, ſicut arena quæ iacet in littore maris.
Cumq. veniſſet Gedeõ, narrabat aliquis 13
ſomniũ proximo ſuo: & in hũc modũ referebat quod viderat, Vidi ſomniũ, & videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcẽdere: cũq. perueniſſet ad tabernaculũ, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Reſpõdit is cui lo- 14
quebatur, Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraëlitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madiã, & 15
omnia caſtra eius. Cumq; audiſſet Gedeõ ſomniũ, & interpretationẽ eius, adorauit: & reuerſus eſt ad caſtra Iſraël, & ait, Surgite, tradidit enim Dñs in manus no- 16
ſtras caſtra Madian. Diuiſitq. trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorũ, lagenaſq. vacuas ac lãpades in 17
medio lagenarũ. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partẽ caſtrorũ, & quod fecero ſectamini. 18
Quãdo perſonuerit tuba in manu mea, vos quoq. per caſtrorũ circuitũ clangite, 19
& cõclamate, Dño & Gedeoni. Ingreſſuſq. eſt Gedeon, & trecenti viri qui erãt cum eo in partẽ caſtrorũ, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & 20
complodere inter ſe lagenas. Cumq. per gyrum caſtrorũ in tribus perſonarent locis, & hydrias cõfregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ‖ſonantes' tubas, clamaueruntque, Gladius 21
Dñi & Gedeonis: ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferãtes, vlulanteſq. fugerũt: & nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. ‖ Immiſitq. Dñs gladium in omnibus caſtris, ⁹ mutua ſe cæde trũcabãt, fugientes vſq. ad ‖Beth-ſeca', & 22
crepidinẽ Abel-mehula in Tabbath. Cõclamantes autẽ viri Iſraël de Nephthali & Aſer, & omni Manaſſe perſequebantur 23
Madian. Miſitq. Gedeõ nũtios in omnẽ montẽ Ephraim, dicẽs, Deſcẽdite in occurſum Madiã, & occupate aquas vſque Beth-bera atq. Iordanẽ. Clamauitq. omnis Ephráim, & præoccupauit aquas atq. 24
Iordanẽ vſq. Beth-bera. ‖ Apprehẽſoſq. 25
duos viros Madiã, Oreb & Zeb, interfecit Oreb in Petra-Oreb, Zeb verò in Torcularí-Zeb. Et perſecuti ſunt Madiã; capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

CAP. VIII.

DIxeruntq. ad eũ viri Ephráim, Quid 1
eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos nõ vocares, cũ ad pugnã pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim
inferentes. Quibus ille reſpondit, Quid 2
enim tale facere potui, quale vos feciſtis? nónne melior eſt racemus Ephraim, vindemiis Abiezer? In man⁹ veſtras ‖Dñs' 3
tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cùm locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.
Cumque veniſſet Gedeõ ad Iordanem, 4
tranſiuit eum cum trecentis viris qui ſecũ erant: & præ laſſitudine, fugiẽtes perſequi non poterãt. Dixitq. ad viros So- 5
coth, Date, obſecro, panes populo q mecũ eſt, quia valde defecerũt: vt poſsimus perſequi Zebee, & Salmana reges Madiã.
Reſponderunt principes Socoth, Forſitã 6

‖ſonabant 1 MS.

Pſal. 82, 10

‖Bethſeta 4 MS. H. C. G.

Iſa. 10, 26. Pſal. 82, 12

‖Deus R. H. *Similiter autem Textui legunt* C. & G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

palmę manuũ Zébee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas vt demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait, Cũ ergo tradiderit Dñs Zébee & Salmana in manus meas, ←& cũ reuerſus fuero victor in pace', cõterã carnes veſtras cũ ſpinis, tribuliſq. deſerti. Et inde cõſcendẽs, venit in Phanuël: locutuſque eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui & illi reſponderũt ſicut reſponderãt viri Socoth. Dixit itaque eis, Cũ reuerſus fuero victor in pace, deſtruã turrim hãc. Zébee autem & Salmana requieſcebãt cũ omni exercitu ſuo. Quindecim enim millia viri remãſerant ex omnibus turmis Orientaliũ populorũ, cæſis centũ viginti millibus bellatorũ, ←& 'educẽtiũ gladiũ. ‖ Aſcẽdẽſq. Gedeon per viã eorũ qui in tabernaculis morabantur ad Orientalẽ partẽ Nobe, & Iegbaa, percuſsit caſtra hoſtiũ, qui ſecuri erãt, & nihil aduerſi ſuſpicabãtur. Fugeruntq. Zebee & Salmana, quos perſequẽs Gedeõ cõprehẽdit, turbato omni exercitu eorũ. Reuertenſq. de bello ante ſolis ortũ, apprehẽdit puerũ de viris Socoth: interrogauitq. eũ nomina principũ & ſeniorum Socoth, & deſcripſit ſeptuaginta ſeptẽ viros. Venitq. ad Socoth, & dixit eis, En Zébee & Salmana ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicentes, Forſitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis ſunt, & idcirco poſtulas vt demus viris qui laſsi ſunt & defecerunt, panes. Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti ac tribulos, & cõtriuit cũ eis, atq. cõminuit viros Socoth. Turrim quoq. Phanuël ſubuertit, occiſis habitatoribꝰ ciuitatis. Dixitq. ad Zébee & Salmana, Quales fuerũt viri quos occidiſtis in Thabor? Qui reſpõderunt, Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius regis. Quib. ille reſpõdit, Fratres mei fuerũt, filij matris meæ. viuit Dñs, quia ſi ſeruaſſetis eos, non vos occiderẽ. Dixitque Iether primogenito ſuo, Surge & interfice eos. Qui nõ eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntq. Zébee & Salman', Tu ſurge, & irrue in nos: quia iuxta ęraté robur eſt hominis. ‖ Surrexit Gedeõ, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamẽta ac bullas quibꝰ colla regaliũ camelorũ decorari ſolent. Dixeruntq, omnes viri Iſraël ad Gedeõ, Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian. Quibus ille ait, Nõ dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur vobis Dñs. Dixitq. ad eos, Vnam petitionẽ poſtulo à vobis, Date mihi inaures ex præda veſtra. Inaures enim aureas Iſmaëlitæ habere cõſueuerant. Qui reſponderunt, Libentiſsimè dabimus. Expandenteſq. ſuper terrã palliũ, proiecerũt in eo inaures de præda: & fuit pondus poſtulatarũ inauriũ, mille ſeptingẽti auri ſicli, abſque ornamentis, & monilibus, & veſte purpurea, quibus reges Madian vti ſoliti erant, & præter torques aureas ca-
27 melorũ. Fecitq. ex eo Gedeõ ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephra. Fornicatuſq. eſt omnis Iſraël in eo, & factũ eſt Gedeoni & omni domui eius in ruinam.
28 Humiliatus eſt autẽ Madian corã filiis Iſraël, nec potuerũt vltrà ceruices eleuare: ſed quieuit terra per quadraginta an-
29 nos quibus Gedeõ præfuit. Abiit itaq. Ierobáal filius Ioas, & habitauit in domo
30 ſua: habuitque ſeptuaginta filios, qui egreſsi ſunt de femore eiꝰ; eo quòd plures
31 haberet vxores. Cõcubina aũt illius, quã habebat in Sichẽ, genuit ei filiũ nomine
32 Abimélech. Mortuuſq. eſt Gedeõ filius Ioas in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de fa-
33 milia Ezri. Poſtquã autem mortuus eſt Gedeõ, auerſi ſunt filij Iſraël, & fornicati ſunt in Báalim. Percuſſeruntq. cum Baal
34 fœdus, vt eſſet eis in deũ: nec recordati ſunt Dñi Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorũ ſuorũ omniũ per circui-
35 tũ: nec fecerunt miſericordiã cũ domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Iſraëli.

CAP. IX.

1 ABiit autem Abi-mélech filius Ierobáal in Sichẽ ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnẽ cognationem domus patris matris ſuæ, dicens:
2 Loquimini ad omnes viros Sichẽ, Quid vobis eſt melius, vt dominẽtur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? ſimulq. cõſiderate quòd os veſtrũ, & caro veſtra ſũ.
3 Locutiq. ſunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichẽ, vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorũ poſt Abi-melech, dicentes, Frater noſter eſt.
4 Dederũtq. illi ſeptuaginta põdera argẽti de phano Baal-berith. Qui conduxit ſibi ex eo viros inopes & vagos, ſecutiq. ſunt
5 eum. Et venit in domũ patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobáal ſeptuaginta viros, ſuper lapidẽ vnũ: remanſitq. Ioathã filius Ierobáal minimus, & abſcõditus eſt. Congregati ſunt
6 autẽ omnes viri Sichẽ, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello: abieruntq. & cõſtituerũt regẽ Abi-melech, iuxta quercũ quæ ſtabat in Sichẽ.
7 Quod cùm nuntiatũ eſſet Ioathã, iuit, & ſtetit in vertice mõtis Garizim: eleuataq. voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichẽ, ita vt audiat vos
8 Deus. Ierunt ligna, vt vngerẽt ſuper ſe
9 regẽ: dixerũtq. oliuę, Impera nobis. Quę reſpõdit, Nunquid poſſum deſerere pinguedinẽ meam, qua & dij vtũtur, & homines; & venire vt inter ligna promo-
10 uear? Dixeruntq; ligna ad arborẽ ficũ,
11 Veni, & ſuper nos regnũ accipe. Quæ reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere dulcedinẽ meã, fructuſq. ſuauiſsimos, &
12 ire vt inter cętera ligna promouear? Locutaq. ſunt ligna ad vitẽ, Veni, & impera

nobis.

Pſal. 82, 12

←9 MS. R. H.C.G.

←2 MS. *Oſe.* 10, 14.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nobis. Quæ respõdit eis, Nunquid pos- 13
sum deserere vinum meũ, quod lætificat
Deum & homines, & inter ligna cætera
promoueri? Dixeruntq. omnia ligna ad 14
rhamnũ, Veni, & impera super nos. Quę 15
respondit eis, Si verè me regẽ vobis con-
stituitis, venite; & sub vmbra mea re-
quiescite. si autẽ non-vultis', egrediatur
ignis de rhãno, & deuoret cedros Libani.
Nunc igitur si rectè, & absque peccato 16
constituistis super vos regẽ Abi-melech,
& bene egistis cũ Ierobáal, & cum domo
eius, & reddidistis vicem beneficiis eius
qui pugnauit pro vobis, & ánimã suam 17
dedit periculis, vt erueret vos de manu
Madian, qui nũc surrexistis cõtra domũ 18
patris mei, & interfeciſtis filios eius se-
ptuaginta viros super vnũ lapidẽ, & con-
stituistis regem Abi-mélech filiũ ancillæ
eius sup habitatores Sichẽ, eo quòd fra-
ter vester sit: si ergo rectè, & absq. vitio 19
egistis cũ Ierobáal, & domo eius, hodie
lxremini in Abi-melech, & ille lætetur
in vobis. Sin autẽ peruersè: egrediatur 20
ignis -ex eo', & consumat habitatores
Sichẽ, & oppidũ Mello: egrediaturq. ignis
de viris Sichẽ, & de oppido Mello, & de-
uoret Abi-melech. Quæ cũ dixisset, fu- 21
git, & abiit in Bera: habitauitque ibi ob
metũ Abi-mélech fratris sui. Regnauit 22
itaq. Abi-mélech super Israël tribus an-
nis. Misitq. Dñs' spiritũ pessimũ inter 23
Abi-mélech, & habitatores Sichem: qui
cœperũt eũ detestari, & scelus interfe- 24
ctionis septuaginta filiorum Ierobáal, &
effusionẽ sanguinis eorũ cõferre in Abi-
mélech fratrem suũ, & in cæteros Sichi-
morũ principes qui eũ adiuuerant. Po- 25
sueruntq. insidias aduersum eũ in sum-
mitate montiũ: & dũ illius præstolabãtur
aduentum, exercebant latrocinia; agentes
prædas de prætereuntibus. nuntiatumq.
est Abi-mélech. Venit autẽ Gaal filius 26
Obed cum fratribus suis, & transiuit in
Sichimam. Ad cuius aduentũ erecti ha-
bitatores Sichem, egressi sunt in agros 27
vastantes vineas, vuasque calcantes: &
factis cantantiũ choris ingressi sunt pha-
num dei sui, & inter epulas & pocula
maledicebãt Abi-mélech, clamãte Gaal 28
filio Obed, Quis est Abi-mélech, & quæ
est Sichem, vt seruiamus ei? nũquid non
est filius Ierobáal, & cõstituit principem
Zebul seruũ suum super viros Emor pa-
tris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? vti- 29
nam daret aliquis populũ istum sub ma-
nu mea, vt auferrẽ de medio Abimélech.
Dictumq. est Abi-mélech, Congrega ex-
ercitus multitudinẽ, & veni. Zebul enim 30
princeps ciuitatis auditis sermonib. Gaal
filij Obed, iratus est valde, & misit clam 31
ad Abi-mélech nũtios, dicẽs, Ecce, Gaal
filius Obed venit in Sichimam cũ fra-
tribus suis, & oppugnat aduersum te ci-
uitatem. Surge itaq. nocte cum populo 32
qui tecum est, & latita in agro: & primo 33
manè oriente sole, irrue super ciuitatem.
illo autẽ egrediẽte aduersum te cum po-
34 pulo suo, fac ei quod potueris. Surrexit
itaque Abi-mélech cum omni exercitu
suo nocte, & tetẽdit insidias iuxta Sichi-
35 mam in quatuor locis. Egressusque est
Gaal filiꝰ Obed, & stetit in introitu por-
tæ ciuitatis. Surrexit autem Abi-mélech,
& omnis exercitus cum eo de insidiarum
36 loco. Cumque vidisset populum Gaal,
dixit ad Zebul, Ecce de montibus multi-
tudo descẽdit. Cui ille respondit, Vmbras
mõtiũ vides quasi capita hominũ, & hoc
37 errore deciperis. Rursumq. Gaal ait, Ec-
ce populus de vmbilico terræ descendit,
& vnus cuneus venit per viã quæ respi-
38 cit quercũ. Cui dixit Zebul, Vbi est nũc
os tuum, quo loquebaris? Quis est Abi-
mélech vt seruiamus ei? Nonne hic po-
pulus est, quem despiciebas? Egredere &
39 pugna contra eũ. Abiit ergo Gaal, [a]spe- [a]expectan-
ctante' Sichimorum populo, & pugnauit te o.
40 contra Abi-mélech, qui persecutus est
eum fugientẽ, & in vrbẽ compulit: ceci-
deruntq. ex parte eius plurimi, vsque ad
41 portã ciuitatis; & Abi-mélech sedit in
Rumaꝫ Zebul autem, Gaal, & socios eius
expulit de vrbe, nec in ea passus est com-
42 morari. Sequenti ergo die egressus est
populus in campum. Quod cùm nuntia-
43 tum esset Abi-mélech, tulit exercitum
suum, & diuisit in tres turmas, tendens
insidias in agris. Videnſq. quòd egrede-
retur populus de ciuitate, surrexit & ir-
44 ruit in eos, cum cuneo suo, oppugnans
& obsidens ciuitatem: duæ autem turmæ
palãtes per campũ, aduersarios perseque-
45 bãtur. Porrò Abi-mélech omni die illo
oppugnabat vrbem: quam cepit, interfe-
ctis habitatoribus eius, ipsaq. destructa,
46 ita vt sal in ea dispergeret. Quod cùm
audissent qui habitabant in turre Sichi-
morum, ingressi sunt phanum dei sui
Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, &
ex eo locus nomen acceperat, qui erat
47 munitus valde. Abi-mélech quoq. au-
diẽs viros turris Sichimorum pariter cõ-
48 globatos, ascendit in montẽ Selmõ cum
omni populo suo: & arrepta securi, præ-
cidit arboris ramũ, impositũq ferens hu-
mero, dixit ad socios, Quod me vidistis
49 facere, citò facite. Igitur certatim ramos
de arboribus præcidentes, sequebãtur du-
cem. Qui circundãtes præsidium, succen-
derunt: atq. ita factũ est, vt fumo & igne
mille hominum necarẽtur, viri pariter &
50 mulieres, habitatorũ turris Sichẽ. Abi-
mélech autem inde proficiscens venit ad
oppidũ Thebes, quod circundans obside-
51 bat exercitu. Erat autẽ turris excelsa in
media ciuitate, ad quã confugerant simul
viri ac mulieres, & omnes principes ci-
uitatis, clausa firmissimè ianua, & super
turris tectum stantes per propugnacula.
52 Accedensq. Abi-mélech iuxta turrim,
pugnabat fortiter: & appropinquãs ostio,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

1 Re. 11,21 ignē ſupponere nitebatur: ¶ & ecce vna 53
mulier fragmē molæ dēſuper iaciēs, illiſit capiti Abimelech, & cōfregit cerebrū
eius. Qui vocauit citò armigerū ſuum, 54
& ait ad eū, Euagina gladiū tuū, & percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina
interfectus ſim. Qui iuſſa perficiens, interfecit eum. Illoq. mortuo, omnes qui 55
cū eo erāt de Iſraël, reuerſi ſunt in ſedes
ſuas: & reddidit Deus malū quod fecerat Abi-mélech cōtra patrē ſuū, interfe- 56
ctis ſeptuaginta fratribus ſuis. Si chimi- 57
tis quoque quod operati erāt, retributum
eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioathan
filij Ierobáal. CAP. X.

POſt Abi mélech ſurrexit dux in Iſ- 1
raël Thola filius Phua patrui Abi-
mélech, vir de Iſſachar, qui habitauit in
a monte 3 MS. Samir a mōtis Ephráim: & iudicauit Iſ- 2
raēlē viginti & tribus annis, mortuusque
eſt, ac ſepultus in Samir. Huic ſucceſsit 3
Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraēlē per
viginti & duos annos, habens triginta 4
filios ſedētes ſuper triginta pullos aſinarū, & principes triginta ciuitatū, quæ ex
nomine eius ſunt appellatæ Auoth-Iair,
id eſt, oppida Iair, vſq. in præſentē diē in
Terra-Galaad. Mortuusq. eſt Iair: ac ſe- 5
pultus in loco cui eſt vocabulū Camon.

Filij autē Iſraël peccatis veteribus iun- 6
gentes noua, fecerunt malū in conſpectu
Dñi, & ſeruierūt idolis, Báalim & Aſtaroth, & diis Syriæ ac Sidōnis & Moab &
filiorū Ammon & Philiſthiim: dimiſeruntq. Dñm, & nō coluerūt eum. Cōtrà 7
quos Dñs iratus, tradidit eos in manus
Philiſthiim & filiorū Ammō. Afflictiq. 8
ſunt, & vehementer oppreſsi per annos
decē & octo, omnes qui habitabant trans
Iordanē in Terra-Amorrhæi, quæ eſt in
Galaad: in tantū, vt filij Ammō Iordane 9
tranſmiſſo vaſtarent Iudā & Ben-iamin
& Ephráim: afflictusq. eſt Iſraël nimis.

Et clamātes ad Dñm, dixerunt, Pecca- 10
uimus tibi, quia dereliquimus Dñm
b-4 MS. R. H.C.G. Deū noſtrū, & ſeruiuimus Baalim. Qui- 11
bus locutus eſt Dñs, Nunquid nō Aegyptij & Amorrhæi, filiiq. Ammon & Philiſthiim, Sidonij quoque & Amalec & 12
Chanáan oppreſſerunt vos, & clamaſtis
ad me, & erui vos de manu eorum? Et 13
tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: idcirco nō addam vt vltrà vos liberem. ite, & inuocate deos quos elegi- 14
ſtis: ipſi vos liberent in tēpore anguſtiæ.

Dixerūtq. filij Iſraël ad Dñm, Peccaui- 15
mus, redde tu nobis quicquid tibi placet:
tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, 16
omnia de finibus ſuis alienorū deorum
idôla proiecerunt, & ſeruierunt Domino
Deo: qui doluit ſuper miſeriis eorum.

Itaque filij Ammon conclamantes, in 17
Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Iſraël, in Maſpha caſtrametati ſunt. Dixeruntq. principes Galaad 18
ſinguli ad proximos ſuos, Qui primus
ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

1 FVit itaq. illo in tempore Iephte Galaadites vir fortiſsimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus
2 eſt de Galaad. Habuit aūt Galaad vxorē, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquā creuerant, eiecerūt Iephte, dicētes, Hęres in
domo patris noſtri eſſe non poteris, quia
3 de altera matre natus es. Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in Terra-Tob: congregatiq ſunt ad eū viri inopes,
& latrocinantes, & quaſi principē ſeque-
4 bātur. In illis diebus pugnabāt filij Am-
5 mō cōtra Iſraël. Quibus acriter inſtātibus perrexerūt maiores natu de Galaad,
vt tollerēt in auxiliū ſui Iephte de Terra-
6 Tob: dixerūtq. ad eū, Veni, & eſto princeps noſter, & pugna cōtra filios Ammō.
7 Quibus ille reſpōdit, Nōne vos eſtis qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris
mei, & nunc veniſtis ad me neceſsitate
8 cōpulſi? Dixeruntq principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur cauſam nūc ad te
venim⁹, vt ꝓficiſcaris nobiſcū, & pugnes
cōtra filios Ammon, fisq. dux omniū qui
9 habitant in Galaad. Iephte quoq. dixit eis, Si verè veniſtis ad me, vt pugnē pro
vobis cōtra filios Ammō, tradideritq. eos
Dñs in manus meas, ego ero veſter prin-
10 ceps? Qui reſpōderunt ei, Dñs qui hæc
audit, ipſe mediator ac teſtis eſt quòd no-
11 ſtra promiſſa faciemus. Abiit itaque
Iephte cū principibus Galaad, fecitq. eū
omnis popul⁹ principē ſui. Locutusq. eſt
Iephtē omnes ſermones ſuos coram Dño
12 in Maſpha. Et miſit nuntios ad regem
filiorum Ammon, qui ex perſona ſua dicerent, Quid mihi & tibi eſt, quia veniſti
13 contra me, vt vaſtares terrā meā? Quibus ille reſpondit, ¶ Quia tulit Iſraël ter- Nu.21,
ram meam, quādo aſcendit de Aegypto à
finibus Arnon vſq. Ieboc atq. Iordanem:
14 nunc ergo cum pace redde mihi eā. Per
quos rurſum mandauit Iephte, & impe-
15 rauit eis vt dicerent regi Ammon, Hæc
dicit Iephte, Non tulit Iſraël terram-
16 Moab, nec Terrā filiorum Ammon: ſed
quādo de Aegypto conſcēderunt, ambulauit per ſolitudinē vſq. ad Mare-rubrū,
17 & venit in Cades. ¶ Miſitq. nuntios ad Nu.20,
regē Edom, dicēs, Dimitte me vt trāſeam
terrā tuam. Qui noluit acquieſcere precibus eius. Miſit quoque ad regem Moab,
qui & ipſe tranſitum præbere cōtempſit.
18 Māſit itaq. in Cades, & circuiuit ex latere Terram-Edom, & Terram-Moab:
venitque cōtra Orientalē plagam Terræ
Moab, & caſtrametatus eſt trans Arnon:
nec voluit intrare terminos Moab: Arnō Nu.21,
16 quippe confiniū eſt Terræ-Moab. Miſit & 22,24
itaque Iſraël nuntios ad Sehon regē Amorrhęorū, qui habitabat in Heſebon, &
dixerūt ei, Dimitte vt tranſeā per terram
20 tuam vſq. ad fluuium. Qui & ipſe Iſraël

verba

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verba despiciés, nõ dimisit eũ trãsire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eũ in Iasa, & fortiter resistebat. Tradiditq. eũ Dñs in manus Israël cum omni exercitu suo, & percussit eũ, & possedit omnẽ Terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius de Arnõ vsq. Ieboc, & de solitudine vsque ad Iordanẽ. Dñs ergo Deus Israël subuertit Amorrhæum, pugnante contra illũ populo suo Israël, & tu nũc vis possidere terrã eius? Nonne ea quæ possedit Chamos deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autẽ Dñs Deus noster victor obtinuit, in nostrã cedent possessionẽ: ¶ nisi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit cõtra Israël, & pugnauerit contra eum, quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroër, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanẽ, per trecentos annos. Quare tanto tẽpore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur nõ ego pecco in te, sed tu cõtra me malè agis, iudicens mihi bella nõ iusta. Iudicet Dñs arbiter huius diei inter Israël, & inter filios Ammon.

Noluitq. acquiescere rex filiorũ Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mãdauerat. Factus est ergo super Iephte Spiritus Dñi, & circuiens Galaad & Manasse, Maspha quoq. Galaad, & inde trãsiens ad filios Ammõ, votũ vouit Dño, dicens, Si tradideris filios Ammõ in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cũ pace à filiis Ammon, eũ holocaustũ offerã Dño. Transiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dñs in manus eius. Percussitq. ab Aroër vsq. dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsq. ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis. humiliatiq. sunt filij Ammon à filiis Israël. Reuertente autẽ Iephte in Maspha domũ suã, occurrit ei vnigenita filia sua cũ tympanis & chioris: non enim habebat alios liberos.

Qua visa scidit vestimenta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meũ ad Dñm, & aliud facere non potero. Cui illa respondit, Pater mi, si aperuisti os tuũ ad Dñm, fac mihi quodcumq pollicitus es, concessa tibi vltione atq. victoria de hostibus tuis. Dixitq. ad patrẽ, Hoc solũ mihi præsta quod deprecor, Dimitte me vt duobus mensibus circumeã montes, & plangã virginitatẽ meã cũ sodalibus meis. Cui ille respondit, Vade. Et dimisit eã duobus mẽsibus. Cumq. abiisset cũ sociis ac sodalibꝰ suis, flebat virginitatẽ suã in mõtibus. Expletisq. duobus mẽsibus, reuersa est ad patrẽ suũ, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virũ. Exinde mos increuit in Israël, & cõsuetudo seruata est, vt post anni circulũ conueniant in vnũ filiæ Israël, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

Num. 22, 2.

¶ Arnon R. H.C. Pro Textu antẽfaciunt MS. & G.

CAP. XII.

Ecce autẽ in Ephraim orta est seditio. nã transeuntes cõtra Aquilonẽ, dixerunt ad Iephte, Quare vadẽs ad pugnã contra filios Ammõ, vocare nos noluisti, vt pergeremus recũ? Igitur incendemus *domũ tuã. Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammõ vehemẽs: vocauiq. vos vt præberetis mihi auxiliũ, & facere noluistis. Quod cernẽs, posui animam meã in manibus meis, transiuiq. ad filios Ammon, & tradidit eos Dñs in manus meas. Quid commerui, vt aduersum mẽ consurgatis in prœliũ? Vocatis itaq. ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntq. viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuꝰ est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. Occupaueruntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Cumq. venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atq. dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid Ephrathæus es? quo dicente, Nõ sum: interrogabant eum, Dic ergo Schibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibboleth: eadẽ littera spicã exprimere nõ valens. Statimq. apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et cecidẽrũt in illo tẽpore de Ephraim quadraginta duo millia. Iudicauit itaq. Iephte Galaadites Israël sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israël Abesan de Beth-lehẽ: qui habuit triginta filios, & totidẽ filias: quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdẽ numeri filiis suis accepit vxores, introducens in domũ suã. Qui septẽ annis iudicauit Israël: mortuusque est, ac sepultus in Beth-lehem.

*te & 2 MS. H.C. G.

Cui successit ¶ Ahialõ Zabulonites: & iudicauit Israël decẽ annis: mortuusq. est ac sepultus in Zabulõ. Post hunc iudicauit Israël Abdon, filius Elel Pharathonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascẽdentes super septuaginta pullos asinarũ, & iudicauit Israël octo annis: mortuusq. est ac sepultus in Pharathõ terræ Ephraim, in monte Amalec.

¶ Elon & MS. H.C. G.

CAP. XIII.

Rursumq. filij Israël fecerunt malũ in cõspectu Dñi: qui tradidit eos in manus Philisthinorũ quadraginta annis.

Erat aũt quidã vir de Saraa, & de stirpe Dã, nomine Manue, habẽs vxorẽ sterilẽ. Cui apparuit angelus Dñi, & dixit ad eã, Sterilis es & absq. liberis: sed cõcipies & paries filiũ. caue ergo ne bibas vinũ ac sicerã, nec immũdũ quicquã cõedas: quia concipies, & paries filium, cuius nõ tãget caput nouacula: erit enim

Num. 6, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſthinorũ. Quæ cùm veniſſet ad maritũ ſuũ, dixit ei, Vir Dei venit ad me, habẽs vultũ angelicũ, terribilis nimis. Quẽ cũ interrogaſſem q̃s eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: ſed hoc reſpondit, Ecce concipies & paries filium: caue ne vinũ bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſq. ad diẽ mortis ſuæ. Orauit itaq. Manue Dñm, & ait, Obſecro Dñe, vt vir Dei quem miſiſti, veniat iterũ, & doceat nos quid debeam⁹ facere de puero qui naſciturus eſt. Exaudiuitq. ℣Dñs' deprecantẽ Manue, & apparuit rurſum angelus Dei vxori eius ſedenti in agro. Manue autẽ maritus eius nõ erat cũ ea. Quæ cùm vidiſſet angelũ, feſtinauit, & cucurrit ad virũ ſuũ: nuntiauitq. ei, dicẽs, Ecce apparuit mihi vir quẽ antè viderã.

Qui ſurrexit, & ſecutus eſt vxorẽ ſuã: veniẽnſq. ad virũ, dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit, Ego ſum. Cui Manue, Quando, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, qd vis vt faciat puer? aut à quo ſe obſeruare debebit?

Dixitq. angelus Dñi ad Manue: Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe: & quicquid ex vinea naſcitur, nõ comedat: vinũ & ſicerã nõ bibat, nullo veſcatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atq; cuſtodiat. Dixitq. Manue ad angelũ Dñi, Obſecro te vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdũ de capris. Cui reſpondit angelus, Si me cogis, nõ comedã panes tuos: ſi autẽ vis holocauſtũ facere, offer illud Dño. Et neſciebat Manue quòd angelus Dñi eſſet.

Dixitq. ad eũ, Quod eſt tibi nomẽ, vt ſi ſermo tuus fuerit explet⁹, honoremus te?

Cui ille reſpondit, Cur quæris nomen meũ, quod eſt mirabile? Tulit itaq. Manue hœdũ de capris, & libamenta, & poſuit ſup petrã, offerẽs Dño qui facit mirabilia: ipſe autẽ & vxor eius intuebantur. Cumq. aſcenderet flãma altaris in cælũ, angelus Dñi pariter in flãma aſcẽdit. Quod cùm vidiſſent Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terrã, & vltrà eis non apparuit angelus Dñi. Statimq. intellexit Manue angelũ Dñi eſſe, & dixit ad vxorẽ ſuã, Morte moriemur, quia vidimus ℣Dñm'. Cui reſpondit mulier, Si Dñs nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtũ & libamẽta nõ ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia, neq. ea quæ ſunt ventura dixiſſet. Peperit itaq. filiũ, & vocauit nomẽ eius Sãſon. Creuitq. puer, & benedixit ei Dñs.

Cœpitq. Spirit⁹ Dñi eſſe cũ eo in caſtris Dã inter Saraa & Eſthaol. CAP. XIIII.

DEſcẽdit ergo Sãſon in Thamnátha. Vidẽnſq. ibi mulierẽ de filiab⁹ Philiſthiim, aſcẽdit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ, dicẽs, Vidi mulierẽ in Thãnátha de filiabus Philiſthinorũ: quãquẽ ſo vt mihi accipiatis vxorẽ. Cui dixerũt pater & mater ſua, Nunquid non eſt mulier in filiab⁹ fratrũ tuorũ, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircũciſi ſunt? Dixitq. Samſon ad patrẽ ſuũ, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autẽ eius neſciebãt quòd res à Dño fieret, & quæreret occaſionẽ cõtra Philiſthiim eo enim tẽpore Philiſthiim dominabantur Iſraëli. Deſcẽdit itaq. Samſon cũ patre ſuo & matre in Thamnátha. Cumq. veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis fæuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit aũt Spiritus Dñi in Sãſon, & dilacerauit leonem, quaſi hœdum in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Deſcẽditq. & locutus eſt mulieri quæ placuerat oculis eius. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eã, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examẽ apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quẽ cùm ſumpſiſſet in manibus, cõedebat in via: veniẽnſq. ad patrẽ ſuum & matrẽ, dedit eis partẽ; qui & ipſi cõederũt: nec tamen eis voluit indicare quòd mel de ℣corpore' leonis aſſumpſerat.

Deſcẽdit itaq. pater eius ad mulierẽ, & fecit filio ſuo Sãſon cõuiuiũ. ſic enim iuuenes facere cõſueuerãt. Cùm ergo ciues loci illius vidiſſent eũ, dederũt ei ſodales triginta qui eſſent cũ eo. Quibus locutus eſt Sãſon, Proponã vobis ℣problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies cõuiuij, dabo vobis triginta ſindones & totidẽ tunicas. ſin autẽ nõ potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſindones, & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderũt ei, Propone problema, vt audiamus. Dixitq. eis, De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. nec potuerunt per tres dies propoſitionẽ ſoluere. Cumq. adeſſet dies ſeptimus, dixerũt ad vxorẽ Samſon, Blandire viro tuo, & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet problema. quod ſi facere noluerit, incendemus te, & domũ patris tui. an idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliaretis? Quæ fundebat apud Sãſon lacrymas, & querebatur dicens, Odiſti me, & nõ diligis: idcirco problema quod ℣propoſuiſti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille reſpõdit, Patri meo & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septẽ igitur diebus cõuiuij flebat ante eũ: tandẽq. die ſeptimo cũ ei eſſet moleſta, expoſuit. Quę ſtatim indicauit ciuib⁹ ſuis. Et illi dixerũt ei die ſeptimo ante ſolis occubitũ: Quid dulcius melle, & qd fortius leone? Qui ait ad eos, Si nõ araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionẽ meã. Irruit itaq. in eũ Spiritus

Domini,

℣ Deus R.H.G.

℣ Deum R.H.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dñi, deſcenditq. Aſcalonẽ, & percuſsit ibi triginta viros: quorũ ablatas veſtes dedit iis qui problema ſoluerãt. Iratuſq. nimis aſcendit in domũ patris ſui: vxor autẽ eius accepit maritũ vnũ de amicis eius & pronubis.

CAP. XV.

POſt aliquantulũ autẽ tẽporis, cũ dies triticeæ meſsis inſtarẽt, venit Sãſon inuiſere volens vxorem ſuã, & attulit ei hœdũ de capris. Cumq. cubiculum eius ſolito vellet intrare, prohibuit illũ pater illius, dicẽs, Putaui quòd odiſſes eã, & ideo tradidi illã amico tuo: ſed habet ſororem, quę iunior & pulchrior illa eſt, ſit tibi pro ea vxor. Cui Samſon reſpõdit, Ab hac die nõ erit culpa in me cõtra Philiſthæos: faciã enim vobis mala. Perrexitq. & cepit trecentas vulpes, caudaſq. earũ iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: quas igne ſuccendẽs, dimiſit, vt huc illucq. diſcurrerẽt. Quæ ſtatim perrexerũt in ſegetes Philiſthinorũ. Quibus ſuccenſis, & cõportatæ iã fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula, cõcrematę ſunt, in tantũ, vt vineas quoq. & oliueta, flamma cõſumeret. Dixeruntq. Philiſthiim, Quis fecit hãc rẽ? Quibus dictũ eſt, Sãſon gener Thamnathæi: quia tulit vxorẽ eius, & alteri tradidit, hæc operatus eſt. Aſcẽderuntq. Philiſthiim: & combuſſerũt tã mulierẽ quã patrẽ eius. Quibus ait Sãſon, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetã vltionẽ, & tunc quieſcam. Percuſsitq. eos ingenti plaga, ita vt ſtupentes ſurã femori imponerẽt. Et deſcẽdens habitauit in ſpelunca petræ Etam.

Igitur aſcẽdentes Philiſthiim in Terrã Iuda caſtrametati ſunt in loco qui poſtea vocatus eſt Lechi, id eſt maxilla: vbi eorũ fuſus eſt exercitus. Dixeruntq. ad eos de tribu Iuda, Cur aſcendiſtis aduerſum nos? Qui reſponderũt, Vt ligem[9] Samſon venimus, & reddamus ei quę in nos operatus eſt. Deſcenderunt ergo tria millia virorũ de Iuda, ad ſpecũ ſilicis Etam, dixeruntq. ad Samſon, Neſcis quòd Philiſthiim imperent nobis? *quare *hoc facere voluiſti? Quibus ille ait, Sicut fecerũt mihi, ſic feci eis. Ligare, inquiũt, te venimus, & tradere in manus Philiſthinorũ. Quibus Samſon, Iurate, ait, & ſpõdete mihi quòd nõ occidatis me. Dixerunt, Nõ te occidemus, ſed vinctũ trademus. Ligaueruntq. eũ duob[9] nouis funibus, & tulerũt eum de petra Etã. Qui cùm veniſſet ad locũ Maxillę, & Philiſthiim vociferantes occurriſſent ei, irruit Spiritus Dñi in eũ: & ſicut ſolẽt ad ‖ odorẽ' ignis ‖ligna' cõſumi, ita vincula quibus ligatus erat, diſsipata ſunt & ſoluta. Inuẽtamq. maxillã, id eſt mandibulã aſini, quæ iacebat, arripiẽs, interfecit in ea mille viros, & ait, In maxilla aſini, in mãdibula pulli aſinarũ deleui eos, & ꝑcuſsi mille viros. Cumq. hæc verba canẽs cõpleſſet, proiecit mãdibulã de manu, & vocauit nomẽ loci illius Ramath-lechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. Sitienſq. valde, clamauit ad Dñm, & ait, Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutẽ hãc maximã atque victoriã: & en ſiti morior, incidamq. in manus incircumciſorũ. Aperuit itaque ‖Dñs' molarẽ dentẽ in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ. Quibus hauſtis refocillauit ſpiritũ, & vires recepit. Idcirco appellatũ eſt nomẽ loci illius, Fõs-inuocantis-de-maxilla, vſq. in præſentẽ diẽ. Iudicauitq. Iſraël in diebus Philiſthiim viginti annis.

‖ Deus R. H.C.G.

CAP. XVI.

ABiit quoq. in Gazã, & vidit ibi mulierẽ meretricẽ, ingreſſuſq. eſt ad eã. Quod cũ audiſſent Philiſthiim, & percrebuiſſet apud eos intraſſe vrbẽ Sãſon, circumdederũt eũ, poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus: & ibi tota nocte cũ ſilentio præſtolãtes, vt facto manè exeũtẽ occiderẽt. Dormiuit autẽ Samſon vſq. ad mediũ noctis: & inde cõſurgẽs apprehendit ambas portæ fores cũ poſtib[9] ſuis & ſera, impoſitaſq. humeris ſuis portauit ad verticẽ montis qui reſpicit Hebrõ. Poſt hæc amauit mulierẽ, quę habitabat in Valle-ſorec, & vocabatur Dalila. Veneruntq. ad eã principes Philiſthinorũ, atq. dixerũt, Decipe eũ, & diſce ab illo, in quo habeat tantã fortitudinẽ, & quomodo eũ ſuperare valeamus, & vinctũ affligere. quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & centũ argẽtęos. Locuta eſt ergo Dalila ad Sãſon, Dic mihi, obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit quo ligat[9] erumpere nequeas? Cui reſpõdit Sãſon, Si ſeptẽ neruiceis funibus necdũ ſiccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. Attuleruntq. ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptẽ funes, vt dixerat: quibus vinxit eũ, latentibus apud ſe inſidiis, & in cubiculo finẽ rei expectantibus, clamauitq. ad eũ, Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui rupit vincula, quomodo ſi rumpat quis filũ de ſtupa tortũ ſputamine, cùm ‖odorẽ' ignis acceperit: & nõ eſt cognitum in quo eſſet fortitudo eius. Dixitq. ad eũ Dalila, Ecce illuſiſti mihi & falſum locutus es: ſaltẽ nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille reſpõdit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui numquã fuerũt in opere, infirmus ero, & aliorũ hominũ ſimilis. Quibus rurſum Dalila vinxit eũ, & clamauit, Philiſthiim ſuper te Sãſon, in cubiculo inſidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quaſi fila telarũ. Dixitq. Dalila rurſum ad eum, Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtẽde quo vinciri debeas. Cui reſponditSamſon', Si, inquit, ſeptem crines capitis mei cũ licio plexueris, & clauũ his circumligatũ terræ fixeris, infirmus ero. Quod cùm feciſſet Dalila, dixit ad eum, Philiſthiim ſuper te Samſon. Qui conſurgẽs de ſomno extraxit clauũ cum

*& H.C.G. *ergo 2 MS.

‖ardorẽ 10 MS.R. Q.n. ‖ligna 1 MS.R.H. C.G.

‖ardorẽ 2 MS. *Pro Textus lectione faciunt* R. H. & G.

-6 MS. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

crinibus & licio. Dixitq. ad eũ Dalila, 15
Quomodo dicis quòd amas me, cũ animus tuus non sit mecum? Per tres vices mẽtitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumq. molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spatiũ ad quietẽ nõ tribuens, defecit anima eius, & ad mortẽ vsq. lassata est. Tunc aperiens veritatẽ rei, dixit ad eã, Ferrum nunquã ascendit super caput meũ, quia nazaræus, id est, cõsecratus Deo sum de vtero matris meæ: si rasum fuerit caput meũ, recedet à me fortitudo mea, & deficiã, eroq. sicut cæteri homines. Videnſq. illa quòd confessus 18
ei esset omnẽ animũ suũ, misit ad principes Philisthinorũ ac mandauit, Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suũ. Qui ascenderũt assumpta pecunia quã promiserant. At illa dormire eũ 19
fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitq. tonsorẽ, & rasit septẽ crines eius, & cœpit abigere eũ, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit: dixitque, Philisthiim super te 20
Samson. Qui de somno cõsurgẽs, dixit in animo suo, Egrediar sicut antè feci, & me excutiã, nesciens quòd recessisset ab eo Dñs. Quẽ cùm apprehendissent Philisthiim, statim eruerũt oculos eius, & duxerunt Gazã vinctũ catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Iamq. capilli eius renasci cœperant, & principes 23
Philisthinorũ conuenerunt in vnum vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes, Tradidit deus noster inimicũ nostrũ Samson in manus nostras. Quod etiam populus 24
videns, laudabat deum suum, eademque dicebat, Tradidit deus noster aduersariũ nostrũ in manus nostras, qui deleuit terrã nostrã, & occidit plurimos. Lætanteſq. 25
per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq. eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regẽti gressus suos, Dimitte me, vt tangã columnas quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululum requiescam.
Domus autẽ erat plena virorũ ac mu- 27
lierum, & erãt ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusq. sexus spectantes ludentẽ Samson. At ille inuocato Dño 28
ait, Dñe Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorũ luminũ vnã vltionem recipiã. Et apprehendens ambas 29
columnas, quibus innitebatur domus, alteramq. earũ dextera, & alteram læua tenens, ait, Moriatur anima mea cum 30
Philisthiim. concussisq. fortiter colũnis, cecidit domus super omnes principes, & cæterã multitudinẽ quæ ibi erat: multoq. plures interfecit moriens, quã antè viuus
31 occiderat. Descendẽtes autẽ fratres eius & vniuersa cognatio tulerũt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue: iudicauitq. Israël viginti annis.

CAP. XVII.

1 FVitq. eo tẽpore vir quidã de monte
2 Ephraim nomine Michas, qui dixit matri suæ, Mille & centũ argẽteos quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit, Benedictus
3 filius meus Dño. Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei, Cõsecraui, & voui hoc argentum Dño, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atq. conflatile: & nunc trado illud tibi.
4 Reddidit igitur eos matri suæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argẽtario, vt faceret ex eis sculptile atq. cõ-
5 flatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædiculã quoq. in ea Deo separauit, & fecit ephod, & theraphim, id est vestẽ sacerdotalẽ, & idôla: impleuitq. vnius filiorũ suorũ manũ, & factus est ei sacerdos.
6 In diebus illis nõ erat rex in Israël, sed vnusquisq. quod sibi rectum videbatur,
7 hoc faciebat. Fuit quoq. alter adolescẽs de Beth-léhẽ Iuda, ex cognatione eius:
8 eratq. ipse Leuites, & habitabat ibi. Egressusq. de ciuitate Beth-léhẽ, peregrinari voluit vbicumq. sibi commodũ reperisset. Cũq. venisset in montẽ Ephraim iter faciens, & declinasset parumper in
9 domum Michæ, interrogatus est ab eo vnde veniſſet. Qui respõdit, Leuita sum de Beth-léhem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi esse prospexe-
10 ro. Dixitq. Michas, Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: daboq. tibi per annos singulos decẽ argenteos, ac vestẽ duplicẽ, & quæ ad victũ sunt necessa-
11 ria. Acquieuit, & mansit apud hominẽ,
12 fuitq. illi quasi vnus de filiis. Impleuitq. Michas manũ eius, & habuit puerum sa-
13 cerdotẽ apud se. Nunc scio, dicẽs, quòd benefaciet mihi Deus habenti Leuitici generis sacerdotem.

CAP. XVIII.

1 IN diebus illis nõ erat rex in Israël, & tribus Dan quærebat possessionẽ sibi, vt habitaret in ea: vsq. ad illũ enim diẽ inter cæteras tribus sortẽ non acceperat.
2 Miserũt ergo filij Dã, stirpis & familiæ suæ quinq. viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarent terrã, & diligenter inspicerent: dixeruntq. eis, Ite, & cõsiderate terrã. Qui cùm pergẽtes venissent in montẽ Ephraim, & intrassent do-
3 mũ Michæ, requieuerunt ibi: & agnoscentes vocẽ adolescentis Leuitæ, vtenteſq. illius diuersorio, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? Quid hîc agis? quã
4 ob causã huc venire voluisti? Qui respõdit eis, Hęc & hęc pręstitit mihi Michas,

& me

& me mercede conduxit vt sim ei sacerdos. Rogauerũt autem eũ vt consuleret 5
"Dñm', & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum.
Qui respõdit eis, Ite cũ pace, Dominus 6
respicit viã vestram, & iter quò pergitis.
Eũtes igitur quinq. viri venerũt Lais: 7
videruntq. populũ habitantẽ in ea absq. vllo timore, iuxta cõsuetudinẽ Sidoniorum, securum & quietũ, nullo ei penitus resistente, magnarũq. opũ, & procul à Sidône atq. à cunctis hominibus separatũ.
Reuersique ad fratres suos in Saraa & 8
Esthaol, & quid egissent scisscitantibus
responderunt, Surgite, & ascẽdamus ad 9
eos. vidimus enim terrã valde opulẽtam & huberẽ: nolite negligere, nolite cessare. eamus, & possideamus eã, nullus erit labor. Intrabimus ad securos, in regionẽ 10
latissimã, tradetq. nobis "Dñs' locũ, in quo nullius rei est penuria, eorũ quæ gignuntur in terra. Profecti igitur sunt de 11
cognatione Dan-, 'id est', de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendẽtesque manserunt in Ca- 12
riath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tẽpore Castrorum-Dan, nomẽ accepit, & est post tergũ Cariath-iarim. *Inde transierunt in montẽ Ephraim. Cũq. venissent 13
ad domũ Michæ, dixerunt quinq. viri, 14
qui prius missi fuerant ad considerandã Terrã-Lais, cæteris fratrib. suis, Nostis q̃ in domibus istis sit ephod, & theraphim, & sculptile atq. cõflatile: videte quid vobis placeat. Et cùm paululum declinas- 15
sent, ingressi sunt domũ adolescẽtis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: salutauerũtq. eũ verbis pacificis. Sexcenti autẽ 16
viri ita vt erant armati, stabãt ante ostiũ.
At illi qui ingressi fuerãt domũ iuuenis, 17
sculptile & ephod & theraphim, atq. cõflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostiũ, sexcentis viris fortissimis haud procul expectãtibus. Tulerũt igi- 18
tur qui intrauerãt, sculptile, ephod, & idôla, atq. cõflatile. Quibus dixit sacerdos, Quid facitis? Cui respõderũt, Ta- 19
ce, & pone digitũ super os tuũ: veniq. nobiscũ, vt habeamus te patrẽ ac sacerdotẽ. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israël? Quod cũ audisset, acquie- 20
uit sermonibus eorum, & tulit ephod & idôla, ac sculptile, & profectus est cũ eis.
Qui cùm pergerent, & ante se ire fecis- 21
sent paruulos ac iumenta, & omne quod erat pretiosum, iamque à domo Michæ 22
essent procul, viri qui habitabãt in ędib⁹ Michæ conclamantes secuti sunt, & 23
post tergũ clamare cœperũt. Qui cũ respexissent, dixerunt ad Michã, Quid tibi vis? cur clamas? Qui respondit, Deos 24
meos quos mihi feci tulistis, & sacerdotẽ, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi est? Dixeruntq. ei filij Dan, Caue 25
ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni
26 domo tua pereas. Et sic cœpto itinere perrexerũt. Vidẽs autẽ Michas quòd fortiores se essent, reuersus est in domũ suã
27 Sexcẽti autẽ viri tulerunt sacerdotẽ, & quæ suprà diximus: veneruntque in Lais ad populũ quiescentẽ atq. securũ, & percusserũt eos in ore gladij: vrbemq. incẽ-
28 dio tradiderunt, nullo penitus ferente presidiũ, eò quòd procul habitarent à Sidône, & cũ nullo hominũ haberẽt quicquã societatis ac negotij. Erat autẽ ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum
29 extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quẽ genuerat Israël, quæ prius
30 Lais dicebatur. Posueruntq. sibi sculptile, & Ionathã filiũ "Gersom' filij "Moysi', ac filios eius sacerdotes in tribu Dan,
31 vsque ad diem captiuitatis suæ. Mãsitque apud eos idôlum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. in diebus illis non erat rex in Israël.

CAP. XIX.

1 FVit quidã vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim, qui accepit vxorẽ de Beth-lehem Iuda: quę reliquit
2 eũ, & reuersa est in domum patris sui in Beth-lehẽ, mansitq. apud eum quatuor
3 mẽsibus. Secutusq. est eã vir suus, volens reconciliari ei, atq. blãdiri, & secũ reducere, habẽs in comitatu puerũ & duos asinos: quæ suscepit eũ, & introduxit in domũ patris sui. Quod cũ audisset socer eius, eumque vidisset, occurrit ei lætus,
4 & amplexatus est hominẽ. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus, com-
5 edens cũ eo & bibens familiariter. Die autẽ quarto de nocte cõsurgens, proficisci voluit. Quẽ tenuit socer, & ait ad eũ, Gusta prius pusillũ panis, & cõforta sto-
6 machũ, & sic proficiscẽris. Sederuntq. simul, ac comederunt & biberunt. Dixitque pater puellæ ad generũ suũ, Quæso te vt hodie hìc maneas, pariterque lætemur.
7 At ille consurgens, cœpit velle proficisci. Et nihilominus obnixè eum socer
8 tenuit, & apud se fecit manere. Manè autẽ facto, parabat Leuites iter. Cui socer rursum, Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias, & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Com-
9 ederunt ergo simul. Surrexitq. adolescens, vt pergeret cũ vxore sua & puero. Cui rursum locutus est socer, Considera quòd dies ad occasum decliuior sit, & propinquat ad vesperum: mane apud me etiã hodie, & duc lætũ diẽ, & cras profi-
10 ciscẽris vt vadas in domũ tuã. Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed "statim perrexit', & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalẽ, ducens secũ duos asinos onustos, & cõcubi-
11 nã. Iamq. aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctẽ: dixitq. puer ad dñm suũ, Veni, obsecro, declinemus ad vrbem

"Gersam MS.
"Manasse H.C.G. *Latinis autẽ codicib. præter alia exẽplaria quædã Græca, suffragantur.*

"statim surrexit 1 MS. "surrexit & perrexit H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iebusæorum, & maneamus in ea. Cui 12
respondit dñs, Non ingrediar oppidũ gẽ-
tis alienæ, quæ non est de filiis Israël, sed
trãsibo vsque Gabaa, & cùm illuc per- 13
uenero, manebimus in ea, aut certè in
vrbe Rama. Transierunt ergo Iebus, & 14
cœptum carpebant iter, occubuitque eis
sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Ben-ia-
min: diuerteruntq. ad eã, vt manerent 15
ibi. Quò cũ intrassent, sedebant in platea
ciuitatis, & nullus eos recipere voluit ho-
spitio. Et ecce, apparuit homo senex, 16
reuertens de agro & de opere suo vespe-
ri, qui & ipse de monte erat Ephraim, &
peregrinus habitabat in Gabaa. homines
autẽ regionis illius erãt filij Iemini. E- 17
leuatisq. oculis, vidit senex sedentẽ ho-
minẽ cũ sarcinulis suis in platea ciuita-
tis: & dixit ad eũ, Vnde venis? & quò va-
dis? Qui respõdit ei, Profecti sumus de 18
Beth-lehẽ Iuda, & pergimus ad locũ no-
strũ, qui est in latere mõtis Ephraim, vn-
de ieramus in Beth-lehẽ: & nũc vadim⁹
ad domum^a Dei, nullusq. sub tectũ suũ
nos vult recipere, habẽtes paleas & fœ- 19
nũ in asinorũ pabulum, & panẽ ac vinũ
in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui
mecum est: nulla re indigemus, nisi ho-
spitio. Cui respondit senex, Pax tecum 20
sit, ego præbebo omnia quæ necessaria
sunt: tantùm, quæso, ne in platea maneas.
Introduxitq. eũ in domũ suã, & pabu- 21
lũ asinis præbuit: ac postquã lauerunt pe-
des suos, recepit eos in cõuiuium. Illis 22
epulantibus, & post laborẽ itineris, cibo
& potu reficientibus corpora, venerunt
viri ciuitatis illius, filij Belial (id est, absq;
iugo,) & circundantes domũ senis,
fores pulsare cœperunt, clamãtes ad dñm
domus, atq. dicentes, Educ virũ qui in-
gressus est domum tuã, vt abutamur eo.
Egressusq. est ad eos senex, & ait, No- 23
lite fratres, nolite facere malũ hoc: quia
ingressus est homo hospitiũ meũ, & ces-
sate ab hac stultitia: habeo filiam vir- 24
ginẽ, & hic homo habet concubinã, edu-
cã eas ad vos, vt humilietis eas, & vestrã
libidinẽ cõpleatis: tãtùm, obsecro, ne sce-
lus hoc cõtrà natura, operemini in virũ.
Nolebãt acquiescere sermonibus illius. 25
quod cernens homo, eduxit ad eos cõcu-
binã suã, & eis tradidit illudendã: qua cũ
tota nocte abusi essent, dimiserũt eã ma-
nè. At mulier recedẽtibus tenebris, ve- 26
nit ad ostiũ domus, vbi manebat dñs su⁹,
& ibi corruit. Manè facto, surrexit ho- 27
mo, & aperuit ostiũ, vt cœptam expleret
viã: & ecce concubina eius iacebat ante
ostiũ sparsis in limine manibus. Cui il- 28
le, putans eã quiescere, loquebatur, Sur-
ge, & ambulemus. Qua nihil respondẽte,
intelligens quòd erat mortua, tulit eã, &
imposuit asino, reuersusq. est in domum
suã. Quã cũ esset ingressus, arripuit gla- 29
diũ, & cãdauer vxoris cũ ossibus suis in
duodecim partes ac frusta cõcidens, mi-

^a Domini R.H.C.

sit in omnes terminos Israël. Quod cũ 30
vidissent singuli, cõclamabant, Nunquã
res talis facta est in Israël ex eo die quo
ascenderũt patres nostri de Aegypto, vs-
que in præsens tẽpus: ferte sententiam,
& in cõmune decernite quid facto opus
sit.

CAP. XX.

EGressi itaq. sunt omnes filij Israël, & 1
pariter congregati quasi vir vnus, de
Dan vsque Bersabee, & Terra-Galaad ad
Dñm in Maspha: omnesq. anguli popu- 2
lorũ, & cunctæ tribus Israël in ecclesiam
populi Dei cõuenerunt quadringẽta mil-
lia peditũ pugnatorũ. (Nec latuit filios 3
Ben-iamin quòd ascendissent filij Israël
in Maspha) interrogatusq. Leuita mari-
tus mulieris interfectæ quomodo tantũ
scelus perpetratũ esset, respondit, Veni 4
in Gabaa Ben-iamin cum vxore mea, il-
lucq. diuerti: & ecce homines ciuitatis 5
illius circundederunt nocte domũ in qua
manebã, volentes me occidere, & vxorẽ
meã incredibili furore libidinis vexãtes,
denique mortua est. Quã arreptam, in 6
frusta concidi, missiq. partes in oẽs ter-
minos possessionis vestræ: quia nunquã
tantũ nefas, & tã grande piaculũ factum
est in Israël. Adestis omnes filij Israël, 7
decernite quid facere debeatis. Stãsque 8
omnis populus, quasi vnius hominis ser-
mone respondit, Nõ recedemus in taber-
nacula nostra, nec suã quisquam intrabit
domũ: sed hoc cõtra Gabaa in cõmune 9
faciemus, Decẽ viri eligantur è centũ, 10
ex omnibus tribubus Israël, & centũ de
mille, & mille de decẽ millibus, vt com-
portent exercitui cibaria, & possimus
pugnare cõtra Gabaa Ben-iamin, & red- 11
dere ei pro scelere quod meretur. Con-
uenitq. vniuersus Israël ad ciuitatẽ, quasi
homo vnus eadẽ mente, vnoq. consilio.
& miserunt nuntios ad oẽm tribũ Ben- 12
iamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in
vobis repertũ est? Tradite homines de 13
Gabaa, qui hoc flagitiũ perpetrarunt, vt
moriantur, & auferatur malũ de Israël.
Qui noluerunt fratrũ suorũ filiorũ Isra- 14
ël audire mandatũ: sed ex cunctis vr-
bibus quæ sortis suæ erant, conuenerunt
in Gabaa, vt illis ferrent auxiliũ, & cõtra
vniuersum populum Israël dimicarent.
Inuentiq. sunt viginti^a quinque^b millia 15
de Ben-iamin educentiũ gladium, præter
habitatores Gabaa, qui septingenti erãt 16
viri fortissimi, ita sinistra vt dextra præ-
liantes: & sic fundis lapides ad certum
iacientes, vt capillũ quoq. possent percute-
re, & nequaquã in alterã partẽ ict⁹ lapidis
deferretur. Virorũ quoq. Israël, absque 17
filiis Ben-iamin, inuenta sunt quadrin-
genta millia educentiũ gladios, & para-
torũ ad pugnã. Qui surgentes venerunt 18
in domũ Dei, hoc est in Silo: consulue-
runtq. Dñm, atq. dixerunt, Quis erit in
exercitu nostro princeps certaminis con-
tra filios Ben-iamin? Quibus respondit

^a Dñs,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dñs, Iudas sit dux vester. Statimq. filij 19
Israël surgentes manè, castrametati sunt
iuxta Gabaa: & inde procedētes ad pu- 20
gnam cōtra Ben-iamin, vrbē oppugnare
cœperunt. Egressiq. filij Ben-iamin de 21
Gabaa, occiderunt de filiis Israël die illo
viginti duo millia virorū. Rursum filij 22
Israël & fortitudine & numero confidē-
tes, in eodē loco in quo prius certauerāt,
aciē direxerūt: ita tamen vt prius ascē- 23
derēt & flerent corā Dño vsq. ad noctē:
cōsulerentq. eū, & dicerent, Debeo vltrà
accedere ad dimicandū cōtra filios Ben-
iamin fratres meos, an non? Quibus ille
respondit, Ascendite ad eos, & inite cer-
tamē. Cumq. filij Israël altera die con- 24
tra filios Ben-iamin ad prœlium proces-
sissent, eruperūt filij Ben-iamin de por- 25
tis Gabaa: & occurrētes eis tanta in illos
cæde bacchati sunt, vt decē & octo millia
virorū educentiū gladium prosternerent.
Quā ob rē omnes filij Israël venerunt 26
in domū Dei, & sedentes flebant coram
Dño: ieiunaueruntq. die illo vsq. ad ve-
sperā, & obtulerunt ei holocausta, atque
pacificas victimas, & super statu suo 27
interrogauerunt. Eo tēpore ibi erat arca
fœderis Dñi, & Phinees filius Eleazari 28
filij Aaron præpositus domus. Consulue-
runt igitur Dñm, atque dixerunt, Exire
vltrà debemus ad pugnā cōtra filios Ben-
iamin fratres nostros, an quiescere? Qui-
bus ait Dñs, Ascendite, cras enim tradam
eos in manus vestras. Posueruntq. filij 29
Israël insidias per circuitū vrbis Gabaa:
& tertia vice, sicut semel & bis, contra 30
Ben-iamin exercitū produxerunt. Sed 31
& filij Ben-iamin audacter eruperunt de
ciuitate, & fugientes aduersarios longius
persecuti sunt; ita vt vulnerarent ex eis
sicut primo die & secūdo, & cæderēt per
duas semitas vertentes terga, quarū vna
ferebatur in Beth-el, & altera in Gabaa,
atq. prosternerent triginta circiter viros:
putauerunt enim solito eos more cæ- 32
dere. Qui fugā arte simulantes inierunt
cōsilium vt abstraherent eos de ciuitate,
& quasi fugientes ad supradictas semitas
perducerent. Omnes itaque filij Israël 33
surgentes de sedibus suis, tetenderunt a-
ciē in loco qui vocatur Baalthamar. In-
sidiæ quoq. quæ circa vrbē erant, paula-
tim se aperire cœperunt, & ab Occi- 34
dentali vrbis parte procedere. Sed & alia
decem millia virorū de vniuerso Israël,
habitatores vrbis ad certamina prouo-
cabant. Ingrauatumq. est bellū cōtra fi-
lios Ben-iamin: & nō intellexerūt quòd
ex omni parte illis instaret interitus.
Percussitque eos Dñs in conspectu fi- 35
liorū Israël, & interfecerunt ex eis in il-
lo die vigintiquinq. millia, & centū vi-
ros, omnes bellatores & educētes gladiū.
Filij aūt Ben-iamin cùm se inferiores 36
esse vidissent, cœperūt fugere. Quod cer-
nentes filij Israël, dederunt eis ad fugien-
dum locū, vt ad præparatas insidias de- 37
uenirēt, quas iuxta vrbē posuerāt. Qui
cùm repentè de latibulis surrexissent, &
Bē-iamin terga cædētibus daret, ingres-
si sunt ciuitatē, & percusserunt eā in ore
38 gladij. Signū autem dederant filij Israël
his quos in insidiis collocauerāt, vt post-
quā vrbē cepissent, ignē accenderent: vt
ascendēte in altū fumo, captā vrbem de-
39 mōstrarēt. Quod cùm cernerēt filij Is-
raël in ipso certamine positi (putauerūt
enim filij Ben-iamin eos fugere, & insta-
tius persequebātur, cæsis de exercitu eo-
40 rū triginta viris) & "viderunt" quasi co- "viderent MS.
lumnā fumi de ciuitate cōscendere: Bē-
iamin quoq. respiciēs retrò, cùm captam
cerneret ciuitatē, & flammas in sublime
41 ferri: qui prius simulauerant fugā, versa
facie fortius resistebant. Quod cū vidis-
42 sent filij Bē-iamin, in fugā versi sunt, &
ad viā deserti ire cœperūt, illuc quoq. eos
aduersariis psequētibus. sed & hi qui vr-
43 bē succenderāt, occurrerūt eis. Atq. ita
factū est, vt ex vtraq. parte ab hostib. cæ-
derētur, nec erat vlla requies morientiū.
Ceciderūt atq. prostrati sunt ad Oriēta-
44 lē plagā vrbis Gabaa. Fuerunt autē qui
in eodē loco interfecti sunt, decē & octo
millia virorum, oēs robustissimi pugna-
45 tores. Quod cùm vidissent, qui remā-
serāt de Ben-iamin, fugerunt in solitudi-
nem: & pergebāt ad petrā, cuius vocabu-
lum est Remmon. In illa quoq. fuga pa-
lantes, & in diuersa tendentes, occiderūt
quinq. millia viros. Et cùm vltrà tende-
rent, persecuti sunt eos, & interfecerunt
46 etiā alia duo millia. Et sic factum est, vt
omnes qui ceciderāt de Bē-iamin in di-
uersis locis, essent vigintiquinq. millia,
47 pugnatores ad bella promptissimi. Re-
manserunt itaq. de omni numero Bē-ia-
min, qui euadere potuerunt, & fugere in
solitudinē, sexcenti viri: sederuntque in
48 Petra-remmon mensibus quatuor. Re-
gressi aūt filij Israël, oēs reliqas ciuitatis
à viris vsq. ad iumēta gladio percusserūt,
cunctāsq. vrbes & viculos Bē-iamin vo-
rax flamma consumpsit. CAP. XXI.

1 IVrauerūt quoq. filij Israël in Maspha,
& dixerūt, Nullus nostrūm dabit filiis
2 Ben-iamin de filiabus suis vxorē. Ve-
neruntq. omnes ad domū Dei in Silo; &
in cōspectu eius sedētes vsq. ad vesperā,
leuauerūt vocē, & magno vlulatu cœpe-
3 rūt flere, dicētes, Quare Dñe Deus Is-
raël factū est hoc malū in populo tuo, vt
hodie vna tribus auferretur ex nobis?
4 Altera aūt die diluculo cōsurgētes, ex-
truxerunt altare; obtuleruntq. ibi holo-
5 causta, & pacificas victimas, & dixerūt,
Quis nō ascendit in "exercitu" Dñi de vni- "exercitū MS.R.
uersis tribubus Israël? Grādi enim iura-
mēto se cōstrinxerant, cū essent in Ma-
6 spha, interfici eos qui defuissent. Ducti-
que pœnitētia filij Israël super fratre suo
Ben-iamin, cœperunt dicere, Ablata est

tribus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tribus vna de Israël, vnde vxores accipient? oēs enim in cōmune iurauimus, nō daturos nos his filias nostras. Ideirco dixerunt, Quis est de vniuersis tribubus Israël, qui non ascendit ad Dñm in Maspha? Et ecce inuēti sunt habitatores Iabes-Galaad in illo exercitu non fuisse.

(Eo quoq. tempore cùm essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est.) Miserūt itaq. decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorū. Et hoc erit quod obseruare debebitis, Omne generis masculini, & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite, – virgines autem reseruate'. Inuentæq; sunt de Iabes-Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorū, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in Terram-Chanáan. Miseruntq. nuntios ad filios Ben-iamin qui erant in Petra-remmō, & præceperūt eis, vt ℞eas' susciperent in pace. Veneruntque filij Ben-iamin in illo tēpore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent. Vniuersusq. Israël valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israël. Dixerūtque maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? omnes in Ben-iamin fœminæ conciderunt, & magna nobis cura ingentiq. studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israël. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento & maledictione, qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorē Ben-iamin.

Ceperuntq. consiliū, atque dixerunt, Ecce solemnitas Dñi est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad Septentrionē vrbis Beth-el, ad Orientalē plagā viæ quæ de Beth-el tendit ad Sichimā, & ad meridiē oppidi Lebona. Præceperuntque filiis Ben-iamin, atq. dixerunt, Ite, & latitate in vineis. Cumq. videritis filias Silo ad ducēdos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in Terram-Ben-iamin. Cumque venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atq. iurgari, dicemus eis, Miseremini eorum: nō enim rapuerunt eas iure bellantiū atque victorū, sed rogantibus vt acciperent, nō dedistis, & à vestra parte peccatū est. Feceruntq. filij Ben-iamin, vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suū rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas: abieruntq. in possessionem suam, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoque Israël reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israël: sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

–6 MS. H. C. G. Verū in R. & G q. legitur.

℞eos 6 MS. H. C. G.

LIBER RVTH.

CAP. I.

1 IN diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in Terra. Abiitq. homo de Beth-léhem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide
2 cum vxore sua, ac duobus liberis. Ipse vocabatur Eli-mélech, & vxor eius Noëmi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth-léhem Iuda. Ingressiq. regionem Moabitidem,
3 morabantur ibi. Et mortuus est Elimélech maritus Noëmi: remansitq. ipsa
4 cum filiis. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, alteraque Ruth. Manseruntq. ibi decem
5 annis, & ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remansitq. mulier
6 orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit vt in patriam pergeret cum vtraq. nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset Dñs populum
7 suum, & dedisset ℞eis' escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ, cum vtraque nuru*: & iam in via reuertendi
8 posita in Terram-Iuda, dixit ad eas, Ite in domum matris vestræ, faciat vobiscum Dñs misericordiam, sicut feciſtis
9 cum mortuis & mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorū quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ
10 eleuata voce flere cœperunt, & dicere,
11 Tecum pergemus ad populū tuū. Quibus illa respondit, Reuertimini filiæ mi, cur venitis mecū? nū vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis?
12 Reuertimini filiæ mi, & abite: iā enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. etiā si possem hac nocte concipere, & parere filios,
13 si eos exspectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ mi: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me.
14 Eleuata igitur voce, rursum flere cœperūt. Orpha osculata est socrū, ac reuer-
15 sa est: Ruth adhæsit socrui suæ. cui dixit Noëmi, En reuersa est cognata tua ad populū suū, & ad deos suos, vade cū ea.
16 Quæ respondit, Ne aduersēris mihi vt relinquā te & abeā: quocumq. enim perrexeris, pergā: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Popul⁹ tu⁹ popul⁹ me⁹,
17 & Deus tuus Deus meus. Quæ te terra morientē susceperit, in ea moriar: ibiq. locū accipiā sepulturæ. Hæc mihi faciat ℞De⁹, & hæc addat, si nō sola mors me & te separauerit. Vidēs ergo Noëmi, quòd
18 obstinato animo Ruth decreuisset secum pgere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà
19 reditū persuadere: pfectæq. sunt simul, & venerunt in Beth-léhem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit: dicebantque mulieres, Hæc

*fun: H.C.

℞Dom: R.H.C.

est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est illa Noëmi. Quibus ait, Ne vocetis 20
me Noëmi, (id est, pulchram:) sed vocate me Mara (id est amaram) quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens.
Egressa sum plena, & vacuam reduxit 21
me Dñs. Cur ergo vocatis me Noëmi, quâ Dñs humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noëmi cũ Ruth Moa- 22
bitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Beth-lehem, quando primùm hordea metebantur.

CAP. II.

ERat autẽ viro Eli-mélech cõsangui- 1
neus, homo potens, & magnarũ opũ, nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis 2
ad socrũ suam, Si iubes, vadã in agrũ, & colligã spicas quæ fugerint manus metẽtiũ, vbicumq. clemẽtis in me patrisfamilias reperero gratiã. Cui illa respõdit, Vade filia mi. Abiit itaq. & colligebat spi- 3
cas post terga metẽtium. Accidit autẽ vt ager ille haberet dñm nomine Booz, qui erat de cognatione Eli-mélech. Et ecce, 4
ipse veniebat de Beth-léhem, dixitque messoribus, Dñs vobiscũ. Qui responderunt ei, Benedicat tibi Dñs. Dixitque 5
Booz iuueni qui messoribus prẽerat, Cuius est hæc puella? Cui respõdit, Hæc est 6
Moabitis quæ venit cũ Noëmi, de regione Moabitide, & rogauit vt spicas col- 7
ligeret remanẽtes, sequẽs messorũ vestigia: & de manè vsq. nunc stat in agro, & ne ad momentũ quidẽ domũ reuersa est.
Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne va- 8
das in alterũ agrũ ad colligendũ, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere. Man- 9
daui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri bibunt. Quæ cadẽs in faciẽ suã & ado- 10
rans super terrã, dixit ad eũ, Vnde mihi hoc, vt inueniré gratiã ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinã mulierem? Cui ille respondit, Nuntiata sunt 11
mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortẽ viri tui: & quòd reliqueris parẽtes tuos, & terrã in qua nata es, & veneris ad populũ quẽ antea nesciebas. Reddat ti- 12
bi Dñs pro opere tuo, & plenã mercedẽ recipias à Dño Deo Israël, ad quẽ venisti, & sub cuius confugisti alas. Quæ ait, 13
*Inueni' gratiã apud oculos tuos, dñe mi, qui cõsolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarũ tuarum. Dixitq. ad eam Booz, 14
Quãdo hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panẽ, & intinge buccellã tuam in aceto. Sedit itaq. ad messorũ latus, & cõgessit polentã sibi, comeditque, & saturata est, & tulit reliquias. Atq. inde sur- 15
rexit, vt spicas ex more colligeret. Præcepit autẽ Booz pueris suis, dicens: Etiãsi vobiscũ metere voluerit, ne prohibeatis eã: & de vestris quoq. manipulis proij- 16
cite de industria, & remanere permitte, vt absq. rubore colligat, & colligẽtem 17
nemo corripiat. Collegit ergo in agro vsq. ad vesperã: & quæ collegerat virga cẽdens & excutiens, inuenit hordei quasi 18
ephi mensurã, id est tres modios. Quos portãs reuersa est in ciuitatem, & ostẽdit socrui suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat.
Dixitque ei socrus sua, Vbi hodie col- 19
legisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitq. ei apud quem esset operata: & nomen dixit viri, 20
quòd Booz vocaretur. Cui respondit Noëmi, Benedictus sit à Dño: quoniã eãdem gratiã quã præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait, Propinquus 21
noster est homo. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes 22
meterentur. Cui dixit socrus, Melius est filia mi, vt cũ puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiã resistat 23
tibi. Iuncta est itaque puellis Booz: & tamdiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAP. III.

POstquã autẽ reuersa est ad socrũ suã, 1
audiuit ab ea, Filia mi, quærã tibi requiẽ, & prouidebo vt bene sit tibi. Booz 2
iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte areã hordei ventilat. Lauare igitur, & vngere, & 3
induere cultioribus vestimẽtis, & descẽde in aream. non te videat homo, donec esum potumq. finierit. Quãdo autẽ ie- 4
rit ad dormiendũ, nota locũ in quo dormiat: veniesque, & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis: ipse autẽ dicet tibi quid 5
agere debeas. Quæ respondit, Quicquid 6
præceperis, faciam. Descẽditq. in areã, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus.
Cumq. comedisset Booz, & bibisset, & 7
factus esset hilarior, issetq. ad dormiẽdum iuxta aceruũ manipulorũ, venit abscondité, & discooperto pallio à pedibus eius 8
se proiecit. Et ecce, nocte iã media expauit homo, & conturbatus est: viditque 9
mulierẽ iacentẽ ad pedes suos, & ait illi, Quæ es? Illaq. respõdit, Ego sum Ruth ancilla tua: expãde palliũ tuum super fa- 10
mulã tuam, quia propinquus es. Et ille, Benedicta, inquit, es à Dño filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia nõ es secuta iuuenes pauperes, siue 11
diuites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis 12
meæ, mulierem te esse virtutis. Nec abnuo me propinquũ, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte: & facto 13
manè, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dñs. dormi vsq. manè.
Dormiuit itaq. ad pedes eius, vsq. ad no- 14

* Inueniã MS. H. G. Textus habet R. & C. non sentit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dis abscessum. Surrexit itaq. antequã homines se cognoscerent mutuò, & dixit Booz, Caue ne quis nouerit quòd huc veneris. Et rursum, Expande, inquit, 15 palliũ tuũ, quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendẽte, & tenẽte, mensus est sex modios hordei, & posuit super eã. Quę portans ingressa est ciuitatẽ, & ve- 16 nit ad socrũ suã. Quæ dixit ei, Quid egisti filia? Narrauitq. ei omnia quæ sibi fecisset homo. Et ait, Ecce sex modios 17 hordei dedit mihi, & ait, Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitq. Noëmi, 18 Expecta filia donec videamus quem res exitum habeat. neq. enim cessabit homo nisi compleuerit quod locutus est.

CAP. IIII.

AScendit ergo Booz ad portã, & sedit 1 ibi. Cumq. vidisset propinquũ præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eũ, Declina paulisper, & sede hîc: vocãs eũ nomine suo. Qui diuertit, & sedit. Tollens autẽ Booz decẽ viros de se- 2 niorib⁹ ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hîc. Quibus residẽtibus locutus est ad pro- 3 pinquum, Partem agri fratris nostri Elimélech [a]vendet' Noëmi, quæ reuersa est de regione Moabitide. quod audire te 4 volui, & tibi dicere corã cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis: eme, & posside. sin autẽ displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciã quid facere debeam. nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. At ille respõdit, Ego agrũ emam. Cui dixit 5 Booz, Quãdo emeris agrũ de manu mulieris, Ruth quoq. Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

Qui respondit, Cedo iuri propinquitatis: neq. enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo 6
Deut. 15,7. me libẽter carere profiteor. ‖ Hic autem 7 erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat: vt esset firma cõcessio, soluebat homo calceamentũ suũ, & dabat [b]proximo⁹ suo. hoc erat testimoniũ cessionis in Israël. Dixit ergo propinquo suo Booz, 8 Tolle calceamentũ tuũ. Quod statim soluit de pede suo. At ille maioribus natu, 9 & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quòd possederim omnia quæ fuerũt Eli-mélech & Chelion & Mahalon, tradente Noëmi: & Ruth Moabitidem, vxorẽ Mahalon, in cõiugium sumpserim, vt suscitẽ nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulũ eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. Vos, 10 inquã, huius rei testes estis. Respondit 11 omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos testes sumus: faciat Dñs hanc mulierẽ, quæ ingreditur domũ tuã, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israël: vt sit exemplum virtutis

[a] vendit 6 MS. [a] vendidit H.C.G.

[b] propinquo MS.R.

in Ephratha, & habeat celebre nomen in 12 Beth-lehẽ: fiatq. dom⁹ tua, sicut domus Phares, ‖ quem Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit Domin⁹ ex hac 13 puella. Tulit itaq. Booz Ruth, & accepit vxorẽ: ingressusq. est ad eam, & dedit illi 14 Dñs vt conciperet, & pareret filiũ. Dixeruntq. mulieres ad Noëmi, Benedictus Dñs qui nõ est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius 15 in Israël: Et habeas qui consoletur animam tuã, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te diliget: & multò tibi melior est, quàm si septẽ haberes 16 filios. Susceptumq. Noëmi puerũ posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulę fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres 17 congratulantes ei, & dicentes: Natus est filius Noëmi: vocauerũt nomen eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid. Hæ 18 sunt generationes Phares: ‖ Phares genuit Esron, Esron genuit [a]Aram, Aram' 19 genuit Aminadab, Aminadab genuit 20 Nahasson, Nahasson genuit Salmõ; Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, 21 Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid*. 22

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS.

CAPVT I.

FVit vir vn⁹ de Ramathaim-sophim, 1 de mõte Ephraim, & nomẽ eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephrathæus: & ha- 2 buit duas vxores, nomẽ vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntq. Phenennæ filij: Annæ aũt nõ erãt liberi. Et 3 ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituũ in Silo. Erãt autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Dñi. Venit ergo dies, & immolauit El- 4 cana, deditq. Phenennæ vxori suæ, & cũctis filiis eius, & filiabus partes: Annæ autẽ dedit partẽ vnã tristis, quia Annam diligebat. Dñs autem cõclusérat vuluam 5 eius. Affligebat quoq. eam æmula eius, & vehemẽter angebat, in tantum, vt exprobraret quòd Dñs conclusisset vuluam eius: sicq. faciebat per singulos annos, 6 cùm redeunte tẽpore ascẽderent ad templum Dñi: & sic prouocabat eam. porrò illa flebat, & nõ capiebat cibum. Dixit 7 ergo ei Elcana vir suus, Anna, cur fles? & quare nõ comedis? & quã ob rem affligitur cor tuũ? numquid nõ ego melior tibi sum, quàm decem filij? Surrexit autem 8 Anna postquàm comederat & biberat, in Silo. Et Heli sacerdote sedẽte super sellã ante postes dom⁹ Dñi, cùm esset Anna 9 amaro animo, orauit ad Dñm, flens largiter, & votum vouit, dicens: Domine exercituum, si respiciẽs videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fue- 10 11

ris, nec

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq. ser-
uæ tuæ sexũ virilẽ: dabo eum Dño om-
nibus diebus vitæ eius, & nouacula non
ascendet super caput eius. Factũ est au- 12
tem, cùm illa multiplicaret preces coram
Dño, vt Heli obseruaret os eius. Porrò 13
Anna loquebatur in corde suo, tãtumque
labia illius mouebantur, & vox penitus
nõ audiebatur. Aestimauit ergo eam He-
li temulẽtam, dixitq. ei, Vsquequo ebria 14
eris? digere paulisper vinum quo mades.
Respondẽs Anna, Nequaquam, inquit, 15
dñe mi: nã mulier infelix nimis ego sum,
vinumq. & omne quod inebriare potest,
non bibi, sed effudi animã meam in con-
spectu Dñi. Ne reputes ancillam tuam 16
quasi vnã de filiab' Belial: quia ex mul-
titudine doloris, & mœroris mei locuta
sum vsq. in præsens. Tunc Heli ait ei, 17
Vade in pace: & Deus Israël det tibi pe-
titionẽ tuam, quam rogasti eum. At illa 18
dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiã
in oculis tuis. Et abiit mulier in viã suã,
& comedit, vultusq. illius non sunt am-
plius in diuersa mutati. Et surrexerunt 19
manè, & adorauerũt coram Dño: reuer-
siq. sunt, & venerunt in domũ suã in Ra-
matha. Cognouit autem Elcana Annam
vxorem suã: & recordatus est eius Dns.
Et factum est post circulũ dierum, con- 20
cepit Anna, & peperit filium, vocauitque
nomen eius Samuel: eo quòd à Dño po-
stulasset eum. Ascẽdit autẽ vir eius El- 21
cana, & omnis domus eius, vt immola-
ret Dño hostiam solemnẽ, & votũ suũ,
& Anna non ascendit: dixit enim viro 22
suo, Non vadã, donec ablactetur infans,
& ducam eum, vt appareat ante conspe-
ctum Dñi, & maneat ibi iugiter. Et ait 23
ei Elcana vir suus: Fac quod bonum tibi
videtur, & mane donec ablactes eũ: pre-
corq. vt impleat Dns verbũ suum. Man-
sit ergo mulier, & lactauit filiũ suum, do-
nec amoueret eum à lacte. Et adduxit 24
eum secum, postquã ablactauerat, in vi-
tulis tribus, & 'tribus modiis' farinæ, &
amphora vini, & adduxit eum ad domũ
Dñi in Silo. Puer autẽ erat adhuc infan-
tulus: & immolauerũt vitulũ, & obtu- 25
lerunt puerũ Heli. Et ait-Anna', Ob- 26
secro mi dñe, viuit anima tua-dñe': ego
sum illa mulier quæ steti coram te hîc
orans Dñm. Pro puero isto oraui, & de- 27
dit mihi Dns peritionem meam, quam
postulaui eum. Idcirco & ego commo- 28
daui eum Dño cũctis diebus, quibus fue-
rit accommodatus Dño. Et adorauerunt
ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait:

CAP. II.

EXultauit cor meum in Dño, & exal- 1
tatum est cornu meũ in 'Deo meo': dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.
Non est sanctus vt est Dominus: neq. 2
enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.
3 Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.
4 Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.
5 'Repleti' prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est. 'Saturati 14 MS.
6 ‖Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Deu. 32,39 Tob. 13,2.
7 Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat. Sap. 16,13.
8 Suscitat de puluere egenũ, & de stercore eleuat pauperẽ: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.
9 Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine 'sua' roborabitur vir. -8 MS.H. G.q.
10 Dñm formidabũt aduersarij eius, super ipsos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperiũ regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.
11 Et abiit Elcana in Ramatha, in domũ suam: puer autem erat minister in conspectu Dñi ante faciem Heli sacerdotis.
12 Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes
13 Dñm, neq. officium sacerdotũ ad populum: sed quicumq. immolasset victimã, veniebat puer sacerdotis dum coquerẽtur carnes, & habebat fuscinulam tridẽ-
14 tẽ in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabũ: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebãt
15 vniuerso Israëli venientiũ in Silo. Etiã antequam adolerẽt adipẽ, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnẽ, vt coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudã.
16 Dicebatq. illi immolãs, Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumq. desiderat anima tua. Qui respondẽs aiebat ei, Nequaquã: nũc
17 enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum grãde nimis coram Dño: quia detrahebant homines sa-
18 crificio Dñi. Samuel autẽ ministrabat ante faciẽ Dñi, puer, accinctus ephod li-
19 neo. Et tunicam paruã faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus; ascendens cũ viro suo, vt immolaret ho-
20 stiam solemnem*. Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitq. ei, Reddat tibi Dns semen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodasti Dño. Et abierũt in
21 locum suum. Visitauit ergo Dns Annã, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel
22 apud Dñm. Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israëli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabãt ad *& votum suum o.

ostium

Vno modio 1 MS. H.C.G. Q.R. -1 MS.H. C.AR. autem & G. legitur. -MS.R. G.Ab H. autem & C. minimè additur.

'Domino MS.R.H. C. Vriam R. & G. suffragan-tur Textui.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ostium tabernaculi: & dixit eis, Quare 23
facitis res huiuscemodi, quas ego audio,
res pessimas, ab omni populo? Nolite 24
filij mei: nō enim est bona fama quā ego
audio, vt transgredi faciatis populū Dñi.
Si peccauerit vir in virū, placari ei po- 25
test Deus: si autē in Dñm peccauerit vir,
quis orabit pro eo? Et nō audierūt vocē
patris sui: quia voluit Dñs occidere eos.
Puer autem Samuel proficiebat, atque 26
crescebat, & placebat tam Deo quàm ho-
minibus. Venit autē vir Dei ad Heli, & 27
ait ad eū, Hæc dicit Dñs, Nūquid non a-
pertè reuelatus sum domui patris tui, cū
essent in Aegypto in domo Pharaonis?
Et elegi eum ex omnibus tribubus Is- 28
raël mihi in sacerdotem, vt ascēderet ad
altare meū, & adoleret mihi incēsum, &
portaret ephod coram me: & dedi domui
patris tui omnia de sacrificiis filiorū Is-
raël. Quare calce abiecistis victimam 29
meā, & munera mea quæ præcepi vt of-
ferrentur in templo: & magis honorasti
filios tuos quàm me, vt comederetis pri-
mitias omnis sacrificij Israël populi mei?
Propterea ait Dñs Deus Israël, ¶ Lo- 30
quens locutus sum, vt domus tua, & do-
mus patris tui ministraret in conspectu
meo, vsq. in sempiternū. Nunc autē dicit
Dñs, Absit hoc à me: sed quicumq. ho-
norificauerit me, glorificabo eū: qui autē
contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce 31
dies veniūt; & præcīdam brachiū tuum,
& brachiū domus patris tui, vt nō sit se-
nex in domo tua. Et videbis æmulum 32
tuū in templo, in vniuersis prosperis Is-
rael: & nō erit senex in domo tua omni-
bus diebus. Veruntamē non auferā pe- 33
nitus virum ex te ab altari meo: sed vt
deficiant oculi tui, & tabescat anima tua,
& pars magna domus tuæ morietur cùm
ad virilem ætatem venerit. Hoc autem 34
erit tibi signum quod venturum est duo-
bus filiis Ophni & Phinees, In die vno
morientur ambo. Et suscitabo mihi sa- 35
cerdotem fidelē, qui iuxta cor meum, &
animā meam faciet: & ædificabo ei do-
mum fidelem, & ambulabit corā christo
meo cunctis diebus. Futurum est autē, 36
vt quicumq. remanserit in domo tua, ve-
niat vt oretur pro eo, & offerat nūmum
argēteum, & tortam panis, dicatque, Di-
mitte me obsecro ad vnam partē sacer-
dotalem, vt cōedam buccellam panis.

CAP. III.

PVer autem Samuel ministrabat Dño 1
coram Heli, (& sermo Dñi erat pre-
tiosus in diebus illis, non erat visio ma-
nifesta.) Factū est ergo in die quadam, 2
Heli iacebat in ‖ loco suo, & oculi eius
caligauerant, nec poterat videre ‖ lucer- 3
nam Dei antequā extingueretur. Samuel
autē dormiebat in templo Dñi, vbi erat
arca Dei. Et vocauit Dñs Samuel. Qui 4
respōdens ait, Ecce ego. Et cucurrit ad 5
Heli, & dixit, Ecce ego: vocasti enim me?
Qui dixit, Nō vocaui: reuertere, & dor-
6 mi. Et abiit, & dormiuit. Et adiecit Dñs
rursum vocare Samuelem. Consurgensq.
Samuel abiit ad Heli, & dixit, Ecce ego:
quia vocasti me. Qui respondit, Nō vo-
7 caui te fili mi: reuertere & dormi. Por-
rò Samuel necdū sciebat Dñm, neq. re-
8 uelatus fuerat ei sermo Dñi. Et adiecit
Dñs, & vocauit adhuc Samuelem tertiò.
9 Qui consurgens abiit ad Heli, & ait,
Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit er-
go Heli quia Dñs vocaret puerum: & ait
ad Samuelem, Vade, & dormi: & si de-
inceps vocauerit te, dices: Loquere Dñe,
quia audit seruus tuus. Abiit ergo Sa-
10 muel, & dormiuit in loco suo. Et venit
Dñs, & stetit: & vocauit sicut vocauerat
secūdó, Samuel, Samuel. Et ait Samuel,
Loquere Dñe, quia audit seruus tuus.
11 Et dixit Dñs ad Samuelem, Ecce ego
facio verbū in Israël, quod quicumque
12 audierit, tinniēt ambæ aures eius. In die
illa suscitabo aduersum Heli, omnia quæ
locutus sum super domū eius: incipiā &
13 complebo. Prædixi enim ei quòd iudi-
caturus essem domum eius in æternum,
propter iniquitatē, eo quòd nouerat in-
dignè agere filios suos, & nō corripuerit
14 eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd
non expietur iniquitas domus eius victi-
15 mis & muneribus vsq. in æternū. Dor-
miuit autem Samuel vsque manè, aperu-
itq. ostia domus Dñi. Et Samuel time-
16 bat indicare visionē Heli. Vocauit ergo
Heli Samuelē, & dixit, Samuel fili mi?
17 Qui respondēs, ait, Præstò sum. Et in-
terrogauit eū, Quis est sermo quē locut'
est Dñs ad te? oro te ne celaueris me.
hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si abs-
cōderis à me sermonē, ex omnibus ver-
18 bis quæ dicta sunt tibi. Indicauit itaq. ei
Samuel vniuersos sermones, & nō abscō-
dit ab eo. Et ille respōdit, Dñs est: quod
19 bonū est in oculis suis faciat. Creuit aūt
Samuel, & Dñs erat cū eo, & non cecidit
20 ex omnib. verbis eius in terrā. Et cogno-
uit vniuersus Israël à Dā, vsq. Bersabee,
21 q fidelis Samuel propheta esset Dñi. Et
addidit Dñs vt appareret in Silo: quoniā
reuelatus fuerat Dñs Samueli in Silo, iu-
xta verbū Dñi. Et euenit sermo Samue-
lis vniuerso Israëli. CAP. IIII.
1 ET factū est in diebus illis, conuene-
runt Philisthiim in pugnā. Egres-
sus est namq. Israël obuiam Philisthiim
in prœliū, & castrametatus est iuxta La-
2 pidem adiutorij. Porrò Philisthiim ve-
nerūt in Aphec, & instruxerūt aciē cōtra
Israël. Inito autē certamine, terga vertit
Israël Philisthæis: & cęsa sunt in illo cer-
tamine passim per agros, quasi quatuor
3 millia virorū. Et reuersus est populus
ad castra: dixeruntq. maiores natu de Is-
raël, Quare percussit nos Dñs hodie co-
rā Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo
arcam fœderis Dñi, & veniat in medium
nostri,

abiicitis 4 MS. C. Aoristo vtūtur Græci; futuro Hebræi. 3 Reg. 2,27

lectulo MS. R. Q n. ‖ Q n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorũ
noſtrorũ. Miſit ergo populus in Silo, & 4
tulerunt inde arcã fœderis Dñi exercituũ
ſedẽtis ſuper Cherubim: erantq. duo filij
Heli cũ arca fœderis ‖Dñi', Ophni & Phi
nees. Cumq. veniſſet arca fœderis Dñi 5
in caſtra, vociferat' eſt omnis Iſraël cla-
more grandi, & perſonuit terra. Et au- 6
dierunt Philiſthiim vocẽ clamoris, dixe-
rũtq., Quænã eſt hæc vox clamoris ma-
gni in caſtris Hebræorũ? Et cognouerunt
quòd arca Dñi veniſſet in caſtra. Ti- 7
mueruntque Philiſthiim, dicentes, Venit
Deus in caſtra. Et ingemuerunt, dicẽtes,
Væ nobis: non enim fuit tanta exulta- 8
tio heri & nudiuſtertius: væ nobis. Quis
nos ‖ſeruabit' de manu Deorũ ſublimium
iſtorũ? hi ſunt Dij qui percuſſerũt Aegy-
ptũ omni plaga, in deſerto. Cõfortami- 9
ni, & eſtote viri, Philiſthiim: ne ſeruiatis
Hebræis, ſicut & illi ſeruierũt nobis: cõ-
fortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo 10
Philiſthiim, & cæſus eſt Iſraël, & fugit
vnuſquiſq. in tabernaculũ ſuum: & facta
eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de
Iſraël triginta millia peditũ. Et arca Dei 11
capta eſt: duo quoque filij Heli mortui
ſunt, Ophni & Phinees. Currẽs autem 12
vir de Bẽiamin ex acie, venit in Silo in
die illa, ſciſſa veſte, & cõſperſus puluere
caput. Cumq. ille veniſſet, Heli ſedebat 13
ſuper ſellam contra viã ‖expectans'. Erat
enim cor eius pauẽs pro arca Dei. Vir au-
tem ille poſtquã ingreſſus eſt, nuntiauit
vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. Et au- 14
diuit Heli ſonitũ clamoris, dixitq., Quis
eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſ-
tinauit, & venit, & nuntiauit Heli. Heli 15
aũt erat nonãginta & octo annorũ, & oculi
eius caligauerant, & videre non poterat.
Et dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de 16
prœlio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui
ille ait, Quid actum eſt fili mi? Reſpon- 17
dens autẽ ille qui nũtiabat, Fugit, inquit,
Iſraël corã Philiſthiim, & ruina magna
facta eſt in populo: inſuper & duo filij
tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & ar-
ca Dei capta eſt. Cumq. ille nominaſſet 18
arcã Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta
oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt.
Senex enim erat vir & grãdæuus: & ipſe
iudicauit Iſraël quadraginta annis. Nu- 19
rus aũt eius vxor Phinees, prægnãs erat,
vicinaq. partui: & audito nũtio quòd ca-
pta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer
ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe & peperit:
irruerãt enim in eam dolores ſubiti. In 20
ipſo autẽ momẽto mortis eius, dixerũt ei
‖quæ' ſtabant circa eã, Ne timeas, quia
filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis,
neq. animaduertit. Et vocauit puerum, 21
I-chabod, dicens, Tranſlata eſt gloria de
Iſraël, quia capta eſt arca Dei, & pro ſo-
cero ſuo, & pro viro ſuo. *Ait, Tranſ- 22
lata eſt gloria ab Iſraël, eo quòd capta eſ-
ſet arca Dei.

CAP. V.

1 PHiliſthiim autẽ tulerunt arcã Dei, &
aſportauerunt eã à Lapide-adiutorij
2 in Azõtum. Tuleruntq. Philiſthiim arcã
Dei, & intulerũt eã in templũ Dagon, &
3 ſtatuerunt eã iuxta Dagon. Cumq. ſur-
rexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce
Dagon iacebat pronus in terra ante arcã
Dñi: & tulerunt Dagõ, & reſtituerunt eũ
4 in locũ ſuũ. Rurſumq. manè die altera
conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentẽ
ſuper faciẽ ſuam in terra corã arca Dñi:
caput autẽ Dagon, & duæ palmæ manuũ
5 eius abſciſſæ erant ſuper limen: porrò
Dagon ſolus truncus remanſerat in loco
ſuo. Propter hanc cauſam non calcãt ſa-
cerdotes Dagon, & omnes qui ingrediũ-
tur templum eius, ſuper limen Dagon in
6 Azoto, vſq. in hodiernũ diẽ. Aggrauata
eſt autem manus Dñi ſuper Azotios, &
demolitus eſt eos: ‖& percuſsit in ſecre- *Pſal. 77, 66*
tiori parte natium Azõtum, & fines eius.
⌐Et ebullierunt villæ & agri, in medio ⌐6 MS. R.
regionis illius, & nati ſunt mures, & fa- H.C.G.
cta eſt cõfuſio mortis magnę in ciuitate'. Q. n.
7 Videntes autẽ viri Azotij huiuſcemodi
plagã, dixerunt, Nõ maneat arca Dei Iſ-
raël apud nos: quoniã dura eſt manus e-
ius ſuper nos, & ſuper Dagõ deũ noſtrũ.
8 Et mittentes cõgregauerunt omnes ſa-
trapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt,
Quid faciemus de arca Dei Iſraël? Re-
ſponderũtq. Gethæi, Circunducatur arca
Dei Iſraël. Et circunduxerunt arcã Dei
9 Iſraël. Illis autẽ circunducentibus eam, ⌐7 MS. R.
fiebat manus Dñi per ſingulas ciuitates H.C.G.
interfectionis magnæ nimis: & percutie-
bat viros vniuſcuiuſq. vrbis, à paruo vſ-
que ad maiorẽ, & cõputreſcebãt promi-
nentes extales eorũ. ⌐Inieruntq. Gethæi
conſilium', & fecerũt ſibi ſedes pelliceas.
10 Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. *Sunt autẽ G q. exemplaria, quæ legunt: Et fecerũt ſibi Gethæi ſedes.*
Cumq. veniſſet arca Dei in Accaron, ex-
clamauerunt Accaronitæ, dicẽtes, Addu-
xerunt ad nos arcã Dei Iſraël, vt interfi-
11 ciat nos & populũ noſtrũ. Miſerũt itaq.
& cõgregauerunt oẽs ſatrapas Philiſthi-
norum: qui dixerũt, ‖Dimittite' arcã Dei
Iſraël, ‖&' reuertatur in locũ ſuum, ‖&'
nõ interficiat nos cũ populo noſtro. Fie-
bat enim pauor mortis in ſingulis vrbib.
12 & grauiſsima valde man° Dei. viri quo-
que qui mortui non fuerãt, percutiebã-
tur in ſecretiori parte natiũ: & aſcẽdebat
vlulatus vniuſcuiuſq. ciuitatis in cælum.

‖Dimitte o.
‖vt 2 MS. Cõiunctio, *quam Textus habet, ab* H. C. & G. *legitur.*

CAP. VI.

1 FVit ergo arca Dñi in regione Phili-
2 ſthinorum ſeptẽ menſibus. *Et vo-
cauerunt Philiſthiim ſacerdotes & di-
uinos, dicentes, Quid faciemus de arca
Dñi? indicate nobis quomodo remittam°
3 eã in locũ ſuũ. Qui dixerunt, Si remit-
titis arcã Dei Iſraël, nolite dimittere eã
vacuam, ſed quod debetis, reddite ei pro
peccato, & tunc curabimini: & ſcietis
quare non recedat manus eius à vobis.

*poſt hæc MS q. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Respõderuntq. illi, 4
Iuxta numerũ prouinciarũ Philisthinorum quinq. anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietisq. similitudines anorũ vestrorũ, & similitudines muriũ qui demoliti sunt terrã; & dabitis Deo Israël gloriã: si fortè releuet manũ suã à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Aegyptꝰ, & Pharao cor suum? ‖ Nónne postquã percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite & facite plaustrũ nouũ vnũ: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iũgite in plaustro, & recludite vitulos earũ domi. Tolletisque arcã Dñi, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quę exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat. Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorũ ascenderit contra Beth-sames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minimè, sciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabãt vitulos, iunxerũt ad plaustrũ, vituloscq. earum cõcluserunt domi. Et posuerũt arcam ¶Dei' super plaustrum, & capsellam quę habebat mures aureos, & similitudinem anorũ. Ibant autẽ in directũ vaccæ per viã quæ ducit Beth-sames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & nõ declinabãt neq. ad dextram neque ad sinistram; sed & satrapæ Philisthiim sequebantur vsquẽ ad terminos Beth-sames. Porrò Bethsamitæ metẽbant triticum in valle: & eleuãtes oculos suos, viderũt arcã, & gauisi sunt cùm vidissent. Et plaustrũ venit in agrũ Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autẽ ibi lapis magnus, & conciderũt ligna plaustri, vaccasq. imposuerũt super ea holocaustũ Dño. Leuitæ autem deposuerunt arcã ¶Dei', & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erãt vasa aurea, & posuerũt super lapidẽ grandẽ. Viri autẽ Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerũt victimas in die illa Dño. Et quinq. satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autẽ ani aurei, quos reddiderũt Philisthiim pro delicto, Dño: Azõtus vnũ, Gaza vnũ, Ascalon vnum, Geth vnũ, Accaron vnũ: & mures aureos secundũ numerũ vrbiũ Philisthiim, quinq. prouinciarum, ab vrbe murata, vsq. ad villam quæ erat absq. muro, & vsque ad Abel-magnum, super quem posuerunt arcam Dñi, quę erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis.
Percussit autem *de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcã Dñi: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in cõspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? Miseruntque nuntios ad habitatores Cariath-iarim, dicentes, Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite, & ¶reducite' eam ad vos.

Exo. 12, 31

¶Domini 1 MS. R. H.C.G.

¶Domini R.H.C.G.

*Domin° MS q. R.

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

CAP. VII.

1 VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam Dñi, & intulerũt eam in domum ¶ Abinadab' in Gabaa: Eleazarum autẽ filium eius sanctificaue-
2 rũt, vt custodiret arcã Dñi. Et factũ est, ex qua die mansit arca ¶ Dñi' in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus vicesimus: & requieuit omnis
3 domus Israël post Dominum. Ait autẽ Samuel ad vniuersam domum Israël, dicens, Si in toto corde vestro reuertimini ad Dñm, auferte deos alienos de medio vestri, ¶ Baalim' & Astaroth: & præparate corda vestra Dño, ‖ & seruite ei soli,
4 & eruet vos de manu Philisthiim. Abstulerunt ergo filij Israël Baalim & Asta-
5 roth, & seruierũt Dño soli. Dixit autem Samuël, Cõgregate vniuersum Israël in
6 Masphath, vt orem pro vobis Dñm. Et conuenerunt in Masphath: hauseruntq. aquam, & effuderunt in conspectu Dñi, & ieiunauerunt in die illa, atq. dixerunt ibi: Peccauimus Dño. Iudicauitq. Samuël
7 filios Israël in Masphath. Et audierunt Philisthiim quòd congregati essent filij Israël in Masphath, & ascenderũt satrapæ Philisthinorũ ad Israël. Quod cùm audissent filij Israël, timuerunt à facie Phi-
8 listhinorum. Dixeruntq. ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominũ Deũ nostrũ, vt saluet nos de manu Phi-
9 listhinorũ. Tulit autẽ Samuel agnũ lactentẽ vnũ, & obtulit illum holocaustũ integrũ Dño: & clamauit Samuel ad Dominũ pro Israël, & exaudiuit eum Dñs.
10 Factum est autẽ, cũ Samuel offerret holocaustum, Philisthiim iniêre prœlium contra Israël: intonuit autẽ Dns fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israël.
11 ‖ Egressique ¶viri' Israël de Masphath persecuti sunt Philisthæos, & percusserũt eos vsque ad locũ qui erat subter Beth-
12 char. Tulit autẽ Samuel lapidẽ vnũ, & posuit eum inter Masphath & inter Sen: & vocauit nomen ¶loci illius', Lapis-adiutorij. Dixitq. Hucusq. auxiliatus est no-
13 bis Dñs. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt vltrà vt venirẽt in terminos Israël. Facta est itaq. manus Dñi super Philisthæos, cunctis diebus Samue-
14 lis. Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthiim ab Israël, Israëli, ab Accaron vsq. Geth, & terminos suos: liberauitque Israël de manu Philisthinorũ, eratq. pax
15 inter Israël & Amorrhæũ. ¶Iudicabat' quoq. Samuel Israëlẽ cunctis diebus vitæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

suæ: & ibat per singulos annos circuiens 16
Beth-el & Galgala & Masphath, & iudi-
cabat Israëlem in supradictis locis. Re- 17
uertebaturq. in Ramatha: ibi enim erat
dom⁹ eius, & ibi iudicabat Israëlē: ædifi-
cauit etiā ibi altare Dño. CAP. VIII.
FActū est autē cùm senuisset Samuel, 1
posuit filios suos iudices* ⁊ Israël.
Fuitq. nomē filij eius primogeniti Ioël: 2
& nomen secundi Abia, iudicum in Ber-
sabee. Et nō ambulauerunt filij filius in 3
uiis eius: sed declinauerūt post auaritiā,
acceperuntq. munera, & peruerterūt iu-
diciū. Congregati ergo vniuersi maiores 4
natu Israël, venerūt ad Samuelem in Ra-
matha. Dixeruntq. ei, Ecce tu senuisti, 5
& filij tui nō ambulāt in viis tuis: ‖ con-
stitue nobis regē, vt iudicet nos, sicut &
vniuersæ habent nationes. Displicuitq. 6
sermo in oculis Samuelis, eo quòd dixis-
sent, Da nobis regē, vt iudicet nos. Et o-
rauit Samuel ad Dñm. Dixit aūt Dñs ad 7
Samuelē, Audi vocē populi in omnibus
quæ loquūtur tibi. nō enim te abiecerūt,
sed me, ne regnē super eos. Iuxta omnia 8
opera sua, quæ fecerunt a die qua eduxi
eos de Aegypto vsq. ad diē hāc: sicut de-
reliquerunt me, & seruierūt diis alienis,
sic faciunt etiā tibi. Nunc ergo vocē eo- 9
rū audi: verūtamen cōtestare eos, & prę-
dic eis ius regis qui regnaturus est super
eos. Dixit itaq. Samuel oīa verba Dñi 10
ad populū qui petierat a se regē, & ait, 11
Hoc erit ius regis qui imperatur⁹ est vo-
bis, Filios vestros tollet, & ponet in cur-
rib. suis, facietq. sibi equites & pręcurso-
res quadrigarū suarum, & cōstituet sibi 12
tribunos & cēturiones, & aratores agrorū
suorū, & messores segetū, & fabros armo-
rū & curruū suorū. Filias quoq. vestras 13
faciet sibi vnguētarias & focarias, & pa-
nificas. Agros quoq. vestros, & vineas, & 14
oliueta optima tollet, & dabit seruis suis.
Sed & segetes vestras, & vinearū reddit⁹ 15
addecimabit, vt det eunuchis & famulis
suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & 16
iuuenes optimos, & asinos auferet, & po-
net in opere suo. Greges-quoq.' vestros 17
addecimabit, vosq. eritis ei serui. Et cla- 18
mabitis in die illa à facie regis vestri quē
elegistis vobis: & nō exaudiet vos Dñs in
die illa, -qa petistis vobis regē'. Noluit 19
aūt populus audire vocē Samuelis, sed di-
xerūt, Nequaquā. rex enim erit sup nos,
& erimus nos quoq. sicut omnes gētes: 20
& iudicabit nos rex noster, & egredietur
ante nos, & pugnabit bella nostra pro nō-
bis. Et audiuit Samuel omnia verba po- 21
puli, & locutus est ea in aurib. Dñi. Dixit 22
aūt Dñs ad Samuelē, Audi vocē eorū, &
constitue super eos regem. Et ait Samuel
ad viros Israël, Vadat vnusquisque in ci-
uitatem suam. CAP. IX.
ERat vir de Bē-iamin nomine Cis, 1
fili⁹ Abi-el, filij ⁂Seor', filij Bechorath,
⁂filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robo-
re. Et erat ei filiꝰ vocabulo Saul, electus 2
& bonus: & non erat vir de filiis Israël
melior illo. ab humero & sursum emi-
nebat super omnē populū. Perierāt au- 3
tem asinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad
Saul filiū suū, Tolle tecū vnū de pueris,
& consurgens vade, & quære asinas. Qui
cùm transissent per montē Ephraim, & 4
per Terrā-Salisa, & nō inuenissent, trā-
sierunt etiā per Terrā-Salim, & non erāt:
sed & per Terrā-Iemini, & minimè re-
pererunt. Cùm autē venissent in Terrā- 5
Suph*, dixit Saul ad puerū* qui erat cum
eo: Veni & reuertamur, ne fortè dimise-
rit pater meus asinas, & solicitus sit pro
nobis. Qui ait ei, Ecce vir Dei est in ci- 6
uitate hac, vir nobilis: omne quod loqui-
tur, sine ambiguitate venit. nūc ergo ea-
mus illuc, si fortè indicet nobis de via no-
stra propter quā venimus. Dixitq. Saul 7
ad puerū suū, Ecce ibimus: quid feremus
ad virū-Dei'? panis defecit in cistartiis
nostris: & sportulā nō habemꝰ, vt demus
homini Dei, nec quicquā aliud. Rursum 8
puer respōdit Sauli, & ait, Ecce inuēta est
in manu mea quarta pars staterīs argēti,
demus homini Dei, vt indicet nobis viā
nostram. (Olim in Israël sic loquebatur 9
vnusquisq. vadens cōsulere Deū: Venite,
& eamus ad Videtē. Qui enim Propheta
dicitur hodie, vocabatur olim Videns.)
Et dixit Saul ad puerū suum, Optimus 10
sermo tuus: veni, eamus. Et ierunt in ci-
uitatē in qua erat vir Dei. Cumq. ascē- 11
derent cliuū ciuitatis, inuenerunt puellas
egredientes ad hauriendam aquā, & dixerūt
eis, Num hîc est Videns? Quæ respon- 12
dentes, dixerūt illis, Hic est: ecce ante te.
festina nūc: hodie enim venit in ciuitatē,
quia sacrificium est hodie ⁂populi' in ex-
celso. Ingredientes vrbē, statim inueni- 13
tis eū antequā ascendat excelsum ad ve-
scendū. neq. enim comesturus est populꝰ
donec ille veniat: quia ipse ⁂benedicet'
hostiæ, & deinceps ⁂comedēt' qui vocati
sunt. Nūc ergo conscēdite, quia hodie re-
pietis eum. Et ascēderunt in ciuitatē. 14
Cūq. illi ambularet in medio vrbis, ap-
paruit Samuel egrediens obuiam eis, vt
ascēderet in excelsum. (‖ Dñs aūt reuela 15
uerat aurieulā Samuelis ante vnā diē quā
venirēt Saul, dicens: Hac ipsa hora, quæ 16
nūc est, cras mittā virum ad te de Terra-
Ben-iamin, & vnges eum ducē super po-
pulū meū Israël: & saluabit populū meū
de manu Philisthinorū: qa respexi popu-
lū meū, venit enim clamor eorū ad me.)
Cumq. aspexisset Samuel Saulem, Dñs 17
dixit ei, Ecce, vir quē dixeram tibi, iste
dominabitur populo meo. Accessit aūt 18
Saul ad Samuelē in medio portæ, & ait,
Indica, oro, mihi, vbi est domus Videtis.
Et respōdit Samuel Sauli, dicens, Ego 19
sum Videns. ascēde ante me in excelsum,
vt ⁂comedatis' mecū hodie, & dimittā te
manè: & omnia quæ sunt in corde tuo,

* in MS. R. ⁊ tū ipse Samuēl.

Osee 9, 14. 13, 10. Act. 13, 21.

-4 MS. H. C. A G. Autem exprimitur.

-9 MS. R. B. H. C. G. Verum A G. q legitur.

⁂Serer H. C. G.

⁂filij Sareth o.

* & non inueniſſent o ⁊ ſuum 6 MS. B. H. C. G.

-7 MS. Hier. B. H. A G. autē legitur.

⁂populo 3 MS. Hier. H. C. G.

⁂benedicit MS. B. C. G.

⁂comedūt MS. B. C. G. Futuris aūt vtitur H. Act. 13, 21.

⁂comedas MS. B. G.

Pro Textu autem faciunt R. H. & C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne solicitus sis, quia inuētæ sunt. Et cuius erūt optima quæque Israël? nónne tibi & omni domui patris tui? Respondens autē Saul, ait, Nūquid nō filius Iemini ego sum de minima tribu Israël, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Ben-iamin? quare ergo locutus es mihi sermonē istū? 20 21

Assumēs itaq. Samuel Saulē & puerum eius, introduxit eos in triclinīū, & dedit eis locū in capite eorū qui fuerāt inuitati. erāt enim quasi triginta viri. Dixitq. Samuel coco, Da partē quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te. 22 23

Leuauit aūt cocus armū, & posuit ante Saul. Dixitq. Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatū est tibi, quādo populū vocaui. Et comedit Saul cū Samuele in die illa. Et descenderūt de excelso in oppidū, & locutus est cū Saule in solario: ⌐ strauitq. Saul in solario, & dormiuit'. Cūq. manè surrexissent, & iam ‖ eluceſceret', vocauit Samuel Saulē in solario, dicēs, Surge, ‖ vt' dimittam te. Et surrext Saul: egressiq. sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. Cumq. descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & trāseat: tu autem subsiste paulisper, vt indicē tibi verbum ‖ Domini'. 24 25 26 27

⌐ 5 MS. R. B. H. C. Q. n.
‖ dies luceſceret MS. R.
‖ manè aſcenderet H. C. G.
‖ & R. H. C. G.

CAP. X.

TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eū, & ait, ‖ Ecce, vnxit te Dns super hæreditatē suam in principē, ⌐ & liberabis populū suū de manibus inimicorū eius qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signū, qa vnxit te Deus in principē'. 1

Cùm abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrū Rachel in finibus Ben-iamin, in Meridie*, dicentq tibi, Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirēdas: & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? Cūq. abieris inde, & vltrà trāsieris, & veneris ad quercum Thabor, inueniēt te ⌐ ibi' tres viri ascendentes ad Deū in Beth-el, vnus portās tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenā vini. Cūq. te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorū: & cùm ingressus fueris ibi vrbem, obuiū habebis gregem prophetarū descendentium de excelso, & ante eos psalterīū & tympanū, & tibiam, & citharam: ipsosq. prophetātes. Et insiliet in te Spiritus Dñi, & prophetabis cū eis, & mutaberis in virū aliū. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumq inuenerit manus tua, quia ‖ Dns' tecum est. Et descendes ante me in Galgala: (ego quippe descēdam ad te) vt offeras oblationē, & immoles victimas pacificas: septē diebus expectabis, donec 2 3 4 5 6 7 8

*salientes magnas foueas MS. G. Q. n.
⌐ MS q. R.
‖ Deus r MS. R. H. G.

veniam ad te, & ostendā tibi quid facias.

9 Itaq. cùm auertisset humerū suum, vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerūt omnia signa hæc in die
10 illa. Veneruntq. ad prædictū collem, & ecce cuneus prophetarū obuius ei: & insiluit super eū Spiritus ‖ Dñi', & prophe-
11 tauit in medio eorū. Videntes autē omnes qui nouerāt eū heri & nudiustertius, quòd esset cū prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicē, Quænā res accidit fi-
12 lio Cis? nū & Saul inter prophetas? Respondit q. alius ad alterū, dicens, Et ‖ quis' pater ‖ eius'? propterea à versum est in prouerbium, Num & Saul inter prophetas?
13 Cessauit autem prophetare, & venit ad
14 excelsum. Dixitq. patruus Saul ad eū, & ad puerum eius, Quò abistis? Qui respōderunt, Quærere asinas: quas cùm nō re-
15 perissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid
16 dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum suū, Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autē regni non indicauit ei quē locut' fuerat ei Samuel.
17 Et cōuocauit Samuel populum ad Do-
18 minū in Maspha: & ait ad filios Israël, Hæc dicit Dns Deus Israël, Ego eduxi Israël de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omnīū regum
19 qui affligebāt vos. Vos autē hodie proiecistis Deū vestrū, qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis, Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Dño per tribus vestras, & per familias.
20 Et applicuit Samuel omnes tribus Israël, & cecidit sors tribus Ben-iamin.
21 Et applicuit tribū Bē-iamin & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri, & peruenit vsq. ad Saul filium Cis. Quæsierūt ergo eū, & nō est inuentus*. Et con-
22 suluerūt post hæc Dñm vtrum nam venturus esset illuc. Respondit que Dns, Ecce
23 absconditus est domi. Cucurrerunt itaq. & tulerūt eum inde: stetitq. in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab
24 humero & sursum. Et ait Samuel ad omnē populū, Certè videtis quem elegit Dns, quoniā non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, &
25 ait, ‖ Viuat rex. Locutus est aūt Samuel ad populū legē regni, & scripsit in libro, & reposuit corā Dño: & dimisit Samuel omnem populū, singulos in domū suam.
26 Sed & Saul abiit in domū suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quo-
27 rum tetigerat Deus corda. Filij verò Belial dixerunt, Nū saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

*foueas MS. G. Q. n.

CAP. XI.

1 ET ⌐ factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes-Galaad. Dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas,

Habeto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi.
Et respondit ad eos Naas Ammonites, 2
In hoc feriâ vobiscũ fœdus, vt eruã omniũ vestrũ oculos dextros, ponamq. vos opprobriũ in vniuerso Israël. Et dixerunt ad eũ seniores Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nuntios ad vniuersos terminos Israël: & si nõ fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis: & locuti sunt verba ~ hæc' audiẽte populo: & leuauit omnis populus vocẽ suam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat, sequẽs boues de agro, & ait, Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerũt ei verba virorũ Iabes. Et insiliuit Spiritus "Dñi' 6
in Saul, cùm audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. Et assumẽs virũq. 7
bouẽ, concîdit in frusta, misitq. in omnes terminos Israël per manum nuntiorum, dicens, Quicumq. nõ exierit, & secutus fuerit Saul & Samuël, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Dñi populũ, & egressi sunt quasi vir vnus. Et recen- 8
suit eos in Bezec: fueruntque filiorũ Israël trecẽta millia; virorũ autẽ Iuda triginta millia. Et dixerũt nuntiis qui ve- 9
nerãt, Sic dicetis viris qui sunt in Iabes-Galaad, Cras erit vobis salus, cũ incaluerit sol. Venerũt ergo nuntij, & annuntiauerunt viris Iabes: qui lætati sunt. Et 10
dixerũt, Manè exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et 11
factũ est, cùm dies crastinus venisset, cõstituit Saul populũ in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammõ vsq. dũ incalesceret dies: reliqui autẽ dispersi sunt, ita vt nõ relinquerentur in eis duo pariter.
¶ Et ait populus ad Samuëlẽ, Quis est 12
iste q̃ dixit, Saul nũ regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait 13
Saul, Non occidetur quisquã in die hac, quia hodie fecit Dñs salutem in Israël.
Dixit autẽ Samuël ad populũ, Venite, 14
& eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in 15
Galgala, & fecerunt ibi regẽ Saul coram Dño in Galgala, & immolauerũt ibi victimas pacificas cõram Dño. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israël nimis.

CAP. XII.

DIxit autẽ Samuel ad vniuersum Israël, Ecce audiui vocẽ vestrã iuxta 1
omnia quæ locuti estis ad me, & cõstitui super vos regẽ. Et nũc rex graditur ante 2
vos: ego autẽ senui, & incanui: porrò filij mei vobiscũ sunt: itaq. conuersatus corã vobis ab adolescentia mea vsq. ad hanc diẽ, eccę præsto sum. ¶ Loquimini 3
de me corã Dño, & corã christo ei?, vtrũ bouẽ cuiusquã tulerim aut asinũ: si quẽpiã calũniatus sum; si oppressi aliquẽ: si de manu cuiusquã munus accepi: & cõtemnã illud hodie, restituãq. vobis. Et 4
dixerũt, Nõ es calũniatus nos, neq. oppressisti, neque tulisti de manu alicuius
5 quippiã. Dixitq. ad eos, Testis est Dñs aduersum vos, & testis christus eius in die hac, quia nõ inueneritis in manu mea
6 quippiã. Et dixerunt, Testis. Et ait Samuël ad populũ, Dñs qui fecit Moysen & Aarõ, & eduxit patres nostros de Ter-
7 ra-Aegypti, ~ "adest'. Nunc ergo state, vt iudicio contendã aduersum vos corã Dño de omnib⁹ misericordiis Dñi, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris:
8 ¶ quomodo Iacob ingressus est in Aegyptum, & clamauerunt patres vestri ad Dñm: & misit Dñs Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto: & col-
9 locauit eos in loco hoc. ¶ Qui obliti sũt Dñi Dei sui, & tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ *Hasor, & in manu Philisthinorũ, & in manu regis Moab, &
10 pugnauerunt aduersum eos. Posteà autem clamauerunt ad Dñm, & dixerunt, Peccauimus, quia dereliquimus Dñm, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nũc ergo erue nos de manu inimicorũ nostrorũ, &
11 seruiemus tibi. Et misit Dñs Ierobáal & Badan ~ & Samson', & Barac, & Iephte, & Samuël, & eruit vos de manu inimicorũ vestrorũ per circuitũ, & habita-
12 stis cõfidẽter. Vidẽtes autẽ quòd Naas rex filiorum Ammõ veniisset aduersum vos, dixistis mihi, Nequaquã, sed rex imperabit nobis: cùm Dñs Deus vester re-
13 gnaret in vobis. Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce
14 dedit vobis Dñs regem. Si timueritis Dñm, & seruieritis ei, & audieritis vocẽ eius, & nõ exasperaueritis os Dñi: eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequen-
15 tes Dñm Deũ vestrũ. si autẽ nõ audieritis vocẽ Dñi, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Dñi super vos, &
16 super patres vestros. Sed & nunc state, & videte rẽ istã grandẽ, quã facturus est
17 Dñs in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dñm, & dabit voces & pluuias: & scietis, & videbitis quia grande malũ feceritis vobis in cõspectu Dñi, petẽtes super vos regẽ.
18 Et clamauit Samuël ad Dñm, & dedit
19 Dñs voces & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dñm, & Samuëlẽ, & dixit vniuersus populus ad Samuelẽ, Ora pro seruis tuis ad Dñm Deũ tuũ, vt nõ moriamur. addidimus enim vniuersis peccatis nostris malũ, vt pete-
20 remus nobis regẽ. Dixit autem Samuel ad populũ, Nolite timere, vos feciſtis vniuersum malũ hoc: verumtamẽ nolite recedere à tergo Dñi, sed seruite Dño in
21 omni corde vestro. Et nolite declinare post vana, quæ nõ proderunt vobis, neq.
22 eruẽt vos, quia vana sunt. Et nõ derelinquet Dñs populũ suũ, propter nomen suũ magnũ: quia iurauit Dñs facere vos
23 sibi populũ. Absit autẽ à me hoc peccatũ in Dño, vt cessem orare pro vobis, &

~ 9 MS. H. C. "resti G.

Gene. 46, 5.

Iudi. 4, 2.

*regis MS. G. At à R. H. & C. nõ agnoscitur.

~ 13 MS. R. Hier. H. G. Paraphrastes autem C. recenset qui dẽ sub hoc nomine Samsonem; verũ, quis hoc loco Badan dicatur, exponens. Tres sunt Latini libri, qui Barac non annumerant. His Hier. H. & C. suffragantur, nam G. pro Badã, Barac nominant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

docebo vos viã bonã & rectã. Igitur ti- 24
–2 MS. H. C. *legitur autem* R. & G.
mete Dñm, & seruite ei in veritate, –& ex toto corde vestro. vidistis enim ma-
gnifica quæ in vobis gesserit*. Quòd si 25
*Dominus MS. R. G.
perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis. CAP. XIII.
A C. *autẽ* & H. *non exprimitur.*
Filius vnius anni erat Saul cũ regnare 1
Inf. 15, 15.
cœpisset, duobus autẽ annis regnauit sup Israël. Et elegit sibi Saul tria millia 2
de Israël: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Beth-el: mille autem cũ Ionatha in Gabaa Ben-iamin.
porrò cæterũ populũ remisit vnũquemq. in tabernacula sua. Et percussit Iona- 3
chas stationẽ Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cùm audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicẽs, Audiãt Hebræi. Et vniuersus Israël au- 4
diuit huiuscemodi famã, Percussit Saul
*Et HC. G. ‖autem 1 MS.
stationẽ Philisthinorũ: & erexit se Israël aduersus Philisthiim. *Clamauit ‖ergo' populus post Saul in Galgala. Et Phili- 5
sthiim cõgregati sunt ad prœliãdũ cõtra Israël, triginta millia curruũ, & sex millia equitũ, & reliquũ vulgus, sicut arena que est in littore maris plurima. Et ascẽ-
dentes castrametati sunt in Machmas ad Orientẽ Beth-auẽ. Quod cùm vidissent 6
viri Israël se in arcto positos, (afflictus enim erat populus) abscõderũt se in spe-
luncis, & in abditis, in petris quoq. & in antris, & in cisternis. Hebrei aũt transie- 7
– 13 MS. B. H. *Exprimitur autem à* R. & G.
rũt Iordanẽ –in' Terrã Gad & Galaad. Cumq. adhuc esset Saul in Galgala, vni-
uersus populus perterritus est, qui sequebatur eũ. Et expectauit septẽ diebus iu- 8
‖placitũ' xta Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsusq. est popul⁹ ab eo. Ait ergo Saul, Afferte mihi holocau- 9
‖pacum MS.
stum, & pacifica. Et obtulit holocaustũ.
Cumq. cõpleret offerẽs holocaustum, 10
ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiã ei, vt salutaret eũ. Locutúsq, est ad 11
eũ Samuel, Quid fecisti? Respondit Saul, Quia vidi quòd popul⁹ dilaberetur à me, & tu nõ veneras iuxta placitos dies, por-
rò Philisthiim cõgregati fuerãt in Mach-
mas: dixi, Nunc descendẽt Philisthiim 12
ad me in Galgala, & faciẽ Dñi nõ placaui. Necessitate cõpulsus, obtuli holocau-
stũ. Dixitq. Samuel ad Saul, Stultè egi- 13
sti, nec custodisti mãdata Dñi Dei tui, quę præcepit tibi. Quod si nõ fecisses, iã nũc
præparasset Dñs regnũ tuũ super Israël in sempiternũ, sed nequaquã regnũ tuũ 14
Act. 13, 22.
vltrà cõsurget. Quæsiuit Dñs sibi virum iuxta cor suũ: & præcepit ei Dñs, vt esset dux super populũ suũ, eò quòd nõ seruaueris quæ præcepit Dñs. Surrexit autẽ 15
– 10 MS. R. H. C. G. *Legitur autem in* G q.
Samuel, & ascẽdit de Galgalis in Gabaa Bẽ-iamin. – Et reliqui populi ascenderũt post Saul obuiã populo, qui expugnabãt eos veniẽtes de Galgala in Gabaa, in colle Ben-iamin'. Et recẽsuit Saul populũ, qui inuenti fuerãt cũ eo, quasi sexcentos viros. Et Saul & Ionathas filius eius, 16

populúsq. qui inuẽtus fuerat cũ eis, erat in Gabaa Ben-iamin: porrò Philisthiim
17 cõsederãt in Machmas. Et egressi sunt ad ‖prœliandũ' de castris Philisthinorũ tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra
18 viã ‖Ephra' ad Terrã-‖Sual'. porrò alius ingrediebatur per viã Beth-horõ. tertius autẽ verterat se ad iter termini – in Ter-
ra-Sabaa' imminẽtis valli Seboim cõtra
19 desertũ. Porrò faber ferrarius nõ inue-
niebatur in omni Terra-Israël. cauerant enim Philisthiim, ne fortè facerent He-
20 bræi gladiũ aut lanceã. Descẽdebat ergo omnis Israël ad Philisthiim, vt exa-
cueret vnusquisq. vomerẽ suũ, & ligonẽ,
21 & securim* & sarculũ. Retusæ itaq. erãt acies vomerũ, & ligonũ, & tridentum, & securiũ, vsq. ad stimulum corrigendum.
22 Cumq. venisset dies prœlij, nõ est in-
uentus ensis & lãcea in manu totius po-
puli qui erat cũ Saule & Ionatha, exce-
23 pto Saul & Ionatha filio eius. Egressa est autẽ statio Philisthiim, vt trãscẽderet in Machmas. CAP. XIIII.
1 ET accidit in quadã die vt diceret Io-
nathas filius Saul ad adolescentẽ ar-
migerũ suũ, Veni, & transeamus ad sta-
tionẽ Philisthinorũ, quæ est trans locum illũ. Patri autẽ suo hoc ipsum nõ indica-
2 uit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranato, quæ erat in ‖agro Gabaa': & erat populus cum eo
3 quasi sexcentorũ virorũ. Et Achias fi-
lius Achitob fratris Icha-bod ‖filij Phi-
nees, ‖ qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Dñi in Silo, portabat ephod. Sed & po-
4 pul⁹ ignorabat quò isset Ionathas. Erãt autem inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas trãsire ad stationẽ Philisthino-
rũ, eminentes petræ ex vtraq. parte, & quasi in modũ dentiũ scopuli hinc inde
prærupti, nomẽ vni Boses, & nomẽ alte-
5 ri Sene: vnus scopulus prominẽs ad Aquilonẽ ex aduerso Machmas, & alter ad
6 Meridiẽ cõtra Gabaa. Dixit autẽ Iona-
thas ad adolescentẽ armigerũ suũ, Veni, trãseamus ad stationẽ incircũcisorũ ho-
rũ, si fortè faciat Dñs pro nobis: quia nõ est Dño difficile saluare vel in multis, vel
7 in paucis. Dixitq. ei armiger suus, Fac oĩa quæ placẽt animo tuo: perge quò cu-
8 pis, – &' ero tecũ vbicumq. volueris. Et ait Ionathas, Ecce nos trãsimus ad viros
9 istos. Cumq. apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec ve-
niamus advos: stemus in loco nostro, nec
10 ascendamus ad eos. Si autem dixerint, Ascendite ad nos: ascendamus, quia tra-
didit eos Dñs in manibus nostris, *hoc
11 erit nobis signũ. Apparuit igitur vterq. stationi Philisthinorũ: dixeruntq. Phi-
listhiim, En Hebræi egrediuntur de ca-
12 uernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione ad Ionathã, &
ad armigerũ eius, dixerũtque, Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rem. Et ait

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ionathas ad armigerū ſuū, Aſcendamus, ſequere me: tradidit enim Dñs eos in manus Iſraël. Aſcendit autē Ionathas 13
manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt eū. Itaq. * alij cadebāt ante Ionathā, alios armiger eiꝰ interficiebat ſequens eū. Et facta eſt plaga prima, qua 14
percuſsit Ionathas & armiger eius, quaſi viginti virorū in media parte iugeris, quā par boū in die arare conſueuit. Et factū 15
eſt miraculū in caſtris, ⁊ &ꝰ per agros: ſed & omnis populus ſtationis eorū, qui ierant ad prædandū, obſtupuit, & cōturbata ⁊ſunt caſtra': & accidit quaſi miracu-
lū à Deo. Et reſpexerunt ſpeculatores 16
Saul, qui erāt in Gabaa Ben-iamin, & ecce multitudo proſtrata, & huc illucque diffugiēs. Et ait Saul populo qui erat cū 17
eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cumq. requiſiſſent, repertū eſt nō adeſſe Ionathā. '& armigerū eius. Et ait 18
Saul ad Achiā, Applica arcā ⁊Dñi'. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cū filiis Iſraël.) Cumq. loqueretur Saul ad ſacer- 19
dotē, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorū: creſcebatq. paulatim, & clarius ⁊reſonabat'. Et ait Saul ad ſacerdotē, Cōtrahe manū tuā. Cōclama- 20
uit ergo Saul, & omnis populus qui erat cū eo, & venerūt vſq. ad locū certaminis: & ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſq. ad proximū ſuū, & cædes magna nimis. Sed & Hebræi qui fuerāt cū Phi- 21
liſthiim heri & nudiuſtertius, aſcenderātq. cū eis in caſtris, reuerſi ſunt, vt eſſēt cū Iſraël, *qui ⁊erāt' cū Saul & Ionatha.
Omnes quoq. Iſraëlitæ qui ſe abſcon- 22
derāt in mōte Ephraim, audientes quòd fugiſſent Philiſthæi, ſociauerunt ſe cum ſuis in prœlio. ⁻ Et erāt cum Saul, quaſi decē millia virorū'. Et ſaluauit Dñs in 23
die illa Iſraël. pugna autē peruenit vſque ad Beth-auē. Et viri Iſraël ſociati ſunt 24
ſibi in die illa: adiurauit autē Saul populū, dicēs, Maledictus vir qui cōederit panē vſq. ad veſperā, donec vlciſcar de inimicis meis. Et nō māducauit vniuerſus populus panē: omneq. terræ vulgus ve- 25
nit in ſaltū, in quo erat mel ſuper faciē agri. Ingreſſus eſt itaque populus ſaltū, 26
& apparuit fluēs mel, nulluſq. applicuit manū ad os ſuū, timebat enim populus iuramentū. Porrò Ionathas nō audierat 27
cū adiuraret pater eius populū: extēditq. ſummitatē virgæ quā habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manū ſuā ad os ſuū, & illuminati ſunt oculi eius. Reſpondenſq. vnus de po- 28
pulo, ait, Iureiurādo cōſtrinxit pater tuꝰ populū, dicēs, Maledictus vir qui comederit panē hodie (defecerat autē populus.) Dixitq. Ionathas, Turbauit pater 29
meus terrā: vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi mei: eò quòd guſtauerim paululū de melle iſto: quantò magis ſi cō- 30
ediſſet populus de præda inimicorū ſuorum, quā reperit? nónne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthiim? Percuſſerunt 31
ergo in die illa Philiſthæos à Machmis vſq. in Aialō. Defatigatus eſt autē populus nimis: & verſus ad prædā tulit oues, 32
& boues, & vitulos, & mactauerūt in terra: comeditque populus cum ſanguine.
Nuntiauerūt autē Sauli dicētes quòd 33
populus peccaſſet Dño, comedens cum ſanguine. Qui ait, Præuaricati eſtis: voluite ad me iā nūc ſaxū grande. Et dixit 34
Saul, Diſpergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnuſquiſq. bouem ſuū & arietē, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & nō peccabitis Dño comedentes cū ſanguine. Adduxit itaq. omnis populus vnuſquiſq. bouem in manu ſua 35
vſq. ad noctē: & occiderunt ibi. Aedificauit autē Saul altare Dño; tuncq. primū 36
cœpit ædificare altare Dño. Et dixit Saul, Irruamus ſuper Philiſthæos nocte, & vaſtemus eos vſquedū illuceſcat manè, nec relinquamus ex eis virū. Dixitq. populus, Omne quod bonū videtur in oculis tuis, fac. Et ait ſacerdos, Accedamꝰ 37
huc ad Deū. Et conſulait Saul ⁊Dñm', Num perſequar Philiſthiim? ſi trades eos in manus Iſraël? Et nō reſpōdit ei in die 38
illa. Dixitq. Saul, Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote, & videte 39
per quē acciderit peccatū hoc hodie. Viuit Dñs ſaluātor Iſraël, quia ſi per Ionathā filiū meum factum eſt*, abſq. retractatione morietur. Ad quod nullus cōtra- 40
dixit ei de omni populo. Et ait ad vniuerſum Iſraël, Separamini vos in partē vnā, & ego cū Ionatha filio meo ero in parte altera. Reſpōditq. populus ad Saul, Quod bonū videtur in oculis tuis, fac.
Et dixit Saul ad Dñm Deum Iſraël, 41
⁻ Dñe Deus Iſraël da indicium, quid eſt quòd nō reſponderis ſeruo tuo hodieꝰ Si in me aut in Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc, da oſtenſionē: aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo' da ſanctitatem. Et deprehenſus eſt Ionathas, & Saul, po- 42
pulus autē exiuit. Et ait Saul, Mittite ſortē inter me, & inter Ionathā filiū meū. Et captus eſt Ionathas. Dixit autē Saul 43
ad Ionathā, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Guſtans guſtaui in ſummitate virgę, quę erat in manu mea, paululū mellis, & ecce ego mo- 44
ror? Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deꝰ, & hæc addat, quia morte moriēris Ionatha.
Dixitq. populus ad Saul, Ergóne Iona- 45
thas morietur, qui fecit ſalutē hāc magnā in Iſraël? hoc nefas eſt: viuit Dñs, ſi ceciderit capillꝰ de capite eius in terrā, quia cū Deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionathā, vt non moreretur.
Receſsitq. Saul, nec perſecutus eſt Phi- 46
liſthiim: porrò Philiſthiim abierunt in loca ſua. Et Saul cōfirmato regno ſuper 47
Iſraël, pugnabat per circuitum aduerſum oēs inimicos eius, contra Moab, & filios

⁊Deum 1 MS. R. H. G.

*hoc 4 MS. H. C.

⁻ 3 MS. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ammon, & Edō, & reges Soba, & Philisthæos: & quocunq. se verterat, superabat. Cōgregatoq. exercitu percussit Amalec, & eruit Israël de manu vastatorū eiº. Fuerūt autē filij Saul, Ionathas, & Iessui, & Melchi-sua: & nomina duarū filiarū eius, nomē primogenitæ Merob, & nomē minoris Michol. Et nomē vxoris Saul, Achinoā filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

Erat autē bellū potēs aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quēcūq. viderat Saul virū fortē, & aptū ad prœliū, sociabat eū sibi. CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul, Me misit Dñs, vt vngerē te in regē super populū eiº Israël: nunc ergo audi vocē Dñi: Hæc dicit Dñs exercituū, Recensui quæcunq. fecit Amalec Israëli: ‖ quomodo restitit ei in via cùm ascēderet de Aegypto. Nūc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eiº: nō parcas ei, ← & nō cōcupiscas ex rebus ipsius aliquidº: sed interfice à viro vsq. ad mulierē, & paruulū atq. lactentē, bouē & ouē, camelū & asinū. Præcepit itaq. Saul populo, & recēsuit eos quasi agnos: ducenta millia peditū, & decē millia virorū Iuda. Cumq. veniisset Saul vsque ad ciuitatē Amalec, tetendit insidias in torrēte. Dixitq. Saul Cinæo, Abite, recedite, atque discedite ab Amalec: ne fortè inuoluātecū eo. tu enim fecisti misericordiā cū omnibus filiis Israël, cùm ascenderēt de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. Percussitq. Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti. Et apprehendit Agag regē Amalec viuum: omne aūt vulgus interfecit in ore gladij.

Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouiū & armentorū, & vestibus, & arietibº, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt dispergere ea. quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Factū est autē verbū Dñi ad Samuel, dicens, Pœnitet me quòd constituerim Saul regē: quia dereliquit me, & verba mea opere nō implevit. Cōtristatusque est Samuel, & clamauit ad Dñm tota nocte. Cumq. de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul manè, nūciatū est Samueli, eo quòd venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus transisset: descendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & ← Saul offerebat holocaustū Dño de initiis prædarū quæ attulerat ex Amalec. Et cùm venisset Samuel ad Saulº, dixit ei Saul, Benedictº tu Dño, impleui verbum Dñi. Dixitq. Samuel, Et quæ est hæc vox gregū quæ resonat in auribus meis, & armentorū quā ego audio? Et ait Saul, De Amalec adduxerūt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armētis vt immolarētur Dño Deo tuo, reliqua verò occidimº.

Ait autē Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dñs ad me nocte. Dixitque ei, Loquere. Et ait Samuel, ‖ Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? vnxitq. te Dñs in regē super Israël, & misit te Dñs in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis cōtra eos vsq. ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocē Dñi: sed versus ad prædā es, & fecisti malū in oculis Dñi? Et ait Saul ad Samuēlem, Imò audiui vocē Dñi, & ambulaui in via per quā misit me Dñs, & adduxi Agag regē Amalec, & Amalec interfeci. Tulit autē de præda populus oues & boues primitias eorū quæ cæsa sunt, vt immolet Dño Deo ᵂsuoᵂ in Galgalis. Et ait Samuel, Numquid vult Dñs holocausta & victimas, & nō potius vt obediatur voci Dñi? Melior est enim obedientia quā victimę: & auscultare magis quā offerre adipem arietū. quoniā quasi peccatū ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatrię, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonē Dñi, abiecit te ← Dñsᵗ ne sis rex. Dixitq. Saul ad Samuelē, Peccaui, quia præuaricatº sum sermonē Dñi, & verba tua, timēs populū, & obediens voci eorū. Sed nunc porta quæso peccatū meū, & reuertere mecū vt adorē Dñm. Et ait Samuel ad Saul, Nō reuertar tecū, quia proiecisti sermonē Dñi, & proiecit te Dñs ne sis rex super Israël. Et cōuersus est Samuel vt abiret: ille autē apprehēdit summitatē pallij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eū Samuel, Scidit Dñs regnū Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porrò Triumphator in Israël nō parcet, & pœnitudine nō flectetur: neq. enim homo est vt agat pœnitentiā. At ille ait, Peccaui: sed nūc honora me corā senioribus populi mei, & corā Israël, & reuertere mecū, vt adorem Dñm Deū tuū. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulē: & adorauit Saul Dñm. Dixitq. Samuel, Adducite ad me Agag regē Amalec. Et oblatus est ei Agag ᵂpinguissimusᵂ ← tremensᵗ. Et dixit Agag, Siccine separat amara mors? Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladiº tuº, sic absq. liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concīdit eū Samuel corā Dño in Galgalis. Abiit autē Samuel in Ramātha: Saul verò ascēdit in domū suā in Gabaa*. Et nō vidit Samuel vltrà Saul vsque ad diē mortis suæ: verumtamē lugebat Samuel Saulē, quoniā Dñm pœnitebat, quòd cōstituisset regē Saul super Israël. CAP. XVI.

DIxitq. Dñs ad Samuelē, Vsquequo tu luges Saul, cū ego proiecerim eū ne regnet sup Israël? imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittā te ad Isai Bethlehemitē: puidi enim in filiis eiº mihi regē.

Et ait Samuel, Quomodo vadā? audiet enim

Exo. 17, 8.

← 8 MS. R. Hier. B. H. C. Verùm, Græci codices: Et deteſtaberis, legunt, eum, & vniuerſa eius.

← 8 MS. R. H. C. G. Sunt tamē exemplaria Græca, à quibus non confodiantur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim Saul, & interficiet me. Et ait Dñs, Vitulũ de armẽto tolles in manu tua, & dices, Ad immolãdũ Dño veni. Et vocabis Isai ad victimã, & ego ostẽdã tibi quid facias, & vnges quẽcũq. mõstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dñs. Venitq. in Beth-lehẽ, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrẽtes ei, dixeruntq., Pacificũsne est ingressus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolandum Dño veni, sanctificamini, & venite mecum vt immolẽ. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificiũ. Cũq. ingressi essent, vidit Eliab, & ait, Nũ corã Dño est christus eius? Et dixit Dñs ad Samuelẽ, Ne respicias vultũ eius, neque altitudinẽ staturę eius: quoniã abieci eũ, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parẽt, Dñs autẽ intuetur cor. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eũ corã Samuele. Qui dixit, Nec hunc elegit Dñs. Adduxit autẽ Isai Sãma. de quo ait, Etiã hũc nõ elegit Dñs. Adduxit itaq. Isai septẽ filios suos corã Samuele: & ait Samuel ad Isai, Nõ elegit Dñs ex istis. Dixitq. Samuel ad Isai, Nũquid iã cõpleti sunt filij? Qui respõdit, Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eũ: nec enim discũbemus prius quã huc ille veniat. Misit ergo, & adduxit eũ. Erat autẽ rufus, & pulcher aspectu, decoraq. facie: & ait Dñs, Surge, & vnge eum: ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eũ in medio fratrũ eius: & ‖ directus est Spiritus Dñi à die illa in Dauid, & deinceps: surgensque Samuel abiit in Ramátha. Spiritus autem Dñi recessit à Saul, & exagitabat eũ spiritus nequa, à Dño. Dixeruntque serui Saul ad eũ, Ecce spiritus Dei malus exagitat te. Iubeat dñs noster*, & serui tui qui corã te sunt, quærent hominẽ scientẽ psallere cithara; vt quando arripuerit te spiritus ᵃ Dñi malus, psallat manu sua, & leuiùs feras. Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquẽ benepsallentẽ, & adducite eũ ad me. Et respondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium Isai Bethlehemitẽ scientẽ psallere, & fortissimũ robore, & virũ bellicosum, & prudentẽ in verbis, & virũ pulchrũ: & Dñs est cũ eo. Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens, Mitte ad me Dauid filiũ tuũ, qui est in pascuis. Tulit itaq. Isai asinũ plenũ panibus, & lagenã vini, & hœdum de capris vnũ, & misit per manum Dauid filij sui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, & stetit corã eo: at ille dilexit eũ nimis, & factus est eius armiger. Misitq. Saul ad Isai, dicens, Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur quãdocunq. spiritus ᵃ Dñi malus 'arripiebat' Saul, Dauid tollebat citharã, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuiùs habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus.

CAP. XVII.

1 COngregãtes autẽ Philisthiim agmina sua in prœliũ, cõuenerunt in ᵃ Socho' Iudæ: & castrametati sunt inter ᵃ Socho' & Azeca in finibus Dõmim. 2 Porrò Saul & filij Israël congregati venerũt in Vallẽ-terebinthi, & direxerunt aciẽ ad 3 pugnandũ cõtra Philisthiim. Et Philisthiim stabãt super montẽ ex parte hac; & Israël stabat supra mõtẽ ex altera parte: vallisq. erat inter eos. 4 Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorũ nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex 5 cubitorũ & palmi: & cassis ærea super caput eius, & lorica hamata induebatur. porrò pondus loricæ eius, quinq. millia 6 siclorũ æris erat: & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat 7 humeros eius. hastile aũt hastæ eius erat quasi liciatoriũ texẽtiũ. ipsum aũt ferrũ hastæ eius sexcẽtos siclos habebat ferri: & 8 armiger eius antecedebat eũ. Stãsq. clamabat aduersum phalãgas Israël, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prœliũ? Nũquid ego nõ sum Philisthæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virũ, & descendat 9 ad singulare certamẽ. si quiuerit pugnare mecũ, & percusserit me, erimus vobis serui: si autẽ ego prævaluero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis 10 nobis. Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminibus Israël hodie, Date mihi virũ, & ineat mecũ singulare certamẽ. 11 Audiẽs autẽ Saul, & omnes Israëlitæ sermones Philisthæi, huiuscemodi, 12 stupebãt, & metuebãt nimis. Dauid aũt erat filius viri Ephrathæi, de quo ‖ suprà dictũ est, de Beth-lehẽ Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandæuus 13 inter viros. Abierunt autẽ tres filij eius maiores post Saul in prœliũ: & nomina triũ filiorũ eius, qui perrexerũt ad bellũ, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoq. Samma: 14 Dauid autẽ erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulẽ, 15 abiit Dauid, & reuersus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in 16 Beth-lehẽ. Procedebat verò Philisthæus manè & vesperé, & stabat quadraginta 17 diebus. Dixit autẽ Isai ad Dauid filium 18 suũ, Accipe fratrib. tuis ephi polẽtę, & decẽ panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decẽ formellas caseis has deferes ad tribunũ: & fratres tuos visitabis, si rectè agant: & cũ quibus ordinati sũt, 19 disce. Saul autẽ, & illi, & omnes filij Israël, in Valle-terebinthi pugnabãt aduersum Philisthiim. 20 Surrexit itaque Dauid manè, & cõmendauit gregẽ custodi: & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locũ Magála, & ad exercitũ qui egressus ad pugnã vociferatus erat in cer 21 tamine. Direxerat enim aciẽ Israël, sed & Philisthiim ex aduerso fuerant prępa- 22 rati. Derelinquẽs ergo Dauid vasa quæ

* Sochot MS. R. Gq. *Quæ autẽ in textu est lectio*, B. H. C. & G. *conformis est.*

Sup. 16, 18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locũ certaminis, & interrogabat si omnia rectè agerentur erga fratres suos. Cũq. adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascẽdens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorũ: & loquẽte eo hæc eadem verba audiuit Dauid. Omnes autẽ Israëlitæ, cùm vidissent virũ, fugerũt à facie eius, timẽtes eũ valde. Et dixit vnus quispiã de Israël, Nũ vidistis virũ hunc qui ascẽdit? ad exprobrandũ enim Israëli, ascẽdit. Virũ ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiã suam dabit ei, & domũ patris eius faciet absq. tributo in Israël. Et ait Dauid ad viros qui stabãt secũ, dicẽs, Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæũ hũc, & tulerit opprobrium de Israël? quis est enim hic Philisthæus incircũcisus qui exprobrauit ‖facies' Dei viuẽtis? Referebat aũt ei populus eundẽ sermonẽ, dicẽs, Hæc dabũtur viro qui percusserit eũ. Quod cùm audisset Eliab frater eius maior, loquẽte eo cũ aliis, iratus est cõtra Dauid, & ait, Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiã tuã, & nequitiã cordis tui: quia vt videres prœlium, descendisti. Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid nõ verbum est?

Et declinauit paululũ ab eo ad aliũ: dixitq. eundẽ sermonẽ. Et respõdit ei populus verbũ sicut prius. Audita sunt autẽ verba quæ locutus est Dauid, & annũtiata in cõspectu Saul. Ad quẽ cùm fuisset adductus, locutus est ei, Non concidat cor cuiusquã in eo: ego seruus tuus vadã, & pugnabo aduersus Philisthæũ. Et ait Saul ad Dauid, Nõ vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eũ: quia puer es, hic autẽ vir bellator est ab adolescentia sua. ‖ Dixitq. Dauid ad Saul, Pascebat seruus tuus patris sui gregẽ, & * veniebat leo ‖ vel' vrsus, & tollebat arietẽ de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebã, eruebamq. de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabã, interficiebãq. eos. Nã & leonẽ & vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. – Nũc vadã, & auferã opprobriũ populi: ‖ quoniã quis est iste Philisthæus incircuncisus? ‖ qui' ausus est maledicere exercitui Dei viuentis. Et ait Dauid, Dñs qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autẽ Saul ad Dauid, Vade, & Dñs tecũ sit. Et induit Saul Dauid vestimẽtis suis, & imposuit galeã æreã super caput eius, & vestiuit eũ lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestẽ suã, cœpit tentare si armatus posset incedere: nõ enim habebat cõsuetudinẽ. Dixitq. Dauid ad Saul, Nõ possum sic incedere, quia non vsum habeo. Et deposuit ea, & tulit baculum suũ quẽ semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in perã pastoralẽ quã habebat secũ, & fundã manu tulit: & processit aduersum Philisthæũ. ibat autẽ Philisthæus incedẽs, & appropinquãs aduersum Dauid, & armiger eius ante eũ. Cumq. inspexisset Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eũ. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthæus ad Dauid, Nũquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cũ baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in diis suis: dixitq. ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilib. cæli & bestiis terræ. Dixit autẽ Dauid ad Philisthæũ, Tu venis ad me cũ gladio, & hasta, & clypeo: ego autẽ venio ad te in nomine Dñi exercituũ, Dei agminum Israël, quibus exprobrasti ‖ hodie, & dabit' te Dñs in manu mea, & percutiã te, & auferã caput tuũ à te: & dabo cadauera castrorũ Philisthiim hodie volatilibus cæli, & bestiis terræ: vt sciat omnis terra quia est Deus in Israël. Et nouerit vniuersa ecclesia hæc quia nõ in gladio, nec in hasta saluat Dñs: ipsius enim est bellũ, & tradet vos in manus nostras. Cũ ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret cõtra Dauid, festinauit Dauid, & ‖ cucurrit' ad pugnã ex aduerso Philisthæi. Et misit manũ suũ in perã, tulitq. vnũ lapidẽ, & funda iecit, & – circunducẽs' percussit Philisthæũ in frõte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciẽ suã sup terrã. ‖ Preualuitq. Dauid aduersum Philisthæũ in funda & lapide, percussumq. Philisthæũ interfecit. Cumq. gladium nõ haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit super Philisthæũ, & tulit gladiũ eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eũ, preciditq. caput eius. Videntes autem Philisthiim, quòd mortuus esset fortissimus eorũ, fugerunt. Et cõsurgẽtes viri Israël & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philistæos vsq. dũ venirẽt in vallẽ, & vsq. ad portas Accarõ, ceciderunt q. vulnerati de Philisthiim in via Saraim, *vsque ad Geth, & vsq. ad Accaron. Et reuertẽtes filij Israël postquã persecuti fuerãt Philisthæos, inuaserunt castra eorũ. Assumens autẽ Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalẽ: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Eo autẽ tẽpore quo viderat Saul Dauid egredientẽ contra Philisthæũ, ait ad Abner principem militiæ, De qua stirpe descẽdit hic adolescẽs*? Dixitq. Abner, Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer. Cumque regressus esset Dauid percussõ Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habẽtẽ in manu*. Et ait ad eũ Saul, De qua progenie es ô adolescens?

Eccl. 47, 3. — *quãdo G.* ‖ *& B.H.* ‖ *& etiã C.* — *10 MS. R.B.H.C.G. Verùm à G q. agnoscuntur. Sup. 6.26.* — ‖ *quia 5 MS.H.C. Similiter autem Textui, legũt R.B. & G.* — *facieẽ MS. R.G. Textus autẽ, H. & C. cõformiter legit.* — ‖ *Hodie dabit MS.H.C. Textui rẽcõsonat R.B. & G.* — *cucurrit MS.R.* — *8 MS. H.C.G.* — *& MS. H.C.G.* — *Abner MS.B.H. C.G.* — *sua MS. R.H.C.G.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

leſcés? Dixitq. Dauid, Filius ſerui tui Iſai Beth-lehemitæ ego ſum. CAP. XVIII.
1 ET factũ eſt cùm compleſſet loqui ad Saul, anima Ionathæ cõglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas
2 quaſi animã ſuã. Tulitq. eũ Saul in die illa, & nõ conceſsit ei vt reuerteretur in
3 domũ patris ſui. Inierũt autẽ Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eũ quaſi
4 animã ſuã. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eã Dauid, & reliqua veſtimẽta ſua vſq. ad gla-
5 diũ & arcũ ſuũ, & vſque ad balteũ. Egrediebatur quoq. Dauid ad omnia quæcumque miſiſſet eũ Saul, & prudenter ſe agebat: poſuitq. eũ Saul ſuper viros bel-
6 li, & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximeq. in conſpectu famulorum Saul. Porrò cùm reuerteretur percuſſo
- 6 MS. R. B. H. C. G. Philiſtæo Dauid, & ferret caput eius in Ieruſalẽ, egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſraël, cantantes, choróſq. ducẽtes in occurſum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in ſiſtris. Et præcinebãt
7 mulieres ludentes, atque dicentes, Percuſsit Saul mille, & Dauid decẽ millia.
8 Iratus eſt autẽ Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque, Dederunt Dauid decẽ millia, & mihi mille dederũt: quid ei ſupereſt, niſi ſolũ regnum?
9 Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat
10 Dauid à die illa, & deinceps. Poſt diem autẽ alteram, inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & ꝓphetabat in medio domus ſuæ: Dauid autẽ pſallebat manu ſua, ſicut per
11 ſingulos dies. tenebatq. Saul lanceã, & miſit eã, putãs quòd cõfigere poſſet Dauid cũ pariete: & declinauit Dauid à fa-
12 cie eius ſecũdò. Et timuit Saul Dauid; eo quòd Dñs eſſet cũ eo, & à ſe receſsiſſet.
13 Amouit ergo eum Saul à ſe, & fecit eũ tribunũ ſuper mille viros: & egrediebatur, & intrabat in cõſpectu populi. In
14 omnibus quoq. viis ſuis Dauid prudẽter agebat, & Dñs erat cũ eo. Vidit itaque
15 Saul quòd prudens eſſet nimis, & cœpit cauere eũ. Omnis autem Iſraël & Iuda
16 diligebat Dauid: ipſe enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixitq. Saul
17 ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorẽ: tantummodo eſto vir fortis, & prœliare bella Dñi. Saul autẽ reputabat, dicẽs, Nõ ſit manus mea
- in eum 2 MS. [illegible] in eo', ſed ſit ſuper eũ manus Philiſthinorũ.
18 Ait autẽ Dauid ad Saul, Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris
19 mei in Iſraël, vt fiã gener regis? Factũ eſt autẽ tẽpus cùm deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadrieli Mola-
- Dilexit aũt Michol filia Saul altera Dauid. 7 MS. B. H. C. G. 20 thitæ vxor. Dilexit aũt Dauid Michol
21 filiã Saul alterã'. Et nuntiatum eſt Saul, & placuit ei. Dixitq. Saul, Dabo eã illi, vt fiat ei in ſcandalũ, & ſit ſup eũ manus
22 Philiſthinorũ. Dixitque Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mãdauit Saul ſeruis ſuis, Loquimi-
niad Dauid clã me, dicentes, Ecce places regi, & omnes ſerui eius diligũt te. Nunc
23 ergo eſto gener regis. Et locuti ſunt ſerui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc: & ait Dauid, Nũ parũ videtur vobis generũ eſſe regis? Ego autẽ ſum vir pau-
24 per & tenuis. Et renuntiauerunt ſerui Saul, dicentes, Huiuſcemodi verba locu-
25 tus eſt Dauid. Dixit aũt Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantùm centũ præputia Philiſthinorũ, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in
26 manus Philiſthinorũ. Cũq. renũtiaſſent ſerui eius Dauid verba quę dixerat Saul, placuit ſermo in oculis Dauid, vt fieret
27 gener regis. Et poſt paucos dies ſurgens Dauid, abiit *cũ viris qui ſub eo erãt. Et percuſsit ex Philiſthiim ducẽtos viros, & attulit eorũ præputia, & annumerauit ea regi, vt eſſet gener eius. Dedit itaq. Saul
28 ei Michol filiã ſuã vxorẽ. Et vidit Saul, & intellexit quòd Dñs eſſet cum Dauid.
29 Michol autẽ filia Saul, diligebat eũ. Et Saul magis cœpit timere Dauid: factúſq. eſt Saul inimicus Dauid cunctis diebus.
30 Et egreſsi principes Philiſthinorum. à principio autẽ egreſsionis eorũ, prudentius ſe gerebat Dauid, quã omnes "ſerui' Saul, & celebre factum eſt nomen eius nimis. CAP. XIX.
1 LOcutus eſt aũt Saul ad Ionathã filiũ ſuũ, & ad oẽs ſeruos ſuos, vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul
2 diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obſerua te quæſo manè, & manebis clam, & abſcõ-
3 dêris. Ego autẽ egrediẽs ſtabo iuxta patrẽ meũ in agro, vbicũq. "fuerit': & ego loquar de te ad patrẽ meũ: & quodcumq.
4 videro, nuntiabo tibi. Locutus eſt ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem ſuũ: dixitq. ad eũ, Ne "pecces rex in ſeruũ tuũ' Dauid, quia nõ peccauit tibi, & ope-
5 ra eius bona ſunt tibi valde. Et poſuit animã ſuã in manu "ſua', & ꝓcuſsit Philiſthæũ, & fecit Dñs ſalutẽ magnã vniuerſo Iſraëli. vidiſti, & lætatus es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, inter-
6 ficiẽs Dauid, qui eſt abſq. culpa? Quod cùm audiſſet Saul, placatus voce Ionathę, iurauit, Viuit Dñs, quia non occidetur.
7 Vocauit itaq. Ionathas Dauid, & indicauit ei oĩa verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eũ, ſic-
8 ut fuerat heri & nudiuſtertius. Motũ eſt aũt rurſum bellũ: & egreſſus Dauid, pugnauit aduerſum Philiſthiim: ꝓcuſsitq. eos plaga magna, & fugerũt à facie eius.
9 Et factus eſt ſpiritus Dñi malꝰ in Saul: ſedebat aũt in domo ſua, & tenebat lãceã:
10 porrò Dauid pſallebat manu ſua. Niſusq. eſt Saul cõfigere Dauid lãcea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lãcea autẽ caſſo vulnere perlata eſt in pa-

* in Accaron o.

"viri MS. q. R.

"fueris 3 MS. H. C. G.

"pecceet rex in ſeruum ſuũ 1 MS. H. C. G.

"tua o.

riete,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

riete, & Dauid fugit, & saluatus est nocte
*nocte MS q.R. illa. Misit ergo Saul satellites suos *in 11
domũ Dauid, vt custodirẽt eũ, & interficeretur manè. Quod cùm annuntiasset
Dauid Michol vxor sua, dicẽs, Nisi saluaueris te nocte hac, cras moriẽris: depo- 12
suit eũ per feneſtrã. porrò ille abiit & aufugit, atq. saluatus est. Tulit aũt Michol 13
statuã, & posuit eã super lectũ, & pellem
pilosam caprarũ posuit ad caput eius, &
operuit eã vestimentis. Misit autẽ Saul 14
apparitores qui raperẽt Dauid: & respõsum est quòd ægrotaret. Rursumq. mi- 15
sit Saul nuntios vt viderẽt Dauid, dicẽs,
Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.
Cumq. veniſſent nuntij, inuentum est 16
simulachrũ super lectũ, & pelles caprarũ
ad caput eius. Dixitq. Saul ad Michol, 17
Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicũ meũ vt fugeret? Et respõdit Michol
*dicẽs MS q.R.B. ad Saul, Quia ipse locutus est mihi, *Dimitte me, alioquin interficiã te. Dauid 18
autẽ fugiens, saluatus est, & venit ad Samuël in Ramãtha, & nuntiauit ei omnia
quæ fecerat sibi Saul: & abierunt ipse &
Samuël, & morati sunt in Naioth. Nun- 19
tiatum est autẽ Sauli à dicentibus, Ecce
Dauid in Naioth in Ramãtha. Misit er- 20
go Saul lictores, vt raperẽt Dauid: qui cũ
vidissent cuneum prophetarũ vaticinantium, & Samuëlẽ stantẽ super eos, factus
est etiã Spiritus Dñi ℣in illis', & prophe-
℣super nũtios Saul 1 MS.H.C.G. tare cœperunt etiã ipsi. Quod cùm nũ- 21
tiatum esset Sauli, misit & alios nuntios:
prophetauerunt autem & illi. Et rursum
misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi pro-
– 4 MS.R.H.C. *Agnoſcuntur autẽ à* G. phetauerunt. – Et iratus iracũdia Saul',
abiit etiam ipse in Ramãtha, & venit 22
vsq. ad cisternã magnã quæ est in Socho,
& interrogauit, & dixit, In quo loco sunt
Samuël & Dauid? Dictumq. est ei, Ecce
in Naioth sunt in Ramãtha. Et abiit in 23
Naioth in Ramãtha, & factus est etiã super eũ Spiritus ℣Dñi', & ambulabat in-
℣Dei 1 MS.R.H.G. grediẽs, & prophetabat vsquedũ veniret
in Naioth in Ramãtha. Et expoliauit 24
etiã ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris corã Samuële, & ℣cecinit'
℣cecidit R.B.H.C.G. *Sup.* 10, 12. nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbiũ, ‖ Num & Saul inter prophetas?

CAP. XX.

FVgit aũt Dauid de Naioth quæ est in 1
Ramãtha, veniẽnsq. locutus est corã
Ionatha, Quid feci? quæ est iniquitas
mea, & quod peccatum meum in patrẽ
tuum, quia quærit animã meam? Qui 2
dixit ei, Absit, non moriẽris: neq. enim
faciet pater meus quicquam grande vel
paruum, nisi prius indicauerit mihi: hũc
ergo celauit me pater meus sermonẽ tãtummodo? nequaquam erit istud. Et 3
iurauit rursum Dauidi: & ille ait, Scit ℣profectò pater tuus quia inueni gratiam in
oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas
ne fortè tristetur. Quinimo viuit Dñs, &
viuit anima tua, quia vno tantum (vt ita
dicam) gradu, ego mórsque diuidimur.
4 Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunq.
5 dixerit mihi anima tua, faciã tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum: dimitte ergo me vt abscondar in agro vsq.
6 ad vesperam diei tertiæ. Si – ℣respiciẽs' requisierit me pater tuus, respõdebis ei, Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Beth-lehem ciuitatẽ suã: quia victimæ solemnes ibi sunt vniuersis cõtribulibus
7 suis. Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. si autẽ fuerit iratus, scito quia completa
8 est malitia eius. Fac ergo misericordiã in seruum tuum: quia fœdus Dñi me famulum tuũ tecũ inire feciſti. si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, &
9 ad patrẽ tuũ ne introducas me. Et ait Ionathas, Absit hoc ℣à me': neque enim fieri potest, vt si certè cognouero cõpletã esse patris mei malitiã cõtra te, nõ annũ-
10 tiem tibi. Respondit q. Dauid ad Ionathan, Quis renuntiabit mihi, siquid fortè respõderit tibi pater tu⁹ durè – de me'?
11 Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur – foras' in agrum. Cumq. exissent
12 ambo in agrũ, ait Ionathas ad Dauid, Dñe Deus Isrãel, si inuestigauero sentẽtiam patris mei crastino vel perendie, & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notũ tibi fecero,
13 hæc faciat Dñs Ionathæ, & hæc ℣addat'. Si autẽ perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurẽ tuam, & dimittam te, vt vadas in pace, & sit Dñs
14 tecũ, sicut fuit cum patre meo. Et si vixero, facies mihi misericordiam Dñi: si
15 verò mortuus fuero, non auferes misericordiã tuam à domo mea vsq. in sempiternum, quando eradicauerit Dñs inimicos Dauid, vnumquemque de terra:
– auferat Ionathã de domo sua, & requirat Dñs de manu inimicorum Dauid'.
16 Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dñs de manu
17 inimicorum Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat
18 eum. Dixitque ad eum Ionathas, Cras calendæ sunt, & requirẽris: requiretur
19 enim sessio tua vsq. perendie. Descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem cui nomen est
20 Ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta
21 eum, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque & puerum, di-
22 cens ei, Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit Dominus. Si autẽ sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te
23 Dominus. De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dñs inter me & te,

– 8 MS.R. ℣requiret H.C.G.

℣à te 6 MS. R.H.C.G.

– 7 MS.H. C.G. – 6 MS.R. H.C.G.

℣augeat MS.R.

– 10 MS. R.C. Supra ea ſi pars ipſa extrapſione interpretum 70. quæ ſic ad hunc interpretati ſunt modũ, quæ Latinus Interpres, vt ſequens habet verſus, exprimit.

vsque

vsq. in sempiternũ. Abscõditus est ergo Dauid in agro, & venerũt calẽdæ, & sedit rex ad comedendum panem. Cumq. sedisset rex super cathedrã suam (secũdum cõsuetudinem) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuusq. apparuit locus Dauid.

Et nõ est locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quòd fortè euenisset ei, vt non esset mundus, nec purificatus.

Cumq. illuxisset dies secũda post calẽdas, rursus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq. Saul ad Ionathan filiũ suum, Cur nõ venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescẽdum? Respondit q. Ionathas Sauli, Rogauit me obnixè, vt iret in Beth-lehẽ, & ait, Dimitte me, quoniã sacrificium solemne est in ciuitate*, vnus de fratribus meis accersiuit me: nũc ergo si inueni gratiã in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. Iratus autẽ Saul aduersum Ionathã, dixit ei, Fili mulieris virũ vltrò rapiẽtis, nunquid ignoro quia diligis filiũ Isai in cõfusionem tuã, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ?

Omnib. enim diebus quibus filius Isai vixerit super terrã, nõ stabilieris tu, neq. regnũ tuũ. Itaq. iam nunc mitte & adduc eũ ad me: quia filius mortis est. Respõdens autem Ionathas Sauli patri suo, ait, Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceã vt percuteret eũ. Et intellexit Ionathas quòd definitũ esset à patre suo, vt interficeret Dauid. Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarũ secũda panem. Cõtristat[a] est enim super Dauid, eo quòd confudisset eum pater suus. Cumq. illuxisset manè, venit Ionathas in agrũ iuxta placitũ Dauid, & puer paruulus cum eo, & ait ad puerũ suũ, Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cumq. puer cucurrisset, iecit aliã sagittã trans puerum.

Venit itaq. puer ad locum iaculi quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergũ pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porro vltra te. Clamauitq. iterũ Ionathas post tergũ pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autẽ puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dñm suum: & quid ageretur, penitus ignorabat: tãtummodò enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem. Cumq. abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terrã, adorauit tertiò: & osculantes se alterutrũ, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcumque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dñs sit inter me & te, & inter semen tuum, & semen meum vsq. in sempiternum. Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

* mea MS. q.R.

CAP. XXI.

1 VEnit autẽ Dauid in Nobe ad Achimélech sacerdotem: & obstupuit Achi-mélech, eo quòd venisset Dauid. Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum? 2 Et ait Dauid ad Achi-mélech sacerdotẽ, Rex præcepit mihi sermonẽ, & dixit, Nemo sciat rem, propter quã missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illũ & illũ locum. 3 Nunc ergo siquid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. 4 Et respõdens sacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manũ, sed tãtùm panẽ sanctũ: si mũdi sunt pueri, maximè [a] à mulieribus? 5 Et respõdit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Et quidẽ si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertio, quãdo egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porrò via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.

6 ‖ Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panẽ. neq. enim erat ibi panis, nisi tãtùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerẽtur panes calidi.

7 Erat autẽ ibi vir quidã de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Dñi: & nomẽ eius Doẽg Idumæus, potẽtissimus pastorũ Saul*: 8 Dixit autẽ Dauid ad Achi-mélech, Si habes hîc ad manũ hastã aut gladiũ*? quia gladiũ meum, & arma mea nõ tuli mecũ. sermo enim regis vrgebat. 9 Et dixit sacerdos, Ecce hîc [a] gladius Goliath Philisthæi, quẽ percussisti in Valle-terebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istũ vis tollere, tolle. neque enim hîc est alius absq. eo. Et ait Dauid, Non est huic alter similis, da mihi eum.

10 Surrexit itaq. Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regẽ Geth, 11 dixeruntq. serui Achis ad eũ, cùm vidissent Dauid [a], Nũquid nõ iste est Dauid rex terræ? nónne huic cantabãt per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decẽ millia? 12 Posuit autẽ Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. 13 Et immutauit os suũ corã eis, & collabebatur inter man [a] eorũ: & [a] impingebat in ostia [a] portæ, defluebantq. saliuæ eius in barbã. 14 Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominẽ insanũ: quare adduxistis eũ ad me? 15 An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istũ, vt fureret me præsente? [a] huccine ingredietur [a] domum meam?

CAP. XXII.

1 ABiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncã Odollã. Quod cùm audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, 2 descenderunt ad eũ illuc. Et cõuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps; fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3 Et profectus est Dauid inde in Maspha,

[a] à mulieribus, mãducent MS B.G. Verũ, & R.H. & C. manducent, *non additur.* Mat. 12, 3.

* hic pascebat mulas Saul o. Q.n.

* da mihi MS q.R.

[a] MS. B. H.C.G.

[a] MS. B. H.C.G.

[a] impingebat in ostiis *Sic alij ex Hebræo transtulerunt.*

[a] dimittite illũ hinc, ne ingrediatur o.

quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ est Moab: & dixit ad regẽ Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiscũ, donec sciã quid faciat mihi Deus.
Et reliquit eos ante faciẽ regis Moab: 4
manseruntque apud eum cunctis diebus, quibus Dauid fuit in præsidio. Dixitque 5
Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram-Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in
Saltum-hareth. Et audiuit Saul quòd 6
apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autẽ cùm maneret in Gabaa, &
esset in nemore quod est in Rama, hastã manu tenens, cunctiq. serui eius circumstarent eum, ait ad seruos suos qui assi- 7
-6 MS. B. H.C.G. stebant ei, Audite-me' nunc filij Iemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet
tribunos, & centuriones: quoniã coniurastis omnes aduersum me, & nõ est qui 8
mihi renuntiet, maximè cùm & filius meus fœdus inierit cũ filio Isai? Non est qui vicem meã doleat ex vobis, nec qui
annũtiet mihi: eo quòd suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantẽ mihi viq. hodie. Respondens autẽ 9
Doeg Idumæus qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achi-mélech fi-
-8 MS. B. H.C. Additur autem à G. lium Achitob-sacerdotem'. Qui con- 10
suluit pro eo Dñm, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi.
Misit ergo rex ad accersendum Achi- 11
mélech sacerdotẽ filiũ Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad
-4 MS.H.C.G. regem. Et ait Saul-ad Achi-mélech', 12
Audi fili Achitob. Qui respondit, Præsto sum domine. Dixitq. ad eũ Saul, Quare 13
cõiurastis aduersum me, tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo ℣Dñm', vt cõsurgeret aduer-
℣Deum R.H.G. sum me, insidiator vsq. hodie permanẽs?
Respondensque Achi-mélech regi, ait, 14
Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad
imperiũ tuum, & glorioslus in domo tua?
℣Deum R.H.G. Num hodie cœpi pro eo cõsulere ℣Do- 15
minũ'? absit hoc à me: ne suspicetur rex aduersus seruũ suum rem huiuscemodi,
in vniuersa domo patris mei: non enim sciuit seruus tuus quicquã super hoc negotio, vel modicũ vel grande. Dixitque 16
rex, Morte morieris Achi-mélech, tu & omnis dom' patris tui. Et ait rex emis- 17
sariis qui circumstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes Dñi: nam
manus eorũ cum Dauid est: sciẽtes quòd
-2 MS. B. fugisse, -&' nõ indicauerunt mihi. Noluerũt autem serui regis extẽdere manus
suas in sacerdotes Dñi. Et ait rex ad 18
Doeg, Conuertere tu, & irrue in sacerdo-
* Domini MS q.R. tes*. Conuersusq. Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa o-
ctogintaquinq. viros vestitos ephod lineo.
Nobe autẽ ciuitatẽ sacerdotũ percussit 19
in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouẽq. & asinũ, & ouem
20 in ore gladij. Euadẽs autem vnus filius Achi-mélech filij Achitob, cuius nomen
21 erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annũtiauit ei q̃ occidisset Saul sacerdotes Dñi.
22 Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam* in die illa, quòd cũ ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli: ego sum
23 reus omniũ animarũ * patris tui. Mane mecũ, ne timeas: si quis quæsierit animã meam, quæret & animã tuã, mecumque seruaberis.

* eius MS. * domus i. MS. C.G.

CAP. XXIII.

1 ET annuntiauerũt Dauid, dicẽtes: Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam, &
2 diripiunt areas. Consuluit ergo Dauid Dñm, dicens: Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dñs ad Dauid,
Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilã
3 saluabis. Et dixerunt viri qui erãt cum Dauid, ad eũ, Ecce nos hìc in Iudæa consistentes timemus: quanto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Phili-
4 sthinorũ? Rursum ergo Dauid consuluit Dñm. Qui respõdens, ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradã Philistheos
5 in manu tua. Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilã, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorũ, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid
6 habitatores Ceilæ. Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filj' Achi-mélech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habẽs
7 descenderat. Nuntiatũ est autem Sauli cùd veniisset Dauid in Ceilã: & ait Saul, Tradidit eum Dñs in manus meas, conclususque est introgressus vrbem in qua
8 portæ & seræ sunt. Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid & viros
9 eius. Quod cũ Dauid resciisset quia præpararet ei Saul clam malũ, dixit ad Abia-
10 thar sacerdotem, Applica ephod. Et ait Dauid, Dñe Deus Israël, audiuit famam seruus tuus, quòd disponat Saul venire in
Ceilam, vt euertat vrbem propter me.
11 Si tradẽt me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Dñe Deus Israël indica seruo tuo.
12 Et ait Dñs, Descendet. Dixitque * Dauid, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui
sunt mecum, in manus Saul? Et dixit
13 Dñs, Tradent. Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcẽti, & egressi de Ceila, huc atq. illuc vagabantur incerti: nuntiatumq. est Sauli quòd fugisset Dauid de
Ceila, & saluatus esset: quam ob rem dis-
14 simulauit exire. Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitq. in monte solitudinis Ziph-in mõte
opaco', quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eum Dñs in
15 manus eius. Et vidit Dauid quod egressus esset Saul vt quæreret animam eius.
Porrò Dauid erat in deserto Ziph in syl-
16 ua. Et surrexit Ionathas filius Saul, &

abiit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abiit ad Dauid in syluam, & confortauit
17 man⁹ eius in Deo: dixitq. ei, Ne timeas: neq. enim inueniet te manus Saul patris
mei, & tu regnabis super Israël, & ego
18 ero tibi secundus, sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterque fœdus
19 corā Dño: mansitq. Dauid in sylua, Ionathas aũt reuersus est in domũ suã. Ascẽderũt autẽ Ziphæi ad Saul in Gabaa, di-
20 centes, Nonne ecce⁹ Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in Colle-Hachila, quę est ad dexterã deserti? Nũc ergo sicut desiderauit anima tua vt descẽderes, descẽde: nostrũ autẽ erit vt tradamus eũ in manus regis. Dixitq. Saul,
21 Benedicti vos à Dño, quia doluistis vicẽ meã. Abite ergo oro, & diligẽtius præ-
22 parate, & curiosius agite, & considerate locũ vbi sit pes eius*, vel quis viderit eũ ibi*, recogitat enim de me, quòd callidè
23 insidier ei. Cõsiderate, & videte omnia latibula eius, in quibus abscõditur: & reuertimini ad me ad rem certã, vt vadam vobiscũ. quòd si etiã in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. At illi surgentes abierunt in
24 Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in deserto-Maon, in campestribus
25 ad dexterã Iesimõ. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendũ eum: & nuntiatum est Dauid, statimq. descẽdit ad petram, & versabatur in deserto-Maõ. quod cũ audisset Saul, persecut⁹ est Dauid in deserto
26 Maon. Et ibat Saul* ad latus montis ex parte vna, Dauid autẽ & viri eius erãt in latere montis ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaq. Saul, & viri eius in modũ coronæ cingebãt Dauid, & viros eius, vt caperẽt eos. Et nuntius venit ad Saul, di-
27 cens: Festina, & veni, quoniã infuderũt se Philisthiim super terram. Reuersus est
28 ergo Saul desistẽs persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. propter hoc vocauerũt locum illum Petram diuidentem.

CAP. XXIIII.

1 AScendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis En-gaddi.
2 Cumque reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philisthæos, nuntiauerunt ei, dicẽtes: Ecce, Dauid in deserto est En-
3 gaddi. Assumens ergo Saul tria millia electorũ virorũ ex omni Israël, perrexit ad inuestigandũ Dauid & viros eius, etiã
4 super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad caulas ouiũ, quæ se offerebant vianti. eratq. ibi spelunca, quã ingressus est Saul, vt purgaret ventrẽ: porrò Dauid & viri eius in
5 interiore parte speluncæ latebãt. Et dixerunt serui Dauid ad eum, Ecce dies de qua locutus est Dñs ad te, Ego tradã tibi inimicũ tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcîdit oram chlamydis Saul silenter.
6 Post hæc percussit cor suum Dauid, eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul.
7 Dixitq. ad viros suos, Propitius sit mihi Dñs, ne faciã hãc rem dño meo christo Dñi, vt mittã manum meam in eum, quia christus Dñi est. Viuit Dñs, quia nisi Dñs percusserit eũ, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descẽdens in prælium perierit: propitius mihi sit Dñs, vt
8 non mittam manũ meam in christũ Domini⁹. Et confregit Dauid viros suos sermonibus*; & non permisit eos vt consurgerẽt in Saul: porrò Saul exurgens de
9 spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autẽ Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergũ Saul, dicẽs: Dñe mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terrã, ado-
10 rauit, dixitq. ad Saul, Quare audis verba hominũ loquentiũ, Dauid quærit ma-
11 lum aduersum te? Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dñs in manu mea in spelũca: & cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendã manum meã in do-
12 minũ meũ, quia christus Dñi est. Quin potius pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cùm præscinderem summitatẽ chlamydis tuæ, nolui extẽdere manum meam in te. animaduerte, & vide, quoniã non est in manu mea malũ, neq. iniquitas, neque peccaui in te: tu autem insidiaris animæ
13 meæ vt auferas eam. Iudicet Dñs inter me & te, & vlciscatur me Dñs ex te: ma-
14 nus autem mea non sit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, AB IMPIIS egredietur impietas: manus ergo
15 mea nõ sit in te. Quem persequeris rex Israël? quem persequeris? canem mortuũ
16 persequeris, & pulicem vnum. Sit Dñs iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meam, & eruat me de
17 manu tua. Cùm autẽ complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul, Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suã, &
18 fleuit, dixitque ad Dauid, Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona:
19 ego autẽ reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dñs in manũ tuam,
20 & nõ occideris me. Quis enim cùm inuenerit inimicũ suum, dimittet eum in via bona? Sed Dñs reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quòd hodie operatus
21 es in me. Et nũc quia scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in ma-
22 nu tua regnũ Israël: iura mihi in Dño, ne deleas semen meum post me, neq. auferas nomen meum de domo patris mei.
23 Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domũ suã: & Dauid, & viri eius ascẽderunt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

1 MOrtuus est autẽ Samuel, & cõgregatus est vniuersus Israël, & planxerũt eũ, & sepelierũt eũ in domo sua in

Eccli. 46.

Rama.

~1 MS. R. H. C. Legitur autẽ & G.

*velociter MS. G. Ab H. autem & C. non legitur.

*vbi dixistis MS. R. G. Ab H. autem & C. non additur.

*& viri eius MS. R. G. Ab & B. & H. atque C. libris non legitur.

~9 MS. R. B. H. C. G. Verùm, agnoscitur versus iste constanter ab omnibus, infrà 26. v. 10. & 11.

*istis MS. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ramatha Conſurgeniq. Dauid deſcendit
in deſertũ Pharan. Erat autẽ vir quiſ- 2
piam in ſolitudine-Maon, & poſſeſsio
eius in Carmelo, & homo ille magn⁹ ni-
mis: erantque ei oues tria millia, & mille
capræ: & accidit vt tonderetur grex eius
in Carmelo. Nomẽ autẽ viri illius erat 3
Nabal: & nomen vxoris eius Abigáil. e-
ratq. mulier illa prudẽtiſsima & ſpecio-
ſa: porrò vir eius durus, & peſsimus, &
malitioſus: erat autem de genere Caleb.
Cùm ergo audiſſet Dauid in deſerto 4
quòd tonderet Nabal gregẽ ſuum, miſit 5
decem iuuenes, & dixit eis, Aſcendite in
Carmelum, & venietis ad Nabal, & ſalu-
tabitis eum ex nomine meo pacificè. Et 6
dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, &
domui tuæ pax, & omnibus quæcumque
habes, ſit pax. ←Ex multis annis ſaluos
faciẽs tuos, & omnia tua'. Audiui quòd 7
tonderẽt paſtores tui*qui erãt nobiſcum
in deſerto: nũquã eis moleſti fuimus, nec
aliquando defuit quicquam eis de grege,
omni tẽpore quo fuerũt nobiſcũ in Car-
melo. Interroga pueros tuos, & indica- 8
bunt tibi. Nunc ergo inueniãt pueri← tui'
gratiã in oculis tuis: in die enim bona ve-
nimus. quodcumq. inuenerit manus tua,
da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid. Cumq. 9
veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Na-
bal omnia verba hæc ex nomine Dauid:
& ſiluerũt. Reſpondẽs autẽ Nabal pue- 10
ris Dauid, ait, Quis eſt Dauid? & quis eſt
filius Iſai? hodie increuerũt ſerui qui fu-
giũt dños ſuos. Tollã ergo panes meos, 11
& aquas meas, & carnes pecorũ quæ oc-
cidi tonſoribus meis, & dabo viris quos
neſcio vnde ſint? Regreſsi ſunt itaque 12
pueri Dauid per viã ſuam, & reuerſi ve-
nerunt, & annuntiauerunt ei omnia ver-
ba quæ dixerat. Tunc ait Dauid¶pueris' 13
ſuis, Accingatur vnuſquiſq. gladio ſuo. Et
accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinc-
tuſq. eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt
Dauid quaſi quadringẽti viri: porrò du-
centi remanſerunt ad ſarcinas. Abigáil 14
autẽ vxori Nabal nũtiauit vnus de pue-
ris ſuis, dicẽs: Ecce Dauid miſit nuntios
de deſerto, vt benediceret dño noſtro: &
auerſatus eſt eos. homines iſti, boni ſã- 15
tis fuerũt nobis, & nõ moleſti: nec quic-
quam aliquãdo periit omni tempore quo
fuimus conuerſati cũ eis in deſerto: pro 16
muro erant nobis tam in nocte quàm in
die, omnibus diebus quibus pauimus a-
pud eos greges. Quam ob rem conſide- 17
ra, & recogita quid facias: quoniã cõple-
ta eſt malitia aduerſum virũ tuũ, & ad-
uerſum domũ tuã, & ipſe eſt filius Be-
lial, ita vt nemo poſsit ei loqui. Feſti- 18
nauit igitur Abigáil, & tulit ducẽtos pa-
nes, & duos vtres vini, & quinque arietes
coctos, & quinque ſata polentæ, & centũ
ligaturas vuę paſſę, & ducẽtas maſſas ca-
ricarũ, & poſuit ſuper aſinos, dixitque 19
pueris ſuis, Præcedite me, ecce, ego poſt
tergũ ſequar vos: viro autẽ ſuo Nabal nõ
20 indicauit. Cùm ergo aſcendiſſet aſinũ,
& deſcenderet ad radicẽ mõtis, Dauid &
viri eius deſcendebant in occurſum eius;
21 quib⁹ & illa occurrit. Et ait Dauid, Ve-
rè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant
in deſerto, & nõ periit quicquã de cũctis
quæ ad eum pertinebãt: & reddidit mihi
22 malũ pro bono. Hęc faciat Deus inimi-
cis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de
omnib. quæ ad ipſum pertinẽt vſq. ma-
23 nè, mingentẽ ad parietem. Cùm autem
vidiſſet Abigáil Dauid, feſtinauit, & de-
ſcẽdit de aſino, & procidit coram Dauid
ſuper faciẽ ſuam, & adorauit ſuper terrã,
24 & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me
ſit dñe mi hæc iniquitas: loquatur obſe-
cro ancilla tua in auric⁹ tuis: & audi ver-
25 ba famulæ tuæ. Ne ponat oro dñs meus
rex cor ſuũ ſuper virum iſtũ iniquũ Na-
bal: quoniã ſecũdùm nomẽ ſuum ſtultus
eſt, & ſtultitia eſt cũ eo: ego autẽ ancilla
tua non vidi pueros tuos dñe mi, quos
26 miſiſti. Nunc ergo dñe mi, viuit Dñs, &
viuit anima tua, qui prohibuit te ne ve-
nires in ſanguinẽ, & ſaluauit manũ tuam
tibi: & nunc fiãt ſicut Nabal inimici tui,
27 & qui quærũt dño meo malũ. Quapro-
pter ſuſcipe benedictionẽ hãc, quã attu-
lit ancilla tua tibi dño meo: & da pueris
28 qui ſequũtur te dñm meum. Auſer ini-
quitatẽ famulæ tuæ: faciens enim faciet
Dñs tibi domino meo domũ fidelẽ, quia
prœlia Dñi domine mi tu prœliaris: ma-
litia ergo nõ inueniatur in te omnib. die-
29 bus vitæ tuæ. Si enim ſurrexerit aliquando homo perſequens te, & quærens
animã tuã, erit anima dñi mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentiũ, apud Dñm
Deũ tuum: porrò inimicorũ tuorũ anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo
30 fundæ. Cùm ergo fecerit Dñs tibi do-
mino meo omnia quæ locutus eſt bona
de te, & cõſtituerit te ducẽ ſuper Iſrael,
31 non erit tibi hoc in ſingultũ, & in ſcru-
pulũ cordis dño meo, quòd effuderis ſan-
guinem innoxiũ, aut ipſe te vltus fueris:
& cũ benefecerit Dñs dño meo, recor-
32 daberis ancillæ tuæ*. Et ait Dauid ad
Abigáil, Benedictus Dñs Deus Iſraël, qui
33 miſit hodie te in occurſum meũ, & be-
nedictũ eloquiũ tuũ, & benedicta tu, quæ
prohibuiſti me hodie ne irem ad ſangui-
34 nem, & vlciſcerer me manu mea. Alio-
quin viuit Dñs De⁹ Iſraël, qui prohibuit
me ne malũ facerẽ tibi: niſi citò veniſſes
in occurſum mihi, non remãſiſſet Nabal
vſq. ad lucẽ matutinã, mingẽs ad parietẽ.
35 Suſcepit ergo Dauid de manu eius om-
nia quæ attulerat ei, dixitq. ei, Vade paci-
ficè in domum tuam; ecce, audiui vocem
36 tuã, & honoraui faciẽ tuam. Venit autẽ
Abigáil ad Nabal: & ecce erat ei convi-
uium in domo eius, quaſi conuiuiũ regis,
& cor Nabal iucundũ: erat enim ebrius
nimis: & nõ indicauit ei verbũ puſillum

aut

←6 MS. R. H. C.G. *greges tuos MS q. R.

←1 MS. R. B. H. C. *Legitur autem in G. libris.*

¶viris 8 MS. B. H. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aut grande vsque manè. Diluculo autē 37
cùm digessisset vinū Nabal, indicauit ei
vxor sua verba hæc, & emortuum est cor
eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.
Cūq. pertransissent decē dies, percussit 38
Dñs Nabal, & mortuus est. Quod cùm 39
audisset Dauid mortuū Nabal, ait, Bene-
dictus Dñs qui iudicauit causam oppro-
brij mei de manu Nabal, & seruum suū
custodiuit à malo, & malitiā Nabal red-
didit Dñs in caput eius. Misit ergo Da-
uid, & locutus est ad Abigáil, vt sumeret
eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri 40
Dauid ad Abigáil in Carmelum, & locu-
ti sunt ad eā, dicentes, Dauid misit nos ad
te, vt accipiat te sibi in vxorē. Quæ cō- 41
surgens adorauit prona in terram, & ait,
Ecce famulā tua sit in ancillam, vt lauet
pedes seruorum domini mei. Et festina- 42
uit, & surrexit Abigáil, & ascendit super
asinū, & quinq. puellæ ierunt cum ea, pe-
dissequæ eius, & secuta est nūtios Dauid:
& facta est illi vxor. Sed & Achi-noam 43
accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraq.
vxor eius. Saul autē dedit Michol filiā 44
suam vxorē Dauid Phalti, filio Lais, qui
erat de Gallim.

CAP. XXVI.

ET venerūt Ziphæi ad Saul in Gabaa, 1
dicentes, Ecce, Dauid abscōditus est
in Colle-hachila, quæ est ex aduerso so-
litudinis. Et surrexit Saul, & descendit 2
in desertum-Ziph, & cum eo tria millia
virorū de electis Israël, vt quæreret Da-
uid in deserto Ziph. Et castrametatus est 3
Saul in Gabaa-hachila, quæ erat ex ad-
uerso solitudinis in via: Dauid autē habi-
tabat in deserto. Vidēs autē quòd venis-
set Saul post se in desertū, misit explo- 4
ratores, & didicit quòd illuc' venisset
certissimè. Et surrexit Dauid clam', & 5
venit ad locū vbi erat Saul: cūq. vidisset
locū in quo dormiebat Saul, & Abner fi-
lius Ner, princeps militiæ eius, & Saulē
dormientē in tētorio, & reliquū vulgus
per circuitum eius, ait Dauid ad Achi- 6
melech Hethæū, & Abisai filiū Saruiæ,
fratrē Ioab, dicens, Quis descendet mecū
ad Saul in castra? Dixitq. Abisai, Ego de-
scendā tecū. Venerūt ergo Dauid & A- 7
bisai ad populū nocte, & inuenerūt Saul
iacentem & dormientē in tētorio, & ha-
stā fixā in terra ad caput eius: Abner au-
tem & populum dormientes in circuitu
eius. Dixitq. Abisai ad Dauid, Cōclusit 8
Deus inimicū tuū hodie in manus tuas:
nūc ergo perfodiam eum lancea in terra,
semel, & secundo opus nō erit. Et dixit 9
Dauid ad Abisai, Ne interficias eū: quis
enim extendet manum suā in christum
Dñi, & innocens erit? Et dixit Dauid, 10
Viuit Dñs, quia nisi Dñs percusserit eū,
aut dies eius venerit vt moriatur, aut in
prœliū descendēs perierit: propitius sit 11
mihi Dñs ne extendam manum meā in
christum Domini. nunc igitur tolle hastā
quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ,
12 & abeamus. Tulit igitur Dauid hastam,
& scyphū aquæ, qui erat ad caput Saul,
& abierunt: & nō erat qui sciret, & qui vide-
ret, & intelligeret, & euigilaret, sed om-
nes dormiebant, quia sopor Dñi irruerat
13 super eos. Cumque transisset Dauid ex
aduerso, & stetisset in vertice montis de
lōgè, & esset grande interuallū inter eos,
14 clamauit Dauid ad populum, & ad Ab-
ner filiū Ner, dicēs, Nōne respōdebis Ab-
ner? Et respondens Abner, ait, Quis es tu
15 qui clamas & inquietas regē? Et ait Da-
uid ad Abner, Nunquid non vir tu es? &
quis alius similis tui in Israël? quare ergo
non custodisti dñm tuū regem? ingres-
sus est enim vnus de turba vt interfice-
16 ret regē dominum tuū. Non est bonum
hoc quod fecisti: Viuit Dñs, quoniā filij
mortis estis vos, qui nō custodistis domi-
num vestrum christū Domini. nunc ergo
vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus
17 aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit
autē Saul vocē Dauid, & dixit, Nunquid
vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid,
18 Vox mea domine mi rex. Et ait, Quam
ob causam dominus meus persequitur
seruū suū? Quid feci? aut quod est malū
19 in manu mea? Nunc ergo audi oro do-
mine mi rex verba serui tui, Si Dñs in-
citat te aduersum me, odoretur sacrifi-
ciū. si autē filij hominum: maledicti sunt
in conspectu Dñi: qui eiecerunt me ho- a quia 1
die, vt non habitem in hæreditate Dñi, MS. H. C.
20 dicentes, Vade, serui diis alienis. Et nūc G.
non effundatur sanguis meus in terram
coram Dño: quia egressus est rex Israël
vt quærat pulicem vnum, sicut persequi-
21 tur perdix in mōtibus. Et ait Saul, Pec-
caui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam
enim vltrà tibi malefaciā, eo quòd pre-
tiosa fuerit anima mea in oculis tuis ho-
die: apparet enim quòd stultè egerim, &
22 ignorauerim multa nimis. Et respondēs
Dauid, ait, Ecce hasta regis: transeat vnus
23 de pueris regis, & tollat eam. Dominus
autē retribuet vnicuiq. secūdum iustitiā
suam & fidē: tradidit enim te Dominus
hodie in manum meā, & nolui extendere
24 manum meā in christum Domini. Et
sicut magnificata est anima tua hodie in
oculis meis, sic magnificetur anima mea
in oculis Dñi, & liberet me de omni an-
25 gustia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedi-
ctus tu fili mi Dauid: & quidē faciens fa-
26 cies, & potens poteris. Abiit autē Dauid
in viam suam, & Saul reuersus est in lo-
cum suum.

CAP. XXVII.

1 ET ait Dauid in corde suo, Aliquando
incidā vna die in manus Saul: nonne
melius est vt fugiam, & saluer in Terra-
Philisthinorū, vt' desperet Saul, ne ultrà
me quærere in cūctis finibus Israël? fugiā
2 ergo manus eius. Et surrexit Dauid, &
abiit ipse, & sexcenti viri cū eo, ad Achis
3 filium Maoch regē Geth. Et habitauit
Dauid cū Achis in Geth, ipse & viri eius,

& 2 MS. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*vir 1 MS. R. H.C.G.

*& dom⁹ eius, Dauid, & duę vxores eius, Achi-noam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. Et nuntiatum est Sauli 4
quòd fugisset Dauid in Geth, & nō addidit vltrà quærere eū. Dixit autē Dauid 5
ad Achis, Si inueni gratiā in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitē ibi: cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit 6
itaq. ei Achis in die illa Siceleg: propter quā causam facta est Siceleg regū Iuda, vsque in diem hanc. Fuit autē numerus 7
dierū quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum, quatuor mensium. Et 8
ascēdit Dauid, & viri eius, & agebāt prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim ‖pagi habitabant' in terra antiquitus, eūtibus Sur vsq. ad Terram-Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem 9
terrā*, nec relinquebat viuentem virū & mulierē: tollēsq. oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. Dicebat autē ei Achis, 10
In quē irruisti hodie? Respōdebat Dauid, Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. Virū & mulierē non viuificabat 11
Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne fortè loquātur aduersum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretū illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicēs, Multa mala operatus est cōtra populum suū Israël: erit igitur mihi seruus sempiternus. CAP. XXVIII.

‖pagi habitabant 8 MS.
‖vagi habitabant 6 MS.
‖habitabāt H.C. Consimiliter Textui, legit Hier.
*illorum MS. R.

FActum est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthiim agmina sua, 1
vt præpararentur ad bellū contra Israël: dixitq. Achis ad Dauid, Scies nūc scito, quoniā mecum egredieris in castris tu & viri tui. Dixitq. Dauid ad Achis, Nunc 2
scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. ‖Samuel 3
autē mortuus est, plāxitq. eum omnis Israël, & sepelierūt eum in Ramátha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & hariolos de terra: & interfecit eos, qui pythones habebāt in vētre'. Cōgregatiq. sunt Philisthiim, & venerūt, & castrametati sunt in Sunā: cōgregauit autē & Saul vniuersum Israël, & venit in Gelbóe. Et vidit 5
Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. Cōsuluitq. Dñm, 6
& non respondit ei neque per somnia, neq. per sacerdotes, neq. per prophetas.
Dixitq. Saul seruis suis, Quærite mihi 7
mulierē habentē pythonē, & vadā ad eā, & sciscitabor per illā. Et dixerūt serui ei⁹ ad eū, Est mulier pythoné habēs in Endor. Mutauit ergo habitū suū, vestituq. 8
est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo, venerūtq. ad mulierē nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & fuscita mihi quē dixero tibi. Et ait mulier 9
ad eū, Ecce, tu nosti quāta fecerit Saul, &

-9 MS. R. H.C.G.

Sup. 25, 1.

Leu. 20, 27. Deu. 18, 11

quomodo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ,
10 vt occidar? Et iurauit ei Saul in Dño, dicens, Viuit Dñs, quia non eueniet tibi
11 quicquā mali propter hanc rē. Dixitq. ei mulier, Quem suscitabo tibi? Qui ait,
12 Samuelē mihi suscita. Cū autē vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare imposuisti
13 mihi? Tu es enim Saul. Dixitq. ei rex, Noli timere: quid vidisti? Et ait mulier ad Saul, Deos vidi ascendentes de terra.
14 Dixitq. ei, Qualis est forma eius? Quæ ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suā in
15 terra, & adorauit. ‖Dixit autē Samuel ad Saul, Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis: siquidē Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit neq. in manu prophetarū, neq. per somnia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi
16 quid faciā. Et ait Samuel, Quid interrogas me, cū Dñs recesserit à te, & transie-
17 rit ad æmulū tuū? Faciet enim tibi Dñs sicut locutus est in manu mea, & ‖scindet regnum tuū de manu tua, & dabit illud
18 proximo tuo Dauid: quia non obedisti voci Dñi, neq. feciste iram furoris eius in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi
19 Dñs hodie. Et dabit Dñs etiam Israël tecū in manus Philisthiim: cras aūt tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israël
20 tradet Dñs in manus Philisthiim. Statimq. Saul cecidit porrectus in terrā: extimuerat enim *verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panē
21 tota die illa. Ingressa est itaq. mulier illa ad Saul, (cōturbatus enim erat valde) dixitq. ad eū, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animā meā in manu mea: & audiui sermones tuos quos locutus es
22 ad me. Nunc igitur audi & tu vocē ancillæ tuæ, & ponā coram te buccellā panis, vt comedēs conualescas, & possis iter agere.
23 Qui renuit, & ait, Non comedam. Coëgerūt autē eū serui sui & mulier, & tandē audita voce eorū surrexit de terra,
24 & sedit super lectū. Mulier autē illa habebat vitulū pascualem in domo, & festinauit, & occidit eū: tollēsque farinam,
25 miscuit eā, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cū cōedissent, surrexerūt, & ambulauerunt per totā noctē illam. CAP. XXIX.

1 COngregata sunt ergo Philisthiim vniuersa agmina in Aphec: sed & Israël castrametatus est super fontē qui erat in Iezrahel. Et satrapæ quidē Philisthiim incedebāt in cēturiis & millibus: 2
Dauid autē & viri eius erant in nouissimo agmine cū Achis. Dixeruntq. prin- 3
cipes Philisthiim ad Achis', Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim, Nūquid ignoratis Da-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uid qui fuit ſeruus Saul regis Iſraël, & eſt
apud mè multis diebus vel annis, & non
inueni in eo quicquā* ex die qua trāsfu-
git ad me, vſq. ad diē hāc? Irati ſunt aūt 4
aduerſus eū principes Philiſthiim, & di-
xerūt ei, ‖ Reuertatūr vir, & ſedeat in lo-
có ſuo, in quo cōſtituſti eū: & nō deſcen-
dat nobiſcū in prœliū, ne fiat nobis ad-
uerſarius, cùm prœliari cœperimus: quo-
modo enim aliter poterit placare dñm
ſuū, niſi in capitibus noſtris? Nōne iſte 5
eſt Dauid cui cantabāt in choris, dicētes,
Percuſsit Saul in millibus ſuis, & Dauid
in decem millibus ſuis? Vocauit ergo A- 6
chis Dauid, & ait ei, Viuit Dñs, quia re-
ctus es tu, & bonus in conſpectu meo: &
exitus tuus, & introitus tuus mecū eſt in
caſtris: & non inueni in te quicquā mali
ex die qua veniſti ad me, vſq. in diē hanc:
ſed ſatrapis nō places. Reuertere ergo, & 7
vade in pace, & nō offendas oculos ſatra-
parū Philiſthiim. Dixitque Dauid ad A- 8
chis, Quid enim feci, & quid inueniſti in
me ſeruo tuo à die qua fui in conſpectu
tuo vſq. in diē hāc, vt nō veniā, & pugnē
contra inimicos domini mei regis? Re- 9
ſpondens autē Achis, locutus eſt ad Da-
uid, Scio quia bonus es tu in oculis meis,
ſicut angelus Dei: ſed principes Phili-
ſthinorum dixerūt, Non aſcēdet nobiſcū
in prœlium. Igitur cōſurge manè, tu & 10
ſerui dñi tui, qui venerūt tecū: & cùm de
nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere,
pergite. Surrexit itaque de nocte Dauid 11
ipſe & viri eius, vt proficiſcerentur ma-
nè, & reuerterētur ad Terrā-Philiſthiim:
Philiſthiim autē aſcenderūt in Iezrahel.

*mali MS. C.

1 Pa. 12, 19

CAP. XXX.

CVmq. veniſſent Dauid & viri eius in 1
Siceleg die tertia, Amalecitæ impe-
tum fecerant ex parte auſtrali in Siceleg,
& percuſſerant Siceleg, & ſuccēderāt eam
igni. Et captiuas duxerant mulieres ex 2
ea, à minimo vſq. ad magnū: & nō inter-
fecerant quemquā, ſed ſecum duxerāt, &
pergebāt itinere ſuo. Cùm ergo veniſſet 3
Dauid, & viri eius ad ciuitatē, & inueniſ-
ſent eam ſuccēſam igni, & vxores ſuas, &
filios ſuos, & filias ductas eſſe captiuas,
leuauerūt Dauid & populus qui erat cū 4
eo, voces ſuas, & planxerūt donec deficē-
rēt in eis lachrymæ. Siquidē & duæ vxo- 5
res Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achi-
noā Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal
Carmeli. Et cōtriſtatus eſt Dauid valde: 6
volebat enim eum populus lapidare, quia
amara erat anima vniuſcuiuſq. viri ſuper
filiis ſuis, & filiabus: confortatus eſt autē
Dauid in Dño Deo ſuo. Et ait ad Abia- 7
thar ſacerdotē filiū Achi-mélech, Appli-
ca ad me ephod. Et applicauit Abiathar 8
ephod ad Dauid, & cōſuluit Dauid Dñm,
dicēs, Perſequar latrunculos hos, & com-
prehendā eos, an non? Dixitq. ei ‖ Dñs',
Perſequere: abſq. dubio enim cōprehen-
des eos, & excuties prædam. Abiit ergo 9
Dauid ipſe & ſexcēti viri qui erāt cū eo,
& venerūt vſq. ad Torrentē-beſor: & laſsi
10 quidā ſubſtiterunt. Perſecutus eſt autē
Dauid ipſe, & quadringenti viri*: ſubſti-
terāt enim ducenti, qui laſsi tranſire non
11 poterāt Torrentē-beſor. Et inuenerunt
virū Aegyptiū in agro, & adduxerūt eum
ad Dauid: dederuntq. ei panē vt comede-
12 ret, & biberet aquā, ſed & fragmē maſſę
caricarū, & duas ligaturas vuæ paſſę. Qui
cū comediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius,
& refocillatus eſt: non enim comederat
panē, neq. biberat aquā, tribus diebus &
13 tribus noctib. Dixit itaq. ei Dauid, Cu-
ius es tu? vel vnde? ‖ & quò pergis?' Qui
ait, Puer Aegyptius ego ſum, ſeruus viri
Amalecitæ: dereliquit autē me dominus
meus, quia ægrotare cœpi nudiuſtertius.
14 Siquidē nos erupim⁹ ad auſtralē plagā
Cerethi, & cōtra Iudā, & ad Meridiē Ca-
15 leb, & Siceleg ſuccēdimus igni. Dixitq.
ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum
iſtum? Qui ait, Iura mihi per Deū, quòd
nō occidas me, & nō tradas me in manus
domini mei, & ego ducā te ad cūneū iſtū.
16 ‖ Et iurauit ei Dauid'. Qui cū duxiſſet
eū, ecce illi diſcūbebant ſuper faciē vni-
uerſæ terræ comedentes & bibentes, &
quaſi feſtū celebrātes diē, pro cūcta præ-
da & ſpoliis quæ ceperāt de Terra-Phili-
17 ſtiim, & de Terra-Iuda. Et percuſsit eos
Dauid à veſpere vſq. ad veſperā alterius
diei, & nō euaſit ex eis quiſquā, niſi qua-
dringenti viri adoleſcētes, qui aſcēderant
18 camelos, & fugerunt. Eruit ergo Dauid
omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas
19 vxores ſuas eruit. Nec defuit ‖ quiſquā'
à paruo vſq. ad magnū, tā de filiis quā de
filiabus, & de ſpoliis: & quæcūq. rapue-
20 rant, omnia reduxit Dauid. Et tulit vni-
uerſos greges & armēta, & minauit ante
faciē ſuā: dixerūtq. Hæc eſt præda Dauid.
21 Venit autē Dauid ad ducētos viros, qui
laſsi ſubſtiterāt, nec ſeq. potuerāt Dauid,
& reſidere eos iuſſerat in Torrēte-bēſor:
qui egreſsi ſunt obuiā Dauid, & populo
qui erat cum eo. Accedens autē Dauid ad
22 populū, ſalutauit eos pacificè. Reſpon-
densq. omnis vir peſsimus, & iniquus de
viris qui ierāt cū Dauid, dixit, Quia non
venerūt nobiſcum, nō dabimus eis quic-
quā de præda quā eruimus: ſed ſufficiat
vnicuiq. vxor ſua & filij, quos cū accepe-
23 rint, recedant. Dixit autē Dauid, Non ſic
facietis fratres mei de his quæ tradidit
nobis Dñs, & cuſtodiuit nos, & dedit la-
trunculos qui eruperāt aduerſum nos, in
24 manus noſtras, nec audiet vos quiſquā
ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit
deſcēdētis ad prœliū, & remanētis ad ſar-
25 cinas, & ſimiliter diuident. Et factū eſt
hoc ex die illa, & deinceps conſtitutū, &
præfinitum, & quaſi lex in Iſraël vſq. in
26 diem hāc. Venit ergo Dauid in Siceleg,
& miſit dona de præda ſenioribus Iuda
proximis ſuis, dicēs, Accipite benedictio-

*cum eo MS q.R.

‖ quicquā 2 MS.

2 MS. R. H.C.G.

‖ 8 MS. R. H.C. G q.

‖ 6 MS. B. H.C. Additur autē G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nē de præda hostiū Dñi: His qui erāt in 27
Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiem, &
qui in Gether, & qui in Aroer, & qui in 28
Sephamoth, & qui in Esthamo, & qui 29
in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, &
qui in vrbibus Ceni, & qui in Harama, 30
& qui in lacu Asan, & qui in Athach,
& qui in Hebrō; & reliquis qui erāt in 31
his locis, in quibus commoratus fuerat
Dauid & viri eius. CAP. XXXI.

1 Par. 10, 1 PHilisthiim autē pugnabāt aduersum 1
Israël: & fugerunt viri Israël ante faciē Philisthiim, & ceciderūt interfecti, in
monte Gelboë. Irrueruntq. Philisthiim 2
in Saul & in filios eiº, & percussērūt Ionathan & Abinadab & Melchisua filios
Saul, totūq. pondus prœlij versum est in 3
Saul: & cōsecuti sunt eū viri sagittarij, &
vulneratus est vehementer à sagittariis.
Dixitq. Saul ad armigerū suū, Euagina 4
gladiū tuū, & percute me: ne fortè veniāt
incircūcisi isti, & interficiāt me, illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat
enim nimio terrore perterritus. arripuit
←2 MS. B. itaq. Saul gladiū ←suu', & irruit super eū.
H.C. Adiicitur autem à G. Quod cùm vidisset armiger eius, vide- 5
licet quòd mortuus esset Saul, irruit etiā
ipse super gladiū suū, & mortuus est cū
eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filij 6
eius, & armiger illiº, & vniuersi viri eius
in die illa pariter. Vidētes autē ¶viri 5 7
¶ filij' Israël qui erāt trans vallē & trās Iordanē,
MS.R.B. H.C.G. quòd fugissent viri Israëlitæ, & ℣ mortuus esset Saul, & filij eius, reliquerūt ciuitates suas, & fugerūt: veneruntq. Philisthiim, & habitauerūt ibi. Facta autē 8
die altera, venerunt Philisthiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul &
tres filios eius iacentes in mōte Gelboe.
Et præciderūt caput Saul, & expoliauerunt cū armis: & miserūt in Terrā Philisthinorū per circuitū, vt annūtiaretur in 10
tēplo idolorū*, & in populis. Et posuerūt arma eius in templo Astaroth, corpus
*suorum 1 MS.H.C.G. verò eius suspenderūt in muro Bethsan.
2 Reg. 2, 2. ¶Quod cùm audissent habitatores Ia- 11
bes-Galaad, quæcūq. fecerāt Philisthiim
Saul, surrexerūt omnes viri fortissimi, 12
& ambulauerūt tota nocte, & tulerūt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de
viri o. ←MS.B. H.G.G. Muro-Bethsan: venerūtque Iabes-Galaad, & combusserūt ea ibi ←igni': & tu- 13
lerunt ossa eorum, & sepelierūt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

SECVNDVS LIBER SAMVELIS, QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

CAPVT I.

FACTVM est autem postquàm mor- 1
tuus est Saul, vt Dauid reuerteretur
à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia appa- 2
ruit homo veniens de castris Saul veste
conscissa, & puluere conspersus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit sup faciē suā,
3 & adorauit. Dixitq. ad eū Dauid, Vnde venis? Qui ait ad eū, De castris Israël fu-
4 gi. Et dixit ad eū Dauid, Quod est verbū quod factū est? indica mihi. Qui ait, Fugit populus ex prœlio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul
5 & Ionathas filiº eius interierūt. Dixitq. Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Iona-
6 thas filius eius? Et ait adolescēs qui nūtiabat ei, Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites appropinquabāt
7 ei, & cōuersus post tergū suū, videnstq. me vocauit. Cui cùm respondissem, Ad-
8 sum: dixit mihi, Quisnam es tu? Et aio
9 ad eū, Amalecites ego sum. Et locutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniā tenēt me angustiæ, & adhuc tota
10 anima mea in me est. Stansq. super eū, occidi illū: sciebā enim quòd viuere non poterat post ruinā: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillā de brachio illius, & attuli ad te dominū meum huc.
11 Apprehendens autem Dauid vestimēta sua scidit, omnesq. viri qui erāt cum eo,
12 & planxerunt, & fleuerūt, & ieiunauerunt vsq. ad vesperam super Saul, & super Ionathā filiū eius, & super populum Dñi, & super domū Israël, eo quòd corruissent gladio. Dixitq. Dauid ad iuue-
13 nem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? Qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum. Et ait ad eum Dauid,
14 ¶Quare non timuisti mittere manum Ps. 104
15 tuam vt occideres christum Dñi? Vocansque Dauid vnum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percussit il-
16 lum, & mortuus est. Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te, di-
17 cens, Ego interfeci christum Dñi. Planxit autem Dauid planctum huiuscemodi super Saul, & super Ionathā filium eius:
18 (& præcepit vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in Libro iustorū.)
←Et ait, Considera Israël pro his qui ←qui
19 mortui sunt super excelsa tua vulnerati', ←Inclyti, Israël, super montes tuos in- R.C.
terfecti sunt': quomodo ceciderūt fortes? Legunt
20 Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalōnis: ne fortè lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircuncisorum. Græca pro
21 Mōtes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neq. sint agri primitiarū: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi nō esset vnctus oleo.
22 A sanguine interfectorū, ab adipe fortiū, sagitta Ionathę nunquā rediit retrorsum, & gladiº Saul nō est reuersus inanis.
23 Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoq. non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

Filiæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Filię Iſraël ſuper Saul flete, qui veſtie- 24
bat vos coccino in deliciis, qui præbebat
ornamenta aurea cultui veſtro.
Quomodo ceciderũt fortes in prœlio? 25
Ionathas in excelſis tuis occiſus eſt?
Doleo ſup te frater mi Ionatha decore 26
nimis, & amabilis ſuper amorẽ mulierũ.
- Sicut mater vnicum amat filium
ſuum, ita ego te diligebam'.
Quomodò ceciderunt robuſti, & per- 27
ierunt arma bellica?

CAP. II.

IGitur poſt hæc cõſuluit Dauid Dñm, 1
dicẽs, Num aſcendã in vnã de ciuitati-
b⁹ Iuda? Et ait Dñs ad eũ, Aſcẽde. Dixitq.
Dauid, Quò aſcendam? Et reſpõdit ei, In
Hebrõ. Aſcendit ergo Dauid, & duæ v- 2
xores eius, Achi-noam Iezrahelitis, &
Abigáil vxor Nabal Carmeli: ſed & vi- 3
ros qui erãt cũ eo, duxit Dauid ſingulos
cũ domo ſua: & manſerunt in oppidis
Hebrõ. ‖ Veneruntq. viri Iuda, & vn- 4
xerunt ibi Dauid, vt regnaret ſuper domũ
Iuda. Et nuntiatum eſt Dauid, quòd viri
Iabes-Galaad ſepeliſſent Saul. Miſit er- 5
go Dauid nuntios ad viros Iabes-Galaad,
dixitq. ad eos, Benedicti vos Dño, qui fe-
ciſtis miſericordiam hãc cum dño veſtro
Saul, & ſepeliſtis eũ. Et nunc retribuet 6
vobis quidẽ Dñs miſericordiã & veritatẽ: ſed & ego reddã gratiã, eo quòd feci-
ſtis verbũ iſtud. Confortentur manus 7
veſtræ, & eſtote filij fortitudinis: licet e-
nim mortuus ſit dñs veſter Saul, tamen
me vnxit domus Iuda in regẽ ſibi. Ab- 8
ner autem filius Ner princeps exercitus
Saul, tulit Iſ-boſeth filiũ Saul, & circum-
duxit eũ per caſtra, regemq. conſtituit 9
ſuper Galaad, & ſuper ⁹Geſſuri', & ſuper
Iezrahel, & ſuper Ephráim, & ſuper Bẽ-
iamin, & ſuper Iſraël vniuerſum. Qua- 10
draginta annorũ erat Iſ-bóſeth filio⁹ Saul
cùm regnare cœpiſſet ſup Iſraël, & duo-
bus annis regnauit: ſola autẽ domus Iu-
da ſequebatur Dauid. Et fuit numerus 11
dierũ quos cõmoratus eſt Dauid, impe-
rans in Hebrõ ſuper domũ Iuda, ſeptem
annorũ, & ſex menſium. Egreſſusq. eſt 12
Abner filius Ner, & pueri Iſ-bóſeth filij
Saul de caſtris in Gabaon. Porrò Ioab 13
filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſsi ſunt,
& occurrerunt eis iuxta piſcinã Gabaõ.
Et cùm in vnum conueniſſent, eregione
ſederunt; hi in vna parte piſcinæ, & illi
ex altera. Dixitq. Abner ad Ioab, Sur- 14
gant pueri, & ludãt corã nobis. Et reſpõ-
dit Ioab, Surgant. Surrexerunt ergo, & 15
tranſierũt numero duodecim de Ben-ia-
min, ex parte Iſ-bóſeth filij Saul, & duo-
decim de pueris Dauid. Apprehenſoq. 16
vnuſquiſque capite comparis ſui, defixit
gladiũ in latus cõtrarij, & ceciderunt ſi-
mul: vocatumq. eſt nomẽ loci illius, A-
ger robuſtorũ, in Gabaon. Et ortum eſt 17
bellũ durũ ſatis in die illa: fugatúſq. eſt
Abner, & viri Iſraël, à pueris Dauid.
Erant aũt ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & 18
Abiſai, & Aſael: porrò Aſael curſor ve-
lociſsimus fuit, quaſi vnus de capreis quę
19 morantur in ſiluis. Perſequebatur autẽ
Aſael Abner, & non declinauit ad dextrã
neq. ad ſiniſtrã omittẽs perſequi Abner.
20 Reſpexit itaque Abner poſt tergũ ſuũ,
& ait, Tũne es Aſaël? Qui reſpõdit, Ego
21 ſum. Dixitq. ei Abner, Vade ad dextrã,
ſiue ad ſiniſtrã, & apprehende vnum de
adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius.
Noluit autẽ Aſael omittere quin vrgeret
22 eũ. Rurſumq. locutus eſt Abner ad A-
ſael, Recede, & noli me ſequi, ne com-
pellar cõfodere te in terrã, & leuare non
potero faciẽ meã ad Ioab fratrem tuum.
23 Qui audire cõtempſit, & noluit decli-
nare: pcuſsit ergo eũ Abner auerſa haſta
in inguine, & transfodit, & mortuus eſt
in eodẽ loco: omnéſq. qui tranſibãt per
locũ illũ in quo ciderat Aſaël, & mor-
24 tuus erat, ſubſiſtebant. Perſequentibus
autẽ Ioab & Abiſai fugientẽ Abner, ſol
occubuit: & venerunt vſq. ad Collem-
aquæ ductus, q eſt ex aduerſo vallis, - &' - 7 MS.
25 itineris deſerti in Gabaõ. Congregatiq. H.C.G.
ſunt filij Ben-iamin ad Abner: & cõglo-
bati in vnũ cuneũ, ſteterũt in ſummita-
26 te tumuli vnius. Et exclamauit Abner
ad Ioab, & ait, Num vſq. ad internecio-
nẽ tuus mucro deſęuiet? an ignoras quòd
periculoſa ſit deſperatio? vſquequo non
dicis populo vt omittat perſequi fratres
27 ſuos? & ait Ioab, Viuit Dñs, ⁹ſi' locutus ⁹*niſi* H.C.
fuiſſes, manè receſsiſſet populus perſe- G.
28 quens fratrẽ ſuum. Inſonuit ergo Ioab
buccina, & ſtetit omnis exercit⁹, nec per-
ſecuti ſunt vltrà Iſraël, neque iniere cer-
29 tamẽ. Abner autẽ & viri eius abierunt
per cãpeſtria, tota nocte illa: & tranſierũt
Iordanẽ, & luſtrata omni Beth-horõ, ve-
30 nerunt ad Caſtra. Porrò Ioab reuerſus,
omiſſo Abner, cõgregauit omnẽ populũ:
& defuerũt de pueris Dauid decẽ & no-
31 uẽ viri, excepto Aſaele. Serui autẽ Da-
uid percuſserũt de Ben-iamin, & de viris
qui erãt cũ Abner trecentos ſexaginta*, *viros 1
32 qui & mortui ſunt. Tuleruntq. Aſael, & MS.H.C.
ſepelierunt eũ in ſepulchro patris ſui in G.
Beth-léhẽ: & ambulauerunt tota nocte
Ioab, & viri qui erãt cũ eo, & in ipſo cre-
puſculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

1 FActa eſt ergo longa concertatio inter
domũ Dauid, & inter domũ Saulis:
Dauid proficiens & ſemper ſeipſo ro-
buſtior, domus autẽ Saul decreſcẽs quo-
2 tidie. ‖ Natiq. ſunt filij Dauid in Hebrõ: 1 Par. 3, 1.
fuitq. primogenitus eius Amnõ de Achi-
3 noam Iezrahelitide. Et poſt eũ Cheleab
de Abigáil vxore Nabal Carmeli: porrò
tertius Abſalõ filius Maacha filiæ Thol-
4 mai regis Geſſur. Quartus aũt Adonias,
filius Haggith: & quintus Saphatia, filius
5 Abital. Sextus quoq. Iethraan de Egla
vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in He-
6 brõ. Cùm ergo eſſet prœliũ inter domũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Saul & domũ Dauid, Abner filius Ner re-
gebat domũ Saul. Fuerat aũt Sauli con- 7
cubina nomine Respha, filia Aia. *Dixitq.
Is-bóseth ad Abner, Quare ingressus es 8
ad concubinã patris mei? Qui iratus ni-
mis propter verba Is-bóseth, ait, Nun-
quid caput canis ego sum aduersum Iudã
hodie, qui fecerim misericordiã sup do-
mũ Saul patris tui, & sup fratres & pro-
ximos eius, & nõ tradidi te in manus Da-
uid, & tu requisisti in me quod argueres
p muliere hodie? Hæc faciat Deus Ab- 9
ner, & hæc addat ei, nisi quomodò iura-
uit Dñs Dauid, sic faciã cũ eo, vt trans- 10
feratur regnũ de domo Saul, & eleuetur
thronus Dauid super Israël, & super Iudã,
à Dan vsq. Ber-sabee. Et nõ potuit re- 11
spondere ei quicquã: quia metuebat illũ.

Misit ergo Abner nũtios ad Dauid *pro 12
se dicẽtes, Cuius est terra? Et vt loque-
rentur, Fac mecũ amicitias, & erit manus
mea tecũ, & reducã ad te vniuersum Is-
raël. Qui ait, Optimè: ego faciã tecum 13
amicitias: sed vnã rẽ peto à te, dicẽs, Nõ
videbis faciẽ meã antequã adduxeris Mi-
chol filiam Saul: & sic venies, & videbis
me. Misit aũt Dauid nuntios ad Is-bó- 14
seth filiũ Saul, dicens, Redde vxorẽ meã
1 Reg. 18,27 Michol ‖ quã despondi mihi centũ præ-
putiis Philisthiim. Misit ergo Is-bóseth, 15
& tulit eã à viro suo Phaltiël, filio Lais.

Sequebaturq. eã vir suus, plorans vsq. 16
Bahurim: & dixit ad eũ Abner, Vade, &
reuertere. Qui reuersus est. Sermonem 17
quoq. intulit Abner ad seniores Israël,
dicens, Tam heri quã nudiustertius quæ-
rebatis Dauid vt regnaret sup vos. Nũc 18
ergo façite: quoniam Dñs locutus est ad
Dauid, dicens, In manu serui mei Dauid
saluabo populũ meũ Israël de manu Phi-
listhiim, & omniũ inimicorũ eius. Lo- 19
cutus est autẽ Abner etiã ad Ben-iamin.
Et abiit vt loqueretur ad Dauid in He-
bron oĩa quæ placuerãt Israëli & vniuer-
so Ben-iamin. Venitq. ad Dauid in He- 20
bron cũ viginti viris: & fecit Dauid Ab-
ner & viris eius qui venerãt cum eo, cõ-
uiuium. Et dixit Abner ad Dauid, Sur- 21
gã, vt cõgregẽ ad te dñm meũ regẽ oẽm
Israël, & ineã tecũ fœdus, & imperes om-
nibus, sicut desiderat anima tua. Cũ ergo
deduxisset Dauid Abner, & ille isset in
pace, statim pueri Dauid & Ioab vene- 22
runt cæsis latronibus, cum præda magna
nimis: Abner autẽ non erat cum Dauid
in Hebron, quia iã dimiserat eũ, & pro-
3 Reg. 2,5. fectus fuerat in pace. ‖ Et Ioab & om- 23
nis exercitus qui erant cũ eo, posteà ve-
nerãt: nuntiatũ est itaq. Ioab à narran-
tibus, Venit Abner filius Ner ad regẽ, &
dimisit eũ, & abiit in pace. Et ingressus 24
est Ioab ad regẽ, & ait, Quid fecisti? Ecce
venit Abner ad te: quare dimisisti eum,
& abiit & recessit? ignoras Abner filiũ 25
Ner, quoniã ad hoc venit ad te' vt deci-
peret te, & sciret exitũ tuũ, & introitum
tuũ, & nosset oĩa quę agis? Egressus itaq. 26
Ioab à Dauid, misit nuntios post Abner,
& reduxit eũ à Cisterna-sira, ignorante
Dauid. Cumq. rediisset Abner in He- 27
bron, seorsum adduxit eum Ioab ad me-
dium portæ, vt loqueretur ei, in dolo: &
percussit illũ ibi in inguine, & mortuus
est in vltionẽ sanguinis Asael fratris ei'.
Quod cùm audisset Dauid rẽ iã gestã, 28
ait, Mundus ego sum, & regnũ meũ apud
Deũ vsq. in sempiternũ à sanguine Ab-
ner filij Ner, & veniat sup caput Ioab, 29
& super omnẽ domũ patris eius: nec de-
ficiat de domo Ioab fluxum seminis sus-
tinẽs, & leprosus, & tenens fusum, & ca-
dẽs gladio, & indigẽs pane. Igitur Ioab 30
& Abisai frater eius interfecerũt Abner,
eo quòd occidisset Asael fratrẽ eorum in
Gabaon in prœlio. Dixit autem Dauid 31
ad Ioab, & ad omnẽ populũ qui erat cũ
eo, Scindite vestimẽta vestra, & accingi-
mini saccis, & plãgite ante exequias Ab-
ner. porrò rex Dauid sequebatur feretrũ.
Cumq. sepelissent Abner in Hebron, 32
leuauit rex ‖ Dauid' vocẽ suam, & fleuit
super tumulũ Abner: fleuit autẽ & om- 33
nis populus. Plangénsq. rex ‖ & lugẽs'
Abner, ait, Nequaquãm vt mori solẽt igna-
ui, mortuus est Abner. Manus tuę liga- 34
tæ nõ sunt, & pedes tui nõ sunt compe-
dibus aggrauati: sed sicut solent cadere
corã filiis iniquitatis, sic corruisti. Con-
geminánsq. omnis populus fleuit super
eũ. Cumq. venisset vniuersa multitudo 35
cibũ capere cũ Dauid, clara adhuc die iu-
rauit Dauid, dicẽs, Hæc faciat mihi Deus,
& hęc addat, si ante occasum solis gusta-
uero panẽ vel aliud quicquã. Omnisq. 36
populus audiuit, & placuerũt eis cuncta
quæ fecit rex in cõspectu totius populi.
& cognouit omne vulgus, & vniuersus 37
Israël in die illa quoniam nõ actũ fuisset
à rege vt occideretur Abner filius Ner.
Dixit quoque rex ad seruos suos, Num 38
ignoratis quoniã princeps & maximus
cecidit hodie in Israël? Ego autẽ adhuc 39
delicatus, & vnctus rex: porrò viri isti fi-
lij Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dñs
facienti malum iuxta malitiam suam.

CAP. IIII.

Audiuit autẽ ‖ Is-bóseth' filius Saul 1
quòd cecidisset Abner in Hebrõ: &
dissolutæ sunt manus eius, omnísque Is-
raël perturbatus est. Duo aũt viri prin- 2
cipes latronũ erãt filio Saul, nomen vni
Baana, & nomẽ alteri Rechab, filij Rem-
mon Berothitæ de filiis Ben-iamin: si-
quidẽ & Beroth reputata est in Bẽ-iamin.
& fugerũt Berothitæ in Gethaim, fue- 3
runtq. ibi aduenæ vsq. ad tempus illud.
Erat aũt Ionathæ filio Saul filius debi- 4
lis pedibus: quinquennis enim fuit, quã-
do venit nuntius de Saul & Ionatha ex
Iezrahel. tollẽs itaq. eũ nutrix sua, fugit:
cumque festinaret vt fugeret, cecidit, &
claudus effectus est: habuitque vocabulũ

Miphi-

*Ingressusque est ad eã Abner MS. G q. Verũ, à R.H.C. G. *non legitur.*

*in Hebron MS. G. *At à* R. H. *&* C. *non additur.*

‖ 5 MS. C.G.

‖ 4 MS. Hier. C.G.

‖ 6 MS. H. C. G.

‖ 7 MS. H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Miphi-bóseth. Veniẽtes igitur filij Rẽ- 5
mon Berothitæ, Rechab & Baana, ingreſ-
ſi ſunt feruente die domũ Iſ-bóſeth: qui
dormiebat ſuper ſtratũ ſuũ meridie. ←Et
oſtiaria domus purgãs triticũ, obdormi-
1 MS. R. uit'. Ingreſsi ſunt autẽ domũ←latẽter' 6
C. Q. n. aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt
3 MS. eũ in inguine, Rechab & Baana frater ei⁹,
& fugerũt. Cùm autẽ ingreſsi fuiſſent 7
domũ, ille dormiebat ſuper lectũ ſuũ in
conclaui, & percutientes interfecerũt eũ:
ſublatoq. capite eius, abierunt per viam
deſerti tota nocte, & attulerũt caput Iſ- 8
bóſeth ad Dauid in Hebron: dixeruntq.
ad regẽ, Ecce caput Iſ bóſeth filij Saul
inimici tui, qui quærebat animã tuã: &
dedit Dñs dño meo regi vltionẽ hodie de
Saul, & de ſemĩne eius. Reſpondẽs aũt 9
Dauid Rechab & Baana fratri eius filiis
Remmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit
Dñs qui eruit animã meã de omni an-
p. 1, 15. guſtia, ‖quoniã eum qui annuntiauerat 10
mihi, & dixerat, Mortuus eſt Saul, qui
putabat ſe proſpera nũtiare, tenui, & oc-
cidi eũ in Siceleg, cui oportebat merce-
dẽ dare pro nuntio: Quãto magis nunc 11
cùm homines impij interfecerunt virum
innoxiũ in domo ſua, ſuper lectũ ſuum,
nõ quærã ſanguinẽ eius de manu veſtra,
& auferã vos de terra? Præcepit itaque 12
Dauid pueris ſuis, & interfecerunt eos:
præcidentéſq. manus & pedes eorũ, ſuſ-
penderunt eos ſuper piſcinã in Hebron:
caput autẽ Iſ-boſeth tulerunt, & ſepelie-
runt in ſepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

ET venerunt vniuerſæ tribus Iſraël ad 1
Dauid in Hebrõ, dicẽtes, Ecce nos os
Par. 11, 1 tuum, & caro tua ſumus. Sed & heri & 2
nudiuſtertius cũ eſſet Saul rex ſuper nos,
tu eras educẽs & reducẽs Iſraël: dixit au-
Pſal. 77, 71 tẽ Dñs ad te, Tu paſces populũ meũ Iſ-
raël, & tu eris dux ſup Iſraël. Venerũt 3
quoq. & ſeniores Iſraël ad regẽ in He-
bron, & percuſsit cũ eis rex Dauid fœdus
in Hebrõ coram Dño: vnxeruntq. Dauid
in regẽ ſuper Iſraël. Fili⁹ triginta anno- 4
rum erat Dauid, cùm regnare cœpiſſet, &
2 Reg. 2, 12 ‖quadraginta annis regnauit. In Hebrõ 5
regnauit ſuper Iudã ſeptem annis, & ſex
menſibus: in Ieruſalẽ autẽ regnauit tri-
ginta tribus annis ſuper omnẽ Iſraël &
Iudã. Et abiit rex, & oẽs viri qui erant 6
cũ eo, in Ieruſalẽ, ad Iebuſæũ habitatorẽ
terræ: dictumq. eſt Dauid ab eis, Nõ in-
gredieris huc, niſi abſtuleris cæcos &
claudos, dicẽtes, Non ingredietur Dauid
huc. Cepit autẽ Dauid arcẽ Siõ, hæc eſt 7
ciuitas Dauid. Propoſuerat enim Da- 8
uid in die illa præmium, qui percuſsiſſet
Iebuſæũ, & tetigiſſet domatũ fiſtulas, &
←2 MS. H. G. ←abſtuliſſet' cæcos & claudos odientes
animã Dauid. idcirco dicitur in prouer-
*Siõ MSq. bio, Cæcus & claudus nõ intrabũt in tẽ-
plũ. Habitauit autẽ Dauid in arce*, & 9
vocauit eã, Ciuitatẽ Dauid: & ædificauit
10 per gyrũ à Mello & intrinſecus. Et in-
grediebatur proficiens atq. ſuccreſcẽs, &
11 Dñs Deus exercituũ erat cũ eo. ‖Miſit 1 Par. 14, 2.
quoq. Hirã rex Tyri nuntios ad Dauid, &
ligna cedrina, & artifices lignorũ, artifi-
cẽſq. lapidũ ad parietes: & ædificauerũt
12 domũ Dauid. Et cognouit Dauid quo-
niã cõfirmaſſet eũ Dñs regẽ ſuper Iſraël,
& quoniã exaltaſſet regnũ eius ſuper po-
13 pulum ſuum Iſraël. ‖Accepit ergo Da- 1 Par. 3, 5.
uid adhuc cõcubinas & vxores de Ieru-
ſalẽ, poſtquã venerat de Hebron: natiq.
14 ſunt Dauid & alij filij & filiæ: & hæc
nomina eorũ qui nati ſunt ei in Ieruſalẽ,
Samua, & Sobab & Nathan & Salomõ,
15 & Iebahar & Eliſúa & Nepheg
16 & Iaphia & Eliſama & Elioda & Eli-
17 phálet. ‖Audierũt ergo Philiſthiim quòd 1 Par. 14, 8.
vnxiſſent Dauid in regẽ ſuper Iſraël: & 11, 16.
aſcẽderunt vniuerſi vt quærerẽt Dauid:
quod cùm audiſſet Dauid, deſcendit in
18 præſidiũ. Philiſthiim autẽ veniẽtes dif-
19 fuſi ſunt in Valle-raphaim. Et cõſuluit
Dauid Dñm, dicens, Si aſcendã ad Phili-
ſthiim? & ſi dabis eos in manu mea? Et
dixit Dñs ad Dauid, Aſcende, quia tradẽs
20 dabo Phliſthiim in manu tua. ‖Venit Iſa. 28, 21.
ergo Dauid in Baal-pharaſim, & percuſ-
ſit eos ibi, & dixit, Diuiſit Dñs inimi-
cos meos coram me, ſicut diuidũtur aquæ.
Propterea vocatum eſt nomen loci illius
21 Baal-pharaſim. Et reliquerunt ibi ſcul-
ptilia ſua: quæ tulit Dauid, & viri eius.
22 Et addiderunt adhuc Philiſthiim vt a-
ſcẽderẽt, & diffuſi ſunt in Valle-raphaim.
23 Cõſuluit autẽ Dauid Dñm, ←Si aſcẽ- ←7 MS. R. Hier. H. C. G. Agnoſcuntur autẽ à G q.
dã cõtra Philiſthęos, & tradas eos in ma-
nus meas'? Qui reſpondit, Non aſcendas
←"cõtra eos', ſed gyra poſt tergũ eorum, ←7 MS. Hier. H. C "in occurſum eorum G.
& venies ad eos ex aduerſo pyrorum.
24 Et cùm audieris ſonitum gradientis in
cacumine pyrorũ, tunc inibis prœlium:
quia tunc egredietur Dñs ante faciẽ tuã,
25 vt percutiat caſtra Philiſthiim. Fecit
itaque Dauid ſicut præceperat ei Dñs, &
percuſsit Philiſthiim de Gabaa, vſq. dum
venias Gezer.

CAP. VI.

1 COngregauit aũt rurſum Dauid oẽs
electos ex Iſraël, triginta millia.
2 ‖Surrexitq. Dauid, & abiit, & vniuer- 1 Par. 13, 5
ſus populus qui erat cum eo de viris Iu-
da, vt adducerent arcã Dei, ſuper quã in-
uocatũ eſt nomẽ Dñi exercituũ, ſedentis
3 in cherubim ſuper eã. Et impoſuerunt
arcã Dei ſuper plauſtrũ nouũ: tuleruntq.
eam de domo Abinadab, qui erat in Ga-
baa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab,
4 minabãt plauſtrũ nouũ. ‖Cũq. tuliſſent 1 Reg. 7, 2.
eã de domo Abinadab, qui erat in Gabaa,
cuſtodiẽs arcã Dei Ahio præcedebat arcã.
5 Dauid autẽ, & omnis Iſraël ludebãt coram 1 Par. 15, 13
Dño in omnibus lignis fabrefactis, & ci- "Nacho
tharis & lyris & tympanis & ſiſtris & 11 MS. H.
6 cymbalis. ‖Poſtquàm autẽ venerũt ad C. G. Textus autẽ
Aream "Nachor', extendit Oza manum G. q. conſentit.
ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

-2 MS. R. Q.n. calcitrabãt boues- & declinauerunt eã'.
Iratuſque eſt indignatione Dñs contra 7
Ozã, & percuſsit eũ ſuper temeritate: qui
mortuus eſt ibi iuxta arcã Dei. Contri- 8
ſtatus eſt autẽ Dauid, eo quòd percuſsiſ-
ſet Dñs Ozã, & vocatum eſt nomen loci
illius, Percuſsio-Ozæ: vſq. in diẽ hanc.
Et extimuit Dauid Dñm in die illa, 9
dicẽs, Quomodo ingredietur ad me arca
Dñi? Et noluit diuertere ad ſe arcã Dñi 10
in ciuitatẽ Dauid: ſed diuertit eã in do-
mum Obed-edom Gethæi. Et habitauit 11
arca Dñi in domo Obed-edõ Gethæi tri-
bus mẽſib': & benedixit Dñs Obed-edõ,
1Par.15,25 & omnẽ domum eius. ¶ Nuntiatumq. 12
eſt regi Dauid quòd benedixiſſet Domi-
nus Obed-edõ, & omnia eius propter ar-
cã Dei.- Dixitq. Dauid, Ibo, & reducã
-10 MS. R.H.C.G. Q.n. arcã cum benedictione in domum meã'.
Abiit ergo Dauid, & adduxit arcã Dei de
domo Obed-edõ in ciuitatẽ Danid cum
-10 MS. R.H.C. Q.n. gaudio: - & erãt cum Dauid ſeptẽ chori, 13
& victima vituli'. Cumq. tranſcendiſ-
ſent, qui portabãt arcam Dñi ſex paſſus,
-9 MS. R.H.C. immolabat bouẽ - & ouẽ', & arietem, &
Dauid - percutiebat in organis armigatis, 14
& ' ſaltabat totis viribꝰ ante Dñm: por- 15
-9 MS. R.H.C. rò Dauid erat accinctus ephod lineo. Et
Dauid, & omnis domus Iſraël ducebant
arcã teſtamenti Dñi, in iubilo, & in clã-
gore buccinæ. Cumq. intraſſet arca Dñi 16
in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul pro-
ſpiciens per feneſtrã, vidit regem Dauid
1Par.16, 1. ſubſilientẽ, atq. ſaltantem corã Dño: &
deſpexit eum in corde ſuo. Et introdu- 17
xerunt arcã Dñi, & impoſuerunt eam in
loco ſuo in medio tabernaculi, quod te-
tenderat ei Dauid: & obtulit Dauid ho-
ꝟholocau- ſtum 3 MS. H. C. Cõformiter autem Textui, legit, cum G. R. locauſta, & pacifica corã Dño. Cumq. 18
compleſſet offerens ꝟ holocauſta' & pa-
cifica, benedixit populo in nomine Dñi
exercituũ. Et partitus eſt vniuerſę mul- 19
titudini Iſraël tam viro quàm mulieri
ſingulis collyridã panis vnã, & aſſaturam
bubalæ carnis vnã, & ſimilã frixã oleo:
& abiit omnis populus, vnuſquiſque in
domũ ſuã. Reuerſusq. eſt Dauid vt be- 20
nediceret domui ſuæ: & egreſſa Michol
filia Saul in occurſum Dauid, ait, Quàm
glorioſus fuit hodie rex Iſraël diſcoope-
-7 MS. R. H. C. Nec contradicũt his codices Græci ſolummodo enim Ἰὼ ludã, non auferunt. riens ſe ante ancillas ſeruorũ ſuorum, &
nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnꝰ de ſcur-
ris. Dixitq. Dauid ad Michol, - Vinit 21
Dñs, quia ludã', ante Dñm qui elegit me
potius, quàm patrẽ tuum, & quàm omnẽ
domum eius, & præcepit mihi vt eſſem
dux ſuper populum Dñi in Iſraël, & lu-
dam, & vilior fiã plus quàm factꝰ ſum: 22
& ero humilis in oculis meis: & cum an-
cillis, de quibus locuta es, glorioſior ap-
parebo. Igitur Michol filiæ Saul non eſt 23
natus filius vſque in diem mortis ſuæ.

CAP. VII.

FActũ eſt autẽ cùm ſediſſet rex in do- 1
mo ſua, & Dñs dediſſet ei requiẽ vn-
diq. ab vniuerſis inimicis ſuis, dixit ad 2
Nathan prophetã, Vidéſne quòd ego ha-
bitem in domo cedrina, & arca Dei poſi- 1Re.
3 ta ſit in medio pellium? Dixitq. Nathã
ad regẽ, Omne quod eſt in corde tuo, va-
4 de fac: quia Dñs tecũ eſt. Factũ eſt autẽ
in illa nocte: & ecce ſermo Dñi ad Na-
5 than, dicẽs: Vade, & loquere ad ſeruum
meum Dauid, Hæc dicit Dñs, Numquid
tu ædificabis mihi domũ ad habitandũ?
6 Neque enim habitaui in domo ex die
illa, qua eduxi filios Iſraël de Terra-Ae-
gypti, vſq. in diẽ hanc: ſed ambulabã in
7 tabernaculo, & in tentorio. Per cuncta
loca quæ tranſiui cum omnibus filiis Iſ-
raël, numquid loquẽs locutꝰ ſum ad vnũ
de tribubus Iſraël, cui præcepi vt paſce-
ret populũ meum Iſraël, dicens, Quare
8 nõ ędificaſtis mihi domum cedrinã? Et
nunc hæc dices ſeruo meo Dauid, Hæc
dicit Dñs exercituũ, ¶ Ego tuli te de paſ- 1Re. Pſa.
cuis ſequentẽ greges, vt eſſes dux ſuper
9 populũ meum Iſraël: & fui tecum in
omnibus vbicumq. ambulaſti, & inter-
feci vniuerſos inimicos tuos à facie tua:
feciq. tibi nomẽ grãde, iuxta nomẽ ma-
10 gnorum qui ſunt in terra. Et ponã locũ 2Par.
populo meo Iſraël, & plãtabo eũ, & ha- habitabit ſub' eo, & nõ turbabitur ampli': Nhabi cum
nec addẽt filij iniquitatis vt affligant eũ
11 ſicut prius, ex die qua conſtitui iudices
ſuper populũ meũ Iſraël: & requiẽ dabo
tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicitq.
tibi Dñs, quòd domum faciat tibi Dñs.
12 ¶ Cumq. cõpleti fuerint dies tui, & dor- 3 Reg.
mieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemẽ 1Par.
tuũ poſt te, quod egredietur de vtero tuo,
13 & firmabo regnũ eius. ¶ ipſe ædificabit
domũ nomini meo, & ſtabiliã thronum
14 regni eius vſq. in ſempiternũ. ¶ Ego ero Heb. Pſal.
ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium:
qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguã eum
in virga virorũ, & in plagis filiorum ho-
15 minũ. Miſericordiã autẽ meã nõ auferã
ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à
16 facie ꝟ mea'. Et fidelis erit domꝰ tua, & Rom. R.H.
regnum tuum vſq. in ęternum ante faciẽ
tuã, & thronus tuus erit firmus iugiter.
17 Secundũ oĩa verba hæc, & iuxta vni-
uerſam viſionẽ iſtã, ſic locutus eſt Nathã
18 ad Dauid. Ingreſſus eſt autẽ rex Dauid,
& ſedit corã Dño, & dixit, Quis ego ſum
Dñe Deus, & quæ domus mea, quia ad-
19 duxiſti me hucuſque? Sed & hoc parum
viſum eſt in cõſpectu tuo Dñe Deus, niſi
loquereris etiã de domo ſeruitui in lon-
ginquum: iſta eſt enim lex Adã Domine
20 Deus. Quid ergo addere poterit adhuc
Dauid, vt loquatur ad te? tu enim ſcis
21 ſeruum tuum Dñe Deus. Propter ver-
bum tuum, & ſecundùm cor tuũ feciſti
omnia magnalia hæc, ita vt notum face-
22 res ſeruo tuo. Idcirco magnificatus es
Dñe Deus, quia nõ eſt ſimilis tui, neque
eſt Deus extra te, in omnibus quæ audi-
23 uimus auribus noſtris. Quæ eſt au-
tem, vt populus tuus Iſraël, gens in

terra,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

terra, ꝓpter quam iuit Deus, vt redimeret eā sibi in populū, & poneret sibi nomen, faceretq. eis magnalia, & horribilia super terrā, à facie populi tui, quē redemisti tibi ex Aegypto, ª gentē, & deū' eius. Firmasti enim tibi populū tuū Israël in populum sempiternū: Et tu Dñe Deus factus es eis in Deum. Nunc ergo Dñe Deus verbū quod locutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternū, atque dicatur, Dñs exercituum, Deus super Israël. Et domus serui tui Dauid erit stabilita corā Domino, quia tu Dñe exercituum Deus Israël reuelasti aurē serui tui, dicēs, Domū ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suū vt oraret te oratione hac. Nunc ergo Dñe Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruū tuū bona hæc. Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternū coram te; quia tu Dñe Deus locutus es, * benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

CAP. VIII.

FActum est autem pòst hæc percussit Dauid Philisthiim, & humiliauit eos, ‖ & tulit Dauid Frenum-tributi de manu Philisthiim. Et percussit Moab, & mēsus est eos funiculo, coęquans terrę: mēsus est autē duos funiculos, vnum ad occidendū, & vnum ad viuificandum: factusq. est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adar-ézer filium Rohob regē Soba, quādo profectus est vt dominaretur super flumē Euphráten. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. Venit quoq. Syria Damasci, vt præsidium ferret Adar-ezer regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorū. Et posuit Dauid præsidiū in Syria Damasci: factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitq. Dñs Dauid in omnibus ad quæcunq. profectus est. Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adar-ézer, & detulit ea in Ierusalem. Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adar-ézer tulit rex Dauid æs multum nimis, ‖ de quo fecit Salomō omnia vasa ærea in tēplo: & mare æneum, & columnas, & altare'. Audiuit aūt Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adar-ézer, & misit Thou Iorā filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum cōgratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnasset Adar-ezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adar-ézer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argētea, & vasa ærea: quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Dño cū argento & auro, quę sanctificauerat de vniuersis gentibus quas

1 ª gentibus, & diis 2 MS. ª gente, & deo 5 MS. Q.n.

* & 6 MS. H.C.G.

1. par. 18, 1

‖ & tulit Dauid Frenum-tributi de manu Philisthiim. Et percussit Moab, & mēsus est eos funiculo, coęquans terrę: mēsus est autē duos funiculos, vnum ad occidendū, & vnum ad viuificandum: factusq. est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adar-ézer filium Rohob regē Soba, quādo profectus est vt dominaretur super flumē Euphráten. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. Venit quoq. Syria Damasci, vt præsidium ferret Adar-ezer regi Soba: & percussit Dauid de Syria viginti duo millia virorū. Et posuit Dauid præsidiū in Syria Damasci: factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitq. Dñs Dauid in omnibus ad quæcunq. profectus est. Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adar-ézer, & detulit ea in Ierusalem. Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adar-ézer tulit rex Dauid æs multum nimis, ‖ de quo fecit Salomō omnia vasa ærea in tēplo: & mare æneum, & columnas, & altare'. Audiuit aūt Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adar-ézer, & misit Thou Iorā filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum cōgratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnasset Adar-ezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adar-ézer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argētea, & vasa ærea: quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid Dño cū argento & auro, quę sanctificauerat de vniuersis gentibus quas

‖ MS.R. H.C.G.Ar. in Gg. legimus: Ex eo fecit Salomō mare æneū, & columnas, & labra, & omnia vasa Verū, videtur hic excussus ex l. 2. Paral. c. 28 hūc trāsiisse.

12 subegerat de Syria, & Moab, & filiis Ammon, & Philisthiim, & Amalec, & de manubijs Adar-ézer filij Rohob regis
13 Soba. Fecit quoq. sibi Dauid nomē cū reuerteretur capta Syria in Valle-salinarum, cæsis ª decē & octo' millibus: ‖ &
14 Gebelē ad viginti tria millia': & posuit in Idumæa custodes, statuitq. præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiēs Dauid. & seruauit Dñs Dauid in omnibus
15 ad quæcunq. profectus est. Et regnauit Dauid super oēm Israël: faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiā omni populo
16 suo. Ioab autē filius Saruiæ erat super exercitū: porrò Iosaphat filius Ahilud
17 erat à cōmentariis: & Sadoc filius Achitob, & Achimélech filiᵘˢ Abiathar, erāt
18 sacerdotes: & Saraias, scriba: Banaias aūt filiᵘˢ Ioiadæ super cerethi & phelethi: filij aūt Dauid, sacerdotes erāt.

CAP. IX.

1 ET dixit Dauid, Putàsne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam propter Ionathā?
2 Erat autē de domo Saul, seruus, nomine Siba: quē cùm vocasset rex ad se, dixit ei, Tune es Siba? Et ille respōdit, Ego
3 sum seruus tuus. Et ait rex, Nunquid supereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitq. Siba regi, Supereſt filius Ionathę, debilis pedi-
4 bus. Vbi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Am-
5 miel in Lo-dabar. Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Am-
6 miel de Lo-dabar. Cū autem venisset Miphibóseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciē suā, & adorauit. Dixitque Dauid, Miphibóseth? qui
7 respondit, Adsum seruus tuus. Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciā in te misericordiam propter Ionathan patrem tuū, & restituā tibi oēs agros Saul patris tui, & tu comedes panem in men-
8 sa mea semper. Qui adorans eū, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canē mortuū similē mei?
9 Vocauit itaq. rex Sibā puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcunq. fuerūt Saul, & vniuersam domum eius, dedi filio domi-
10 ni tui. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & inferes filio dñi tui cibos, vt alatur: Miphi-boseth autē filius dñi tui comedet semper panē super mēsam meam. Erāt autē Sibæ quindecim
11 filij, & viginti serui. Dixitq. Siba ad regē, Sicut iussisti dñe mi rex seruo tuo, sic faciet seruᵘˢ tuus: & Miphi-boseth comedet super mensam ª meā', quasi vnus de
12 filiis regis. Habebat autē Miphi-boseth filiū paruulū nomine Micha: omnis verò cognatio domᵘˢ Sibę seruiebat Miphi-bo-
13 seth. Porrò Miphi-boseth habitabat in Ierusalē: quia de mēsa regis iugiter vescebatur: & erat claudᵘˢ vtroq. pede.

CAP. X.

1 FActum est autē post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit

ª duodecim o Q.n. — σ MS.R. H.C.G.

ª tuam 10 MS. *Suffragātur autē Textui* R. H. atq. C. ª *regis* G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hanon filius eius pro eo. Dixitq. Dauid, Faciã misericordiã cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecũ misericordiã. Misit ergo Dauid, consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cũ autẽ venissent serui Dauid, in terrã filiorum Ammõ, dixerunt principes filiorũ Ammõ ad Hanõ dñm suum, Putas quòd propter honorẽ patris tui miserit Dauid ad te cõsolatores, & nõ ideò vt *inuestigaret, & exploraret ciuitatẽ, & euerteret eã, misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaq. Hanõ seruos Dauid, rasitq. dimidiã partẽ barbæ eorũ, & præscidit vestes eorum medias vsq. ad nates, & dimisit eos.

Quod cùm nũtiatum esset Dauid, misit in occursum eorũ: erãt enim viri cõfusi turpiter valde, & mãdauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tũc reuertimini. Vidẽtes autẽ filij Ammõ, quòd iniuriã fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrũ Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Is-tob ‖ duodecim' millia virorum.

Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab & omnẽ exercitum bellatorum. Egressi sunt ergo filij Ammõ, & direxerunt aciẽ ante ipsum introitum portæ: Syrus autẽ Soba, & Rohob, & Is-tob, & Maacha seorsum erãt in cãpo. Videns igitur Ioab quòd præparatum esset aduersum se prœliũ, & ex aduerso & post tergum, elegit *ex omnib. electis Israël, & instruxit aciẽ cõtra Syrum: reliquã autẽ partẽ populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciẽ aduersus filios Ammon. Et ait Ioab, Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autẽ filij Ammõ præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dñs autẽ faciet quod bonũ est in cõspectu suo. Iniit itaq. Ioab & populus qui erat cum eo, certamen cõtra Syros: qui statim fugerunt à facie eius. Filij autẽ Ammõ vidẽtes quia fugissent Syri, fugerũt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatẽ: reuersusq. est Ioab à filiis Ammõ, & venit Ierusalem. ‖ Videntes igitur filij Ammõ quoniã Syrus expauit, & quoniã corruissent corã Israël, cõgregati sunt pariter. Misitq. Adar-ézer, & eduxit Syros qui erant trãs fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autẽ magister militiæ Adar-ézer, erat princeps eorũ. Quod cùm nuntiatũ esset Dauid, cõtraxit omnẽ Israëlẽ, & transiuit Iordanẽ, venitq. in Helã: & direxerunt aciẽ Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt cõtra eum. Fugeruntq. Syri à facie Israël, & occidit Dauid de Syris septingẽtos currus, & quadraginta millia equitũ: & Sobach principẽ militiæ percussit, qui statim mortuus est. Videntes autẽ vniuersi reges qui erant in præsidio Adar-ézer, se victos esse ab Israël, ‖ expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israël. Et' fecerunt pacẽ cum Israël: & seruierunt eis, timueruntq. Syri auxilium præbere *filiis Ammon.

CAP. XI.

1 FActum est autẽ, vertente anno, eo tẽpore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cũ eo, & vniuersum Israël, & vastauerũt filios Ammõ, & obsederunt Rabba: Dauid
2 autẽ remansit in Ierusalẽ. Dum hæc agerentur, accidit* vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiẽ, & deambularet in solario domus regiæ: viditq. mulierẽ se lauantẽ, ex aduerso, super solariũ suum:
3 erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. Nuntiatumq. est ei quòd ipsa esset Bethsabee filiã Eliã, vxor Vrię Hethæi. Miss
4 sis itaq. Dauid nũtiis tulit eã. quæ cũ ingressa esset ad illũ, dormiuit cũ ea: ‖ statimq. sanctificata est ab immũditia sua:
5 & reuersa est in domũ suã cõcepto fœtu. Mittensq. nũtiauit Dauid, & ait, Cõ-
6 cepi. Misit autẽ Dauid ad Ioab, dicens, Mitte ad me Uriã Hethæũ. Misitq. Ioab
7 Uriã ad Dauid. Et venit Urias ad Dauid. Quæsiuitq. Dauid quàm rectè ageret Ioab, & popul', & quomodo administraretur bellũ. & dixit Dauid ad Uriã, Vade in domũ tuã, & laua pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutus-
9 que est eũ cibus regius. Dormiuit aũt Urias ante portã domus regiæ, cũ aliis seruis dñi sui, & non descendit ad domum
10 suã. Nuntiatumq. est Dauid à dicẽtib', Nõ iuit Urias in domũ suã. Et ait Dauid ad Uriã, Nũquid nõ de via venisti? quare
11 nõ descẽdisti in domũ tuã? Et ait Urias ad Dauid, Arca ‖ Dei' & Israël, & Iuda habitãt in papilionibus, & dñs meus Ioab, & serui dñi mei super faciẽ terrę manẽt: & ego ingrediar domũ meã, vt comedam & bibã, & dormiã cũ vxore mea? per salutẽ tuã, & per salutem animæ tuæ
12 nõ faciã rẽ hãc. Ait ergo Dauid ad Uriã, Mane hîc etiã hodie, & cras dimittã te. Mansit *Urias in Ierusalẽ in die illa &
13 altera, & vocauit eum Dauid vt comederet corã se & biberet, & inebriauit eũ: qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cũ seruis dñi sui, & in domum suam
14 non descẽdit. Factum est ergo manè, &
15 scripsit Dauid epistolã ad Ioab: misitq. per manũ Uriæ, scribens in epistola, Ponite Uriã ex aduerso belli, vbi fortissimũ est prœliũ: & derelinquite eũ, vt percussus intereat. Igitur cùm Ioab obsideret
16 vrbẽ, posuit Uriã in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. Egressiq. viri de ci-
17 uitate, bellabãt aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mor-
18 tuus est etiã Urias Hethæus. Misit itaq. Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba
19 prœlij, præcepitq. nuntio, dicẽs, Cùm

compleueris

*fibi MS. q.&.

*Videntes igitur Syri quoniam corruissent 7 MS.R. H.C.G.

*vltra MS. H.C.G.

*quadr. MS q.

*autem MS. H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

compleueris vniuersos sermones belli ad
regẽ, si eum videris indignari,& dixe- 20
rit, Quare accessistis ad murũ, vt prœlia-
remini?an ignorabatisquòd multa dẽsu-
per ex muro tela mittãtur? ℣ Quis per- 21
cussit Abimẽlech filiũ Ierobaal?nónne
mulier misit super eũ fragmen molæ de
muro,& interfecit eũ in Thebes? quare
iuxta murũ accessistis?dices, Etiã seruus
tuus Vrias Hethæus occubuit. Abiit er- 22
go nũtius, & venit, & narrauit Dauid om-
nia quæ ei præceperat Ioab. Et dixit nũ- 23
tius ad Dauid, Præualuerunt aduersum
nos viri,& egressi sunt ad nos in agrum:
nos autẽ facto impetu persecuti eos su-
mus vsq. ad portã ciuitatis. Et direxe- 24
runt iacula sagittarij ad seruos tuos ex
muro dẽsup: mortuiq. sunt de seruis re-
gis,quinetiã seruus tuus Vrias Hethæus
mortuus est. Et dixit Dauid ad nuntiũ, 25
Hæc dices Ioab, Nõ te frãgat ista res: va-
rius enim euẽtus est belli, & nũc hunc,&
nunc illũ cõsumit gladius:cõforta bella-
tores tuos aduersus vrbẽ, vt destruas eã,
& exhortare eos. Audiuit autem vxor 26
Vriæ,quòd mortuus esset Vrias vir suus,
& planxit eũ. Trãsactoq. luctu misit Da- 27
uid,& introduxit eã in domũ suã,& fa-
cta est ei vxor,peperitq. ei filium,& dis-
plicuit verbum hoc quod fecerat Dauid,
coram Domino. CAP. XII.

*Respõde mihi iudicium MS. G. At à R. H.C. & G q. verba ista non leguntur.

MIsit ergo Dñs Nathã ad Dauid: qui 1
cùm venisset ad eũ, dixit ei,*Duo
viri erant in ciuitate vna,vnus diues, &
alter pauper. Diues habebat oues, & 2
boues plurimos valde. Pauper autẽ ni- 3
hil habebat omnino, præter ouem vnam
paruulã quã emerat & nutrierat, & quæ
creuerat apud eũ cum filiis eius simul,de
pane illius comedẽs,& de calice eius bi-
bens,& in sinu illius dormiẽs: eratq. illi
sicut filia. Cùm autẽ peregrinus quidã 4
venisset ad diuitẽ,parcens ille sumere de
ouibus &de bobus suis,vt exhiberet cõ-
uiuium peregrino illi qui venerat ad se,
tulit ouẽ viri pauperis, & præparauit ci-
bos homini qui venerat ad se. Iratus 5
autẽ indignatione Dauid aduersus homi-
nem illum nimis,dixit ad Nathan, Viuit
Dñs,quoniã filius mortis est vir qui fecit
hoc. Ouem reddet][in quadruplum, eo 6
quòd fecerit verbum istud,& non peper-
cerit. Dixit autẽ Nathan ad Dauid, Tu 7
es ille vir*. Hæc dicit Dñs Deus Israël,
Ego vnxi te in regem super Israël,& ego
erui te de manu Saul, & dedi tibi do- 8
mum dñi tui, & vxores dñi tui in sinu
tuo,dediq̃ tibi domum Israël & Iuda:
& si parua sunt ista,adiiciam tibi multò
maiora. Quare ergo cõtempsisti verbũ 9
Dñi vt faceres malum in cõspectu meo?
Vriã Hethæũ percussisti gladio, & vxo-
rẽ illius accepisti in vxorem tibi, & in-
terfeciſti eũ gladio filiorũ Ammõ. Quã 10
ob rem non recedet gladius de domo tua
vsque in sempiternũ,eo quòd despexe-

ris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi,
11 vt esset vxor tua. Itaq. hæc dicit Dñs,
Ecce, ego suscitabo super te malum de
domo tua,& tollã vxores tuas in oculis
tuis,][& dabo proximo tuo, & dormiet
cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. Inf. 26, 22.
12 Tu enim fecisti absconditè:ego autem
faciã verbũ istud in cõspectu omnis Is-
13 raël,& in cõspectu Solis*. Et dixit Da- * huius MS. G.
uid ad Nathan,][Peccaui Dño. Dixitq̃ Eccl. 47, 13.
Nathan ad Dauid, Dñs quoque transtulit
14 peccatum tuũ: nõ morieris. Verumta-
mẽ,quoniã blasphemare fecisti inimicos
*Dñi,propter verbum hoc:filius qui na- *nomen MS q.
15 tus est tibi,morte morietur. Et reuersus
est Nathã in domũ suã. Percussit quoque
Dñs paruulũ quem pepererat vxor Vriæ
16 Dauid,& desperatus est. Deprecatúsq.
est Dauid Dñm pro paruulo:& ieiunauit
Dauid ieiunio,& ingressus seorsum, ia-
17 cuit super terrã. Venerunt autẽ senio-
res domus eius, cogentes eum vt surge-
ret de terra:qui noluit,nec comẽdit cum
18 eis cibum. Accidit autẽ die septima vt
moreretur infans:timueruntq. serui Da-
uid nuntiare ei quòd mortuus esset pa-
ruulus. dixerũt enim, Ecce cùm paruulus
adhuc viueret, loquebamur ad eum, &
non audiebat vocẽ nostrã:quantò magis
si dixerimus, Mortuus est puer, se affli-
19 get? Cùm ergo Dauid ‖audisset seruos ‖ vidisset 9 MS. H. C. G.
suos mussitantes, intellexit quòd mor-
tuus esset infantulus: dixitque ad seruos
suos, Nũ mortuus est puer? Qui respon-
20 derũt ei, Mortuus est. Surrexit ergo Da-
uid de terra, & lotus vnctúsq. est: cumq.
mutasset ‖ vestẽ, ingressus est domũ Dñi: ‖ vestes 1 MS. H. G q
& adorauit, & venit in domũ suam, peti-
uitque vt ponerent ei panẽ, & comẽdit.
21 Dixerũt autẽ ei serui sui, Quis est ser-
mo quẽ fecisti? propter infantẽ cùm ad-
huc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo
autẽ puero surrexisti,& comedisti panẽ.
22 Qui ait, Propter infantẽ,dũ adhuc vi-
ueret,ieiunaui &fleui:dicebã enim, Quis
scit si fortè donet eum mihi Dñs,& viuat
23 infans? Nunc autem quia mortuus est,
quare ieiuno? Nũquid potero reuocare eũ
amplius?ego vadã magis ad eũ: ille verò
24 non reuertetur ad me. Et consolatus est
Dauid Beth-sabee vxorem suam,ingres-
susque ad eam, dormiuit cum ea:][quæ Matth. 1,6
genuit filium,& vocauit nomen eius Sa-
25 lomon,& Dominus dilexit eum. Misit-
que*in manu Nathan prophetæ, & vo- *eum o.
cauit nomen eius Amabilis-Domino;
26 eò quòd diligeret eum Dominus.][Igi- 1 Par. 20, 1
tur pugnabat Ioab contra Rabbath filio-
rum Ammon, & expugnabat vrbem re-
27 giam. Misitque Ioab nuntios ad Da-
uid,dicẽs,Dimicaui aduersum Rabbath,
28 & capienda est Vrbs-aquarum. Nunc
igitur congrega reliquam partem popu-
li,& obside ciuitatem, & cape eam: ne
cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini
29 meo ascribatur victoria. Cõgregauit ita-

que

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que Dauid omnẽ populũ, & profectus est aduersum Rabbath: cumque dimicasset, cepit eã. Et tulit diadema regis eorum 30
de capite eius, pondo auri talentũ, habẽs gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædã ciuitatis asportauit multã valdè: populũquo- 31
que eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitq. cultris, & traduxit in typo laterũ: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorũ Ammõ: & reuersus est Dauid, & omnis exercitus in Ierusalem.

CAP. XIII.

FActũ est autẽ post hæc, vt Absalõ filij 1
Dauid sororẽ speciosissimã vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid,
-2 MS. & deperiret in eã -valde', ita vt ꝓpter 2
amorem eius ægrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhonestè ageret cũ ea. Erat autẽ Am- 3
nõ amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.

Qui dixit ad eũ, Quare sic attenuaris 4
macie fili regis, per singulos dies? cur nõ indicas mihi? Dixitque ei Amnon, Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

Cui respondit Ionadab, Cuba super le- 5
ctum tuũ, & languorem simula: cumque venerit pater tuus vt vísitet te, dic ei, Veniat, oro, Thamar soror mea, vt dẽt mihi
*paratũ o. cibũ, & faciat pulmentũ, vt comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon, & 6
quasi ægrotare cœpit: cumq. venisset rex ad visitandum eũ, ait Amnon ad regem, Veniat, obsecro, Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas
*capiam & cibũ *capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domũ, dicens, Veni 7
in domũ Amnon fratris tui, & fac ei pulmentũ. Venitq. Thamar in domũ Am- 8
non fratris sui; ille autẽ iacebat: quę tollens farinam commiscuit: & liquefaciẽs, in oculis eius coxit sorbitiũculas. Tol- 9
lénsq. quod coxerat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere: dixitq. Amnon, Eiicite vniuersos à me. Cumq. eie- 10
cissent omnes, dixit Amnõ ad Thamar, Infer cibum in cõclaui, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiũculas quas fecerat, & intulit ad Amnõ fratrem 11
suũ in cõclaui. Cumq. obtulisset ei cibũ, apprehendit eã, & ait, Veni, cuba mecum soror mea. Quæ respondit ei, No- 12
li frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israël: noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre nõ potero 13
opprobriũ meũ, & tu eris quasi vnus de insipiẽtib⁹ in Israël: quin potius loquere ad regẽ, & non negabit me tibi. Noluit 14
* Amnon MS. R. G. Ab H. aũt & C. non additur. aũt *acquiescere precibus eius, sed prœualẽs viribus oppressit eã, & cubauit cũ ea.

Et exosam eã habuit Amnõ odio ma- 15
gno nimis: ita vt maius esset odium quo oderat eã, amore quo antè dilexerat. Dixitq. ei Amnõ, Surge & vade. Quæ re- 16
spõdit ei, Maius est hoc malũ quod nunc agis aduersum me, quàm quod ante feci-
17 sti, expellẽs me. Et noluit audire eã: sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eiice hãc à me foras: & claude ostiũ post
18 eã. Quæ induta erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebãtur. Eiecit itaq. eã minister
19 illius foras: clausitq. fores post eã. Quę aspergẽs cinerẽ capiti suo, scissa talari tunica, impositisq. manib. super caput suũ,
20 ibat ingrediens, & clamãs. Dixit aũt ei Absalõ frater suus, Nũquid Amnõ frater tuus cõcubuit tecũ? sed nunc soror tace, frater tuus est: neq. affligas cor tuũ pro hac re. Mãsit itaq. Thamar cõtabescẽs in
21 domo Absalom fratris sui. Cùm autem audisset rex Dauid verba hæc, cõtristatus est valdè, -& noluit cõtristare spiritum Amnõ filij sui, quoniã diligebat eũ, quia
22 primogenitus erat ei⁹. Porrò non est locutus Absalõ ad Amnõ nec malum, nec bonũ: oderat enim Absalom Amnon, eo quòd violasset Thamar sororem suam.
23 Factũ est aũt post tẽpus biennij, vt tõderẽtur oues Absalõ in Baal-hasor, quæ est iuxta Ephraim: & vocauit Absalom
24 omnes filios regis, venitq. ad regem, & ait ad eum, Ecce tondẽtur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis ad seruum
25 suũ. Dixitq. rex ad Absalõ, Noli fili mi, noli rogare vt veniam⁹ oẽs, & grauemus te. Cùm autẽ cogeret eũ, & noluisset ire,
26 benedixit ei. Et ait Absalom*, Si nõ vis venire, veniat obsecro nobiscũ saltẽ Amnon frater meus. Dixitque ad eũ rex, Nõ
27 est necesse vt vadat tecũ. Coëgit itaque Absalõ eũ, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios regis. -Feceratq. Absalõ
28 cõuiuiũ quasi cõuiuium regis⁹. Præceperat autẽ Absalõ pueris suis, dicẽs, Obseruate cùm temulẽtus fuerit Amnõ vino, & dixero vobis, Percutite eũ, & interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roboramini, & estote
29 viri fortes. Fecerũt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalõ. Surgẽtésq. oẽs filij regis ascẽdẽ-
30 rũt singuli mulas suas, & fugerũt. Cũq. adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicẽs, Percussit Absalõ oẽs filios regis, & non remansit ex eis saltem
31 vnus. Surrexit itaque rex*, & scidit vestimenta sua: & cecidit super terram: & omnes serui illius qui assistebant ei, sci-
32 derunt vestimenta sua. Respõdens autẽ Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne æstimet dñs meus rex, quòd omnes pueri filij regis occisi sint: Amnõ solus mortuus est, quoniam in ore Absa-
lõ erat positus ex die qua oppressit Tha-
33 mar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens, Omnes filij regis occi-
si sunt: quoniam Amnon solus mortuus
34 est. Fugit autem Absalom, & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit:

& ecce

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& ecce populus multus veniebat per iter deuiũ ex latere montis. Dixit autẽ Ionadab ad regem, Ecce filij regis adsunt: iuxta verbũ serui tui sic factũ est. Cũq. cessasset loqui, apparuerũt & filij regis: & intrantes leuauerũt vocẽ suam, & fleuerũt: sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis. Porrò Absalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regẽ Gessur. Luxit ergo Dauid filiũ suũ *multis' diebus. Absalom autem cùm fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. Cessauitq. rex Dauid persequi Absalom, eo quòd consolatus esset super Amnon interitu.

*Amnon MS q. R. Recunctis 4 MS. H. G. Eo autem modo, quo Textui lecti expositi Par. C.

CAP. XIIII.

INtelligẽs autẽ Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad Absalom, misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientẽ: dixitq. ad eam, Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tẽpore lugens mortuum: & ingredieris ad regem, & loquêris ad eum sermones huiuscemodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaq. cùm ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo superterram, & adorauit, & dixit, Serua me rex. Et ait ad eam rex, Quid causæ habes? Quæ respõdit, Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus. Et ancillæ tuæ erant duo filij: qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce cõsurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuã, dicit, Trade eum qui percussit fratrẽ suũ, vt occidamus eum pro anima fratris sui quẽ interfecit, & deleamus hæredẽ: & quærũt extinguere scintillam meam quæ relicta est, vt nõ superfit viro meo nomẽ, & reliquiæ super terram. Et ait rex ad mulierẽ, Vade in domũ tuam, & ego iubebo pro te. Dixitque mulier Thecuitis ad regem, In me dñe mi rex sit iniquitas, & in domũ patris mei: rex autem, & thronus eius sit innocens. Et ait rex, Qui cõtradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà nõ addet vt tangat te. Quæ ait, Recordetur rex Dñi Dei sui, vt non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendũ, & nequaquã interficiant filium meũ. Qui ait, Viuit Dñs, quia non cadet de capillis filij tui super terrã. Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dñm meum regem verbum. Et ait, Loquere. Dixitq. mulier, Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populũ Dei, & locutus est rex verbũ istud vt peccet, & non reducat eiectũ suum? Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur interrã, quæ nõ reuertuntur: ‖ nec vult Deus perire animã, sed retractat, cogitãs ne penit⁹ pereat qui abiectus est. Nunc igitur veni vt loquar ad dñm meum regẽ verbũ hoc præsente populo. Et dixit ancilla tua, Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ. Et audiuit rex*, vt liberaret ancillã suam de manu omniũ qui volebant de hæreditate Dñi delere me, & filiũ meũ simul. Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbũ dñi mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus Dñi, sic est dñs meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dñs Deus tuus est tecum. Et respondens rex, dixit ad mulierem, Ne abscõdas à me verbum quod te interrogo. Dixitq. ei mulier, Loquere dñe mi rex. Et ait rex, Nunquid manus Ioab tecũ est in omnib. istis? Respõdit mulier, & ait, Per salutem animæ tuæ dñe mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexterã est ex omnibus his quæ locutus est dñs meus rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. Vt verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Ioab præcepit istud: tu autẽ dñe mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiã angelus Dei, vt intelligas omnia super terrã. Et ait rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbũ tuum: vade ergo, & reuoca puerũ Absalom. Cadensq. Ioab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiã in oculis tuis dñe mi rex: *fecisti' enim sermonẽ *rex serui tui. Surrexit ergo Ioab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem. Dixit autẽ rex, Reuertatur in domum suam, & faciem meã nõ videat. Reuersus est itaq. Absalom in domũ suam, & faciem regis non vidit. Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israël, & decorus nimis: à vestigio pedis vsq ad verticẽ nõ erat in eo vlla macula. Et quãdo tondebat capillum (semel autẽ in anno tondebatur, quia grauabat eum cęsaries) põderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. Nati sunt autẽ Absalom filij tres; & filia vna, nomine Thamar, elegãtis formæ. Mansitq. Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciẽ regis non vidit. Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumq. secundò misisset, & ille noluisset venire ad eum, dixit seruis suis, Scitis agrũ Ioab iuxta agrum meum, habentẽ messem hordei: ite igitur, & succẽdite eũ igni. Succenderunt ergo serui Absalõ segetẽ igni. ‖ Et venientes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt, Succenderũt serui Absalom partẽ agri igni'. Surrexitq. Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit, Quare succenderunt serui tui segetem meã igni? Et respõdit Absalom ad Ioab, Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regẽ, & diceres ei, Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videã faciẽ regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. Ingressus itaq. Ioab

*verba o.

*feeit H. C. G.

*domine mi MS. R. G q. Ab H. *autem*, C. & G *non repetitur.*

‖ 11 MS. R. H. C. G. *Sunt autem codices Græci, qui nõ tollant.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad regem, nũtiauit ei omnia': vocatusq. est Absalõ, & intrauit ad regẽ, & adorauit super faciem terræ corã eo: osculatusque est rex Absalom. CAP. XV.

1 IGitur post hęc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros qui præcederẽt eũ. 2 Et manè consurgens Absalom, stabat iuxta introitũ portę in via', & omnẽ virũ qui habebat negotium vt veniret ad regis iudiciũ, vocabat Absalom ad se, & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat, Ex vna tribu Israël ego sum seruus tuus. 3 Respondebatq. ei Absalõ, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatq. Absalom, 4 Quis me cõstituat iudicẽ super terrã, vt ad me veniãt omnes qui habẽt negotiũ, & iustè iudicẽ? Sed & cùm accederet ad eũ homo vt salutaret illũ, extẽdebat manũ suã, & apprehendẽs, osculabatur eum. 6 Faciebatq. hoc omni Israël venienti ad iudicium vt audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israël. 7 Post quadraginta' autẽ annos, dixit Absalõ ad regem Dauid', Vadã, & reddam vota mea quæ voui Dño, in Hebron. 8 Vouens enim vouit seruus tuus, cũ esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dñs in Ierusalẽ, sacrificabo Dño. 9 Dixitq. ei rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. 10 Misit autẽ Absalom exploratores in vniuersas tribus Israël, dicens: Statim vt audieritis clãgorẽ buccinæ, dicite, Regnabit Absalom in Hebron. 11 Porrò cum Absalom ierunt ducẽti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorãtes. 12 Accersiuit quoq. Absalom Achi-tóphel Gilonitẽ cõsiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. Cumq. immolaret victimas, facta' est cõiuratio valida, populusq. concurrẽs augebatur cum Absalom. 13 Venit igitur nũtius ad Dauid, dicẽs: Toto corde vniuersus Israël sequitur Absalõ. 14 Et ait Dauid seruis suis qui erãt cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neq. enim erit nobis effugiũ à facie Absalõ: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impleat' super nos ruinã, & percutiat ciuitatẽ in ore gladij. 15 Dixeruntq. serui regis ad eũ, Omnia quęcunq. præceperit dñs noster rex, libenter exequemur seruitui. 16 Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis: & reliquit rex decẽ mulieres concubinas ad custodiendã domum. 17 Egressusq. rex & omnis Israël pedibus suis, stetit procul à domo: 18 & vniuersi serui eius ambulabãt iuxta eũ, & legiones cerethi & phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi' sex centi viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem. 19 Dixit autẽ rex ad Ethai Gethęũ, Cur venis nobiscũ? reuertere, & habita cũ rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. 20 Heri venisti, & hodie cõpellẽris nobiscũ egredi? ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dñs faciet tecum misericordiam & veritatem', quia ostendisti gratiã & fidem', 21 Et respõdit Ethai regi, dicẽs: Viuit Dominus, & viuit dñs meus rex: quoniã in quocumq. loco fueris dñe mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. 22 Et ait Dauid Ethai, Veni, & transi. Et transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. 23 Omnesq. flebãt voce magna, & vniuersus populus trãsibat: rex quoq. transgrediebatur Torrẽtem-cedron, & cũctus populus incedebat contra viam oliuæ'quę 24 respicit ad desertũ. Venit autẽ & Sadoc sacerdos', & vniuersi Leuitę cũ eo, portantes arcã fœderis Dei, & deposuerunt arcam fœderis Dei: & ascẽdit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui 25 egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcã Dei in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Dñi, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculũ 26 suum. Si autẽ dixerit mihi, Non places: præsto sum, faciat *quod bonũ est coram se. 27 Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem, O videẽs reuertere in ciuitatẽ in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathã filius Abiathar duo filij vestri, sint vobiscum. 28 Ecce ego abscõdar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, indicans mihi. 29 Reportauerunt ergo Sadoc, & Abiathar arcã Dei in Ierusalem: & manserunt ibi. 30 Porrò Dauid ascẽdebat Cliuũ-oliuarũ, scandens & flens, nudis pedibus incedẽs, & operto capite, sed & omnis popul' qui erat cũ eo, operto capite ascendebat plorans. 31 Nuntiatũ est autẽ Dauid quòd & Achi-tóphel esset in cõiuratione cũ Absalom, dixitq. Dauid, Infatua quæso Dñe consiliũ Achi-tóphel. Cumq. ascenderet 32 Dauid summitatẽ mõtis, in quo adoraturus erat Dñm, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. 33 Et dixit ei Dauid, Si veneris mecum, 34 eris mihi oneri: si autẽ in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum rex, patere me viuere': sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis cõsiliũ Achi-tóphel. 35 Habes aũtecũ Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbũ quodcũq. audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotib⁹. 36 Sũt enim cũ eis duo filij eorũ Achimaas filius Sadoc, & Ionathã filius Abiathar: & mittetis p eos ad me omne verbũ 37 quod audieritis. Venięte ergo Chusai amico Dauid in ciuitatẽ, Absalom quoq. ingressus est Ierusalem. CAP. XVI.

1 CVmq. Dauid trãsisset paululũ montis verticem, apparuit Siba puer Miphi-bóseth, in occursum eius, cũ duobus asinis, qui onerati erãt ducentis panibus, & centũ alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharũ, & duob⁹ vtribus' vini.

Et dixit

-9 MS.H. C.G.
-8 MS. *super manum viæ portæ* H. G q. *super stratã viæ portæ* C. *in via portæ* G.
quatuor MS. Q.n.
-3 MS.H. C. G.
cùm immolaret victimas, & facta 5 MS.H.C. G.
impellat 7 MS.R. H. G.
insidietur C.
-3 MS.H. C.G.

Et dixit rex Sibæ, Quid sibi volũt hæc? 2
Respôditq. Siba*, asini, domestici regis,
vt sedeant, & pânes & palathæ ad vescẽ-
dum pueris-tuis', vinũ autẽ vt bibat si-
quis defecerit in deserto. ‖ Et ait rex, Vbi 3
est filius dñi tui? Respondítq. Siba regi,
Remánsit in Ierusalẽ, dicens: Hodie resti-
tuet mihi dom⁹ Israël regnũ patris mei.
Et ait rex Sibæ, Tua sint omnia quæ 4
fuerũt Miphi-bóseth. Dixitq. Siba, Oro,
vt inueniam gratiã coram te dñe mi rex.
Venit ergo rex Dauid vsq. Bahurim: & 5
ecce egrediebatur inde vir de cognatione
domus Saul, nomine Semei, filius Gera,
procedebatq. egrediens, & maledicebat.
Mittebatq. lapides cõtra Dauid, & con- 6
tra vniuersos seruos regis Dauid: omnis
aũt populus, & vniuersi bellatores à de-
xtro & à siniſtro latere regis incedebant.
Ita autẽ loquebatur Semei cùm male- 7
diceret-regi', Egredere, egredere vir san-
guinum, & vir belial. Reddidit tibi Dñs 8
vniuersum sanguinẽ domus Saul: quoniã
inuasisti regnum pro eo, & dedit Dñs re-
gnũ in manu Absalõ filij tui: & ecce pre-
mũt te mala tua, quoniã vir sanguinũ es.
Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, 9
Quare maledicit canis hic moritur⁹ dño
meo regi? vadã, & amputabo caput eius.
Et ait rex, Quid mihi & vobis est filij 10
Saruiæ? dimittite eum vt maledicat: Dñs
enim præcepit ei vt malediceret Dauid:
& quis est qui audeat dicere, quare sic fe-
cerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis ser- 11
uis suis, Ecce filius meus, qui egressus est
de vtero meo, quærit animã meã: quãto
magis* hic filius Iemini*? dimittite eũ, vt
maledicat iuxta præceptũ Dñi, si fortè 12
respiciat Dñs afflictionẽ meã, & reddat
mihi Dñs bonum pro maledictione hac,
die hodierna. Ambulabat itaq. Dauid & 13
socij eius per viã cũ eo: Semei autẽ per
iugum mõtis ex latere, cõtra illũ gradie-
batur, maledicẽs, & mittens lapides ad-
uersum eũ, terrãq. spargens. Venit itaq. 14
rex*, & vniuersus populus cũ eo lassus, &
*refocillati sunt' ibi. Absalom autem & 15
omnis populus *eius' ingressi sunt Ieru-
salẽ, sed & Achi-tóphel cũ eo. Cũ autẽ 16
venisset Chusai Arachites amicus Dauid
ad Absalõ, locutus est ad eum, Salue rex,
salue rex. Ad quẽ Absalõ, Hæc est, in- 17
quit, gratia tua ad amicũ tuũ? quare non
iuisti cũ amico tuo? Respondítq. Chusai 18
ad Absalõ, Nequaquã: quia illius ero quẽ
elegit Dñs, & omnis hic populus & vni-
uersus Israël, & cũ eo manebo. Sed vt 19
& hoc inferam, cui ego seruiturus sum?
nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita
parebo & tibi. Dixit autẽ Absalom ad 20
Achi-tophel, Initeconsilium, quid agere
debeamus. Et ait Achi-tophel ad Ab- 21
salom, Ingredere ad cõcubinas patris tui,
quas dimisit ad custodiendũ domũ: vt cũ
audierit omnis Israël quòd fœdaueris
patrẽ tuũ, roborẽtur tecũ manus eorum.
Tetenderunt ergo Absalom tabernacu- 22
lũ in solario: ‖ ingressusq. est ad concubi-
nas patris sui corã vniuerso Israël. Cõ- 23
silium autẽ Achitóphel, quod dabat in
diebus illis, quasi siquis consuleret Deũ:
sic erat omne consilium Achi-tóphel, &
cùm esset cum Dauid, & cùm esset cum
Absalom.

CAP. XVII.

DIxit ergo Achi-tóphel ad Absalõ, 1
Eligã mihi duodecim millia viro-
rum, & consurgens persequar Dauid hac
nocte. Et irruẽs super eum (quippe qui 2
lassus est, & solutis manibus) percutiam
eũ: cumq. fugerit omnis populus qui cũ
eo est, percutiã regẽ desolatũ. Et reducã 3
vniuersum populũ, quomodo ⁹ vnus ho-
mo' reuerti solet: vnũ enim virũ tu quæ-
ris: & omnis populus erit in pace. Pla- 4
cuitq. sermo eius Absalõ, & cũctis maio-
ribus natu Israël. Ait autẽ Absalõ, Vo- 5
cate* Chusai Arachitẽ, & audiamus quid
etiã ipse dicat. Cumq. venisset Chusai 6
ad Absalõ, ait Absalom ad eum, Huius-
cemodi sermouẽ locut⁹ est Achitóphel:
facere debemus an nõ? quod das cõsiliũ?
Et dixit Chusai ad Absalõ, Non est bo- 7
nũ consiliũ quod dedit Achi-tóphel hac
vice. Et rursum intulit Chusai, Tu no- 8
sti patrẽ tuum, & viros qui cum eo sunt,
esse fortissimos & amaro animo, velu-
ti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat: sed
& pater tuus vir bellator est, nec mora- 9
bitur cũ populo. Forsitan nũc latitat in
foueis, aut in vno quo voluerit loco: & cũ
ceciderit vnus quilibet in principio, au-
diet quicumq. audierit, & dicet, Facta est
plaga in populo qui sequebatur Absalõ.
Et fortissimus ⁹ quisque', cuius cor est 10
quasi leonis, pauore soluetur: scit enim
oĩs-populus' Israël fortẽ esse patrẽ tuũ,
& robustos omnes qui cum eo sunt. Sed 11
hoc mihi videtur rectũ esse cõsiliũ, Con-
gregetur ad te vniuersus * Israël, à Dan
vsq. Bersabee, quasi arena maris innu- 12
merabilis: & tu eris in medio eorũ. Et
irruemus super eũ in quocumq. loco in-
uẽtus fuerit: & operiemus eũ, sicut cadere
solet ros super terrã: & non relinquemus
de viris qui cum eo sunt, ne vnũ quidẽ.
Quòd si vrbem aliquã fuerit ingressus, 13
circundabit omnis Israël ciuitati illi fu-
nes, & trahemus eã in torrentẽ, vt nõ re-
periatur ne calcul⁹ quidẽ ex ea. Dixitq. 14
Absalom, & omnes viri Israël, Melius est
consiliũ Chusai Arachitæ, cõsilio Achi-
tóphel: Dñi autẽ nutu dissipatũ est cõsi-
liũ Achi-tóphel vtile, vt induceret Dñs
super Absalõ malũ. Et ait Chusai Sa- 15
doc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc
modo cõsiliũ dedit Achi-tophel Absalõ,
& seniorib⁹ Israël: & ego tale & tale dedi
cõsiliũ. Nũc ergo mittite citò, & nũtiate 16
Dauid, dicẽtes: Ne morẽris nocte hac in
cãpestrib. deserti, sed absq. dilatione trãs-
gredere: ne fortè absorbeatur rex, & om
nis populus qui cũ eo est. Ionathã autẽ 17

& Achi-

*Domine mi rex MS q.R. -1 MS.H. C.G.
Iosf.19, 27.
*nũc 3 MS. H. C.G. *maledicet mihi MS.q.
*Dauid MS.q.R. *refocillatus est 1 MS. H.C. *Israël 6 MS.H.C. G.
Sup. 12, 11.
*omnis 10 MS. Q.n.
*& 4 MS. H.C.
*ipse 2 MS H.C. G.q. -2 MS.H. C.G.
*populus MS q. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& Achimaas stabãt iuxta Fontem-rogel: abiit ancilla & nũtiauit eis: & illi profecti sunt, vt referrẽt ad regem Dauid nontiũ: non enim poterãt videri, aut introire ciuitatem. Vidit autẽ eos quidã puer, & 18
indicauit Absalom: illi verò cõcito gradu ingressi sunt domũ cuiusdã viri in Bahurim, qui habebat puteũ in vestibulo suo, & descẽderunt in eũ. Tulit autẽ mulier, 19
& expãdit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res. Cumq. 20
venissent serui Absalõ in domũ ad mulierẽ, dixerũt, Vbi est Achimaas & Ionathan? Et respondit eis mulier, Transierũt festinanter, gustata paululum aqua. At hi qui quærebãt, cùm nõ reperissent, reuersi sunt in Ierusalẽ. Cumq. abiissent, ascẽ- 21
derunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerũt, Surgite, & transite citò fluuiũ: quoniã huiuscemodi dedit consilium contra vos Achi-tophel.
Surrexit ergo Dauid, & omnis populus 22
qui cum eo erat; & transierunt Iordanẽ, donec diluceſceret*, & ne vnus quidem residuus fuit, qui non transisset fluuium.
Porrò Achi-tophel vidẽs quòd nõ fuis- 23
set factum consiliũ suum, strauit asinum suum, surrexitque, & abiit in domũ suam & in ciuitatẽ suã: & disposita domo sua, suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autẽ venit in 24
Castra, & Absalom transiit Iordanẽ, ipse & omnes viri Israël cum eo. Amasam 25
verò constituit Absalom pro Ioab super exercitũ: Amasa autẽ erat filius viri, qui vocabatur Ietra de Iesraëli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororẽ Saruiæ quæ fuit mater Ioab. Et castrametatus 26
est Israël cũ Absalom in Terra-Galaad.
Cumq. venissẽt Dauid in Castra, Sobi 27
filius Naas de Rabbath filiorũ Ammõ, & Machir filij Amihel de Lo-dabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerũt 28
ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumentũ & hordeũ & farinã & polentam & fabam & lentem, & frixum*cicer, & 29
mel & butyrum, oues & pingues vitulos. dederuntq. Dauid, & populo qui cum eo erat, ad vescendum: suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

*antequã denudaretur verbum o.

*oleo MS. R.

CAP. XVIII.

IGitur considerato Dauid populo suo 1
constituit super eos tribunos & centuriones, & dedit populi tertiam partem 2
sub manu Ioab, & tertiã partem sub manu Abisai filij Saruię fratris Ioab, & tertiam partẽ sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitq. rex ad populũ, Egrediar & ego vobiscum. Et respõdit populus, Nõ 3
exibis: siue enim fugerimus, nõ magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, nõ satis curabunt: quia tu vnus*pro decem millibus computaris: melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. Ad quos rex ait, Quod 4
vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebaturque populus per turmas suas centeni & mil-
leni. Et præcepit rex Ioab & Abisai & 5
Ethai, dicens: Seruate mihi puerũ Absalom. Et omnis populus audiebat præcipiente regẽ cunctis principibus pro Ab-
salom. Itaq. egressus est populus in cã- 6
pum contra Israël, & factum est prœliũ in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi po- 7
pulus Israël ab exercitu Dauid, factaq. est plaga magna in die illa, viginti millium.
Fuit autẽ ibi prœliũ dispersum super 8
faciẽ omnis terræ, & multo plures erant quos saltus consumpserat de populo, quã
hi quos vorauerat gladius in die illa. Ac- 9
cidit autẽ vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: cumque ingressus fuisset mulus subter cõdensam quercũ & magnã, adhęsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cælum & terrã, mulus cui
insederat, pertransiuit. Vidit autem hoc 10
quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens: Vidi
Absalom pẽdẽre de quercu. Et ait Ioab 11
viro qui nuntiauerat ei, Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decẽ argenti siclos, & vnum
balteum? Qui dixit ad Ioab, Si appen- 12
deres in manibus meis mille argenteos, nequaquã mitterem manũ meam in filiũ regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens: Cu-
stodite mihi puerũ Absalom. Sed & si 13
feciſſem contra animã meam audaciter, nequaquã hoc regẽ latẽre potuisset, & tu
stares ex aduerso. Et ait Ioab, Nõ sicut 14
tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo*tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cumq. adhuc pal-
pitaret hærens in quercu, cucurrerunt 15
decẽ iuuenes armigeri Ioab, & percutiẽtes interfecerũt eum. Cecinit autẽ Ioab 16
buccina, & retinuit populũ, ne persequeretur fugientẽ Israël, volẽs parcere multitudini. Et tulerũt Absalom, & proie- 17
cerunt eum in saltu, in foueã grandem, & comportauerũt super eum aceruum lapidũ magnũ nimis: omnis autem Israël
fugit in tabernacula sua. Porrò Absalõ 18
erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulũ, qui est in Valle-regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimẽtũ nominis mei. Vocauitq. titulũ nomine suo, & appellatur, Manus-Absalom: vsque ad
hanc diem. Achimaas autem filius Sa- 19
doc, ait, Curram, & nũtiabo regi, quia iudiciũ fecerit ei Dñs de manu inimicorũ
eius. Ad quẽ Ioab dixit, Non eris nun- 20
tius in hac die, sed nũtiabis in alia: hodie nolo te nũtiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Ioab Chusi, Vade, & nuntia 21
regi quæ vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius 22
Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit si etiã ego curram post Chusi? Dixitq. ei Ioab, Quid vis currere fili mi? non erit tibi inde mercedis. Ait ille, Quomodolibet
curram. Dixit ei, Curre. Cucurrit ergo 23
Achimaas per viam quæ est in campestri, & præcessit Chusi.

*solus o

*Ioab MS. B. Ab Ha & C. repetunt

6. MS. C. G.

Quid

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quid enim ñ cucurrero? Et ait ei, Curre. Curres ergo Achimaas per viã cõpendij, transiuit Chusi. Dauid autẽ sedebat inter duas portas: speculator verò qui erat in saltigio portæ super murũ, eleuãs oculos, vidit hominẽ currentẽ solũ. Et exclamans indicauit regi: dixitq. rex, Si solus est, bonus est nũtius in ore eius. Prolus est, bonus est nũtius in ore eius. Properãte aũt illo, & accedẽte propiùs, vidit speculator hominẽ alterũ currẽtẽ, & vocauit ad portãm, & ait, Ecce alter homo currens solus. Dixitq. rex, Et iste bonus est nuntius. Speculator autẽ, Cõtẽplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex, Vir bonus est: & nũtiũ portãs bonũ, venit. Clamans aũt Achimaas, dixit ad regẽ, Salue rex. Et adorãs regẽ corã eo pronus in terram, ait, Benedictus Dñs Deus tuus, qui cõclusit homines q leuauerũt manus suas contra dominum meum regem. Et ait rex, Estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas, Vidi tumultũ magnum, cum mitteret Ioab seruus tuus, ô rex, me seruũ tuũ: nescio aliud. Ad quẽ rex, Trãsi, ait, & sta hîc. Cũq. ille trãsisset, & staret, apparuit Chusi: & venies ait, Bonũ apporto nuntiũ dñe mi rex: iudicauit enim pro te Dñs hodie de manu omnium qui surrexerũt contra te. Dixit autẽ rex ad Chusi, Estne pax puero Absalõ? Cui respõdens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & vniuersi qui cõsurgunt aduersus eũ in malũ. Contristatus itaq. rex, ascẽdit cœnaculũ portæ, & fleuit. Et sic loquebatur, vadẽs, Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalõ fili mi, fili mi Absalom?

CAP. XIX.

NVntiatum est autem Ioab quòd rex fleret, & lugeret filiũ suũ: & versa est victoria in luctũ in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dicẽ, Dolet rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus, & fugiens de prœlio. Porrò rex operuit caput suũ, & clamabat voce magna, Fili mi Absalõ, Absalõ fili mi. Ingressus ergo Ioab ad regẽ in domũ, dixit, Cõfudisti hodie vultus omniũ seruorũ tuorum qui saluã fecerũt animã tuã, & animã filiorũ tuorũ & filiarũ tuarũ, & animã vxorum tuarum, & animã concubinarũ tuarum, Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostẽdisti hodie quia nõ curas de ducibus tuis, & de seruis tuis: & verè cognoui modò, quia si Absalõ viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nũc igitur surge, & procede: & alloquẽs satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Dñm, quòd si nõ exieris, ne vnus quidẽ remãsurus sit tecũ nocte hac: & peius erit hoc tibi, quã omnia mala quæ venerũt super te ab adolescentia tua vsque in præsens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta: & omni populo nuntiatũ est quòd rex sederet in porta: venitque vniuersa multitudo corã rege, Israël autẽ fugit in tabernacula sua. Ois quoq. populus certabat in cũctis tribubus Israël, dicẽs, Rex liberauit nos de manu inimicorũ nostrorũ, ipse saluauit nos de manu Philistiim norũ: & nũc fugit de terra propter Absalom. Absalõ autẽ quem vnximus super nos, mortuus est in bello: vsquequo siletis, & nõ reducitis regẽ? ‖ Et consiliũ totius Israël venit ad regem. Rex verò Dauid misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicẽs, Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes, Cur venitis nouissimi ad reducendum regẽ in domũ suã? (Sermo autẽ omnis Israël peruenerat ad regẽ in domo eius) ‖ quia dixerat rex, Hæc dicetis ad populũ Iudæ, Fratres mei vos, os meũ, & caro mea vos: quare nouissimi reducitis regẽ? Et Amasæ dicite, Nónne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hęc addat, si nõ magister militię fueris corã me omni tẽpore pro Ioab. Et inclinauit cor omniũ virorũ Iuda, quasi viri vnius: miseruntq. ad regẽ, dicentes, Reuertere tu, & omnes serui tui. ‖ Et reuersus est rex: & venit vsq. ad Iordanem, & ‖ omnis Iuda venit vsq. in Galgala, vt occurreret regi, & traduceret eũ Iordanẽ. Festinauit aũt Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim, & descendit cũ viris Iuda in occursum regis Dauid cum mille viris de Ben-iamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti serui erãt cũ eo: & irrumpẽtes Iordanẽ, ante regẽ transierunt vada, vt traducerẽt domũ regis, & facerẽt iuxta iussionẽ eius: Semei autem filius Gera prostratus corã rege, cũ iã transisset Iordanẽ, dixit ad eum, ‖ Ne reputes mihi dñe mi iniquitatẽ, neq. memineris iniuriarũ serui tui in die qua egressus es dñe mi rex de Ierusalẽ, neq. ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatũ meũ: & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descẽdiq. in occursum dñi mei regis. Respondẽs verò Abisai filius Saruiæ, dixit, Nunquid pro his verbis nõ occidetur Semei, quia maledixit christo Dñi? Et ait Dauid, Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in satan? ergóne hodie interficietur vir in Israël? an ignoro hodie me factũ regẽ super Israël? Et ait rex Semei, Nõ morieris. Iurauitq. ei. Miphi-bóseth quoque filius Saul descẽdit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba: vestesque suas nõ lauerat à die qua egressus fuerat rex, vsq. ad diẽ reuersionis eius in pace. Cumq. Ierusalẽ occurrisset regi, dixit ei rex, Quare non venisti mecũ Miphi-bóseth? Et respõdẽs ait, Dñe mi rex, seruus meus contẽpsit me: dixitq. ei ego famulus tuus vt sterneret mihi asinũ, & ascendẽs abirẽ cũ rege: claudus enim sum seruus tuus.

Reumulum o.

*filimi 1 MS. H. C. G.

16 MS. R.H. C. Legitur autem à G. tã hoc, quã proximo versu.

9 MS. H.C. G.

3 Reg. 2,8.

6 MS. H.C. G 9.

Sup. 16,5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuus. ¶ Insuper & accusauit me seruum 27
tuum ad te dominũ meum regẽ : tu autẽ
dñe mi rex, sicut angelus Dei es, fac quod
placitum est tibi. Neq. enim fuit domus 28
patris mei, nisi morti obnoxia dño meo
regi: tu autẽ posuisti me seruũ tuũ inter
cõuiuas mẽsæ tuæ: quid ergo habeo iustæ
querelę? aut quid possum vltrà vociferari
ad regẽ? Ait ergo ei rex, Quid vltrà lo- 29
quêris? fixũ est ¶ quod locutus sum: tu &
Siba diuidite possessiones. Respondit q. 30
Miphi-boseth regi, Etiã cuncta accipiat,
postquã reuersus est dominus meus rex
pacificè in domũ suã. ¶ Berzellai quoq. 31
Galaadites*, descendẽs de Rogelim, tra-
duxit regẽ Iordanem, paratus etiam vltra
fluuiũ prosequi eũ. Erat autẽ Berzellai 32
Galaadites senex valde, id est octogena-
rius, & ipse præbuit alimẽta regi, cũ mo-
raretur in Castris : fuit quippe vir diues
nimis. Dixit itaq. rex ad Berzellai, Veni 33
mecũ, vt requiescas securus mecũ in Ie-
rusalẽ. Et ait Berzellai ad regem, Quot 34
sunt dies annorũ vitæ meæ, vt ascendam
cũ rege in Ierusalẽ? Octogenarius sum 35
hodie: nunquid vigent sensus mei ad dis-
cernendũ suaue, aut amarũ? aut delectare
potest seruũ tuũ cibus aut potus? vel au-
dire possum vltrà vocẽ cantorũ atq. can-
tatricũ ? quare seruus tuus sit oneri dño
meo regi? Paululum ^procedã famulus 36
tuus ab Iordane tecũ: nõ indigeo hac vi-
cissitudine, sed obsecro vt reuertar ser- 37
uus tuus, & moriar in ciuitate mea, - &
sepeliar iuxta sepulchrum patris mei &
matris meæ. Est autem seruus tuus Cha-
maã, ipse vadat tecũ dñe mi rex, & fac ei
quicquid tibi bonũ videtur. Dixit itaq. 38
ei rex, Mecũ trãseat Chamaã, & ego faciã
ei quicquid tibi placuerit; & omne quod
petieris à me, impetrabis. Cũq. trãsisset 39
vniuersus populus & rex Iordanẽ, *oscu-
latus est rex Berzellai, & benedixit ei: &
ille reuersus est in locũ suũ. Trãsiuit er- 40
go rex in Galgalã, & Chamaã cũ eo. om-
nis autẽ populus Iuda traduxerat regem,
& media tantùm pars affuerat de populo
Israël. Itaq. oẽs viri Israël cõcurrẽtes ad 41
regẽ, dixerũt ei, Quare te furati sunt fra-
tres nostri viri Iuda, & traduxerunt regẽ
& domum eius Iordanẽ, omnesque viros
Dauid cum eo? Et respondit omnis vir 42
Iuda ad viros Israël, Quia mihi propior
est rex: cur irasceris super hac re? nũquid
comedimus aliquid ex rege, aut munera
nobis data sunt? Et respondit vir Israël 43
ad viros Iuda, & ait, Decẽ partibus maior
ego sum apud regẽ, *magisq. ad me per-
tinet Dauid, quàm ad te: cur fecisti mihi
iniuriã, & nõ mihi nuntiatũ est priori, vt
reducerem regem meum ? Duriùs autem
responderunt viri Iuda viris Israël.

CAP. XX.

ACcidit quoque vt ibi esset vir belial, 1
nomine Seba, filius Bochri, vir Ie-
mineus: & cecinit buccina, & ait, Nõ est
nobis pars in Dauid, neq. hæreditas in fi-
lio Isai: - ^reuertere' in tabernacula ^tua'
2 Israël. Et separatus est omnis Israël à
Dauid, secutusq. est Seba filium Bochri:
viri autẽ Iuda adhæserunt regi suo à Ior-
3 dane vsq. Ierusalẽ. Cumque venisset rex
in domũ suam in Ierusalem, tulit decem
mulieres cõcubinas, quas dereliquerat ad
custodiendam domum, & tradidit eas in
custodiã, alimenta eis prębens: & non est
ingressus ad eas, sed erant clausæ vsq. in
diem mortis suæ in viduitate viuentes.
4 Dixit autẽ rex Amasæ, Conuoca mihi
omnes viros Iuda in diẽ tertiũ, & tu ad-
5 esto præsens. Abiit ergo Amasa vt cõuo-
caret Iudã, & moratus est extra placitum
6 qđ ei cõstituerat - rex'. Ait autẽ Dauid
ad Abisai, Nunc magis afflicturus est nos
Seba filius Bochri, quã Absalõ: tolle igi-
tur seruos dñi tui, & persequere eum, ne
fortè inueniat ciuitates munitas, & effu-
7 giat nos. Egressi sunt ergo cum eo viri
Ioab, cerethi quoq. & phelethi: & omnes
robusti exierũt de Ierusalẽ ad persequẽ-
8 dum Seba filium Bochri. Cumq. illi es-
sent iuxta lapidẽ grãdẽ qui est in Gabaõ,
Amasa veniens occurrit eis. Porrò Ioab
vestitus erat tunica stricta ad mensuram
habitus sui, & desuper accinctus gladio
dependẽte vsq. ad ilia, in vagina, qui fa-
bricatus leui motu egredi poterat, & per-
9 cutere. Dixit itaque Ioab ad Amasam,
Salue mi frater. ¶ Et tenuit manu dextra
10 mẽtum Amasæ, quasi osculãs eum. Por-
ro Amasa non obseruauit gladiũ, quẽ ha-
bebat Ioab: qui percussit eũ in latere, &
effudit intestina eius in terrã, *nec secũ-
dũ vulnus appositit *. Ioab autẽ, & Abi-
sai frater eius persecuti sunt Seba filium
11 Bochri. Interea quidã viri, cũ stetissent
iuxta cadauer Amasæ, de sociis Ioab, di-
xerunt, Ecce qui esse voluit pro Ioab co-
12 mes Dauid. Amasa autẽ cõsparsus san-
guine, iacebat in media via. Vidit hoc
quidã vir quòd subsisteret omnis popu-
lus ad videndum eum, & amouit Ama-
sam de via in agrum: operuitq. eum ve-
stimento, ne subsisterẽt transeuntes pro-
13 pter eum. Amoto ergo illo de via, trãs-
ibat omnis vir sequens Ioab ad perse-
14 quendum Seba filium Bochri. Porrò ille
transierat per omnes tribus Israël vsq. in
Abelam, & Beth-maacha: omnesque viri
15 electi cõgregati fuerãt ad eum. Venerũt
itaq. & oppugnabant eum in Abela, & in
Beth-maacha, & circũdederũt munitio-
nibus ciuitatẽ, & obsessa est vrbs : omnis
autem turba quæ erat cum Ioab, molie-
16 batur destruere muros. Et exclamauit
mulier sapiẽs de ciuitate, Audite, audite,
dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar
17 tecũ. Qui cũ accessisset ad eã, ait illi, Tu
es Ioab? Et ille respõdit, Ego. Ad quẽ sic
locuta est, Audi sermones ancillæ tuæ.
18 Qui respõdit, Audio. Rursumq. illa, Ser-
mo, inquit, dicebatur inveteri prouerbio,

¶ Qui

Sup. 16,3. Esth. 15,16

Sup. 16,4.

3 Reg. 2,7. *senex valde o.

Sup. 17,27.

^procedat 1 MS. H. C. G.

-2 MS. H. G q. Additur autem à C. & G.

*restitit & MS. G. Ab H. C. & G q. ad hũc legitur modum: Et trãsiuit vn. pop. Iord. & rex trãsiuit: & osc. A G. autem: Et transf. vn. pop. Ior. & rex stetit, & osc

*& primogenitus ego sum 4 MS. G q. Verũ à R. Hier. H. C. & G. non agnoscitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deu.20,12.

Qui interrogant, interrogent in Abela: & sic proficiebant. Nonne ego sum quæ 19
respondeo veritatẽ in Israël, & tu quæris subuertere ciuitatẽ, & euertere matrẽ in
Israël? Quare præcipitas hereditatẽ Dñi? Respõdensq. Ioab, ait, Absit, absit hoc à 20
me: nõ præcipito, neq. demolior. Nõ sic 21
se habet res, sed homo de mõte Ephraim
Seba, filius Bochri cognomine, leuauit ma-
nũ suã cõtra regẽ Dauid: tradite illũ solũ,
& recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad
Ioab, Ecce caput eius mittetur ad te per
murum. Ingressa est ergo ad omnẽ popu- 22
lũ, & locuta est eis sapiẽter: q. abscissum
caput Sebæ filij Bochri proiecerunt ad
Ioab. Et ille cecinit tuba, & recesserũt ab
vrbe, vnusquisq. in tabernacula sua: Ioab
aũt reuersus est Ierusalẽ ad regẽ. Fuit 23
ergo Ioab super omnẽ exercitum Israël:
Banaias aũt filius Ioiadæ super cerethæos
& plethæos. Adurã verò super tribu- 24
ta: porrò Iosaphat filius Ahilud, à co-
mentariis. Siua autẽ, scriba: Sadoc verò 25
& Abiathar, sacerdotes: Ira aũt Iairites 26
erat sacerdos Dauid.

CAP. XXI.

FActa est quoque fames in diebus Da- 1
uid tribus annis iugiter: & consuluit
Dauid oraculũ Dñi. Dixitq. Dñs, Propter
Saul, & domũ eius sanguinũ, quia occi-
dit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis 2
rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non
erant de filiis Israël, sed reliquiæ Amor-
rhæorũ: filij quippe Israël iurauerant eis,
& voluit Saul percutere eos zelo, quasi
pro filiis Israël & Iuda.) Dixit ergo Da- 3
uid ad Gabaonitas, Quid faciã vobis? &
quod erit vestri piaculum, vt benedicatis
hæreditati Dñi? Dixeruntq. ei Gabao- 4
nitæ, Non est nobis superargẽto & auro
quæstio, sed cõtra Saul, & contra domũ
eius: neq. volumus vt interficiatur homo
de Israël. Ad quos rex ait, Quid ergo
vultis vt faciã vobis? Qui dixerũt regi, 5
Virũ qui attriuit nos & oppressit iniquè,
ita delere debemus, vt ne vnus quidẽ re-
siduus sit de stirpe eius in cunctis finibus
Israël. Dentur nobis septẽ viri de filiis 6
eius, vt crucifigamus eos Dño in Gabaa-
Saul quondam electi Dñi. Et ait rex, Ego
dabo. Pepercitq. rex Miphi-boseth filio 7
Ionathæ filij Saul, propter iusiurãdum
Dñi, quod fuerat inter Dauid, & inter Io-
nathan filiũ Saul. Tulit itaq. rex duos fi- 8
lios Respha filiæ Aia, quos peperit Sauli,
Armoni, & Miphi-boseth: & quinque fi-
lios Michol filiæ Saul quos genuerat Ha-
drieli filio Berzẽllai, qui fuit de Molathi,
& dedit eos in manus Gabaonitarũ: qui 9
crucifixerũt eos in mõte corã Dño: & ce-
ciderunt hi septem simul occisi in diebus
messis primis, incipiente messione hor-
dei. Tollens autẽ Respha filia Aia, cili- 10
cium substrauit sibi supra petrã ab initio
messis, donec stillaret aqua super eos de
cælo: & non dimisit aues lacerare eos per
diẽ, neq. bestias per noctem. Et nuntiata 11
sunt Dauid quæ fecerat Respha, filia Aia,
12 concubina Saul. Et abiit Dauid, & tulit
ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius à viris
Iabes-Galaad, q furati fuerãt ea de pla-
tea Beth-san, in qua suspenderant eos 1 Re. 31,19
Philisthiim cũ interfecissent Saul in Gel-
13 boe: & asportauit inde ossa Saul, & ossa
Ionathæ filij eius: & colligẽtes ossa eorũ,
14 qui affixi fuerãt, sepelierũt ea cũ ossib⁹
Saul & Ionathæ filij eius in Terra-Beni-
amin, in latere, in sepulchro Cis patris
eius: fecerũtq. oĩa quæ præceperat rex, &
15 repropitiatus est Deus terræ post hæc. Fa-
ctũ est autẽ rursum prœliũ Philisthinorũ
aduersum Israël, & descendit Dauid &
serui eius cũ eo, & pugnabãt cõtra Phili-
16 sthiim. Deficiẽte autẽ Dauid, Iesbi-be-
nob, qui fuit de genere arapha, cuius ferrũ
hastæ trecentas vncias appendebat, & ac-
cinctus erat ense nouo, nisus est percute-
17 re Dauid. Præsidioq. ei fuit Abisai filius
Saruiæ, & percussum Philisthæũ interfe-
cit. Tunc iurãuerũt viri Dauid, dicẽtes, Iã
non egredieris nobiscum in bellũ, ne ex-
18 tinguas lucernã Israël. Secundũ quoq. 1 Par. 20,4.
bellũ fuit in Gob cõtra Philisthæos: tunc
percussit Sobochai de Husathi, Saph de
19 stirpe arapha de genere gigantũ. Tertiũ
quoque fuit bellum in Gob cõtra Phili-
sthæos, in quo percussit Adeodatus filius
Saltus polymitarius Beth-lehemites Go-
liath Gethæũ, cui hastile hastæ erat quasi
20 liciatoriũ texentiũ. Quartũ bellũ fuit in
Geth: in quo vir fuit excelsus qui senos
in manibus pedibusq. habebat digitos, id
est vigintiquatuor, & erat de origine ara-
21 pha. Et blasphemauit Israël: percussit
aũt eũ Ionathã filius Samaa fratris Da-
22 uid. Hi quatuor nati sunt de arapha in
Geth, & ceciderunt in manu Dauid, &
seruorum eius.

CAP. XXII.

1 LOcutus est autem Dauid Dño verba
carminis huius, in die qua liberauit
eum Dominus de manu omnium inimi-
2 corum suorum, & de manu Saul. Et ait:
Dominus petra mea, & robur meum,
& saluator meus.
3 Deus fortis meus sperabo in eum: scu-
tum meum & cornu salutis meæ: eleua-
tor meus, & refugium meum: saluator
meus, de iniquitate liberabis me.
4 Laudabilem inuocabo Dominum: & Psal. 17,3.
ab inimicis meis saluus ero:
5 Quia circundederunt me contritiones
mortis: torrentes belial terruerunt me.
6 Funes inferni circundederunt me: præ-
uenerunt me laquei mortis.
7 In tribulatione mea inuocabo Dñm, &
ad Deum meum clamabo: & exaudiet de
templo sancto' suo vocem meã, & cla-
mor meus veniet ad aures eius.
8 Commota est & contremuit terra, fun-
damenta montium concussa sunt & con-
quassata, quoniam iratus est eis'.
9 Ascẽdit fum⁹ de nar̃ib⁹ ei⁹, & ignis de ore
eius vorabit: carbones succẽsi sunt ab eo.

Sup. 8,16.

1 MS. Hier. H. C. LXX. *Supra Saul & de eius sanguinei, hoc est) iniqui-tate.*

Ioſ. 9,16. 1 MS. H. C. G. 2 MS. H. C. G.

1 Re. 18,3.

1 MS. R. H. *Quod nos legimus de stirpe arapha; Chaldæus vertit, de filiis robusti, seu, gigantis; septuaginta, de stirpe gigantum, vel, (secũdũ exemplar Vaticanum) de stirpe repha.*

3 MS. H. C. G. 8 MS. R. C. *Pro Texiu faciũt G. nec aduersantur H.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et inclinauit cęlos, & descendit: & ca- 10
ligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubim, & volau- 11
it: & lapsus est super pennas venti.
Posuit tenebras in circuitu suo latibu- 12
lum: cribrās aquas de nubibus cælorum.
nubes e. Præ fulgore in cōspectu eius, succen- 13
si sunt carbones ignis.
Tonabit de cælo Dominus, & excelsus 14
dabit vocem suam.
suas MS. q. Misit sagittas & dissipauit eos: fulgur, 15
& consumpsit eos.
Et apparuerūt effusiones maris, & reue- 16
lata sunt fundamēta orbis ab increpatio-
ne Dñi, ab inspiratione spiritꝰ furoris eiꝰ.
Misit de cælo, & assumpsit me, & ex- 17
traxit me de aquis multis.
Liberauit me ab inimico meo poten- 18
tissimo, & ab his qui oderant me: quo-
niam robustiores me erant.
Præuenit me in die afflictionis meæ, & 19
factus est Dñs firmamentum meum.
Et eduxit me in latitudinem: liberauit 20
me, quia complacui ei.
Retribuet mihi Dñs secundum iusti- 21
tiam meam, & secundū munditiam ma-
nuum mearum reddet mihi.
Quia custodiui vias Domini, & nō egi 22
impiè à Deo meo.
Omnia enim iudicia eius in conspectu 23
meo, & præcepta eius non amoui à me.
Et ero perfectus cum eo, & custodiam 24
me ab iniquitate mea.
Et restituet mihi Dominus secundum 25
iustitiam meam: & secundum mundi-
tiam manuum mearum, in conspectu o-
culorum suorum.
Cum sancto sanctus eris, & cum robu- 26
sto perfectus.
Cum electo electus eris, & cum per- 27
uerso peruertēris.
Et populum pauperem saluum facies, 28
oculisque tuis excelsos humiliabis.
Quia tu lucerna mea Domine, & tu 29
Domine illuminabis tenebras meas.
In te enim curram accinctus, in Deo 30
meo transiliam murum.
Deus, immaculata via eius, eloquium 31
Domini igne examinatum: scutum est
omnium sperantium in se.
Quis est Deus præter Dominū: & quis 32
fortis, præter Deum nostrum?
Deus qui accinxit me fortitudine, & 33
complanauit perfectam viam meam:
Coæquans pedes meos ceruis, & super 34
excelsa mea statuens me.
Docēs manus meas ad prœliū, & com- 35
ponens quasi arcū æreum brachia mea.
Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & 36
*tua 2 MS. H.C.G. mansuetudo*mea' multiplicauit me.
Dilatabis gressus meos subtus me, & 37
non deficient tali mei.
Persequar inimicos meos, & cōteram, 38
& non conuertar donec consumam eos.
Consumam eos & confringam, vt non 39
consurgant: cadent sub pedibus meis.
Accinxisti me fortitudine ad prœlium, 40
incuruasti resistentes mihi subtus me.
Inimicos meos dedisti mihi dorsum: 41
odientes me, & disperdam eos:
Clamabunt, & non erit qui saluet, ad 42
Dominum, & non exaudiet eos.
Delebo eos vt puluerē terræ: quasi lutū 43
platearū comminuā eos atq. cōfringam.
Saluabis me à cōtradictionibus populi 44
mei: custodies me in caput Gentium:
populus quem ignoro, seruiet mihi.
Filij alieni resistent mihi, auditu auris 45
obedient mihi.
Filij alieni defluxerunt, & cōtrahen- 46
tur in angustiis suis.
Viuit Dñs, & benedictus Deus meus, & 47
exaltabitur Deus fortis salutis meæ.
Deus qui das vindictas mihi, & deiicis 48
populos sub me.
Qui educis me ab inimicis meis, & à 49
resistentibus mihi eleuas me: à viro ini-
quo liberabis me.
¶ Propterea confitebor tibi Domine in 50
gentibus, & nomini tui cantabo.
Magnificans salutes regis sui, & faciens 51
misericordiam christo suo Dauid, & se-
mini eius in sempiternum.

CAP. XXIII.

HAec autem sunt verba nouissima 1
quę dixit Dauid filius Isai: Dixit vir
cui cōstitutum est de christo Dei Iacob,
egregius psaltes Israël, Spiritus Domini 2
locutus est per me, & sermo eius per lin-
guam meam. Dixit Deus Israël mihi, 3
locutus est Fortis Israël, Dominator ho-
minū, iustus dominator in timore Dei.
*Sicut lux auroræ oriente sole, manè 4 *Et
absq. nubib. rutilat, & sicut pluuijs ger- H.C.
minat herba de terra. Nec tanta est do- 5
mus mea apud Deum, vt pactū æternum
iniret mecum firmum in omnibus atque
munitū. Cūcta enim salus mea, & omnis
volūtas: nec est quicquā ex*ea' quod non Nec
germinet. Præuaricatores autem quasi 6
spinæ euellentur vniuersi: quæ non tol-
luntur manibus. Et si quis tāgere volue- 7
rit eas, armabitur ferro & ligno lāceato,
igneq. succensæ cōburentur vsque ad ni-
hilū. ¶ Hæc nomina fortiū Dauid. Da- 8 1 Pa
uid' sedens in cathedra sapientissimus
princeps inter tres, ipse est quasi tenerri- 2 Sa. 23
mus ligni vermiculus, qui octingētos in-
terfecit impetu vno. Post hunc Eleazar 9
filius patrui eiꝰ Ahohites inter tres fortes,
qui erāt cū Dauid quādo exprobrauerunt
Philisthiim, & congregati sunt illuc in
prœliū. Cūq. ascēdissent viri Israël, ipse 10
stetit & percussit Philisthæos donec defi-
ceret manus eius, & obrigesceret cū gla-
dio: fecitque Dñs salutē magnam in die
illa: & populus qui fugerat, reuersus est
ad cæsorum spolia detrahenda. Et post 11
hūc, Semma filius Age de Arari. & con-
gregati sunt Philisthiim in statione: erat
quippe ibi ager lente plenus. Cumque
fugisset populus à facie Philisthiim,

stetit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

stetit ille in medio agri, & tutus est eũ, 12
percussitq. Philisthæos: & fecit Dñs sa-
lutẽ magnã. Necnõ & antè descẽderãt 13
tres, qui erãt principes inter triginta, &
venerãt tẽpore messis ad Dauid in spe-
luncã Odollã: castra autẽ Philisthinorũ
erãt posita in Valle-gigantũ. Et Dauid 14
erat in præsidio: porrò statio Philisthi-
norũ tunc erat in Beth-léhẽ. Desidera- 15
uit ergo Dauid, & ait, O
si quis mihi daret potũ aquæ de cisterna
quæ est in Beth-léhẽ iuxta portã. Irru- 16
perũt ergo tres fortes castra Philisthino-
rũ, & hauserũt aquã de cisterna Beth-lé-
hẽ, quæ erat iuxta portã, & attulerunt ad
Dauid: at ille noluit bibere, sed libauit eã
Dño, dicens, Propitius sit mihi Dñs, ne 17
faciã hoc: num sanguinẽ hominũ istorũ
qui profecti sunt, & animarũ periculum
bibã? Noluit ergo bibere. hæc fecerunt
tres robustissimi. Abisai quoque frater 18
Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tri-
bus*: ipse est qui leuauit hastã suã cõtra
trecentos, quos interfecit, nominatus in
*tribus, & inter tres nobilior, eratque 19
eorũ princeps, sed vsq. ad tres primos nõ
peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ vi- 20
ri fortissimi, magnorũ operũ, de Cabseel:
ipse percussit duos leones Moab, & ipse
descẽdit, & percussit leonẽ in media ci-
sterna in diebꝰ niuis. Ipse quoq. interfe- 21
cit virũ Aegyptiũ, virũ dignũ spectaculo,
habentẽ in manu hastã: itaq. cùm descẽ-
disset ad eũ in virga, vi extorsit hastã de
manu Aegyptij, & interfecit eũ hasta sua.
Hęc fecit Banaias filiꝰ Ioiadæ. Et ipse 22
nominatꝰ inter tres robustos, qui erãt in- 23
ter triginta nobiliores: verũtamẽ vsq. ad
tres nõ peruenerat: fecitq. eũ sibi Dauid
auricullariũ, à secreto. Asaël frater Ioab 24
inter triginta, Elehanã filius Patrui-eius
de Beth-léhẽ, Semma de Harodi, Elica 25
de Harodi, Heles de Phalti, Hira filius 26
Acces de Thecua, Abiézer de Anathoth, 27
Mobonnai de Husati, Selmõ Ahohites, 28
Maharái Netophathites, Heleb filius 29
Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius
Ribai de Gabaath filiorum Ben-iamin,
Banáia Pharathonites, Heddai de Tor- 30
rente-Gaas, Abi-albon Arbathites, Az- 31
máueth de Beromi, Eliaba de Salaboni. 32
Filij Iassen, Ionathan, Semma de Oro- 33
di', Ahiam filius Sarar Ararites, Eli- 34
phélet filius Aasbai filij Machati, Eliam
filius Achi-tóphel Gelonites, Hesrai 35
de Carmelo, Pharái de Arbi, Igaal filius 36
Narhã de Soba. Bonni de Gadi, Selec 37
de Ammoni, Naharái Berothites armiger
Ioab filij Saruiæ, Ira Iethrites, Gareb & 38
ipse Iethrites, Vrias Hethæus: Omnes 39
triginta septem.

CAP. XXIIII.

ET addidit furor Dñi irasci cõtra Is- 1
raël, commouitq. Dauid in eis dicen-
tem*, Vade, numera Israël & Iudã. Di- 2
xitq. rex ad Ioab principẽ exercitus sui,
Perambula omnes tribus Israël à Dan
vsq. Bersabee, & numerate populum, vt
3 sciam numerũ eius. Dixitq. Ioab regi,
Adaugeat Dñs Deus tuus ad populũ tuũ,
quantus nunc est, iterumq. centuplicet in
cõspectu dñi mei regis: sed quid sibi dñs
4 meus rex vult in re huiuscemodi? Ob-
tinuit autem sermo regis verba Ioab, &
principũ exercitus: egressusq. est Ioab,
& principes militũ à facie regis, vt nu-
5 merarent populum Israël. Cumq. per-
transissent Iordanẽ, venerunt in Aroër ad
6 dexterã vrbis, quæ est in Valle-Gad: &
per Iazer transierũt in Galaad, & in terrã
inferioré Hadsi, & venerunt in Dan silu-
estria. Circumeuntésq. iuxta Sidonem,
7 transierũt prope mœnia Tyri, & omnẽ
terrã Heuæi & Chananæi, veneruntq. ad
8 meridiẽ Iuda in Ber-sabee: & lustrata
vniuersa terra affuerũt post nouẽ menses
9 & viginti dies, in Ierusalem. Dedit ergo
Ioab numerũ descriptionis populi regi, &
inuenta sunt de Israël octingenta millia
virorũ fortiũ, qui educerent gladiũ: & de
10 Iuda quingenta millia pugnatorũ. Per-
cussit autẽ cor Dauid eũ, postquã nume-
ratus est populꝰ: & dixit Dauid ad Dñm,
Peccaui valde in hoc facto: sed precor
Dñe, vt transferas iniquitatem serui tui,
11 quia stultè egi nimis. Surrexit itaque
Dauid manè, & sermo Dñi factus est ad
Gad prophetã & videntem Dauid, dicẽs,
12 Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit
Dñs, Trium tibi datur optio, elige vnum
13 quod volueris ex his, vt faciã tibi. Cũq.
veniisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei, di-
cẽs, Aut septẽ annis veniet tibi fames in
terra tua: aut tribus mensibus fugies ad-
uersarios tuos; & illi te persequẽtur: aut
certè tribus diebus erit pestilẽtia in terra
tua. Nunc ergo delibera, & vide quẽ re-
14 spõdeã ei, qui me misit, sermonẽ. Dixit
autẽ Dauid ad Gad, Coarctor nimis: sed
melius est vt incidã in manus Dñi (mul-
tæ enim misericordiæ eius sunt) quàm
15 in manus hominũ. Immisitq. Dñs pe-
stilentiã in Israël, de manè vsq. ad tẽpus
constitutum, & mortui sunt ex populo à
Dan vsq. ad Ber-sabee septuaginta mil-
16 lia virorũ. Cumq. extendisset manum
suã angelꝰ Dñi super Ierusalẽ vt disper-
deret eã, misertus est Dñs super afflictio-
nẽ, & ait angelo percutienti populũ, Suf-
ficit: nunc contine manũ tuã. erat autem
angelus Dñi iuxta aream Areuna Iebusæi.
17 Dixitque Dauid ad Dñm cùm vidisset
angelũ cædẽtẽ populũ, Ego sum qui pec-
caui, & ego iniquè egi: isti qui oues sunt,
quid fecerunt? vertatur obsecro manus
tua cõtra me, & cõtra domũ patris mei.
18 Venit autẽ Gad *ad Dauid in die illa, * propheta MSq. R.
& dixit ei, Ascẽde, & cõstitue altare Dño
19 in area Areuna Iebusæi. Et ascẽdit Da-
uid iuxta sermonẽ Gad, quẽ præceperat
20 ei Dñs. Conspiciénsq. Areuna animad-
uertit regẽ & seruos eius transire ad se:
21 & egressus adorauit regẽ prono vultu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in terrã, & ait, Quid causæ est vt veniat dñs meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait, Vt emã à te areã, & ædificẽ altare Dño, & cesset interfectio quę grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dñs meus rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrum, & iuga boum in vsum lignorum. Omnia dedit Areuna regi: dixitque Areuna ad regẽ, Dñs Deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens rex, ait, Nequaquã vt vis, sed emã pretio à te, & nõ offerã Dño Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid areã, & boues, argenti siclis quinquaginta: & ædificauit ibi Dauid altare Dño, & obtulit holocausta & pacifica: & propitiatus est Dñs terræ, & cohibita est plaga ab Israël.

1 Par. 3, 1.

LIBER REGVM TERTIVS: SECVNDVM HEBRAEOS, PRIMVS MALACHIM.

CAP. I.

ET rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibus, nõ calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui, Quæramus dño nostro regi adolescentulã virginẽ, & stet corã rege, & foueat eũ, dormiatq. in sinu suo', & calefaciat dñm nostrum regem.

a tuo 3 MS. H. C.

Quæsierunt igitur adolescentulã speciosam in omnibus finibus Israël, & inuenerũt Abisag Sunamitidẽ, & adduxerũt eã ad regẽ. Erat aũt puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & ministrabat ei, rex verò non cognouit eam. Adonias aũt filius Haggith eleuabatur, dicẽs, Ego regnabo. Fecitq. sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eũ. Nec corripuit eũ pater suus aliquando, dicẽs, Quare hoc feciſti? Erat autẽ & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. & sermo ei cũ Ioab filio Saruiæ, & cũ Abiathar sacerdote, qui adiuuabãt partes Adoniæ. Sadoc verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & a Cerethi & phelethi', & *robur exercitus Dauid, nõ erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta Lapidem-zoheleth, qui erat vicinus Fonti-rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis. Nathan aũt prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonẽ fratrẽ suũ nõ vocauit. Dixit itaq. Nathan ad Beth-sabee matrẽ Salomonis, Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dñs noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe consiliũ à me, & salua animã tuã, filiique tui Salomonis. Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nónne tu dñe mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicẽs, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniã post te, & complebo sermones tuos. Ingressa est itaq. Bethsabee ad regẽ in cubiculo: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. inclinauit se Beth-sabee, & adorauit regẽ. Ad quã rex, Quid tibi, inquit, vis? Quæ respondens ait, Domine mi *tu iurasti per Dñm Deum tuũ ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te dñe mi rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoq. sacerdotẽ, & Ioab principẽ militiæ: Salomonẽ autem seruũ tuũ non vocauit. Verumtamen dñe mi rex, in te oculi respiciunt totius Israël, vt indices eis, quis sedere debeat in solio tuo dñe mi rex post te. Eritque, cùm dormierit dñs meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores. Adhuc illa loquente cum rege, Nathã ppheta venit. Et nuntiauerunt regi, dicentes, Adest Nathã propheta. Cumq. introisset in cõspectũ regis, & adorasset eum pronus in terrã, dixit Nathã, Dñe mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronũ meũ? Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoq. sacerdotẽ: illíq. vescentibus & bibentibus corã eo, & dicentibus, Viuat rex Adonias, Me seruum tuum & Sadoc sacerdotẽ, & Banaiã filiũ Ioiadæ, & Salomonẽ famulum tuũ nõ vocauit. Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronũ dñi mei regis post eũ? Et respõdit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Beth-sabee. Quæ cùm fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eũ, iurauit rex, & ait, Viuit Dñs, qui eruit animã meã de omni anguſtia, quia sicut iurauit tibi per Dñm Deum Israël, dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me: sic faciam hodie. Summissoq. Beth-sabee in terrã vultu, adorauit regem, dicens, Viuat dñs meus Dauid in æternũ. Dixit quoq. rex Dauid, Vocate mihi Sadoc sacerdotẽ, & Nathan prophetã, & Banaiam filiũ Ioiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos, Tollite vobiscum seruos dñi vestri, & imponite Salomonẽ filium meum super mulã meã: & ducite eum in Gihon. & vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israël *: & canetis buccina, atque dicetis, Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eum, &

a Rei 8 MS. Hier. H. C. G. & apertius G q.

*omne MS q. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eum, & ‖venietis', *& sedebit super soliũ
meũ, & ipse regnabit pro me: illiq. præ-
cipiã vt sit dux super Israël & super Iu-
dã Et respondit Banaias filius Ioiadæ 36
regi, dicẽs, Amen: sic loquatur Dñs Deus
dñi mei regis. Quomodo fuit Dñs cum 37
dño meo rege, sic sit cum Salomone, &
sublimius faciat solium eius à solio dñi
mei regis Dauid. Descendit ergo Sadoc 38
sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias
filius Ioiadæ, & cerethi, & phelethi: &
imposuerunt Salomonẽ super mulã regis
Dauid, & adduxerunt eum in Gihon.

Sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei 39
de tabernaculo, & vnxit Salomonem: &
cecinerunt buccina, & dixit omnis popu-
lus, Viuat rex Salomon. Et ascẽdit vni- 40
uersa multitudo post eũ, & populus ca-
nentium tibiis, & lætantiũ gaudio ma-
gno, & insonuit terra à clamore eorum.

Audiuit autẽ Adonias, & omnes qui in- 41
uitati fuerant ab eo, iamq. cõuiuiũ fini-
tum erat: sed & Ioab, audita voce tubæ,
ait, Quid sibi vult clamor ciuitatis tu-
multuantis? Adhuc illo loquente, Iona- 42
than filius Abiathar sacerdotis venit: cui
dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis
es, & bona nuntians. Respondítque Io- 43
nathã Adoniæ, Nequaquã: Dñs enim no-
ster rex Dauid regẽ cõstituit Salomonẽ:

misitq. cũ eo Sadoc sacerdotẽ, & Na- 44
than prophetã, & Banaiam filiũ Ioiadæ,
& cerethi, & phelethi, & imposuerũt eũ
super mulã regis. Vnxeruntq. eum Sa- 45
doc sacerdos, & Nathan propheta regem
in Gihon: & ascenderũt inde lætantes, &
insonuit ciuitas. hæc est vox quam audi-
stis. Sed & Salomon sedet super solium 46
regni. Et ingressi serui regis benedixe- 47
runt dño nostro regi Dauid, dicẽtes, Am-
plificet Deus nomẽ Salomonis super no-
mẽ tuum, & magnificet thronũ eius su-
per thronum tuum. Et adorauit rex in le-
ctulo suo: insuper & hæc locutus est, 48
Benedictus Dñs Deus Israël, qui dedit
hodie sedentem in solio meo, videntibus
oculis meis. Territi sunt ergo, & surre- 49
xerunt omnes qui inuitati fuerant ab A-
donia & iuit vnusquisq in viã suã. A- 50
donias autẽ timens Salomonẽ, surrexit,
& abiit-in tabernaculum Dñi*, tenuitq. -3 MS. H.C. G.
cornu altaris. Et nuntiauerunt Salomo- 51
ni, dicentes, Ecce Adonias timẽs regem
Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens,
Iuret mihi rex Salomon hodie quòd nõ
interficiat seruum suum gladio. Dixitq. 52
Salomõ, Si fuerit vir bonus, nõ cadet ne
vnus quidẽ capillus eius in terrã: sin au-
tẽ malũ inuentũ fuerit in eo, morietur.

Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum 53
ab altari, & ingressus adorauit regem Sa-
lomonẽ: dixitq. ei Salomon, Vade in do-
mum tuam.

CAP. II.

*Ecce MS. q. R.

APpropinquauerunt autẽ dies Dauid 1
vt moreretur, præcepitq. Salomoni
filio suo, dicẽs, *Ego ingredior viã vni- 2
3 uersæ terræ: confortare, & esto vir*. Et *fortis MS.
obserua-vt' ∴ custodias' – mandata' q. R. Q. n.
Dñi Dei tui, vt ambules in viis eius, & – 14 MS.
custodias ceremonias eius, & præcepta H.C.G.
eius, & iudicia, & testimonia, sicut‖ scri- ∴ φυλα-
ptũ est in lege Moysi: vt intelligas vni- κὴν.
uersa quæ facis, & quocumq. te verteris: – 14 MS.
4 Vt confirmet Dñs sermones suos quos H.G.
locutus est de me, dicens, Si custodierint Deu. 17, 16.
filij tui ‖ vias meas', & ambulauerint Inf. 7, 14.
corã me in veritate, in omni corde suo, & ‖ viã suam
in omni anima sua, nõ auferetur tibi vir 8 MS. R.
5 de solio Israël. Tu quoq. nosti quæ fe- H.C.G.
cerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fece-
rit duobus principibus exercitus Israël, 2 Re. 3, 27.
‖ Abner filio Ner, & ‖ Amasę filio Iether: & 20, 19.
quos occidit, & effudit sanguinẽ belli in
pace, & posuit cruorem prælij in balteo
suo, qui erat circa lumbos eius, & in cal-
ceamẽto suo quod erat in pedibus eius.
6 Facies ergo iuxta sapientiã tuã, & non
deduces canitiẽ eius pacificè ad inferos.
7 Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes
gratiã, eruntq. comedentes in mensa tua:
‖ occurrerũt enim mihi quãdo fugiebam 2 Re. 19, 31.
8 a facie Absalom fratris tui. Habes quoq.
apud te Semei filiũ Gera filij Iemini de
Bahurim, ‖ qui maledixit mihi male- 2 Re. 16, 5.
dictione pessima, quando ibã ad Castra: & 19, 19.
sed quia descẽdit mihi in occursum cũ
trã firẽ Iordanẽ, & iuraui ei per Dñm, di-
9 cẽs, Nõ te interficiã gladio: tu noli pati
eũ esse innoxiũ. Vir autẽ sapiens es, ‖ vt ‖ & scies 6
scias' quæ facies ei, deducesq. canos eius MS. H.C.
10 cũ sanguine ad inferos. ‖ Dormiuit igi- G.
tur Dauid cũ patribus suis, & sepult⁹ est Act. 2, 29.
11 in ciuitate-Dauid. Dies aũt quibus re- & 13, 36.
gnauit Dauid super Israël, quadraginta
anni sunt: in Hebron regnauit ‖ septẽ an- 1 Par. 29, 23
12 nis: in Ierusalẽ*, triginta tribus. ‖ Salo- *verò 2
mõ autẽ sedit super thronũ Dauid patris MS. H.C.
13 sui, & firmatũ est regnũ eius nimis. Et G.
ingressus est Adonias filius Haggith ad 2 Reg. 5. 4.
Beth-sabee matrẽ Salomonis. Quę dixit
ei, Pacificúsne est ingressus tuus? Qui re-
14 spondit, Pacificus. Addiditque, Sermo
mihi est ad te. Cui ait, Loquere. Et ille,
15 Tu, inquit, nosti, quia meũ erat regnũ,
& me præposuerat omnis Israël sibi in
regẽ: sed translatũ est regnũ, & factũ est
fratris mei: à Dño enim cõstituũ est ei.
16 Nũc ergo petitionẽ vnã precor à te, ne
confundas faciẽ meã. Quæ dixit ad eũ,
17 Loquere. Et ille ait, Precor vt dicas Sa-
lomoni regi (neq. enim negare tibi quic-
quã potest) vt det mihi Abisag Sunami-
18 tidem vxorẽ. Et ait Beth-sabee: Bene,
19 ego loquar pro te regi. Venit ergo Beth-
sabee ad regẽ Salomonẽ, vt loqueretur ei
pro Adonia: & surrexit rex in occursum
eius, adorauitq. eã, & sedit super thronũ
suũ: positúsq. est thron⁹ matri regis, quę
20 sedit ad dexterã ei⁹. Dixitq. ei, Petitio-
nẽ vnã parulã ego deprecor à te, nec cõ-
fundas faciẽ meam. Et dixit ei rex, Pete
mater mea: neq. enim fas est vt auertam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

faciē tuā. Quæ ait, Detur Abiſag Sunamitis Adonię fratri tuo vxor. Reſpōditq. rex Salomon, & dixit matri ſuæ, Quare poſtulas Abiſag Sunamitidē Adonia? poſtula ei & regnū: ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem & Ioab filium Saruię. Iurauit itaq. rex Salomō per Dominū, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia cōtra animā ſuā locutus eſt Adonias verbū hoc.

Et nunc viuit Dñs, qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſolium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domū, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias.

Miſitq. rex Salomon per manū Banaiæ filij Ioiadę, qui interfecit eū, & mortuus eſt. Abiathar quoq. ſacerdoti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrū tuū, & quidē vir mortis es: ſed hodie te nō interficiā, quia portaſti arcā Dñi Dei coram Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborē in omnibus in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Dñi, ‖ vt impleretur ſermo Dñi, quē locutus eſt ſuper domū Heli in Silo.

1 Reg. 2, 31

Venit aūt nunti⁹ ad ‖ Salomonē' quòd Ioab declinaſſet poſt Adoniā, & poſt Salomonē non declinaſſet: fugit ergo Ioab in tabernaculū Dñi, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumq. eſt regi Salomoni, quòd fugiſſet Ioab in tabernaculū Dñi, & eſſet iuxta altare: miſitq. Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicēs, Vade, interfice eū. Et venit Banaias ad tabernaculū Dñi, & dixit ei, Hæc dicit rex, Egredere. Qui ait, Non egrediar, ſed hīc moriar. Renuntiauit Banaias regi ſermonē, dicens, Hæc locutus eſt Ioab, & hæc reſpondit mihi. Dixitq. ei rex, Fac ſicut locutus eſt: & interfice eum, & ſepeli, & amouebis ſanguinē innocētē, qui effuſus eſt à Ioab, à me, & à domo patris mei. Et reddet Dñs ſanguinē eius ſup caput ei⁹, quia interfecit duos viros iuſtos, melioreſq. ſe: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorāte: ‖ Abner filiū Ner principē militiæ Iſraēl, ‖ & Amaſam filium Iether principem exercitus Iudæ: & reuertetur ſanguis illorū in caput Ioab, & in caput ſeminis eius in ſempiternum. Dauid autē & ſemini eius, & domui, & throno illius ſit pax vſq. in ęternū à Dño.

2 Reg. 3, 27
2 Reg. 20, 9

Aſcendit itaq. Banaias filius Ioiadæ, & aggreſſus eum interfecit, ſepultuſq; eſt in domo ſua in deſerto. Et cōſtituit rex Banaiā filiū Ioiadæ pro eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotē poſuit pro Abiathar. Miſit quoq. rex, & vocauit Semei, dixitq. ei, Aedifica tibi domū in Ieruſalē, & habita ibi: & nō egredieris inde huc atq. illuc. Quacumq. autē die egreſſus fueris, & tranſieris Torrentem-cedron, ſcito te interficiendū: ſanguis tuus erit ſuper caput tuū. Dixitq; Semei regi, Bonus ſermo: ſicut locutus eſt dñs meus rex, ſic faciet ſeruus tuus. Habitauit itaq.

21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38

Semei in Ieruſalē diebus multis. Factū eſt autē poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei ad Achis filiū Maacha regē Geth: nuntiatumq. eſt Semei quòd ſerui eius eſſent' in Geth. Et ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinū ſuū: iuitq. ad Achis in Geth ad requirendū ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatū eſt autē * Salomoni quòd iſſet Semei in Geth de Ieruſalē, & rediiſſet. Et mittens vocauit eū, dixitq. illi, Nónne teſtificatus ſum tibi per Dñm & prædixi tibi, Quacumque die egreſſus ‖ fueris' huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? Et reſpondiſti mihi, Bonus ſermo quem audiui. Quare ergo nō cuſtodiſti iuſiurādū Dñi, & præceptū quod præceperam tibi? Dixitque rex ad Semei, Tu noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuū, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dñs malitiā tuā in caput tuum. Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit ſtabilis corā Dño vſq. in ſempiternū. Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui ‖ aggreſſus', percuſſit eum, & mortuus eſt.

39 40 41 42 43 44 45 46

CAP. III.

1 COnfirmatū eſt igitur regnū in manu Salomonis, & affinitate cōiunctus eſt Pharaoni regi Aegypti: accepit namq. filiā eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domū ſuam, & domum Domini, & murum Ieruſalem per circuitum. Attamē populus immolabat in excelſis: non enim ædificatū erat templum nomini Domini vſque in diem illum. Dilexit autē Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama. Abiit itaq. *in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelſum maximum: mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomō ſuper altare illud ‖ in Gabaon. Apparuit autem Dñs' Salomoni per ſomnium nocte, dicens, Poſtula quod vis vt dem tibi. Et ait Salomon, Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate & iuſtitia, & recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiā tuā grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie. Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſeruū tuū pro Dauid patre meo: ego autē ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum meum. Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari nō poteſt præ multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populū tuum iudicare poſsit, & diſcernere inter bonū & malū. quis enim poterit iudicare populū iſtū, populū tuū hunc multū? Placuit ergo ſermo corā Dño, quòd Salomō poſtulaſſet huiuſcemodi rem. Et dixit Dominus Salomoni, Quia poſtulaſti verbū hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

diuitias

diuitias, aut animas inimicorum tuorū,
sed postulasti tibi sapientiā ad discernē-
dum iudiciū : ecce feci tibi secundū ser- 12
mones tuos, & dedi tibi cor sapiēs & in-
telligēs,in tātum vt nullus ante te similis
tui fuerit,nec post te surrectur⁹ sit. ¶ Sed 13
Sap.7,11. & hæc quæ nō postulasti,dedi tibi,diui-
Mat.6,29. tias scilicet,& gloriā , vt nemo fuerit si-
milis tui in regibus cunctis retrò diebus.
Si autē ambulaueris in viis meis,& cu- 14
stodieris præcepta mea , & mādata mea,
*Dauid 2 sicut ambulauit*pater tuus,longos faciā
MS.H.C. dies tuos. Igitur euigilauit Salomō , & 15
G. intellexit quòd esset somniū: cumq. ve-
nisset Ierusalē , stetit corā arca fœderis
Dñi,& obtulit holocausta, & fecit victi-
mas pacificas & grāde conuiuiū vniuersis
famulis suis. Tūc venerūt duæ mulie- 16
res meretrices ad regē, steteruntq.coram
eo, quarum vna ait,Obsecro,mi dñe,e- 17
go & mulier hæc habitabamus in domo
vna:& peperi apud eā in cubiculo. Ter- 18
tia autē die postquā ego peperi , peperit
& hæc:& eramus simul, nullusque alius
nobiscum in domo , exceptis nobis dua-
bus. Mortuus est autem filius mulieris 19
huius nocte: dormiens quippe oppressit
eum. Et consurgens intempestæ noctis si- 20
lentio , tulit filium meum de latere meo
ancillę tuę dormientis,& collocauit in si-
nu suo:suum autē filium , qui erat mor-
tuus, posuit in sinu meo. Cumq. surre- 21
xissem manè vt darē lac filio meo,appa-
ruit mortuus:quē diligentiùs intuēs cla-
ra luce, deprehendi nō esse meum quem
genuerā. Respondit q. altera mulier,Nō 22
-ſMS.H. est ita-vt dicis' , sed filius tuus mortuus
C.G. est,meus autē viuit. Ecōtrario illa dice-
bat,Mentiris:filius quippe meus viuit,&
filius tuus mortuus est. Atq.in hunc mo-
dum contendebant corā rege. Tunc rex 23
ait,Hæc dicit,Filius meus viuit, & filius
tuus mortuus est:Et ista respondit, Non,
sed filius tuus mortuus est, meus autem
viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gla- 24
dium. Cumque attulissent gladium corā
rege, Diuidite,inquit, infantem viuum 25
in duas partes,& date dimidiā partē vni,
& dimidiā partem alteri. Dixit autem 26
mulier cuius filius erat viuus , ad regem
(commota sunt quippe viscera eius su-
per filio suo,) Obsecro dñe, date illi in-
fantem viuum,& nolite interficere eum.
E contrario illa dicebat, Nec mihi, nec
tibi sit,sed diuidatur. Respondit rex, & 27
ait,Date huic infantem viuum,& nō oc-
cidatur: hæc est enim mater eius. Au- 28
diuit itaque omnis Israël iudicium quod
iudicasset rex , & timuerunt regem , vi-
dentes sapientiam Dei esse in eo ad fa-
ciendum iudicium. CAP. IIII.

ERat autē rex Salomon regnans super 1
omnē Israël: & hi principes quos 2
habebat: Azarias fili⁹ Sadoē ſacerdotis':
ſacerdos Elihoreph & Ahia filij Sisa,scribæ:Io-
&MS.G. saphat filius Ahilud , à commentariis: 3
4 Banaias filius Ioiadæ,super exercitum:
5 Sadoc autē & Abiathar, sacerdotes: A-
zarias filius Nathā, super eos qui assiste-
bāt regi:Zabud filius Nathā, sacerdos a-
6 micus regis: & Ahisar præpositⁿ domⁿ:
& Adoniram filius Abda super tributa.
7 Habebat autē Salomō duodecim præ-
fectos super omnē Israël qui præbebant
annonā regi,& domui eius: per singulos
enim menses in anno , singuli necessaria
8 ministrabant. Et hæc nomina eorum:
9 Bē-hur,in mōte Ephraim. Ben-décar,
in Macces,& in Salebim, & in Beth-sa- *Ben MS.
10 mes,& in Elō,&in Beth-hānā. *Beth'- R.H.C.G.
hésed in Aruboth: ipsius*erat Socho, & *enim o.
11 omnis terra-Epher. Bē-abinadab,cuius
omnis Nephath-dor,Tapheth filiā Salo-
12 monis habebat vxorē. Bana filius Ahi-
lud regebat Thanach & Mageddo,& vni-
uersam Beth-san, quæ est iuxta Sartha-
na subter Iezrahel,à Beth-san vsq. Abel-
13 mehula è regione Iecmaan. Ben-gáber
in Ramoth-galaad : habebat Auoth-iair
filij Manasse in Galaad , ipse præerat in
omni regione Argob, quæ est in Basan,
sexaginta ciuitatibus magnis atq. mura-
14 tis, quæ habebāt seras æreas. Ahinadad
15 filius Addo præerat in Manaim. Achi-
máas in Nephthali : sed & ipse habebat
Bāsemath filiam Salomonis in coniugio.
16 Baāna filius Husi,in Aser,& in Baloth.
17 Iosaphat filius Pharue, in Issachar.
18 Semei filius Ela, in Bē-iamin. Gaber
19 filius Vri,in terra-Galaad,* in terra Se- *& o.
hon regis Amorrhæi, & Og regis Basan,
20 super omnia quæ erāt in illa terra. Iuda
& Israël innumerabiles, sicut arena ma-
ris in multitudine: comedētes,& biben-
21 tes,atq. lætantes. ¶ Salomon autē erat Eccl.47,16.
in ditione sua, habens omnia regna-se- -2 MS. R.
cum' à flumine terræ Philisthiim vsq.ad H.C.G.
terminum Aegypti:offerentium sibi mu-
nera,& seruiētium ei cunctis diebus vitę
22 eius. Erat autē cibus Salomonis p dies
singulos triginta cori similæ, & sexagin-
23 ta cori farinæ, decē boues pingues, &
viginti boues pascuales,& cētum arietes,
excepta venatione ceruorum, caprearū,
24 atq. bubalorū,& auiū altilium. Ipse e-
nim obtinebāt omnē regionem quæ erat -1 MS. R.
trās flumen,-quasi' a Thaphsa vsque ad H.G.G.
Gazā,& cunctos reges illarū regionū: &
habebat pacē ex omni parte in circuitu.
25 Habitabatq. Iuda & Israël absq.timo-
re vllo,vnusquisq. sub vite sua,& sub fi-
cu sua,à Dā vsq. Bersabee cūctis diebus
26 Salomonis. Et habebat Salomō ¶ qua- 2.Par.9,25
draginta millia præsepia equorū curruliū,
27 & duodecim millia equestriū. Nutrie-
bātq. eos supradicti regis præfecti: sed &
necessaria mēsæ regis Salomonis cū in-
28 gēti cura præbebāt in tēpore suo. Hor-
deū quoq. & paleas equorū & iumētorū
deferebāt in locū vbi erat rex, iuxta cō-
29 stitutū sibi. Dedit quoq. Deus sapientiā Eccl.47,16
Salomoni,& prudentiā multā nimis , &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

latitudinẽ cordis, quasi arenã quæ est in
litore maris. Et præcedebat sapientia 30
Salomonis sapientiã omniũ Orientaliũ,
& Aegyptiorũ, & erat sapientior cũctis 31
hominibus: sapientior Ethã Ezrahite, &
Heman, & Chalcol, & Dorda filiis Ma-
hol: & erat nominatus in vniuersis gẽti-
bus per circuitũ. Locutus est quoq. Sa- 32
lomon tria millia parabolas: & fuerũt car
mina eius quinque millia. Et disputauit 33
super lignis à cedro, quæ est in Libano,
vsq. ad hyssopũ quæ egreditur de pariе-
te: & disseruit de iumẽtis & volucribus,
& reptilib. & piscib. Et veniebãt de cũ- 34
ctis populis ad audiendã sapientiã Salo-
monis, & ab vniuersis regibus terræ, qui
audiebãt sapientiam eius. CAP. V.

MIsit quoq. Hirã rex Tyri seruos suos 1
ad Salomonẽ: audiuit enim quòd
ipsum vnxissent regem * pro patre eius:
quia amicus fuerat Hirã Dauid omni tẽ-
pore. Misit autẽ Salomõ ad Hirã, dicẽs, 2
Tu scis voluntatẽ Dauid patris mei, & 3
quia nõ potuerit ædificare domũ nomini
Dñi Dei sui propter bella imminẽtia per
circuitum, donec daret Dñs eos sub ve-
stigio pedũ eius. Nunc autẽ requiẽ de- 4
dit * Deus meus mihi per circuitũ: & non
est satan, neq. occursus malus. Quã ob 5
rẽ cogito ædificare tẽplum nomini ‖ Dñi
Dei mei: sicut locutus est Dñs Dauid pa-
tri meo, dicens, Filius tuus quẽ dabo pro
te super solium tuum, ipse ædificabit do-
mum nomini meo. Præcipe igitur vt 6
præcidant mihi - serui tui' cedros de Li-
bano, & serui mei sint cũ seruis tuis:
mercedẽ autem seruorũ tuorũ dabo tibi
quãcũq. petieris: scis enim quomodo nõ
est in populo meo vir qui nouerit ligna
cædere sicut Sidonij. Cùm ergo audisset 7
Hirã verba Salomonis, lætatus est valde,
& ait, Benedictus Dñs Deus hodie, qui
dedit Dauid filiũ sapientissimũ super po-
pulum hunc plurimũ. Et misit Hirã ad 8
Salomonem, dicẽs, Audiui quæcunque
mandasti mihi: ego faciã omnẽ voluntа-
tem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.
Serui mei deponent ea de Libano ad 9
mare: & ego cõponam ea in ratibus, in
mari, vsq. ad locũ quẽ significaueris mi-
hi; & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præ-
bebisque necessaria mihi, vt detur cibus
domui meæ. Itaq. Hirã dabat Salomo- 10
ni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta
oẽm volũtatẽ eius. Salomõ aũt præbebat 11
Hirã viginti millia coros tritici in cibũ
domui eius, & viginti coros purissimi o-
lei: hæc tribuebat Salomõ Hirã per sin-
gulos annos. Dedit quoque Dominus 12
sapientiã Salomoni, ‖ sicut locutus est ei:
& erat pax inter Hiram & Salomonem,
& percusserunt ambo fœdus. Elegitque 13
rex Salomon operarios de omni Israël, &
erat indictio triginta millia virorum.
Mittebatq. eos in Libanũ, decẽ millia 14
per mẽses singulos vicissim, ita vt duob⁹
mensibus essent in domibus suis: & A-
donirã erat super huiuscemodi indictio-
15 nẽ. Fueruntque Salomoni septuaginta
millia eorum qui onera portabant, & o-
ctoginta millia latomorum in monte:
16 absq. præpositis, qui præerant singulis
operibus, numero triũ milliũ, & trecen-
torum præcipientium populo, & his qui
17 faciebant opus. Præcepitq. rex, vt tol-
lerent lapides grandes, lapides pretiosos
in fundamentũ tẽpli, & quadrarent eos:
18 quos dolauerunt cæmẽtarij Salomonis,
& cæmentarij Hirã: porrò Giblij præpa-
rauerunt ligna & lapides ad ædificãdam
domum. CAP. VI.

1 FActũ est ergo quadringẽtesimo & o- 2 Par.3.
ctogesimo anno egressionis filiorum
Israël de Terra-Aegypti, in anno quarto
(mẽse Zio, ipse est mẽsis secũdus) regni
Salomonis super Israël, ædificare cœpit
2 domũ Dño. Domus autẽ quã ædifica-
bat rex Salomõ Dño, habebat sexaginta
cubitos in longitudine, & viginti cubitos
in latitudine, & triginta cubitos in alti-
3 tudine. Et porticus erat ante templum
viginti cubitorũ lõgitudinis, iuxta men-
surã latitudinis templi: & habebat decẽ
cubitos latitudinis ante faciem templi.
4 Fecitque in templo fenestras obliquas.
5 Et ædificauit super parietẽ templi tabu-
lata per gyrum, in parietibus domus per
circuitũ tẽpli & oraculi, & fecit latera in
6 circuitu. Tabulatum quod subter erat,
quinq. cubitos habebat latitudinis, & me-
diũ tabulatũ sex cubitorũ latitudinis, &
tertiũ tabulatũ septem habẽs cubitos la-
titudinis. Trabes aũt posuit in domo per
circuitũ forinsecus, vt nõ hærerẽt muris
7 tẽpli. Domus autẽ cùm ædificaretur, de
lapidibus dolatis atque perfectis ædifica-
ta est: & malleus, & securis, & omne fer-
ramentum nõ sunt audita in domo cũ æ-
8 dificaretur. Ostiũ lateris medij in ⁿ pa-
rietẽ erat domus dextræ: & per cochleam
ascẽdebant in medium cœnaculum, & à
9 medio in tertiũ. Et ædificauit domũ, &
cõsummauit eã: texit quoq. domum la-
10 quearibus cedrinis. Et ædificauit tabu-
latũ super omnẽ domũ quinq cubitis al-
titudinis, & operuit domũ lignis cedrinis.
11 Et factus est sermo Dñi ad Salomonẽ,
12 dicens, Domus hęc quã ædificas, si am-
bulaueris in præceptis meis, & iudicia
mea feceris, & custodieris omnia mãda-
ta mea, gradiẽs per ea: firmabo sermonẽ
meũ tibi, ‖ quem locutus sum ad Dauid 2 Reg.7,16
13 patrẽ tuũ. Et habitabo in medio filiorũ 1 Par.22,9
Israël, & nõ derelinquã populum meum
14 Israël. Igitur ædificauit Salomõ domũ,
15 & cõsummauit eã. Et ædificauit pariе-
tes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis:
à pauimento domus vsq. ad summitatẽ
parietum, & vsq. ad laquearia, * operuit
lignis cedrinis intrinsecus: & texit paui-
16 mẽtum domus tabulis abiegnis. Aedifi-
cauitq. viginti cubitorum ad posteriorẽ

partem

*super Israël o.

1 Par.2,3.

*Dñs 1 MS.H.C.G.

2 Reg.7,13
2 Par.22,10

-8MS. H. C.G.

Sup,3.12.
1 Par.2,10

ⁿ pariet 5 MS.B.Et Hebræi, in septuagin. ta, tum ex versũ: Ad humerum domus dexteram.

*& MS.R. G. Ab H. autem, C. & G.q. nõ legitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parrẽ tẽpli tabulata cedrina, à pauimẽto vſq. ad ſuperiora: & fecit interiorẽ domũ oraculi in Sanctũ ſanctorũ. Porrò quadraginta cubitorum erat ipſum templũ
pro foribus oraculi. Et cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur, habens tormos naturas, & iuncturas ſuas fabrefactas & cælaturas eminẽtes: omnia cedrinis tabulis veſtiebãtur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculũ autẽ in medio domus, in interiori parte fecẽrat, vt poneret ibi arcam fœderis Dñi.
Porrò oraculũ habebat viginti cubitos lõgitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atq. veſtiuit auro puriſsimo. ſed & altare veſtiuit cedro. Domũ quoq. ante oraculum operuit auro puriſsimo, & affixit laminas clauis aureis. Nihilq. erat in tẽplo quod non auro tegeretur: ſed & totũ altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarũ, decẽ cubitorũ altitudinis. Quinq. cubitorũ ala cherub vna, & quinq. cubitorum ala cherub altera: id eſt, decẽ cubitos habentes, à ſummitate alæ vnius vſq. ad alæ alterius ſummitatẽ. Decem quoque cubitorũ erat cherub ſecundus: in mẽſura pari, & opus vnũ erat in duobus cherubim, id eſt, altitudinẽ habebat vnus cherub decẽ cubitorũ, & ſimiliter cherub ſecundus. poſuitq. cherubim in medio tẽpli interioris: extendebant aũt alas ſuas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub ſecundi tangebat parietẽ alterũ: alæ autẽ ‖ alterãr' in media parte templi, ſeinuicẽ contingebant. Texit quoq. cherubim auro.
Et omnes parietes templi per circuitũ ſculpſit variis cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi prominẽtes de pariete, & egredientes. Sed & pauimentũ domus texit auro intrinſecus & extrinſecus. Et in ingreſſu oraculi fecit *oſtiola de lignis oliuarũ, poſtẽſq. angulorũ quinque. Et duo oſtia de lignis oliuarũ: & ſculpſit in eis picturã cherubim, & palmarũ ſpecies, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cætera, auro. Fecitq. in introitu tẽpli poſtes de lignis oliuarũ quadrãgulatos: & duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: & vtrumq. oſtiũ duplex erat, & ſeinuicẽ tenẽs aperiebatur. Et ſculpſit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitq. omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorũ cedri. Anno quarto fundata eſt domus Dñi in menſe Zio: & in anno vndecimo, menſe Bul (ipſe eſt menſis octauus) perfecta eſt domus in omni operẽ ſuo, & in vniuerſis vtenſilibus ſuis: ædificauitque eam annis ſeptem.

‖ R. *rorum* H. C.G.

*duo o.

CAP. VII.

1 Domũ autẽ ſuã ædificauit Salomon ‖ tredecim annis, & ad perfectum *Inf.9,10.*
2 vſque perduxit. Aedificauit quoq. domũ ſaltus Libani centũ cubitorũ lõgitudinis, & quinquaginta cubitorũ latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deãbulacra inter colũnas cedrinas: lignaquippe cedrina exciderat in co-
3 lũnas. Et tabulatis cedrinis veſtiuit totã camerã, quæ quadragintaquinq. colũnis ſuſtẽtabatur. Vnus autẽ ordo habebat
4 colũnas quindecim cõtra ſe inuicẽ po-
5 ſitas, & eregione ſe reſpiciẽtes, æquali ſpatio inter columnas, & ſuper columnas
6 quadrãgulata ligna in cũctis æqualia. Et porticum columnarũ fecit quinquaginta cubitorũ lõgitudinis, & triginta cubitorũ latitudinis: & alterã porticũ in facie maioris porticus: & columnas, & epiſtylia
7 ſup columnas*. Porticũ quoq. ſolij, in qua tribunal eſt, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimẽto vſq. ad ſummitatem.
8 Et domuncula in qua ſedebatur ad iudicãdũ, erat in media porticu ſimili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (‖ quã vxorẽ duxerat Salomõ) tali opere, *Sup.3,3.*
9 quali & hãc porticũ. Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normã quandã arq. mẽſurã tam intrinſecus quàm extrinſecus ſerrati erant: à fundamento vſq. ad ſummitatẽ parietũ, & ‖ intrinſecus' vſque ad
10 atriũ maius. Fundamenta autẽ de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis decem
11 ſiue octo cubitorum. Et deſuper lapides pretioſi æqualis mẽſuræ ſecti erant,
12 ſimiliterq. de cedro. Et atriũ maius rotundũ triũ ordinũ de lapidibus ſectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Dñi interiori, & in porti-
13 cu domus. Miſit quoq. rex Salomon, &
14 tulit Hirã de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificẽ ærariũ, & plenũ ſapiẽtia, & intelligẽtia, & doctrina ad faciendũ omne opus ex ære. Qui cùm veniſſet ad regẽ Salo-
15 monẽ, fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas æreas, decẽ & octo cubitorum altitudinis columnã vnã: & ‖ linea *Ier.53,21.*
duodecim cubitorũ ambiebat columnam
16 vtramq. Duo quoq. capitella fecit, quæ ponerentur ſuper capita columnarũ, fuſilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinq; cubito-
17 rum altitudinis capitellum alterum: & quaſi in modum retis, & catenarum ſibi inuicem miro opere contextarũ. Vtrumque capitellum columnarum fuſile erat: ſeptena verſuum retiacula in capitello vno, & ſeptena retiacula in capitello al-
18 tero. Et perfecit columnas, & duos ordines, per circuitum retiaculorum ſingulorum, vt tegerent capitella quæ erãt ſuper ſummitatem, malogranatorum: eodem modo fecit & capitello ſecundo.
19 Capitella autẽ quæ erant ſuper capita

‖ extrinſecus R.H. C.G.

columna-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

columnarum, quasi opere lilij fabricata erant, in porticu, quatuor cubitorū. Et rursum alia capitella in summitate colūnarum dēsuper iuxta mensuram columnæ cōtra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erāt in circuitu capitelli secundi. Et statuit duas colūnas in porticu templi: cumq. statuisset colūnā dexterā, vocauit eam nomine Iachin: similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomē eius Booz. Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit: perfectumq. est opus columnarū.

2 Par. 4, 8. ¶ Fecit quoq. mare fusile decē cubitorum à labio vsq. ad labium, rotundum in circuitu: quinq. cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitū. Et sculptura subter labiū circuibat illud decē cubitis ambiēs mare: duo ordines sculpturarū [a] striatarum erāt fusiles. Et [b] stabant' super duodecim boues, è quibus tres respiciebāt ad Aquilonē, & tres ad Occidentē, & tres ad Meridiē, & tres ad Orientē: & mare super eos dēsuper erat: quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. Grossitudo autē lutēris, trium vnciarum erat: labiumq. eius, quasi labiū calicis, & foliū repandi lilij: duo millia batos capiebat, [c] & tria millia metretas'. Et fecit decē bases æneas, quatuor cubitorū lōgitudinis bases singulas, & quatuor cubitorū latitudinis, & triū cubitorū altitudinis.

Et ipsum opus basium, interrasile erat: & sculpturæ inter iuncturas. Et inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & in iūcturis similiter dēsup: & subter leones & boues quasi lora ex ære dependētia. Et quatuor rotæ p bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter lutērē fusiles, contra se inuicē respectantes. Os quoq. lutēris intrinsecus erat in capitis summitate: & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundū, pariterq. habebat vnū cubitum & dimidium: in angulis autē columnarum variæ cælaturæ erāt: & media intercolūnia, quadrata nō rotunda. Quatuor quoq. rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim: vna rota habebat altitudinis cubitum & semis. Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri: & axes earū, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Nā & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniūcti erāt. In sūmitate autē basis erat quædā rotunditas vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter dēsuper posset imponi, habēs cælaturas suas, variásq. sculpturas ex semetipsa. Sculpsit quoq. in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, vt nō cælata, sed apposita per circuitum viderentur. In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mensura, sculpturaque consimili. Fecit quoq. decem lutēres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, eratq. quatuor cubitorum: singulos quoq. lutēres p singulas, id est, decē bases, posuit. Et constituit decē bases, quinq. ad dexterā partē templi, & quinq. ad sinistrā: mare aūt posuit ad dexterā partem templi contra Orientē ad Meridiem. Fecit [d] ergo' Hiram lebetes, & scutras, & amulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Dñi. Columnas duas, & funiculos capitellorum super capitelia columnarū duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum. Et malogranata quadringēta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorū in retiaculis singulis, ad operiēdos funiculos capitellorū qui erāt super capita columnarū. Et bases decē, & lutēres decē super bases. Et mare vnum, & boues duodecim subter mare. Et lebetes, & scutras, & amulas. omnia vasa quæ fecit Hirā regi Salomoni in domo Dñi, de aurichalco erant. In campestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth & Sarthā. Et posuit Salomō omnia vasa*: propter multitudinē autē nimiā nō erat pondus æris. Fecitq. Salomon omnia vasa in domo Dñi: altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis, auream: & candelabra [e] aurea', quinque ad dexterā, & quinque ad sinistram cōtra oraculum ex auro puro: & quasi lilij flores, & lucernas dēsup aureas: & forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula, de auro purissimo: & cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, & ostiorum domus tēpli, ex auro erāt. ¶ Et perfecit omne opus quod faciebat* Salomon in domo Dñi, & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini.

CAP. VIII.

1 TVnc cōgregati sunt omnes maiores natu Israël cū principibus tribuum, & duces familiarū filiorū Israël ad regē Salomonē in Ierusalē: vt deferrent arcā fœderis Dñi, de ciuitate Dauid, id est, de
2 Sion. Conuenitque ad regem Salomonē vniuersus Israël in mēse [f] Bethanim', in solemni die, ipse est mensis septimus.
3 Veneruntque cuncti senes de Israël, &
4 tulerūt arcā sacerdotes, & portauerunt arcam Dñi, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ.
5 Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israël quæ cōuenerat ad eum, gradiebatur cū illo ante arcam, & immolabant oues & boues absque æstimatione
6 & numero. Et intulerūt sacerdotes arcā fœderis Dñi in locum suū, in oraculum templi,

[a] striatarū Q. n.
[b] stabat 1 MS. H. C. G.
[c] - 4 MS. R. H. C. G.
[d] quoq; MS. Al. C. & G. Legitur: fecit Hi.
[e] - t MS. R. C. G.
* in domo Domini MS q. R.
2 Par. 5. [f] rex MS. H. C. Omittitur autem A. & G.
[f] Ethanim 2 MS. H. G. quæ vnus vocabulū Mēsempsimū, & ipse est Mensis septimus C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

templi, in Sanctum sanctorũ subter alas
7 cherubim. Siquidẽ cherubim expande-
bant alas super locũ arcæ, & protegebant
8 arcam, & vectes eius désuper. Cumque
eminerẽt vectes, & appararẽt summita-
tes eorũ foris sanctuariũ ante oraculum,
nõ apparebãt vltrà extrinsec⁹, qui & fue-
9 runt ibi vsq. in prẽsentem diem. In arca
autẽ nõ erat aliud ‖ nisi duæ tabulæ lapi-
Exo.34,27. deæ, ‖ quas posuerat in ea Moyses in Ho-
Heb.9,4. reb, quãdo pepigit Dñs fœdus cum filiis
Exo.40,27 Israël, cùm egrederẽtur de Terra-Aegy-
1 Par.6,1. 10 pti. Factũ est autẽ, cùm exissent sacer-
dotes de sanctuario, nebula impleuit do-
mum Dñi, & nõ poterãt sacerdotes sta-
11 re & ministrare propter nebulam: imple-
uerat enim gloria Dñi domũ Dñi. Tunc
12 ait Salomõ, Dñs dixit vt habitaret in ne-
bula. Aedificãs ædificaui domũ in habi-
13 taculũ tuum, firmissimũ solium tuum in
14 sempiternũ. Cõuertitq. rex faciẽ suã, &
benedixit omni ecclesiæ Israël: omnis e-
15 nim ecclesia Israël stabat. Et ait ← Salo-
a-a MS.H. mon', Benedictus Dñs Deus Israël, qui
C. G. locutus est ore suo ad Dauid patrẽ meũ,
a manu sua & in a manib⁹ eius' perfecit, dicẽs: A die
1 MS. H. 16 qua eduxi populũ meum Israël de Aegy-
C. pto, non elegi ciuitatẽ de vniuersis tribu-
bus Israël, vt ædificaretur domus, & esset
nomẽ meum ibi: sed elegi Dauid vt esset
2 Reg.7,5. 17 super populũ meum Israël. ‖ Voluitque
Dauid pater me⁹ ædificare domũ nomini
18 Dñi Dei Israël: & ait Dñs ad Dauid pa-
1 Par.22,7. trẽ meum, Quod cogitasti in corde tuo
ædificare domũ nomini meo, bene feci-
19 sti hoc ipsum mẽte tractans. Veruntamẽ tu
b-b MS.H. nõ ædificabis ← mihi' domũ, sed fili⁹ tuus
C.G. qui egredietur de renibus tuis, ipse ædifi-
20 cabit domum nomini meo. Cõfirmauit
Dñs sermonẽ suum, quẽ locutus est: ste-
tique pro Dauid patre meo, & sedi super
thronum Israël, sicut locutus est Dñs: &
ædificaui domũ nomini Dñi Dei Israël.
21 Et cõstitui ibi locũ arcæ, in qua fœdus
Dñi est, quod percussit cum patribus no-
stris quando egressi sunt de Terra-Aegy-
22 pti. Stetit autẽ Salomõ ante altare Dñi
1 Mac.2,8. 23 in conspectu ecclesiæ Israël, & expandit
manus suas in cœlum, & ait, ‖ Dñe Deus
Israël, nõ est similis tui Deus in cælo dé-
super, & super terrã deorsum: qui custo-
dis pactũ & misericordiã seruis tuis qui
ambulant coram te in toto corde suo.
24 Qui custodisti seruo tuo Dauid patri
meo quæ locutus es ei: ore locutus es, &
manibus perfecisti, vt hæc dies probat.
25 Nunc igitur Dñe Deus Israël, conserua
2 Reg.7,12 famulo tuo Dauid patri meo quę locutus
16. es ei, dicẽs: ‖ Nõ auferetur de te vir corã
me, qui sedeat super thronũ Israël: ita ta-
mẽ si custodierint filij tui viã suã, vt am-
c-c MS.H. bulẽt corã me sicut tu ambulasti in con-
C. Additur spectu meo. Et nunc ← Dñe' Deus Israël
carmen à R. 26 firmẽtur verba tua quæ locutus es seruo
& G. tuo Dauid patri meo. Ergóne putãdum
27 est quòd verè Deus habitet super terrã? si
enim cælũ, & cæli cælorũ te capere non
possunt, quãtò magis dom⁹ hæc quã ædi-
28 ficaui? Sed respice ad orationem serui
tui, & ad preces eius Dñe De⁹ meus: audi
hymnũ & orationẽ quã seruus tuus orat
29 coram te hodie, Vt sint oculi tui aperti
super domum hãc nocte ac die: super do-
mum de qua dixisti, ‖ Erit nomẽ meum Deu. 12,11.
ibi: vt exaudias orationẽ quã orat in lo-
30 co isto ad te seru⁹ tuus, Vt exaudias de-
precationẽ serui tui & populi tui Israël,
quodcumq. orauerint in loco isto, & ex-
audies in loco habitaculi tui in cælo: &
31 cùm exaudieris, propitius eris. Si pec-
cauerit homo in proximũ suũ, & habue-
rit aliquod iuramẽtũ quo teneatur astri-
ctus: & venerit propter iuramẽtum corã
32 altari tuo in domũ tuam, tu exaudies in
cælo: & facies, & iudicabis seruos tuos,
cõdemnans impiũ, & reddẽs viã suã su-
per caput eius, iustificãsq. iustũ, & retri-
33 buẽs ei secundũ iustitiã suam. Si fugerit
populus tuus Israël inimicos suos (quia
peccaturus est tibi) & agẽtes pœnitentiã,
& cõfitẽtes nomini tuo venerint, & ora-
uerint, & deprecati te fuerint in domo
34 hac: exaudi in cælo, & dimitte peccatũ
populi tui Israël, & reduces eos in terrã
35 quã dedisti patribus eorum. Si clausum
fuerit cælũ, & nõ pluerit propter peccata
eorum, & orantes in loco isto pœniten-
tiã egerint nomini tuo, & à peccatis suis
cõuersi fuerint propter afflictionẽ suam:
36 exaudi eos in cælo, & dimitte peccata
seruorũ tuorũ, & populi tui Israël: & o-
stẽde eis viã bonã per quã ambulẽt, & da
pluuiã super terrã tuã quã dedisti popu-
37 lo tuo in possessionem. Fames si oborta
fuerit in terra, aut pestilẽtia, aut corrupt⁹
aër, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, &
afflixerit eum inimicus eius portas obsi-
dens, omnis plaga, vniuersa infirmitas,
38 cũcta deuotatio, & imprecatio quæ ac-
ciderit omni homini de populo tuo Is-
raël: si quis cognouerit plagã cordis sui,
& expanderit manus suas in domo hac,
39 tu exaudies in cælo in loco habitationis
tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des
vnicuiq. secundũ omnes vias suas, sicut
videris cor eius (quia tu nosti solus cor
40 omniũ filiorũ hominum) vt timeant te
cunctis diebus quibus viuunt super faciẽ
41 terræ quã dedisti patribus nostris. Insu-
per & alienigena, qui non est de populo
tuo Israël, cùm venerit de terra lõginqua
propter nomẽ tuũ (audietur enim nomẽ
tuũ magnũ, & manus tua fortis, & bra-
42 chium tuum extẽtum vbique) cùm ve-
43 nerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu
exaudies in cælo, in firmamento habita-
culi tui, & facies omnia pro quibus inuo-
cauerit te alienigena: vt discant vniuersi
populi terrarũ nomen tuum timere, sicut
populus tuus Israël, & probẽt quia nomẽ
tuum inuocatum est super domum hanc
44 quã ædificaui. Si egressus fuerit populus

tuus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuus ad bellum contra inimicos ſuos, per viam, quocunq. miſeris eos, orabunt te cõtra viã ciuitatis quã elegiſti, & contra domũ quã ædificaui nomini tuo, & ex- 45
audies in cælo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudiciũ eorum. Quòd ſi 46
2 Par.6,36. 1 Ioan.1,8. Eccl.7,21. peccauerint tibi (‖ non eſt enim homo qui nõ peccet) & irat⁹ tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorũ longè vel propè, & egerint pœnitentiã in corde ſuo in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati te fuerint 47
in captiuitate ſua, dicentes: Peccauimus, iniquè egim⁹, impiè geſsimus: & reuerſi 48
fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorũ ſuorum, ad quã captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viã terræ ſuæ quã dediſti patribus eorũ, & ciuitatis quã elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo: exaudies 49
in cælo, in firmamento ſolij tui orationes eorũ, & preces eorum, & facies iudicium eorum: & propitiaberis populo tuo qui 50
peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te: & dabis miſericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis.

Popul⁹ enim tuus eſt, & hæreditas tua, 51
quos eduxiſti de Terra-Aegypti, de medio fornacis ferreæ. Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationẽ ſerui tui, & populi 52
tui Iſraël, & exaudias eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te. Tu enim ſe- 53
paraſti eos tibi in hæreditatẽ de vniuerſis populis terræ, ſicut locutus es per Moyſen ſeruum tuum, quando eduxiſti patres noſtros de Aegypto Dñe Deus. Factum 54
eſt autẽ, cùm compleſſet Salomon orans Dñm omnem orationem, & deprecationẽ hanc, ſurrexit de cõſpectu altaris Dñi: vtrũq. enim genu in terrã fixerat, & manus expanderat in cælum. Stetit ergo, 55
& benedixit omni eccleſiæ Iſraël voce magna, dicens: Benedictus Dñs qui de- 56
dit requiẽ populo ſuo Iſraël, iuxta omnia quæ locutus eſt: nõ cecidit ne vnus quidẽ ſermo ex omnibus bonis quæ locutus eſt per Moyſen ſeruũ ſuum. Sit Dñs Deus 57
noſter nobiſcum ſicut fuit cum patribus noſtris, non derelinquens nos, neq. proijciens. Sed inclinet corda noſtra ad ſe, vt 58
ambulemus in vniuerſis viis eius, & cuſtodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcunque mandauit patribus noſtris. Et ſint ſermones mei iſti 59
quibus deprecatus ſum coram Dño, appropinquãtes Dño Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo & populo ſuo
vvt 1 MS. R.H.C.G Iſraël per ſingulos dies: 60
ut ſciant omnes populi terræ, quia Dñs ipſe eſt Deus, & non eſt vltrà abſq. eo. Sit quoq. cor noſtrũ perfectũ cũ Dño Deo noſtro, vt ambulemus 61
in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut & hodie. Igitur rex & omnis 62
2 Par.7,5. Iſraël cum eo, immolabãt victimas coram Dño. Mactauitq. Salomon hoſtias paci- 63
ficas, quas immolauit Dño, boum viginti duo millia, & ouiũ cẽtum viginti mil-
lia: & dedicauerũt templũ Dñi rex & *fi- 64
*omnes MS.H.G. lij Iſraël. In die illa ſanctificauit rex mediũ atrij, quod erat ante domum Dñi: fecit quippe holocauſtũ ibi, & ſacrificiũ, & adipẽ pacificorũ: quoniã altare æreum quod erat coram Dño, minus erat, & capere nõ poterat holocauſtũ, & ſacrificiũ, &
65 adipẽ pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem, & omnis Iſraël cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vſq. ad Riuũ-Aegypti, coram Dño Deo noſtro, ſeptem diebus, & ſeptem diebus, id eſt, quatuordecim die-
66 bus. Et in die octaua dimiſit populos: qui benedicentes regi profecti ſunt in tabernacula ſua lętantes, & alacri corde ſuper omnibus bonis quę fecerat Dominus Dauid ſeruo ſuo, & Iſraël populo ſuo.

CAP. IX.

1 FActum eſt autem cùm perfeciſſet Salomon ædificiũ domus Dñi, & ædificium regis, & omne quod optauerat & 2 voluerat facere, apparuit ei Dñs ſecũdò 3 ‖ ſicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq. Dñs ad eum, Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: ſanctificaui domũ hanc quam ædificaſti, vt ponerẽ nomẽ meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei & 4 cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoq. ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit *pater tuus, in ſimplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea 5 ſeruaueris, ponam thronum regni tui ſuper Iſraël in ſempiternum, ‖ ſicut locutus ſum Dauid patri tuo, dicẽs: Nõ auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſraël. 6 Si autẽ auerſione auerſi fueritis vos & filij veſtri, non ſequentes me, nec cuſtodiẽtes mandata mea, & ceremonias meas quas propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos: 7 auferã Iſraël de ſuperficie terræ quam dedi eis, & templũ quod ſanctificaui nomini meo proiiciam à conſpectu meo, eritq. Iſraël in prouerbium, & in fabulam 8 cunctis populis. Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui tranſierit per eam, ſtupebit & ſibilabit, & dicet, ‖ Quare fecit Domin⁹ ſic terræ huic & domui huic? 9 Et reſpondebunt, Quia dereliquerunt Dñm Deum ſuum, qui eduxit patres eorũ de Terra-Aegypti, & ſecuti ſunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus ſuper eos 10 omne malum hoc. ‖ Expletis autẽ annis viginti poſtquam ædificauerat Salomon duas domos, id eſt domum Domini 11 & domũ regis, (Hiram rege Tyri præbẽte Salomoni ligna, cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat:) tunc dedit *Salomon Hiram viginti 12 oppida in Terra-Galilææ. Et egreſſus

*rex 1 MS.H.C.G.

eſt Hiram

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est Hirã de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerũt ei:
13 & dixit, Hæcine sunt ciuitates quas dedisti mihi, frater? Et appellauit eas Terram-chabul, vsq. in diem hanc.
14 Misit quoq. Hiram ad regem Salomonẽ centum viginti talẽta auri.
15 Hæc est summa expensarũ, quam obtulit rex Salomon ad ædificãdam domum Dñi & domum suã, & Mello, & murum Ierusalem, & Heser, & Mageddo, & Gazer.
16 Pharao rex Aegypti ascendit, & cepit Gazer, succẽditq. eam igni: & Chananæũ qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotẽ filiæ suæ vxori Salomonis.
17 Aedificauit ergo Salomon Gazer, & Beth-horon inferiorem,
18 & Baalath & Palmiram in terra solitudinis.
19 Et omnes vicos qui ad se pertinebãt, & erãt absq. muro, muniuit, & ciuitates curruum, & ciuitates equitũ, & quodcumq. ei placuit vt ædificaret in Ierusalẽ, & in Libano & in omni terra potestatis suæ.
20 Vniuersum populũ qui remanserat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui nõ sunt de filiis Israël:
21 horum filios, qui remãserãt in terra, quos scilicet nõ potuerãt filij Israël exterminare: fecit Salomõ tributarios, vsq. in diẽ hãc.
22 De filiis autẽ Israël nõ cõstituit Salomõ seruire quẽquam, sed erãt viri bellatores, & ministri eius, & principes & duces, & præfecti curruũ & equorum.
23 Erãt autẽ principes super omnia opera Salomonis præpositi, quingẽti quinquaginta, qui habebãt iubiectũ populũ, & statutis operib. imperabãt.
24 ‖ Filia autẽ Pharaonis ascẽdit de ciuitate Dauid in domũ suã quam ædificauerat ei Salomon: tunc ædificauit Mello.
25 Offerebat quoq. Salomõ tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super altare quod ædificauerat Dño, & adolebat thymiama corã Dño: perfectũq. est templũ.
26 Classem quoq. fecit rex Salomon in Asiongáber, quæ est iuxta Ailath in littore Maris rubri, in Terra-Idumææ.
27 Misitq. Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cũ seruis Salomonis.
28 Qui cùm venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringẽtorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

CAP. X.

1 ‖ Sed & regina Saba audita fama Salomonis in nomine Dñi, venit tentare eum in ænigmatibus.
2 Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portãtibus aromata, & aurũ infinitũ nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regẽ Salomonẽ, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo.
3 Et docuit eam Salomõ omnia verba quæ proposuit: non fuit sermo qui regẽ posset latêre, & nõ respõderet ei.
4 Vidẽs autẽ regina Saba omnẽ sapientiã Salomonis, & domũ quã ædificauerat,
5 & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrãtium, vestesq. eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo
6 Dñi: nõ habebat vltrà spiritum. dixitq. ad regẽ, Verus est sermo quem audiui in
7 terra mea super sermonibus tuis, & super sapiẽtia tua: & non credebã narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nũtiata nõ fuerit: maior est sapientia, &
8 opera tua, quã rumor quẽ audiui. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stãt corã
9 te semper, & audiunt sapientiã tuã. Sit Dñs Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronũ Israël, eo quòd dilexerit Dñs Israël in sempiternũ, & constituit te regẽ, vt faceres iudiciũ &
10 iustitiam. Dedit ergo regi centũ viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas: nõ sunt allata vltrà aromata tam multa, quã ea quæ dedit re-
11 gina Saba regi Salomoni. (Sed & classis Hiram, quæ portabat aurũ de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa ni- 2 Par. 9, 10
12 mis, & gemmas pretiosas. Fecitq. rex de lignis thyinis fulcra domus Dñi, & domꝰ regiæ, & citharas lyrasq. cantoribus: non sunt allata huiuscemodi ligna thyina,
13 neq. visa vsq. in præsentẽ diẽ.) Rex autẽ Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa est, & abiit in terrã suam cũ seruis
14 suis. Erat autẽ pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sex centorũ sexaginta sex talentorum auri:
15 excepto eo quod afferebant viri, qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersiq. scruta vendentes, & omnes reges
16 Arabiæ, ducesq. terræ. Fecit quoque rex Salomõ ducẽta scuta de auro purissimo, sexcẽtos auri siclos dedit in laminas scu-
17 ti vnius. Et trecẽtas peltas ex auro probato: trecentæq. minæ auri vnam peltam vestiebant: posuitq eas rex in domo sal-
18 tus Libani. Fecit etiã rex Salomõ thronum de ebore grandẽ: & vestiuit eũ auro
19 fuluo nimis, qui habebat sex gradus: & summitas throni rotũda erat in parte posteriori: & duæ manꝰ hinc atq. inde tenẽtes sedile: & duo leones stabãt iuxta ma-
20 nus singulas. Et duodecim leunculi stãtes super sex gradus hinc atq. inde: nõ est
21 factũ tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa, de quib. potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: nõ erat argentũ, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis,
22 quia classis regis per mare cum classe Hirã semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurũ & argentũ, & dẽtes elephantorũ, &
23 simias, & pauos. Magnificatꝰ est ergo rex Salomõ super omnes reges terræ diuitiis
24 & sapiẽtia. Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapiẽtiam

eius,

1 Par. 9, 1. Mat. 12, 42. Luc. 11, 31.

2 Par. 8, 11

3 MS. H. C. Salomonem G.

1 MS. H. C. G.

5 MS. H. C. Addunt ante ÆR. & G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius, quã dederat Deus in corde eius. Et 25
singuli deferebãt ei munera, vasa argẽtea
& aurea, vestes & arma bellica, aromata
quoque, & equos & mulos, per annos
2 Par. 1.14 singulos. Cõgregauitq; Salomon currus 26
& equites, & facti sunt ei mille quadrin-
genti currus, & duodecim millia equitũ:
& disposuit eos per ciuitates munitas, &
cum rege in Ierusalẽ. Fecitq. vt tãta es- 27
set abundãtia argẽti in Ierusalẽ, quãta &
lapidum: & cedrorum præbuit multitu-
dinẽ quasi sycomoros, quæ nascuntur in
cãpestribus. Et educebantur equi Salo- 28
moni de Aegypto & de Coa. Negotiato-
res enim regis emebãt de Coa, & statuto
pretio perducebãt. Egrediebatur autem 29
quadriga ex Aegypto sexcẽtis siclis argẽ-
ti, & equus centũ quinquaginta. Atq. in
hũc modũ cuncti reges Hethæorũ & Sy-
riæ equos venundabant. CAP. XI.

Eccl. 47,21 REx autẽ Salomon ‖ adamauit mulie- 1
Deu. 17,17 res alienigenas multas, filiam quoq.
Pharaonis, & Moabitidas, & Ammoniti-
das, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas:
de gẽtibus super quibus dixit Dñs filiis 2
Exo. 34,16 Israël, ‖ Nõ ingrediemini ad eas, neq. de
illis ingredientur ad vestras: certissimè
enim auertent corda vestra vt sequami-
ni deos earum. His itaque copulatus est
Salomõ ardẽtissimo amore. Fueruntq. 3
-1 MS.H. ei vxores -quasi' reginæ septingentæ, &
C.G. concubinæ trecẽtæ: & auerterunt mulie-
res cor eius. Cumq. iam esset senex, de- 4
prauatũ est cor eius per mulieres, vt se-
queretur deos alienos: nec erat cor eius
perfectum cum Dño Deo suo, sicut cor
Dauid patris eius. Sed colebat Salomon 5
-10 MS. Astarthẽ deam Sidoniorũ, -& Chamos
R.H.C.G. deũ Moabitarum', & Moloch idôlũ Am-
monitarum. Fecitq. Salomõ quod non 6
placuerat corã Dño, & non adimpleuit vt
sequeretur Dñm, sicut Dauid pater eius.
Tunc ædificauit Salomon phanũ Cha- 7
mos idôlo Moab, in mõte qui est contra
Ierusalẽ, & Moloch idôlo filiorũ Ammõ.
Atq. in hunc modũ fecit vniuersis vxo- 8
ribus suis alienigenis, quæ adolebãt thu-
ra, & immolabãt diis suis. Igitur iratus 9
est Dñs Salomoni, quòd auersa esset mẽs
Sup. 6,12. eius à Dño Deo Israël, ‖ qui apparuerat
9,3. ei secundò, & præceperat de verbo hoc 10
ne sequeretur deos alienos, & nõ custo-
diuit quæ mandauit ei Dñs. Dixit itaq. 11
Dñs Salomoni, Quia habuisti hoc apud
te, & non custodisti pactum meũ, & præ-
cepta mea quæ mãdaui tibi, disrumpens
Inf. 12,15 ‖ scindã regnum tuũ, & dabo illud seruo
tuo. Veruntamẽ in diebus tuis non fa- 12
ciã propter Dauid patrẽ tuum: de manu
filij tui scindã illud, nec totum regnum 13
auferã, sed tribũ vnã dabo filio tuo pro-
pter Dauid seruũ meum, & Ierusalẽ quã
elegi. Suscitauit autẽ Dñs aduersarium 14
Salomoni Adad Idumæũ de semine re-
2 Reg. 8,14 gio, qui erat in Edõ. ‖ Cùm enim esset 15
Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab
princeps militiæ ad sepeliendum eos qui
fuerãt interfecti, & occidisset omne mas-
culinũ in Idumæa (sex enim mensibus 16
ibi moratus est Ioab, & omnis Israël, do-
nec interimeret omne masculinũ in Idu-
mæa) fugit Adad ipse, & viri Idumæi de 17
seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur
Aegyptũ: erat autẽ Adad puer paruulus.
Cumq. surrexissent de Madian, venerũt 18
in Pharan, tulerũtq. secum viros de Pha-
ran, & introierunt Aegyptũ ad Pharaonẽ
regẽ Aegypti: qui dedit ei domũ, & cibos
cõstituit, & terrã delegauit. Et inuenit 19
Adad gratiã corã Pharaone valde, in tan-
tũ vt daret ei vxorẽ, sororem vxoris suæ
germanã Taphnes reginæ. Genuitq. ei 20
soror Taphnes Genubath filiũ, & nutri-
uit eum Taphnes in domo Pharaonis: e-
ratq. Genubath habitans apud Pharaonẽ
cum filiis eius. Cumq. audisset Adad in 21
Aegypto, dormisse Dauid cum patribus
suis, & mortuũ esse Ioab principẽ mili-
tiæ, dixit Pharaoni, Dimitte me, vt vadã
in terrã meam. Dixitq. ei Pharao, Qua 22
enim re apud me indiges, vt quæras ire
ad terrã tuam? At ille respõdit, Nulla: sed
obsecro te vt dimittas me. Suscitauit 23
quoque ei Deus aduersarium Razon filiũ
Eliada, qui fugerat Adar-ézer regẽ Soba
dñm suum: & congregauit contra eum 24
viros, & factus est princeps latronũ cùm
interficeret eos Dauid: abieruntq. Dama-
scum, & habitauerũt ibi, & cõstituerunt
eum regẽ in Damasco, eratq. aduersa- 25
rius Israëli cunctis diebus Salomonis: &
hoc est malum Adad, & odiũ contra Is-
raël, regnauitq. in Syria. Ieroboã quoq. 26 2 Par.
filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, ser-
uus Salomonis, cuius mater erat nomine
Sarua, mulier vidua: leuauit manũ cõtra
regem. Et hæc est causa rebellionis ad- 27
uersus eũ, quia Salomon ædificauit Mel-
lo, & coæquauit voraginẽ ciuitatis Da-
uid patris sui. Erat autẽ Ieroboam vir 28
fortis & potens: vidensq. Salomon ado-
lescentẽ bonæ indolis & industriũ, cõsti-
tuerat eum præfectum super tributa vni- 29 2 Par.
uersæ domus Ioseph. Factũ est igitur in
tempore illo, vt Ieroboã egrederetur de
Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silo-
nites propheta in via, opertus pallio no-
uo: erãt autẽ duo tãtùm in agro. Appre- 30
hendensq. Ahias pallium suũ nouũ, quo
coopertus erat, scidit in duodecim partes.
Et ait ad Ieroboã, Tolle tibi decẽ scis- 31
suras: hæc enim dicit Dñs Deus Israël,
Ecce ego scindã regnum de manu Salo-
monis, & dabo tibi decẽ tribus. Porrò 32
vna tribus remanebit ei propter seruum
meũ Dauid, & Ierusalem ciuitatẽ quam
elegi ex omnib. tribubus Israël: eo quòd 33
dereliquerit me, & adorauerit Astarthen
deam Sidoniorũ, & Chamos deũ Moab,
& Moloch deum filiorũ Ammon: & non
ambulauerit in viis meis, vt faceret iu-
stitiã coram me, & præcepta mea, & iu-

dicia

dicia ſicut Dauid pater eius. Nec auferā 34
omne regnū de manu eius, ſed ducē po-
nam eū cunctis diebus vitæ ſuæ, propter
Dauid ſeruū meū quē elegi, qui cuſtodi-
uit mandata mea & præcepta mea. Au- 35
ferā aūt regnū de manu filij eius, & dabo
tibi decē tribus: filio autē eius dabo tri- 36
bū vnā, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo
meo cūctis diebus corā me in Ieruſalem
ciuitate quā elegi vt eſſet nomen meum
ibi. Te autē aſſumam, & regnabis ſuper 37
omnia quæ deſiderat anima tua, eriſque
rex ſup Iſraël. Si igitur audieris omnia 38
quæ præcepero tibi, & ambulaueris in
viis meis, & feceris quod rectum eſt corā
me, cuſtodiens mandata mea & præcepta
mea, ſicut fecit Dauid ſeruus meus: ero
recū, & ædificabo tibi domū fidelē, quo-
modo ædificaui Dauid domū; & tradā ti-
bi Iſraël: & affligā ſemen Dauid ſuper 39
hoc, verūtamē nō cunctis diebus. Voluit 40
ergo Salomon interficere Ieroboam: qui
ſurrexit, & aufugit in Aegyptū ad Seſac
regē Aegypti, & fuit in Aegypto vſq. ad
mortem Salomonis. Reliquū autē ver- 41
borū Salomonis, & omnia quæ fecit, &
ſapiētia ei⁹: ecce vniuerſa ſcripta ſunt in
Libro verborū = dierū⁹ Salomonis. Dies 42
autē quos regnauit Salomō in Ieruſalem
ſuper omnē Iſraël, quadraginta anni ſunt.
Dormiuitq. Salomō cū patribus ſuis, & 43
ſepultus eſt in Ciuitate Dauid patris ſui,
regnauitq. Roboam filius eius pro eo.

CAP. XII.

VEnit autē Roboam in Sichem: illuc 1
enim cōgregatus erat omnis* Iſraël,
ad conſtituendū eum regē. At verò Ie- 2
roboā filius Nabat, cū adhuc eſſet in Ae-
gypto profugus à facie regis Salomonis,
audita morte eius, reuerſus eſt de Aegy-
pto. Miſeruntq. & vocauerunt eū: venit 3
ergo Ieroboā, & omnis multitudo Iſraël,
& locuti ſunt ad Roboā, dicentes, Pater 4
tuus duriſsimū iugū impoſuit nobis: tu
itaq. nunc imminue paululū de imperio
patris tui duriſsimo, & de iugo grauiſsi-
mo quod impoſuit nobis, & ſeruiemus
tibi. Qui ait eis, Ite vſq. ad tertiū diem: 5
& reuertimini ad me. Cumq. abiiſſet po-
pulus, iniit cōſiliū rex Roboā cū ſenio- 6
ribus, qui aſsiſtebāt corā Salomone patre
eius, cū adhuc viueret, & ait, Quod datis
mihi conſiliū, vt reſpondeā populo huic?
Qui dixerunt ei, Si hodie obedieris po- 7
pulo huic, & ſeruieris, & petitioni eorū
ceſſeris, locutuſq. fueris ad eos verba le-
nia, erunt tibi ſerui cunctis diebus. Qui 8
dereliquit conſiliū ſenū qđ dederāt ei, &
adhibuit adoleſcētes q nutriti fuerāt cū
eo, & aſsiſtebāt illi, dixitq. ad eos, Quod 9
mihi datis conſiliū, vt reſpondeā populo
huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac iugū
quod impoſuit pater tuus ſuper nos? Et 10
dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerāt cū
eo, Sic loquere populo huic, qui locuti
ſunt ad te, dicētes: Pater tuus aggrauauit
iugū noſtrū, tu releua nos: ‖ Sic loquēris Eccl. 47, 28
ad eos, Minimus digit⁹ meus groſsior eſt
11 dorſo patris mei. Et nūc pater meus po-
ſuit ſuper vos iugū graue, ego autē addā
ſuper iugum veſtrum: pater meus cecīdit
vos flagellis, ego autē cædā vos ſcorpio-
12 nibus. Venit ergo Ieroboā, & omnis po-
pulus ad Roboam die tertia, ſicut locutus
fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die
13 tertia. Reſponditque rex populo dura,
derelicto cōſilio ſeniorū quod ei dederāt,
14 & locutus eſt eis ſecūdū cōſiliū iuuenū,
dicens, Pater meus aggrauauit iugū ve-
ſtrū, ego aūt addā iugo veſtro: pater me⁹
cecīdit vos flagellis, ego autē cædam vos
15 ſcorpionibus. Et non acquieuit rex po-
pulo: quoniā auerſatus fuerat eū Dñs, vt
ſuſcitaret verbū ſuū ‖ qđ locut⁹ fuerat in Sup. 11, 12.
manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboam filium
16 Nabat. Videſ itaq. popul⁹ quòd noluiſ-
ſet eos audire rex, reſpōdit ei, dicēs, Quæ
nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas
in filio Iſai? = Vade⁹ in tabernacula tua = 3 MS. H.
Iſraël, nunc vide domum tuā Dauid. Et C. Additur
17 abiit Iſraël in tabernacula ſua. Super fi- autē à R.
lios autē Iſraël, quicunq. habitabant in & G.
18 ciuitatibus Iuda, regnauit Roboā. Miſit
ergo rex Roboam Aduram qui erat ſuper
tributa: & lapidauit eum omnis Iſraël, &
mortuus eſt: Porrò rex Roboam feſtinus
aſcendit currum, & fugit in Ieruſalem,
19 receſsitq. Iſraël à domo Dauid, vſq. in
20 præſentē diē. Factū eſt autē cū audiſſet
omnis Iſraël quòd reuerſus eſſet Iero-
boā, miſerunt, & vocauerūt eū cōgregato
cœtu, & cōſtituerunt eū regē ſuper om-
nem Iſraël, nec ſecutus eſt quiſpiā domū
21 Dauid præter tribū Iuda ſolā. Venit aūt
Roboā Ieruſalē, & cōgregauit vniuerſam
domū Iuda, & tribū Beniamin, centum
octoginta millia electorū virorū, & bel-
latorū, vt pugnarēt cōtra domū Iſraël, &
reducerēt regnū Roboā filio Salomonis.
22 Factus eſt autem ſermo Dñi ad Semeiā 2 Par. 11, 2
23 virū Dei, dicēs, Loquere ad Roboā filiū
Salomonis regē Iuda, & ad omnē domū
Iuda, & Bē-iamin, & reliquos de populo,
24 dicens, Hæc dicit Dñs, Nō aſcendetis,
neq. bellabitis cōtra fratres veſtros filios
Iſraël: reuertatur vir in domū ſuā. à me
enim factum eſt verbum hoc. Audierunt
ſermonē Dñi, & reuerſi ſunt de itinere
25 ſicut eis præceperat Dñs. Aedificauit aūt
Ieroboā Sichē in monte Ephraim, & ha-
bitauit ibi: & egreſs⁹ inde ædificauit Pha-
26 nuēl. Dixitq. Ieroboā in corde ſuo, ‖ Nūc Sup. 11, 33.
27 reuertetur regnū ad domū Dauid, ſi a-
ſcenderit populus iſte vt faciat ſacrificia
in domo Dñi in Ieruſalē: & conuertetur
cor populi huius ad dñm ſuū Roboā regē
Iuda, interficientq. me, & reuertentur ad
28 eum. Et excogitato conſilio, fecit duos Tob. 1, 5.
vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà
aſcēdere in Ieruſalem, ‖ Ecce dij tui Iſ- Exo. 32, 8.
raël, qui te eduxerunt de Terra-Aegypti.
29 Poſuitq. vnū in Beth-el, & alterū in Dā:

*populus MSq. R. 2 Par. 10, 1

*9 MS. R. H. C. G q.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& factū est verbū hoc in peccatū: ibat 30
enim populus ad adorandū vitulū, vsq. in
2 Pa. 11,15 Dan. Et fecit phana in excelsis, ‖ & sa- 31
cerdotes de extremis populi, qui non erāt
de filiis Leui. Constituitq. dē solennē 32
in mēse octauo, quintadecima die mēsis,
in similitudinē solēnitatis quæ celebra-
batur in Iuda. Et ascendens, altare simi-
liter fecit in Beth-el, vt immolaret vitu-
lis quos fabricatus fuerat: constituitq. in
Beth-el sacerdotes excelsorū quę fecerat.
Et ascēdit super altare quod extruxerat 33
in Beth-el, quintadecima die mēsis octa-
ui, quē finxerat de corde suo: & fecit so-
lennitatē filiis Israël, & ascēdit super al-
tare, vt adoleret incensum.

CAP. XIII.

ET ecce vir Dei venit de Iuda in ser- 1
mone Dñi in Bethel, Ieroboā stante
super altare, & thus iaciente. Et excla- 2
mauit cōtra altare in sermone Dñi, & ait,
4 Re. 23,17 Altare, altare, hæc dicit Dñs, ‖ Ecce filius
nascetur domui Dauid, Iosias nomine, &
immolabit sup te sacerdotes excelsorū,
qui nūc in te thura succendūt, & ossa ho-
minum super te incēdet. Deditq. in illa 3
die signū, dicens, Hoc erit signū quod lo-
cutus est Dñs, Ecce altare scindetur, &
effundetur cinis qui in eo est. Cūq. au- 4
disset rex sermonē hominis Dei quē in-
clamauerat cōtra altare in Beth-el, extē-
dit manū suā de altari, dicēs, Apprehēdite
eū. Et exaruit manus eius quā extēderat
cōtra eum: nec valuit retrahere eā ad se.
Altare quoq. scissum est, & effusus est 5
cinis de altari, iuxta signū quod prædixe-
rat vir Dei in sermone Dñi. Et ait rex 6
ad virū Dei, Deprecare faciē Dñi Dei tui,
& ora pro me, vt restituatur manus mea
mihi. Orauitq. vir Dei faciē Dñi, & re-
uersa est manus regis ad eum, & facta est
sicut prius fuerat. Locutus est autē rex 7
ad virū Dei, Veni mecū domū vt pran-
deas, & dabo tibi munera. Respōditq. vir 8
Dei ad regē, Si dederis mihi mediā partē
domus tuæ, non veniā tecū, nec comedā
panē, neque bibā aquā in loco isto: sic 9
enim mandatū est mihi in sermone Dñi
præcipientis, Non comedes panē, neque
bibes aquā, nec reuertēris per viā qua ve-
nisti. Abiit ergo per aliā viā, & non est 10
reuersus per iter quo venerat in Beth-el.
Propheres aūt quidā senex habitabat in 11
Beth-el, ad quē *venerūt filij sui, & nar-
rauerunt' ei omnia opera quæ fecerat vir
Dei illa die in Beth-el, -&' verba quæ
locutus fuerat ad regē, -&' narrauerunt
patri suo. Et dixit eis pater eorum, Per 12
quā viā abiit? *Ostenderūt ei filij sui viā
per quam abierat vir Dei qui venerat de
Iuda. Et ait filiis suis, Sternite mihi asi- 13
nū. Qui cū strauissent, ascendit, & abiit 14
post virū Dei, & inuenit eū sedentē sub-
tus terebinthū: & ait illi, Tūne es vir Dei
qui venisti de Iuda? Respondit ille, Ego
sum. *Dixitq.' ad eū, Veni mecū domū, 15
vt comedas panē. Qui ait, Non possum 16
reuerti, neq. venire tecū, nec comedā pa-
nē, neque bibā aquā in loco isto: quia 17
locutus est Dñs ad me in sermone Dñi,
dicēs, Non comedes panem, & non bibes
aquā ibi, nec reuertēris per viā qua ieris.
Qui ait illi, Et ego propheta sum similis 18
tui: & angelus locutus est mihi in sermo-
ne Dñi; dicens, Reduc eū tecū in domum
tuā, vt comedat panē, & bibat aquā. Fe- 19
fellit eū, & reduxit secum: comedit ergo
panē in domo eius, & bibit aquā. Cūq. 20
sederēt ad mensam, factus est sermo Dñi
ad prophetā qui reduxerat eū. Et excla- 21
mauit ad virū Dei, qui venerat de Iuda,
dicens, Hæc dicit Dñs, Quia nō obediens
fuisti ori Dñi, & nō custodisti mādatum
quod præcepit tibi Dñs Deus tuus: & 22
reuersus es, & comedisti panē, & bibisti
aquā in loco in quo præcepit tibi ne cō-
ederes panē, neq. biberes aquā, non infe-
retur cadauer tuum in sepulchrū patrum
tuorū. Cūq. comedisset & bibisset, stra- 23
uit asinū -suū' *propheta' quē reduxerat.
Qui cū abiisset, inuenit eū leo in via, & 24
occidit, & erat cadauer eius proiectum in
itinere: asinus aūt stabat iuxta illū, & leo
stabat iuxta cadauer. Et ecce, viri trans- 25
cūtes viderūt cadauer proiectū in via, &
leonem stantē iuxta cadauer. Et venerūt
& diuulgauerunt in ciuitatē in qua pro-
phetes ille senex habitabat. Quod cùm 26
audisset propheta ille qui reduxerat eum
de via, ait, Vir Dei est, qui inobediēs fuit
ori Dñi, & tradidit eū Dñs leoni, & con-
fregit eū, & occidit iuxta verbū Dñi quod
locut' est ei. Dixitq. ad filios suos, Ster- 27
nite mihi asinū. Qui cùm strauissent, & 28
ille abiisset, inuenit cadauer eius proiectū
in via, & asinū & leonē stantes iuxta ca-
dauer: non comedit leo de cadauere, nec
læsit asinū. Tulit ergo propheres cadauer 29
viri Dei, & posuit illud super asinū, & re-
uersus intulit in ciuitatē *propheţę senis',
vt plangerēt eū. Et posuit cadauer eius 30
in sepulchro suo: & planxerunt eū: Heu
-heu' mi frater. Cumq. planxissent eū, 31
dixit ad filios suos, Cùm mortuus fuero,
sepelite me in sepulchro in quo vir Dei
sepult' est: iuxta ossa ei' ponite ossa mea.
Profectò enim veniet sermo quē prædi- 32
xit in sermone Dñi cōtra altare quod est
in Beth-el, & contra oīa phana excelso-
rū quę sunt in vrbib. Samariæ. Post ver 33
ba hęc nō est reuersus Ieroboā de via sua
pessima, sed ecōtrario fecit de nouissimis
populi sacerdotes excelsorū: quicūq. vo-
lebat, implebat manū suā, & fiebat sacer-
dos excelsorū. Et ꝓpter hāc causā pecca- 34
uit domus Ieroboā, & euersa est, & deleta
de superficie terræ. CAP. XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius 1
Ieroboā. Dixitq. Ieroboā vxori suæ, 2
Surge, & cōmuta habitū, ne cognoscaris
quòd sis vxor Ieroboā: & vade in Silo,
vbi est Ahias propheta ‖ qui locutus est

*venit filius suus, & narrauit 10 MS. H.C. Cōformiter autem Textui, legūt R. & G.
-6 MS. R.
*Et 1 MS. H.C.G.
*Dixit MS 9.
*propheţes senis' 4 MS. C. familiæ Textui exprimit sunt, non adij, nec C. & G.
-1 MS. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mihi quòd regnaturus essem super populum hũc. Tolle quoq. in manu tua decẽ panes, & crustulã, & vas mellis, & vade ad illũ: ipse enim indicabit tibi quid euẽturũ sit puero huic. Fecit vt dixerat, vxor Ieroboã: & consurgẽs abiit in Silo, & venit in domũ Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ senectute. Dixit autẽ Dñs ad Ahiã, Ecce vxor Ieroboã ingreditur, vt cõsulat te super filio suo qui ægrotat: hæc & hæc loquêris ei. Cùm ergo illá intraret, & dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitũ pedũ eius introeuntis per ostiũ, & ait, Ingredere vxor Ieroboã: quare aliã te esse simulas? Ego autẽ missus sum ad te durus nũtius. Vade, & dic Ieroboã: Hæc dicit Dñs Deꝰ Israël, Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducẽ supꝑ populũ meũ Israël: & scidi regnũ domꝰ Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciẽs quod placitũ esset in cõspectu meo: sed operatus es malè super oẽs qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & cõflatiles, vt me ad iracundiã prouocares, me autẽ proiecisti post corpus tuum:

Ideirco ecce ego inducã mala super domũ Ieroboã, & percutiã de Ieroboã mingentẽ ad parietẽ, & clausum, & nouissimũ in Israël: & mũdabo reliquias domꝰ Ieroboã, sicut mũdari solet fimꝰ vsq. ad purũ.

Inf. 15,29.

Qui mortui fuerint de Ieroboã in ciuitate, comedẽt eos canes: qui autẽ mortui fuerint in agro, vorabũt eos aues cæli: qa Dñs locutus est. Tu igitur surge, & vade in domũ tuam: & in ipso introitu pedum tuorũ in vrbẽ, morietur puer, & planget eũ omnis Israël, & sepeliet: iste enim solus inferetur de Ieroboã in sepulchrum, quia inuẽtus est super eo sermo bonus ᵃad Dñm Deoꝰ Israël, in domo Ieroboã. Constituet aũt sibi Dñs regẽ super Israël, qui percutiet domũ Ieroboã in hac die, & in hoc tempore: & percutiet Dñs Deus Israël, sicut moueri solet arũdo in aqua: & euellet Israël de terra bona hac, quã dedit patribus eorũ, & ventilabit eos trans Flumen: quia fecerunt sibi lucos, vt irritarẽt Dñm. Et tradet Dñs Israël propter peccata Ieroboã, qui peccauit, & peccare fecit Israël. Surrexit itaq. vxor Ieroboã, & abiit, & venit in Thersa: cumq. illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est, & sepelierũt eũ. Et plãxit eũ omnis Israël iuxta sermonẽ Dñi, quẽ locutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ. Reliqua aũt verborũ Ieroboã, quomodò pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in Libro verborũ dierũ regũ Israël. Dies aũt quibꝰ regnauit Ieroboã, viginti duo anni sunt: & dormiuit cũ patribus suis: regnauitq. Nadab filius eius pro eo. Porrò Roboã filiꝰ Salomonis regnauit in Iuda: Quadraginta & vniꝰ anni erat Roboã, cũ regnare cœpisset: decẽ & septẽ annos regnauit in Ierusalẽ ciuitate, quã elegit Dñs vt poneret nomẽ suũ ibi, ex omnibus tribubus Israël. Nomen autẽ matris eiꝰ Naama Ammanitis. Et fecit Iudas malũ corã Dño, & irritauerunt eũ super omnibus quæ fecerãt patres eorũ in peccatis suis quę peccauerũt. Aedificauerunt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnẽ collem excelsum, & subter omnẽ arborẽ frondosam: Sed & effœminati fuerũt in terra, fecerunt q. omnes abominationes gentium, quas attriuit Dñs ante faciẽ filiorum Israël. In quinto autẽ anno regni Roboã, ascẽdit Sesac rex Aegypti in Ierusalem, & tulit thesauros domus Dñi, & thesauros regios, & vniuersa diripuit: scuta quoq. aurea ‖ quæ fecerat Salomon: pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, & tradidit ea in manũ ducũ scutariorum, & eorũ qui excubabant ante ostium domus regis. Cumq. ingrederetur rex in domũ Dñi, portabant ea qui præeũdi habebant officium: & posteà reportabant ad armamentariũ scutariorum. Reliqua autem sermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in Libro sermonũ dierum regum Iuda. Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboã cũctis diebus. Dormiuitque Roboam cum patribus suis, & sepultus est cũ eis in ciuitate Dauid: nomen autẽ matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

2 Par. 12,2.

Sup. 10,16.

CAP. XV.

IGitur in octauo decimo anno regni Ieroboam filij Nabat, regnauit Abiam super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Maacha filia Abessalom. Ambulauitque in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectũ cum Dño Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed propter Dauid dedit ei Dñs Deus suus lucernã in Ierusalẽ, vt suscitaret filiũ eius post eũ, & statueret Ierusalem: eo quòd fecisset Dauid rectũ in oculis Dñi, & non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ suæ, ‖ excepto sermone Vriæ Hethæi. Attamen bellũ fuit inter Roboã & Ieroboã omni tẽpore vitę eius. Reliqua autem sermonũ Abiam, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta ‖ sunt in libro verborũ dierũ regũ Iudaꝰ? Fuitq. prœliũ inter Abiã & inter Ieroboam. Et dormiuit Abiã cũ patrib. suis, & sepelierũt eũ in Ciuitate-Dauid: regnauitq. Asa filius eius pro eo. In anno ergo vicesimo Ieroboã regis Israël regnauit Asa rex Iuda: & quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalẽ. Nomen matris eius Maacha, filia Abessalom. Et fecit Asa rectũ ante cõspectũ Dñi, sicut Dauid pater eius: & abstulit effœminatos de terra, purgauitq. vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Insuper & Maacha matrem

2 Pa. 11,12

2 Par. 13,2.

2 Re. 11,4. 17.12,9.

2 Par. 14,1.

ad Dominũ Deum 9 MS. aante D. Deum C. ade D. Deo G.

2 Pa. 11,13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sūam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius quē cōsecrauerat: subuertitq. specū eius, & confregit simulachrū turpissimū, & cōbussit in Torrēte-cedron: excelsa autem non abstulit.

Veruntamen cor Asa perfectū erat cum Dño cūctis diebus suis: & intulit ea quæ sanctificauerat pater suus, & vouerat, in domū Dñi, argentum & aurum, & vasa.

Bellū autē erat inter Asa & Baasa regē Israël cūctis diebus eorū. Ascēdit quoq. Baasa rex Israël in Iudam, & ædificauit Rama, vt nō posset quispiā egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudæ. Tollens itaq. Asa omne argentū & aurū, quod remanserat in thesauris domus Dñi, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorū suorū: & misit ad Ben-adad filiū Tabremon filij Hezion, regē Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicēs, Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuū: ideo misi tibi munera, argentū & aurū: & peto vt venias, & irritū facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israël, & recedat à me. Acquiescēs Ben-adad regi Asa, misit principes exercitus sui in ciuitates Israël, & percusserunt Ahion, & Dā & Abel-domum-Maacha, & vniuersam Cenneroth, omnem scilicet Terram-Nephthali. Quod cùm audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reuersus est in Thersa. Rex aūt Asa nuntiū misit in omnē Iudā, dicens, Nemo sit excusatus. & tulerūt lapides de Rama, & ligna eius, quib. ædificauerat Baasa, & extruxit de eis rex Asa, Gabaa-Bē-iamin, & Maspha. Reliqua aūt omniū sermonū Asa, & vniuersæ fortitudines eius, & cūcta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nōne hæc scripta sunt in Libro verborū dierū regū Iudæ? Verūtamen in tēpore senectutis suę doluit pedes. Et dormiuit* cū patribus suis, & sepultus est cū eis in Ciuitate-Dauid patris sui. Regnauitq. Iosaphat filius eius pro eo. Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Israël anno secūdo Asa regis Iuda: regnauitq. super Israël duobus annis. Et fecit quod malum est in conspectu Dñi, & ambulauit in viis patris sui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israël. Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, & percussit eū in Gebbethon, quæ est vrbs Philisthinorū: siquidem Nadab & omnis Israël obsidebāt Gebbethon. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cūq. regnasset, percussit omnē domū Ieroboā: nō dimisit ne vnā quidē animam de semine eius, donec deleret eū ‖ iuxta verbū Dñi quod locut⁹ fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitis, propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israël: & ꝓpter delictū quo irritauerat Dñm Deum Israël. Reliqua autē sermonum Nadab, & omnia quę operatus est, nónne

2 Par. 16,2

Sap. 14,10.

*Asa 2 MS. H. C. G.

2 Par. 17,1.

hæc scripta sunt in Libro verborū dierū regū Israël? Fuitque bellū inter Asa & Baasa regem Israël cūctis diebus eorum.

Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ, super omnē Israël in Thersa viginti quatuor annis. Et fecit malū corā Dño, ambulauitq. in viis Ieroboā, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israël.

CAP. XVI.

Factus est autem sermo Dñi ad Iehu filium Hanani contra Baasa, dicens, Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & posui te ducē super populū meum Israël, tu autē ambulasti in via Ieroboā, & peccare fecisti populū meū Israël, vt me irritares in peccatis eorū: ecce, ego demetā posteriora Baasa, & posteriora domus eius: & faciā domū tuā ‖ sicut domū Ieroboā filij Nabat. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedēt eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eū volucres cæli. Reliqua autem sermonum Baasa, & quæcunq. fecit, & prœlia eius: nōne hæc scripta sunt ‖ in Libro verborū dierū regū Israël? Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusq. est in Thersa: & regnauit Ela filius eius pro eo. Cùm autem in manu Iehu filij Hanani prophetę verbum Dñi factum esset contra Baasa, & contra domū eius, & contra omne malū quod fecerat corā Dño, ad irritandū eum in operibus manuū suarum, vt fieret sicut domus Ieroboam: ob hanc causam occidit eum, = hoc est, Iehu filium Hanani, prophetam'. Anno vicesimo sexto Asa regis Iuda, regnauit Ela filius Baasa super Israël in Thersa duobus annis. Et rebellauit contra eū seruus suus Zābri, dux mediæ partis equitū: erat autē Ela in Thersa bibens, & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa. ‖ Irruēs ergo Zambri, percussit, & occidit eū anno vicesimo septimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq. regnasset, & sedisset super soliū eius, percussit omnē domū Baasa, & non dereliquit ex ea mingentē ad parietē, & propinquos & amicos eius. Deleuitque Zambri omnem domū Baasa, iuxta verbū Dñi, quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ, propter vniuersa peccata Baasa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerūt, & peccare fecerūt Israël, prouocantes Dñm Deum Israël in vanitatibus suis. Reliqua autē sermonū Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborū dierū regū Israël? Anno vicesimo septimo Asa regis Iuda, regnauit Zambri septē diebus in Thersa: porrò exercitus obsidebat Gebbethō vrbem Philisthinorum. Cumque audisset rebellasse Zambri, & occidisse regē, fecit sibi regem omnis Israël Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illa, in castris. Ascēdit ergo Amri, & omnis Israël cum eo de Gebbethō, & obsidebāt

Thersa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Thersa. Vidés autẽ Zambri quòd expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatiũ, & succẽdit se cũ domo regia: & mortuus est in peccatis suis, quæ peccauerat faciens malũ corã Dño, & ambulãs in via Ieroboã, & in peccato eius quo fecit peccare Israël. Reliqua autẽ sermonũ Zãbri, & insidiarũ eius, & tyrannidis, nónne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierũ regũ Israël? Tunc diuisus est populus Israël in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filiũ Gineth, vt cõstitueret eum regem: & media pars Amri.

Præualuit autẽ populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filiũ Gineth: mortuúsq. est Thebni, & regnauit Amri. Anno tricesimo primo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israël, duodecim annis: in Thersa regnauit sex annis. Emitq. montẽ Samariæ à Somer duobus talentis argenti: & ædificauit eũ, & vocauit nomẽ ciuitatis quã extruxerat, nomine Semer Dñi montis Samariæ.

Fecit aũt Amri malũ in cõspectu Dñi, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eũ. Ambulauitq. in omni via Ieroboã filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israël: vt irritaret Dñm Deum Israël in vanitatibus suis.

Reliqua aũt sermonũ Amri, & prœlia eius quę gessit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierũ regũ Israël? Dormiuitq. Amri cũ patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitq. Achab filius eius pro eo. Achab verò filius Amri regnauit sup Israël anno tricesimo octauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israël in Samaria viginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malũ in cõspectu Dñi super omnes qui fuerunt ante eũ. Nec sufficit ei vt ambularet in peccatis Ieroboã filij Nabat: insuper duxit vxorẽ Iezabel filiam Eth-Baal regis Sidoniorum. Et abiit, & seruiuit Baal, & adorauit eũ. Et posuit arã Baal in tẽplo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucũ: & addidit Achab in opere suo, irritãs Dñm Deũ Israël super omnes reges Israël, qui fuerunt ante eũ. In diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el, Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eã, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta verbum Dñi quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

CAP. XVII.

ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, ¶ Viuit Dñs Deus Israël, in cuius conspectu sto; si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et factũ est verbũ Dñi ad eum, dicẽs, Recede hinc, & vade cõtra Oriẽtem, & abscondere in Torrente-carith, qui est contra Iordanẽ, & ibi de torrente bibes: coruisq. præcepi vt pascant te ibi. Abiit ergo, & fecit iuxta verbũ Dñi: cumq. abiisset, sedit in Torrente-carith, qui est cõtra Iordanẽ. Corui quoq. deferebãt ei panẽ & carnes manè, similiter panẽ & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Post dies autẽ siccatus est torrẽs: nõ enim pluerat super terrã. Factus est ergo sermo Dñi ad eũ, dicẽs, ¶ Surge, & vade in Sarephta Sidoniorũ, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. Surrexit, & abiit in Sarephta. Cumq. venisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eã, dixitque ei, Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibã. Cumq. illa pergeret vt afferret, clamauit post tergũ eius, dicẽs, Affer mihi obsecro & buccellã panis in manu tua. Quæ respondit, Viuit Dñs Deus tuus, quia nõ habeo panẽ, nisi quantũ pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quã Elias ait, Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: verumtamẽ mihi primùm fac de ipsa farinula subcineritiũ panẽ paruulũ, & affer ad me: tibi autẽ & filio tuo facies posteà. Hæc autẽ dicit Dñs Deus Israël, Hydria farinæ nõ deficiet, nec lecythus olei minuetur vsq. ad diem in qua Dñs daturus est pluuiã super faciẽ terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbũ Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei nõ est imminut⁹, iuxta verbũ Dñi, quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factũ est autẽ post *hæc, ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat lãguor *fortissim⁹ ita vt nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliã, Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę, & interficeres filiũ meũ? Et ait ad eã Elias⁵, Da mihi filiũ tuũ Tulitq. eũ de sinu eius, & portauit in cœnaculũ vbi ipse manebat, & posuit super lectulũ suũ. Et clamauit ad Dñm, & dixit, Dñe Deus meus, etiámne viduã apud quã ego vtcumq. sustentor, afflixisti, vt interficeres filiũ ei⁹? Et expãdit se, atq. mensus est super puerũ tribus vicibus, & clamauit ad Dñm, & ait, Dñe De⁹ meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dñs vocem Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eũ, & reuixit. Tulitq. Elias puerũ, & deposuit eũ de cęnaculo in inferiorẽ domũ, & tradidit matri suæ, & ait illi, En viuit filius tuus. Dixitq. mulier ad Eliã, Nũc in isto cognoui quoniã vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

Luc. 4, 15.

*verba MS. R. H. C. Omittitur autẽ à G.

*eius 1 MS. H. C. G.

– 5 MS. H. C. Exprimitur autem à R. & G.

CAP. XVIII.

POst dies multos factũ est verbũ Dñi ad Eliã, in anno tertio dicẽs, Vade, & ostende te Achab, vt dẽ pluuiã super faciẽ terræ. Iuit ergo Elias, vt ostenderet se Achab: erat autẽ fames vehemens in Samaria. Vocauitque Achab Abdiam

Luc. 6, 16.

Eccl. 48, 3. Luc. 5, 16.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dispensatorē domus sux: Abdias autē timebat Dñm valde. Nā cùm interficeret Iezabel prophetas Dñi, tulit ille centum prophetas, & abscōdit eos quinquagenos & quinquagenos in spelūcis, & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiā, Vade in terram ad vniuersos fontes aquarū, & in cunctas valles: si fortè possimus inuenire herbā, & saluare equos & mulos, & nō penitus iumenta intereant.

Diuiseruntq. sibi regiones, vt circuirēt eas: Achab ibat p viā vnā, & Abdias per viā alterā seorsum. Cumq. esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognouisset eum, cecidit super faciē suā, & ait, Nō tu es, dñe mi, Elias? Cui ille respōdit, Ego. *Vade, & dic dño tuo, Adest Elias. Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniā tradis me seruū tuū in manu Achab, vt interficiat me? Viuit Dñs Deus tuus, quia nō est gēs aut regnū, quò nō miserit dñs meus te requirēs: & respondentibus cūctis, Nō est hic: adiurauit regna singula & gētes, eo quòd minimè reperireris. Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic dño tuo, Adest Elias. Cumq. recessero à te, Spiritus Dñi asportabit te in locum quē ego ignoro: & ingressus nuntiabo Achab, & nō inueniēs te, interficiet me: seruus autē tuus timet Dñm ab infantia sua. Nūquid non indicatū est tibi dño meo, quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas Dñi, quòd absconderim de prophetis Dñi centū viros, quinquagenos & quinquagenos in spelūcis, & pauerim eos pane & aqua? Et nūc tu dicis, Vade, & dic dño tuo, Adest Elias: vt interficiat me.

Et dixit Elias, Viuit Dñs exercituum, ante cuius vultū sto, quia hodie apparebo ei. Abiit ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei: venitque Achab in occursum Eliæ. Et cùm vidisset eū, ait, Túne es ille qui cōturbas Israël? Et ille ait, Non ego turbaui Israël, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Dñi, & secuti estis Baalim. Veruntamen nūc mitte, & congrega ad me vniuersum Israël in mōte Carmeli, & pphetas Baal quadringētos quinquaginta, prophetasq. lucorū quadringentos, qui comedunt de mēsa Iezabel. Misit Achab ad oēs filios Israël, & cōgregauit prophetas in monte Carmeli. Accedēs aūt Elias ad oēm populum, ait, Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dñs est Deꝰ, sequimini eū: si aūt Baal, sequimini illū. Et nō respondit ei populus verbū. Et ait rursus Elias ad populū, Ego remāsi propheta Dñi solus. prophetæ autē Baal, quadringēti & quinquaginta *viri sunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligāt sibi bouē vnum, & in frusta cędētes ponāt sup ligna, ignē autē nō supponāt: & ego faciā bouē alterū, & imponā sup ligna, ignē autē nō supponā.

Inuocate nomina deorū vestrorū, & ego inuocabo nomen Dñi mei: & Deus qui exaudierit per ignē, ipse sit Deus. Respōdēs omnis populus ait, Optima propositio*. Dixit ergo Elias prophetis Baal, Eligite vobis bouē vnū, & facite primi, quia vos plures estis: & inuocate nomina deorū vestrorū, ignemq. nō supponatis. Qui cùm tulissent bouē quem dederat eis, fecerūt: & inuocabant nomē Baal de manè vsq ad meridiē, dicentes, Baal exaudi nos. Et nō erat vox, nec qui responderet: trāsiliebantq. altare quod fecerant. Cumq. esset iā meridies, illudebat illis Elias, dicēs, Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitā loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Clamabāt ergo voce magna, & incidebāt se iuxta ritū suū cultris & lāceolis, donec perfunderētur sanguine. Postquā aūt trāsiit meridies, & illis pphetantibus venerat tēpus quo sacrificiū offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respōdebat, nec attēdebat orātes: dixit Elias omni populo, Venite ad me. Et accedente ad se populo, curauit altare Dñi quod destructū fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerū tribuū filiorū Iacob, ad quē factus est sermo Dñi, dicēs, Israël erit nomē tuū. Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Dñi: fecitq. aquæ-ductū, quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & cōposuit ligna: diuisitq. per mēbra bouē, & posuit sup ligna, & ait, Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustū, & super ligna. Rursumq. dixit, Etiā secūdò hoc facite. Qui cùm fecissent secūdò, ait, Etiā tertiò idipsum facite. Fecerūtq. tertiò: & currebāt aquæ circū altare, & fossa aquæ-ductus repleta est. Cūq. iam tēpus esset vt offerretur holocaustū, accedens Elias propheta, ait, Dñe Deus Abrahā, & Isaac & Israël, ostēde hodie quia tu es Deus Israël, & ego seruus tuus, & iuxta præceptū tuū feci oīa verba hæc. Exaudi me Dñe, exaudi me: vt discat populus iste quia tu es Dñs Deus, & tu conuertisti cor eorū iterū. Cecidit autē ignis Dñi, & vorauit holocaustū, & ligna & lapides, puluerē quoq. & aquam quæ erat in aquæ-ductu lābens. Quod cùm vidisset omnis populꝰ cecidit in faciē suā, & ait, Dñs ipse est Deꝰ, Dñs ipse est Deus. Dixitq. Elias ad eos, Apprehēdite prophetas Baal, & ne vnus quidē effugiat ex eis. Quos cùm apprehēdissent, duxit eos Elias ad Torrentē-cison, & interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab, Ascēde, cōede, & bibe: qa sonus multæ pluuiæ est. Ascēdit Achab, vt comederet & biberet: Elias autē ascēdit in verticē Carmeli, & pronus in terrā posuit faciē suā inter genua sua, & dixit ad puerū suū, Ascende, & prospice cōtra mare. Qui cùm ascēdisset, & contēplatus esset, ait, Nō est quicquā. Et rursum ait illi, Reuertere septē vicibus. In septima autē vice, Ecce nubecula

*& dixit o.

*prophetæque lucorū quadringenti MS. G q. Verùm a R. H. C. & G. non agnoscuntur.

nubecula parua quasi vestigium hominis ascẽdebat de mari. Qui ait, Ascẽde, & dic Achab, Iunge currũ tuũ' & descẽde, ne occupet te pluuia. Cũq. se verteret huc atq. illuc, ecce cæli contenebrati sunt, & nubes, & vẽtus, & facta est pluuia grãdis. Ascẽdens itaq. Achab abiit in Iezrahel, & manus Dñi facta est super Eliã, accinctisq. lũbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

CAP. XIX.

NVntiauit autem Achab Iezabel oĩa quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuersos prophetas * gladio. Misitq. Iezabel nuntiũ ad Eliã, dicens, Hæc mihi' faciãt dij, & hæc addãt, nisi hac hora cras posuero animam tuã sicut animã vnius ex illis. Timuit ergo Elias, & surgẽs abiit quocũq. eũ ferebat volũtas: venitq. in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerũ suũ, & perrexit in desertum viã vnius diei. Cumq. venisset, & sederet subter vnã iuniperũ, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Dñe, tolle animã meã: neq. enim melior sum quàm patres mei. Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus Dñi' tetigit eũ, & dixit illi, Surge, & comede. * Respexit, & ecce ad caput suũ subcineritius panis, & vas aquæ: cõedit ergo, & bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusq. est angelus Dñi secundò, & tetigit eum, dixitq. illi, Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsq. ad mõtẽ Dei Horeb. Cumq. venisset illuc, mãsit in spelunca: & ecce sermo Dñi ad eũ, dixitq. illi, Quid hîc agis Elia? At ille respõdit, ‖ Zelo zelatus sum pro Dño Deo exercituũ, quia dereliquerũt pactum Dñi' filij Israël: altaria tua destruxerũt, & prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærũt animã meã vt auferãt eã. Et ait ei, Egredere, & sta in mõte corã Dño: & ecce Dñs transit, & spiritus grãdis, & fortis subuertẽs mõtes, & cõterens petras ante Dñm: nõ in spiritu Dñs, & post spiritũ cõmotio: nõ in cõmotione Dñs, & post cõmotionẽ ignis: nõ in igne Dñs, & post ignẽ sibilus auræ tenuis. Quod cùm audisset Elias, operuit vultũ suũ pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eũ, dicẽs, Quid hîc agis Elia? Et ille respõdit, Zelo zelatus sum pro Dño Deo exercituũ, quia dereliquerũt pactũ tuũ filij Israël: altaria tua destruxerũt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærũt animã meã vt auferant eã. Et ait Dñs ad eũ, Vade, & reuertere in viã tuã per desertũ in Damascũ: cũq. perueneris illuc, vnges Hazael regẽ super Syriã, & Iehu filium Namsi vnges regẽ super Israël: Eliseũ autẽ filium Saphat, qui est de Abel-meula, vnges prophetam pro te. ‖ Et erit, quicumq. fugerit gladiũ Hazael, occidet eũ Iehu: & quicumq. fugerit gladium Iehu, interficiet eũ Eliseus. ‖ Et derelinquam mihi in Israël septẽ millia \ virorum', quorum genua nõ sunt incuruata ante Baal, & omne os quod nõ adorauit eum osculãs manum. Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat, arantẽ in duodecim iugis boum; & ipse in duodecim iugis boũ' arantibus vnus erat: cumq. venisset Elias ad eũ, misit palliũ suũ super illum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliã, & ait, Osculer, oro, patrem meũ, & matrẽ meã, & sic sequar te. Dixitq. ei, Vade, & reuertere: quod enim meũ erat, feci tibi. Reuersus autẽ ab eo, tulit par boũ, & mactauit illud, & in aratro boũ coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: consurgénsque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

CAP. XX.

PORRÒ Ben-adad rex Syriæ, congregauit omnẽ exercitũ suum, & triginta duos reges secũ, & equos, & currus: & ascendẽs pugnabat cõtra Samariã, & obsidebat eã. Mittensq. nuntios ad Achab regẽ Israël in ciuitatem, ait, Hæc dicit Ben-adad, Argentũ tuũ & aurũ tuũ meũ est: & vxores tuæ, & filij tui optimi, mei sunt. Respondítq. rex Israël, Iuxta verbũ tuũ dñe mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. Reuertentesq. nuntij, dixerunt, Hæc dicit Ben-adad, qui misit nos ad te, Argentũ tuũ, & aurũ tuũ, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadẽ hora mittã seruos meos ad te, & scrutabuntur domũ tuã, & domum seruorum tuorũ: & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autẽ rex Israël omnes seniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniã insidietur nobis. misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argẽto & auro: & nõ abnui. Dixerũtq. oẽs maiores natu, & vniuersus populus ad eũ, Non audias, neque acquiescas illi. Respondit itaq. nuntiis Ben-adad, Dicite dño meo regi, Omnia propter quæ misisti ad me seruũ tuũ in initio, faciam: hanc autẽ rẽ facere nõ possum. Reuersiq. nuntij retulerunt ei. Qui remisit, & ait, Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si sufficerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respondens rex Israël, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æquè vt discinct°. Factũ est autẽ cùm audisset Ben-adad' verbũ istud, bibebat ipse & reges in vmbraculis, & ait seruis suis, Circũdate ciuitatẽ. Et circũdederũt eã. Et ecce propheta vn° accedẽs ad Achab regẽ Israël, ait ei, Hæc dicit Dñs, Certè vidisti omnẽ multitudinẽ hanc nimiã? ecce, ego tradã eã in manũ tuam hodie: vt scias quia ego sum Dñs. Et ait Achab, Per quẽ? Dixitq. ei, Hæc

4 Reg. 9, 1. Eccl. 48, 8.

Rom. 11, 4.

\ vniuersorum 2 MS. Q. n.

- 8 MS. Q. n.

- 3 MS. H. C. Addiectum est autem à G. explicãde sententiæ gratia.

* Baal MS. R.

\ mendatæ C. Verũ in H. & G. nihil inuenitur.

- 1 MS. H. C. Legitur autem à R. & G.

- 3 MS. H. C. G.

* Et 1 MS. H. C. G.

Rom. 11, 3.

\ quum 4 MS. H. C.

- 4 MS. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicit Dñs, Per pedissequos principũ prouinciarũ. Et ait, Quis incipiet prœliari? Et ille dixit, Tu. Recensuit ergo pueros principũ prouinciarũ, & reperit numerũ ducentorũ triginta duorũ: & recẽsuit post eos populũ, omnes filios Israël, septẽ millia: & egressi sunt meridie. Ben-adad autẽ bibebat temulẽtus in vmbraculo suo, & reges triginta duo cũ eo, qui ad auxiliũ eius venerãt. Egressi sunt autẽ pueri principũ prouinciarum in prima fronte. Misit itaq. Ben adad. Qui nuntiauerunt ei, dicẽtes, Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait, Siue pro pace veniũt, apprehendite eos viuos; siue vt prœlientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principũ prouinciarum, ac reliquus exercit⁹ sequebatur*: & percussit vnusquisq. virũ qui cõtra se veniebat: fugeruntq. Syri, & persecutus est eos Israël. Fugit quoq. Ben-adad rex Syriæ in equo cũ equitibus suis. Necnon egressus rex Israël percussit equos & currus; & percussit Syriã plaga magna. (Accedẽs autẽ propheta ad regẽ Israël, dixit ei, Vade, & confortare, & scito, & vide quid facias: sequẽti enim anno rex Syrię ascẽdet cõtra te.) Serui verò regis Syriæ dixerũt ei, Dij montiũ sunt dij eorũ, ideò superauerũt nos: sed melius est vt pugnemus cõtra eos in cãpestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbũ hoc fac, Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: & instaura numerum militũ q ceciderũt de tuis, & equos secũdũ equos pristinos, & currus secũdũ currus quos antè habuisti: & pugnabimus cõtra eos in cãpestribus, & videbis quòd obtinebim⁹ eos. Credidit cõsilio eorũ: & fecit ita. Igitur postquã annus trãsierat, recensuit Ben-adad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israël. Porrò filij Israël recensiti sunt, & acceptis cibariis profecti ex aduerso, castraque metati sunt cõtra eos, quasi duo parui greges caprarũ: Syri autẽ repleuerunt terrã.

(Et accedens – vnus' vir Dei, dixit ad regẽ Israël, Hæc dicit Dñs, Quia dixerũt Syri, Deus montiũ est Dñs, & nõ est De⁹ vallũ: dabo omnẽ multitudinẽ hãc grãdẽ in manu tua, & scietis quia ego sum Dñs.) Dirigebantq. septẽ diebus ex aduerso hi, atq. illi acies, septima autẽ die commissum est bellũ: percusseruntq. filij Israël de Syris centũ millia peditũ, in die vna. Fugerũt autẽ qui remanserãt in Aphec, in ciuitatẽ: & cecidit murus super viginti septẽ millia hominũ qui remanserãt. Porrò Ben-adad fugiens ingressus est ciuitatẽ, in cubiculũ quod erat intra cubiculũ: dixeruntq. ei serui sui, Ecce, audiuimus quòd reges domus Israël clementes sint: ponamus itaq. saccos in lũbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regẽ Israël: forsitã saluabit animas nostras. Accinxerũt saccis lũbos suos, & posuerũt funiculos in capitib⁹ suis, venerũtq. ad regẽ Israël, & dixerũt ei, Seruus tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait, Si adhuc viuit, frater me⁹ est. Quod acceperũt viri pro omine: & festinantes rapuerũt verbũ ex ore eius, atq. dixerunt, Frater tuus Ben-adad*. Et dixit eis, Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eũ Ben-adad, & leuauit cũ in currum suũ. Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddã: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater me⁹ in Samaria, & ego fœderatus recedã à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eũ. Tunc vir quidã de filiis prophetarũ dixit ad sociũ suũ in sermone Dñi, Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait, Quia noluisti audire vocem Dñi, ecce, recedes à me, & percutiet te leo. Cumq. paululũ recessisset ab eo, inuenit eũ leo, atq. percussit. Sed & alterũ inueniens virum, dixit ad eum, Percute me. Qui percussit eũ, & vulnerauit. Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione puluer[is]–os &' oculos suos. Cũq. rex trãsisset, clamauit ad regẽ, & ait, Seru⁹ tuus egressus est ad prœliandũ cominus: cumq. fugisset vir vnus, adduxit eũ quidã ad me, & ait, Custodi virũ istũ: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentũ argenti appẽdes. Dum autẽ ego turbatus huc illucq. me verterẽ, subitò nõ comparuit. Et ait rex Israël ad eũ, Hoc est iudiciũ tuũ, quod ipse decreuisti. At ille statim abstersit puluerẽ de facie sua, & cognouit eũ rex Israël quòd esset de prophetis. Qui ait ad eũ, Hæc dicit Dñs, ‖ Quia dimisisti virũ dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur rex Israël in domũ suã, audire contemnẽs, & furibundus venit in Samariam.

CAP. XXI.

Post verba autẽ hæc, – tẽpore illo' vinea erat Naboth Iezrahelitæ, quæ erat in Iezrahel, iuxta palatiũ Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicẽs, Da mihi vineã tuã, vt faciã mihi hortũ ólerũ, quia vicina est, & prope domũ meã, daboq. tibi pro ea vineã meliorẽ: aut si cõmodius tibi putas, argẽti pretiũ quantũ digna est. Cui respõdit Naboth, Propitius sit mihi Dñs, ne dẽ hæreditatẽ patrũ meorũ tibi. Venit ergo Achab in domũ suã indignãs, & frendẽs super verbo quod locutus fuerat ad eũ Naboth Iezrahelites, dicẽs, Nõ dabo tibi hæreditatẽ patrũ meorũ. Et proiiciens se in lectulũ suũ, auertit faciẽ suã ad parietẽ, & nõ comedit panẽ. Ingressa est autẽ ad eũ Iezabel vxor sua, dixitque ei, Quid est hoc, vnde anima tua contristata est? & quare non comedis panem? Qui respondit ei, Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi

vineam

*eos 3 MS. H.C.G.

–1 MS. H.C.G.

–5 MS. H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vineã tuã, accepta pecunia: autsi tibi placet, dabo tibi vineã meliorẽ pro ea. Et ille ait, Nõ dabo tibi vineã meã. Dixit ergo ad eũ Iezabel vxor eius, Grãdis authoritatis es, & bene regis regnũ Israël: surge, & comede panẽ, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineã Naboth Iezrahelitæ. Scripsit itaq. literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabãt cũ Naboth.

Literarum autẽ hæc erat sententia, Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios belial cõtra eũ, & falsum testimonium dicãt, Benedixit Deum & regẽ: & educite eum, & lapidate, sicq. moriatur. Fecerũt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabãt cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos: prædicauerũt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerũt eos sedere cõtra eum: at illi, scilicet vt viri diabolici, dixerũt contra eũ testimoniũ corã multitudine, Benedixit Naboth Deũ & regẽ: quã ob rẽ eduxerũt eum extra ciuitatẽ, & lapidibus interfecerunt. Miseruntq. ad Iezabel, dicẽtes, Lapidat⁹ est Naboth, & mortuus est. Factum est autẽ, cùm audisset Iezabel lapidatum Naboth, & mortuũ, locuta est ad Achab, Surge, & posside vineã Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eã accepta pecunia: nõ enim viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cũ audisset Achab, mortuũ videlicet Naboth, surrexit, & descẽdebat in vineã Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eã. Factus est igitur sermo Dni ad Eliã Thesbitẽ, dicẽs, Surge, & descende in occursum Achab regis Israël, qui est in Samaria: ecce ad vineã Naboth descendit, vt possideat eam: & loquêris ad eũ, dicẽs, Hæc dicit Dns, Occidisti, insup & possedisti. Et post hæc addes, Hæc dicit Dns, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, lambent quoq. sanguinẽ tuũ. Et ait Achab ad Eliã, Num inuenisti me inimicum tibi? Qui dixit, Inueni, eo quòd venundatus sis, vt faceres malũ in conspectu Dni.

‖ Ecce ego inducã super te malum, & demetã posteriora tua, & interficiã de Achab mingentem ad parietem, & clausum & vltimum in Israël: Et dabo domum tuã ‖ sicut domum Ieroboã filij Nabat, ‖ & sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti, vt me ad iracundiã prouocares, & peccare fecisti Israël. ‖ Sed & de Iezabel locutus est Dns, dicens, Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est vt faceret malum in cõspectu Dni: cõcitauit enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in tantum vt sequeretur idôla quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dns à facie filiorum Israël. Itaq. cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnẽ suã, ieiunauitq., & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Dni ad Eliã Thesbitẽ, dicẽs, Nonne vidisti humiliatum Achab corã me? quia igitur humiliat⁹ est mei causa, nõ inducã malũ in diebus eius, sed ‖ in diebus filij sui inferã malum domui eius. 4 Reg. 9, 26

CAP. XXII. 2 Par. 18, 1.

TRãsierunt igitur tres anni absq. bello inter Syriam & Israël. In anno autẽ tertio, descẽdit Iosaphat rex Iuda ad regẽ Israël. (Dixitq. rex Israël ad seruos suos, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eã de manu regis Syriæ?) Et ait ad Iosaphat, Veniẽsne mecũ ad prœliandũ in Ramoth-Galaad? Dixitq. Iosaphat ad regẽ Israël, Sicut ego sum, ita & tu: ‖ populus me⁹, & populus tuus vnũ sunt: & equites mei, equites tui⁹. Dixitq. Iosaphat ad regẽ Israël, Quære, oro te, hodie sermonem Dni. Cõgregauit ergo rex Israël prophetas, quadringẽtos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth-Galaad ad bellandũ, an quiescere? Qui responderunt, Ascende, & dabit eam Dns in manu regis. Dixit aũt Iosaphat, Nõ est hîc propheta Dni quispiã, vt interrogemus per eũ? Et ait rex Israël ad Iosaphat, Remansit vir vnus, per quẽ possumus interrogare Dnm: sed ego odi eũ, quia nõ prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait, Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex Israël eunuchum quendã, & dixit ei, Festina adducere Michæã filiũ Iẽla. Rex autẽ Israël, & Iosaphat rex Iudæ sedebãt vnusquisq. in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostiũ portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabãt in cõspectu eorũ. Fecit quoq. sibi Sedecias fili⁹ Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dns, His vẽtilabis Syriã, donec deleas eã. Omnesq. ꝓphetæ similiter prophetabãt, dicẽtes, Ascẽde in Ramoth-Galaad, & vade prosperè, & tradet Dns in man⁹ regis. Nũtius verò qui ierat vt vocaret Michæã, locutus est ad eũ, dicẽs, Ecce sermones ꝓphetarũ ore vno regi bona prædicãt: sit ergo * sermo tuus similis eorũ, & loquere bona. Cui Michæas ait, Viuit Dns, quia quodcunque dixerit mihi Dns, hoc loquar. Venit itaq. ad regem, & ait illi rex, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad prœliandũ, an cessare? Cui ille respõdit, Ascende, & vade prosperè, & tradet Dns in manus regis. Dixit autem rex ad eum, Iterum atque iterum adiũro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine

‖ & sicut populus meus, & populus tuus: & sicut equi mei, ita & equi tui 1 MS. H. C. G. & verius Gq.

* & 6 MS. G. Verùm à R. H. & C. nõ additur.

-4 MS. H. C. G.

Infr. 22, 38

*inimice mi? 4 MS. H. C. G.

*Hæc dicit Dns MS. G Verùm à R. H. & C. nõ additur.

4 Reg. 9, 8. Sup. 15, 29. Sup. 16, 3. 4 Reg. 9, 33

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Domini. Et ille ait, Vidi cũctum Israël 17
dispersum in mõtibus quasi oues nõ habentes pastorẽ: & ait Dñs, Non habent isti dñm: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. (Dixit ergo rex Is- 18
raël ad Iosaphat, Nunquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonũ, sed semper malum?) Ille verò addẽs, ait, Propter- 19
eà audi sermonẽ Dñi, Vidi Dñm sedẽtem super solium suum, & omnẽ exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris: & ait Dñs, Quis decipiet Achab 20
regem Israël, vt ascendat, & cadat in Ramoth-Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est 21
autem spiritus, & stetit corã Dño, & ait, Ego decipiã illum. Cui locutus est Dñs, In quo? Et ille ait. Egrediar, & ero spi- 22
ritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dñs, Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. Nunc igitur 23
ecce dedit Dñs spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hîc sunt, & Dñs locutus est contra te malũ.

Accessit autem Sedecias filius Chana- 24
ana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit, Méne ergo dimisit Spiritus Dñi, & locutus est tibi? Et ait Michæas, Vi- 25
surus es in die illa quando ingrediẽris in cubiculum intra cubiculum, vt abscõdaris. Et ait rex Israël, Tollite Michæam, 26
& maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium *Amelech, & 27
dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virũ istũ in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Dixitq. Michæas, Si re- 28
uersus fueris in pace, non est locutus in me Dñs. Et ait, Audite populi omnes.

Ascendit itaq. rex Israël, & Iosaphat 29
rex Iuda in Ramoth-Galaad. Dixit ita- 30
que rex Israël ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prœlium, & induere vestib. tuis. porrò rex Israël mutauit habitum suum, & ingressus est bellũ. Rex autem 31
Syriæ præceperat principibus curruum trigintaduobus, dicẽs, Nõ pugnabitis cõtra minorem, & maiorem quempiã, nisi cõtra regem Israël, solũ. Cùm ergo vi- 32
dissent principes curruũ Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israël, & impetu facto pugnabant cõtra eũ: & exclamauit Iosaphat. Intellexeruntq. princi- 33
pes curruum quòd non esset rex Israël, & cessauerunt ab eo. *Vir' autem quidam 34
tetendit arcũ, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israël inter pulmonẽ, & stomachum. At ille dixit aurigæ suo, Verte manũ tuam, & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sũ.

Cõmissum est ergo prœlium in die illa, 35
& rex Israël' stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere: fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus, & 36
præco insonuit in vniuerso exercitu antequã sol occumberet, dicẽs, Vnusquisq. reuertatur in ciuitatẽ*, & in terrã suam.

Mortuus est aũt rex, & perlatus est in 37
Samariã: sepelieruntq. regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina 38
Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt, ‖iuxta verbum Dñi quod locutus fuerat. Reliqua autẽ 39
sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus *eburnea' quã ædificauit, *cũctarumq. vrbium' quas extruxit, nónne hęc scripta sunt in Libro sermonum dierum regũ Israël? Dormiuit ergo Achab 40
cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Iosaphat verò filius 41
Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab regis Israël. Trigintaquin- 42
que annorum erat cùm regnare cœpisset, & vigintiquinq. annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni via Asa pa- 43
tris sui, & non declinauit ex ea: fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

Veruntamẽ excelsa nõ abstulit: adhuc 44
enim populus sacrificabat, & adolebat incẽsum in excelsis. Pacẽq. habuit Io- 45
saphat cũ rege Israël. Reliqua autẽ ver- 46
borum Iosaphat, & opera ei' quæ gessit, & prœlia, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regum Iuda? Sed & re- 47
liquias effœminatorũ, qui remãserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra.

Nec erat tunc rex constitutus in Edõ. 48
Rex verò Iosaphat fecerat classes in 49
mari, quæ nauigarẽt in Ophir ‖pter aurũ: & ire nõ poterant, quia cõfractæ sunt in Asiõ-gáber. Tunc ait Ochozias fili' 50
Achab ad Iosaphat, Vadant serui mei cũ seruis tuis in nauib'. Et noluit Iosaphat.

Dormiuitq. Iosaphat cũ patribus suis, 51
& sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui: regnauitq. Iorã filius eius
pro eo. Ochozias autẽ filius Achab re- 52
gnare cœperat super Israël in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitq. super Israël duobus annis.

Et fecit malũ in cõspectu Dñi, & am- 53
bulauit in via patris sui & matris suæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël. Seruiuit quoque Baal, & 54
adorauit eũ, & irritauit Dñm Deũ Israël, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

*Regis C. G.

*Vnus 12 MS.

*R.H.C. G.

2 par. 21, 1

QVARTVS REGVM LIBER: SECVNDVM HEBRAEOS, MALACHIM SECVNDVS.

CAP. I.

PRAEVARICATVS est autẽ 1
Moab in Israël, postquam mortuus
est Achab. Ceciditq. Ochozias per 1
cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: misitq. nũtios, dicens ad eos, Ite, cõsulite Beel-zebub deũ Accarõ, vtrũ viuere queã de infirmitate
mea hac. Angelus aũt Dñi locut' est ad 3

Eliam

*suã 1 MS. H.C.G.

Sup. 21, 22.

*eburnea MS.

*cunctarumq. vrbes MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eliam Thesbitē, dicēs, Surge, & ascende in occursum nuntiorū regis Samariæ, & dices ad eos, Nūquid nō est Deus in Israël, vt eatis ad consulendū Beel-zebub Deū Accarō? Quā ob rē hæc dicit Dñs, De lectulo super quē ascēdisti, nō descēdes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

Reuersiq. sunt nuntij ad Ochoziā. Qui dixit eis, Quare reuersi estis? At illi respōderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, & reuertimini ad regē qui misit vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dñs, Nunquid quia non erat Deus in Israël, mittis vt consulatur Beel-zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo super quē ascēdisti, nō descēdes, sed morte morieris. Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus est vir ille q occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerūt, Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Thesbites est. Misitq. ad eū quinquagenariū principē, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eū: sedentiq́ue in vertice mōtis, ait, Homo Dei, rex præcepit vt descēdas. Respondénsq. Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaq. ignis de cælo, & deuorauit eū, & quinquaginta qui erāt cū eo. Rursumq. misit ad eū principē quinquagenariū alterū, & quinquaginta cū eo. Qui locutus est illi, Homo Dei, Hæc dicit rex, Festina, descende.

Respondēs Elias, ait, Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis *de cælo, & deuorauit illū, & quinquaginta eiº. Iterū misit principē quinquagenariū tertium, & quinquaginta qui erāt cum eo. Qui cùm veniſſet, curuauit genua cōtra Eliā, & precatus est eum, & ait, Homo Dei, noli despicere animam meā, & animas seruorū tuorū qui mecū sunt. Ecce descēdit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cū eis erāt: sed nunc obsecro vt miserearis animæ meæ. Locutus est autē angelus Dñi ad Eliā, dicēs, Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descēdit cū eo ad regē, & locutus est ei, Hæc dicit Dñs, Quia misisti nuntios ad consulendū Beel-zebub deū Accarō, quasi non esset Deus in Israël, à quo posses interrogare sermonē, ideo de lectulo super quē ascendisti, non descēdes, sed morte morieris. Mortuus est autē iuxta sermonem Dñi quē locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Iorā filij Iosaphat regis Iudæ: non enim habebat filiū.

Reliqua autem verborū Ochoziæ quæ operatus est, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israël?

*Dei q MS. H.C. O-mittitur autem à G.

CAP. II.

FActū est autē: cùm leuare vellet Dñs Eliā per turbinē in cælū, ibant Elias & Eliseus de Galgalis. Dixitq. Elias ad Eliseum, Sede hîc, quia Dñs misit me vsque in Beth-el. Cui ait Eliseus, Viuit Dñs, & viuit anima tua, quia nō derelinquā te. Cūq. descēdissent Beth-el, egressi sunt filij prophetarū, qui erāt in Beth-el, ad Eliseum, & dixerunt ei, Nunquid nosti quia hodie Dñs tollet dñm tuum à te? Qui respōdit, Et ego noui: silete. Dixit autē Elias ad Eliseum, Sede hîc, quia Dñs misit me in Iericho. Et ille ait, Viuit Dñs, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque veniſſent Iericho, accesserunt filij prophetarū qui erāt in Iericho, ad Eliseum, & dixerunt ei, Nunquid nosti quia Dñs hodie tollet dominum tuū à te? Et ait, Et ego noui: silete. Dixit autē ei Elias, Sede hîc, quia Dñs misit me vsq. ad Iordanē. Qui ait, Viuit Dñs, & viuit anima tua, quia nō derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt econtra, longè: illi autē ambo stabant super Iordanē. Tulitq. Elias pallium suū, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtramq. partem, & transierunt ambo per siccū. Cumq. trāsissent, Elias dixit ad Eliseū, Postula quod vis vt faciā tibi, antequā tollar à te. Dixitq. Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. Qui respondit, Rē difficilē postulasti: attamē si videris me, quādo tollar à te, erit tibi quod petisti: si autē nō videris, nō erit. Cumq. pergerēt, & incedētes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque: & ascendit Elias per turbinē in cælū, Eliseus autē videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius. Et nō vidit eū amplius: apprehēditq. vestimēta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reuersusque stetit super ripam Iordanis, & pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas, – & non sunt diuisæ' : & dixit, Vbi est Deus Eliæ? etiā nunc. Percussitq. aquas, & diuisæ sūt huc atq. illuc, & trāsiit Eliseus. Videntes aūt *filij prophetarū qui erāt in Iericho econtra, dixerunt, Requieuit spiritus Eliæ super Eliseū. Et venientes in occursum eiº, adorauerūt eū proni in terrā, dixeruntq. illi, Ecce, cū seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dñm tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Dñi, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. Qui ait, Nolite mittere. Coëgeruntq. eum, donec acquiesceret, & diceret, Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: qui cū quæsissent tribus diebus, nō inuenerūt. Et reuersi sunt ad eū: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Nūquid nō dixi vobis, Nolite mittere'? Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliseū, Ecce habitatio ciuitatis huiº optima

1 Mac. 2, 58 Eccl. 48, 13

– 1 MS. R. H.C. G q.

* eū 1 MS. H.C. G q.

*reuertenē eum G.

mire 4 MS. H.C.G.

est,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt, ſicut tu ipſe dñe perſpicis: ſed aquæ peſsimę ſunt, & terra ſterilis. At ille ait, 20
Afferte mihi vas nouũ, & mittite in illud ſal. Quod cùm attuliſſent, egreſſus ad 21
fontẽ aquarũ, miſit in illũ ſal, & ait, Hæc dicit Dñs, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neq. ſterilitas. Sanatæ 22
ſunt ergo aquæ vſq. in diẽ hanc, iuxta verbum Eliſei quod locutus eſt. Aſcendit autẽ inde in Bethel: cumq. aſcẽderet 23
per viã, pueri parui egreſsi ſunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes, Aſcende calue, aſcẽde calue. Qui cùm reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine 24
Dñi: egreſsiq. ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerũt ex eis quadraginta duos pueros. Abiit autẽ inde in montẽ Carmeli, 25
& inde reuerſus eſt in Samariam.

CAP. III.

IOram verò filius Achab regnauit ſuper 1
Iſraël in Samaria anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ. Regnauitq. duodecim annis. Et fecit malũ corã Dño, ſed 2
non ſicut pater ſuus & mater: tulit enim ſtatuas Baal quas fecerat pater eius. Verumtamẽ in peccatis Ieroboam filij Na- 3
bat, qui peccare fecit Iſraël, adhæſit, nec receſsit ab eis. Porrò Meſa rex Moab, 4
nutriebat pecora multa, & ſoluebat regi Iſraël centũ millia agnorũ, & centũ millia arietum cum velleribus ſuis. Cumq. 5
mortuus fuiſſet Achab, prævaricatus eſt fœdus quod habebat cum rege Iſraël.
Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa 6
de Samaria, & recẽſuit vniuerſum Iſraël.
Miſitq. ad Ioſaphat regem Iuda, dicẽs, 7
Rex Moab receſsit à me, veni mecũ cõtra eũ ad prœliũ. Qui reſpõdit, Aſcendã: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, popul⁹ tuus: & equi mei, equi tui. Dixitq. 8
Per quã viã aſcẽdemus? At ille reſpõdit, Per deſertũ Idumææ. Perrexerũt igitur 9
rex Iſraël, & rex Iuda, & rex Edõ, & circuierunt per viã ſeptẽ dierũ, nec erat aqua exercitui & iumẽtis quæ ſequebãtur
- 1 MS. H. C. G. eos. Dixitq. rex Iſraël, Heu-heu heu⁹, 10
cõgregauit nos Dñs tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Ioſaphat, Eſt- 11
ne hîc propheta Dñi, vt deprecemur Dominũ per eũ? Et reſpõdit vnus de ſeruis regis Iſraël, Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquã ſup manus Eliæ. Et 12
ait Ioſaphat, Eſt apud eũ ſermo Dñi. Deſcẽditq. ad eũ rex Iſraël, & Ioſaphat-rex
- 6 MS. H. C. Legitur autem ad G. Iudæ, & rex Edõ. Dixit autẽ Eliſeus ad 13
regem Iſraël, Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſraël, Quare cõgregauit Dñs tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixitq. ad eũ Eliſeus, Viuit Dñs 14
exercituũ, in cuius conſpectu ſto, quòd ſi nõ vultũ Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerẽ, nõ attẽdiſſem quidẽ te, nec reſpexiſſẽ.
Nũc aũt adducite mihi pſaltẽ. Cumq. 15
caueret pſaltes, facta eſt ſuper eũ manus Dñi, & ait, Hæc dicit Dñs, Facite alueũ 16
torrẽtis huiꝰ foſſas & foſſas. Hæc enim 17
dicit Dñs, Nõ videbitis ventũ, neq. pluuiã: & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta 18
veſtra. Parũq. eſt hoc in cõſpectu Dñi: inſuper tradet etiã Moab in manꝰ veſtras.
Et percutietis oẽm ciuitatẽ munitã, & 19
oẽm vrbẽ electã, & vniuerſum lignũ fructiferũ ſuccidetis, cunctoſq. fontes aquarum obthurabitis, & oẽm agrũ egregium 20
operietis lapidibus. Factũ eſt igitur manè, quãdo ſacrificiũ offerri ſolet, & ecce, aquæ veniebant per viã Edom, & repleta
21 eſt terra aquis. Vniuerſi autẽ Moabitæ audiẽtes quòd aſcendiſſent reges vt pugnarẽt aduerſum eos, conuocauerunt oẽs qui accincti erãt balteo dẽſuper, & ſteterunt in terminis. Primoq. manè ſurgẽ- 22
tes, & orto iam ſole ex aduerſo aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras,
23 quaſi ſanguinẽ, dixeruntq. Sanguis gladij eſt: pugnauerũt reges cõtra ſe, & cæſi ſunt mutuò: nunc perge ad prædã Moab.
24 Perrexerũtq. in caſtra Iſraël: porrò cõſurgẽs Iſraël, peuſsit Moab: at illi fugerunt corã eis. Venerũt igitur qui vicerãt,
25 & percuſſerunt Moab, & ciuitates deſtruxerunt: & omnẽ agrũ optimũ, mittẽtes ſinguli lapides, repleuerunt: & vniuerſos fontes aquarũ obthurauerunt: & omnia ligna fructifera ſucciderunt, ita vt muri tantũ fictiles remanerẽt: & circũdata eſt ciuitas à fundibulariis, & magna ex
26 parte percuſſa. Quod cùm vidiſſet rex Moab, prævaluiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecũ ſeptingẽtos viros educẽtes gladios, vt irrũperent ad regẽ Edõ: & nõ potuerunt.
27 Arripiẽnſq. filiũ ſuũ primogenitũ, qui regnaturus erat ꝓ eo, obtulit holocauſtũ ſup murũ: & facta eſt indignatio magna in Iſraël, ſtatimq. receſſerũt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

CAP. IIII.

1 MVlier aũt quædã de vxoribus prophetarũ clamabat ad Eliſeũ, dicẽs, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Deũ, & ecce creditor venit vt tollat duos filios
2 meos ad ſeruiendũ ſibi. Cui dixit Eliſeus, Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpõdit, Nõ habeo ancilla tua quicquam in domo
3 mea, niſi parũ olei quo vngar. Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibꝰ vicinis tuis
4 vaſa vacua nõ pauca. Et ingredere, & claude oſtiũ tuũ, cũ intrinſecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in oĩa vaſa hæc:
5 & cũ plena fuerint, tolles. Iuit itaq. mulier, & clauſit oſtiũ ſup ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebãt vaſa, & illa infũdebat.
6 Cũq. plena fuiſſent vaſa, dixit ad filiũ ſuũ, Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpõ-
7 dit, Nõ habeo. Stetitq. oleũ. Venit aũt illa, & indicauit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vẽde oleum, & redde creditori tuo: tu autẽ & filij tui viuite de reliquo.
8 Facta eſt aũt quædam dies, & tranſibat

Eliſeus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eliseus per Sunam*: erat autẽ ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet panem: cumq. frequenter inde transiret, diuertebat ad eam vt comederet panem.

*ciuitatem MS q.R.

Quæ dixit ad virũ suum, Animaduerto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequẽter. Faciam9 ergo ei cœnaculũ paruum, & ponamus ei in eo lectulũ, & mẽsam, & sellã, & cãdelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædã, & veniens diuertit in cœnaculũ, & requieuit ibi. Dixitque ad Giezi puerũ suũ, Voca Sunamitidẽ istam. Qui cùm vocasset eã, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerũ suũ, Loquere ad eam, Ecce, sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? nunqnid habes negotiũ, & vis vt loquar regi, siue principi militiæ? Quæ respondit, In medio populi mei habito. Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitque Giezi, Ne quæras: filium enim nõ habet, & vir eius senex est. Præcepit itaq. vt vocaret eam: quæ cùm vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam, In tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filiũ. At illa respondit, Noli quæso dñe mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier, & peperit filiũ in tempore, & in hora eadem qua dixerat *Eliseus. Creuit autẽ puer. Et cùm esset quædã dies, & egressus isset ad patrẽ suũ, ad messores, ait patri suo, Caput meũ-doleo', caput meũ-doleo'. At ille dixit puero, Tolle, duc eũ ad matrem suam. Qui cùm tulisset, & duxisset eum ad matrem suã, posuit eum illa super genua sua vsq. ad meridiẽ, & mortu9 est. Ascendit autem, & collocauit eũ super lectulũ hominis Dei, & clausit ostiũ: & egressa vocauit virũ suũ, & ait, Mitte mecũ, obsecro, vnũ de pueris, & asinam, vt excurram vsq. ad hominem Dei, & reuertar. Qui ait illi, Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neq. Sabbathum. Quæ respondit, ¶Vadã'. Strauitq. asinã, & præcepit puero, Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. Profecta est igitur, & venit ad virũ Dei in montẽ Carmeli: cumq. vidisset eã vir Dei ecõtrà, ait ad Giezi puerũ suum, Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei, Recténe agitur circa te, & circa virũ tuum, & circa filiũ tuũ? Quæ respondit, Rectè. Cumq. venisset ad virum Dei in montẽ, apprehendit pedes eius: & accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo Dei, Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine est, & Dñs celauit à me, & nõ indicauit mihi. Quæ dixit illi, Nũquid petiui filiũ à dño meo? nũquid non dixi tibi, Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meũ in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, nõ salutes eum: & si salutauerit te quispiã, nõ respondeas illi: & pones baculum meũ super faciem pueri. Porrò mater pueri ait, Viuit Dñs, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculũ super faciem pueri, & non erat vox, neq. sensus: reuersusque est in occursum eius, & nuntiauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusq. clausit ostium super se, & super puerum: & orauit ad Dñm. Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitq. os suũ super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulabat in domo, semel huc atq. illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitq. oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitidẽ hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait, Tolle filium tuũ. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terrã: tulitq. filiũ suũ, & egressa est, & Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autẽ fames in terra, & filij prophetarũ habitabãt corã eo, dixitq. vni de pueris suis, Pone ollam grandẽ, & coque pulmentum filiis prophetarum. Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes: inuenitq. quasi vitẽ syluestrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus conscidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo sociis, vt comederent: cumq. gustassent de coctione, clamauerunt, dicentes: Mors in olla vir Dei. Et non potuerũt comedere. At ille, Afferte, inquit, farinã. ¶Cumq. tulissent, misit' in ollam, & ait, Infunde turbæ, vt comedant. Et non fuit amplius quicquã amaritudinis in olla. Vir autem quidã venit de Baal-salisa deferens viro Dei panes primitiarum, -&' viginti panes hordeaceos, & frumẽtum nouum in pera sua. At ille dixit, Da populo, vt comedat. Respõditq. ei minister eius, Quãtum est hoc, vt apponã corã centũ viris? Rursum ille ait, Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Dñs, Comedẽt, & supererit. Posuit itaq. coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum Domini.

9 Vale 14 MS. - pax H.C.G.

10 - 1 MS.H.

11 ¶Et misit o MS.H. - Emisit. te C.G q.

12 ¶ Interfi-citur autẽ à R. & C.

CAP. V.

1 NAaman *princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dñm suũ, & honoratus: per illum enim dedit Dñs salutẽ Syriæ: erat autem vir fortis & dives, sed leprosus. Porrò de Syria egressi fuerãt latrunculi, & captiuam duxerãt de Terra-Israël puellam paruulã, quæ erat 3 in obsequio vxoris Naaman, quę ait ad dominam suã, Vtinã fuisset dñs meus ad prophetã qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra quã habet. Ingressus

*autem 1 MS.H.C. 2.

est itaque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est itaq. Naaman ad dnm suum, & nuntiauit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de Terra-Israël. Dixitq. ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regem Israël. Qui cùm profectus esset, & tulisset secũ decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decẽ mutatoria vestimentorum, detulit literas ad regem Israël, in hæc verba, Cùm acceperis epistolã hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eũ à lepra sua. Cumque legisset rex Israël literas, scidit vestimenta sua, & ait, Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare, quia iste misit ad me, vt curẽ hominẽ à lepra sua? animaduertite, & videte quòd occasiones quærat aduersum me. Quod cùm audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regẽ Israël vestimẽta sua, misit ad eũ, dicẽs: Quare scidisti vestimẽta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israël. Venit ergo Naamã cũ equis & curribus, & stetit ad ostiũ domus Elisei: misitque ad eum Eliseus nuntium, dicẽs: Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq. mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dñi Dei sui, & tangeret manu sua locũ lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuij Damasci omnib. aquis Israël, vt lauer in eis, & mũder? Cùm ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, ←&'si rem grandẽ dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis?

Luce 4,27.

Descẽdit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonẽ viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mũdatus est. Reuersusq. ad virũ Dei cũ vniuerso comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait, Verè scio quòd nõ sit ←alius' Deus in vniuersa terra, nisi tãtùm in Israël. Obsecro itaq. vt accipias benedictionẽ à seruo tuo. At ille respondit, Viuit Dñs ante quẽ sto, quia nõ accipiã. Cumq. vim faceret, penitùs non acquieuit. Dixitque Naaman, Vt vis: sed obsecro, cõcede mihi seruo tuo, vt tollã onus duorũ burdonũ de terra: non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustũ, aut victimã diis alienis, nisi Dño. Hoc autẽ solũ est de quo deprecetis Dñm pro seruo tuo, Quando ingredietur dñs meus templũ Remmon, vt adoret: & illo innitẽte super manũ meã, si adorauero in templo Remmon, adorãte eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dñs seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei, Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tẽpore. Dixitq. Giezi puer viri Dei, Pepercit dñs meus Naamã Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dñs, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quẽ cùm vidisset ille currẽtem ad se, desiliit de curru in occursum eius, & ait, Recténe sunt omnia? Et ille ait, Rectè. dñs meus misit me ad te, dicens: Modò venerũt ad me duo adolescentes de mõte Ephraim, ex filiis prophetarum: da eis talentũ argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixitq. Naaman, Melius est vt accipias duo talenta. Et coëgit eum, ligauitq. duo talenta argẽti in duobus saccis, & duplicia vestimẽta, & imposuit duob. pueris suis, qui & portauerunt coram eo. Cumque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitq. viros, & abierunt. Ipse autẽ ingressus, stetit corã dño suo. Et dixit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui respõdit, Nõ iuit seruus tuus quôquam. At ille ait, Nõne cor meũ in præsenti erat, quãdo reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentũ, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas & oues & bones & seruos & ancillas. Sed & lepra Naamã adhærebit tibi, & semini tuo, vsq. in sempiternũ. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

CAP. VI.

Dixerunt autẽ filij prophetarum ad Eliseũ, Ecce, locus in quo habitam⁹ corã te, angustus est nobis. Eamus vsq. ad Iordanem, & "tollant' singuli de sylua materias singulas, vt ædificem⁹ nobis ibi locũ ad habitandũ. Qui dixit, Ite. Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respõdit, Ego veniã. Et abiit cum eis. Cumq. venissent ad Iordanem, cædebant ligna. Accidit autem, vt cùm vnus materiã succidisset, caderet ferrũ securis in aquã: exclamauitq. ille, & ait, Heu heu heu dñe mi, & hoc ipsum mutuò acceperam. Dixit autẽ homo Dei, Vbi cecidit? At ille mõstrauit ei locum: præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitq. ferrum; & ait, Tolle. Qui extendit manũ, & tulit illud. Rex autẽ Syriæ pugnabat contra Israël, consiliũq. iniit cum seruis suis, dicens: In loco illo & illo ponamus insidias. Misit itaq. vir Dei ad regẽ Israël, dicens: Caue ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidiis sunt. Misit itaq. rex Israël ad locũ quẽ dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eũ, & obseruauit se ibi non semel neq. bis. Conturbatumq. est cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis seruis suis, ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israël? Dixitq. vnus seruorũ eius, Nequaquam dñe mi rex, sed Eliseus prophera qui est in Israël, indicat regi Israël omnia verba quæcunq. locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq. eis, Ite, & videte vbi sit: vt mittam, & capiam eum. Annuntiauerunt que ei, dicentes: Ecce in Dothain. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cùm venissent nocte, circumdederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus est, vidit que

←4 MS.H. C.G.

Lucæ 4,27.

"vniuens C.

"tollam. 1 MS.H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ditque exercitum in circuitū ciuitatis, & equos & currus: nūtiauitq. ei, dicēs: Heu heu heu dñe mi, quid faciemus? At ille 16
respōdit, Noli timere: plures enim nobis-
cū sunt, quā cū illis. Cumq. orasset Eli- 17
seus, ait, Dñe, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dñs oculos pueri, & vidit: & ecce mōs plenus equorū, & curruū igneorū, in circuitu Elisei. Hostes verò 18
descēderūt ad eū: porrò Eliseus orauit ad Dñm, dicēs: Percute, obsecro, gentē hanc cæcitate. Percussitq. eos Dñs, ne viderēt, iuxta verbum Elisei. Dixit autē ad eos 19
Eliseus, Nō est hæc via, neq. ista est ciuitas: sequimini me, & ostendā vobis virū quē quæritis. Duxit ergo eos in Samariā:
cumq. ingressi fuissent in Samariā, di- 20
xit Eliseus, Dñe aperi oculos istorum, vt videāt. Aperuitq. Dñs oculos eorū, & viderūt se esse in medio Samariæ. Dixitq. 21
rex Israël ad Eliseū, cū vidisset eos, Nūquid percutiam eos pater mi? Et ille ait,
Nō percuties: neq. enim cepisti eos gla- 22
dio, & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem, & aquā corā eis, vt comedāt, & bibāt, & vadāt ad dñm suū. Appositaq. est 23
eis ciborū magna præparatio, & comederūt, & biberūt, & dimisit eos, abieruntq. ad dñm suū, & vltrà nō venerūt latrones Syriæ in Terrā Israël. Factum est autē 24
post hæc, cōgregauit Bē-adad rex Syriæ, vniuersum exercitum suū, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaq. est fames 25
magna in Samaria: & tamdiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarū, quinque argēteis. Cumque 26
rex Israël trāsiret per murū, mulier quædam exclamauit ad eum, dicēs: Salua me dñe mi rex. Qui ait, Nō: te saluet Dñs: 27
vnde te possum saluare? de area, vel de torcular? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ respōdit, Mulier ista dixit mi- 28
hi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras.
Coximus ergo filiū meum, & comedi- 29
mus. Dixiq. ei die altera, Da filiū tuum, vt comedamus eū. Quæ abscondit filium suū. Quod cùm audisset rex, scidit ve- 30
stimenta sua, & trāsibat per murum. Viditq. omnis populus ciliciū, quo vestitus
-] MS. H. C. G. erat ad carnē intrinsecus. Et ait -rex'- 31
Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodie. Eliseus autem sedebat in 32
domo sua, & senes sedebāt cum eo. Præmisit itaq. virum: & antequā veniret nūtius ille, dixit ad senes, Numquid scitis quòd miserit filius homicidę hic, vt præcidatur caput meū? videte ergo, cùm venerit nūtius, claudite ostium, & nō sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedū domini eius post eū est. Adhuc illo lo- 33
quēte eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce, tātum malū à Dño est: quid amplius expectabo à Domino?

CAP. VII.

1 DIxit autem Eliseus, Audite verbum Dñi, Hæc dicit Dñs, In tempore hoc cras modius similæ vno statēre erit, & duo modij hordei statēre vno, in por-
2 ta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, super cuius manū rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dñs fecerit etiam cataractas in cælo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis
3 tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitū portę: qui dixerūt ad inuicē, Quid hîc esse volumus donec moriamur?
4 Siue ingredi voluerimus ciuitatē, fame moriemur: sive manserimus hîc, moriendū nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ. si pepercerint nobis, viuem⁹: si aūt occidere voluerint, nihilominus morie-
5 mur. Surrexerūt ergo vesperi, vt venirēt ad castra Syriæ. Cumque venissent ad principiū castrorū Syriæ, nullū ibidē re-
6 pererūt. Siquidē Dñs sonitū audire fecerat in castris Syriæ, curruū, & equorū, -&' exercitus plurimi: dixeruntq. adinuicem, Ecce mercede cōduxit aduersum nos rex Israël reges Hethæorum & Ae-
7 gyptiorū, & venerūt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerūt in tenebris, & dereliquerūt tētoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntq. animas tantū suas sal-
8 uare cupientes. Igitur cùm venissent leprosi illi ad principiū castrorum, ingressi sunt vnū tabernaculū, & comederunt & biberunt: tuleruntq. inde argentū, & aurum, & vestes; & abierunt, & absconderūt: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculū, & inde similiter auferentes abs-
9 conderunt. Dixeruntq. ad inuicē, Non rectè facimus: hęc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus, & noluerimus nūtiare vsq. manè, sceleris arguemur: venite, ea-
10 mus, & nūtiem⁹ in aula regis. Cūq. venissent ad portā ciuitatis, narrauerūt eis, dicētes: Iuimus ad castra Syriæ, & nullū ibidē reperimus hominē, nisi equos & a-
11 sinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij, & nūtiauerūt in palatio re-
12 gis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciūt quia fame laboramus; & idcirco egressi sunt de castris, & latitāt in agris, dicētes: Cū egressi fuerint de ciuitate, capiem⁹ eos viuos, & tūc ci-
13 uitatē ingredi poterimus. Respōdit autē vnus seruorū eius, Tollam⁹ quinq. equos, qui remāserunt in vrbe (quia ipsi tantùm sunt in vniuersa multitudine Israël, alij enim cōsumpti sunt) & mittētes, explo-
14 rare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitq. rex in castra Syrorū, dicēs:
15 Ite, & videte. Qui abierūt post eos vsq. ad Iordanē: ecce aūt omnis via plena erat vestibus, & vasis, quæ proiecerāt Syri cū turbarentur: reuersique nuntij indicaue-
16 runt regi. Et egressus populus diripuit

-2 MS. H. C. Additur autem à R. & G.

castra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

castra Syriæ: factuſq. eſt modius ſimilæ ſta. cre vno, & duo modij hordei ſtatêre vno, iuxta verbum Dñi. Porrò rex ducem illum, in cuius manu ‖incubuerat, cõſtituit ad portã: quẽ conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt, iuxta *quod locutus fuerat vir Dei, quãdo deſcenderat rex ad eum. Factumq. eſt ſecundũ ſermonẽ viri Dei, quẽ dixerat regi, quando ait, Duo modij hordei ſtatêre vno erunt, & modius ſimilæ ſtatêre vno, hoc eodẽ tẽpore cras in porta Samariæ: quãdo reſponderat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiãſi Dñs fecerit cataractas in cælo, nũquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde nõ comedes. Euenit ergo ei ſicut prædictũ erat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus eſt. CAP. VIII.

Sup. 4,35. ELiſeus autẽ locutus eſt ad mulierem ‖cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge, vade, tu & domus tua, & peregrinare vbicumq. repereris: vocauit enim Dñs famẽ, & veniet ſuper terrã ſeptem annis. Quæ ſurrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo ſua, peregrinata eſt in Terra Philiſthiim ‖diebus multis'. Cũq. finiti eſſent anni ſeptẽ, reuerſa eſt mulier de Terra Philiſthiim: & egreſſa eſt vt interpellaret regẽ pro domo ſua, & pro agris ſuis. Rex autẽ loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens: Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliſeus. Cumque ille narraret regi quomodo mortuum ſuſcitaſſet, apparuit mulier cuius viuificauerat filiũ, clamans ad regem pro domo ſua, & pro agris ſuis: dixitque Giezi, Dñe mi rex, hæc eſt mulier, & hic eſt filius eius quem ſuſcitauit Eliſeus. Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei. Deditq. ei rex eunuchũ vnum, dicens: Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt, & vniuerſos reditus agrorum à die qua reliquit terrã, vſq. ad præſens. Venit quoq. Eliſeus Damaſcũ, & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nũtiauerunt q. ei, dicẽtes, Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occurſum viri Dei, & cõſule Dñm per eũ, dicens: Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazaël in occurſum eius, habens ſecũ munera, & omnia bona Damaſci, onera quadraginta camelorũ. Cũq. ſtetiſſet cotã eo, ait, Filius tuus Bẽ-adad rex Syriæ miſit me ad te, dicẽs: Si ſanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq. ei Eliſeus, Vade, dic ei, Sanaberis: porrò oſtẽdit mihi Dñs quia morte morietur. Stetitq. cum eo, & conturbat' eſt vſq. ad ſuffuſionẽ vultus: fleuitq. vir Dei. Cui Hazaël ait, Quare dominus me' fleti? At ille dixit, Quia ſcio quæ facturus ſis filiis Iſraël mala. Ciuitates eorũ munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Dixitq. Hazael, Quid enim ſum ſeru' tuus canis, vt faciã rem iſtam magnam? Et ait Eliſeus, Oſtendit mihi Dñs te regẽ Syriæ fore. Qui cùm receſſiſſet ab Eliſeo, venit ad dñm ſuum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliſeus? At ille reſpõdit, Dixit mihi, Recipies ſanitatẽ. Cumq. veniſſet dies altera, tulit ſtragulũ, & infudit aquam, & expãdit ſuper faciẽ eius: quo mortuo regnauit Hazaël pro eo. ‖Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſrael, & Ioſaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda. Triginta duorũ annorum erat cũm regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit in Ieruſalẽ. Ambulauitq. in viis regũ Iſraël, ſicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malũ eſt in cõſpectu Domini. Noluit aũt Dñs diſpdere Iudã, propter Dauid ſeruũ ſuũ, ‖ſicut promiſerat ei, vt daret illi lucernã, & filiis eius cũctis diebus. In diebus eius receſſit Edom, ne eſſet ſub Iuda, & conſtituit ſibi regem. Venitq. Ioram Seira, & omnes currus cum eo: & ſurrexit nocte, perculſitque Idumæos qui eũ circũdederant, & principes curruum, populus autẽ fugit in tabernacula ſua. Receſſit ergo Edom ne eſſet ſub Iuda, vſq. ad diẽ hanc. Tunc receſſit & Lobna in tempore illo. Reliqua autem ſermonum Ioram, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborũ dierũ regũ Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in Ciuitate Dauid, ‖& regnauit Ochozias' filius ei' pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Iſraël regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudę. Viginti duorũ annorum erat Ochozias cũ regnare cœpiſſet; & vno anno regnauit in Ieruſalẽ: nomẽ matris eius Athalia filia Amri regis Iſraël. Et ambulauit in viis domus Achab: & fecit quod malũ eſt coram Dño, ſicut domus Achab: genet enim domus Achab fuit. Abiit quoque cũ Ioram filio Achab, ad prœliandũ cõtra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram: qui reuerſus eſt vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant eũ Syri in ‖Ramoth' prœliantem cõtra Hazaël regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, deſcendit inuiſere Ioram filiũ Achab, in Iezrahel, quia ægrotabat ibi. CAP. IX.

ELiſeus autẽ prophetes vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi, ‖Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulã olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth-Galaad. Cũq. veneris illuc, videbis ibi Iehu filiũ Ioſaphat filij Namſi: & ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrũ ſuorum, & introduces in interius cubiculũ. Tenenſq. lenticulam olei, fundes ſuper caput eius, & dices, Hæc dicit Dñs, Vnxi te regem ſuper Iſraël. Aperieſq. oſtiũ, & fugies, & non ibi ſubſiſtes. Abiit ergo ado-

*incumbebat 5 MS. G. *verbum 1 MS.

'annis ſeptem 1 MS H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adoleſceus puer prophetæ in Ramoth-
Galaad, & ingreſſus eſt illuc: ecce autē 5
principes exercitus ſedebant, & ait, Ver-
bum mihi ad te ô princeps. Dixitq. Iehu,
Ad quē ex omnibus nobis? At ille dixit,
Ad te ô princeps. Et ſurrexit, & ingreſ- 6
ſus eſt cubiculū: at ille fudit oleū ſuper
caput eius, & ait, Hæc dicit Dñs Deus Iſ-
raël, Vnxi te regē ſuper populū Dñi Iſ-
raël, & percuties domū Achab domini 7
tui, & vlciſcar ſanguinē ſeruorū meorum
prophetarū, & ſanguinē omniū ſeruorum
Dñi ‖ de manu Iezabel. Perdamq. omnē 8
3 Re.21,30 domum Achab: & interficiam de Achab
mingentē ad parietē, & clauſum, & no-
uiſsimū in Iſraël. Et dabo domū Achab, 9
3 Re.15,30 ‖ ſicut domū Ieroboā filij Nabat, & ‖ ſic-
3 Re.16,3 ut domū Baaſa filij Ahia. Iezabel quoq. 10
comedēt canes in agro Iezrahel, nec erit
qui ſepeliat eā. Aperuitq. oſtiū, & fugit.
Iehu autē egreſſus eſt ad ſeruos domini 11
ſui: qui dixerunt ei, Rectē ne ſunt omnia?
quid venit inſanus iſte ad te? Qui ait eis,
Noſtis hominē, & quid locutus ſit. At 12
illi reſpōderūt, Falſum eſt, ſed magis nar-
ra nobis. Qui ait eis, Hæc & hæc locutus
eſt mihi; & ait, Hæc dicit Dñs, Vnxi te
regē ſuper Iſraël. Feſtinauerūt itaq;, & 13
vnuſquiſq. tollens palliū ſuum poſuerūt
ſub pedibus eius, in ſimilitudinē tribu-
nalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt,
Sup.8,28. Regnauit Iehu. ‖ Coniurauit ergo Iehu 14
filius Ioſaphat filij Namſi cōtra Ioram:
porrò Ioram obſederat Ramoth-Galaad,
ipſe, & omnis Iſraël contra Hazaël regē
Syriæ: & reuerſus fuerat vt curaretur, in 15
Iezrahel, propter vulnera, quia percuſſe-
rant eū Syri, prælians cōtra Hazaël re-
gem Syriæ. Dixitq. Iehu, Si placet vobis,
nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne
vadat, & nuntiet in Iezrahel. Et aſcēdit, 16
& profectus eſt in Iezrahel: Ioramq; enim æ-
grotabat ibi, & Ochozias rex Iuda deſcē-
derat ad viſitādū Ioramq. Igitur ſpeculator 17
qui ſtabat ſuper turrim Iezrahel, vidit
globum Iehu venientis, & ait, Video ego
globū. Dixitq. Ioram, Tolle currū, & mitte
in occurſum eorū, & dicat vadēs, Rectē
ne ſunt omnia? Abiit ergo qui aſcēderat 18
currū, in occurſum eius, & ait, Hæc dicit
rex, Pacatáne ſunt omnia? Dixitq. Iehu,
Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me.
Nuntiauit quoq. ſpeculator, dicēs, Venit
nuntius ad eos, & non reuertitur. Miſit 19
etiā currū equorū ſecūdū: venitq. ad eos,
& ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax eſt? &
ait Iehu, Quid tibi & paci? tranſi, & ſe-
quere me. Nūtiauit autē ſpeculator, di- 20
cens, Venit vſq. ad eos, & non reuertitur:
eſt autē inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij
Namſi, præceps enim graditur. Et ait 21
Ioramq, Iunge currum. ‖ Iunxeruntque currum
1 MS. H. C. G. eius, & egreſſus eſt Ioram rex Iſraël,
& Ochozias rex Iuda, ſinguli in curribus
ſuis, egreſſiq. ſunt in occurſum Iehu, &
inuenerunt eū in agro Naboth Iezrahe-
litæ. Cumq. vidiſſet Ioram Iehu, dixit, 22
Pax eſt Iehu? At ille reſpōdit, Quæ pax?
adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ,
& veneficia eius multa vigent. Conuer- 23
tit autē Ioram manū ſuam, & fugiens ait
ad Ochoziā, Inſidiæ Ochozia. Porrò Ie- 24
hu tetendit arcū manu, & percuſsit Ioram
inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſagitta per
cor eius, ſtatimque corruit in curru ſuo:
Dixitq. Iehu ad Badacer ducem, Tolle, 25
proiice eum in agro Naboth Iezrahelitæ:
memini enim quando ego & tu ſedentes
in curru ſequebamur Achab patrem hu-
ius, quòd Dñs onus hoc leuauerit ſuper
eū, dicēs, ‖ Si nō pro ſanguine Naboth, 26 3 Re.21.
& pro ſanguine filiorū eius, quē vidi he-
ri, ait Dñs, reddam tibi in agro iſto, dicit
Dñs. Nunc ergo tolle, & proiice eum in
agrū iuxta verbū Dñi. Ochozias autem 27
rex Iuda videns hoc, fugit per viā domus
horti: perſecutuſq. eſt eū Iehu, & ait, Etiā
hūc percutite in curru ſuo. — Et percuſſe- — 10 MS.
rūt eum' in aſcenſu ¶ Gaber' qui eſt iuxta H. C. G.
Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mor- ¶ Gur H.
tuus eſt ibi. Et impoſuerunt eū ſerui 28 C. G.
eius ſuper currū ſuum, & tulerunt in Ie-
ruſalē: ſepelieruntq. eū in ſepulchro cum
patribus ſuis in Ciuitate Dauid. Anno 29
vndecimo Ioram filij Achab*, regnauit
Ochozias ſuper Iudam, venitq. Iehu in 30 *regis Iſ-
Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius au- raël MS.
dito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & orna- R. C. G.
uit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram Ab H autē
ingredientem Iehu per portā, & ait, Nū- 31 non addi-
quid pax poteſt eſſe Zambri, ‖ qui inter- tur. Q. n.
fecit dominum ſuum? Leuauitque Iehu 3 Re. 16, 10
faciem ſuam ad feneſtrā, & ait, Quæ eſt
iſta? & inclinauerūt ſe ad eū duo vel tres
eunuchi*. At ille dixit eis, Præcipitate eā 33 *& dixe-
deorſum. & præcipitauerūt eā, aſperſuſ- runt, Hæc
que eſt ſanguine paries, & equorū vngu- eſt illa Ie-
læ conculcauerunt eā. Cumq. introgreſ- 34 zabel o.
ſus eſſet, vt comederet, bibereteq. ait, Ite,
& videte maledictam illā, & ſepelite eā:
quia filia regis eſt. Cumq. iſſent vt ſe- 35
pelirent eā, non inuenerunt niſi caluariā,
& pedes, & ſummas manus. Reuerſiq; 36
nuntiauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo Dñi
eſt, ‖ quem locutus eſt per ſeruum ſuum 3 Re.21,21
Eliā Thesbiten, dicens, In agro Iezrahel
comedent canes carnes Iezabel, & erūt 37
carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciem
terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereūtes
dicant, Hæccine eſt illa Iezabel?

CAP. X.

ERant autē Achab ſeptuaginta filij in 1
Samaria: ſcripſit ergo Iehu literas, &
miſit in Samariā, ad optimates ciuitatis,
& ad maiores natu, & ad nutritios A- 2
chab, dicēs, Statim vt acceperitis literas
has, qui habetis filios dñi veſtri, & cur-
rus, & equos, & ciuitates firmas, & arma,
eligite meliorē, & eū qui vobis placue- 3
rit de filiis dñi veſtri, & eū ponite ſuper
ſoliū patris ſui, & pugnate pro domo do-
mini veſtri. Timuerūt illi vehementer, 4

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& dixerunt, Ecce duo reges nō potuerūt
ſtare corā eo, & quomodo nos valebimus
reſiſtere? Miſerūt ergo præpoſiti domus, 5
& præfecti ciuitatis, & maiores natu, &
nutritij, ad Iehu, dicētes, Serui tui ſum⁹,
quæcumq. iuſſeris faciemus, nec conſti-
tuemus nobis regem: quæcunq. tibi pla-
cent, fac. Reſcripſit autē eis literas ſe- 6
cundò, dicēs, Si mei eſtis, & obeditis mi-
hi, tollite capita filiorū domini veſtri, &
venite ad me hac eadē hora cras, in Iez-
rahel. Porrò filij regis, ſeptuaginta viri, a-
pud optimates ciuitatis nutriebantur.
Cumq. veniſſent literæ ad eos, tulerunt 7
filios regis, & occiderunt ſeptuaginta vi-
ros, & poſuerūt capita eorū in cophinis,
& miſerūt ad eū in Iezrahel. Venit autē 8
nuntius, & indicauit ei, dicens, Attulerūt
capita filiorū regis. Qui reſpōdit, Ponite
ea ad duos aceruos iuxta introitū portæ
vſque manè. Cumq. diluxiſſet, egreſſus 9
eſt, & ſtans dixit ad omnē populum, Iuſti
eſtis: ſi ego coniurauī cōtra dūm meū, &
interfeci eum, quis percuſſit omnes hos?
Videte ergo nunc quoniá non cecidit de 10
3 Re. 21, 29 ſermonibus Dñi in terrā, ‖ quos locutus
eſt Dñs ſuper domū Achab, & Dominus
fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui
Eliæ. Percuſſit igitur Iehu omnes qui 11
reliqui erāt de domo Achab in Iezrahel,
& vniuerſos optimates eius, & notos, &
ſacerdotes, donec nō remanerēt ex eo re-
liquiæ. Et ſurrexit, & venit in Samariā: 12
cūq. veniſſet ad Camerā-paſtorū, in via,
inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, di- 13
xitq. ad eos, Quinā eſtis vos? Qui reſpō-
derūt, Fratres Ochoziæ ſumus, & deſcē-
dimus ad ſalutandos filios regis, & filios
reginæ. Qui ait, Cōprehēdite eos viuos. 14
Quos cū cōprehendiſſent viuos, iugula-
uerūt eos in ciſterna iuxta Camerā, qua-
draginta duos viros, & nō reliquit ex eis
quemquā. Cumq. abiiſſet inde, inuenit 15
Ionadab filiū Rechab in occurſum ſibi,
& benedixit ei. Et ait ad eū, Nunquid eſt
cor tuū rectū*, ſicut cor meū cum corde
tuo? Et ait Ionadab, Eſt. Si eſt, inquit: da
manū tuā. Qui dedit ei manum ſuam. At
ille leuauit eū ad ſe in currū: dixitq. ad 16
eū, Veni mecū, & vide zelum meum pro
Dño. Et impoſitū in curru ſuo duxit in 17
Samariā. Et percuſſit omnes qui reliqui
fuerāt de Achab in Samaria, vſq. ad vnū,
iuxta verbū Dñi quod locutus eſt per E-
liam. ‖ Cōgregauit ergo Iehu omnē po- 18
3 Re. 16, 32 pulum, & dixit ad eos, Achab coluit Baal
parū, ego aūt colā eū amplius. Nūc igi- 19
tur omnes prophetas Baal, & vniuerſos
ſeruos eius, & cunctos ſacerdotes ipſius
vocate ad me: nullⁿ ſit qui nō veniat, ſa-
crificiū enim grāde eſt mihi Baal: quicū-
q; defuerit, nō viuet. Porrò Iehu faciebat
hoc inſidioſe, vt diſperderet cultores Baal.
Et dixit, Sanctificate diē ſolennē Baal, 20
Vocauitq. & miſit in vniuerſos termi- 21
nos Iſraël, & venerūt cūcti ſerui Baal: nō
fuit reſiduus ne vnus quidē q nōveniret,
Et ingreſſi ſunt templū Baal: & repleta
eſt dom⁹ Baal, à ſummo vſq. ad ſummū.
22 Dixitq. his qui erant ſuper veſtes, Pro-
ferte veſtimēta vniuerſis ſeruis Baal. Et
23 protulerunt eis veſtes. Ingreſſuſq. Iehu,
& Ionadab filius Rechab templū Baal, ait
cultoribus Baal, Perquirite, & videte, ne
quis fortè vobiſcū ſit de ſeruis Dñi, ſed
24 vt ſint ſerui Baal ſoli. Ingreſſi ſūt igitur
vt facerent victimas & holocauſta: Iehu
aūt præparauerat ſibi foris octoginta vi-
ros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de
hominib. his, quos ego adduxero in ma-
nus veſtras, anima eius erit p anima illi⁹.
25 Factū eſt autē, cùm cōpletū eſſet holo-
cauſtū, præcepit Iehu militibus & ducib.
ſuis, Ingredimini, & percutite eos, nullus
euadat. Percuſſerūtq. eos in ore gladij, &
proiecerunt, milites & duces: & ierunt in
26 ciuitatē tēpli Baal, & protulerūt ſtatuā
27 de phano Baal, & cōbuſſerunt, & cōmi-
nuerunt eā. Deſtruxerūt quoq. ædē Baal,
& fecerunt pro ea latrinas, vſq. in diem
28 hanc. Deleuit itaq. Iehu Baal de Iſraël:
29 veruntamē à peccatis Ieroboā filij Na-
bat, qui peccare fecit Iſraël, nō receſſit,
nec dereliquit vitulos aureos qui erāt in
30 Beth-el & in Dan. Dixit autē Dñs ad
Iehu, Quia ſtudioſè egiſti quod rectū e-
rat, & placebat in oculis meis, & omnia
quę erāt in corde meo feciſti cōtra domū
Achab: ‖ filij tui vſq. ad quartam genera- Iſ. 13
31 tionē ſedebūt ſuper thronū Iſraël. Por-
rò Iehu non cuſtodiuit vt ambularet in
lege Dñi Dei Iſraël in toto corde ſuo: nō
enim receſſit à peccatis Ieroboā, qui pec
32 care fecerat Iſraël. In diebus illis cœpit
Dñs tædere ſuper Iſraël: percuſſitq. eos
33 Hazaël in vniuerſis finib⁹ Iſraël, à Ior-
dane cōtra Orientalē plagā, omnē Terrā
Galaad & Gad & Ruben & Manaſſe, ab
Aroër quæ eſt ſuper Torrentē-Arnon, &
34 Galaad, & Baſan. Reliqua autē verborū
Iehu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo
eius, nōne hæc ſcripta ſunt in Libro ver-
35 borum dierū regum Iſraël? Et dormiuit
Iehu cū patribus ſuis, ſepelieruntq. eū in
Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius
36 pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu
ſuper Iſraël, viginti & octo anni ſunt, in
Samaria.

CAP. XI.

1 AThalia verò mater Ochoziæ, videns 2 Par. 22
mortuū filiū ſuū, ſurrexit, & inter-
2 fecit omne ſemen regium. Tollēs autē
Ioſaba filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ,
Ioas filiū Ochoziæ, furata eſt eū de me-
dio filiorum regis qui interficiebantur, &
nutricē eius, de triclinio: & abſcōdit eū à
3 facie Athalię, vt nō interficeretur. Erat-
que cū ea ſex annis clam in domo Dñi:
porrò Athalia regnauit ſuper terram*. *ſeptem annis. 2 Par. 22
4 ‖ Anno autem ſeptimo miſit Ioiada, &
aſſūmēs cēturiones, & milites introduxit
ad ſe in tēplū Dñi, pepigitq. cum eis fœ-
dus: & adiurans eos in domo Domini,

oſten-

*cum corde meo, MS.R.G. Verùm ab H. & C. nō legitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ostendit eis filiũ regis: & præcepit illis, dicens, Iste est sermo quẽ facere debetis, 5
Tertia pars vestrũm introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis. Tertia 6
autẽ pars sit ad portã "Seir': & tertia pars sit ad portã quæ est post habitaculũ scu-
tariorum: & custodietis excubias domus Messia. Duæ verò partes è vobis, omnes 7
egredientes sabbatho, custodiãt excubias domus Domini circa regẽ. Et vallabitis 8
eum, habentes arma in manibus vestris: si quis autẽ ingressus fuerit septũ templi, interficiatur: eritisq. cum rege introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones 9
iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos: & assumẽtes singuli viros suos, qui ingrediebantur "sabbatho', cum his qui egrediebãtur è sabbatho, venerũt ad Ioiadã sacerdotẽ. Qui dedit eis hastas, 10
& arma regis Dauid, quæ erant in domo Dñi. Et steterunt singuli habentes arma 11
in manu sua à parte tẽpli dextera, vsq. ad partẽ sinistrã altaris, & ædis, circum regem. Produxitque filium regis, & posuit 12
super eum diadema & testimonium: feceruntq. eum regem, & vnxerũt: & plaudentes manu, dixerũt, Viuat rex. Audi- 13
uit autem Athalia vocẽ populi currẽtis: & ingressa ad turbas in templum Dñi,
vidit regem stantẽ super tribunal iuxta 14
morem, & cantores & "tubas' prope eum, omnemq. populum terræ lætantẽ, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitque, Cõiuratio, cõiuratio. Præ- 15
cepit autẽ Ioiada *centurionibus qui erãt super exercitũ, & ait eis, Educite eã extra septa tẽpli, & quicunq. eã secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos, Non occidatur in tẽplo Dñi. Impo- 16
suerunteq. ei manus, & impegerunt eã per viã introitus equorum, iuxta palatium*, & interfecta est ibi. Pepigit ergo Ioiada 17
fœdus inter Dñm & regẽ, & inter populũ, vt esset populus Dñi, & inter regẽ & populum. Ingressusq. est omnis popu- 18
lus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines cõtriuerũt validè: Mathan quoq. sacerdotem Baal occiderunt corã altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini. Tulitque centu- 19
riones, & cerethi & phelethi legiones, & omnẽ populũ terræ, deduxeruntq. regẽ de domo Dñi: & venerũt per viã portæ scutariorum in palatiũ, & sedit super thronũ regum. Lætatusq. est omnis populus ter- 20
ræ, & ciuitas cõquieuit: Athalia aũt occisa est gladio in domo regis. Septemque 21
annorũ erat Ioas, cùm regnare cœpisset.

CAP. XII.

ANno septimo Iehu regnauit Ioas: 1
quadraginta annis regnauit in Ierusalẽ. nomen matris eius Sebia, de Bersabee. Fecitq. Ioas rectũ corã Dño cunctis 2
diebus quibus docuit eũ Ioiada sacerdos.
Veruntamen excelsa nõ abstulit: adhuc 3
enim populus immolabat, & adolebat in
excelsis incensum. Dixitque Ioas ad sa- 4
cerdotes, Omnẽ pecuniã sanctorum quæ illata fuerit in templũ Dñi à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam spõte & arbitrio cordis sui inferũt in templũ Dñi; accipiant illã sacerdotes 5
iuxta ordinem suum, & instaurent sartatecta domus, siquid necessariũ viderint 6
instauratione. Igitur vsq. ad vicesimum tertium annum regis Ioas, non instaura- 7
uerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq. rex Ioas Ioiadã põtificẽ & sacerdotes, dicens eis, Quare sartatecta nõ instauratis tẽpli? nolite ergo amplius accipere pecuniã iuxta ordinẽ vestrũ, sed ad 8
instaurationẽ tẽpli reddite eã. Prohibitiq. fũt sacerdotes vltrà accipere pecuniã à populo, & instaurare sartatecta "domus'. "templi MS q.
Et tulit Ioiada pontifex gazophylaciũ 9
vnũ, aperuitq. foramen désuper, & posuit illud iuxta altare ad dextrã ingredientiũ domũ Dñi, mittebantq. in eo sacerdotes qui custodiebãt ostia, omnẽ pecuniã quæ 10
deferebatur ad templũ Dñi. Cumq. viderent nimiã pecuniã esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis, & pontifex, effundebantque, & numerabãt pecuniam 11
quæ inueniebatur in domo Dñi: & dabãt eã iuxta numerũ atq. mẽsurã in manu eorũ qui præerãt cæmentariis domus Dñi: qui impẽdebant eã in fabris lignorum, & in cæmẽtariis iis qui operabãtur 12
in domo Dñi, & sartatecta faciebant: & in iis qui cædebant saxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur instauratio domus Dñi in vniuersis quæ indigebant expensa ad mu- 13
niendam domum. Veruntamen nõ fiebãt ex eadẽ pecunia hydriæ tẽpli Dñi, & fuscinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureũ & argenteum, de pecunia quæ 14
inferebatur in templum Dñi. Iis enim qui faciebant opus, dabatur, vt instauraret *templũ Dñi: & non fiebat ratio *ex eã 1 15
iis hominibus qui accipiebant pecuniam MS. H. C.
vt distribuerẽt eam artificibus, sed in fi- G.
de tractabant eam. Pecuniam verò pro 16
delicto, & pecuniã pro peccatis nõ inferebant in tẽplũ Dñi, quia sacerdotũ erat.
Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, & pu- 17
gnabat contra Geth, cepitq. eã: & direxit
faciẽ suã vt ascẽderet in Ierusalẽ. Quam 18
ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vniuersum "argentũ' quod inueniri potuit in thesauris "aurum R.
templi Dñi, & in palatio regis: misitque H. C. G.
Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusa- 19
lem. Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quę fecit, nõne hæc scripta sunt
in libro verborũ dierũ regũ Iuda? Sur- 20
rexerunt autẽ serui eius, & coniurauerũt inter se, percusseruntque Ioas in Domo-
Mello in descensu Sella. Iosachar nanq. 21
filius Semaath, & Iozabad filius Somer

n Sur 1 MS H.
n sabbathũ 9 MS. R. G.
* turbas o.
* sacerdos 1 MS. H. C. G.
* regis 1 MS. H. C. G.

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

seruí eius, percusserũt eũ, & mortuus est: & sepelierũt eũ cum patribus suis in Ciuitate-Dauid, regnauitq. Amasias filius eius pro eo.

CAP. XIII.

1 ANno vicesimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudę, regnauit Ioachaz filiꝰ Iehu super Israël in Samaria, decem & septẽ annis. 2 Et fecit malum corã Dño, secutusq. est peccata Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Israël, & non declinauit ab eis. 3 Iratusq. est furor Dñi contra Israël, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filij Hazael, cunctis diebus. 4 Deprecatus est autẽ Ioachaz faciẽ Dñi, & audiuit eũ Dñs: vidit enim angustiã Israël, quia attriuerat eos rex Syrię: 5 & dedit Dñs saluatorẽ Israëli, & liberatus est de manu ←regis' Syriæ: habitaueruntq. filij Israël in tabernaculis suis sicut heri & nudiustertius. 6 Verũtamen nõ recesserunt à peccatis domus Ieroboã qui peccare fecit Israël, sed in ipsis ambulauerũt: siquidẽ & lucus permansit in Samaria. 7 Et nõ sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decẽ currus, & decẽ millia peditũ: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerẽ in tritura areę. 8 Reliqua aũt sermonũ Ioachaz, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nõne hęc scripta sunt in Libro sermonũ dierũ regũ Israël? 9 Dormiuitq. Ioachaz cũ patrib. suis, & sepelierũt eum in Samaria: regnauitq. Ioas filius eiꝰ pro eo. 10 Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz supᵖ Israël in Samaria sedecim annis, 11 & fecit quod malũ est in cõspectu Dñi: non declinauit ab omnib. peccatis Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Israël, sed in ipsis ambulauit. 12 Reliqua aũt sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit cõtra Amasiã regẽ Iuda, nõne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierũ regũ Israël? 13 Et dormiuit Ioas cũ patribus suis: Ieroboã autẽ sedit super solium eius. Porrò Ioas sepultus est in Samaria cum regibus Israël. 14 Eliseus autẽ ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descẽditq. ad eũ Ioas rex Israël, & flebat corã eo, dicebatq. Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius. 15 Et ait illi Eliseus, Affer arcum & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcũ & sagittas, 16 dixit ad regẽ Israël, Pone manũ tuã supᵖ arcũ. Et cùm posuisset ille manum suã, superposuit Eliseus manus suas manibꝰ regis, 17 & ait, Aperi fenestrã Orientalẽ. Cumq. aperuisset, dixit Eliseus, Iacẽ sagittã. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta salutis Dñi, & sagitta salutis cõtrà Syriã: percutiesq. Syriã in Aphec, donec cõsumas eam. 18 Et ait, Tolle sagittas. Qui cùm tulisset, rursum dixit ei, Percute iaculo terrã. Et cùm percussisset tribus vicibus, & stetisset, 19 iratus est vir Dei contra eum, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriã vsq. ad cõsummationem: nunc autẽ tribus vicibus percuties eam. 20 Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum. Latrũculi autẽ de Moab venerũt in terram in ipso anno. 21 Quidam autẽ sepeliẽtes hominẽ, viderunt latrunculos, & proiecerũt cadauer in sepulchro Eliseí. ‖ Quod cùm tetigisset ossa Eliseí, reuixit homo, & stetit super pedes suos. Ecc. 48.

22 Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israël 23 cunctis diebus Ioachaz: & misertus est Dñs eorũ, & reuersus est ad eos propter pactũ suũ quod habebat cum Abrahã & Isaac & Iacob: & noluit disperdere eos, neq. proiicere penitus, vsq. in præsens tẽpus. 24 Mortuus est autẽ Hazael rex Syrię, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo. 25 Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Ben-adad filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prœlij: tribus vicibus percussit eũ Ioas, & reddidit ciuitates Israël.

CAP. XIIII.

1 IN anno secũdo Ioas filij Ioachaz regis Israël regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda. 2 Viginti quinq. annorũ erat cũ regnare cœpisset: viginti aũt & nouẽ annis regnauit in Ierusalẽ: *nomen* matris eius Ioadan, de Ierusalẽ. 3 Et fecit rectum corã Dño, veruntamẽ nõ vt Dauid pater eius. Iuxta oĩa quæ fecit Ioas pater suus 4 fecit: nisi hoc tantùm quòd excelsa non abstulit: adhuc enim populus immolabat 5 & adolebat incẽsum in excelsis. Cumq. obtinuisset regnũ, percussit seruos suos qui 6 interfecerãt regẽ patrẽ suum: filios autẽ eorũ qui occiderãt, nõ occidit, iuxta quod scriptũ est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dñs, dicens, ‖ Nõ morientur patres pro filiis, neq. filij moriẽtur pro patribus: sed vnusquisq. in peccato suo morietur. Deut. 24. Ezech. 18.

7 Ipse percussit Edõ in Valle-Salinarũ, decẽ millia, & apprehendit Petram in prœlio, vocauitq. nomen eius Iectehel, vsque in 8 præsentẽ diem. Tũc misit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu regis Israël, dicens, Veni, & videamus nos. 9 Remisitq. Ioas rex Israël ad Amasiam regẽ Iuda, dicens, Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens, Da filiã tuã filio meo vxorẽ. Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & con- 10 culcauerũt carduum. Percutiens inuaduisti super Edom, & subleuauit te cor tuum: contẽtus esto gloria, & sede in domo tua: quare prouocas malũ, vt cadas tu 11 & Iudas tecũ? Et nõ acquieuit Amasias: Ascenditq. Ioas rex Israël, & viderunt se, ipse & Amasias rex Iuda in Beth-sames 12 oppido Iudæ. Percussusq. est Iuda coram Israël, & fugerunt vnusquisq. in tabernacula sua. 13 Amasiã verò regẽ Iuda filium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas rex Israël in Beth-sames, & adduxit eum in Ierusalem: & interrupit murum Ierusalem, à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. 14 Tulitque omne

aurum

1 Par. 25.

* & H. G. *autem 5 MS.

←4 MS. H. C. G.

aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ
inuēta sunt in domo Dñi, & in thesauris
regis, & obsides, & reuersus est in Sama-
riā. Reliqua autē verborū Ioas quæ fe-
cit, & fortitudo eius qua pugnauit cōtra
Amasiā regē Iuda, nōne hæc scripta sunt
in Libro sermonū dierum regum Israël?
Dormiuitq. Ioas cum patribus suis, &
sepultus est in Samaria cū regib⁹ Israël:
& regnauit Ieroboam filius eius pro eo.
Vixit autē Amasias, filius Ioas, rex Iu-
da, postquàm mortuus est Ioas filius Ioa-
chaz regis Israël ‖ viginti quinque' annis.
Reliqua autē sermonū Amasiæ, nónne
hæc scripta sunt in Libro sermonū dierū
regū Iuda? Factaq. est cōtra eū cōiura-
tio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis.
Miseruntq. post eū in Lachis, & interfe-
cerunt eū ibi. Et asportauerūt in equis,
sepultúsq. est in Ierusalē cum patribus
suis in Ciuitate-Dauid. ¶ Tulit autem
vniuersus popul⁹ Iudæ Azariā annos na-
tum sedecim, & constituerunt eum regē
pro patre eius Amasia. Ipse ædificauit
‖ Ailam', & restituit eam Iudæ, postquàm
dormiuit rex cum patribus suis. Anno
quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iu-
dā, regnauit Ieroboā filius Ioas regis Is-
raël in Samaria, quadraginta & vno an-
no: & fecit quod malum est corā Dño.
Nō recessit ab omnib⁹ peccatis Ieroboā
filij Nabat, qui peccare fecit Israël. Ipse
restituit terminos Israël ab introitu E-
math, vsq. ad Mare-solitudinis, iuxta ser-
monē Dñi Dei Israël, quē locutus est per
seruum suum Ionā filium Amathi ‖ pro-
phetā' qui erat de Geth quæ est in Opher.
Vidit enim Dñs afflictionē Israël amā-
ram nimis, & quòd cōsumpti essent vsq.
ad clausos carcere & extremos; & non
esset qui auxiliaretur Israëli. Nec locu-
tus est Dñs vt deleret nomē Israël de sub
cælo, sed saluauit eos in manu Ieroboā
filij Ioas. Reliqua autē sermonū Iero-
boam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo
eius qua prœliatus est, & quomodò re-
stituit Damascum, & Emath Iudæ in Is-
raël: nónne hæc scripta sunt in Libro
sermonū dierum regū Israël? Dormi-
uitq. Ieroboā cum patribus suis regibus
Israël, & regnauit Zacharias filius eius
pro eo.

CAP. XV.

ANno vicesimoseptimo Ieroboā re-
gis Israël regnauit Azarias filius A-
masiæ regis Iuda. Sedecim annorū erat,
cum regnare cœpisset, & quinquaginta
duobus annis regnauit in Ierusalē: nomē
matris eius Iechelia, de Ierusalem. Fe-
citq. quod erat placitū corā Dño, iuxta
omnia quæ fecit Amasias pater eius.
Veruntamē excelsa nō est demolitus:
adhuc populus sacrificabat, & adolebat
incensum in excelsis. ¶ Percussit autem
Dñs regē, & fuit leprosus vsque in diem
mortis suæ, & habitabat in domo ‖ libe-
ra', seorsum: Ioathā verò filius regis gu-
bernabat palatium, & iudicabat populū
terræ. Reliqua autē sermonū Azariæ, &
vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta
sunt in Libro verborū dierū regū Iuda?
Et dormiuit Azarias cū patribus suis:
sepelieruntq. eū cū maioribus suis in Ci-
uitate-Dauid, & regnauit Ioatham filius
eius pro eo. Anno tricesimooctauo A-
zariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias fi-
lius Ieroboā super Israël in Samaria sex
mensibus: & fecit quod malum est corā
Dño, sicut fecerāt patres eius: nō recessit
à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui pec-
care fecit Israël. Coniurauit autē cōtra
eū Sellum filius Iabes: percussitq. eum
palā, & interfecit, regnauitq. pro eo. Re-
liqua autē verborū Zachariæ, nónne hæc
scripta sunt in Libro sermonū dierū re-
gū Israël? ¶ Iste est sermo Dñi quē lo-
cutus est ad Iehu, dicēs, Filij ‖ tui vsq. ad
quartā generationē' sedebūt ‖ de te' su-
per thronū Israël. Factumq. est ita. Sel-
lū fili⁹ Iabes regnauit tricesimonono an-
no Azariæ regis Iudæ: regnauit autē vno
mense in Samaria. Et ascendit Manahē
filius Gadi de Thersa: venitq. in Samari-
ā, & percussit Sellū filium Iabes in Sa-
maria, & interfecit eū, regnauitq. pro eo.
Reliqua aūt verborū Sellum, & coniu-
ratio eius per quā tetēdit insidias, nónne
hæc scripta sunt in Libro sermonū dierū
regū Israël? Tunc percussit Manahem,
Thapsam, & omnes qui erāt in ea, & ter-
minos eius de Thersa; noluerant enim a-
perire ei: & interfecit omnes prægnantes
eius, & scidit eas. Anno tricesimonono
Azariæ regis Iudæ regnauit Manahem fi-
lius Gadi super Israël decē annis in Sa-
maria. Fecitque quod erat malū coram
Dño: nō recessit à peccatis Ieroboā filij
Nabat, qui peccare fecit Israël, ‖ cūctis
dieb⁹ eius. Veniebat Phul' rex Assyrio-
rum in ‖ Thersam', & dabat Manahem
Phul mille talenta argenti, vt esset ei in
auxiliū, & firmaret regnum eius. Indi-
xitq. Manahē argentū super Israël cun-
ctis potentibus & diuitibus, vt daret regi
Assyriorū, quinquaginta siclos argēti per
singulos: reuersusq. est rex Assyriorum,
& nō est moratus in ‖ Thersa'. Reliqua
aūt sermonū Manahem, & vniuersa quæ
fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro
sermonū dierū regū Israël? Et dormiuit
Manahem cum patribus suis: regnauitq.
Phaceia filius eius pro eo. Anno quin-
quagesimo Azariæ regis Iudæ regnauit
Phaceia filius Manahem super Israël in
Samaria, biēnio: & fecit quod erat ma-
lum corā Dño: nō recessit à peccatis Ie-
roboam filij Nabat, qui peccare fecit Is-
raël. Coniurauit autē aduersus eū Pha-
cee filius Romeliæ, dux eius, & percussit
eū in Samaria in turre domus regiæ iu-
xta Argob, & iuxta Arie, & cū eo quin-
quaginta viros de filiis Galaaditarum, &
interfecit eū, regnauitq. pro eo. Reliqua

quinde-cim 1 MS. H.C.G.

1 Par. 26, 1.

Elath 1 MS. H.C. G.

Ion. 1, 1. prophetæ 1 MS. hoc etiam modo ex H. & G. verti potest.

2 Par. 26, 21 liberè 5 Mss. Terræ Isaiæ H. ex conjectura est.

Sup. 10, 36. quarti H.C.G. — 3 MS. tribi H. C.G.

Cunctis dieb⁹ eius veniebat Phul 5 MS.G.

terram 1 MS.R.H. C.G.

terra 1 MS.R.H. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem sermonũ Phaceia, & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierũ regũ Israël? Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israël in Samaria, viginti annis. Et fecit quod erat malũ corã Dño: nõ recessit à peccatis Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Israël. In diebus Phacee regis Israël venit Theglath-phalásar rex Assur, & cepit Aiõ, & Abel-domũ-Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæã, & vniuersam Terrã Nephthali: & transtulit eos in Assyrios. Coniurauit autẽ, & tetẽdit insidias Osee filio Ela cõtra Phacee filiũ Romeliæ, & percussit eũ, & interfecit: regnauitq. pro eo vicesimo anno Ioathã filij Oziæ. Reliqua autẽ sermonũ Phacee, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierũ regũ Israël? ‖ Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israël, regnauit Ioathã filius Oziæ regis Iuda. Viginti quinq. annorũ erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalẽ: nomẽ matris eius, Ieruſa filia Sadoc. Fecitq. quod erat placitũ corã Dño: iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est.

Veruntamẽ excelsa nõ abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incẽsum in excelsis: ipse ædificauit portã domus Dñi sublimissimã. Reliqua aũt sermonũ Ioathã, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierũ regum Iuda? In diebus illis cœpit Dñs mittere in Iudã Rasin regẽ Syriæ, & Phacee filiũ Romeliæ. Et dormiuit Ioathã cum patribus suis, sepultúsq. est cum eis in Ciuitate-Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo. CAP. XVI.

ANno decimoseptimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalẽ: nõ fecit quod erat placitũ in cõspectu Dñi Dei sui, sicut Dauid pater eius; sed ambulauit in via regũ Israël: insuper & filiũ suũ consecrauit, transferẽs per ignẽ secundũ idola gẽtiũ; quæ dissipauit Dñs corã filiis Israël. Immolabat quoq. victimas, & adolebat incẽsum in excelsis, & in collibus & sub omni ligno frondoso. ‖ Tũc ascẽdit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israël in Ierusalẽ ad prœliandũ: cumque obsiderẽt Achaz, nõ valuerũt superare eũ.

In tẽpore illo restituit Rasin rex Syriæ, Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi* venerũt in Ailã, & habitauerũt ibi vsq. in diẽ hanc. Misit autẽ Achaz nuntios ad Theglath-phalásar regẽ Assyriorũ, dicẽs, Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascẽde, & saluũ me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israël, qui cõsurrexerũt aduersum me. Et cùm collegisset* argentũ & aurũ quod inueniri potuit in domo Dñi, & in thesauris regis, misit regi Assyriorũ munera. Qui & acquieuit volũtati eius: ascẽdit enim rex Assyriorũ in Damascũ, & vastauit eã: & trãstulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autẽ interfecit. Perrexitq. rex Achaz in occursum Theglath-phalásar regi Assyriorũ in Damascũ. cũq. vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriã sacerdotẽ exemplar eius, & similitudinẽ iuxta omne op⁹ eius. Extruxitq. Vrias sacerdos altare: iuxta oĩa quæ præceperat rex Achaz, de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damasco. Cũq. venisset rex de Damasco, vidit altare, & venerat⁹ est illud: ascẽditq. & immolauit holocausta, & sacrificium suũ, & libauit libamina, & fudit sanguinẽ pacificorum quæ obtulerat super altare. Porrò altare æreũ, quod erat corã Dño, trãstulit de facie tẽpli, & de loco altaris, & de loco tẽpli Dñi: posuitq. illud ex latere altaris ad Aquilonẽ. Præcepit quoq. rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicẽs, Sup altare maius offer holocaustũ matutinũ, & sacrificiũ vespertinũ, & holocaustũ regis, & sacrificiũ eius, & holocaustũ vniuersi populi terræ, & sacrificia eorũ, & libamina eorũ: & omnẽ sanguinẽ holocausti, & vniuersum sanguinẽ victimæ super illud effundes: altare verò æreũ erit paratũ ad voluntatẽ meã. Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta oĩa quæ præceperat rex Achaz. Tulit autẽ rex Achaz cælatas bases, & lutẽrẽ, qui erat desuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pauimentũ stratum lapide. Musach quoq. sabbathi, quod ædificauerat in tẽplo: & ingressum regis exteri⁹, cõuertit in tẽplũ Dñi propter regẽ Assyriorũ. Reliqua aũt verborũ Achaz* quę fecit, nónne hęc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regum Iuda? Dormiuitque Achaz cũ patribus suis, & sepultus est cũ eis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo. CAP. XVII.

ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria sup Israël nouẽ annis. Fecitq. malum corã Dño: sed non sicut reges Israël qui ante eũ fuerãt. Cõtra hunc ascẽdit Salmanásar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seru⁹, reddebatq. illi tributa. Cũq. deprehendisset rex Assyriorũ Osee, quod rebellare nitẽs misisset nũtios ad Sua regẽ Aegypti, ne præstaret tributa regi Assyriorũ sicut singulis annis solitus erat, obsedit eũ, & vinctũ misit in carcerẽ. Peruagatúsq. est omnẽ terrã: & ascẽdẽs Samariã, obsedit eã tribus annis. ‖ Anno autẽ nono Osee, cepit rex Assyriorũ Samariã, & trãstulit Israël in Assyrios: posuitq. eos in Hala, & in Habor iuxta fluuiũ Gozan, in ciuitatibus Medorũ. Factũ est enim, cùm peccassent filij Israël Dño Dẽo suo, qui eduxerat eos de Terra-

Aegypti

2 Par. 27, 2.

Isaiæ 7, 1.

* & Syri Q.n.

* Achaz 4 MS.H.C.G.

* & cum MS.R. C. ante Terram tem H. consum.

Inf. 18, 9. Tob. 1, 3.

Inf. 18, 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aegypti, de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerunt deos alienos. Et ambulauerũt iuxta ritũ gẽtiũ, quas cõsumpserat Dñs in cõspectu filiorũ Israël, & regum Israël: quia similiter fecerãt. Et [a]offenderunt filij Israël verbis nõ rectis Dñm Deũ suũ: & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis à Turre-custodũ vsq. ad Ciuitatẽ-munitã. Fecerũtq. sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignũ nemorosum: & adolebãt ibi incẽsum sup aras in morẽ gentiũ quas trãstulerat Dñs à facie eorũ: fecerũtq. verba pessima irritãtes Dñm, & coluerunt immunditias de quibus pręcepit eis Dñs ne facerẽt verbũ hoc. Et testificatus est Dñs in Israël & in Iuda p manũ omniũ prophetarũ & Vidẽtiũ, dicẽs, ‖ Reuertimini à viis vestris pessimis, & custodite pręcepta mea & ceremonias, iuxta omnẽ legẽ quã præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruorũ meorũ prophetarũ. Qui nõ audierũt, sed indurauerũt ceruicẽ suã iuxta ceruicẽ patrũ suorũ, qui noluerũt obedire Dño Deo suo. Et abiecerunt legitima eius, & pactũ quod pepigit cũ patribus eorũ, & testificationes quibus cõtestatus est eos: secutiq. sunt vanitates, & vanè egerunt: & secuti sunt Gẽtes quæ erãt per circuitũ eorũ, sup quibus præceperat Dñs eis vt nõ facerẽt sicut & illæ faciebãt. Et dereliquerũt oĩa præcepta Dñi Dei sui: fecerũtq. sibi cõflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cæli: seruieruntq. Baal, & cõsecrauerũt filios suos, & filias suas per ignẽ: & diuinationib⁹ inseruiebãt & augurijs: & tradiderunt se vt facerẽt malũ corã Dño, vt irritarẽt eũ. Iratusq. est Dñs vehemẽter Israël, & abstulit eos à conspectu suo, & nõ remãsit nisi trib⁹ Iuda tantummodò.

Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata Dñi Dei sui: [b] veruntamẽ⁹ ambulauit in erroribus Israël, quos operat⁹ fuerat. Proiecitq. Dñs omne semẽ Israël, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientiũ, donec proijceret eos à facie sua: ‖ ex eo tam tẽpore, quo scissus est Israël à domo Dauid, & cõstituerunt sibi regẽ Ieroboã filiũ Nabat: seperauit enim Ieroboã Israël à Dño, & peccare eos fecit peccatũ magnũ. Et ambulauerũt filij Israël in vniuersis peccatis Ieroboã quæ fecerat: [c] & nõ recesserũt ab eis, vsquequo Dñs auferret Israël à facie sua, ‖ sicut locut⁹ fuerat in manu omniũ seruorũ suorũ prophetarũ: trãslatúsq. est Israël de terra sua in Assyrios, vsq. in diẽ hãc. Adduxit autẽ rex Assyriorũ [d] de Babylone, & de Cutha, & de Auah, & de Emath, & de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ p filiis Israël: qui possederũt Samariã, & habitauerũt in vrbib⁹ eiꝰ. Cũq. ibi habitare cœpissẽt, nõ timebãt Dñm: & immisit in eos Dñs leones qui interficiebãt eos. Nuntiatũq. est regi Assyriorũ, & dictum, Gẽtes quas trãstulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorãt legitima Dei terræ, & immisit in eos Dñs leones, & ecce, interficiunt eos, eo quòd ignorẽt ritum Dei terræ. Præcepit autẽ rex Assyriorũ, dicẽs, Ducite illuc vnũ de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, & vadat, & habitet cũ eis: & doceat eos legitima Dei terræ. Igitur cũ venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodò colerẽt Dñm. Et vnaquæq. gẽs fabricata est deũ suum: posuerũtq. eos in phanis excelsis quę fecerãt Samaritę, gẽs & gẽs in vrbib⁹ suis in quibus habitabat. Viri enim Babylonij fecerũt Sochoth-benoth: viri aũt Cuthæi fecerũt Nergel: & viri de Emath fecerũt Asima. Porrò Heuçi fecerũt Nebahaz & Tharthac. Hi aũt qui erãt de Sepharuáim, cõburebant filios suos igni, Adramélech & Anamélech diis Sepharuáim, & nihilominꝰ colebãt Dñm. Fecerũt aũt sibi de nouissimis sacerdotes excelsorũ, & ponebant eos in phanis sublimib. Et cũ Dñm colerẽt, diis quoq. suis seruiebãt iuxta cõsuetudinẽ gẽtiũ, de q b⁹ trãslati fuerãt Samariã. Vsq. in præsentẽ diẽ morẽ sequũtur antiquum: non timẽt Dñm, neq. custodiũt ceremonias eiꝰ, atq. iudicia & legẽ & mãdatũ quod præceperat Dñs filijs Iacob, ‖ quẽ cognominauit Israël: & pepusserat cũ eis pactũ, & mãdauerat eis, dicẽs, Nolite timere deos alienos, & nõ adoretis eos, neq. colatis eos, & nõ immoletis eis: Sed Dñm Deũ vestrũ q eduxit vos de Terra-Aegypti in fortitudine magna, & in brachio extẽto: ipsum timete & illũ adorate, & ipsi immolate. Ceremonias quoq. & iudicia & legẽ & mãdatũ quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cũctis diebꝰ: & nõ timeatis deos alienos. Et pactũ quod pcusit vobiscũ, nolite obliuisci: nec colatis deos alienos, sed Dñm Deũ vestrũ timete, & ipse eruet vos de manu omniũ inimicorũ vestrorũ. Illi verò nõ audierũt, sed iuxta cõsuetudinẽ suam pristinã perpetrabãt. Fuerũt igitur gẽtes istæ timẽtes quidem Dñm, sed nihilominus & idolis suis seruientes: nã & filij eorũ, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

Gen. 32, 28

CAP. XVIII.

ANno tertio Osee filij Ela regis Israël regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinq. annorũ erat cũ regnare cœpisset: & vigintinouẽ annis regnauit in Ierusalẽ: nomẽ matris eiꝰ Abi filia Zachariæ. Fecitq. qd̃ erat bonũ corã Dño, iuxta oĩa quæ fecerat Dauid pater eiꝰ. Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succîdit lucos, cõfregitq. serpẽtẽ æneum ‖ quẽ fecerat Moyses: siquidem vsq. ad illud tẽpus filij Israël adolebãt ei incẽsum: vocauitq. nomẽ eiꝰ [e] Nohestã.

2 Par. 28, 28, & 29, 1

Nu. 21, 9.

[e] Nehustan 1 MS. H. C.

[a] operuerunt 10 MS. H. G. irritauerunt 4 MS. R. Hinc vult Chaldæus paraphrasis: Et dixerunt s. l. verba mendax ante Dominum d. s. Ier. 23, 5.

[b] verùm 2 MS. & H. C. G. Iud. 2, 16.

[c] 1 MS. H. C. G. Ier. 25, 9.

[d] viros MS. Q. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In Dño Deo Iſraël ſperauit: itaq. poſt eum nõ fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, ſed neq. in his qui ante eũ fuerunt: & adhæſit Dño, & nõ receſſit à veſtigiis eius, fecitq. mãdata eius quæ præceperat Dñs Moyſi. Vnde & erat Dñs cũ eo, & in cunctis ad quæ procedebat, ſapienter ſe agebat. Rebellauit quoq. cõtra regẽ Aſſyriorum, & nõ ſeruiuit ei. Ipſe percuſſit Philiſthæos vſq. ad Gazã & oẽs terminos eorũ, à Turre-cuſtodũ vſq. ad Ciuitatẽ-munitã. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſraël, aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorũ in Samariã, & oppugnauit eã, & cepit. Nam poſt annos tres, anno ſexto Ezechiæ, id eſt nono anno Oſee regis Iſraël, capta eſt Samaria: & tranſtulit rex Aſſyriorũ Iſraël in Aſſyrios, collocauitq. eos in Hala, & in Habor fluuiis Gozã in ciuitatibus Medorũ: quia non audierunt vocẽ Dñi Dei ſui, ſed prætergreſſi ſunt pactũ eius: oĩa quæ præceperat Moyſes ſeruus Dñi, nõ audierũt, neq. fecerũt. ‖ Anno quartodecimo regis Ezechiæ, aſcẽdit Sennacherib rex Aſſyriorũ ad vniuerſas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. Tunc miſit Ezechias rex Iuda nuntios ad regẽ Aſſyriorũ in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & omne quod impoſueris mihi, ferã. Indixit itaq. rex Aſſyriorũ Ezechiæ regi Iudæ, ttecẽta talẽta argẽti, & triginta talẽta auri. Deditq. Ezechias omne argẽtũ quod repertũ fuerat in domo Dñi, & in theſauris regis.

In tẽpore illo cõfregit Ezechias valuas tẽpli Dñi, & laminas auri quas ipſe affixerat, & dedit eas regi Aſſyriorũ. Miſit autẽ rex Aſſyriorũ Tharthan, & Rabſaris, & Rabſacẽ de Lachis ad regẽ Ezechiã cum manu valida Ieruſalẽ: qui cùm aſcendiſſent, venerũt Ieruſalẽ, & ſteterunt iuxta aquæductũ piſcinæ ſuperioris, quæ eſt in via Agri-fullonis. Vocaueruntq. regẽ: egreſſus eſt autẽ ad eos Eliacim filius Helciæ præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cõmentariis.

Dixitq. ad eos Rabſaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriorum; Quæ eſt iſta fiducia qua niteris?

Forſitã iniſti cõſiliũ, vt præpares te ad prœliũ. In quo cõfidis, vt audeas rebellare? an ſperas in baculo arundineo atq. cõfracto Aegypto, ſuper quẽ ſi incubuerit homo, cõminutus ingredietur manũ eius, & perforabit eã? ſic eſt Pharao rex Aegypti, omnibus qui confidunt in ſe.

Quòd ſi dixeritis mihi, In Dño Deo noſtro habemus fiduciã: nónne iſte eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria: & præcepit Iudæ & Ieruſalem, Ante altare hoc adorabitis in Ieruſalẽ? Nunc igitur tranſite ad dñm meũ regẽ Aſſyriorum, & dabo vobis duo millia equorũ, & videte an habere valeatis aſcẽſores eorum. Et quomodò poteſtis reſiſtere ante vnũ ſatrapã de ſeruis dñi mei minimis? An fiduciã habes in Aegypto propter currũ & equites? Nũquid ſine Dñi voluntate aſcẽdi ad locũ iſtũ, vt demolirer eũ? Dñs dixit mihi, Aſcẽde ad terrã hãc, & demolire eã. Dixerũt autẽ Eliacim filius Helciæ, & Sobna, & Ioahe Rabſaci, Precamur vt loquaris nobis ſeruis tuis Syriacẽ: ſiquidẽ intelligimus hãc linguã: & nõ loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui eſt ſup murũ. Reſpõditq. eis Rabſaces dicẽs, Nũquid ad dñm tuũ, & ad te miſit me dñs meus, vt loquerer ſermones hos, & nõ potius ad viros qui ſedẽt ſuper murũ, vt comedãt ſtercora ſua, & bibant vrinã ſuã vobiſcũ? Stetit itaq. Rabſaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni regis Aſſyriorũ. Hæc dicit rex, Non vos ſeducat Ezechias: nõ enim poterit eruere vos de manu mea. Neq. fiduciã vobis tribuat ſuper Dñm, dicẽs, Eruẽs liberabit nos Dñs, & nõ tradetur ciuitas hæc in manu regis Aſſyriorũ. Nolite audire Ezechiã. Hæc enim dicit rex Aſſyriorũ, Facite mecum quod vobis eſt vtile, & egredimini ad me: & cõedet vnuſquiſq. de vinea ſua, & de ficu ſua: & bibetis aquas de ciſternis veſtris, donec veniã, & transferam vos in terrã quæ ſimilis eſt terræ veſtræ, in terrã fructiferã, & fertilẽ vini, terram panis & vinearũ, terrã oliuarũ, & olei ac mellis: & viuetis, & nõ moriemini. Nolite audire Ezechiã, qui vos decipit, dicẽs, Dñs liberabit nos. Nũquid liberauerunt dij gẽtiũ terrã ſuã de manu regis Aſſyriorũ? Vbi eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt Deus Sepharuaim, Ana & Aua? nũquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quinã illi ſunt in vniuerſis diis terrarũ, qui eruerũt regionẽ ſuã de manu mea vt poſſit eruere Dñs Ieruſalem de manu mea? Tacuit itaq. populus, & nõ reſpõdit ei quicquã: ſiquidẽ præceptum regis acceperãt vt nõ reſponderẽt ei. Venitq. Eliacim filius Helciæ, præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cõmẽtariis, ad Ezechiã ſciſſis veſtib', & nũtiauerũt ei verba Rabſacis. CAP. XIX.

Q Væ cũ audiſſet Ezechias rex, ſcidit veſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco, ingreſſuſq. eſt domũ Dñi. Et miſit Eliacim præpoſitũ domus, & Sobnã ſcribã, & ſenes de ſacerdotibus opertos ſaccis, ad Iſaiã prophetã filiũ Amos. Qui dixerũt*, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blaſphemiæ dies iſte: venerũt filij vſq. ad partũ, & vires nõ habet parturiẽs. Si fortè audiat Dñs Deꝰ tuus vniuerſa verba Rabſacis, quẽ miſit rex Aſſyriorũ dñs ſuꝰ, vt exprobraret Deũ viuẽtẽ, & argueret verbis quæ audiuit Dñs Deꝰ tuꝰ: & fac orationẽ pro reliquiis quiis quę reperte ſũt. Venerũt ergo ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiã. Dixitq. eis Iſaias, Hæc dicetis dño veſtro, Hæc dicit Dñs,

Noli

Sup. 17, 3. Tob. 1, 1. Sup. 17, 6. 2. Par. 32, 1 Iſa. 36. 1. Eccl. 48, 9. Iſa. 37. 1. * ei ſ. Mſ. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Noli timere à facie sermonũ quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego immittã ei spiritũ, & audiet nũtiũ, & reuertetur in terrã suã, & deiiciã eum gladio in terra sua.
Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit regẽ Assyriorũ expugnantẽ Lobnam: audierat enim quòd recessisset de Lachis.
Cũq. audisset de Tharáca rege Aethiopiæ, dicẽtes, Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: & iret cõtra eũ, misit nũtios ad Ezechiã, dicẽs, Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciã: neq. dicas, Nõ tradetur Ierusalẽ in manus regis Assyriorum.
Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorũ vniuersis terris, quomodò vastauerũt eas: ᵃnũ'ergo solus poteris liberari? Nũquid liberauerũt dij gẽtium singulos, quos vastauerũt patres mei, Gozã videlicet, & Harã, & Reseph, & filios Eden, qui erãt in Thelassar? Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuáim, Ana & Aua? Itaq. cùm accepisset Ezechias literas de manu nuntiorũ, & legisset eas, ascendit in domũ Dñi, & expãdit eas coram Dño, & orauit in cõspectu eius, dicẽs, Dñe Deᵘ Israël, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regũ omniũ terræ: tu fecisti cælũ & terrã.
Inclina aurẽ tuã, & audi: aperi Dñe oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret ᵃ-nobiᵘ'Deũ viuentẽ. Verè Dñe dissipauerũt reges Assyriorũ gentes, & terras ᵃ-omniũᵘ'. Et miserunt deos eorum in ignẽ: nõ enim erãt dij, sed opera manuũ hominũ ex ligno & lapide, & perdiderũt eos. Nũc igitur Dñe Deus noster, saluos nos fac de manu eius, vt sciãt omnia regna terræ, quia tu es Dñs Deus solus.
Misit aũt Isaias filius Amos ad Ezechiã, dicẽs, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorũ, audiui. Iste est sermo quẽ locutus est Dñs de eo: Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Siõ: post tergũ tuũ caput mouit, filia Ierusalẽ. Cui exprobrasti, & quẽ blasphemasti? cõtra quẽ exaltasti vocẽ tuã, & eleuasti in excelsum oculos tuos? cõtra sanctum Israël. Per manũ seruorũ tuorũ exprobrasti Dño, & dixisti, In multitudine curruũ meorũ ascẽdi excelsa mõtium, in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illiᵘ. Et ingressus sum vsq. ad terminos eius, ᵃ-&'ᵃ saltũ carmeli eius ego succidi. Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedũ meorum omnes aquas clausas. Nunquid nõ audisti quid ab initio fecerim? Ex dieb. antiquis plasmaui illud, & nũc adduxi: eruntq. in ruinã colliũ cõpugnantium ciuitates munitæ. Et qui sedẽt in eis, humiles manu, ᵇ-tremuerũt & cõfusi sunt, facti sunt velut fœnũ agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequã veniret ad maturitatẽ. Habitaculũ tuum, & egressum tuũ, & introitum tuũ, & uiã tuã ego præsciui, & furorẽ tuũ cõtra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponã itaq. circulũ in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducãm te in uiã per quã venisti. Tibi autẽ Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autẽ anno, quæ spõte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite: plantate vineas, & comedite ᵃfructum' earum. Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicẽ deorsum, & faciet fructum sursum. De Ierusalẽ quippe egrediẽtur reliquiæ, & quod saluetur de mõte Siõ: zelus Dñi exercituum faciet hoc. Quã ob rẽ hæc dicit Dñs de rege Assyriorum, Nõ ingredietur vrbẽ hãc, nec mittet in eã sagittã, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eã munitio. Per viã qua venit, reuertetur: & ciuitatẽ hãc nõ ingredietur, dicit Dñs. Protegamq. vrbẽ hãc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruũ meũ. Factum est igitur in nocte illa, vẽnit angelus Dñi, & percussit in castris Assyriorũ centũ octogintaquinq. millia. Cumq. diluculo surrexissẽt, vidit omnia corpora mortuorũ: & recedens abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mãsit in Niniue. Cumque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramélech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq. in terram Armeniorũ, & regnauit Asar-haddõ filius eius pro eo.

CAP. XX.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq. ad mortẽ: & venit ad eum Isaias filius Amos, propheta, dixitque ei, Hæc dicit Dñs ᵃ-Deus', Præcipe domui tuæ: moreris enim tu, & nõ viues. Qui conuertit faciẽ suã ad parietẽ, & orauit Dñm, dicens, Obsecro Dñe, memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitũ est corã te, fecerim. Fleuit itaq. Ezechias fletu magno. Et antequàm egrederetur Isaias mediã partẽ atrij, factus est sermo Dñi ad eũ, dicẽs, Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dñs Deᵘ Dauid patris tui, Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymã tuam: ᵃ-&'ecce, sanaui te, die tertio ascendes tẽplum Dñi. Et addã diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatẽ hãc, & protegam vrbẽ istã propter me, & propter Dauid seruũ meum. Dixitq. Isaias, Afferte massam ficorũ. Quã cùm attulissent, & posuissent super hulcus eius, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam, Quod erit signũ quia Dñs me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Dni? Cui ait Isaias, Hoc erit signum à Dño, quòd facturus sit Dñs sermonem quem locutus est: Vis vt

ascendat

ᵘ fructus 1 MS. R. C. *Conformiter autẽ* H. & G. *legit Textus.*

ᵃ-1 MS. H. C. G.

ᵃ-1 MS. H. C. G.

ᵃ-1 MS. H. C. G.

ᵃ-1 MS. H. C. G.

ᵃ-R. H. G. ᵘpopulo (Deiv. C.)

ᵃ-1 MS. ᵘearum H. C. G.

ᵃ-1 MS. H. G. & aperiãt G q.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias, Facile est vmbrā crescere decē lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decē gradibus. Inuocauit iraq. Isaias ꝓpheta Dñm, & reduxit vmbrā per lineas, quibus iā descēderat in horologio Achaz, retrorsum decē gradibus.

Isa. 39, 1. ¶ In tēpore illo misit Berodach Baladā filius Baladan rex Babyloniorū, literas & munera ad Ezechiā: audierat enim quòd ægrotasset Ezechias. Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domū aromatū, & aurū, & argentum, & pigmenta varia, vnguēta quoq., & domum vasorū suorū, & omnia quę habere poterat in thesauris suis. Non fuit* quod nō mōstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Venit autē Isaias propheta ad regem Ezechiā, dixitq. ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerūt ad te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. At ille respondit, Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias, Omnia quæcunq. sunt in domo mea, viderunt: nihil est quod nō mōstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaque Isaias Ezechiæ, Audi sermonē Dñi, Ecce dies veniēt, & auferētur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsq. in diē hāc, in Babylonē: nō remanebit quicquā, ait Dñs. Sed & de filiis tuis qui egrediētur ex te, quos generabis ‖ tollētur, & erūt eunuchi in palatio regis Babylonis.

‖ Dixit Ezechias ad Isaiam, Bonus sermo Dñi, quē locutus es: *sit* pax & veritas in diebus meis. Reliqua autē sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodò fecerit piscinā, & aquæ ductū, & introduxerit aquas in ciuitatē, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierū regū Iuda? Dormiuitq. Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXI.

DVodecim annorū erat Manasses cū regnare cœpisset, & quinquaginta quinq. annis regnauit in Ierusalē: nomē matris eius Haphsiba. Fecitq. malū in cōspectu Dñi, iuxta idōla gentium, quas deleuit Dñs à facie filiorū Israël. Conuersusq. est, & ædificauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israël: & adorauit omnē militiā cæli, & coluit eam. Extruxitq. aras in

2 Reg. 7, 10 Ier. 32, 24 domo Dñi, de qua dixit Dñs, ¶ In Ierusalem ponā nomē meum. Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini. Et traduxit filium suū per ignē: & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malū coram Dño, & irritaret eū. Posuit quoq. idōlum luci quē fecerat, in tēplo Dñi, ¶ super quo locutus est Dñs ad Dauid, & ad Salomonē filium eius, In templo hoc, & in Ierusalē quam elegi de cunctis tribubus Israël, ponā nomē meum in sempiternū. Et vltrà nō faciā cōmoueri pedē Israël de terra quā dedi patribus eorum: si tamen custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legē quā mandauit eis seruus meus Moyses. Illi verò nō audierūt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerēt malū super Gentes quas contriuit Dñs à facie filiorum Israël. Locutusq. est Dñs in manu seruorū suorum prophetarum, dicens, ¶ Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eū, & peccare fecit etiā Iudam in immunditiis suis: propterea hæc dicit Dñs Deus Israël, Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudā: vt quicūque audierit, tinniant ambæ aures eius. Et extendam super Ierusalem funiculū Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ierusalē, sicut deleri solent tabulæ: delēs vertā, & ducā crebrius stylū super faciē eius. Dimittā verò reliquias hęreditatis meæ, & tradā eas in manus inimicorū eius: eruntq. in vastitatē, & in rapinā cunctis aduersariis suis: eò quòd fecerint malū corā me, & perseuerauerint irritātes me, ex die qua egressi sūt patres eorū ex Aegypto, vsq. ad hāc diē. Insuper & sanguinē innoxiū fudit Manasses multū nimis, donec impleret Ierusalē vsque ad os: absq. peccatis suis quib. peccare fecit Iudā, vt faceret malū corā Dño. Reliqua aūt sermonū Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatū eius quod peccauit, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierū regū Iuda? Dormiuitq. Manasses cū patrib. suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza: & regnauit Amō filius eius ꝓ eo. Viginti duorū annorū erat Amō cùm regnare cœpisset: duobus quoq. annis regnauit in Ierusalē. nomen matris eius Messalemeth filia Harus de Ieteba. Fecitq. malū in cōspectu Dñi, sicut fecerat Manasses pater eius. Et ambulauit in omni via per quā ambulauerat pater eius: seruiuitque immunditiis, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas, & dereliquit Dñm Deū patrū suorū, & nō ambulauit in via Dñi. Tetenderuntq. ei insidias serui sui, & interfecerunt regē in domo sua. Percussit aūt populus terrę omnes qui cōiurauerāt cōtra regē Amon: & constituerunt sibi regē Iosiā filiū eius pro eo. Reliqua autē sermonū Amō quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierū regū Iuda? Sepelierūtq. eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

OCto annorū erat Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalē: nomē matris eius Idida, filia Hadaia de Besecath. Fecitque

2 Par. 34.

quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*verbum 1 MS R. H. *quicquam C. G.

-8 MS. H. C. Additur autem à R. & G.

‖ tollent 5 MS. H. C. G.

‖ Dixitq. 3 MS. H. C. G.

*Et dixit nōne ß H. *tantum MS. R. Suffragantur Textui, G.

2 Par. 33, 1

quod placitum erat corā Dño, & ambulauit per oēs vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexterā, siue ad sinistram.

3 Anno autē octauo decimo regis Iosiæ, misit rex, Saphā filiū Aslia, filij Messulā scribā tēpli Dñi, dicēs ei, 4 Vade ad Helciā sacerdotē magnū, vt cōfletur pecunia quę illata est in templū Dñi, quā collegerunt 5 ianitores tēpli à populo, deturq. fabris per præpositos ‖ domus Dñi: qui & distribuāt eā his qui operātur in tēplo Dñi, ad 6 instauranda sarta tecta templi: tignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta cōponunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapicidinis, ad instaurandum templū Dñi. 7 Veruntamen nō supputetur eis argentū quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide. 8 Dixit autē Helcias pōtifex ad Saphā scribā, Librum Legis reperi in domo Dñi: deditq. Helcias volumen Saphan, qui & legit illud.

9 Venit quoq. Saphā scriba ad regē, & renūtiauit ei quod præceperat, & ait, Cōflauerunt serui tui pecuniā, quæ reperta est in domo Dñi: & dederūt vt distribueretur fabris — ‖ & præfectis operū tēpli Dñi.

10 Narrauit quoq. Saphan scriba regi, dicēs, Librū dedit mihi Helcias sacerdos. 11 Quē cùm legisset Saphan corā rege, & audisset rex verba Libri Legis Dñi, scidit 12 vestimēta sua. Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicā filio Saphā, & Achobor filio ‖ Micha', & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicēs, 13 Ite, & consulite Dñm super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuentum est: magna enim ira Dñi succēsa est contra nos: quia nō audierunt patres nostri verba Libri huius, vt facerēt omne 14 quod scriptum est nobis. Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahicā, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdā prophetidē vxorē Sellū filij Thecuę, filij Araas custodis vestium, quę habitabat in Ierusalē in Secunda: locutiq. sunt ad eā. 15 Et illa respondit eis, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Dicite viro qui misit vos ad me: 16 Hæc dicit Dñs, Ecce, ego adducam mala super locū istū, & sup habitatores eius, omnia verba Legis quæ legit rex Iuda: 17 quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuū suarū: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & nō extinguetur. 18 Regi aūt Iuda qui misit vos vt consuleretis Dñm, sic dicetis, Hęc dicit Dñs Deus Israël, Pro eo quòd audisti verba voluminis, & perterritū est cor tuū, & humiliatus es corā Dño, auditis sermonibus contra locū istum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in stuporē & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti corā me, & ego audiui, ait Dñs; 20 idcirco colligā te ad patres tuos, & colligēris ad sepulchrū tuū in pace, vt nō videāt oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

n in domo 4 MS.H. C.G.

-7 MS.H. C.G.

- H.C.G. quamquam posuit, ex H. & C. etiam Textui similia verti.

‖ ac MS.R. ‖ Michaia 1 MS.H. C.G.

CAP. XXIII.

1 ET renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit: & congregati sunt ad eum 2 oēs senes Iuda & Ierusalē. Ascenditque rex templū Dñi, & oēs viri Iuda, vniuersiq. qui habitabant in Ierusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsq. ad magnū: legitq. cūctis audientibus omnia verba libri fœderis, 3 qui inuētus est in domo Dñi. Stetitque rex super gradum: & fœdus percussit corā Dño, vt ambularent post Dñm, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarēt verba fœderis huius, quę scripta erāt in libro illo: acquieuitq. po-
4 pulus pacto. Et præcepit rex Helciæ pontifici & sacerdotibus secūdi ordinis, & ianitoribus, ‖ vt proiicerent de templo Dñi omnia vasa quæ facta fuerāt Baal, & — in luco, & vniuersæ militiæ cæli: & cōbussit ea foris Ierusalē in Cōualle-cedrō,
5 & tulit puluerē eorum in Beth-el. Et deleuit aruspices quos posuerāt reges Iuda ad sacrificandū in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebāt incēsum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ
6 cæli. Et efferri fecit lucū de domo Dñi foras Ierusalē in Cōualle-cedrō: & combussit eū ibi, & redegit in puluerē, & proiecit super sepulchra vulgi. 7 Destruxit quoq. ædiculas effœminatorū, quæ erant in domo Dñi, pro quibus mulieres texebāt quasi domunculas luci. Congregauitq. oēs sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi sacrificabāt sacerdotes, de Gabaa vsq. Ber-sabee: & destruxit aras portarum in introitu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat ad si-
9 nistrā portæ ciuitatis. Veruntamen non ascendebāt sacerdotes excelsorū ad altare Dñi in Ierusalē: sed tantùm comedebāt
10 azyma in medio fratrū suorū. Cōtaminauit quoq. Thopheth, quod est in Conualle-filij Ennō: vt nemo cōsecraret filiū
11 suū aut filiā per ignē, Moloch. Abstulit quoq. equos quos dederant reges Iudæ, Soli, in introitu tēpli Dñi, iuxta exedram Nathā-mélech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autē Solis combussit igni.
12 Altaria quoq. quæ erāt super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis tēpli Dñi, destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in
13 Torrētē-cedrō. Excelsa quoq. quæ erāt in Ierusalē ad dexterā partē Mōtis-offēsionis, ‖ quæ ædificauerat Salomō rex Israël Astaroth idólo Sidoniorū, & Chamos offensioni Moab, & Melchō abominationi filiorū Ammō, polluit rex. Et cōtriuit statuas, & succīdit lucos: repleuitque
15 loca eorū ossibus mortuorū. ‖ Insuper & altare quod erat in Beth-el, — & excelsum quod fecerat Ieroboā filius Nabat,

2 Par. 34, 30

Eccl. 49, 3.

- 1 MS.H. C.G.

3 Reg. 11, 7

3 Reg. 12, 28

- 1 MS.H. C.G.

qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui peccare fecit Israël: & altare illud excelsum destruxit, atq. cõbusit, & cõminuit in puluerẽ, succenditq. etiã lucum.
Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra 16
quæ erãt in mõte: misitq., & tulit ossa de sepulchris, & cõbusit ea super altare, & polluit illud iuxta verbũ Dñi quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc.
Et ait, Quis est titulus ille quẽ video? 17
3 Reg. 23,2. Respõderuntq. ei ciues vrbis illius, ‖ Sepulchrũ est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Beth-el. Et ait, Dimittite eũ, 18
nemo cõmoueat ossa eius. Et intacta mãserũt ossa illius, cũ ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. Insuper & omnia 19
phana excelsorũ, quæ erãt in ciuitatibus Samariæ, quę fecerãt reges Israël ad irritandũ Dñm, abstulit Iosias: & fecit eis secundũ omnia opera quæ fecerat in Beth-el. Et occidit vniuersos sacerdotes ex- 20
celsorũ qui erãt ibi sup altaria: & cõbussit ossa humana sup ea: reuersusq. est Ierusalẽ. ‖ Et pręcepit omni populo, dicẽs, 21
2 Par. 35,3. Facite Phase Dño Deo vestro, secundum
3 Esd. 1,1. quod scriptũ est in libro fœderis huius.
Nec enim factũ est Phase tale à diebus 22
iudicũ, qui iudicauerunt Israël, & omniũ dierũ regũ Israël, & regũ Iuda, sicut in 23
octauo decimo anno regis Iosiæ factũ est Phase istud Dño, in Ierusalẽ. Sed & py- 24
thones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerãt in terra Iuda & Ierusalẽ, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro quẽ inuenit Helcias sacerdos in tẽplo Dñi. Similis illi nõ fuit an- 25
te eũ rex, qui reuerteretur ad Dñm in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnẽ legem Moysi: neq. post eũ surrexit similis illi.
Veruntamẽ nõ est auersus Dñs ab ira 26
furoris sui magni, quo iratus est furor eius cõtra Iudam: propter irritationes quibus
Inf. 24,2. prouocauerat eũ Manasses. Dixit itaq. 27
Dñs, Etiã Iudã auferã à facie mea, sicut abstuli Israël: & proiiciã ciuitatem hanc quã elegi Ierusalem, & domũ de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliqua autẽ 28
sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierum regũ Iuda? ‖ In diebus eius a- 29
2 Par. 35,20 scẽdit Pharao ‖Nechao‖ rex Aegypti cõtra
3 Esd. 1,23. regẽ Assyriorum ad flumen Euphratẽ: &
‖Necho (& in sequẽtibus) abiit Iosias rex in occursum eius: & occisus est in Mageddo, cùm vidisset eum.
1 MS.H. Et portauerunt eum serui sui mortuũ 30
Verũ, Textui consentiunt G. de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eũ in sepulchro suo. ‖ Tulitq. populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: 31
‖Claudus C. & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium an-
2 Par. 39,1. norum erat Ioachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalẽ: nomẽ matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram 32
Dño, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in 33
‖Reblatha‖, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalẽ: & imposuit mulctã terræ centum talentis argenti, & talento
34 auri. Regemq. cõstituit Pharao Nechao Eliacim filiũ Iosiæ, pro Iosia patre eius: vertitq. nomen eius Ioacim. porrò Ioa-
35 chaz tulit, & duxit in Aegyptũ. Argentum autẽ, & aurũ dedit Ioacim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, vt cõferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquẽq. iuxta vires suas exegit, tam argẽtum quàm aurũ de populo terræ: vt
36 daret Pharaoni Nechao. Viginti quinq. annorum erat Ioacim cũ regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalẽ: nomẽ matris eius ‖Zebida‖ filia Pha-
37 daia de Ruma. Et fecit malũ corã Dño iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

‖Reblatha MS.H. ‖Reblaa

‖Zebi MS.H. ‖Zabu G.

CAP. XXIIII.

1 IN diebus eius ascẽdit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioacim seruus tribus annis: & rursum rebel-
2 lauit contra eum. Immisitq. ei Dñs latrũculos Chaldæorũ, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorũ Ammõ: & immisit eos in Iudam, vt disperderẽt eũ, iuxta verbũ Dñi quod locutus fuerat per seruos suos prophetas.
3 Factum est autẽ hoc per verbum Dñi Sup. 23,27
cõtra Iudã, vt auferret eum corã se propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit:
4 & propter sanguinẽ innoxium quẽ effudit, & impleuit Ierusalẽ cruore innocẽtium: & ob hanc rẽ noluit Dñs propi-
5 tiari. Reliqua autẽ sermonum Ioacim, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierũ regũ Iuda? Et dormiuit Ioacim cũ patribus suis:
6 & regnauit Ioachin filius eius pro eo.
7 Et vltrà nõ addidit rex Aegypti, vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Aegypti, vsq. ad fluuiũ Euphratẽ, omnia quæ fuerãt regis Aegy-
8 pti. Decẽ & octo annorũ erat Ioachin cùm regnare cœpisset, & tribus mẽsibus regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius ‖Nohesta‖ filia Elnathan de Ierusalem.
9 Et fecit malum coram Dño, iuxta om-
10 nia quæ fecerat pater eius. ‖ In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & cir-
11 cũdata est vrbs munitionibus. Venitq. Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatẽ ‖cum seruis suis vt oppugnarẽt eã.
12 Egressusq. est Ioachin rex Iuda ad regẽ Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & susceptit eum rex Babylonis anno octauo
13 regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus Dñi, & thesauros domus regiæ: & cõcidit vniuersa vasa aurea quæ fecerat Salomon rex Israël in tẽplo Dñi
14 iuxta verbum Dñi. Et transtulit omnem Ierusalem, & vniuersos principes,

‖Nebusa MS.H.C. Dan.1,1

‖Nebu eius oppugnarent MS.H.C. G.

omnes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem: & omnem artificem & inclusorem: nihilq. relictum est, exceptis
2 Pa. 36, 10. Esther 2, 6. & 11, 4. pauperibus populi terræ. ¶ Transtulit 15 quoq. Ioachin in Babylonem; & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatẽ de Ierusalem in Babylonem. Et omnes viros 16 robustos, septem millia, & artifices, & inclusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitq. eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. ¶ Et constituit 17
Ier. 37, 1. & 52, 1. Matthaniam patruum eius pro eo: imposuitq. nomen ei Sedeciam. Vicesimum 18 & primum annum ætatis habebat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Dño, iuxta 19 omnia quæ fecerat Ioacim. Irascebatur 20 enim Dns cõtra Ierusalem, & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua: recessitque Sedecias à rege Babylonis.

CAP. XXV.

Ier. 39, 4. & 52, 4. FActum est autem anno nono regni 1 eius, mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et 2 clausa est ciuitas atq. vallata, vsq. ad vndecimum annum regis Sedeciæ, nona 3 die mẽsis, prævaluitq. fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viã portæ, quæ est inter duplicẽ murum ad hortũ regis (porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatẽ) fugit itaq. Sedecias per viã quæ ducit ad campestria solitudinis. Et persecutus est 5 exercitus Chaldæorũ, regẽ, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erãt cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regẽ Babylonis in Reblátha: qui locutus est cũ eo iudiciũ.

Filios autẽ Sedeciæ occidit corã eo, & 7 oculos eius effodit; vinxitq. eum catenis, & adduxit in Babylonem. Mẽse quinto, 8 septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis, in Ierusalem. ¶ Et succendit 9 domum Dñi, & domum regis: & *domos Ierusalem, omnemq. domum *combusit igni. Et muros Ierusalẽ in circuitu de- 10 struxit omnis exercitus Chaldæorũ, qui erat cum principe militum. Reliquam 11 autẽ populi partẽ, quæ remãserat in ciuitate, & perfugas qui trãsfugerant ad regẽ Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ. ¶ Et de 12 pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. Columnas aũt æreas, quæ erãt 13 in tẽplo Dñi, & bases, & mare æreũ quod erat in domo Dñi, cõfregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem.
14 Ollas quoq. æreas & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tule-
15 runt. Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argen-
16 tea; tulit princeps militiæ, id est, columnas duas, mare vnũ, & bases quas fecerat Salomon in templo Dñi: nõ erat pondus
17 æris omniũ vasorum. ¶ Decem & octo cubitos altitudinis habebat colũna vna: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorũ: & retiaculũ, & malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea: similẽ & columna secunda habebat
18 ornatum. Tulit quoq. princeps militiæ Saraiã sacerdotem primũ, & Sophoniam
19 sacerdotẽ secundũ, & trẽs ianitores. Et de ciuitate eunuchum vnũ qui erat præfectus super bellatores viros: & quinque viros de his qui steterant corã rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercit⁹, qui probabat tyrones de populo terræ: & ℔sex⁹ viros è vulgo, qui inuenti
20 fuerant in ciuitate. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem
21 Babylonis in Reblátha. Percussitq. eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha in Terra-Emath: & trãsflatus est Iuda
22 de terra sua. ¶ Populo autem qui relictus erat in Terra-Iuda, quẽ dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Go-
23 doliã filium Ahicã filij Saphan. Quod cùm audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd cõstituisset rex Babylonis Godoliam: venerũt ad Godoliã in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Carée, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachati, ipsi
24 & socij eorum. Iurauitq. Godolias ipsis & sociis eorũ, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra, & seruite
25 regi Babylonis, & bene erit vobis. Factũ est autẽ in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama de semine regio, & decẽ viri cum eo: percusseruntq. Godoliã, qui & mortu⁹ est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erãt cum eo in Maspha.
26 Consurgensq. omnis populus à paruo vsq. ad magnũ, & principes militum venerũt in Aegyptum timentes Chaldæos.
27 Factũ est verò in anno tricesimo septimo trãsmigrationis Ioachin regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima septima die mẽsis: subleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput
28 Ioachin regis Iuda de carcere. Et locut⁹ est ei benignè: & posuit thronũ eius super thronum regũ qui erant cũ eo in Ba-
29 bylone. Et mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in cõspectu eius cũctis dieb. vitæ
30 suæ. Annonã quoq. cõstituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

Psal. 37. * omnes 2 MS. H. C. G. * magnam 1 MS. H. C. G. Ier. 27, 18.

Reg. 7, 13 Ier. 52, 20. 2 Pa. 3, 15.

℔sexaginta 1 MS R. H. C. G.

Ier. 40, 5, 9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LIBER PARALIPOMENON PRIMVS: HEBRAICE DIBRE HAIAMIM.

CAPVT I.

Gen.2,15. 4,23. & 5, 10.

1 ADam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, 2 Henoch, Mathusále, 3 Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai & Iauan, Thubal, Móſoch, Thiras. 4 Pórrò filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Thogorma. 7 Filij autẽ Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. 8 Filij Cham: Chus & Meſráim & Phut & Chanáan. 9 Filij autem Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Regma & Sabathacha. Porrò filij Regma: Saba & Dadan. Gen. 10,8. 10 Chus aũt genuit Nemrod: iſte cœpit eſſe potens in terra. 11 Meſráim verò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim, 12 Phetruſim quoque & Caſluim: de quibus egreſsi ſunt Philiſthiim & Caphtorim. 13 Chanáã verò genuit Sidonem primogenitũ ſuũ: Hethæũ quoq. 14 & Iebuſæum & Amorrhæum & Gergeſæum, 15 Heuæumq. & Aracæum, & Sineum, 16 Aradium quoq. & Samaræum & Hamathæum. Gen. 10,22 11,10. 17 ‖ Filij Sem: Aelam & Aſſur & Arphaxad & Lud & Aram: Hus & Hul & Gether & Moſoch. 18 Arphaxad autẽ genuit Sale, qui & ipſe genuit Heber. 19 Porrò Heber nati ſunt duo filij, nomẽ vni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra: & nomẽ fratris eius Iectan.

20 Iectan autẽ genuit Elmodad & Saleph & Aſarmoth & Iare, 21 Adoram quoq. & Vzal & Decla, 22 Hebal etiã & Abimáel & Saba, necnon & Ophir & Heuila, & 23 Iobab. omnes iſti filij Iectan: 24 Sem, Arphaxad, Sale, 25 Heber, Phalec, Ragau, Serug, Nachor, Thare, 26 Abram, iſte eſt Abraham. Gen. 11,26 27 ‖ Filij autẽ Abrahã, Iſaac & Iſmahel. Gen. 25,12 28 Et hę generationes eorũ. ‖ Primogenit⁹ Iſmahelis, 29 Nabaioth & Cedar & Adbeel & Mabſan, 30 & Maſma & Duma, Maſſa, Hadad, & Thema, 31 ᵂIachur', Naphis, Cedma. hi ſunt filij Iſmahelis.

ᵂIetur t MS.H.G.

32 Filij autẽ Ceturæ cõcubinæ Abraham, quos genuit Zamran, Iecſan, Madã, Madian, Iesboc, & Sue. Porrò filij Iecſan: Saba & Dadan. 33 ⁻ Filij autẽ Dadan: Aſſurim & Latuſsim & Laomim'. ‖ Filij aũt Madian: Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi, filij Ceturæ.

⁻12 MS. R.H.C. Q n. Gen.25,3.

Gen. 25,18 34 ‖ Genuit autẽ Abrahã Iſaac: cuius fuerunt filij Eſau & Iſraël. Gen. 36,11 35 ‖ Filij Eſau: Eliphaz, Rahuel, Ieſus, Ihelom & Core. 36 Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gathan, Cenez, Thamna, Amalec. 37 Filij Rahuel: Nahath, Zara, Sáma, Meza. 38 Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Aua, Diſon, Eſer, Diſan. 39 Filij Lotã: Hori, Homam. Soror autẽ Lotã fuit Thamna. 40 Filij Sobal: Allan, & Manáhath, & Ebal, Sephi & Onan. Filij Sebeon: Aia & Ana. 41 Filij Ana: Diſon. Filij Diſon: Hamram, & 42 Eſebã & Iethran & Charan. Filij Eſer: Balaan & Zauan & Iacan. Filij Diſan: 43 Hus & Aran. Iſti ſunt reges qui imperauerunt in Terra-Edom, antequam eſſet rex ſuper filios Iſraël: Bale filius Beor: 44 & nomẽ ciuitatis eius, Denaba. Mortu⁹ eſt autem Bale, & regnauit pro eo Iobab 45 filius Zare de Boſra. Cumque & Iobab fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Huſam 46 de Terra-Themanorum. Obiit quoque & Huſam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſsit Madian in Terra-Moab: & nomen ciuitatis eius Auith.

47 Cumq. & Adad fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Semla de Maſreca. 48 Sed & Semla mortu⁹ eſt, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem ſita eſt. 49 Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo 50 Balanan filius Achobor. Sed & hic mortuus eſt, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit Phau, & appellata eſt vxor ei⁹ Meetabel filia Matred filiæ Mezaab. 51 Adad autẽ mortuo, duces pro regibus in Edom eſſe cœperũt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, 52 dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, 53 dux Cenez, dux Themã, 54 dux Mabſar, dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

CAP. II.

1 FIlij autẽ Iſraël: ‖ Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſſachar, & Zabũlon, 2 Dan, Ioſeph, Ben-iamin, Nephthali, Gad & Aſer. 3 ‖ Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. hi tres nati ſunt ei de filia Suæ Chananitidis. Fuit aũt Her primogenitus Iuda, malus coram Dño, & occidit eum. 4 Thamar aũt nurus eius peperit ei Phares & Zara. 5 omnes ergo filij Iuda, quinque. Filij aũt 6 Phares: Heſron & Hamul. Filij quoque Zaræ: Zamri & Ethan & Eman, Chalchal quoque, & ᵂDarda', ſimul quinque.

Gen. Gen. & 38. Iaſ.4 Mar. ᵂDar MS.H. ᵂDar G. Iaſer Ram

7 Filij Charmi: Achar, ‖ qui turbauit Iſraël, & peccauit in furto anathematis. 8 Filij Ethan: Azarias. 9 Filij autẽ Heſron qui nati ſunt ei: Ierameel & Ram & 10 Calubi. ‖ Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Nahaſſon principem filiorum Iuda. 11 Nahaſſon quoq. genuit Salma, de quo ortus eſt Booz. 12 Booz verò genuit Obed, qui & ipſe genuit Iſai. 13 ‖ Iſai aũt genuit primogenitum Eliab, ſecũdum ᵂAminadab', tertium Simmaa, 14 quartum Nathanael, quintum Raddai, 15 ſextum Aſom, ſeptimum Dauid. 16 quorum ſorores fuerunt, Saruia & Abigáil. Filij Saruiæ: Abiſai, Ioab & Aſael, tres. 17 Abigáil autem genuit Amaſa, cuius pater fuit Iether Iſmahelites. 18 Caleb verò filius Heſron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fuerunq. filij eius Iaſer & Sobab & Ardon. 19 Cũq. mortua fuiſſet Azuba, accepit vxoré Caleb, Ephratha: quæ peperit ei Hur. 20 Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit 21 Beſeleel. Poſtmæc ingreſſus eſt Heſró ad

Iaſ.4 Mar. ᵂDar MS.H. ᵂDar G.

filiam

filiâ Machir patris Galaad, & accepit eam cùm esset annorum sexaginta: quę peperit ei Segub. sed & Segub genuit Iair, 22
& possedit viginti tres ciuitates in Terra-Galaad. Cepitq. Gessur & Aram oppida 23
Iair, & Canath & viculos eius sexaginta ciuitatum. omnes isti, filij Machir patris
Galaad. Cùm autē mortuus esset Hes- 24
ron, ingressus est Caleb ad Ephráta. Habuit quoq. Hesron vxorē Abia, quæ peperit ei Ashur patrē Thecuæ. Nati sunt 25
autem filij Ierameel primogeniti Hesrō, Ram primogenitus eius, & Buna & Arā, & Asom & Achia. Duxit quoq. vxorem 26
alterā Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam. Sed & filij Ram primo- 27
geniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin & Acar. Onam autem habuit filios Semei 28
& Iada. Filij autē Semei: Nadab & Abisur. Nomen verò vxoris Abisur, Abi- 29
háil quæ peperit ei Ahobban, & Molid.
Filij autē Nadab fuerunt Saled, & Ap- 30
pháim. Mortuus est autem Saled absque liberis. Filius verò Appháim, Iesi: qui 31
Iesi genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai. Filij autem Iada fratris Semei: 32
Iether & Ionathā. Sed & Iether mortuus
est absq. liberis. Porrò Ionathan genuit 33
Phaleth & Ziza. Isti fuerūt filij Ierameel.
Sesan autem nō habuit filios, sed filias: 34
& seruum Aegyptium, nomine Ieraa.
Deditq. ei filiam suam vxorē: quæ pe- 35
perit ei Ethei. Ethei autem genuit Na- 36
than, & Nathan genuit Zabad. Zabad 37
quoq. genuit Ophlal, & Ophlal genuit 38
Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit 39
Azariam, Azarias genuit Helles, & Hellesgenuit Elasa, Elasa genuit Sisamoi, 40
Sisamoi genuit Sellum, Sellum genuit 41
Icamiam, Icamia autem genuit Elisama.
Filij autē Caleb fratris Ierameel: Mesa 42
primogenitus eius, ipse est pater Ziph: &
filij Maresa patris Hebron. Porro filij 43
Hebron, Core & Taphua, & Recem &
Samma. Samma autem genuit Raham 44
patrem Iercaam, & Recem genuit Sammái. Filius *Sammái, Maon: & Maon 45
pater Beth-sur. Epha autē concubina 46
Caleb peperit Haran & Mosa & Gezez.
Porrò Haran genuit Gezez. Filij autem 47
Iahaddái: Regom & Ioathan & Gesan &
Phalet & Epha & Saaph. Concubina 48
Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madme- 49
nā, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achsa. Hi e- 50
rant filij Caleb, filij Hur primogeniti
Ephrátha, Sobal pater Cariath-iarim.
Salma pater Beth-lēhem, Hariph pater 51
Beth-gader. Fuerunt autem filij Sobal 52
patris Cariath-iarim, Qui-videbat-dimidium-requietionū. Et de cognatione 53
Cariath-iarim, Ietharei & Aphuthei &
Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt
Saraitę & Esthaolitæ. Filij Salma: Beth- 54
lēhem, & Netophathi, Coronæ domus-
Ioab, & Dimidium-requietionis-sarai.
55 Cognationes quoq. scribarū habitantiū in Iabes, Canētes atq. Resonantes, & In tabernaculis-cōmorātes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

CAP. III.

1 DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: se- 2 Reg. 3, 2.
2 cundum Daniel de Abigáil Carmelitide,
2 tertium Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartum Adoniā
3 filium Aggith, quintum Saphatiam ex Abital, sextū Iethraham de Egla vxore
4 sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebrō, vbi regnauit septem annis & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit
5 in Ierusalem. ‖ Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij Simmaa & Sobab, & Nathā, & Salomon, quatuor de "Bethsabee' filia "Bethsua 1
6 Ammiel, Iebaar quoq. & Elisama & MS.
7 Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, "Bath sua
8 necnō Elisama & Eliada & Eliphéler, Hier. H.
9 nouem: omnes hi, filij Dauid, absq. filius "Bersabee
cōcubinarū: habuerūtq. sororē Thamar. MS. R. G.
10 Filius autē Salomonis, Roboam: cuius Abia filius, genuit Asa. De hoc quoq. na-
11 tus est Iosaphath pater Ioram: qui Iorā genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas:
12 & huius Amasias filius, genuit Azariā.
13 Porrò Azariæ filius Ioatham, procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est
14 Manasses. Sed & Manasses genuit Amō
15 patrem Iosiæ. Filii autem Iosiæ fuerūt, primogenitus Iohanā, secundus Ioacim,
16 tertius Sedecias, quartus Sellum. ‖ De Ioacim natus est Iechonias & Sedecias. Mat. 1, 11.
17 Filij Iechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel,
18 Melchiram, Phadaia, Senneser & Iecemia, "Sama' & Nadabia. De Phadaia "Hosama
19 orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel H.G.
genuit Mosollam, Hananiā, & Salomith
20 sororem eorum: Hasabā quoq. & Ohol, & Barachiam, & Hasadiam, Iosabbésed,
21 quinque. Filius autē Hananiæ Phaltias pater Iesaiæ, cuius filius Raphaia. huius quoq. filius, Arnan, de quo natus est Ob-
22 dia, cuius filius fuit Sechenias. Filius Secheniæ, Semeia: cuius filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, — & —7 MS.
23 Sesa', "sex numero'. Filius Naariæ, Hier. H.G
Elioenái & Ezechias & Ezricam, tres. "ששה
24 Filius Elioenái, Oduia & Eliasub & Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, septem.

CAP. IIII.

1 FIlij Iuda: ‖ Phares, Hesron & Charmi
2 & Hur & Sobal. Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahu- Sup. 2, 4. Gen. 28, 29 & 46, 12.
3 mai & Laad. hæ cognatiōes Sarathi. Ista quoq. stirps Etam: Iezrahel & Iesema & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum,
4 Asalelphuni. Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa, isti sunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Beth-le-
5 hem. Assur verò patri Thecuæ erāt duæ
6 vxores, Halaa & Naara. Peperit autem

ei Naara,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ei Naara, Oozā & Hepher & Themani & Ahaſtari, iſti ſunt filij Naara. Porrò filij Halaa: Séreth, & Sahar & Ethnan. 7
Cos autem genuit Anob & Soboba, & cognationem Aharehel filij Arum. Fuit autē Iabes inclytus præ fratribus ſuis, & mater eius vocauit nomē illius Iabes, dicens, Quia peperi eū in dolore. Inuocauit verò Iabes Deum Iſraël, dicēs: Si benedicēs benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non opprimi. Et præſtitit Deus quæ precatus eſt. 8 9 10
Caleb aūt frater Sua genuit Makir, qui fuit pater Eſthon. Porrò Eſthon genuit Beth-rapha & Pheſſe & Tehinna patrem vrbis Naas. hi ſunt viri Recha. Filij autē Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filij Othoniel, Hathath & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Ioab patrē Vallis-artificum: ibi quippe artifices erant. Filij verò Caleb filij Iephone: Hir & Ela & Naham. Filij quoq. Ela: Cenez. Filij quoq. Iaheleel: Ziph & Zipha, Thiria & Aſraël. Et filij Ezra: Ierher & Mered & Epher & Ialon, genuitq. Mariā & Sammai & Iesba patrem Eſthamo. Vxor quoque eius Iudaia, peperit Iared patrē Gedor, & Heber patrē Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autē filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quā accepit Mered. Et filij vxoris Odaiæ ſororis Naham patris Ceila, Garmi, & Eſthamo qui fuit de Machathi. Filij quoq. Simō: 'Ammon' & Rinna filius Hanan, & Thilon. Et filij Ieſi: Zoheth & Benzoheth. 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
‖ Filij Sela, filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa, & cognationes domus operantium byſſum in Domo-iuramenti. Et Qui ſtare fecit Solem, viriq. Mēdacij, & Secur' & Incendēs, qui principes fuerunt in Moab, & 'Qui reuerſi' ſunt in 'Lahem'. hæc autē verba vetera. 21 22
Hi ſunt figuli habitātes in Plantationibus & in Sepibus, apud regē in operibus eius, cōmoratiq ſunt ibi. Filij Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. 23 24
Sellum filius eius, Mapſam filius eius, Maſma filius eius. Filij Maſma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. Filij Semei ſedecim, & filiæ ſex: fratres autē eius nō habuerūt filios multos, & vniuerſa cognatio nō potuit adæquare ſummam filiorum Iuda. Habitauerunt autem in Ber-ſabee & Molada & Haſar-ſuhal, & in Bala, & in Aſom, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & in Beth-marchaboth, & in Haſar-ſuſim, & in Beth-berai, & in Saarim. hæ ciuitates eorum vſq. ad regē Dauid. Villæ quoq eorum: Etā & Aen, Remmon, & Thochen & Aſan, ciuitates quinque. Et vniuerſi viculi eorum per circuitum ciuitatū iſtarum vſq. ad Baal. hæc eſt habitatio eorū, & ſedium diſtributio. Moſobab quoque & Iemlech, & 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 Ioſa filius Amaſiæ, & Ioël, & Iehu filius Ioſabiæ filij Saraiæ filij Aſiel, & 36 Elioenái & Iacoba & Iſuhaia & Aſaia & Adiel & Iſmiel & Banaia, Ziza quoque 37 filius Sephei filij Allon filij Idaia filij Semri filij Samaia. Iſti ſunt nominati 38 principes in cognationibus ſuis, & in domo affinitatum ſuarum multiplicati ſunt vehementer. Et profecti ſunt vt ingrederētur in Gador vſq. ad Orientē vallis, 39 & vt quærerent paſcua gregib. ſuis. Inueneruntq. paſcuas huberes & valde bonas, & terram latiſſimā & quietā & fertilem, in qua antè habitauerant de ſtirpe Cham. Hi ergo venerūt quos ſuprà deſcripſim⁹ nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percuſſerunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerāt ibi, & deleuerūt eos vſq. in præſentē diē: habitaueruntq. pro eis, quoniā huberri- 40 41 mas paſcuas ibidem repererunt. De filiis quoq. Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiā & Naariam & Raphaiā & Oziel 42 filios Ieſi: & percuſſerunt reliquias, quæ euadere potuerant, Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vſq. ad diem hanc. 43

CAP. V.

Filii quoq. Ruben primogeniti Iſraël (‖ ipſe quippe fuit primogenit⁹ eius: ſed cùm violaſſet thorum patris ſui, data ſunt primogenita eius filiis Ioſeph filij Iſraël, & non eſt ille reputatus in primogenitum. Porrò Iudas qui erat fortiſſimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius principes germinati ſunt: primogenita autem reputata ſunt Ioſeph) ‖ filij ergo Rubē primogeniti Iſraël: Enoch & Phallu, Eſron & Charmi. Filij Ioël: Samia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quē captiuum duxit Thelgath-phalnáſar rex Aſſyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. Fratres autem eius, & vniuerſa cognatio eius quando numerabantur per familias ſuas, habuerunt principes Iehiel, & Zachariam. Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Ioël, ipſe habitauit in Aroer vſque ad Nebo & Beelmeon. Contra orientalem quoq. plagam habitauit vſq. ad introitum eremi & flumen Euphrāten. Multum quippe iumentorū numerū poſſidebāt in Terra-Galaad. In diebus autem Saul prœliati ſunt contra Agarenos, & interfecerūt illos, habitaueruntq. pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga quæ reſpicit ad Orientem Galaad. Filij verò Gad e regione eorum habitauerunt in Terra-Baſan vſq. Selcha: Ioel in capite, & Saphan ſecundus: Ianai autem & Saphat in Baſan. Fratres verò eorum ſecundum domos cognationum ſuarum, Michaël & Moſollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, ſeptem. Hi filij Abihāil, 'filij' Huri, filij Iara, filij

Gen. 46,9. Exo. 6. Num. 26.

'Amnon 4 MS. R. Hier. H. G. Gen. 38,3.

'Quæ reuerſæ MS. R. Hier. Q. n.

'Lehem MS. R. G. Gen. 46,10

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

filij Galaad, filii Michaël, filij Ieſeſi, filij
Ieddo, filij Buz. Fratres quoq. filij Ab- 15
diel, filij Guni, princeps domus in fa-
miliis ſuis. Et habitauerũt in Galaad & 16
in Baſan & in viculis eius, & in cunctis
ſuburbanis Saro, vſq. ad terminos. Om- 17
nes hi, numerati ſunt in diebus Ioatham
regis Iuda, & in dieb. Ieroboã regis Iſraël.
Filij Rubẽ & Gad & dimidiæ trib⁹ Ma- 18
naſſe, viri bellatores, ſcuta portantes, &
gladios, & tendentes arcũ, eruditiq́ ad
prœlia, quadraginta quatuor millia, & ſe-
ptingẽti ſexaginta procedẽtes ad pugnã.
Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi 19
verò, & Naphis, & Nodab præbuerunt 20
eis auxiliũ. Traditiq. ſunt in manus eo-
rum Agareni, & vniuerſi qui fuerãt cum
eis, quia Deũ inuocauerunt cùm prœlia-
rẽtur: & exaudiuit eos, eo quòd credidiſ-
ſent in eũ. Ceperũtq. omnia quæ poſſe- 21
derant, camelorum quinquaginta millia,
& ouium ducenta quinquaginta millia,
& aſinos duo millia, & animas hominũ
centũ millia. Vulnerati autẽ multi cor- 22
ruerũt. fuit enim bellum Dñi. Habitaue-
runtq́ pro eis vſque ad tranſmigratio-
nem. Filij quoque dimidiæ tribus Ma- 23
naſſe poſſederunt terram à finibus Baſan
vſque Baal, Hermon, & Sanir, & montẽ
Hermon. ingens quippe numerus erat.
Et hi fuerunt principes domus cogna- 24
tionis eorum, Epher, & Ieſi, & Eliel, &
Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel vi-
ri fortiſsimi & potẽtes, & nominati du-
ces in familiis ſuis. Reliquerunt autem 25
Deum patrum ſuorum, & fornicati ſunt
poſt deos populorum terræ, quos abſtu-
lit Deus coram eis. & ſuſcitauit Deus 26
Iſraël ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, &
ſpiritũ Thelgath-phalnáſar regis Aſſur:
& tranſtulit Ruben & Gad & dimidiam
tribum Manaſſe, & adduxit eos in La-
hela, & in Habor, & Ara, & fluuium Go-
zan, vſque ad diem hanc. CAP. VI.

Gen. 46, 11. Inſ. 23, 6. Exo. 6, 17. Inſ. 21, 10.

Filij Leui: ‖ Gerſon, Caath, & Merari. 1
Filij Caath: Amrã, Iſaar, Hebron, & 2
Oziel. Filij Amrã: Aarõ, Moyſes & Ma- 3
ria. Filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar
& Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & 4
Phinees genuit Abiſue, Abiſue verò ge- 5
nuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi ge- 6
nuit Zaraiã, & Zaraias genuit Meraioth.
Porrò Meraioth genuit Amariã, & Ama- 7
rias genuit Achitob, Achitob genuit Sa- 8
doc, & Sadoc genuit Achimaas, Achi- 9
maas genuit Azariã, Azarias genuit Io-
hanan, Iohanan genuit Azariã: ipſe eſt 10
qui ſacerdotio functus eſt in domo, quã
ædificauit Salomõ in Ieruſalẽ. Genuit 11
autẽ Azarias Amariã, & Amarias genuit
Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc 12
genuit Sellum, Sellum genuit Helciam, 13
& Helcias genuit Azariam, Azarias ge- 14
nuit Saraiam, & Saraias genuit Ioſedec.
Porrò Ioſedec egreſſus eſt, quãdo trãſtu- 15
lit Dñs Iudã & Ieruſalẽ per manus Na-
16 buchodonoſor. Filij ergo Leui: ‖ Ger- Exo. 1, 17.
17 ſon, Caath, & Merari. Et hæc nomina
18 filiorum Gerſon: Lobni, & Semei. Filij
Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron, &
19 Oziel. Filij Merari: Moholi & Muſi. Hę
autẽ cognationes Leui ſecundũ familias
20 eorum. Gerſon, Lobni filius eius, Iahath
21 filiꝰ eius, Zãma filius eiꝰ, Ioah filiꝰ eius,
Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrái
22 filius eius. Filij Caath, Aminadab filius
23 eius, Core filius eiꝰ, Aſir filius eius, El-
cana filius eius, Abiaſaph filius eius, Aſir
24 filius eius, Thahath filius eius, Vriel fi-
lius eius, Ozias filius eius, Saul filius e-
25 ius. Filij Elcana: Amaſai, & Achimoth,
26 & Elcana. Filij Elcana: Sophái filius e-
27 ius, Nahath filius eius, Eliab filius eius,
28 Ieroham filius eius, Elcana filiꝰ eius. Filij
Samuel: primogenitus Vaſſeni, & Abia.
26 Filij autẽ Merari, Moholi: Lobni filius
eius, Semei filius eius, Oza filius eius,
30 Sãmaa filius eius, Haggia filiꝰ eiꝰ, Aſaia
31 filius eius. Iſti ſunt quos cõſtituit Dauid
ſuper cantores domus Dñi, ex quo coſlo-
32 cata eſt arca: & miniſtrabãt corã taber-
naculo teſtimonij, canentes donec ædifi-
caret Salomõ domũ Dñi in Ieruſalẽ: ſta-
bant autẽ iuxta ordinẽ ſuũ in miniſterio.
33 Hi verò ſunt qui aſsiſtebãt cũ filiis ſuis,
de filiis Caath, Hemã cantor filius Ioël,
34 ‖ filij Samuel, filij Elcana, filij Ieroham, ‖ 1 Sam
35 filij Eliel, filij Thohu, filij Suph, filij El-
36 cana, filii Mahath, filij Amaſai, filij El-
cana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sopho-
37 niæ, filij Thahath, filij Aſir, filij Abia-
38 ſaph, filij Core, filij Iſaar, filij Caath, fi-
39 lij Leui, filij Iſraël. Et frater eius Aſaph,
qui ſtabat à dextris eius, Aſaph filius Ba-
40 rachiæ, filij Samaa, filij Michaël, filij Ba
41 ſaiæ, filij Melchiæ, filij Athanai, filij Za-
42 ra, filij Adaia, filij Ethã, filij Zãma, filij
43 Semei, filij Ieth, filij Gerſon, filij Leui.
44 Filij aũt Merari fratres eorũ, ad ſiniſtrã,
Ethã filius Cuſi, filij Abdi, filij Maloch,
45 filij Haſabiæ, filij Amaſiæ, filij Helciæ,
46 filij Amaſai, filij Boni, filij Somer, filij
47 Moholi, filij Muſi, filij Merari, filij Leui.
48 Fratres quoq. eorũ Leuitæ, qui ordinati
ſunt in cũctũ miniſteriũ tabernaculi do-
49 mus Dñi. Aarõ verò & filij eius adole-
bant incenſum ſuper altare holocauſti, &
ſuper altare thymiamatis, in omne opus
Sancti ſanctorum: & vt precarentur pro
Iſraël iuxta omnia quę præceperat Moy-
50 ſes ſeruus Dei. Hi ſunt autẽ filij Aarõ:
Eleazar filius eius, Phinees filius eius,
51 Abiſue filius eius, Bocci filius eius, Ozi
52 filius eius, Zarahia filius eius, Meraioth
filius eius, Amarias filius eius, Achitob
53 filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas
54 filius eius. Et hæc habitacula eorũ per
vicos atq. confinia, filiorũ ſcilicet Aaron,
iuxta cognationes Caathitarũ: ipſis enim
55 ſorte contigerãt. Dederũt igitur eis He- Ioſ. 21, 10.
bron in terra Iuda, & ſuburbana eius per
56 circuitũ: agros autẽ ciuitatis, & villas,

principes MS.R. Singulari numero vtitur, cum H.G. verùm quem pro pluralibus poſitum, dicat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caleb filio Iephone. Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates ad cõfugiendum, Hebron & Lobna, & ſuburbana eius, Iether quoque & Eſthemo cũ ſuburbanis ſuis, ſed & Helõ & Dabir cum ſuburbanis ſuis; Aſan quoq. & Beth-ſémes & ſuburbana earũ. De tribu autẽ Beniamin, Gábee & ſuburbana eius, & Almath cum ſuburbanis ſuis, Anathoth quoq. cũ ſuburbanis ſuis. omnes ciuitates, tredecim, per cognationes ſuas. Filiis autem Caath reſiduis de cognatione ſua dederunt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionẽ vrbes decem. Porrò filiis Gerſon per cognationes ſuas de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthali, & de tribu Manaſſe in Baſan, vrbes tredecim'.

quatuordecim o.

Filiis autẽ Merari per cognationes ſuas de tribu Rubẽ, & de tribu Gad, & de tribu Zabulõ, dederunt ſorte ciuitates duodecim. Dederunt quoq. filij Iſraël Leuitis ciuitas, & ſuburbana earũ: deruntque per ſortẽ, ex tribu filiorũ Iuda, & ex tribu filiorũ Simeõ, & ex tribu filiorum Ben-iamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus ſuis, & his qui erant de cognatione filiorum Caath, fueruntq. ciuitates in terminis eorum de tribu Ephráim. ‖ Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichẽ cũ ſuburbanis ſuis in mõte Ephráim: & Gazer cum ſuburbanis ſuis, Iecmaam quoque cũ ſuburbanis ſuis, & Beth-horon ſimiliter, nec nõ & Helon cũ ſuburbanis ſuis, & Gethremmõ in eundẽ modum. Porrò ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſuburbana eius, Balaam & ſuburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filiis autem Gerſom de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulõ in Baſan, & ſuburbana eius, & Aſtaroth cũ ſuburbanis ſuis. De tribu Iſſachar, Cedes & ſuburbana eius, & Dabereth cum ſuburbanis ſuis, Ramoth quoq. & ſuburbana eius, & Anẽ cũ ſuburbanis ſuis. De tribu verò Aſer: Maſal cum ſuburbanis ſuis, & Abdõ ſimiliter, Aſach' quoq. & ſuburbana eius, & Rohob cũ ſuburbanis ſuis. Porro de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & ſuburbana eius, Hamõ cũ ſuburbanis ſuis, & Cariathãim, & ſuburbana eius. Filiis autẽ Merari reſiduis: de tribu Zabulõ, Rẽmono & ſuburbana eius, & Thabor cũ ſuburbanis ſuis. trans Iordanẽ quoq ex aduerſo Iericho cõtra Orientẽ Iordanis, de tribu Ruben, Boſor in ſolitudine cũ ſuburbanis ſuis, & Iaſſa cũ ſuburbanis ſuis, Cademoth quoq. & ſuburbana eius, & Mephãath cũ ſuburbanis ſuis. Nec nõ & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & ſuburbana eius, & Manaim cũ ſuburbanis ſuis, ſed & Heſebõ cũ ſuburbanis ſuis, & Iezer cũ ſuburbanis ſuis.

Hacoc 1 MS. Hucac Hier. Hucoc. H. G.

Iaſ. 21, 10.

CAP. VII.

PORRÒ filij Iſſachar: Thola & Phua, Iaſub & Simerõ, quatuor. Filij Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemai, & Iebſem, & Samuel, principes per domos cognationũ ſuarum. De ſtirpe Thola viri fortiſſimi numerati ſunt in diebus Dauid, vigintiduo millia ſexcenti. Filij Ozi: Izrahia, de quo nati ſunt Michael, & Obadia, & Ioël, & Ieſia, quinq. omnes principes. Cumque eis per familias, & populos ſuos, accincti ad prœlium, viri fortiſſimi, triginta ſex millia: multas enim habuerũt vxores, & filios. Fratres quoque eorũ per omnẽ cognationem Iſſachar, robuſtiſſimi ad pugnãdum, octoginta ſeptẽ millia numerati ſunt. Filij' Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. Filij Bela: Esbon & Ozi & Oziel, & Ierimoth & Vrai, quinq. principes familiarũ, & ad pugnandũ robuſtiſſimi: numerus autẽ eorum, vigintiduo millia & triginta quatuor. Porrò filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliézer, & Elioënai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath. omnes hi, filij Bechor. Numerati ſunt autẽ per familias ſuas principes cognationũ ſuarũ ad bella fortiſſimi, viginti millia & ducenti. Porrò filij Iadihel: Balan. Filij autẽ Balan: Iehus, & Ben-iamin, & Aod, & Chanaana, & Zethan, & Tharſis, Ahiſahar. omnes hi, filij Iadihel, principes cognationũ ſuarum, viri fortiſſimi, decẽ & ſeptẽ millia, & ducenti ad prœliũ procedẽtes. Sephã quoq. & Hapham filij Hir: & Haſim filij Aher. Filij aũt Nephthali: Iaſiel, & Guni, & Iéſer, & Sellum, filij Bala. Porrò filius' Manaſſe, Eſriel: concubinaq. eius Syra peperit Machir patrẽ Galaad. Machir autẽ accepit vxorẽ filiis ſuis Happhim & Saphã: & habuit ſororẽ nomine Maacha: nomẽ autẽ ſecũdi, Salphaad, natæque ſunt Salphaad filiæ. & peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares: porrò nomen fratris eius, Sares: & filij eius, Vlam, & Recem: Filius aũt Vlã, Badan. hi ſunt filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe. ‖ Soror autem eius Regina peperit Virum-decõrum, & Abiézer, & Mohola. Erãt autem filij Semida: Ahin & Sechem, & Leci, & Aniam. Filij autem Ephráim: Suthãla, Bared filius eius, Thãhath filius eius, Elada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Suthãla, & huius filius Ezer & Elad: occiderũt autẽ eos viri Geth, indigenæ, quia deſcenderãt vt inuaderent poſſeſſiones eorũ. Luxit igitur Ephráim pater eorũ multis diebus, & venerunt fratres eius vt conſolarentur eũ. Ingreſſuſq. eſt ad vxorẽ ſuã: quæ cõcepit, & peperit filiũ, & vocauit nomẽ eius Beria, eo quòd in malis domus eius ortus eſſet: filia autẽ eius fuit Sara, quæ ædificauit Beth-horon inferiorẽ & ſuperiorẽ, & Ozen-ſara. Porrò filius eius Raphа, & Reſeph, & Thale, de quo natus eſt Thaã, qui genuit Laadã: huius quoque

filius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

filius Ammiud, qui genuit Elisama, de 27
quo ortus est Nũ, qui habuit filiũ Iosue.
Possessio aũt eorũ & habitatio, Beth-el 28
cũ filiabus suis, & cõtra orientẽ Norã, ac
occidentalẽ plagã Gazer & filiæ eius, Si-
chẽ quoq. cũ filiabus suis, vsq. ad Asa cũ
filiabus eius. Iuxta filios quoq. Manasse 29
Beth-san & filias eius, Thanach & filias
eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias
eius: in his habitauerunt filij Ioseph, filij
Israël. ‖ Filij Aser: Iemna, & Iesua, & 30
Gr.46,17. Iessui, & Baria, & Sara soror eorũ. Filij 31
aũt Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pa-
ter Barsaith. Heber autẽ genuit Iephlat, 32
& Somer, & Hothã, & Suaa sororẽ eorũ.
Filij Iephlat: Phosech, & Chamaal, & 33
Asoth: hi filij Iephlat. Porrò filij Somer: 34
Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. Filij 35
aũt Helẽ fratris eius: Supha, & Iemna, &
Selles, & Amal. Filij Supha: Sue, Harna- 36
pher, & Sual, & Beri, & Iamra, Bosor, & 37
Hod, & Samma, & Saluia, & Iethran &
Bera. Filij Iether: Iephonne, & Phaspha, 38
& Ara. Filij autẽ Olla: Aree, & Haniel, 39
& Resia. Omnes hi filij Aser, principes 40
cognationum, electi atq. fortissimi duces
ducum: numerus autẽ eorum ætatis quę
apta esset ad bellum, viginti sex millia.

CAP. VIII.

Gr.46,21. BEn-iamin autẽ genuit "Bale' primo- 1
Sept.7,6. genitũ suũ, Asbel secundum, Ahara
Vide H. tertiũ, Nohaa quartũ, & Rapha quintũ. 2
Similiter Fueruntque filij Bale: Addar, & Gera, & 3
vetus edi- Abiud, Abisue quoq. & Naamã, & Ahoe, 4
tio Græca legit Texti, qui sed & Gera, & Sephuphã, & Hurã. Hi 5
superiorus cap. 8. & sunt filij Ahod, principes cognationum 6
consentit habitantiũ in Gabaa, qui trãsfati sunt in
Hebræa. Manahath. Naamã aũt & Achia, & Gera 7
ipse trãstulit eos, & genuit Oza & Ahiud.
Porrò Saharaim genuit in regione Moab, 8
postquam dimisit Husim & Bara vxores
suas. Genuit autem de Hodes vxore sua 9
Iobab, & Sebia, & Mosa, & Molchõ, Ie- 10
hus quoq. & Sechia, & Marma. hi sunt
filij eius principes in familiis suis. Me- 11
husim verò genuit Abitob, & Elphaal.
Porrò filij Elphaal: Heber, & Misaã, & 12
Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & fi-
lias eius. Baria autẽ & Sama principes 13
cognationũ habitantiũ in Aialõ: hi fuga-
uerũt habitatores Geth. Et Ahio, & Se- 14
sac, & Ierimoth, & Zabadia, & Arod, & 15
Heder, Michaël quoq. & Iespha, & Ioha 16
filij Baria. Et Zabadia, & Mosollam, & 17
Hezeci, & Heber, & Iesamari, & Iezlia, 18
& Iobab filij Elphaal, & Iacim, & Ze- 19
chri, & Zabdi, & Elioenai, & Selethai, 20
& Eliel, & Adaia, & Baraia, & Samarath 21
filij Semei. Et Iesphan, & Heber, & E- 22
liel, & Abdon, & Zechri, & Hanan, 23
& Hanania, & Aelam, & Anathothia, 24
& Iephdaia, & Phanuel filij Sesac. 25
& Samsari, & Soboria, & Otholia, 26
& Iersia, & Elia, & Zechri, filij Ierohã. 27
Isa 9,35. hi patriarchæ, & cognationũ principes, 28
qui habitauerũt in Ierusalẽ. ‖ In Gabaõ 29
autẽ habitauerunt Abi-gabaon, & nomẽ
30 vxoris eius Maacha: filiusq. eius primo-
genitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, &
31 Nadab; Gedor quoq. & Ahio, & Zacher,
32 & Macelloth: & Macelloth genuit Sa-
maa: habitauerunt q. ex aduerso fratrum
suorum in Ierusalem cum fratribus suis.
33 ‖ Ner autem genuit Cis, & Cis genuit 1 Re. 24,51
Saul. Porrò Saul genuit Ionathan, & Inf. 9,39.
34 Melchi-sua, & Abinadab, & Esbaal. Fi-
lius autẽ Ionathã, Merib-baal: & Merib-
35 baal genuit Micha. Filij Micha, Phithõ,
36 & Melech, & Tharaa, & Ahaz. & Ahaz
genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath,
& Azmoth, & Zari: porro Zamri genuit
37 Mosa, & Mosa genuit Banaa, cuius filius
fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui
38 genuit Asel. Porro Asel sex filij fuerunt,
his nominibus, Ezricã, Bochru, Ismahel,
Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi, filij
39 Asel. Filij autẽ Esec fratris eius, Vlam
primogenitus, & Iehus secundus, & Eli-
40 phalet tertius. Fueruntq. filij Vlam viri
robustissimi, & magno robore tendentes
arcũ: & multos habẽtes filios ac nepotes,
vsq. ad centũ quinquaginta millia'. Oẽs —3 MS.R.
hi, filij Ben-iamin. Hier.H.
G.

CAP. IX.

1 VNiuersus ergo Israël dinumeratus
est: & summa eorũ scripta est in Li-
bro regum Israël, & Iuda: translatiq. sunt
2 in Babylonẽ propter delictũ suum. Qui
autẽ habitauerunt primi in possessioni-
bus, & in vrbibus suis: Israël, & sacerdo-
3 tes, & Leuitæ, & Nathinei. Commorati
sunt in Ierusalẽ de filiis Iuda, & de filiis
Ben-iamin, de filiis quoque Ephraim, &
4 Manasse. Othei filius Ammiud, "filij' "filius MS.
Amri, filij Omrai, filij Bõni, de filiis Pha- G. Pro Te-
5 res filij Iuda. Et de Siloni: Asaia primo- xtu faciũt
6 genitus, & filij eius. De filiis autẽ Zara: R. & G q.
Iehuel, & fratres eorũ, sexcẽti nonaginta.
7 Porrò de filiis Bẽ-iamin: Salo filius Mo-
8 sollã, filij Oduia, filij Asana: & Iobania
filius Ierohã: & Ela filius Ozi, filij Mo-
chori: & Mosollã filius Saphatiæ, filij Ra-
9 huel, filij Iebaniæ. & fratres eorũ per fa-
milias suas, nongenti quinquaginta sex.
Omnes hi, principes cognationũ per do-
10 mos patrũ suorũ. De sacerdotibus autẽ:
11 Iedaia, Ioiarib, & Iachin: Azarias quoq.
filius Helciæ, filij Mosollam, filij Sadoc,
filij Maraioth, filij Achitob, pontifex do-
22 mus Dei. Porrò Adaias filius Ieroham,
filij Phassur, filij Melchiæ: & Maasai filius
Adiel, filij Iezra, filij Mosollã, filij Mosol-
13 lamith, filij Emmer. fratres quoq. eorũ
principes per familias suas, mille sep-
tingenti sexaginta; fortissimi robore ad
faciendum opus ministerij in domo Dei.
14 De Leuitis autẽ: Semeia filius Hassub
filij Ezricam, filij Hasebia de filiis Me
15 rari. Bacbacar quoque carpentarius, &
Galal, & Mathania filius Micha, filij Ze-
16 chri, filij Asiph: & Obdia filius Se-
meiæ, filij Galal, filij Idithun: & Barachia
filius Asa, filij Elcana, qui habitauit in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

atriis Netophati. Ianitores aũt: Sellũ, & 17
Accub, & Telmõ, & Ahimã: & frater eo-
rũ Sellũ princeps. vsq. ad illud tẽpus, in 18
porta regis ad orientẽ, obseruabãt per vi-
ces suas de filiis Leui. Sellũ vero filius 19
׳Core' filij Abiasaph, filij ׳Core', eũ fra-
trib⁹ suis, & domo patris sui, hi sunt Co-
ritæ sup opera ministerij, custodes vesti-
bulorũ tabernaculi: & familiæ eorũ per
vices castrorũ Dñi custodientes introitũ.
Phinees aũt fili⁹ Eleazari, erat dux eorũ 20
corã Dño. Porro Zacharias fili⁹ Mosolla- 21
mia, ianitor portæ tabernaculi testimo-
nij. Omnes hi electi in ostiarios per por- 22
tas, ducẽtiduodecim: & descripti in villis
propriis: quos cõstituerunt Dauid, & Sa-
muel Videns, in fide sua tam ipsos, quàm 23
filios eorũ in ostiis domus Dñi, & in ta-
bernaculo vicib⁹ suis. Per quatuor vẽtos 24
erãt ostiarij: id est ad Oriẽtem, & ad Oc-
cidẽtem, & ad Aquilonẽ, & ad Austrum.
Fratres autẽ eorũ in viculis morabantur, 25
& veniebãt in sabbathis suis de tempore
vsq. ad tẽpus. His quatuor Leuitis 26
creditus erat omnis numerus ianitorũ, &
erant super exedras, & thesauros domus
Dñi. Per gyrum quoq. templi Dñi mo- 27
rabantur in custodiis suis: vt cùm tẽpus
fuisset, ipsi manè aperirent fores. ‖ De 28
horũ ‖grege' erãt & super vasa ministerij:
ad numerũ enim & inferebantur vasa, &
efferebantur. De ipsis & qui credita hã- 29
bebant vtẽsilia sanctuarij, præerant simi-
læ, & vino, & oleo, & thuri, & aromati-
bus. Filij autem sacerdotũ vnguenta ex 30
aromatibus cõficiebant. Et Mathathias 31
Leuites primogenitus Sellũ Coritæ, præ-
fectus erat eorũ quę in sartagine frigebã-
tur. Porrò de filiis Caath fratrib. eorũ, 32
super panes erãt propositionis, vt semper
nouos per singula sabbatha præpararent.
Hi sunt principes cãtorum per familias 33
Leuitarũ, qui in exedris morabantur, vt
die ac nocte iugiter suo ministerio deser-
uirẽt. Capita Leuitarũ, per familias suas 34
principes, mãserũt in Ierusalẽ. ‖ In Ga- 35
baon aũt cõmorati sunt pater Gabaõ Ie-
hiel, & nomẽ vxoris eius Maacha. Filius 36
primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis,
& Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoq. 37
& Ahio, & Zacharias, & Macelloth. Por- 38
rò Macelloth genuit Samaã: isti habita-
uerunt eregione fratrũ suorũ in Ierusalẽ,
cũ fratribus suis. ‖ Ner autẽ genuit Cis: 39
& Cis genuit Saul: & Saul genuit Iona-
thã, & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal.
Filius aũt Ionathã, Meribbaal: & Merib- 40
baal genuit Micha. Porrò filij Micha, 41
Phithon & Melech, & Tharaa, & Ahaz.
Ahaz aũt genuit Iara: & Iara genuit A- 42
lámath, & Azmoth, & Zãri. Zãri aũt ge-
nuit Mosa: Mosa verò genuit Banaa: cui⁹ 43
filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus
est Asel. Porrò Asel sex filios habuit 44
his nominibus, Ezricã, Bochru, Ismahel,
Saria, Obdia, Hanan. hi sunt filij Asel.

׳קורא
׳קרא

‖Ex *his* H.G. ‖genere 10 MS.

*Sup.*8,29.

*Sup.*8,5.

CAP. X.

1 PHilisthiim autem pugnabant contra Israël, fugeruntq. viri Israël Palesthinos, & ceciderũt vulnerati in mõte Gel- 1 Re.31,1
2 boe. Cũq. appropinquassent Philisthæi persequentes Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchi-
3 sua filios Saul. Et aggrauatũ est prœliũ contra Saul, inueneruntq. eũ sagittarij, &
4 vulnerauerunt iaculis. Et dixit Saul ad armigerũ suũ, Euagina gladiũ tuũ, & interfice me: ne fortè veniãt incircũcisi isti, & illudãt mihi. Noluit autẽ armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit
5 ergo Saul ensem, & irruit in eum. Quod cùm vidisset armiger eius, videlicet mortuũ esse Saul, irruit etiã ipse in gladium
6 suum, & mortuus est. Interiit ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius
7 pariter cõcidit. Quod cùm vidissent viri Israël qui habitabãt in cãpestribus, fugerũt: & Saul ac filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt: veneruntq. Philisthiim, & ha-
8 bitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia cæsorũ, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in
9 monte Gelboe. Cumq. spoliassent eum, & amputassent caput, armisq. nudassent, miserunt in terrã suam, vt circũferretur, & ostenderetur idolorũ tẽplis & populis:
10 arma autẽ eius consecrauerũt in phano dei sui, & caput affixerunt in tẽplo Da-
11 gon. Hoc cùm audissent viri Iabes-Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saul, consurrexerũt singuli
12 virorũ fortium, & tulerũt cadauera Saul & filiorũ eius: attuleruntq. ea in Iabes, & sepelierũt ossa eorum subter quercũ quæ erat in Iabes, & ieiunauerũt septẽ diebus.
13 Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quòd præuaricatus sit ‖ mãdatũ Dñi quod præceperat, & non custodierit illud: sed insuper etiam ‖ pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Dño,
14 propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

1 Re.15,

1 Re.18,

CAP. XI.

1 COngregatus est igitur omnis Israël ad Dauid in Hebrõ, dicẽs, Os tuum
2 sumus & caro tua. Heri quoque & nudiustertius cùm adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Israël: tibi enim dixit Dñs Deus tuus, Tu pasces populũ meum Israël, & tu eris princeps
3 super eũ. Venerunt ergo omnes maiores natu Israël ad regẽ in Hebrõ, & iniit Dauid cũ eis fœdus corã Dño: vnxeruntq. eũ regem super Israël, iuxta sermonem Dñi
4 quẽ locutus est in manu Samuel. Abiit quoque Dauid, & omnis Israël in Ierusalẽ, hæc est Iebus, vbi erãt Iebusæi habi-
5 tatores terræ. Dixeruntque qui habitabant in Iebus ad Dauid, Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ
6 est Ciuitas-Dauid, dixitque, Omnis qui

2 Reg.5,

percusserit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

percusserit Iebusæũ in primis, erit princeps & dux. Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. Ha- 7
bitauit autẽ Dauid in arce, & idcirco appellata est Ciuitas-Dauid. Aedificauitq. 8
vrbẽ in circuitu à Mello, vsq. ad gyrum: Ioab aũt reliqua vrbis extruxit. Proficiebatq. Dauid vadẽs & crescens, & Do- 9
minus exercituum erat cum eo. ‖Hi 10
2Reg.23,8. principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt rex fieret super omnem Israël iuxta verbũ Dñi quod locutus est ad Israël. Et iste numerus robu- 11
storũ Dauid: Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste leuauit hastã suam super trecẽtos vulneratos vna vice.
Et post eum Eleazar filius Patrui-eius 12
Ahohites, qui erat inter tres potentes.
Iste fuit cum Dauid in Phes-domim, 13
quãdo Philisthiim cõgregati sunt ad locũ illũ in prœliũ: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq. populus à facie
¶ Hic stetit 12 MS.G. ¶ defendit 12 MS.G. ¶percussissent 12 MS.G. Q.n. 2Re.23,15. *aquam MS q.R. Philisthinorũ. ¶Hi steterunt' in medio 14
agri, & ¶defenderũt' eũ: cumq. ¶percussissent' Philisthæos, dedit Dñs salutem magnam populo suo. Descenderunt au- 15
tem tres de triginta principibus ad petrã, in qua erat Dauid, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in Valle-raphaim. Porrò Dauid 16
erat in præsidio, & statio Philisthinorum in Beth-léhem. Desiderauit igitur Da- 17
uid*, & dixit, O si quis daret mihi aquã de cisterna Beth-léhem, quæ est in porta.
Tres ergo isti per media castra Phi- 18
listhinorũ perrexerunt, & hauserũt aquã de cisterna Beth-léhem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, sed magis libauit illam Domino,
dicens, Absit vt in conspectu Dei mei 19
hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarũ attulerunt mihi aquã. Et ob hanc causam noluit bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoq. frater Ioab 20
ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastã suã contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, & 21
inter tres secundus inclytus, & princeps eorũ: veruntamẽ vsq. ad tres primos nõ peruenerat. Banaias filius Ioiadæ ¶viri 22
¶vir robustissimus MS. Q.n. robustissimi', qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descẽdit, & interfecit leonẽ in media cisterna tempore niuis. Et ipse 23
percussit virũ Aegyptiũ, cui' statura erat quinq. cubitorũ, & habebat lãceã vt liciatoriũ texentiũ: descẽdit igitur ad eũ cum virga, & rapuit hastã quã tenebat manu, & interfecit eũ hasta sua. Hæc fecit Ba- 24
naias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissim', inter triginta pri- 25
mus; verũtamẽ ad tres vsq. nõ puenerat: posuit autẽ eũ Dauid ad auriculã suam.
Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel 26
frater Ioab, & Elchanã fili' Patrui-ei' de
27 Bethléhem, Sammoth Arorites, Helles
28 Phalonites, Ira filius Acces Thecuites,
29 Abiézer Anathothites, Sobbochai Hu-
30 sathites, Ilai Ahohites, Maharai Netophathites, Heled fili' Baana Netophathites, Heled fili' Baana Netophathi-
31 tes, Ethai fili' Ribai de Gabaath filiorũ
32 Bẽiamin, Banaia Pharatonites, Hurai de
33 Torrẽte-Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth
34 Bauramites, Eliaba Salabonites. Filij Assem Gezonites, Ionathan filius Sage
35 Ararites, Ahiã fili' Sachar Ararites. Eli-
36 phal filius Vr, Hepher Mecherathites,
37 Ahia Phelonites, Hesro Carmelites, Naa-
38 rai filius Azbai, Ioel frater Nathã, Miba-
39 har filius Agarai. Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ;
40 Ira Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias
41 Hethæus, Zabad filius Oholi, Adina fi-
42 lius Siza Rubenites princeps Rubenitarũ,
43 & cũ eo triginta: Hanã filius Maacha, &
44 Iosaphat Mathanites, Ozia Astarothites,
45 Sãma & Iehiel filij Hothã Arorites, Iedihel filius Sãri, & Ioha frater eius Thosai-
46 tes, Eliel Mahumites, & Ieribai & Iosaia filij Elnaẽ, & Iethma Moabites, Eliel & Obed, & Iasiel de Masobia. CAP. XII.
1 HI quoq. venerunt ad Dauid in Siceleg, cũ adhuc fugeret Saul filiũ Cis, qui erãt fortissimi & egregij pugnatores,
2 tẽdẽtes arcũ, & vtraq. manu fundis saxa iacientes, & dirigẽtes sagittas: de fratribus Saul ex Ben-iamin. Princeps Ahiezer, & Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth, & Bara-
4 cha & Iehu Anathotites. Samaias quoq. Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Ieremias & Ieheziel & Io-
5 hanã & Iezabad Gaderothites. & Eluzai & Ierimuth, & Baalia & Samaria & Saphatia Haruphites. Elcana & Iesia &
6 Azareel & Ioezer & Iesbaã de Carehim:
7 Ioela quoq. & Zabadia filij Ierohã de
8 Gedor. Sed & de Gaddi trãsfugerũt ad Dauid, cũ latẽret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeũ & hastã: facies eorũ quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in mõtibus:
9 Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab
10 tertius, Masmana quartus, Ieremias
11 quintus, Ethi sextus, Eliel septimus,
12 Iohanã octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, Machbanai vndecimus.
13
14 hi de filiis Gad principes exercitus: nouissimus, cẽtũ militib. præerat, & maxi-
15 mus, mille. Isti sunt q. transierũt Iordanẽ mẽse primo, quãdo inundare cõsueuit super ripas suas: & omnes fugauerũt qui morabãtur in vallibus ad orientalẽ plagã
16 & occidentalẽ. Venerũt aũt & de Beniamin & de Iuda ad præsidiũ in quo morabatur Dauid. Egressusq. est Dauid obuiã eis, & ait, Si pacificè venistis ad me
17 vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: si aũt insidiamini mihi pro aduersariis meis, cùm ego iniquitatẽ in manibus non habeam, videat Deus patrum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nostrorũ,& iudicet. Spiritus verò induit 18
Amasai principẽ inter triginta,&ait,Tui
sumus ô Dauid,& tecũ fili Isai: pax,pax
tibi,& pax adiutorib⁹ tuis.te enim adiu-
uat Deus tu⁹. Suscepit ergo eos Dauid,& 19
constituit principes turmæ. Porrò de
Manasse trãsfugerũt ad Dauid,quãdo ve-
niebat cũ Philisthiim aduersus Saul,vt
1 Reg.29,4. pugnaret:& non dimicauit cũ eis. ‖ quia
inito cõsilio remiserũt eũ principes Phi-
listhinorũ,dicẽtes,Periculo capitis nostri
reuertetur ad dñm suum Saul. Quando 20
igitur reuersus est in Siceleg,trãsfugerũt
ad eum de Manasse,Ednas,& Iozabad,&
– 6 MS. Iedihel,& Michaël –& Ednas' & Ioza-
H.G. bad,& Eliu,& Salathi,principes ‖militũ'
‖milium 6 in Manasse. hi præ‖uerunt auxiliũ Da- 21
MS.H.G. uid aduersus latrunculos:oẽs enim erant
viri fortissimi, & facti sunt principes in
exercitu. Sed & per singulos dies venie- 22
bãt ad Dauid ad auxiliandũ ei, vsq. dum
fieret grãdis numerus,quasi exercit⁹ Dei.
Iste quoq. est numerus principũ exer- 23
citus,qui venerũt ad Dauid,cùm esset in
Hebrõ,vt transferrent regnũ Saul ad eũ,
iuxta verbũ Dñi. Filij Iuda portãtes cly- 24
peũ,& hastã,sex millia octingenti expe-
diti ad prœliũ. De filiis Simeon virorũ 25
fortissimorũ ad pugnandũ,septem millia
cẽtũ. De filiis Leui,quatuor millia sex- 26
centi. Ioiada quoque princeps de stirpe 27
Aarõ,& cũ eo tria millia septingẽti. Sa- 28
doc etiã puer egregiæ indolis, & domus
patris eius,principes viginti duo. De fi- 29
liis autẽ Ben-iamin fratribus Saul, tria
millia. magna enim pars eorũ adhuc se-
quebatur domũ Saul. Porrò de filiis E- 30
phraim viginti millia octingenti, fortis-
simi robore, viri nominati in cognationi-
bus suis. Et ex dimidia tribu Manasse, 31
decem & octo millia,singuli per nomina
sua venerunt vt constituerent regẽ Da-
uid. De filiis quoq. Issachar viri eruditi 32
qui nouerant singula tẽpora,ad præcipiẽ-
dũ quid facere deberet Israël, principes
ducenti: omnis autẽ reliqua tribus, eorũ
consiliũ sequebatur. Porrò de Zabulon 33
qui egrediebantur ad prœliũ,& stabãt in
acie instructi armis bellicis,quinquagin-
ta millia venerũt in auxiliũ, nõ in corde
duplici. Et de Nephthali,principes mil- 34
le: & cum eis instructi clypeo & hasta,
triginta & septẽ millia. De Dan etiam 35
præparati ad prœliũ,viginti octo millia
sexcenti. Et de Aser egredientes ad pu- 36
gnã,& in acie prouocantes. quadraginta
millia. Trans Iordanẽ autẽ de filiis Ru- 37
ben,& de Gad,& dimidia parte tribus
Manasse instructi armis bellicis, cẽtũ vi-
ginti millia. Omnes isti viri bellato- 38
res expediti ad pugnandũ, corde perfecto
venerũt in Hebrõ,vt cõstituerent regem
Dauid sup.vniuersum Israël: sed & om-
nes reliqui ex Israël, vno corde erant,vt
rex fieret Dauid. Fuerũtq.ibi apud Da- 39
uid tribus diebus comedẽtes & bibẽtes.
40 præparauerãt enim eis fratres sui. Sed
& qui iuxta eos erãt, vsque ad Issachar&
Zabulon & Nephthali,afferebant panes
in asinis,& camelis,& mulis,& bobus ad
vescendũ : farinã, palathas,vuã passam,
vinum,oleum,boues, arietes ad omnem
copiam. gaudium quippe erat in Israël.

CAP. XIII.

1 INiit aũt consiliũ Dauid cum tribunis
& cẽturionibus & vniuersis principi-
2 bus, & ait ad omnẽ cœtũ Israël, Si pla-
cet vobis,& à Dño Deo nostro egreditur
sermo quẽ loquor : mittamus ad fratres
nostros reliquos in vniuersas regiones
Israël, & ad sacerdotes & Leuitas q ha-
bitant in suburbanis vrbiũ,vt cõgregen-
3 tur ad nos, & reducamus arcã Dei no-
stri ad nos : nõ enim requisiuimus eã in
4 diebus Saul. Et respõdit vniuersa mul-
titudo vt ita fieret : placuerat enim ser-
5 mo omni populo. Cõgregauit ergo Da-
uid cunctũ Israël à Sihor Aegypti,vsque
ad‖ ingrediaris Emath, ‖ vt adduceret ar- 2 Reg.6
6 cã Dei de Cariath-iarim. Et ascendit ‖omnes
Dauid & ‖omnis – vir' Israël ad collem viri
Cariath-iarim, qui est in Iuda,vt affer- – 2 MS.
ret inde arcã Dñi Dei sedentis super che- Textus
7 rubim,vbi inuocatũ est nomẽ eius. Im- cum cu-
posueruntque arcã Dei super plaustrum seritis
nouũ,de domo Abinadab: Oza autem,&
8 frater eius minabãt plaustrũ. Porrò Da-
uid & vniuersus Israël ludebãt corã Deo
omni virtute, in cãticis & in citharis, &
psalteriis,& tympanis,& cymbalis,& tu-
9 bis: Cũ autẽ peruenissent ad Areã-chi- Num.4.
don,tetendit Oza manũ suã,vt sustẽtaret
arcã: bos quippe lasciuiens paululũ incli-
10 nauerat eã. Iratus est itaq. Dñs contra
Ozã,& percussit eũ, ‖ eò quòd tetigisset
11 arcã: & mortuus est ibi corã Dño. Cõ-
tristatúsq. est Dauid, eò quòd diuisisset
Dñs Ozã: vocauitq. locũ illum,Diuisio
12 Ozæ,vsq. in præsentẽ diem. Et timuit
Deũ tunc tẽporis,dicẽs, Quomodò pos-
13 sum ad me introducere arcã Dei? Et ob
hãc causam nõ adduxit eã ad se, hoc est,
in Ciuitatẽ-Dauid, sed auertit in domũ
14 Obed-edõ Gethæi. Mãsit ergo arca Dei
in domo Obed-edõ tribus mensibus: &
benedixit Dñs domui eius, & omnibus
quæ habebat. CAP. XIIII. 2 Reg.5.
1 MIsit quoq. Hirã rex Tyri nuntios ad
Dauid,& ligna cedrina,& artifices
parietũ lignorũq́ue : vt ædificarẽt ei do-
2 mũ. Cognouitq́ Dauid,eò quòd cõfir-
masset eũ Dñs in regẽ sup Israël,& sub-
leuatũ est regnũ suũ super populum eius
3 Israël. Accepit quoq Dauid alias vxo-
res in Ierusalem: genuitq. filios & filias. 2 Reg.5.
4 ‖ Et hæc nomina eorũ qui nati sunt ei
in Ierusalẽ: Samua & Sobad, Nathan &
5 Salomon, Iebahar, & Elisua,*& Eli- *& Elia.
6 phalet, Noga quoque,& Napheg,& Ia-
7 phia, Elisama,& Baal-iada,& Elipha- 2 Reg.5.
8 let. ‖ Audientes autem Philisthiim eò
quòd vnctus esset Dauid in regem super

vniuersum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vniuersam Israël, ascenderunt omnes vt quærerent eũ: quod cùm audisset Dauid, egressus est obuiã eis. Porrò Philisthiim 9
venientes, diffusi sunt in Valle-Raphaim.
Consuluitq; Dauid Dñm dicẽs, Si a- 10
scendã ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dñs, Ascende, & tradã eos in manu tua. Cumq; illi ascẽ- 11
dissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, Diuisit Deus inimicos meos per manũ meã, sicut diuiduntur aquæ: & idcirco vocatũ est nomen illius loci, Baal-pharasim. Dereliqueruntque 12
ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri.
Alia etiã vice Philisthiim irruerunt, & 13
diffusi sunt in valle. Cõsuluitq; rursum 14
Dauid Deũ: & dixit ei Deus, Nõ ascendas post eos, recede ab eis, & venies cõtra illos ex aduerso pyrorũ. Cumq; audie- 15
ris sonitũ gradientis in cacumine pyrorũ, tunc egredieris ad bellũ. Egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim. Fecit ergo Dauid sicut præce- 16
perat ei Deus, & percussit castra Philisthinorũ, de Gabaon vsq. Gazera. Di- 17
uulgatumq; est nomẽ Dauid in vniersis regionibus, & Dñs dedit pauorẽ eius super omnes gentes.

CAP. XV.

Num.4,5. FEcit quoque sibi domos in ciuitate- 1
Dauid: & ædificauit locũ arcę Dei, tetenditq; ei tabernaculum. Tunc dixit 2
Dauid, Illicitũ est vt à quocumq. porteтur arca Dei, nisi à Leuitis: quos elegit Dñs ad portandũ eã, & ad ministrandum sibi, vsq. in æternũ. Congregauitq. vniuersum Israël in Ierusalem, vt afferretur arca Dei in locũ suũ quẽ pręparauerat ei. 3
Nec non & filios Aaron & Leuitas. 4
de filiis Caath, Vriel princeps fuit: & 5
fratres eius ‖ centum' viginti. De filiis 6
Merari, Asaia princeps: & fratres ei⁹ ducenti ‖ viginti'. De filiis Gersom, Ioël 7
princeps: & fratres eius centũ ‖ triginta'.
De filiis Elisaphan, Semeias princeps: 8
& fratres eius ducenti. De filiis Hebrõ, 9
Eliel princeps: & fratres eius octoginta.
De filiis Oziel, Aminadab princeps: & 10
fratres eius centũ duodecim. Vocauitq. 11
Dauid Sadoc & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiã, Ioël, Semeiã, Eliel, & Aminadab: & dixit ad eos, Vos qui 12
estis principes familiarũ Leuiticarũ, sanctificamini cũ fratribus vestris, & afferte arcã Dñi Dei Israël ad locũ qui ei præparatus est: ne ‖ vt à principio, quia non 13
eratis præsentes, percussit nos Dns: sic & nunc fiat, illicitũ quid nobis agentibus.
Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Le- 14
uitæ, vt portarẽt arcam Dñi Dei Israël.
Num.4,15. Et tulerũt filij Leui arcã Dei, sicut præ- 15
ceperat ‖ Moyses iuxta verbũ Dñi, humeris suis, in vectibus. Dixitq. Dauid principibus Leuitarũ, vt cõstituerẽt de fratri- 16
bus suis cãtores in organis musicorũ, nablis videlicet & lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. Cõ- 17
stituerunteq; Leuitas: Hemã filiũ Ioël, & de fratribus eius Asaph filiũ Barachiæ. de filiis verò Merari, fratribus eorũ: Ethan 18
filiũ Casaiæ. Et cũ eis fratres eorũ: in secũdo ordine, Zachariã & Ben & Iaziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab, & Banaiã & Maasiã & Mathatiã & Eliphalu & Maceniã & Obed-edõ & Iehiel, 19
ianitores. Porrò cantores, Hemã, Asaph & Ethã: in cymbalis æneis cõcrepantes.
Zacharias aũt & Oziel, & Semiramoth 20
& Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cantabãt. Por- 21
rò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edõ & Iehiel & Ozaziu: in citharis pro octaua canebãt epinicion. Cho- 22
nenias autẽ princeps Leuitarũ, prophetiæ præerat, ad præcinendã melodiam: erat 23
quippe valde sapiẽs. Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ. Porrò Sebenias & 24
Iosaphat & Nathanaël & Amasai & Zacharias & Banaias & Eliezer sacerdotes, clãgebãt tubis corã arca Dei: & Obed-edõ & ‖ Iehias' erãt ianitores arcæ. ‖ Igitur 25 ‖ Achimaas o
Dauid & ‖ omnes' maiores natu Israël, & tribuni, ierũt ad deportãdã arcã fœderis 26 2 Reg. 6. 12.
Dñi de domo Obed-edõ cũ lætitia. Cũq. adiuuisset Deus Leuitas qui portabãt ar- ‖ 2 MS. H.C.
cã ‖ fœderis' Dñi, immolabantur septem tauri & septẽ arietes. Porrò Dauid erat 27 ‖ o.
indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabãt arcã, cantoresq. & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid aũt etiã indutus erat ephod lineo.
Vniuersiq. Israël deducebãt arcã fœ- 28
deris Dñi in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis
cõcrepãtes. Cumq. peruenisset arca fœ- 28
deris Dñi vsq. ad Ciuitatẽ-Dauid, Michol filia Saul prospiciẽs per fenestrã, vidit regẽ Dauid saltantẽ atq. ludẽtẽ, & despexit eum in corde suo.

CAP. XVI.

Tulerũt igitur arcã Dei, & cõstituerunt eã in medio tabernaculi quod 1 2 Reg. 6, 17.
tetẽderat ei Dauid: & obtulerũt holocausta & pacifica corã Deo. Cũq. cõplesset 2
Dauid offerẽs holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Dñi. Et diui- 3
sit vniuersis per singulos, à viro vsque ad mulierẽ tortã panis, & partẽ assæ carnis 4
bubalæ, & frixã oleo similã. Cõstituitq. corã arca Dñi de Leuitis, qui ministrarẽt: & recordarẽtur operũ ei⁹, & glorificarẽt, 5
atq. laudarẽt Dñm Deũ Israël: Asaph principẽ, & secundũ eius Zachariã. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiã & Eliab & Banaiã & Obed-edõ, & Iehiel super organa psalterij & lyras: A- 6
saph autẽ, vt cymbalis personaret. Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter corãm arca fœderis Domini.
In illo die fecit Dauid principem ad 7
confitendum Dño, Asaph & fratres eius.
Confitemini Domino, & inuocate no- 8 Psal. 104, 1.
men eius: notas facite in populis adin- Isa. 12, 4.
uentiones eius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius. 9
Laudate nomen sanctum eius: lætetur cor quærentium Dominum. 10
Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper. 11
Recordamini mirabiliũ eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius. 12
Semen Israël serui eius: filij Iacob electi eius. 13
Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. 14
Recordamini in sempiternũ pacti eius: sermonis quem præcepit, in mille generationes, 15
Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac. 16
Et cõstituit illud Iacob in præceptum, & Israël in pactum sempiternum, 17
Dicens, Tibi dabo Terram-Chanáan, funiculum hæreditatis vestræ. 18
Cùm essent pauci numero, parui & coloni eius. 19
Et transierunt de gente in gentẽ, & de regno ad populum alterum. 20
Non dimisit quemquã calumniari eos: sed increpauit pro eis reges. 21
Psal. 95, 1. ‖ Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. 22
Cantate Domino omnis terra: annuntiate ex die in diem salutare eius. 23
Narrate in gentibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius. 24
Quia magnus Dñs, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos. 25
Omnes enim dij populorum, idôla: Dominus autem cælos fecit. 26
Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius. 27
Afferte Dño familiæ populorũ: afferte Domino gloriam & imperium. 28
- o. Date- Dño' gloriã nomini eius, leuate sacrificium, & venite in cõspectu eius: & adorate Dominum in decore sancto. 29
Commoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilẽ. 30
Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit. 31
Tonet mare, & plenitudo eius: exultẽt agri, & omnia quæ in eis sunt. 32
Tunc laudabũt ligna saltus corã Dño: quia venit iudicare terram. 33
Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniam in æternum misericordia eius. 34
Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: & cõgrega nos, & erue de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis. 35
Benedictus Dñs Deus Israël ab æterno, vsque in æternum: & dicat omnis populus, Amen, & hymnum Deo. 36
Dereliquit itaq. ibi corã arca fœderis Domini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in cõspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas. 37
Porrò Obed-edom, & fratres eius sexaginta octo: & Obed-edom filiũ Idithun, & Hosa constituit ianitores: 38
Sadoc autẽ sacerdotẽ, & fratres eius sacerdotes, corã tabernaculo Dñi in excelso quod erat in Gabaõ: 39
vt offerrẽt holocausta Dño super altare holocautomatis iugiter, manè & vesperi, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege Dñi, quã præcepit Israëli. 40
Et post eũ Hemã & Idithũ, & reliquos electos, vnũ quemque vocabulo suo, ad confitendum Dño, Quoniã in æternũ misericordia ej⁹. 41
Hemã quoq. & Idithun canentes tuba, & quatiẽtes cymbala: & omnia musicorum organa ad canendũ Dño: filios autẽ Idithũ fecit esse portarios. 42
Reuersusque est omnis popul⁹ in domũ suã: & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ. 43

CAP. XVII.

CVm autẽ habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathã prophetã, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Dñi sub pellibus est. 1 2.Reg. 7
Et ait Nathan ad Dauid, Omnia quæ in corde tuo sunt fac: Deus enim tecũ est. 2
Igitur nocte illa factus est sermo Dñi ad Nathan, dicẽs, 3
Vade & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit Dñs, Non ædificabis tu mihi domũ ad habitandũ. 4
Neq. enim mansi in domo ex eo tẽpore quo eduxi Israël, *vsq. ad diẽ hãc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tẽtorio manẽs cũ omni Israël. 5 *de Tem Aegypti MS q.R.
Nũquid locut⁹ sum saltẽ vni iudicũ Israël, quibus præceperã, vt pascerẽt populũ meũ, & dixi, Quare nõ ædificastis mihi domũ cedrinã? 6
Nũc itaq. sic loquêris ad seruũ meum Dauid, Hæc dicit Dñs exercituũ, Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregẽ, vt esses dux populi mei Israël. 7
Et fui tecũ quocumq. perrexisti: & interfeci oẽs inimicos tuos corã te, feciq. tibi nomẽ quasi vnius magnorũ qui celebrantur in terra. 8
Et dedi locũ populo meo Israël: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà nõ commouebitur: nec filij iniquitatis atterẽt eos, sicut à principio, ex dieb⁹ quibus dedi iudices populo meo Israël, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annũtio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dñs domum. 9 10
Cumq. impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, suscitabo semẽ tuum post te, quod erit de filiis tuis: & stabiliã regnũ eius. 11 12
Ipse ædificabit mihi domũ, & firmabo soliũ eius vsq. in æternũ. 13
Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ: & misericordiã meã nõ auferã ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. 14
Et statuã eũ in domo mea, & in regno meo vsq. in sempiternũ: & thronus eius erit firmissimus in perpetuũ. 15
Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionẽ istã, sic locutus est Nathã ad Dauid. 16
Cumq. venisset rex Dauid, & sedisset corã Dño, dixit, Quis ego sum Dñe Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? 17
Sed & hoc parum visum est in cõspectu tuo,

ideoque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ideoq. locutus es super domum serui tui etiã in futurum: & fecisti me spectabilẽ super omnes homines Dñe Deus. Quid vltrà addere potest Dauid, cũ ita glorifica ueris seruum tuum, & cognoueris eum? Dñe propter famulũ tuũ iuxta cor tuũ fecisti omnẽ magnificentiã hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. Dñe nõ est similis tui: & nõ est alius Deus absq. te, ex omnibus quos audiuimus auribus nostris. *Quis enim est alius, vt populus tuus Israël, gẽs vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua atq. terroribꝰ eiiceret nationes à facie eius, quẽ de Aegypto liberarat? Et posuisti populum tuum Israël tibi in populum vsq. in æternum, & tu Dñe factus es Deus eius. Nunc igitur Dñe, sermo quẽ locutus es famulo tuo, & super domum eius, cõfirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es. Permaneatq. & magnificetur nomẽ tuum vsque in sempiternum: & dicatur, Dñs exercituum Deus Israël, & domus Dauid serui eius permanẽs corã eo. Tu enim Dñe Deus meus reuelasti auriculã serui tui, vt ædificares ei domũ: & idcirco inuenit seruus tuꝰ fiduciã, vt oret corã te. Nunc ergo Dñe tu es Deus: & locutus es ad seruũ tuũ tanta beneficia. Et cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper corã te: te enim Dñe benedicẽte, benedicta erit in ppetuũ. CAP. XVIII.

2 Reg. 8, 1. FActum est autẽ post hæc, vt percuteret Dauid Philisthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philisthiim: percuteretq. Moab, & fierẽt Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera. Eo tẽpore percussit Dauid etiã Adar-ézer regẽ Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperiũ suũ vsq. ad flumẽ Euphratẽ. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septẽ millia equitum, ac viginti millia virorũ peditũ: subneruauitq. oẽs equos curruum, exceptis cẽtum quadrigis quas reseruauit sibi. Superuenit autẽ & Syrus Damascenus, vt auxiliũ præberet Adar-ézer regi Soba: sed & huius percussit Dauid viginti duo millia virorum. Et posuit milites in Damasco, vt Syria quoq. seruiret sibi, & offerret munera. Adiuuitque eum Dñs in cunctis ad quæ perrexerat. Tulit quoq. Dauid pharetras aureas, quas habuerant serui Adar-ézer: & attulit eas in Ierusalẽ. Necnõ de Tebath & Chun vrbibus Adar-ézer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & colũnas, & vasa ænea. Quod cùm audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet Dauid omnẽ exercitum Adar ézer regis Soba, misit Adorã filiũ suum ad regẽ Dauid, vt postularet ab eo pacẽ, & cõgratularetur ei quòd percussisset & expugnasset Adar-ézer: aduersarius quippe erat Thou Adar-ézer. Sed & omnia vasa aurea, & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex Dño, cum argẽto & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tã de Idumæa & Moab, & filiis Ammõ, quã de Philisthiim & Amalec. Abisai verò filius Saruiæ percussit Edõ in Valle-salinarum, decem & octo millia: & cõstituit in Edõ præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid: saluauitq. Dñs Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israël, & faciebat iudiciũ atq. iustitiã cuncto populo suo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitum, & Iosaphat filius Ahilud à cõmentariis. Sadoc autẽ filius Achitob, & ‖Ahimélechꝰ, filius Abiathar, sacerdotes: & Susa, scriba. Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones cerethi & pheleth: porro filii Dauid, primi ad manũ regis. CAP. XIX.

‖Abimélech 7 MS. R. Hier. H. G q.

2 Reg. 10, 1

1 ACcidit autẽ vt moreretur Naas rex filiorũ Ammõ, & regnaret filiꝰ eius pro eo. Dixitq. Dauid, Faciã misericordiã cũ Hanon filio Naas: præstitit enim mihi pater eius gratiã. Misitq. Dauid nũtios ad consolãdum eũ super morte patris sui. Qui cũ peruenissent in terrã filiorum Ammõ, vt consolarẽtur Hanon, dixerunt principes filiorũ Ammon ad Hanon, Tu forsitan putas, quòd Dauid honoris causa in patrẽ tuum, miserit qui cõsolarẽtur te: nec animaduertis, quòd vt explorẽt, & inuestigẽt, & scrutẽtur terrã tuam venerint ad te serui eius. Igitur Hanõ pueros Dauid decaluauit & rasit, & præcîdit tunicas eorũ à natibus vsque ad pedes, & dimisit eos. Qui cùm abiissent, & hoc mãdassent Dauid, misit in occursum eorum (grandẽ enim cõtumeliã sustinuerãt) & præcepit vt manerẽt in Iericho, donec cresceret barba eorũ, & tũc reuerterẽtur. Videntes autẽ filij Ammõ, quòd iniuriã fecissent Dauid, tã Hanon quàm reliquus populus, miseruot mille talẽta argẽti, vt cõducerẽt sibi de Mesopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba currus & equites. Cõduxerũtq. triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. Qui cùm venissent, castrametati sunt è regione Medaba. Filij quoq. Ammõ cõgregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum. Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab, & oẽm exercitum virorum fortium: egressiq. filij Ammõ, direxerũt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autẽ qui ad auxilium eius venerãt, seperatim in agro steterunt. Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso, & post tergum cõtra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israël, & prexit cõtra Syrũ. Reliquã autẽ partẽ populi dedit sub manu Abisai fratris sui: & perrexerunt cõtra filios Ammõ. Dixitq., Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autẽ superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. Cõfortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus De

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nostri: Dñs autem quod in cõspectu suo bonũ est, faciet. Perrexit ergo Ioab, & 14
populus qui cum eo erat, cõtra Syrum ad
prælium: & fugauit eos. Porrò filij Am- 15
mõ vidẽtes quòd fugisset Syrus, ipsi quo-
que fugerũt Abisai fratrẽ eius, & ingres-
si sunt ciuitatẽ: reuersusq; est etiã Ioab
in Ierusalẽ. Vidẽs autẽ Syrus quòd ce- 16
cidisset corã Israël, misit nũtios, & adduxit Syrum qui erat trãs Flouiũ: Sophach autẽ princeps militiæ Adar-ézer, erat dux eorũ. Quod cùm annuntiatũ esset Da- 17
uid, cõgregauit vniuersum Israël, & trãsiuit Iordanẽ, irruitq; in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contrà pugnantibus.
Fugit autem Syrus Israël: & interfecit 18
Dauid de Syris septem millia curruum,
& quadraginta millia peditũ, & Sophach
exercitus principem. Vidẽtes autẽ ser- 19
ui Adar-ézer se ab Israël esse superatos,
transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei:
noluitque vltrà Syria auxilium præbere
filiis Ammon. CAP. XX.

2 Reg. 10,5 & 11,1. FActũ est autẽ post anni circulum, eo 1
tẽpore quo solẽt reges ad bella pro-
cedere, cõgregauit Ioab exercitum & ro-
bur militiæ, & vastauit terrã filiorũ Am-
mõ; perrexitq;, & obsedit Rabba: porrò
Dauid manebat in Ierusalẽ, quando Ioab
percussit Rabba, & destruxit eã. Tulit 2
autem Dauid coronã Melchum de capite
eius, & inuenit in ea auri põdo talentum,
& preciosissimas gẽmas, fecitq; sibi in-
de diadema: manubias quoq. vrbis plu-
rimas tulit. populum autẽ qui erat in 3
ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, &
trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt
dissecarẽtur, & cõtererẽtur: sic fecit Da-
uid cũctis vrbibus filiorum Ammõ: & re-
uersus est cum omni populo suo in Ieru-
2 Re. 21, 18 salẽ. ‖ Post hæc initum est bellũ in Ga- 4
zer aduersum Philistæos: in quo percussit
Sobochai Husathites, Saphai de genere
Raphaim. & humiliauit eos. Aliud quoq. 5
bellũ gestũ est aduersus Philisthæos, in
quo percussit Adeodat⁹ filius Saltus *Beth-
*Lehemi- lehemites⁹ fratrẽ Goliath Gethæi, cui⁹ ha-
tẽ 3 MS. G. Q.n. stę lignũ erat quasi liciatorium texentiũ.
Sed & aliud bellum accidit in Geth, 6
in quo fuit homo longissimus, senos ha-
bẽs digitos, id est, simul viginti quatuor:
qui & ipse de Rapha fuerat stirpe gene-
ratus. Hic blasphemauit Israël: & per-
cussit eũ Ionathã fili⁹ Samaa fratris Da-
uid. Hi sunt filij Rapha in Geth, qui ceci-
derunt in manu Dauid & seruorum eius.

CAP. XXI.

2 Reg. 24, 1 Inf. 27, 24. COnsurrexit autẽ satan cõtra Israël: 1
& incitauit Dauid vt numeraret Is-
raël. Dixitq; Dauid ad Ioab, & ad prin- 2
cipes populi, Ite, & numerate Israël à
Ber-sabee, vsq. Dan: & afferte mihi nu-
merum, vt sciam. Respondítque Ioab, 3
Augeat Dñs populum suum centuplum,
quàm sunt: nónne dñe mi rex, omnes ser
ui tui sunt? quare hoc quærit dñs meus,
quod in peccatum reputetur Israëli?
Sed sermo regis magis præualuit: egres- 4
susq. est Ioab, & circuiuit vniuersum Is-
raël: & reuersus est Ierusalem. Deditq; 5
Dauidi numerũ eorũ quos circuierat: &
inuẽtus est omnis numerus Israël, mille
millia, & cẽtum millia virorum educen-
tium gladiũ: de Iuda autẽ *quadringenta' *trecẽta
septuaginta millia bellatorum. Nã Le- 6
ui & Ben-iamin, nõ numerauit: eò quòd
Ioab inuitus exequeretur regis imperiũ.
Displicuit autẽ Deo quod iussum erat: 7
& percussit Israël. Dixitque Dauid ad 8
Deũ, Peccaui nimis vt hoc facerẽ: obse-
cro aufer iniquitatem serui tui, quia in-
sipiẽter egi. Et locutus est Dñs ad Gad 9
Videntem Dauidis, dicens, Vade, & lo- 10
quere ad Dauid, & dic-ei', Hæc dicit *1 MS.
Dñs, Triũ tibi optionẽ do: vnũ quod vo- G.
lueris elige, & faciã tibi. Cumq. venis- 11
set Gad ad Dauid, dixit ei, Hæc dicit Do-
minus, Elige quod volueris: aut tribus 12
annis *pestilentiã*: aut tribus mensibus *famem G.
te fugere hostes tuos, & gladium eorum *famis MS.R.
nõ posse euadere: aut tribus diebus gla-
dium Dñi, & mortẽ versari in terra, &
angelum Dñi interficere in vniuersis fi-
nibus Israël: nunc igitur vide quid respõ-
deã ei qui misit me. Et dixit Dauid ad 13
Gad, Ex omni parte me ãgustię premũt:
sed melius mihi est, vt incidã in manus
Dñi, quia multæ sunt miserationes eius;
quàm in manus hominum. Misit ergo 14
Dñs pestilentiã in Israël: & ceciderunt
de Israël septuaginta millia virorũ. Mi- 15
sit quoque angelum in Ierusalẽ, vt per-
cuteret eã: cũq. percuteretur, vidit Dñs,
& misertus est super magnitudine mali:
& imperauit angelo qui percutiebat, Suf-
ficit, iã cesset manus tua. Porrò angelus
Dñi stabat iuxta aream Ornan Iebusæi.
Leuansq. Dauid oculos suos, vidit an- 16
gelum Dñi stantẽ inter cælum & terram,
& euaginatum gladium in manu eius, &
versum cõtra Ierusalẽ: & ceciderunt tam
ipse, quàm maiores natu vestiti ciliciis,
proni in terrã. Dixitque Dauid ad Deũ, 17
Nónne ego sum qui iussi vt numerare-
tur populus? Ego qui peccaui, ego qui
malũ feci: iste grex quid cõmeruit? Dñe
Deus meus vertatur obsecro manus tua
in me, & in domũ patris mei: popul⁹ au-
tẽ tuus nõ percutiatur. Angelus autem 18
Dñi præcepit Gad vt diceret Dauidi, vt
ascẽderet, extrueretq. altare Dño Deo in
area Ornan Iebusæi. Ascẽdit ergo Da- 19
uid iuxta sermonẽ Gad, quem locutus ei
fuerat ex nomine Dñi. Porrò Ornan 20
cùm suspexisset, & vidisset angelũ, qua-
tuorq. filij eius cum eo, abscõderunt se:
nã eo tempore terebat in area triticum.
Igitur cùm veniret Dauid ad Ornan, 21
cõspexit eum Ornan, & processit ei ob-
uiã de area, & adorauit eũ pronus in ter-
rã. Dixitq. ei Dauid, Da mihi locũ aręæ 22
tuæ, vt ædificem in ea altare Dño: ita vt

quantum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quantum valet argenti accipias, & ceſſet
plaga a populo. Dixit aũt Ornã ad Da- 23
uid, Tolle, & faciat dñs meus rex quod-
cumq.ei placet: ſed & boues do in holo-
cauſtũ, & tribulas in ligna, & triticum in
ſacrificiũ, Oía libẽs præbebo. Dixitque 24
ei rex Dauid, Nequaquã ita fiet, ſed ar-
gentũ dabo quantũ valet: neq. enim tibi
auferre debeo, & ſic offerre Dño holocau-
ſta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornã pro 25
loco, ſiclos auri iuſtiſsimi põderis ſexcẽ-
3 Par.3,1. tos. Et ædificauit ibi altare Dño: obtu- 26
litq. holocauſta, & pacifica: & inuocauit
Dñm, & exaudiuit eũ in igne de cælo ſu-
per altare holocauſti. Præcepitque Dñs 27
angelo: & cõuertit gladiũ ſuũ in vaginã.
Protinus ergo Dauid, videns quòd ex- 28
audiſſet eum Dñs in area Ornã Iebuſæi,
immolauit ibi victimas. Tabernaculum 29
Exo.36,2. aũt Dñi, quod fecerat ‖ Moyſes in deſerto,
& altare holocauſtorũ, ea tẽpeſtate erat
in excelſo Gabaõ. Et nõ præualuit Da- 30
uid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deum:
nimio enim fuerat in timore perterritus,
videns gladiũ angeli Dñi. CAP. XXII.
DIxitq. Dauid, Hæc eſt domus Dei, 1
& hoc altare in holocauſtũ Iſraël.
Et præcepit vt congregarentur oẽs pro- 2
ſelyti de Terra Iſraël, & conſtituit ex eis
latomos ad cædẽdos lapides & poliẽdos,
vt ædificaretur domus Dei. Ferrũ quo- 3
que plurimum ad clauos ianuarũ, & ad
commiſſuras atque iuncturas præparauit
Dauid: & æris pondus innumerabile. Li- 4
gna quoque cedrina nõ poterant æſtima-
ri, quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad
Dauid. Et dixit Dauid, Salomon filius 5
meus puer paruulus eſt & delicatus: do-
mus autẽ quã ædificare volo Dño, talis
eſſe debet vt in cunctis regionibus nomi-
netur: præparabo ergo ei neceſſaria. Et ob
hanc cauſam, ante mortem ſuã oẽs præ-
parauit impenſas. Vocauitq. Salomonẽ 6
filiũ ſuũ: & præcepit ei vt ædificaret do-
mum Dño Deo Iſraël. Dixitque Dauid 7
ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ
1 Par.28,5. fuit vt ædificarẽ domũ nomini Domini
Dei mei. Sed factus eſt ſermo Dñi ad 8
me, dicens, Multum ſanguinẽ effudiſti, &
plurima bella bellaſti: non poteris ædifi-
care domum nomini meo, tanto effuſo
ſanguine coram me. filius qui naſcetur 9
tibi, erit vir quietiſsimus: faciã enim eũ
requieſcere ab omnibus inimicis ſuis ꝑ
circuitum: & ob hanc cauſam Pacificus
2 Reg.7,13. vocabitur: & pacẽ & otium dabõ in Iſ-
Hebr.1,5. raël cunctis diebus eius. ‖ Ipſe ædifica- 10
3 Reg.5,5. bit domũ nomini meo: & ipſe erit mihi
in filium, & ego ero illi in patrem: firma-
boque ſolium regni eius ſuper Iſraël in
æternum. Nunc ergo fili mi, ſit Dñs te- 11
cum, & proſperare, & ædifica domũ Dño
Deo tuo, ſicut locutus eſt de te. Det 12
quoque tibi Dñs prudentiã & ſenſum, vt
regere poſsis Iſraël, & cuſtodire legem
Dñi Dei tui. Tunc enim proficere pote- 13
ris, ſi cuſtodieris mandata, & iudicia quæ
præcepit Dñs Moyſi vt doceret Iſraël:
cõfortare & viriliter age, ne timeas, neq. 14
paueas. Ecce ego in paupertate mea
præparaui impenſas domus Dñi, auri ta-
lenta centũ millia, & argenti mille millia
talentorũ: æris verò, & ferri nõ eſt pon-
dus; vincitur enim numerus magnitudi-
ne: ligna & lapides præparaui ad vniuer-
ſa impendia. Habes quoq. plurimos ar- 15
tifices, latomos, & cęmẽtarios, artificéſq.
lignorũ, & omniũ artiũ ad faciendũ opus
prudentiſsimos in auro & argento & ære
& ferro, cuius non eſt numerus. Surge 16
igitur, & fac, & erit Dñs tecum. Præ- 17
cepit quoq. Dauid cũctis principibus Iſ-
raël, vt adiuuarẽt Salomonẽ filiũ ſuum:
Cerniris, inquiẽs, quòd Dñs Deus ve- 18
ſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiẽ
per circuitum, & tradiderit omnes inimi- *habitato-*
cos veſtros in manus veſtras, & ſub- *res terræ*
iecta ſit terra corã Dño, & coram populo H.G.
eius. Præbete igitur corda veſtra & 19 - 4 MS.
animas veſtras, vt quæratis Dñm Deum - 10 MS.
veſtrum: & conſurgite & ædificate ſan-
ctuarium Dño Deo: vt introducatur arca
fœderis Dñi, & vaſa Dño conſecrata, in
domum quæ ædificatur nomini Dñi.

CAP. XXIII.

IGitur Dauid ſenex & plenus dierum, 1
regẽ cõſtituit Salomonẽ filiũ ſuũ ſu-
per Iſraël. Et cõgregauit oẽs principes 2
Iſraël, & ſacerdotes atq. Leuitas. Nu- 3
meratiq. ſunt Leuitæ à *viginti annis, & *triginta 4
ſuprà: & inuẽta ſunt triginta octo millia MS.H.G.
virorũ. Ex his electi ſunt, & diſtributi 4
in miniſterium domus Dñi viginti qua-
tuor millia: præpoſitorũ autẽ & iudicũ,
ſex millia. Porrò quatuor millia ianito- 5
res: & totidẽ pſaltes canentes Dño in or-
ganis quæ fecerat ad canendũ. ‖ Et diſ- 6 Exo.6,17.
tribuit eos Dauid per vices filiorũ Leui, Sup.6,1.
Gerſon videlicet, & Caath, & Merari.
Filij Gerſon: Leedan, & Semei. Filij 7
Leedan: princeps Iahiel & Zethã, & Ioël, 8
tres. Filij Semei: Salomith & Hoſiel & 9
Aran, tres: iſti principes familiarũ Leedã.
Porrò filij Semei: *Leheth', & Ziza, & 10 *Ieheth H.
Iaus, & Baria: iſti filij Semei, quatuor. G.
Erat autẽ Leheth prior, Ziza ſecundus: 11
porrò Iaus & Baria nõ habuerunt plurimos filios; & idcirco in vna familia v-
naq. domo cõputati ſunt. Filij Caath: 12
Amrã & Iſaar, Hebrõ & Oziel, quatuor.
‖ Filij Amrã, Aarõ & Moyſes. ‖ Sepa- 13 Exod.2,2.
ratuſq. eſt Aaron vt miniſtraret in Sãcto & 6,20.
ſanctorũ, ipſe & filij eius in ſempiternũ, Heb.5,5.
& adoleret incẽſum Dño ſecundùm ritũ
ſuũ, ac benediceret nomini eius in per-
petuum. Moyſi quoq. hominis Dei filij 14
annumerati ſunt in tribu Leui. Filij 15
Moyſi: Gerſom & Eliézer. Filij Gerſom: 16
Subuel prim⁹. ‖ Fuerũt aũt filij Eliézer: 17 Exo.2,22.
Rohobia primus: & nõ erãt Eliézer filij & 18,3.
alij. Porrò filij Rohobia multiplicati ſunt
nimis. Filij Iſaar: Salomith primus. 18

Filij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Filij Hebron: Ieriau primus, Amarias 19
secũdus, Iahaziel tertiꝰ, Iecmaã quartus.
Filij Oziel: Micha primꝰ, Iesia secũdus. 20
Filij Merari: Moholi & Musi. Filij Mo- 21
holi: Eleázar & Cis. Mortuus est autem 22
Eleázar, & non habuit filios, sed filias:
acceperũtq. eas filij Cis fratres earũ. Fi- 23
lij Musi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres.
Hi filij Leui in cognationibus & fami- 24
liis suis, principes per vices, & numerum
capitũ singulorũ qui faciebant opera mi-
nisterij domus Dñi à viginti annis, & su-
prà. Dixit enim Dauid, Requiem dedit 25
Dñs Deus Israël populo suo, & habitatio-
nẽ Ierusalé vsque in æternum. Nec erit 26
officij Leuitarũ vt vltrà portẽt taberna-
culũ, & omnia vasa eius ad ministrandũ.
Iuxta prȩcepta quoque Dauid nouissi- 27
ma supputabitur numerus filiorũ Leui à
viginti annis & suprà. Et erũt sub manu 28
filiorũ Aarõ in cultũ domus Dñi, in ve-
stibulis & in exedris, & in loco purifica-
tionis, & in sanctuario, & in vniuersis o-
peribus ministerij tẽpli Dñi. Sacerdo- 29
tes autẽ, super panes propositionis, & ad
similę sacrificium, & ad lagana & azyma
& sartaginẽ, & ad ‖torrendum', & super
omne pondus atq. mẽsurã. Leuitæ ve- 30
rò vt stẽt manè ad confitendũ, & canen-
dum Dño: similiterq. ad vesperã, tã in 31
oblatione holocaustorum Dñi, quàm in
sabbathis & Calendis & solemnitatibus
reliquis iuxta numerum & ceremonias
vniuscuiusq. rei, iugiter coram Dño. Et 32
custodiãt obseruationes tabernaculi fœ-
deris, & ritum sanctuarij, & obseruatio-
nem filiorum Aaron fratrum suorum, vt
ministrent in domo Domini.

CAP. XXIIII.

Leui. 10,1. Num. 3,4, & 26,60.

PORRÒ filiis Aarõ hæ partitiones erãt. 1
Filij Aaron: Nadab & Abiu & Eleá-
zar & Ithamar. Mortui sunt aũt Nadab 2
& Abiu ante patrẽ suũ absq. liberis: sa-
cerdotioq. functus est Eleazar & Ithamar.
‖& R.H. G.
Et diuisit eos Dauid, ‖id est' Sadoc de 3
filiis Eleazari, & Ahimélech de filiis Itha-
mar, secundùm vices suas & ministeriũ.
Inuẽtiq. sunt multo plures filij Elea- 4
zar in principib. viris, quã filij Ithamar.
Diuisit aũt eis, hoc est filiis Eleázar prin-
cipes per familias sedecim: & filiis Itha-
mar p familias & domos suas octo. Por- 5
rò diuisit vtrasq. inter se familias sorti-
bus: erant enim principes sanctuarij, &
principes Dei, tã de filiis Eleázar, quã de
filiis Ithamar. Descripsitq. eos Semeias 6
filius Nathanael scriba Leuites, corã rege
& principibus, & Sadoc sacerdote, & A-
chimélech filio Abiathar, principibus
quoq. familiarũ sacerdotaliũ & Leuitica-
rum: vnã domũ quæ cæteris præerat, E-
leázar: & alterã domũ, quæ sub se habe-
bat cæteros, Ithamar. Exiuit autẽ sors 7
prima Ioiarib, secũda Iedei, tertia Ha- 8
rim, quarta Seorim, quinta Melchia, se- 9
xta Maimã, septima Accos, octaua Abia, 10
nona Iesua, decima Sechenia, vnde- 11
cima Eliasib, duodecima Iacim, tertia 12
decima Hoppha, decimaquarta Isbaab, 13
decimaquinta Belga, decimasexta Em- 14
mer, decimaseptima Hezir, decimao- 15
ctaua Aphses, decimanona Pheteia, vice- 16
sima Hezechiel, vicesimaprima Iachin, 17
vicesimasecũda Gamul, vicesimatertia 18
Dalaiau, vicesimaquarta Maaziau. Hæ 19
vices eorũ secundũ ministeria sua, vt in-
grediantur domũ Dñi & iuxta ritũ suum
sub manu Aarõ patris eorum: sicut præ- 20
ceperat Dñs Deus Israël. Porrò filiorũ
Leui, qui reliqui fuerãt, de filiis Amram
erat Subael: & de filiis Subael, Iehedeia.
21 De filiis quoque Rohobiæ princeps Ie-
22 sias. Isaari verò filius Salemoth: filius-
23 que Salemoth Iahath: filiúsq. eius Ie-
riau ‖primus', Amarias secundus, Iaha- ‖9 MS. G.
24 ziel tertius, Iecmáã quartus. Filius O-
25 ziel, Micha: filius Micha, Samir. Frater
Micha, Iesia: filiúsque Iesiæ, Zacharias.
26 Filij Merari: Moholi & Musi. filius O-
27 ziáu: Benno. Filius quoque Merari: O-
28 ziáu & Soã & Zacchur & Hebri. Porrò
Moholi filius: Eleázar, qui nõ habebat li-
29 beros. Filius verò Cis, Ierameel. Filij
30 Musi: Moholi, Eder & Ierimoth. Isti filij
Leui secundùm domos familiarũ suarũ.
31 Miseruntq. & ipsi sortes contra fratres
suos filios Aarõ corã Dauid rege, & Sa-
doc, & Ahi-mélech, & principibus fami-
liarũ sacerdotaliũ & Leuiticarũ, tam ma-
iores, quàm minores. omnes sors æqua-
liter diuidebat.

CAP. XXV.

1 IGitur Dauid & magistratus exercitus
segregauerunt in ministeriũ filios A-
saph & Hemã & Idithũ: qui prophetarẽt
in citharis, & psalteriis, & cymbalis secũ-
dũ numerũ suũ dedicato sibi officio ser-
2 uientes. De filiis Asaph: Zacchur & Io-
seph & Nathania & Asarela, filij Asaph:
sub manu Asaph ‖prophetantes' iuxta regẽ. ‖prophe-tantis & H.G.
3 Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias,
Sori, Iesaias, & Hasabias, & Mathathias,
sex, sub manu patris sui Idithun, qui in
cithara propherabat super confitentes &
4 laudãtes Dñm. Heman quoq.: filij He-
mã, Bocciáu, Mathaniáu, Oziel, Subuel,
& Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha,
Geddelthi, & Romemthi-ézer, & Iesba-
5 casa, Mellóthi, Othir, Mahazioth: oẽs
isti filij Hemã ‖Videtes' regis in sermoni- ‖Videtis MS.R.H. G.
bus Dei, vt exaltaret cornu: deditq. Deus
Hemã filios quatuordecim, & filias tres.
6 Vniuersi sub manu patris sui ad cantã-
dum in templo Dñi distributi erant, in
cymbalis, & psalteriis, & citharis, in mi-
nisteria domus Dñi iuxta regẽ: Asaph vi-
7 delicet & Idithun & Heman. Fuit autẽ
numerus eorum cũ fratrib. suis, qui eru-
diebant canticũ Dñi, cuncti doctores, du-
8 centi octogintaocto. Miseruntque sor-
tes per vices suas, ex æquo tam maior
quàm minor, doctus pariter & indoctus.
9 Egressaque est sors prima Ioseph, qui

erat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & filiis eius, & fratribus eius duodecim.
Tertia Zachur, filiis & fratribus eius 10
duodecim. Quarta Isari, filiis & fratri- 11
bus eius duodecim. Quinta Nathaniæ, 12
filiis & fratribus eius duodecim. Sexta 13
Bocciau, filiis & fratribus eius duodecim.
Septima Isreela, filiis & fratribus eius 14
duodecim. Octaua Iesaiæ, filiis & fra- 15
tribus eius duodecim. Nona Mathanię, 16
filiis & fratribus eius duodecim. Decima 17
Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filiis & fratribus eius duodecim. Duodecima Hasabiæ, filiis & fratribus eius duodecim. 18 19

Tertiadecima Subael, filiis & fratribus 20
eius duodecim. Quartadecima Matha- 21
thiæ, filiis & fratribus eius duodecim.
Quintadecima Ierimoth, filiis & fra- 22
tribus eius duodecim. Sextadecima Ha- 23
naniæ, filiis & fratribus eius duodecim.
Septimadecima Iesbacasę, filiis & fra- 24
tribus eius duodecim. Octauadecima 25
Hanani, filiis & fratribus eius duodecim.
Nonadecima Mellothi, filiis & fratri- 26
bus eius duodecim. Vicesima Eliatha, 27
filiis & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima Othir, filiis & fratribus eius 28
duodecim. Vicesimasecunda Geddelthi, 29
filiis & fratribus eius duodecim. Vicesimatertia Mahazioth, filiis & fratrib. eius 30
duodecim. Vicesimaquarta Romemthiezer, filiis & fratribus eius duodecim. 31

CAP. XXVI.

DIuisiones autem ianitorum. de Coritis Meselemia, filius Core, de filiis 1
Asaph. Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secũdus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Aelam quintus, 2 3
Iohanan sextus, Elioenai septimus. Filij 4
autem Obed-edom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus,
Ammiel sextus, Issachar septim⁹, Phollathi octauus: quia benedixit illi Dominus. Semeiæ autẽ filio eius nati sunt filij, præfecti familiarũ suarum: erãt enim viri fortissimi. filij ergo Semeiæ: Orthni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoque, & Samachias. Omnes hi, de filiis Obed- 5 6 7 8
edom: ipsi & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexagintaduo de Obed-edom. Porrò Meselemiæ filij, & 9
fratres eorum robustissimi, decẽ & octo.
De Hosa autem, id est de filiis Merari: 10
Semri princeps (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eũ pater eius in principem:) Helcias secundus, 11
Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filij, & fratres Hosa, tredecim.
Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper 12
principes custodiarũ, sicut & fratres eorum ministrarent in domo Dñi. *Missæ 13
sunt ‖ ergo' sortes ex æquo, & paruis & magnis, per familias suas, in vnamquãq.

14 portarum. Cecidit ergo sors Orientalis, Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & erudito, sortitò obtigit
15 plaga Septentrionalis. Obed-edom verò & filiis eius ad Austrum: in qua parte
16 domus, erat seniorum conciliũ. Sephim & Hosa ad Occidentẽ, iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis; custodia cõtra
17 custodiam. Ad Orientem verò, Leuitæ sex: & ad Aquilonem, quatuor per diem: atq. ad Meridiẽ similiter in die, quatuor:
18 & vbi erat conciliũ, bini & bini. In cellulis quoq. ianitorũ ad Occidentem quatuor in via: biniq. per cellulas.
19 Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, &
20 Merari. Porrò Achias erat super thesau-
21 ros domus Dei, & vasa sanctorum. Filij quoque Ledan, filij Gersonni: de Ledan principes familiarum, Ledan & Gersonni, Iehieli. Filij Iehiel: Zatham & Ioel
22 ‖fratres' eius, super thesauros dom⁹ Dñi, ‖frater 2 MS.R.H.
23 Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis
24 & Ozihelitis. Subael autem filius Gersom, filij Moysi, præpositus thesauris.
25 ‖Frater' quoque eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius Iorã, huius quoq. filius Zechri,
26 & huius filius Selemith. Ipse Selemith, & fratres eius super thesauros sanctorũ, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni, & centuriones, &
27 duces exercitus, de bellis, & manubiis prœliorum, quæ consecrauerant ad instaurationem & supellectilẽ templi Dñi.
28 Hæc aũt vniuersa sanctificauit Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: ‖omnesque' sanctificauerãt ea per manum Selemith, ‖omnes qui 13 MS. H.G.
29 & fratrum eius. Isaaritis verò præerat Chonenias, & filiis eius ad opera forinsecus super Israël ad docendum & iudi-
30 candum eos. Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israëli trans Iordanẽm contra Occidentẽ, in cunctis operibus Dñi, & in ministerium regis.
31 Hebronitarũ autẽ princeps fuit Ieria secundum familias & cognationes eorũ. Quadragesimo anno regni Dauid, recensiti sunt: & inuẽti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad, fratresque eius robustioris
32 ætatis, duo millia septingẽti principes familiarum. Præposuit autẽ eos Dauid rex Rubenitis & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministeriũ Dei & regis.

CAP. XXVII.

1 FIlij autem Israël secũdum numerum suum, principes familiarum, tribuni & centuriones & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos menses in anno: vigintiquatuor millibus singuli præ-
2 erant. Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo
3 viginti quatuor millia. De filiis Phares, princeps cunctorum principum in exer-

*Et H. G. ‖autem 2 MS.

citu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

citu menſe primo. Secundi menſis habebat turmã Dudia Ahohites, & poſt ſe alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti quatuor [a]millium'. 4
Dux quoq. turmæ tertiæ in menſe tertio, erat Banaias filius Ioiadæ [b]ſacerdos': & in diuiſione ſua viginti quatuor millia. 5
Ipſe eſt Banaias fortiſsimus inter triginta, & ſuper triginta. præerat autẽ turmæ ipſius Amizabad filius eius. 6
Quartus, menſe quarto, Aſahel frater Ioab, & Zabadias filius eius poſt eũ: & in turma eius viginti quatuor millia. 7
Quintus, menſe quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius viginti quatuor millia. 8
Sextus, menſe ſexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius viginti quatuor millia. 9
Septimus, menſe ſeptimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia. 10
Octauus, menſe octauo, Sobochai Huſathites de ſtirpe Zarahi: & in turma eius viginti quatuor millia. 11
Nonus, mẽſe nono, Abiezer Anathothites de filiis Iemini: & in turma ei[c] viginti quatuor millia. 12
Decimus, menſe decimo, Marai, & ipſe Netophathites de ſtirpe Zarahi: & in turma eius viginti quatuor millia. 13
Vndecimus, mẽſe vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: & in turma eius viginti quatuor millia. 14
Duodecimus, mẽſe duodecimo, Holdai Netophathites, de ſtirpe Gothoniel: & in turma eius viginti quatuor millia. 15
Porrò tribubus præerant in Iſraël, Rubenitis, dux Eliẽzer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: 16
Leuitis, Haſabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: 17
Iuda, Eliu frater Dauid: Iſſachar, Amri filius Michael: 18
Zabulonitis, Ieſmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Ozriel: 19
filiis Ephraim, Oſee filius Ozaziu: 20
dimidiæ tribui Manaſſe, Ioel filius Phadaiæ: & dimidiæ tribui Manaſſe in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: 21
Ben-iamin aũt, Iaſiel filius Abner. Dan verò, Ezrihel filius Ieroham. hi principes filiorum Iſraël. 22
Noluit autẽ Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat Dñs vt multiplicaret Iſraël quaſi ſtellas cæli. 23
Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, 24
‖ nec cõpleuit: quia ſuper hoc ira irruerat in Iſraël: & idcirco numerus eorum qui fuerãt recẽſiti, nõ eſt relatus in faſtos regis Dauid.
Super theſauros autem regis 25
fuit Azmoth filius Adiel. his aũt theſauris qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turribus, præſidebat Ionathã filius Oziæ.
Operi aũt ruſtico, & agricolis qui exercebant terrã, præerat Ezri filius Chelub: 26
vinearũq. cultoribus, Semeias [d]Romathites': cellis aũt vinariis, Zabdias [e]Aphonites'. 27
Nam ſuper oliueta & ficeta, quæ erãt in cãpeſtribus, Balanã Gederites: ſuper apothecas aũt olei, Ioas. 28
Porrò armẽtis quæ paſcebãtur in Saron, præpoſitus fuit Setrai Saronites: & ſuper boues 29
in vallibus, Saphat filius Adli: ſuper camelos verò, Vbil Iſmaëlites: & ſuper aſinos, Iadias Meronathites. 30
ſuper oues quoq. Iaziz Agaren'. omnes hi, principes 31
ſubſtantiæ regis Dauid. Ionathã aũt patruus Dauid, cõſiliarius, vir prudẽs & literatus: ipſe & Iahiel filius Hachamoni, 32
erãt cũ filiis regis. Achitophel eriã cõſiliari' regis, & Chuſai Arachites amicus 33
regis. Poſt Achitophel fuit Ioiada fili' Banaiæ, & Abiathar. Princeps autẽ exercitus regis erat Ioab. 34

CAP. XXVIII.

COnuocauit igitur Dauid omnes principes Iſraël, duces tribuũ, & præpoſitos turmarum, qui miniſtrabãt regi: tribunos quoq. & cẽturiones, & qui præerãt ſubſtãtiæ & poſſeſsionibus regis; filioſq. ſuos cũ eunuchis, & potẽtes, & robuſtiſſimos quoſq. in exercitu Ieruſalẽ. 1
Cũq. ſurrexiſſet rex, & ſtetiſſet, ait, Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitaui vt ædificarem domum in qua requieſceret arca fœderis Dñi, & ſcabellũ pedum Dei noſtri: & ad ædificãdum, omnia præparaui. 2
Deus autem dixit mihi, ‖ Non ædificabis domum nomini meo: eo quòd 3 2 Reg. 7.
ſis vir bellator, & ſanguinẽ fuderis. Sed elegit Dñs Deus Iſraël me de vniuerſa domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſraël in ſempiternũ: de Iuda enim elegit principes: porrò de domo Iuda, domum patris mei: & de filiis patris mei, placuit ei vt me eligeret regẽ ſuper cunctum Iſ- 4
raël. ‖ Sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dñs) elegit Salomonẽ filium meum, vt ſederet in throno regni 5 Sap. 9.7.
Dñi ſuper Iſraël, dixitq. mihi, Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & [f]atria' mea: ipſum enim elegi mihi in fi- 6 [f]altaria
lium, & ego ero ei in patrẽ. Et firmabo regnum eius vſq. in æternum, ſi perſeuerauerit facere præcepta mea, & iudicia, 7
ſicut & hodie. Nunc ergo corã vniuerſo cœtu Iſraël audiente Deo noſtro, cuſtodite & perquirite cuncta mãdata Domini Dei [g]noſtri': vt poſsideatis Terram 8 [g]veſtri. H. Tex. antiq. MS. & Græc. ſenar.
bonam, & relinquatis eam filiis veſtris poſt vos vſq. in ſempiternum. Tu autẽ 9 Pſal. 7, 10.
Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto, & animo voluntario: ‖ Omnia enim corda ſcrutatur Dñs, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum, inuenies: ſi autem dereliqueris eum, proiiciet te in 10
æternum. Nunc ergo quia elegit te Dominus vt ædificares domum ſanctuarij, confortare & perfice. Dedit autem Da- 11
uid Salomoni filio ſuo deſcriptionẽ porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus 12
propitiationis, nec non & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum in theſauros domus Dni, & in 13
theſauros ſanctorum, diuiſionumq. ſacerdotaliũ & Leuiticarũ, in omnia opera

domus

[a] millia 2 MS.
[b] ſacerdotis 7 MS. R.
Ex H. *qui dã hoc modo, 70. eo, quo Textus habet, trãſtulerunt.*
[c] *Saphamites* H. G.
[d] Ramathites 4 MS. H. G.
[e] *Saphamites* H. G.
Sup. 21, 2.

domus Dñi, & in vniuersa vasa ministe-
rij templi Dñi. Aurum in pondere per 14
singula vasa ministerij. Argẽti quoq. põ-
dus pro vasorum ‖& operum' diuersitate.
Sed & in candelabra aurea & ad lucer- 15
nas eorum, aurum pro mensura vniuſ-
cuiusque candelabri & lucernarum. Si-
militer & in candelabra argentea, & in
lucernas eorum, pro diuersitate mẽsuræ,
pondus argenti tradidit. Aurum quoq. 16
dedit in ‖mẽsas' propositionis pro diuer-
sitate ‖mensarum': similiter & argentum
in alias mensas argenteas. Ad fuscinu- 17
las quoq. & phialas, & thuribula ex auro
purissimo, & leunculos aureos pro qua-
litate mensuræ põdus distribuit, in leun-
culum & leunculum. Similiter & in leo-
nes argenteos diuersum argenti pondus
seposuit. Altari autem in quo adoletur 18
incensum, aurum purissimũ dedit: vt ex
ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim
extẽdentium alas, & velantium arcã fœ-
deris Dñi. Omnia, inquit, venerũt scri- 19
pta manu Dñi ad me, vt intelligerẽ vni-
uersa opera exemplaris. Dixit quoque 20
Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age,
& confortare, & fac: ne timeas, & ne pa-
uceas: Dñs enim Deus meus tecum erit,
& non dimittet te, nec derelinquet, do-
nec perficias omne opus ministerij do-
mus Dñi. Ecce diuisiones sacerdotum 21
& Leuitarũ, in omne ‖ministeriũ' domus
Domini, assistunt tibi, & parati sunt, &
nouerunt tam principes, quam populus,
facere omnia præcepta tua.

CAP. XXIX.

LOcutusque est Dauid rex ad omnem 1
ecclesiam, Salomonẽ filiũ meum vnũ
elegit Deus, adhuc puerum & tenellum:
opus enim grande est, neq. enim homini
præparatur habitatio, sed *Deo. Ego au- 2
tem totis viribus meis præparaui impẽ-
sas domus *Dei mei. Aurum ad vasa au-
rea, & argentũ in argẽtea, æs in ænea, ferr-
um in ferrea, ligna ad lignea: & lapides
onychinos, & quasi stibinos, & diuersorũ
colorũ, omnemq. pretiosum lapidem, &
marmor parium abũdantissimè. & su- 3
per hæc quæ obtuli in domum Dei mei,
de peculio meo aurum & argẽtum do in
templum Dei mei, exceptis his quæ præ-
parauit in ædem sanctam. Tria millia ta- 4
lenta auri de auro Ophir: & septem mil-
lia talentorum argenti probatissimi: ad
deaurandos parietes templi. ‖Et' vbi- 5
cumque opus est aurum, de auro, & vbi-
cumq. opus est argentũ, de argento opera
fiant per manus artificum: & siquis spõ-
te offert, impleat manum suam hodie, &
offerat quod voluerit Domino. Pollicit 6
sunt itaq. principes familiarum, & pro-
ceres tribuum Israël, tribuni quoque &
centuriones, & principes ‖ principum'
possessionũ regis. Dederuntq. in opera 7
domus Dñi auri talenta quinq. millia, &
solidos decem millia: argẽti talenta decẽ
millia, & æris talenta decem & octo mil-
lia: ferri quoq. centũ millia talentorum.
8 Et apud quecumq. inuenti sunt lapides,
dederũt in ‖thesauros' dom⁹ Dñi, per ma-
9 nũ Iahiel Gersonitis. Lætatusq. est po-
pulus, cùm vota *spõte promitterẽt: quia
corde toto offerebant ea Dño: sed & Da-
10 uid rex lętatus est gaudio magno. Et be
nedixit Dño corã vniuersa multitudine:
& ait, Benedictus es Dñe Deus Israël pa-
11 tris nostri ab æterno in æternũ. Tua est
Dñe magnificentia, & potẽtia, & gloria,
atq. victoria, & tibi laus: cũcta enim quæ
in cælo sunt, & in terra, tua sunt: tuum
Dñe regnum, & tu es super omnes prin-
12 cipes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria: tu
dominaris omnium: in manu tua virtus
& potentia, in manu tua magnitudo &
13 imperiũ omniũ. Nunc igitur Deus no-
ster confitemur tibi, & laudamus nomen
14 tuum inclytum. Quis ego, & quis po-
pulus meus, vt possimus hæc tibi vniuer
sa promittere? tua sunt omnia: & quæ de
15 manu tua accepimus, dedimus tibi. Pe-
regrini enim sumus coram te, & aduenæ,
sicut omnes patres nostri. ‖Dies nostri
quasi vmbra super terrã, & nulla est mo-
16 ra. Dñe Deus noster, omnis hæc copia
quam parauimus vt ædificaretur domus
nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua
17 sunt omnia. Scio Deus meus quod pro-
bes corda, & simplicitatem diligas, vnde
& ego in simplicitate cordis mei lætus
obtuli vniuersa hæc: & populum tuũ, qui
hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio
18 tibi offerre donaria. Dñe Deus Abra-
ham, & Isaac, & Israël patrum nostrorũ,
custodi in æternum hanc voluntatẽ cor-
dis eorum, & semper in venerationem
19 tui mẽs ista permaneat. Salomoni quo-
que filio meo da cor perfectum, vt custo-
diat mandata tua, testimonia tua, & ce-
remonias tuas, & faciat vniuersa: & ædi-
20 ficet ædem, cuius impensas parauit. Præ-
cepit autem Dauid vniuersæ ecclesiæ,
Benedicite Dño Deo ‖nostro'. Et benedi-
xit omnis ecclesia Dño Deo patrũ suo-
rum: & inclinauerunt se, & adorauerunt
21 Deũ, & deinde regem. Immolauerũtq.
victimas Dño: & obtulerunt holocausta
die sequenti, tauros mille, arietes mille,
agnos mille cũ libaminibus suis, & vni-
uerso ritu abundãtissimè in omnem Is-
22 raël. Et comederunt, & biberunt coram
Domino, in die illo cum grandi lætitia.
‖Et vnxerunt secundò Salomonem fi-
liũ Dauid. Vnxerunt autem eum Dño in
23 principem, & Sadoc in pontificem. Se-
ditq. Salomon super solium Dñi in regẽ
pro Dauid patre suo, & cunctis placuit:
24 & paruit illi omnis Israël. Sed & vni-
uersi principes & potentes, & cuncti filij
regis Dauid dederũt manum, & subiecti
25 fuerũt Salomoni regi. Magnificauit er-
go Dñs Salomonem super omnẽ Israël:
& dedit illi gloriam regni, qualem nullus

habuit

---

*Domino 3 MS. H. G *Domini MS q. R.

‖Vt 3 MS.

=? MS. R. H. G.

‖opus ministerij MS q.

‖thesaurũ 9 MS. H. *Textus autem, R. & G. similiter legit.*

*Tua 4 MS.

‖Sap. 2, 5.

‖vestro R. H. *Pro Texta autẽ, faciũt* MS. & G.

‖3 Reg. 1, 34

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habuit ante eum rex Israel. Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israël. Et dies quibus regnauit super Israël, fuerũt quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalẽ annis triginta tribus. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierũ, & diuitiis, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta aũt Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in Libro Samuelis Videntis, & in Libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad Videntis: vniuersique regni eius & fortitudinis, & temporum quæ transierũt sub eo, siue in Israël, siue in cunctis regnis terrarum.

3 Reg. 2,11

SECVNDVS LIBER PARALIPOMENON HEBRAICE DIBRE HAIAMIM.

CAP. I.

3 Reg. 3,1. *Deus eius K. H.G.

CONfortatus est ergo Salomõ filius Dauid in regno suo, & Dñs *erat cum eo, & magnificauit eũ in excelsum. Præcepitq. Salomon vniuerso Israëli, tribunis, & centurionibus, & ducibus & iudicibus omnis Israël, & principibus familiarum: & abiit cũ vniuersa multitudine in Excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculũ fœderis Dñi, quod fecit Moyses famulus Dei, in solitudine. Arcã aũtẽ Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locũ quẽ præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculũ, hoc est in Ierusalem. Altare quoq. æneũ, ‖ quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo Dñi: quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia.

Exo. 38,8.

Ascenditq. Salomon ad altare æneum, corã tabernaculo fœderis Dñi, & obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitq. Salomon Deo, Tu fecisti cũ Dauid patre meo misericordiã magnam: & cõstituisti me regem pro eo. Nunc ergo Dñe Deus impleatur sermo tuus, quẽ pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regem super populũ tuũ multũ, qui tã innumerabilis est, quã puluis terræ: ‖ Da mihi sapientiã & intelligentiã, vt ingrediar & egrediar corã populo tuo: quis enim potest hunc populũ tuũ dignè, qui tam grãdis est, iudicare? Dixit aũtẽ Deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & nõ postulasti diuitias, & substantiam, & gloriã, neq. animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti aũtẽ sapientiã & scientiã, vt iudicare possis populũ meũ, super quem cõstitui te regẽ; Sapiẽtia & sciẽtia data sunt tibi: diuitias autem & substantiã & gloriã dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui.

Sap. 9,10.

3 Re. 10,26

‖ Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Ierusalem corã tabernaculo fœderis, & regnauit super Israël. Congregauitq. sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. Præbuitq. rex argentũ & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna. ‖ Adducebantur autem ei equi de Aegypto, & de Coa à negotiatoribus regis, quibant, & emebant pretio, quadrigam equorũ sexcentis argenteis, & equum centũ quinquaginta: similiter de vniuersis regnis ‖ Cetthæorum', & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

3 Reg.

CAP. II.

DEcreuit aũtẽ Salomõ ædificare domum nomini Dñi, & palatium sibi. Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositosq. eorũ tria millia sexcentos. Misit quoq. ad Hiram regẽ Tyri, dicens, ‖ Sicut egisti cũ Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum, in qua & habitauit: sic fac mecũ vt ædificem domũ nomini Dñi Dei mei, vt cõsecrem eam ad adolendũ incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionẽ panũ sempiternã, & ad holocautomata manè & vespere, sabbathis quoque, & neomeniis, & solennitatibus Dñi Dei nostri in sempiternũ, quæ mãdata sunt Israëli. Domꝰ enim quã ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos. Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? si cælum, & cæli cælorum capere eum nequeunt: quantus ego sum, vt possim ædificare ei domũ? sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum corã illo. Mitte ergo mihi virũ eruditum qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano: scio enim quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erunt serui mei cũ seruis tuis, vt parẽtur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta. Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, * olei quoq. fata viginti millia. Dixit aũtẽ Hirã rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni, Quia dilexit Dñs populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit, dicens, Benedictus Dñs Deus Israel, qui fecit cælum & terrã, qui dedit Dauid regi filiũ sapientẽ & eruditũ & sensatum atq. prudentẽ, vt ædificaret domũ Dño, & palatium sibi. Misi ergo tibi virũ prudentem

*& viginti millia cretas. H.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dentem & scientissimũ Hirã patrẽ meũ,
14 filiũ mulieris de filiabus Dan: cuius pa-
ter fuit Tyrius, qui nouerit operari in au-
ro & argẽto, ære & ferro, & marmore, &
ligno, in purpura quoq. & hyacintho &
byssо & coccino: & qui sciat cælare omnẽ
sculpturã, & adinuenire prudenter quod-
cunq. in opere necessariũ est cũ artifici-
bus tuis, & cũ artificibus dñi mei Dauid
15 patris tui. Triticũ ergo, & hordeũ, & o-
leũ, & vinũ, quæ pollicit' es domine mi,
16 mitte seruis tuis. Nos autẽ cædemus li-
gna de Libano, quot necessaria habueris,
& applicabimus ea ratibus per mare in
Ioppe: tuũ autẽ erit trãsferre ea in Ieru-
17 salẽ. Numerauit igitur Salomõ omnes
viros proselytos qui erãt in terra Israël,
post dinumerationẽ quam dinumerauit
Dauid pater eius: & inuenti sunt centum
18 quinquaginta tria millia & sexcẽti. Fe-
citq. ex eis septuaginta millia, q humeris
onera portarent, & octoginta millia qui
lapides de montibus cæderent: tria au-
tem millia, & sexcentos præpositos ope-
rum populi.

CAP. III.

1 ET cœpit Salomon ædificare domum
Dñi in Ierusalem, in Monte-moria,
qui demõstratus fuerat Dauid patri eius,
in loco quẽ parauerat Dauid in area‖ Or-
2 Re 14,25. 1 Pa. 21,26 3 Reg. 6, 1. nan Iebusæi. Cœpit aũt ædificare mẽse
2 secundo, anno quarto regni sui. Et hæc
3 sunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt
ædificaret domũ Dei, lõgitudinis cubitos
in mensura prima sexaginta, latitudinis
cubitos viginti. Porticũ verò ante frõtẽ,
4 quæ tendebatur in longũ iuxta mẽsuram
latitudinis dom', cubitorũ viginti: porrò
altitudo centum viginti cubitorũ erat: &
deaurauit eã intrinsecus auro mundissi-
5 mo. Domum quoq. maiorẽ texit tabulis
ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi
affixit per totũ: sculpsitq. in ea palmas, &
quasi catenulas se inuicẽ complectentes.
6 Strauit quoq. pauimentũ templi pretio-
7 sissimo marmore, decore multo. Porrò
aurũ erat probatissimũ, de cuius laminis
texit domum, & trabes eius, & postes, &
parietes, & ostia: & cælauit cherubim in
8 parietibus. Fecit quoq. domũ Sãcti san-
ctorũ: longitudinẽ iuxta latitudinem do-
mus, cubitorũ viginti: & latitudinẽ simi-
liter viginti cubitorum: & laminis aureis
9 texit eã, quasi talentis sexcentis. Sed &
clauos fecit aureos, ita vt singuli claui si-
clos quinquagenos appẽderent: cœnacula
10 quoq. texit auro. Fecit etiã in domo Sã-
cti sanctorũ cherubim duos, opere statua-
11 rio: & texit eos auro. Alæ cherubim vi-
ginti cubitis extendebãtur, ita vt vna ala
haberet cubitos quinq., & tãgeret parietẽ
domus: & altera quinq. cubitos habens,
12 alam tangeret alterius cherub. Similiter
cherub alterius ala, quinq. habebat cubi-
tos, & tangebat parietẽ: & ala eius altera
quinq. cubitorũ, alã cherub alterius con-
13 tingebat. Igitur alæ vtriusq. cherubim
expansæ erant, & extendebãtur per cubi-
tos viginti: ipsi autẽ stabãt erectis pedi-
bus, & facies eorũ erãt versæ ad exterio-
14 rem domũ. Fecit quoq. velũ ex hyacin-
tho, purpura, cocco, & byssо: & intexuit
15 ei cherubim. Ante fores etiã tẽpli‖ duas Mat. 27,51 Ier. 52,20.
columnas, quæ triginta & quinq. cubitos
habebãt altitudinis: porrò capita earum,
16 quinq. cubitorũ. Nec nõ & quasi cate-
nulas in oraculo, & superposuit eas capi-
tibus colũnarũ: malogranata etiã centũ,
17 quæ catenulis interposuit. Ipsas quoq.
colũnas posuit in vestibulo tẽpli, vnã à
dextris, & alterã à sinistris: eã quæ à de-
xtris erat, vocauit Iachin; & quæ ad læ-
uam, Booz.

CAP. IIII.

1 FEcit quoq. altare æneũ viginti cubi-
torũ longitudinis, & viginti cubitorũ
latitudinis, & decẽ cubitorũ altitudinis.
2 Mare etiã fusile decẽ cubitis à labio vsq. 3 Reg. 7,23
ad labium, rotundũ per circuitũ: quinq.
cubitos habebat altitudinis, & funiculus
triginta cubitorũ ambiebat gyrum eius.
3 Similitudo quoq. boũ erat subter illud,
& decẽ cubitis quadã extrinsecus cælatu-
ræ, quasi duobus versibus aluũ maris
4 circuibant. Boues autẽ erant fusiles: &
ipsum mare super duodecim boues im-
positũ erat, quorum tres respiciebant ad
Aquilonẽ, & alij tres ad Occidentẽ: portò
tres alij Meridiẽ, & tres qui reliqui erant,
Oriẽtẽ, habẽtes mare superpositũ: poste-
riora autẽ boũ erãt intrinsecus sub mari.
5 Porrò vastitas eius habebat mensuram
palmi, & labiũ illius erat quasi labiũ ca-
licis, vel repãdi lilij: capiebatq. tria millia
6 metretas. Fecit quoq. cõchas decẽ: & po-
suit quĩq à dextris, & quinq. à sinistris, vt
lauarẽt in eis oĩa quæ in holocaustũ obla
turi erãt: porrò in mari sacerdotes laua-
7 bãtur. Fecit autẽ & cãdelabra aurea de-
cem, secundũ speciẽ qua ‖iusserat' fieri: & ‖iussa erãt 3 MS.
posuit ea in templo, quinq. à dextris, &
8 quinq. à sinistris. Necnõ & mẽsas decẽ:
& posuit eas in tẽplo, quinq. à dextris, &
quinq. à sinistris: phialas quoq. aureas cẽ-
9 tũ. Fecit etiã atriũ sacerdotũ, & basilicã
grãdẽ: & ostia in basilica, quæ texit ære.
10 Porrò mare posuit in latere dextro cõtra
11 Oriẽtẽ ad Meridiẽ. Fecit aũt Hirã lebetes
& creagras, & phialas: & cõpleuit omne
12 opus regis in domo Dei: hoc est, colũnas
duas; & epistylia, & capita, & quasi quæ-
dam retiacula, quæ capita tegerẽt super
13 epistylia. Malogranata quoq. ‖quadrin-
gẽta', & retiacula duo, ita vt bini ordines ‖quadra-ginta o.
malogranatorũ singulis retiaculis iun ge-
rentur, quæ protegerẽt epistylia, & capita
14 columnarũ. Bases etiã fecit & conchas
15 quas superposuit basibus: mare vnum,
16 boues quoq duodecim sub mari: Et le-
betes, & creagras, & phialas. Omnia vasa
fecit Salomoni Hirã pater eius in domo
17 Dñi ex ære mũdissimo. In regione Ior-
danis fudit ea rex in argillosa terra inter
18 Socoth, & Saredátha. Erat autẽ multi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tudo vasorũ innumerabilis, ita vt ignoraretur põdus æris. Fecitq. Salomõ omnia 19
vasa domus Dei, & altare aureũ: & mensas, & super eas panes propositionis. Cãdelabra quoq. cũ lucernis suis vt lucerent 20
ante oraculũ iuxta ritũ, ex auro purissimo: & florẽtia quędã, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mũdissimo facta sunt. Thymiateria quoq. & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro puri- 22
ssimo. Et ostia cælauit tẽpli interioris, id est in Sãcto sanctorũ: & ostia tẽpli forinsecus aurea. Sicq. cõpletũ est omne opus quod fecit Salomon in ‖domo' Dñi.

‖domum 1 MS.

CAP. V.

3 Reg. 7,51 & 8.1.

INtulit igitur Salomon omnia quæ voluerat Dauid pater suus, argentũ & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris 1
domus Dei. Post quæ cõgregauit maiores natu Israël, & cunctos principes tribuũ, & capita familiarũ de filiis Israël, in 2
Ierusalẽ: vt adducerent arcã fœderis Dñi de Ciuitate-Dauid, quæ est Siõ. Venerũt itaq. ad regẽ omnes viri Israël in die so- 3
lenni mensis septimi. Cumq. venissent 4
cuncti seniorũ Israël, portauerũt Leuitæ arcã, & intulerunt eã, & omnẽ paraturã 5
tabernaculi. Porrò vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, portauerũt sacerdotes cũ Leuitis. Rex autẽ Salomõ & vni- 6
uersus cœtus Israël, & oẽs qui fuerũt cõgregati ante arcã, immolabant arietes & boues absq. vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarũ. Et intulerũt sa- 7
cerdotes arcã fœderis Dñi in locũ suũ, id est, ad oraculũ tẽpli, in Sãcta sãctorũ subter alas cherubim: ita vt cherubim ex- 8
panderẽt alas suas sup locũ in quo posita erat arca, & ipsam arcã tegerẽt cũ vectib. suis. Vectiũ autẽ quib⁹ portabatur arca, 9
quia paululũ lõgiores erãt, capita parebãt ante oraculũ: si verò quis paululũ fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaq. arca ibi vsq. in præsentẽ diẽ. Ni- 10
hilq. erat aliud in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legẽ dedit Dñs filiis Israël egredientibus ex Aegypto. Egressis autẽ sacerdotibus 11
de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tẽpore vices, & ministeriorũ ordo inter eos diuisus erat) tã Le- 12
uitæ quã cãtores, id est, & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithũ, filij, & fratres eorũ vestiti byssinis, cymbalis & psalteriis, & citharis cõcrepabãt, stãtes ad Oriẽtalẽ plagã altaris, & cũ eis sacerdotes centũ viginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis, & 13
voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorũ cõcinẽtibus, & vocẽ in sublime tollẽtibus, longè sonitus audiebatur: ita vt cũ Dñm laudare cœpissent, & dicere, Confitemini Dño quoniã bonus, quoniã in æternũ misericordia eius: impleretur domus Dei nube, ne possent 14
sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

CAP. VI.

3 Reg. 8.

1 TVnc Salomon ait: Dñs pollicitus est
2 vt habitaret in cãligine: ego autem ædificaui domũ nomini ei⁹, vt habitaret
3 ibi in perpetuũ. Et cõuertit rex' faciẽ suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israël (nã omnis turba stabat intẽta,) &
4 ait, Benedictus Dñs Deus Israël, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere
5 cõpleuit, dicens, A die qua eduxi populum meũ de Terra-Aegypti, nõ elegi ciuitatẽ de cũctis tribubus Israël, vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quenquam aliũ virũ, vt esset dux in
6 populo meo Israël: sed elegi Ierusalẽ, vt sit nomẽ meũ in ea, & elegi Dauid, vt cõstituerem eũ super populũ meum Israël.
7 Cumq. fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini Dñi
8 Dei Israël, dixit Dominus ad eũ, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domũ nomini meo, bene quidẽ fecisti huiuscemodi habere volũtatem: sed nõ tu
9 ædificabis domũ, veruntamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domũ nomini meo. Cõpleuit ergo
10 Dñs sermonẽ suũ, quẽ locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronũ Israël, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Dñi
11 Dei Israël. Et posui in ea arcam, in qua est pactum Dñi quod pepigit cũ filiis Is-
12 raël. Stetit ergo corã altari Dñi ex aduerso vniuersæ multitudinis Israël, &
13 extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomõ basim æneam, & posuerat eã in medio basilicæ, habentẽ quinq. cubitos lõgitudinis, & quinq. cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: stetitq. super eã, & deinceps flexis genibus cõtra vniuersam multitudinẽ Israël, & palmis in
14 cælũ leuatis, ait, ‖ Domine Deus Israël, nõ est similis tui Deus in cælo & in terra: qui custodis pactũ & misericordiã cũ seruis tuis qui ambulant corã te in toto
15 corde suo. Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere compleisti, sicut & præsens tempus probat. Nũc
16 ergo Dñe Deus Israël, imple seruo tuo patri meo Dauid quęcunq. locutus es, dicens, Non deficiet ex te vir corã me, qui sedeat super thronũ Israël: ita tamen si custodierint filij tui ‖ vias meas', & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambu-
17 lasti corã me. Et nũc Dñe Deus Israël, firmetur sermo tuus quẽ locutus es seruo
18 tuo Dauid. Ergóne credibile est vt habitet Deus cũ hominib⁹ super terrã? Si cælũ & cæli cælorũ nõ te capiunt: quantò
19 magis domus ista quam ædificaui? Sed ad hoc tãtũ facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationẽ eius Dñe Deus meus: & audias preces quas ‖ fudit'

‖ viam sc. 4 MS. R. H. G.
‖ vias suas MS.
‖ fudit' MS. R. H. G.

famu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

famulus tuus coram te: vt aperias oculos 20
tuos super domum istam diebus ac noctibus,
super locum in quo pollicitus es vt inuo-
caretur nomen tuum: & exaudires oratio- 21
nem quam seruus tuus orat in eo, & exaudias
preces famuli tui, & populi tui Israël.
Quicunq. orauerit in loco isto, exaudi de
habitaculo tuo, id est, de cælis, & propi-
tiare. Si peccauerit quispiam in proximum 22
suum, & iurare contra eum paratus venerit,
seque maledicto constrinxerit coram altari
in domo ista: tu audies de cælo, & facies 23
iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas ini-
quo viam suam in caput proprium, & vlciscaris
iustum, retribuens ei secundum iustitiam
suam. Si superatus fuerit populus tuus Is- 24
rael ab inimicis (peccabunt enim tibi) &
conuersi egerint pœnitẽtiam, & obsecra-
uerint nomen tuum, & fuerint deprecati* in
loco isto, tu exaudies de cælo, & propi- 25
tiare peccato populi tui Israël, & reduc
eos in terram quam dedisti eis, & patrib. eo-
rum. Si clauso cælo pluuia non fluxerit 26
propter peccata populi, & deprecati te
fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo,
& conuersi à peccatis suis, cum eos afflixe-
ris, exaudi de cælo Dñe, & dimitte pec- 27
cata seruis tuis & populi tui Israël, & do-
ce eos viam bonam per quam ingrediantur, &
da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo
ad possidendum. Fames si orta fuerit in 28
terra, & pestilentia, ærugo & aurugo, &
locusta, & bruchus; & hostes vastatis re-
gionibus, portas obsederint ciuitatis, om-
nisq. plaga, & infirmitas presserit: si qs 29
de populo tuo Israël fuerit deprecatus,
cognoscens plagam, & infirmitatem suam, &
expanderit manus suas in domo hac: tu 30
exaudies de cælo, de sublimi scilicet ha-
bitaculo tuo, & propitiare, & redde vni-
cuiq. secundum vias suas quas nosti eum ha-
bere in corde suo: (tu enim solus nosti
corda filiorum hominum.) Vt timeant te, & 31
ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus
viuunt super faciem terræ quam dedisti patri-
bus nostris. Externum quoq. qui non est de 32
populo tuo Israël, si venerit de terra lon-
ginqua, propter nomen tuum magnum, &
propter manum tuam robustam, & brachium
tuum extentum, & adorauerit in loco isto:
tu exaudies de cælo firmissimo habita- 33
culo tuo, & facies cuncta pro quibus in-
uocauerit te ille peregrinus: vt sciant om-
nes populi terræ nomen tuum, & timeant
te sicut populus tuus Israël, & cognoscant
quia nomen tuum inuocatum est super do-
mum hanc quam ædificaui. Si egressus fuerit 34
populus tuus ad bellum contra aduersarios
suos per viam in qua miseris eos, adorabunt
te contra viam in qua ciuitas hæc est quam
elegisti, & domus quam ædificaui nomini
tuo: tu exaudies de cælo preces eorum, 35
& obsecrationem, & vlciscaris. Si autem 36
peccauerint tibi (neque enim est homo
qui non peccet) & iratus fueris eis, & tra-
dideris hostibus, & captiuos duxerint eos
in terram longinquam, vel certe quæ iuxta
37 est; & conuersi in corde suo in terra ad
quam captiui ducti fuerant, egerint pœni-
tentiam, & deprecati te fuerint in terra ca-
ptiuitatis suæ, dicentes, Peccauimus, ini-
38 que fecimus, iniuste egimus: & reuersi
fuerint ad te in toto corde suo, & in tota
anima sua, in terra captiuitatis suæ ad
quam ducti sunt, adorabunt te contra viam
terræ suæ quam dedisti patribus eorum,
& vrbis quam elegisti, & domus quam ædi-
39 ficaui nomini tuo: tu exaudies de cælo,
hoc est, de firmo habitaculo tuo preces
eorum, & facias iudicium, & dimittas po-
40 pulo tuo quamuis peccatori. tu es enim
Deus meus, aperiantur, quæso, oculi tui,
& aures tuæ intentæ sint ad orationem
41 quæ fit in loco isto. Nunc igitur con- Psa. 131,8.
surge Dñe Deus in requiem tuam, tu & arca
fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui Domine
Deus induantur salutem, & sancti tui læten-
42 tur in bonis. Dñe Deus ne auerseris fa-
ciem christi tui: memẽto misericordiarum
Dauid serui tui.

CAP. VII.

1 CVmq. complesset Salomon fundens 2 Mac.2,10.
preces, ignis descendit de cælo, & de-
uorauit holocausta & victimas: & maie-
2 stas Dñi impleuit domum. Nec poterant
sacerdotes ingredi templum Dñi, eo quod
implesset maiestas Dñi templum Domini.
3 Sed & omnes filij Israël videbant descen-
dentem ignem, & gloriam Dñi super domum: &
corruentes proni in terram super pauimẽ-
tum stratum lapide, adorauerunt: & lauda-
uerunt Dñm, Quoniam bonus, quoniam in
4 seculum misericordia eius. Rex autem &
omnis populus immolabant victimas co-
5 ram Dño. Mactauit igitur rex Salomon 3 Re. 8,65.
hostias, boum viginti duo millia, arietum
centum viginti millia: & dedicauit do-
6 mum Dei rex & vniuersus populus. Sa-
cerdotes autem stabant in officiis suis: &
Leuitæ in organis carminum Dñi, quæ fe-
cit Dauid rex ad laudandum Dñm, Quo-
niam in æternum misericordia eius, hym-
nos Dauid canentes per manus suas: por-
rò sacerdotes canebant tubis ante eos,
7 cunctusq. Israël stabat. Sanctificauit quo-
que Salomon medium atrij ante templum
Dñi: obtulerat enim ibi holocausta & a-
dipes pacificorum: quia altare æneum quod
fecerat, non poterat sustinere holocausta
8 & sacrificia & adipes. Fecit ergo Salo-
mon solennitatem in tempore illo septem die-
bus, & omnis Israël cum eo, ecclesia magna
valde, ab introitu Emath vsq. ad Torren-
9 tem Aegypti. Fecitq. die octauo collec-
tam, eo quod dedicasset altare septem die-
bus, & solennitatem celebrasset diebus se-
10 ptem. Igitur in die vicesimotertio mensis
septimi dimisit populos ad tabernacula
sua, lætantes atque gaudentes super bono
quod fecerat Dominus Dauidi, & Salo-
11 moni, & Israeli populo suo. Compleuitq. 3 Reg.9,1.
Salomon domum Dñi, & domum regis, &
omnia quæ disposuerat in corde suo, vt

*te R. *terram H.G.

Inf.20,9.

3 Re. 8,46. Eccl. 7,21. 1 Ioan. 1,8

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

faceret in domo Dñi, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei Dñs 12
nocte, & ait, Audiui orationẽ tuã, & elegi locum istũ mihi in domum sacrificij. Si 13
clausero cælum, & pluuia non fluxerit, & mãdauero & præcepero locustæ, vt deuoret terrã, & misero pestilentiã in populũ meũ: cõuersus aũt populus meus, super 14
quos inuocatũ est nomẽ meũ, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciẽ meã, & egerit pœnitentiã a viis suis pessimis: & ego exaudiã de cælo, & propitius ero peccatis eorũ, & sanabo terrã eorũ. Oculi quoq. 15
mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit.
Elegi enim, & sanctificaui locũ istũ, vt 16
sit nomẽ meũ ibi in sempiternũ, & permaneãt oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus. Tu quoq. si ambulaueris coram 17
me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta oĩa quæ præcepi tibi, & iustitias meas iudiciaq. seruaueris: susci- 18
tabo thronũ regni tui, sicut pollicitus sũ Dauid patri tuo, dicẽs, Non auferetur de stirpe tua vir, qui ~nõ'sit princeps in Israël. Si aũt auersi fueritis, & dereliqueri- 19
tis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeũtes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: euellã vos de 20
terra mea quã dedi vobis, & domũ hanc quã ~sanctificaui' nomini meo, proiiciã à facie mea, & tradã eam in parabolã, & in exẽplũ cũctis populis. Et dom° ista erit 21
in puerbiũ vniuersis trãseũtibus: & dicẽt stupẽtes, Quare fecit Dñs sic terræ huic, & domui huic? Respõdebuntque, Quia 22
dereliquerũt Dñm Deũ patrũ suorũ, qui eduxit eos de Terra-Aegypti, & apprehẽderunt deos alienos, & adorauerũt eos, & coluerunt: idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala. CAP. VIII.

Expletis autem viginti annis postquã 1
~ædificauit Salomõ domũ Dñi & domũ suã: ciuitates quas dederat Hirã Sa- 2
lomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israël. Abiit quoq. in Emath Suba, 3
& obtinuit eã. Et ædificauit Palmiram 4
in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath. Extruxitq. Beth- 5
horõ superiorẽ, & Beth-horon inferiorẽ, ciuitates muratas habentes portas & vectes & seras: Balaath etiã & omnes vr- 6
bes firmissimas, quę fuerunt Salomonis, cunctasq. vrbes quadrigarum, & vrbes equitũ: omnia ~quæcũque' voluit Salomon atq. disposuit, ædificauit in Ierusalẽ & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. Omnẽ populũ qui derelictus fuerat 7
de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israël, de filiis eorũ; & de posteris 8
quos nõ interfecerant filij Israël, subiugauit Salomõ in tributarios, vsq. in diem hanc. Porrò de filiis Israël nõ posuit vt 9
seruirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes
10 quadrigarũ & equitũ eius. Omnes autẽ principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducẽti quinquaginta, qui erudiebãt
11 populũ. Filiã vero Pharaonis trãstulit de Ciuitate-Dauid in domũ quã ædificauerat ei. Dixit enim ~rex', Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israël, eo qꝙ sanctificata sit: quia ingressa est in eam
12 arca Dñi. Tũc obtulit Salomõ holocausta Dño super altare Dñi, quod extruxe-
13 rat ante porticũ, vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moysi, in sabbathis & in calẽdis, & in festis dieb. ter per annũ, id est, in Solẽnitate azymorũ, & in Solẽnitate hebdomadarũ, & in Solennitate tabernaculorũ. Et cõstituit iuxta
14 dispositionẽ Dauid patris sui officia sacerdotũ in ministeriis suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarẽt, & ministrarẽt corã sacerdotibus iuxta ritũ vniuscuiusque diei: & ianitores in diuisionibus suis per portã & portã: sic enim præceperat Da-
15 uid homo Dei. Nec prætergressi sunt de mãdatis regis tã sacerdotes, quã Leuitæ, ex omnib. quæ præceperat, & in custodiis
16 thesaurorũ. Oẽs impẽsas præparatas habuit Salomõ, ex eo die quo fundauit do-
17 mũ Dñi, vsq. in diẽ quo perfecit eã. Tũc abiit Salomõ in Asion-gaber, & in Ailath ad orã Maris-rubri, quę est in Terra-edõ.
18 Misit aũt ei Hirã per manus seruorum suorũ naues, & nautas gnaros maris, & abierũt cum seruis Salomonis in Ophir: tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem. CAP. IX.

1 REgina quoq. Saba cũ audisset famã Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ierusalẽ: cũ magnis opibus & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimũ, gemmasq. pretiosas. Cũq. venisset ad Salomonẽ, locuta est ei quæ-
2 cunque erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quicquã fuit quod non perspicuum ei fe-
3 cerit. Quæ postquã vidit, sapientiã scilicet Salomonis, & domũ quã ædificauerat, necnõ & cibaria mẽsæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimẽta eorũ, pincernas quoq. & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo Dñi: non erat præ stupore
5 vltrà in ea spiritus. Dixitq. ad regẽ, Verus est sermo quẽ audieram in terra mea
6 de virtutibus & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei: & probassem vix medietatẽ sapientiæ tuæ mihi fuisse nar-
7 ratã: vicisti famã virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sa-
8 pientiã tuam. Sit Dñs Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regẽ Dñi Dei tui. Quia diligit Deus Israël, & vult seruare eum in æternum: idcirco posuit te super eum regem,

vt sa-

~6 MS. G.

3 Re. 10. Matt. 12. Luc. 11.

3 Re. 9, 10.

~13 MS. H.G.

~ædificaui o.

~quæ 3 MS Hier. H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt facias iudicia atq. iustitiã. Dedit aũt 9
regi centum viginti talenta auri, & aro-
mata multa nimis, & gẽmas pretiosissi-
mas: nõ fuerũt aromata talia, vt hęc quæ
3Reg.10,11 dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & 10
serui Hirã cũ seruis Salomonis attulerũt
aurũ de Ophir, & ligna thyina, & gẽmas
pretiosissimas. De quibus fecit rex, de 11
lignis scilicet thyinis, gradus in domo
Dñi, & in domo regia: citharas quoq. &
psalteria cãtoribus: nunquã visa sunt in
Terra-Iuda ligna talia. Rex autẽ Salo- 12
mõ dedit reginæ Saba cuncta quę voluit,
& quæ postulauit, & multò plura quã at-
tulerat ad eũ: quæ reuersa, abiit in terrã
suã cũ seruis suis. Erat aũt pondus auri 13
quod afferebatur Salomoni per singulos
annos, sexcẽta sexaginta sex talẽta auri:
excepta ea summa quã legati diuersarũ 14
gẽtiũ, & negotiatores afferre cõsueuerãt,
omnẽsq. reges Arabiæ, & satrapæ terrarũ,
qui cõportabãt aurũ & argentũ Salomo-
ni. Fecit igitur rex Salomõ ducẽtas ha- 15
stas aureas, de summa sexcentorũ aureo-
rũ, qui in singulis hastis expendebantur.
Trecenta quoq. scuta aurea trecentorũ 16
aureorũ quibus tegẽbãtur singula scuta:
posuitq. ea rex in armamentario, quod
erat consitum nemore. Fecit quoq. rex 17
solium eburneũ grande: & vestiuit illud
auro mundissimo. Sex quoque gradus, 18
quibus ascendebatur ad soliũ: & scabel-
lum aureũ, & brachiola duo altrinsecus,
& duos leones stantes iuxta brachiola:
sed & alios duodecim leunculos stãtes 19
super sex gradus ex vtraq. parte. nõ fuit
tale solium in vniuersis regnis. Omnia 20
quoq. vasa conuiuij regis erant aurea: &
vasa domus saltus Libani ex auro puris-
simo. Argẽtũ enim in diebus illis pro ni-
hilo reputabatur. Siquidem naues regis 21
ibant in Tharsis cum seruis Hirã, semel
in annis tribus: & deferebãt inde aurũ &
argẽtũ, & ebur, & simias, & pauos. Ma- 22
gnificatus est igitur Salomõ super omnes
reges terræ præ diuitiis & gloria. Om- 23
nẽsq. reges terrarũ desiderabãt videre fa-
ciẽ Salomonis: vt audirent sapientiã quã
dederat Deus in corde eius. Et deferebãt 24
ei munera, vasa argentea & aurea, & ve-
stes, & arma, & aromata, equos & mulos,
per singulos annos. Habuit quoq. Sa- 25
lomõ quadraginta millia equorũ in sta-
bulis: & curruum, equitumq. duodecim
millia: cõstituitq. eos in vrbibus quadri-
garũ, & vbi erat rex in Ierusalẽ. Exer- 26
cuit etiã potestatẽ super cunctos reges à
flumine Euphrate vsque ad terrã Phili-
sthinorum, & vsq. ad terminos Aegypti.
Tantamq. copiã præbuit argenti in Ie- 27
rusalẽ quasi lapidũ: & cedrorũ tantã mul-
titudinẽ velut sycomororũ quæ gignũtur
in cãpestribus. Adducebãtur aũt ei equi 28
de Aegypto, cunctisq. regionibus. Reli- 29
qua autẽ opera Salomonis priorũ & no-
uissimorũ scripta sunt in verbis Nathan
prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in
visione quoq. Addo Videntis, cõtra Iero-
30 boã filiũ Nabat. Regnauit autẽ Salomõ
in Ierusalẽ super omnẽ Israël quadragin-
31 ta annis. Dormiuitq. cũ patribus suis: &
sepelierũt eũ in Ciuitate-Dauid: regna-
uitq. Roboã filius eius pro eo. CAP. X.
1 PRofectus est autẽ Roboã in Sichem: 3Reg.12,1.
illuc enim cunctus Israël cõuenerat,
2 vt cõstituerent eũ regẽ. Quod cùm au-
disset Ieroboã filius Nabat, q̃ erat in Ae-
gypto (fugerat quippe illuc ante Salo-
3 monẽ) statim reuersus est. Vocauerũtq.
eum, & venit cum vniuerso Israël, & lo-
4 cuti sunt ad Roboã, dicẽtes, Pater tuus
durissimo iugo nos pressit: tu leuiora
impera patre tuo, q̃ nobis imposuit gra-
uẽ seruitutẽ, & paululũ de onere suble-
5 ua, vt seruiamus tibi. Qui ait, Post tres
dies reuertimini ad me. Cumq̃ abiisset
6 populus, iniit consiliũ cum senibus qui
steterãt corã patre eius Salomone, dum
adhuc viueret, dicẽs, Quid datis consilii,
7 vt respondeã populo? Qui dixerunt ei,
Si placueris populo huic, & linieris eos
verbis clementibus, seruient tibi omni
8 tẽpore. At ille reliquit consiliũ senũ, &
cũ iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo
nutriti fuerãt, & erãt in comitatu illius.
9 Dixitq. ad eos, Quid vobis videtur? vel
respondere quid debeo populo huic, qui
dixit mihi, Subleua iugũ quod imposuit
10 nobis pater tuus? ‖At illi responderunt ‖Et *locuti*
– vt' iuuenes, & nutriti cũ eo in deliciis, *sunt ei* H.
atq. dixerũt: Sic loquẽris populo qui di- G.
xit tibi, Pater tuus aggrauauit iugũ no- – 1 MS.
strũ, tu subleua: & sic respõdebis ei, Mi-
nimus digitus meus grossior est lumbis
11 patris mei. Pater meus imposuit vobis
graue iugũ, & ego maius põdus apponã:
pater meus cecĩdit vos flagellis, ego verò
12 cædã vos scorpionibus. Venit ergo Ie-
roboã, & vniuersus populus ad Roboam
13 die tertio, sicut præceperat eis. Respon-
ditq. rex dura, derelicto cõsilio seniorũ,
14 locutúsq. est iuxta iuuenũ voluntatẽ,
Pater meus graue vobis imposuit iugũ;
quod ego grauius faciã: pater meus ce-
cĩdit vos flagellis; ego verò cædam vos
15 scorpionibus. Et non acquieuit populi
precibus: erat enim volũtatis Dei, vt cõ-
pleretur sermo eius, ‖quẽ locutus fuerat 3Reg.11,29
per manũ Ahiæ Silonitis ad Ieroboã fi-
16 liũ Nabat. Populus aũt vniuersus rege
duriora dicẽte, sic locutus est ad eũ, Nõ
est nobis pars in Dauid, neq. hæreditas
in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua
Israël, tu autẽ pasce domũ tuã Dauid. Et
17 abiit Israël in tabernacula sua. Super
filios autẽ Israël, qui habitabãt in ciuita-
18 tibus Iuda, regnauit Roboã. Misitq. rex
Roboã Aduram, qui præerat tributis, & la-
pidauerunt eũ filij Israël; & mortuus est:
porrò rex Roboã currũ festinauit ascen-
19 dere, & fugit in Ierusalem. Recessitque
Israël à domo Dauid, vsq. ad diem hanc.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XI.

3Reg.12,21 VEnit aũt Roboã in Ieruſalẽ, & conuocauit vniuerſam domum Iuda & Beniamin, cẽtũ octoginta millia electorũ atq. bellantiũ, vt dimicaret cõtra Iſraẽl, & cõuerteret ad ſe regnũ ſuũ. Factúſq. eſt ſermo Dñi ad Semeiã hominem Dei, dicẽs, Loquere ad Roboã filiũ Salomonis regẽ Iuda, & ad vniuerſum Iſraël qui eſt in Iuda & Bẽ-iamin, Hæc dicit Dñs, Non aſcendetis, neq. pugnabitis contra fratres veſtros: ←reuertatur vnuſquiſq. in domũ ſuã, quia mea hoc geſtũ eſt voluntate'. Qui cũ audiſſent ſermonẽ Dñi, reuerſi ſunt, nec perrexerũt cõtra Ieroboã.

Habitauit aũt Roboã in Ieruſalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda.

Extruxitque Beth-léhem, & Etam, & Thecue, Bethſur quoque, & Socho, & Odollam, necnõ & Geth, & Mareſa, & Ziph: ſed & Adurã, & Lachis, & Azeca: Saraa quoque, & Aialõ, & Hebrõ, quæ erãt in Iuda & Bẽ-iamin, ciuitates munitiſsimas. Cumq. clauſiſſet eas muris, poſuit in eis principes, ciborũq. horrea, hoc eſt, olei & vini. Sed & in ſingulis vrbib. fecit armamẽtaria ſcutorũ & haſtarũ: firmauitq. eas ſummadiligẽtia, & imperauit ſuper Iudam & Ben-iamin.

Sacerdotes autẽ & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſraël, venerũt ad eũ de cunctis ſedibus ſuis, relinquentes ſuburbana, & poſſeſsiones ſuas, & trãſeũtes ad Iudã, & Ieruſalẽ: eò quòd abieciſſet eos Ieroboã, & poſteri eius, ne ſacerdotio Dñi fungerentur. Qui cõſtituit ſibi ſacerdotes excelſorũ, & dæmoniorũ, vitulorúq. quos 3Reg.12,31 fecerat. Sed & de cũctis tribubus Iſraël, quicumq. dederant cor ſuũ vt quærerent Dñm Deũ Iſraël, venerũt in Ieruſalẽ ad immolandũ victimas ſuas corã Dño Deo patrũ ſuorũ. Et roborauerũt regnũ Iuda: & cõfirmauerũt Roboã filiũ Salomonis per tres annos: ambulauerũt enim in viis Dauid & Salomonis, annis tantũ tribus.

Duxit aũt Roboã vxorẽ Mahalath, filiã Ierimoth filij Dauid: Abihaíl quoq. filiã Eliab filij Iſai, quę peperit ei filios ſeus, & Somoriã, & Zoom. Poſt hanc quoq. accepit Maacha filiã Abſalõ, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith.

Amauit autẽ Roboã Maacha filiã Abſalõ ſuper oẽs vxores ſuas, & cõcubinas: nã vxores decẽ & octo duxerat, concubinas autẽ ſexaginta: & genuit viginti octo filios, & ſexaginta filias. Cõſtituit verò in capite, Abiam filium Maacha ducẽ ſuper omnes fratres ſuos: ipſum enim regẽ facere cogitabat, quia ſapientior fuit, & potentior ſuper oẽs filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Ben-iamin, & in vniuerſis ciuitatibus muratis: præbuitq. eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores.

CAP. XII.

CVmq. roboratũ fuiſſet regnũ Roboã & cõfortatũ, dereliquit legẽ Dñi, & omnis Iſraël cũ eo. ¶ Anno autẽ quinto regni Roboã, aſcendit Seſac rex Aegypti in Ieruſalẽ, (quia peccauerant Dño) cũ mille ducẽtis curribus, & ſexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cũ eo ex Aegypto, Libyes ſcilicet, & Troglodytæ, & Aethiopes. Cepitq. ciuitates munitiſsimas in Iuda, & venit vſque in Ieruſalẽ. Semeias autẽ propheta ingreſſus eſt ad Roboã, & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ieruſalẽ, fugientes Seſac: dixitq. ad eos, Hæc dicit Dñs, Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. Cõſternatiq. principes Iſraël, & rex, dixerũt, Iuſtus eſt Dñs. Cumq. vidiſſet Dñs quòd humiliati eſſent, factus eſt ſermo Dñi ad Semeiã, dicẽs, Quia humiliati ſunt, nõ diſperdã eos: daboq. eis pauxillũ auxilij, & nõ ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manũ Seſac. Veruntamẽ ſeruiẽt ei: vt ſciant diſtantiã ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarũ. Receſsit itaq. Seſac rex Aegypti ab Ieruſalem, ſublatis theſauris domus Dñi, & domus regis, omniaque ſecum tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomõ, pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus ſcutariorũ qui cuſtodiebãt veſtibulũ palatij. Cumq. introiret rex domũ Dñi, veniebãt ſcutarij, & tollebãt eos: iterũq. referebãt eos ad armamentarium ſuum.

2Reg.14,25

Veruntamẽ quia humiliati ſunt, auerſa eſt ab eis ira Dñi, nec deleti ſunt penitus: ſiquidẽ in Iuda inuenta ſunt opera bona.

3Reg.14,21 ¶ Cõfortatus eſt ergo rex Roboã in Ieruſalẽ, atq. regnauit: quadraginta autẽ & vnius anni erat cùm regnare cœpiſſet: & decẽ & ſeptẽ annis regnauit in Ieruſalẽ, vrbe quã elegit Dñs, vt cõfirmaret nomẽ ſuũ ibi, de cunctis tribubus Iſraël; nomẽ autem matris eius Naama Ammanitis.

Fecit autẽ malũ, & nõ præparauit cor ſuũ vt quæreret Dñm. Opera verò Roboam prima & nouiſsima ſcripta ſunt in Libris Semeiæ Prophetæ, & Addo Videtis, & diligẽter expoſita: pugnauerũtq. aduerſum ſe Roboã & Ieroboã cũctis diebꝰ.

Et dormiuit Roboã cũ patrib. ſuis: ſepultúſq. eſt in Ciuitate-Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo. CAP. XIII.

3 Reg.15,1 ANno octauodecimo regis Ieroboã, regnauit Abia ſuper Iudam. Tribus annis regnauit in Ieruſalẽ: nomẽq. matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa; & erat bellũ inter Abiã & Ieroboã. ¶ Cũq. iniiſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſſimos viros, & electorum ᵃquadraginta' millia: Ieroboã inſtruxit econtra aciem ᵇoctoginta' millia virorũ, qui & ipſi electi erant, & ad bella fortiſsimi. Stetit ergo Abia ſuper montem Semerõ, qui erat in Ephraim, & ait, Audi Ieroboã, & oĩs Iſraël: Nũ ignoratis quòd Dñs Deus Iſraël dederit regnũ Dauid ſuper Iſraël in ſempiternum, ipſi & filiis eius in pactũ ſalis?

3 Reg.15,3

ᵃ quadringenta 8 MS. & H. G.

ᵇ octingenta 6 MS. & H. G.

(Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(Et surrexit Ieroboã filiꝰ Nabat, seruus Salomonis filij Dauid: ‖ & rebellauit cõtra dñm suũ. Congregatiq. sunt ad eum viri vanissimi, & filij belial: & præualuerũt cõtra Roboã filiũ Salomonis: porrò Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis.) Nunc ergo vos dicitis, quòd resistere possitis regno Dñi, quod possidet per filios Dauid: habetisq. grandẽ populi multitudinẽ, atq. vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboã in deos:
‖ Et eiecistis sacerdotes Dñi, filios Aaron, atq. Leuitas: & fecistis vobis sacerdotes sicut oẽs populi terrarũ: quicumq. venerit, & initiauerit manũ suã in tauro de bobus, & in arietibus septẽ, fit sacerdos eorum qui nõ sunt dij. Noster autẽ Dñs, Deus est, quẽ nõ relinquimus: sacerdotesq. ministrãt Dño de filiis Aarõ: & Leuitæ sunt in ordine suo. Holocausta quoq. offerunt Dño per singulos dies manè & vespere: & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in mensa mundissima, estq. apud nos candelabrũ aureũ, & lucernæ eius, vt accendãtur semp ad vesperã: nos quippe custodimus præcepta Dñi Dei nostri, quẽ vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & sacerdotes eius, qui clãgunt tubis, & resonãt cõtra vos: filij Israël nolite pugnare cõtra Dñm Deũ patrũ vestrorũ, quia nõ vobis expedit. Hæc illo loquẽte, Ieroboam retro moliebatur insidias. Cumq. ex aduerso hostiũ staret, ignorantẽ Iudã suo ambiebat exercitu. Respicienq. Iudas, vidit instare belũ ex aduerso & post tergũ, & clamauit ad Dñm: ac sacerdotes tubis canere cœperunt. Omnesq. viri Iuda vociferati sunt: & ecce, illis clamãtibus perterruit Deus Ieroboã, & omnẽ Israël qui stabat ex aduerso Abia & Iuda. Fugerũtq. filij Israël Iudã, & tradidit eos Deus in manu eorũ. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israël ᵘquinquaginta' millia virorũ fortiũ. Humiliatiq. sunt filij Israël in tẽpore illo: & vehemẽtissimè cõfortati filij Iuda, eo quòd speraſſẽt in Dño Deo patrũ suorũ. Persecutus est autem Abia fugientẽ Ieroboã: & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius: & Iesana cum filiabus suis: Ephron quoq. & filias eius.
Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia: quẽ percussit Dñs, & mortuus est. Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim: procreauitq. viginti duos filios, & sedecim filias. Reliqua autẽ sermonũ Abia; viarumq. & operũ eius, scripta sunt diligentissimè in Libro Addo Prophetæ.

3 Re. 15, 8.

CAP. XIIII.

DOrmiuit aũt Abia cũ patribꝰ suis, & sepelierũt eum in Ciuitate-Dauid: regnauitq. Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit autẽ Asa quod bonũ & placitum erat in cõspectu * Dei sui, & subuertit altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas, lucosq. succîdit. Et præcepit Iudæ vt quæreret Dñm Deũ patrũ suorũ, & faceret legem, & vniuersa mãdata. Et abstulit de cũctis vrbibus Iuda aras & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoq. vrbes munitas in Iuda, quia quietꝰ erat, & nulla tẽporibus eius bella surrexerãt, pacẽ Dño largiente. Dixit autem Iudæ, Aedificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & seris: donec à bellis quieta sunt oĩa, eò quòd quæsierimus Dñm Deũ patrũ nostrorum, & dederit nobis pacẽ per gyrũ. Aedificauerũt igitur, & nullum in extruẽdo impedimẽtũ fuit. Habuit autẽ Asa in exercitu suo portãtiũ scuta & hastas, de Iuda trecẽta millia: de Bẽ-iamin verò scutariorũ & sagittariorũ, duᵘseptuacẽtaⁿoctoginta' millia: oẽs isti viri fortissimi. Egressus est autem cõtra eos Zara Aethiops cũ exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecẽtis: & venit vsq. Maresa. Porrò Asa perrexit obuiã ei, & instruxit aciẽ ad bellũ in Valle-Sephata, quæ est iuxta Maresa. ‖ Et inuocauit Dñm Deũ, & ait, Dñe nõ est apud te vlla distãtia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribꝰ: adiuua nos Dñe Deus noster: in te enim, & in tuo nomine habẽtes fiduciã venimꝰ cõtra hãc multitudinẽ. Dñe, Deus noster tu es, nõ præualeat cõtra te homo. Exterruit itaq. Dñs Aethiopes corã Asa & Iuda: fugerũtq. Aethiopes. Et persecutus est eos Asa, & populus qui cũ eo erat, vsq. Gérara: & ruerũt Aethiopes vsq. ad internecionẽ, quia Dño cædente cõtriti sunt, & exercitu illius præliante. Tulerũt ergo spolia multa. Et pcusserũt ciuitates oẽs per circuitũ Gérarę: grãdis quippe cunctos terror inuaserat: & diripuerũt vrbes, & multã prædã asportauerũt. Sed & caulas ouiũ destruẽtes, tulerũt pecorum infinitã multitudinẽ, & camelorum: reuersiq́ue sunt in Ierusalem.

* Domini 2 MS.R. H.G.

ᵘquingenta 7 MS.R. H.G.

1 Reg. 14, 6

CAP. XV.

AZarias autẽ filius ᵘObed', facto in se Spiritu Dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & oĩs Iuda & Bẽ-iamin, Dñs vobiscũ, quia fuistis cũ eo. Si quesieritis eũ, inuenietis: si autẽ dereliqueritis eũ, derelinquet vos.
Trãsibũt autẽ multi dies in Israël absq. Deo vero, & absque sacerdote doctore, & absq. lege. Cumq. reuersi fuerint in angustia sua, *ad Dñm Deũ Israël, & quæsierint eũ, reperiẽt eũ. In tẽpore illo nõ erit pax egrediẽti & ingrediẽti: sed terrores vndiq. in cũctis habitatoribꝰ terrarũ. Pugnabit enim gẽs cõtra gẽtẽ, & ciuitas cõtra ciuitatẽ: quia Dñs conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.

3 Re. 15, 22 ᵘOded 7 MS. H. G.

*& clamauerint o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod cùm audisset Asa, verba scilicet, 8
& prophetiã Azariæ filij Obed prophetę,
confortatus est, & abstulit idola de omni
terra Iuda, & de Ben-iamin, & ex vrbib⁹,
quas ceperat, montis Ephraim: & dedi-
cauit altare Dñi quod erat ante porticum
Dñi. Cõgregauitq. vniuersum Iudã & 9
Ben-iamin, & aduenas cum eis de E-
phraim, & de Manasse, & de Simeõ: plu-
res enim ad eũ cõfugerant ex Israël, vi-
dentes quòd Dñs Deus illius esset cũ eo.
Cũq. venissent in Ierusalẽ mense ter- 10
tio, anno decimoquinto regni Asa, im- 11
molauerũt Dño in die illa de manubiis &
præda quã adduxerãt, boues septingẽtos,
& arietes septem millia. Et intrauit ex 12
more ad corroborandũ fœdus, vt quæ-
rẽt Dñm Deũ patrũ suorũ in toto corde,
& in tota anima sua. Si quis autem, in- 13
quit, nõ quęsierit Dñm Deum Israël, mo-
riatur, à minimo vsq. ad maximũ, à viro
vsq. ad mulierẽ. Iurauerunt q. Dño vo- 14
ce magna in iubilo, & in clãgore tubæ, &
in sonitu buccinarũ omnes qui erãt in 15
Iuda, cũ execratione: in omni enim cor-
de suo iurauerũt, & in tota volũtate quę-
sierunt eũ, & inuenerũt: præstititque eis
Dñs requiẽ per circuitum. Sed & Maa- 16
chã matrẽ Asa regis ex augusto deposuit
imperio, eò quòd fecisset in luco simu-
lacrum Priapi: quod omne cõtriuit, & in
frusta cõminuens cõbusit in Torrente-
cedrõ. Excelsa autẽ derelicta sunt in Is- 17
raël: attamẽ cor Asa erat perfectũ cun-
ctis diebus eius. Eaque quę vouerat pa- 18
ter suus, & ipse, intulit in domũ Dñi: ar-
gentũ & aurũ, vasorũq. diuersam supel-
lectilẽ. Bellũ vero nõ fuit vsq. ad ⁿtri-
cesimũ annũ regni Asa. CAP. XVI.
ⁿtricesimũ quintum R.H.G.
ANno autẽ tricesimo sexto regni eius 1
ascẽdit Baasa rex Israël in Iudã, &
muro circumdabat Rama, vt nullus tutè
3Reg. 15, 18 posset egredi & ingredi de regno Asa.
Protulit autẽ Asa argentũ & aurum de 2
thesauris domus Dñi, & de thesauris re-
giis: misitq. ad Ben-adad regẽ Syriæ, qui
habitabat in Darmasco, dicens, Fœdus 3
inter me & te est, pater quoque meus &
pater tuus habuere cõcordiã: quã ob rẽ
misi tibi argentũ & aurũ, vt rupto fœdere
quod habes cum Baasa rege Israël, facias
eũ à me recedere. Quo cõperto Ben-a- 4
dad misit principes exercituũ suorum ad
vrbes Israël: qui percusserũt Ahiõ, & Dã,
& Abel-maim, & vniuersas vrbes Neph-
thali muratas. Quod cũ audisset Baasa, 5
desiit ædificare Rama, & intermisit opus
suũ. Porrò Asa rex assumpsit vniuersum 6
Iudã, & tulerunt lapides de Rama, & li-
gna quæ ædificationi præparauerat Baasa:
ædificauitq. ex eis Gabaa, & Maspha. In 7
tẽpore illo venit Hanani propheta ad A-
sam regẽ Iuda, & dixit ei, Quia habuisti
fiduciã in rege Syriæ & nõ in Dño Deo
tuo: idcirco euasit Syriæ regis exercitus
Sup. 14, 9. de manu tua. ‖ Nónne Aethiopes & Li- 8
byes multo plures erãt quadrigis & equi-
tibus, & multitudine nimia: quos, cũ in
Dño credidisses, tradidit in manu tua?
Oculi enim Dñi contemplantur vni- 9
uersam terrã, & præbent fortitudinẽ his
‖ qui corde perfecto credũt in eũ. Stultè Isa. 7, 9
igitur egisti, & propter hoc ex præsenti
tẽpore aduersum te bella cõsurgẽt. Ira- 10
tusq. Asa aduersus Videntẽ, iussit eum
mitti in neruũ: valde quippe super hoc
fuerat indignatus: & interfecit de populo
in tẽpore illo plurimos. Opera autẽ Asa 11
prima & nouissima scripta sunt in Libro
regum Iuda & Israël. Aegrotauit etiam 12
Asa anno trictesimonono regni sui, dolore
pedũ vehementissimo, & nec in infirmi-
tate sua quæsiuit Dñm, sed magis in me-
dicorum arte confisus est. Dormiuitq. 13
cum patribus suis: & mortuus est anno
quadragesimo primo regni sui. Et se- 14
pelierunt eum in sepulchro suo quod fo-
derat sibi in Ciuitate Dauid: posuerũtq.
eũ super lectũ suũ plenum aromatibus &
vnguẽtis meretriciis, quæ erãt pigmen-
tariorum arte confecta, & combusserunt
super eum ambitione nimia.

CAP. XVII.

REgnauit autẽ Iosaphat filius eius pro 1
eo, & inualuit contra Israël. Cõsti- 2 3Reg. 15
tuitq. militũ numeros in cunctis vrbibus
Iuda, quæ erãt vallatæ muris. Præsidiaq.
disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus
Ephraim quas ceperat Asa pater eius. Et 3
fuit Dñs cũ Iosaphat, qui ambulauit in
viis Dauid patris sui primis: & nõ spe-
rauit in Baalim, sed in Deo patris sui, & 4
perrexit in præceptis illius, & non iuxta
peccata Israël. Confirmauitq. Dñs re- 5
gnũ in manu eius: & dedit omnis Iuda
munera Iosaphat: factæq. sunt ei infini-
tæ diuitię, & multa gloria. Cumq. sum- 6
psisset cor eius audaciã propter vias Dñi,
etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit.
Tertio autẽ anno regni sui misit de prin- 7
cipibus suis Ben-hail, & Obdiã, & Za-
chariã, & Nathanael, & Michæã, vt do-
cerẽt in ciuitatibus Iuda: & cũ eis Le- 8
uitas Semeiã, & Nathaniã, & Zabadiã,
Asael quoq. & Semiramoth & Ionathã,
Adoniamq. & Tobiã & Thob-adoniã Le-
uitas: & cũ eis Elisama, & Ioram sacerdo-
tes: docebantq. populũ in Iuda, haben- 9
tes librum legis Dñi; & circuibant cun-
ctas vrbes Iuda, atq. erudiebãt populum.
Itaq. factus est pauor Dñi super omnia 10
regna terrarũ quæ erãt per gyrum Iuda:
nec audebãt bellare cõtra Iosaphat. Sed 11
& Philisthæi Iosaphat munera defere-
bant, & vectigal argenti. Arabes quoque
adducebãt pecora arietum, septem mil-
lia septingentos, & hircos totidem. Cre- 12
uit ergo Iosaphat, & magnificatus est vs-
que in sublime: atq. ædificauit in Iuda
domos adinstar turrium, vrbesq. mura-
tas. Et multa opera parauit in vrbibus 13
Iuda: viri quoque bellatores, & robusti

erant in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant in Ierusalem, quorum iste numerus per domos atque familias singulorum: In Iuda 'princeps' exercitus, Edrnas dux: & cum eo robustissimi viri trecẽta millia. Post hũc Iohanã princeps, & cum eo ducẽta octoginta millia. Post illum quoq. Amasias filius Zechri, cõsecratus Dño, & cum eo ducenta millia virorum fortium. Hũc sequebatur robustus ad prœlia Eliada, & cũ eo tenentium arcum & clypeũ ducẽta millia. Post istũ etiã Iozabad: & cum eo cẽtum octoginta millia exppeditorum militũ. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos posuerat in vrbibus muratis, in vniuerso Iuda.

a principes 2 MS. H. G

CAP. XVIII.

3 Reg. 22, 1

FVit ergo Iosaphat diues & inclytus multum, & affinitate coniunctus est Achab. Descenditq. post annos ad eum in Samariã: ad cuius aduentũ mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipsi & populo qui venerát cũ eo: persuasitq. illi vt ascenderet in Ramoth-Galaad. Dixitq. Achab rex Israël ad Iosaphat regẽ Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad. Cui ille respondit, Vt ego, & tu: sicut populus tuus, sic & populus meus: tecumq. erimus in bello. Dixit Iosaphat ad regẽ Israël, Cõsule obsecro impræsentiarum sermonẽ Dñi. Cõgregauit igitur rex Israël prophetarũ quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi, Ascende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. Dixitq. Iosaphat, Nũquid non est hîc prophetes Dñi, vt ab illo etiã r quiramus? Et ait rex Israël ad Iosaphat, Est vir vnus à quo possumus quærere Dñi voluntaté: sed ego odi eũ, quia nõ prophetat mihi bonũ, sed malũ omni tempore: est autẽ Michæas filius Iemla. Dixitque Iosaphat, Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israël vnum de eunuchis, & dixit ei, Voca citò Michæam filium Iemla. Porrò rex Israël & Iosaphat rex Iuda vterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. sedebant autẽ in area iuxta portã Samariæ, omnesq. prophetæ vaticinabãtur corã eis. Sedecias verò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dñs, His ventilabis Syriã, donec cõteras eã. Omnesque prophetæ similiter prophetabãt, atq. dicebãt, Ascende in Ramoth-Galaad, & prosperaberis, & tradet eos Dñs in manu regis. Nũtius autẽ qui ierat ad vocãdũ Michẽã, ait illi, En, verba omniũ prophetarũ vno ore bona regi annuntiãt: quæso ergo te vt & sermo tuus ab eis nõ dissentiat, loquarisq. prospera. Cui respõdit Michæas, Viuit Dñs, quia quodcunq. dixerit mihi Deus meus, hoc loquar.

Venit ergo ad regem. Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandũ, an quiescere? Cui ille respõdit, Ascẽdite: cuncta enim prospera eueniẽt, & tradentur hostes in manus vestras.

Dixitq. rex, Iterum, atq. iterum te adiuro, vt mihi nõ loquaris, nisi quod verũ est in nomine Dñi. At ille ait, Vidi vniuersum Israël dispersum in montibus, sicut oues absq. pastore: & dixit Dñs, Nõ habent isti dños: reuertatur vnusquisque in domũ suam in pace. Et ait rex Israël ad Iosaphat, Nónne dixi tibi quòd non prophetaret iste mihi quicquã boni, sed ea quæ mala sunt? At ille, Idcirco, ait, audite verbũ Dñi, Vidi Dñm sedentem in solio suo, & omnẽ exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et dixit Dñs, Quis decipiet Achab regẽ Israël, vt ascendat & corruat in Ramoth-Galaad? Cumq. diceret vnus hoc modo, & alter alio: processit spiritus, & stetit corã Dño, & ait, Ego decipiam eum. Cui Dñs, In quo, inquit, decipies? At ille respondit, Egrediar, & ero spiritus mẽdax in ore omniũ prophetarũ eius. Dixitque Dñs, Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. Nunc igitur, ecce Dñs dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum: & Dñs locutus est de te mala. Accessit aũt Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait, Per quã viã transiuit Spiritus Dñi à me, vt loqueretur tibi? Dixitq. Michæas, Tu ipse videbis in die illo, quãdo ingressus fueris cubiculũ de cubiculo, vt abscondaris. Præcepit autem rex Israël, dicens, Tollite Michẽã, & ducite eum ad Amõ principẽ ciuitatis, & ad Ioas filium 'Amélech'. Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite hunc in carcerẽ, & date ei panis modicum & aquæ pauxillũ donec reuertar in pace. Dixitq. Michæas, Si reuersus fueris in pace, nõ est locutus Dñs in me. Et ait, Audite omnes populi. Igitur ascenderũt rex Israël, & Iosaphat rex Iuda, in Ramoth-Galaad. Dixitq. rex Israël ad Iosaphat, Mutabõ habitum, & sic ad pugnã vadã: tu autẽ induere vestibus tuis. Mutatoq. rex Israël habitu, venit ad bellum. Rex autẽ Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicẽs, Ne pugnetis cõtra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israël. Itaque cùm vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt, Rex Israël est iste. Et circunderũt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dñm, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo. Cùm enim vidissent duces equitatus quòd non esset rex Israel, reliquerunt eum. Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Israël inter ceruicem & scapulas: at ille aurigæ suo ait, Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israël stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperam, & mortuus est occidente Sole.

a Regis G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XIX.

REuersus est autē Iosaphat rex Iuda in domū suā pacificè, in Ierusalem. 1
Cui occurrit Iehu filius Hanani Vidēs, & ait ad eū, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dñm amicitia iungeris: & idcirco irā quidē Dñi merebaris: sed 2
bona opera inuenta sunt in te, eo quòd 3
-4 MS. R. H. G. abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum vt requireres - Dñm³ -3 MS. R. H.G. Deum - patrum tuorū³. Habitauit ergo 4
Iosaphat in Ierusalē: rursumq. egressus est ad populum de Berſabee vsq. ad mōtem Ephraim, & reuocauit eos ad Dñm Deum patrū suorum. Constituitq. iu- 5
dices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per singula loca, & præcipiens 6
iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Dñi: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Dñi vobiscum: & 7
cum diligentia cuncta facite: nō est enim apud Dominū Deum nostrum iniquitas, ‖ nec personarum acceptio, nec cupido
Deu. 10, 17. Rom. 2, 12. Gal. 2, 6. Ephe. 6, 9. Col. 3, 25. Act. 10, 34. 1 Pet. 1, 17 munerum. In Ierusalem quoq. consti- 8
tuit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, & principes familiarum ex Israël, vt iudicium & causam Dñi iudicarent habitatoribus eius. Præcepitq. eis, dicens, Sic 9
Sap. 6, 8. Eccl. 35, 16. agetis in timore Dñi fideliter, & corde perfecto: Omnem causam quæ venerit 10
ad vos fratrum vestrorum qui habitāt in vrbibus suis, inter cognationem & cognationem, vbicunque quæstio est de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus; ostendite eis, vt non peccent in Dñm, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem sacerdos & 11
pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quæ ad regis officiū pertinent: habetis q. magistros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter: & erit Dominus[a] vobiscum in bonis'.
[a] cum bonis 7 MS. R.H.G.

CAP. XX.

POst hæc cōgregati sunt filij Moab, & 1
filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent cōtra eū.
Veneruntq. nuntij, & indicauerunt Io- 2
saphat, dicentes, Venit cōtra te multitudo magna de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asason-thamar, quæ est En-gaddi. Iosa- 3
phat autē timore perterritus, totū se cōtulit ad rogandū Dñm: & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. Congregatusq. 4
est Iudas ad deprecandum Dñm: sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumq. stetisset Iosa- 5
phat in medio cœtu Iudæ, & Ierusalem, in domo Dñi ante atrium nouum, ait, 6
Dñe Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gētium: in manu tua est fortitudo & potē-
tia, nec quisquam tibi potest resistere.
7 Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius cora populo tuo Israël, & dedisti eā semini Abrahā
8 amici tui in sempiternū? Habitauerūtq. in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium
9 nomini tuo, dicentes, ‖ Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabim⁹ ad te in tribulationibus nostris, & exaudies, saluosque
10 facies. Nunc igitur ecce filij Ammō, & Moab, & mons Seir, ‖ per quos non concessisti* Israël vt transirent quādo egrediebātur de Aegypto, sed declinauerūt ab
11 eis, & non interfecerunt illos: econtrario agunt, & nituntur eiicere nos de pos-
12 sessione quā tradidisti nobis. Deus noster, ergo nō iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui,
13 vt oculos nostros dirigamus ad te. Omnis verò Iuda stabat cora Dño cum parvulis, & vxoribus, & liberis suis. Erat
14 autē Iahaziel fili⁹ Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathāniæ, Leuites de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus
15 Dñi in medio turbæ, & ait, Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalē, & tu rex Iosaphat: Hæc dicit Dñs vobis, Nolite timere, nec paueatis hāc multitudinē: non est enim vestra pugna, sed Dei.
16 Cras[a] descendetis' cōtra eos: ascensuri enim sunt per cliuū nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui
17 est cōtra solitudinē Ieruel. Nō eritis vos qui dimicabitis, sed tantūmodò confidēter stare, & videbitis auxilium Dñi super vos, ô Iuda, & Ierusalem: nolite timere, nec paueatis: cras egrediemini cōtra eos,
18 & Dñs erit vobiscum. Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalē ceciderunt proni in terrā cora Dño, & ad-
19 orauerunt eum. Porrò Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Core laudabant Dñm Deum Israël voce magna, in excelsum.
20 Cumq. manè surrexissent, egressi sunt per desertū Thecua: profectisq. eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit, Audite me - viri' Iuda, & omnes habitatores Ierusalē: credite in Dño Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cun-
21 cta euenient prospera. Deditque consilium populo, & statuit cantores Dñi, vt laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent, ‖ Confitemini Domino, quoniā in
22 æternum misericordia eius. Cumq. cœpissent laudes canere, vertit Dñs insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & mōtis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudā,
23 & percussi sunt. Namq. filij Ammon, &

* filius M.

[a] ascendetis 16 MS. Quæ in Textu est lectio, R. H. & G. respondet.

- 13 MS. H.G.

Psal. 135, 1

Moab

Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent, & deterêt eos: cumq. hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidêre vulneribus. Porrò Iuda cùm venisset ad ℔speluncã' quæ respicit solitudinem, vidit procul omnẽ latè regionẽ plenam cadaueribus, nec superesse quenquã qui necẽ potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cũ eo ad detrahenda spolia mortuorũ: inueneruntq. inter cadauera, variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima: & diripuerũt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in Valle-benedictionis: etenim quoniã ibi benedixerãt Dño, vocauerũt locũ illum Vallis-benedictionis, vsque in præsentẽ diẽ. Reuersusque est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalẽ, & Iosaphat ante eos in Ierusalem, cum lætitia magna, eò quòd dedisset eis Dominus gaudiũ de inimicis suis. Ingressiq. sunt in Ierusalẽ cum psalteriis, & citharis, & tubis in domũ Dñi. Irruit autem pauor Domini super vniuersa regna terrarũ, cùm audissent quòd pugnasset Dominus cõtra inimicos Israël. Quieuitque regnum Iosaphat, & prębuit ei Deus pacem per circuitũ. Regnauit igitur Iosaphat super Iudã, & erat triginta quinq. annorum cùm regnare cœpisset: viginti autẽ & quinque annis regnauit in Ierusalem; & nomen matris eius Azuba filia Selahi. Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciẽs quæ placita erant coram Dño. Veruntamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suũ ad Dominũ Deũ patrũ suorũ. Reliqua autẽ gestorum Iosaphat priorum & nouissimorũ, scripta sunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digessit in libros regũ Israël. Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israël, cuius opera fuerunt impiissima. Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharsis: feceruntq. classem in Asion-gaber. Prophetauit autẽ Eliezer filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicẽs, Quia habuisti fœdus cũ Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæq. sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

℔speculam R.H.G.

CAP. XXI.

DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate-Dauid: regnauitque Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam & Azariam, & Michael, & Saphatiam: omnes hi, filij Iosaphat regis Iuda. Deditq. eis pater suus multa munera argenti, & auri, & ℔pensationes', cũ ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnũ autem tradidit Ioram, eò quòd esset primogenitus. Surrexit autem Iorã super regnum patris sui: cumq. se confirmasset, occîdit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israël. ¶ Triginta duorum annorum erat Ioram cùm regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitq. in viis regum Israël, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius, & fecit malũ in conspectu Domini. Noluit autem Dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tẽpore. ¶ In diebus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regẽ. Cumq. transisset Iorã cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secũ, surrexit nocte, & percussit Edom qui se circumdederat, & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda, vsque ad hãc diẽ: eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dñm Deum patrum fuorũ: insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudã. Allatæ sunt autẽ ei literæ ab Elia propheta, in quibus scriptũ erat, Hæc dicit Dñs Deus Dauid patris tui, Quoniã non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda, sed incessisti per iter regum Israël, & fornicati fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab; insuper & fratres tuos domum patris tui, meliores te occidisti: ecce Dñs percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersaq. substantia tua. tu autem ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur viscera tua paulatim per singulos dies. Suscitauit ergo Dñs contra Iorã spiritũ Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Aethiopibus. & ascenderunt in Terram Iuda, & vastauerunt eam: diripueruntq. cunctam substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natu erat. Et super hæc omnia percussit eum Dñs alui languore insanabili. Cumq. diei succederet dies, & temporũ spatia voluerentur, duorũ annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua, lãguore pariter, & vita caruit. Mortuusq. est in infirmitate pessima, & nõ fecit ei populus secundùm morẽ cõbustionis, exequias, sicut fecerat maioribus eius. Triginta duorũ annorũ fuit cũ regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque nõ rectè, & sepelierunt eum in Ciuitate-Dauid; veruntamen non in sepulchro regum.

4Reg.8,16.

4Reg.8,20.

3Reg.22,51

℔pensationes 3 MS. ℔pretiosorum H. ℔arma G.

CAP. XXII.

1 CONstituerũt autem habitatores Ierusalem ℔Ochoziam' filium eius minimum,

4Reg.8,24. ℔Achaziã *nominat Hieronymus cum Hebræis; Ochoziam aũt codices nostri, cum Græcis.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minimum, regem pro eo: oēs enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitq. Ochozias filius Ioram regis Iuda. Quadraginta duorum annorū erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalē: & nomē matris eius Athalia filia Amri.

Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret. Fecit igitur malū in conspectu Dñi, sicut domus Achab: ipsi enim fuerūt ei cōsiliarij post mortē patris sui, in interitum eius. Ambulauitq. in consiliis eorū. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Israël, in bellum cōtra Hazael regē Syriæ, in Ramoth Galaad: vulneraueruntq. Syri Ioram. Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ochoziā, vt veniret ad Ioram: & cùm venisset, -"&' egrederetur cū eo aduersum Iehu filiū Namsi, quē vnxit Dñs, vt deleret domū Achab.

Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrū Ochoziæ, qui ministrabāt ei, & interfecit illos. Ipsum quoq. perquirens Ochoziā, comprehendit latitantem in Samaria: adductumq. ad se, occidit; & sepelierunt eū: eò quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dñm in toto corde suo. nec erat vltrà spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. ‖ siquidem Athalia mater eius videns quòd mortuus esset fili' suus, surrexit, & interfecit oēm stirpē regiā domus "Ioram'. Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filiū Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorū regis, cùm interficerētur: abscōditq. eū cū nutrice sua in cubiculo lectulorū: Iosabeth autē quæ absconderat eū, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cū eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram. CAP. XXIII.

ANno autē septimo confortatus Ioiada, assumpsit cēturiones, Azariam videlicet filiū Ierohā, & Ismahel filium Iohanan, Azariā quoque filium Obed, & Maasiā filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudā, cōgregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarū Israël: veneruntq. in Ierusalem.

Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cū rege: dixitq. ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dñs, super filios Dauid. Iste est ergo sermo quē facietis: Tertia pars vestrûm qui veniunt ad Sabbathū, sacerdotum, & Leuitarū, & ianitorū erit in portis: tertia verò pars ad domū regis: & tertia adportā quę appellatur Fundamēti: omne verò reliquū vulgus sit in atriis dom' Dñi.

Nec quispiā alius ingrediatur domum Dñi, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodò ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Dñi. Leuitæ autem circumdent regē, habentes singula arma sua: (& si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur) sintque cum rege & intrante & egrediente. Fecerunt ergo Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex: & assumpserūt singuli virosqui sub se erāt, & veniebant per ordinē sabbathi, cū his q impleuerāt sabbathū, & "egressi' erāt. siquidē Ioiada pōtifex nō dimiserat abire turmas, quæ sibi p singulas hebdomadas succedere cōsueuerāt. Deditq. Ioiada sacerdos cēturionib. lāceas, clypeósq. & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo Dñi. Cōstituitq. omnē populū tenentiū pugiones à parte templi dextra, vsq. ad partē tēpli sinistrā, corā altari, & templo, per circuitū regis. Et eduxerūt filiū regis, & imposuerunt ei diadema, -& testimoniū', -dederuntq. in manu eius tenendā legē': & cōstituerunt eū regē: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatiq́ue sunt ei, atq. dixerunt, Viuat rex. Quod cùm audisset Athalia, vocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populū in templū Dñi. Cumq. vidisset regē stantē super gradum in introitu, & principes, turmásq. circa eū, omnemque populum terræ gaudentē, atq. clangentē tubis, & diuersi generis organis concinētem, vocemque laudantium, scidit vestimēta sua, & ait, Insidiæ, insidiæ. Egressus autem Ioiada pontifex ad cēturiones & principes exercitus, dixit eis, Educite illā extra septa tēpli, & interficiatur foris gladio. Præcepitq. sacerdos ne occideretur in domo Dñi. Et imposuerunt ceruicibus eius manus: cumque intrasset portā equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. Pepigit autē Ioiada fœdus inter se, vniuersumque populum & regem, vt esset populus Dñi. Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam: & altaria ac simulachra illius confregerunt: Mathan quoq. sacerdotem Baal interfecerūt ante aras.

Constituit autē Ioiada præpositos in domo Dñi, sub manibus sacerdotum & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Dñi: vt offerrent holocausta Dño, sicut scriptum est in "lege' Moysi, in gaudio & canticis, iuxta dispositionem Dauid. Constituit quoq. ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. Assumpsitque centuriones, & fortissimos viros ac principes populi, & omne vulgus q.

terræ,

-2 MS. H. G.
" vt MS.

4 Reg. 11, 1.

" Iuda R. H. G.

4 Reg. 11, 4.

terræ, & fecerunt descendere regẽ de domo Dñi, & introire per mediũ portæ superioris in domũ regis, & collocauerunt eum in solio regali. Lætatusq. est omnis 21
populus terræ, & vrbs quieuit: porrò Athalia interfecta est gladio.

CAP. XXIIII.

SEptem annorum erat Ioas cùm regnare cœpisset: & quadraginta annis 1
4 Reg. 12, 11. regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Sebia de Ber-sabee. Fecitq. quod bonũ 2
est corã Dño cũctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit aũt ei Ioiada vxores duas, 3
è quibus genuit filios & filias. Post quæ 4
placuit Ioas vt instauraret domum Dñi.
Congregauitq. sacerdotes & Leuitas, & 5
dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israël pecuniam ad
vestri 12 MS. Hier. H.G. sartatecta templi Dei ℣nostri', per singulos annos, festinatoque hoc facite: porrò
Leuitæ egêre negligentius. Vocauitq. rex 6
Ioiadã principem, & dixit ei, Quare tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre
de Iuda & de Ierusalẽ pecuniã quæ constituta est à Moyse seruo Dñi, vt inferret
eam omnis multitudo Israël in tabernaculũ testimonij? Athalia enim impiissima, & filij eius destruxerũt domũ Dei, 7
& de vniuersis quæ sanctificata fuerãt in templo Dñi, ornauerunt fanum Baalim.
Præcepit ergo rex, & fecerunt arcã: po- 8
*domus R.H.G. sueruntq. eam iuxta portã *Dñi forinsecus. Et prædicatũ est in Iuda & Ierusa- 9
Exo. 30, 12 lem vt deferrẽt singuli pretiũ Dño, quod ‖cõstituit Moyses seruus Dei super om-
nem Israël, in deserto. Lætatiq. sunt cũ- 10
R.H.G. cti principes, & omnis populus: & ingressi contulerũt in arcam ℣Dñi', atq. miserunt, ita vt impleretur. Cũq. tẽpus esset 11
vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, &
quẽ primus sacerdos constituerat: effundebantq. pecuniã quæ erat in arca: porrò arcam reportabant ad locũ suum: sicque faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia. Quam dederũt rex 12
& Ioiada his qui præerant operib. domus Dñi: at illi conducebãt ex ea cæsores lapidum, & artifices operũ singulorum, vt instaurarent domũ Dñi: fabros quoq; ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. Egeruntq. hi qui operabantur in- 13
dustriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorũ: ac suscitauerũt domum Dñi in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. Cumq. complessent om- 14
nia opera, detulerunt corã rege & Ioiada reliquã partẽ pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministeriũ ad holocausta, phialæ quoque, & cætera vasa aurea & argentea: & offerebãtur holocausta in domo Dñi iugiter cunctis diebus Ioiadæ.
Senuit autem Ioiada plenus dierum, & 15
mortuus est cùm esset centũ triginta annorum: sepelieruntq. eum in Ciuitate- 16
Dauid cum regibus, eo quòd fecisset bonum cum Israël, & cũ domo eius. Post- 17
quã autẽ obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regẽ: qui deli- 18
nitus obsequiis eorũ, acquieuit eis. Et dereliquerunt templum Dñi Dei patrum suorum, seruierũtq. lucis & sculptilibus: & facta est ira cõtra Iudam & Ierusalem
propter hoc peccatum. Mittebatque eis 19
prophetas, vt reuerterẽtur ad Dñm: quos protestantes, illi audire nolebant. Spiri- 20
tus itaq. Dei induit Zachariã filiũ Ioiadæ sacerdotẽ, & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dñs Deus, Quare trãsgredimini præceptũ Dñi, quod vobis nõ proderit: & dereliquistis Dñm, vt de-
relinqueret vos? Qui congregati aduer- 21
sus eum, miserũt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus Dñi. Et non est 22
recordatus Ioas rex, misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secũ, sed interfecit filium eius. ‖ Qui cùm moreretur, Mat. 23, 35.
ait, Videat Dñs, & requirat. Cumq. euolutus esset annus, ascendit cõtra eum exercitus Syriæ: venitq. in Iudã & Ierusalem, & interfecit cunctos principes po- 23
puli, atq. vniuersam prædã miserunt regi
in Damascum. Et certè cùm permodi- 24
cus venisset numerus Syrorum, tradidit Dñs in manibus eorũ infinitã multitudinem: eo quòd dereliquissent Dñm Deum patrũ suorum: in Ioas quoq; ignominiosa
exercuere iudicia. Et abeuntes dimise- 25
runt eum in languoribus magnis. Surrexerunt autẽ contra eum serui sui, in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderũt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntq. eum in Ciuitate-
Dauid, sed non in sepulchris regũ. Insi- 26
diati verò sunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith
Moabitidis. Porrò filij eius, ac summa 27
pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regum: regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

CAP. XXV.

VIginti quinq. annorum erat Amasias 1
cùm regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen
4 Re. 14, 2. ℣ Ioadan 8 MS. H. ℣Iodaeia G. matris eius ℣Ioiadan' de Ierusalẽ. Fecitq. 2
bonũ in conspectu Dñi, veruntamen non
in corde perfecto. Cumq. roboratũ sibi 3
videret imperiũ, iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum. Sed filios 4
eorum nõ interfecit, sicut scriptum est in Libro legis Moysi, vbi præcepit Dñs, dicens, ‖ Non occidentur patres pro filiis, Deu. 24, 16.
neq. filii pro patribus suis: sed vnusquisq. 4 Reg. 14, 6. Eze. 18, 20
in suo peccato morietur. Congregauit 5
igitur Amasias Iudã, & constituit eos per familias, tribunosq. & cẽturiones in vniuerso Iuda & Ben-iamin: & recensuit à viginti annis sursum, inuenitq. ℣trigintã' millia iuuenum, qui egrederentur ad pugnam, & tenerent hastam & clypeum. ℣trecenta R.H.G.

Mercede

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mercede quoq. cõduxit de Israël centũ millia robustorum, centũ talẽtis argenti.
Venit autẽ homo Dei ad illum, & ait, Ò rex, ne egrediatur tecũ exercit⁹ Israël: non est enim Dñs cũ Israël, & cunctis filiis Ephraim. Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adiuuare, & in fugam conuertere. Dixitq. Amasias ad hominẽ Dei, Quid ergo fiet de centũ talẽtis quę dedi militib. Israël? Et respondit ei homo Dei, Habet Dñs vnde tibi dare possit multò his plura. Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locũ suum: at illi cõtra Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionẽ suam. Porrò Amasias cõfidenter eduxit populũ suum, & abiit in Vallem salinarũ, percussitq. filios Seir, decẽ millia. Et alia decẽ millia virorũ ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptũ cuiusdã petrę, precipitauerũtq. eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt.
At ille exercit⁹ quẽ remiserat Amasias, ne secum iret ad prœlium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsq. ad Bethoron, & interfectis tribus millibus, diripuit prædã magnam. Amasias verò post cædem Idumæorũ, & allatos deos filiorũ Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum. Quam ob rem iratus Dñs cõtra Amasiam, misit ad illũ prophetã, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suũ de manu tua? Cũq. hæc ille loqueretur, respondit ei, Num cõsiliarius regis es? quiesce, ne interficiã te. Discedensque propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, quia fecisti hoc malũ, & insuper non acquieuisti consilio meo.
Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu, regẽ Israël, dicens, Veni, videamus nos mutuò. At ille remisit nũtios, dicẽs, Carduus quĩ est in Libano misit ad cedrũ Libani, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce, bestię quæ erãt in sylua Libani transierunt, & conculcauerũt carduum. Dixisti, Percussi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in superbiã, sede in domo tua, cur malũ aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecum? Noluit *audire Amasias, eo quòd Dñi esset voluntas vt traderetur in manus hostium propter deos Edom. Ascẽdit igitur Ioas rex Israël, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Iuda erat in Beth-sames Iudæ. Corruitq. Iudas coram Israël, & fugit in tabernacula sua.
Porrò Amasiã regem Iuda filiũ Ioas filij Ioachaz, cepit Ioas rex Israël in Beth-sames, & adduxit in Ierusalẽ: destruxitq. murũ eius à porta Ephraim vsq. ad portam anguli, quadringẽtis cubitis. Omne quoq. aurũ, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiã dom⁹ regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Samariã. Vixit aũt Amasias filius Ioas rex Iuda, postquã mortu⁹ est Ioas filius Ioachaz rex Israël, quindecim annis. Reliqua autẽ sermonũ Amasiæ priorũ & nouissimorũ scripta sunt in Libro regũ Iuda & Israël. Qui postquã recessit a Dño, tetenderũt ei insidias in Ierusalẽ. Cumq. fugisset in Lachis, miserunt, & interfecerunt eũ ibi. Reportantesq. super equos, sepelierunt eum cũ patribus suis in Ciuitate-Dauid.

CAP. XXVI.

OMnis autẽ populus Iuda, filium eius Oziam annorum sedecim, cõstituit regẽ pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquã dormiuit rex cum patribus suis.
Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalẽ: nomẽ matris eius Iechelia de Ierusalẽ. Fecitq. quod erat rectũ in oculis Dñi, iuxta omnia quę fecerat Amasias pater eius. Et exquisiuit Dñm in diebus Zachariæ intelligẽtis & videntis Deũ: cumq. requireret Dñm, direxit eum in omnibus. Deniq. egressus est, & pugnauit cõtra Philisthiim, & destruxit murum Geth, & murũ Iabniæ, murumq. Azoti: ædificauit quoq. oppida in Azoto, & in Philisthiim. Et adiuuit eum Deus cõntra Philisthiim, & contra Arabes qui habitabãt in Gurbaal, & contra Ammonitas. Appẽdebantq. Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatũ est nomẽ eius vsq. ad introitũ Aegypti, propter crebras victorias. Aedificauitque Ozias turres in Ierusalẽ super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas, in eodẽ muri latere, firmauitq. eas. Extruxit etiã turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora tam in campestribus, quam in eremi vastitate: vineas quoq. habuit & vinitores in montibus, & in carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prœlia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæq. doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis. Omnisq. numerus principũ per familias, virorũ fortium, duorum millium sexcentorum. Et sub eis vniuersus exercitus trecentorũ & septẽ millium quingentorũ: qui erat apti ad bella, & pro rege cõtra aduersarios dimicabãt. Præparauit quoq. eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos & hastas & galeas & loricas, arcusq. & fundas, ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalẽ diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorũ, vt mitterẽt sagittas & saxa grandia: egressumq. est nomẽ eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dñs, & corroborasset illũ. Sed cũ roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum

*autem R.H.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

interitū suū, & neglexit Dñm Deum suū:
ingressusq. templum Dñi, adolere voluit
incēsum super altare thymiamatis. Sta- 17
timq. ingressus post eū Azarias sacerdos,
& cū eo sacerdotes Dñi octoginta', viri
fortissimi, restiterunt regi, atq. dixerūt, 18
Nō est tui officij Ozia, vt adoleas incen-
sum Dño: sed sacerdotū, hoc est, filiorum
Aarō, qui cōsecrati sunt ad huiusce modi
ministeriū: egredere de sanctuario, ne cō-
tēpseris: quia nō reputabitur tibi in glo-
riam hoc à Dño Deo. Iratusq. Ozias, & 19
tenēs in manu thuribulū vt adoleret in-
cēsum, minabatur sacerdotib⁹. Statimq.
orta est lepra in frōte eius corā sacerdoti-
bus, in domo Dñi sup altare thymiama-
tis. Cumq. respexisset eū Azarias pōti- 20
fex, & omnes reliqui sacerdotes: viderūt
leprā in frōte eius, & festinatò expulerūt
eum. Sed & ipse perterritus accelerauit
egredi, eo quòd sensisset ilicò plagā Dñi.
4 Reg. 15,5 ¶ Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq. ad 21
diē mortis suæ, & habitauit in domo se-
parata plenus lepra, ob quā eiectus fuerat
de domo Dñi. Porrò Ioatham filius eius
rexit domum regis, & iudicabat populū
terræ. Reliqua autem sermonum Oziæ 22
priorum & nouissimorum scripsit Isaias
filius Amos, propheta. Dormiuitq. O- 23
zias cū patribus suis, & sepelierunt eum
in agro regalis sepulcrorū, eo quòd esset
leprosus: regnauitq. Ioatham filius eius
pro eo.

CAP. XXVII.

4 Reg. 15,32 VIginti quinq. annorum erat Ioatham 1
cū regnare cœpisset, & sedecim an-
nis regnauit in Ierusalem: nomē matris
eius Ieruſa filia Sadoc. Fecitq. quod re- 2
ctum erat corā Dño iuxta omnia quę fe-
cerat Ozias pater suus, excepto quòd nō
est ingressus templum Dñi: & adhuc po-
pulus delinquebat. Ipse ædificauit por- 3
tam domus Dñi excelsam: & in muro
Ophel multa cōstruxit. Vrbes quoque 4
ædificauit in mōtibus Iuda: & in saltibus
castella & turres. Ipse pugnauit contra 5
regē filiorū Ammon, & vicit eos: dede-
runtq. ei filij Ammō in tēpore illo centū
talēta argēti, & decē millia coros tritici,
ac totidē coros hordei: hæc ei præbuerūt
filij Ammon in anno secundo & tertio.
Corroboratusq. est Ioathā, eo quòd di- 6
rexisset vias suas coram Dño Deo suo.
Reliqua aūt sermonū Ioathā, & omnes 7
pugnæ eius, & opera, scripta sunt in Li-
bro regū Israël & Iuda. Viginti quinque 8
annorū erat cū regnare cœpisset, & sede-
cim annis regnauit in Ierusalē. Dormi- 9
uitq. Ioathā cū patrib. suis, & sepelierūt
eū in Ciuitate-Dauid: & regnauit Achaz
filius eius pro eo.

CAP. XXVIII.

4 Reg. 16,2 VIginti annorum erat Achaz cū re- 1
gnare cœpisset: & sedecim annis re-
gnauit in Ierusalē: nō fecit rectum in cō-
spectu Dñi sicut Dauid pater eius. Sed 2
ambulauit in viis regū Israël, insuper &
statuas fudit Baalim. Ipse est qui adole-
uit incēsum in Valle-ben-ennom: & lu-
strauit filios suos in igne iuxta ritum gē-
tium, quas interfecit Dñs in aduentu fi-
4 liorum Israël. Sacrificabat quoque, &
thymiama succendebat in excelsis, & in
5 collibus, & sub omni ligno frōdoso. Tra-
ditq. eū Dñs Deus eius in manus regis
Syriæ, qui percussit eum, magnamq. prę-
dam cepit de eius imperio, & adduxit in
Darmascum: manibus quoq. regis Israël
traditus est, & percussus plaga grandi.
6 Occiditq Phacee fili⁹ Romeliæ, de Iu-
da cētū viginti millia in die vno, omnes
viros bellatores: eo q̄ reliquissent Dñm
7 Deū patrū suorum. Eodē tempore oc-
cidit Zechri vir potēs ex Ephraim, Maa-
siam filiū regis, & Ezricam ducē domus
8 eius, Elcanā quoq secundū à rege. Ce-
peruntq. filij Israël de fratrib. suis ducēta
millia mulierū, puerorū, & puellarum, &
infinitā prædā: pertuleruntq. eam in Sa-
9 mariā. Ea tempestate erat ibi propheta
Dñi, nomine Obed': qui egressus obuiā Oded MS
exercitui venienti in Samariam, dixit eis, R.H.G.
Ecce iratus Dñs Deus patrum vestrorum
cōtra Iudā, tradidit eos in manib. vestris,
& occidistis eos atrociter, ita vt ad cælū
10 pertingeret vestra crudelitas. Insuper
filios Iuda, & Ierusalē vultis vobis subii-
cere in seruos & ancillas, quod nequaquā
facto opus est. peccastis enim super hoc
11 Dño Deo vestro. Sed audite consilium
meū, & reducite captiuos quos adduxistis
de fratribus vestris: quia magnus furor
12 Dñi imminet vobis. Steterunt itaq. viri
de principibus filiorū Ephraim, Azarias
filius Iohanā, Barachias filius Mosolla-
moth, Ezechias filius Sellū, & Amasias' Amasa 2
filius Hadali, cōtra eos qui veniebant de MS.H.
13 prœlio, & dixerūt eis, Nō introducetis
huc captiuos, ne peccemus Dño. Quare
vultis adijcere sup peccata nostra, & ve-
tera cumulare delicta? grāde quippe pec-
catū est, & ira furoris Dñi imminet sup
14 Israël. Dimiserūtq. viri bellatores præ-
dā, & vniuersa quæ ceperāt corā princi-
15 pibus & omni multitudine. Steterūtq.
viri quos suprà memorauim⁹: & apprehē-
dētes captiuos, omnesq. qui nudi erāt, ve-
stierūt de spoliis: cūq. vestissēt eos, & cal
ceassent, & refecissent cibo ac potu, vn-
xissentq. propter laborē, & adhibuissent
eis curā: quicūq. ambulare nō poterāt, &
erāt imbecillo corpore, imposuerunt eos *eos 5MS.
iumētis, & adduxerūt* Iericho Ciuitatem R.H.G.
palmarū ad fratres eorū, ipsiq. reuersi sunt
16 in Samariā. Tēpore illo misit rex Achaz
17 ad regē Assyriorū, postulās auxiliū. Vene
rūtq. Idumæi, & percusserūt multos ex Iu-
18 da, & ceperūt prędā magnā. Philisthiim
quoq. diffusi sunt p vrbes cāpestres, & ad
Meridiē Iudæ: ceperūtq. Beth-sames, &
Aialō, & Gaderoth; Socho quoq. & Thā-
nan, & Gamzo, cū viculis suis: & habita-
19 uerunt in eis. Humiliauerat enim Dñs
Iudā propter Achaz regē Iuda, eo quòd

nudasset

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dñm. Adduxitq. cõtra eũ Thelgath-phasnasar regem Assyriorũ, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit.
Igitur Achaz spoliata domo Dñi, & domo regum, ac principũ, dedit regi Assyriorum munera: & tamẽ nihil ei profuit.
Insuper & tempore angustiæ suæ auxit cõtemptũ in Dñm, ipse per se rex Achaz,
immolauit diis Darmasci victimas percussoribus suis, & dixit, Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi: cùm ecõtrariò ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israël. Direptis itaq. Achaz ←omnibus' vasis domus Dei, atq. confractis, clausit ianuas templi Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoq. vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atq. ad iracundiã prouocauit Dñm Deum patrũ suorum. Reliqua autẽ sermonum eius, & omniũ operum suorum priorũ & nouissimorum scripta sunt in Libro regũ Iuda & Israël. Dormiuitq. Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neq. enim receperunt eum in sepulchra regum Israël. Regnauitq. Ezechias filius eius pro eo.

← R.H.G.

CAP. XXIX.

4 Reg. 28, 1

IGitur Ezechias regnare cœpit, cũ viginti quinq. esset annorum, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abia, filia Zachariæ.
Fecitq. quod erat placitum in cõspectu Dñi, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. ¶Ipso' anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus Dñi, & instaurauit eas. Adduxitq. sacerdotes atq. Leuitas, & congregauit eos in ¶plateam' Orientalem. Dixitq. ad eos, Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domũ Dñi Dei patrũ vestrorum, & auferte omnem immunditiã de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in cõspectu Dñi Dei nostri, & derelinquentes eum: auerterũt facies suas à tabernaculo Dñi, & præbuerunt dorsum. Clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas: incensum q. non adoleuerunt, & holocausta non obtulerũt in sanctuario Deo Israël. Concitatus est itaq. furor Dñi super Iudam & Ierusalẽ: tradiditq. eos in commotionẽ, & in interitũ, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En, corruerunt patres nostri gladiis: filij nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cũ Dño Deo Israël', & auertet à nobis furorẽ iræ suæ. Filij mei nolite negligere: vos elegit Dñs vt stetis cõram eo, & ministretis illi, colatisq. eum, & cremetis ei incensum. Surrexerũt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Ioël filius Azariæ, de filiis Caath. Porrò de filiis Merari: Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel. De filiis autẽ Gerson: Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah. At verò de filiis Elisaphã: Samri & Iahiel. De filiis quoq. Asaph: Zacharias & Mathanias. Necnon de filiis Hemã, Iahiel, & Semei. Sed & de filiis Idithun, Semeias & Oziel. Congregauerunt q. fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatum regis, & imperiũ Dñi, vt expiarent domum Dei. Sacerdotes quoq. ingressi templũ Dñi, vt sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domus Dñi: quã tulerũt Leuitæ, & asportauerũt ad Torrentẽ-cedron foras. Cœperunt autẽ prima die mensis primi mũdare, & in die octauo eiusdẽ mensis ingressi sunt porticum templi Dñi; expiauerũtq. templũ diebus octo & in die sexta-decima mensis eiusdem, quod cœperant impleuerũt. Ingressi quoq. sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei, Sanctificauimus omnẽ domũ Dñi, & altare holocausti, vasaq. eius, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis, cunctamq. templi supellectilem quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquàm præuaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altari Dñi. Consurgens sq. diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum Dñi: obtuleruntq. simul tauros septem, & arietes septem, agnos septẽ, & hircos septẽ pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixitq. sacerdotibus filiis Aaron, vt offerrẽt super altare Dñi. Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinẽ sacerdotes, & fuderũt illũ super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorũ sanguinẽ super altare fuderunt: immolaueruntq. agnos, & fuderunt super altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine: imposueruntq. manus suas super eos. Et immolauerũt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinẽ eorum ←coram' altari pro piaculo vniuersi Israëlis: pro omni quippe Israël præceperat rex, vt holocaustum fieret & pro peccato. Constituit quoq. Leuitas in domo Dñi cũ cymbalis & psalteriis, & citharis secundũ dispositionẽ Dauid ←regis', & Gad Videntis*, & Nathã prophetæ: siquidem Dñi præceptũ fuit per manũ prophetarũ eius. Steteruntq. Leuitæ tenẽtes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cumq. offerrẽtur holocausta, cœperunt laudes canere Dño, & clangere tubis, atque in diuersis organis ¶quæ Dauid rex Israël' ¶ præparauerat' concrepare. Omni autem turba adorante, cantores, & ij qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum. Cumq. finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cũ eo, & adorauerunt.

¶Ipse 2 MS. Hier. H.
¶partem 8 MS.
¶latus G.
Plateam fere significat vox Hebræa רחוב

←3 MS. H. G.

←7 MS. H. *regis 8 MS. H. *regi G.

¶Dauid regis Israel H. G.

¶reperera MS. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rauerunt. Præcepitq. Ezechias, & principes Leuitis vt laudarẽt Dñm sermonibus Dauid & Asaph Videntis: qui laudauerũt ‖ neũ magna lætitia, & incuruato genu adorauerũt. Ezechias aũt etiã hæc addidit, Implestis manus vestras Dño, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Dñi. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mẽte deuota. Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centũ, agnos ducentos. Sanctificauerũtq. Dño boues sexcẽtos, & oues tria millia. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterãt sufficere vt pelles holocaustorũ detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorũ adiuuerũt eos, donec impleretur opus, & sanctificarẽtur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorũ, & libamina holocaustorũ: & completus est cultus domus Dñi. Lętatusque est Ezechias, & omnis populus, eò quòd ministerium Dñi esset expletum. De repẽte quippe hoc fieri placuerat.

CAP. XXX.

Misit quoq. Ezechias ad omnẽ Israël & Iudam: scripsitq. epistolas ad Ephraim & Manasses, vt venirẽt ad domũ Dñi in Ierusalẽ, & facerent Phase Dño Deo Israël. Inito ergo consilio regis & principũ, & vniuersi cœtus Ierusalẽ, decreuerunt vt facerẽt Phase mẽse secũdo. Nõ enim ‖ occurrerant' facere in tẽpore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati nõ fuerãt, & populus nõdum cõgregatus ‖ fuerat' in Ierusalẽ. Placuitq. sermo regi & omni multitudini. Et decreuerunt vt mitterẽt nuntios in vniuersum Israël de Ber-sabee vsq. Dan, vt venirẽt, & facerent Phase Dño Deo Israël, in Ierusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptũ est. Perrexeruntq. cursores cũ epistolis ex regis imperio, & principũ eius, in vniuersum Israël & Iudã iuxta id quod rex iusserat, prædicãtes, Filij Israël reuertimini ad Dñm Deum Abrahã, & Isaac, & Israël: & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorũ. Nolite fieri sicut patres vestri & fratres qui recesserunt à Dño Deo patrũ suorum, & tradidit eos in interitũ, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri, tradite manus Dño, & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternũ: seruite Dño Deo patrum vestrorũ, & auertetur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad Dñm, fratres vestri & filij habebunt misericordiã corã dominis suis qui illos duxerunt captiuos, & reuertẽtur in terrã hanc: piusenim & clemẽs est Dñs Deus vester, & non auertet faciẽ suã à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebãt velociter de ciuitate in ciuitatẽ per terrã Ephraim & Manasse, vsq. ad Zabulõ, illis irridẽtibus & subsannantibus eos. Attamẽ quidã viri ex Aser & Manasse & Zabulõ acquiescẽtes cõsilio, venerunt Ierusalẽ. In Iuda verò facta est man° Dñi, vt daret eis cor vnũ vt facerẽt iuxta præceptũ regis, & principũ, verbũ Dñi. Cõgregatiq. sunt in Ierusalẽ populi multi, vt facerẽt Solennitatẽ azymorũ in mẽse secũdo. Et surgentes destruxerunt altaria quæ erãt in Ierusalẽ: atq. vniuersa in quibus, idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerũt in Torrentẽ-cedrõ. Immolauerunt autẽ Phase quarta decima die mẽsis secũdi. Sacerdotes quoque, atq. Leuitę tãdẽ sanctificati obtulerũt holocausta in domo Dñi. Steterũtq. in ordine suo iuxta dispositionẽ & legem Moysi hominis Dei: sacerdotes verò suscipiebãt effundẽdũ sanguinẽ de manibus Leuitarũ, eo quòd multa turba sanctificata nõ esset: & idcirco immolarẽt Leuitę Phase his qui non occurrerãt sanctificari Dño. Magna etiam pars populi de Ephraim & Manasse & Issachar & Zabulõ, quæ sanctificata nõ fuerat, cõedit phase, nõ iuxta quod scriptum est: & orauit pro eis Ezechias, dicẽs, Dñs bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirũt Dñm Deũ patrũ suorũ: & nõ imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. Quem exaudiuit Dñs, & placatus est populo. Fecerunt q. filij Israël qui inuẽti sunt in Ierusalẽ, Solennitatẽ azymorũ septẽ diebus in lætitia magna, laudantes Dñm per singulos dies, Leuitæ quoq. & sacerdotes per organa, quæ suo officio congruebant. Et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarũ qui habebãt intelligentiã bonã super Dño: & comederunt septẽ diebus Solẽnitatis immolantes victimas pacificorũ, & laudantes Dñm Deum patrum suorũ. Placuitq. vniuersæ multitudini vt celebrarent etiã alios dies septẽ: quod & fecerũt cũ ingenti gaudio. Ezechias ‖ autem' rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & septẽ millia ouiũ: principes verò dederãt populo tauros mille, & oues decẽ millia: sanctificata est ergo sacerdotũ plurima multitudo. Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam sacerdotũ & Leuitarũ, quã vniuersæ frequẽtiæ quæ venerat ex Israël; proselytorũ quoq. de Terra Israël, & habitantium in Iuda. Factaq. est grãdis celebritas in Ierusalẽ, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israël in ea vrbe nõ fuerat. Surrexerunt autẽ sacerdotes atq. Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorũ; peruenitq. oratio in habitaculũ sanctum cœli.

CAP. XXXI.

Cvmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israël, qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulachra, succiderunteq. lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt: non

‖ Deum MS. K. ‖ H.G.

‖ portuerant ‖ MS. H. G. ‖ erat ‖ MS.

‖ enim 4 MS. H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

solũ de vniuerso Iuda & Ben-iamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent: reuersiq. sunt omnes filij Israël in possessiones & ciuitates suas. Ezechias aũt cõstituit turmas sacerdotales, & Leuiticas p diuisiones suas, vnumquemq. in officio proprio, tã sacerdotũ videlicet, quã Leuitarũ, ad holocausta & pacifica, vt ministrarẽt & cõfiterẽtur, canerẽtq. in portis castrorũ Domini.

Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum, manè semper & vespere, Sabbatis quoque & Calendis, & solennitatibus cæteris, sicut scriptũ est in lege ¶Moysi. Præcepit etiã populo habitantiũ Ierusalẽ, vt darẽt partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Dñi. Quod cũ percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulêre primitias filij Israël, frumẽti, vini, & olei, mellis quoq;: & omnium quæ gignit humus, decimas obtulerunt. Sed & filij Israël & Iuda, qui habitabãt in vrbib⁹ Iuda, obtulerũt decimas boũ & ouiũ, decimasq. sanctorũ quæ vouerant Dño Deo suo: atq. vniuersa portãtes, fecerunt acernos plurimos. Mẽse tertio cœperũt aceruorũ iacere fundamẽta, & mẽse septimo cõpleuerũt eos. Cumq. ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderũt acernos, & benedixerunt Dño ac populo Israël. Interrogauitq. Ezechias sacerdotes & Leuitas cur ita iacerẽt acerui. Respõdit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicẽs, Ex quo cœperũt offerri primitiæ in domo Dñi, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima: eò quòd benedixerit Dñs populo suo: reliquiarũ autẽ copia est ista, quam cernis.

Præcepit igitur Ezechias vt præpararẽt horrea in domo Dñi. Quod cũ fecissent, intulerũt tã primitias quàm decimas, & quæcunq. vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorũ Chonenias Leuita, & Semei frater eius secũd⁹; post quẽ Iahiel, & Azazias, & Nahath, & Asaël, & Ierimoth, Iozabad quoq. & Eliel, & Ismachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manib. Choneniæ & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ põtificis domus Dei, ←ad quos ofa pertinebãt⁹. Core verò filius Iemna Leuites, & ianitor Orientalis portæ, præpositus erat iis quæ spõte offerebãtur Dño, primitiisque & cõsecratis in Sancta sanctorũ. Et sub cura eius Eden & Beniamin, Iesue & Semeias, Amarias quoq. & Sechenias, in ciuitatib. sacerdotũ: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atq. maioribus: exceptis maribus ab annis tribus & suprà, cunctis qui ingrediebãtur tẽplũ Dñi, & quicquid per singulos dies cõducebat in ministerio atq. obseruationibus iuxta diuisiones suas, sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno, & suprà, p ordines & turmas suas, 18 vniuersæque multitudini tam vxoribus quàm liberis eorũ vtriusq. sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant præ- 19 bebantur. Sed & filiorũ Aarõ per agros, & suburbana vrbiũ singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus, 20 & Leuitis. Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda: operatusque est bonum & rectũ, & verum coram Dño 21 Deo suo in vniuersa cultura ministerij domus Dñi, iuxta legem & ceremonias, volẽs requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperatus est.

CAP. XXXII.

1 POst quæ & huiuscemodi veritatẽ, venit Sennacherib rex Assyriorũ, & ingressus Iudã, obsedit ciuitates munitas, 2 volẽs eas capere. Quod cũ vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetũ verti cõtra Ierusalem: 3 inito cũ principibus cõsilio, virisq. fortissimis, vt obthurarẽt capita fontiũ qui erãt extra vrbem: & hoc omnium decernente sententia, congregauit plurimam 4 multitudinem, & obthurauerũt cunctos fontes, & riuũ qui fluebat in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorũ, & 5 inueniãt aquarũ abundantiã. Aedificauit quoq. agens industriè omnẽ mũrum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterũ murum: instauratitq. Mello in Ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos. Constituitq. principes bellatorum 6 in exercitu. Et conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad 7 cor eorũ, dicens: Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis regẽ Assyriorũ, & vniuersam multitudinẽ quæ est cũ eo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cũ illo. Cum illo enim 8 est brachium carneũ: nobiscũ Dominus Deus noster qui auxiliator est noster, pugnatq. pro nobis. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis 9 Iuda. Quæ postquã gesta sunt, misit Sẽnacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalẽ (ipse enim cũ vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regẽ Iuda, & ad omnẽ populũ qui erat in vrbe, 10 dicẽs: Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum, In quo habẽtes fiduciam, sedetis 11 obsessi in Ierusalẽ? Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quòd Dñs Deus vester liberet 12 vos de manu regis Assyriorũ? Nunquid nõ iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicẽs, Cora altari vno adorabitis, 13 & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarũ populis? nunquid præualuerũt dij gentium, omniumq. terrarũ li- 14 berare regionẽ suã de manu mea? Quis est de vniuersis diis gentium, quas vasta-

4 Re. 18, Isa. 36, 1. Ecc. 48,

¶Domini 1 MS. R. H.G.

←R. H.G.

uerunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uerũt patres mei, qui potuerit eruere populum ſuũ de manu mea, vt poſsit etiam Deus veſter eruere vos de hac manu?
Nõ vos ergo decipiat Ezechias, nec vana perſuaſione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarũ gentium atque [a]regionum[2] liberare populum ſuum de manu mea, & de manu patrum meorũ, conſequẽter nec Deus veſter poterit eruere vos de manu mea. Sed & alia multa locuti ſunt ſerui eius cõtra Dominum Deum, & cõtra Ezechiã ſeruum eius. epiſtolas quoq. ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dñm Deum Iſraël, & locutus eſt aduerſum eum, Sicut dij gentium cæterarum nõ potuerunt liberare populum ſuum de manu mea, ſic & Deus Ezechiæ eruere nõ poterit populum ſuũ de manu iſta. Inſuper & clamore magno, lingua Iudaica, cõtra populũ qui ſedebat in muris Ieruſalẽ, perſonabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatẽ. Locutusq. eſt contra Deũ [b]Iſraël, ſicut aduerſum deos populorũ terræ, opera manuũ hominũ. Orauerũt igitur Ezechias rex, & Iſaias filius Amos prophetes, aduerſum hãc blaſphemiam, ac vociferati ſunt vſq. in cælum.
Et miſit Dñs angelũ qui percuſsit omnem virũ robuſtum, & bellatorẽ, & principem exercitus regis Aſſyriorũ. Reuerſusq. eſt cum ignominia in terram ſuam. Cumq. ingreſſus eſſet domum dei ſui, filij qui egreſsi fuerant de vtero eius, interfecerunt eũ gladio. Saluauitq. Dominus Ezechiam & habitatores Ieruſalem, de manu Sennacherib regis Aſſyriorum, & de manu omniũ, & præſtitit ei quietẽ per circuitum. Multi etiã deferebãt hoſtias & ſacrificia Domino in Ieruſalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus eſt poſt hæc coram cunctis gẽtibus.
In diebus illis ęgrotauit Ezechias vſq. ad mortẽ, & orauit Dñm: exaudiuitque eũ, & dedit ei ſignum. Sed nõ iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia eleuatum eſt cor eius: & facta eſt cõtra eum ira, & contra Iudã & Ieruſalem. Humiliatusq. eſt poſteà, eo quòd exaltatũ fuiſſet cor eius, tam ipſe, quã habitatores Ieruſalẽ: & idcirco non venit ſuper eos ira Dñi in diebus Ezechiæ. Fuit autẽ Ezechias diues, & inclytus valde, & theſauros ſibi plurimos congregauit argenti & auri & lapidis pretioſi, aromatum, & armorum vniuerſi generis, & vaſorũ magni pretij. Apothẽcas quoque frumenti, vini, & olei, & præſepia omniũ iumentorum, caulasq. pecorum, & vrbes [c]ſex' ædificauit ſibi. habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo quòd dediſſet ei Dñs ſubſtantiam multam nimis. Ipſe eſt Ezechias qui obthurauit ſuperiorẽ fontem aquarum Gihon, & auertit eas ſubter ad Occidentem Vrbis-Dauid: in omnibus operibus ſuis fecit proſpere quæ voluit. Attamen in legatione principũ Babylonis, qui miſsi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat ſuper terram, dereliquit eũ Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & miſericordiarum eius ſcripta ſunt in viſione Iſaiæ filij Amos prophetæ, & in libro regum Iuda & Iſraël. Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum ſuper ſepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuerſus Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: regnauitque Manaſſes filius eius pro eo.

CAP. XXXIII.

Duodecim annorũ erat Manaſſes cùm regnare cœpiſſet: & quinquaginta quinq. annis regnauit in Ieruſalem. Fecit autẽ malum corã Domino, iuxta abominationes gentium, quas ſubuertit Dñs coram filiis Iſraël. Et conuerſus, inſtauratit excelſa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: cõſtruxitq. aras Baãlim, & fecit lucos: & adorauit omnẽ militiã cæli, & coluit eam. Aedificauit quoq. altaria in domo Dñi, de qua dixerat Dñs, In Ieruſalem erit nomen meũ in æternum. Aedificauit autem ea cuncto exercitui cæli, in duobus atriis domus Dñi. Tranſireq. fecit filios ſuos per ignem, in Valle-bẽ-ennom: obſeruabat ſomnia, ſectabatur auguria, maleficis artibus inſeruiebat: habebat ſecũ magos & incantatores: multaq. mala operatus eſt coram Dño, vt irritaret eũ. Sculptile quoque, & conflatile ſignũ poſuit in domo Dñi, de qua locutus eſt Dñs ad Dauid, & ad Salomonem filiũ eius, dicẽs, In domo hac: & in Ieruſalẽ quã elegi de cunctis tribubus Iſraël, ponã nomẽ meum in ſempiternum. Et mouere nõ faciã pedẽ Iſraël de terra quã tradidi patribus eorũ: ita duntaxat ſi cuſtodierint facere quæ præcepi eis, cũctãq. legẽ, & ceremonias, atq. iudicia*, per manũ Moyſi. Igitur Manaſſes ſeduxit Iudã & habitatores Ieruſalẽ, vt facerent malũ ſuper omnes gentes quas ſubuerterat Dñs à facie filiorum Iſraël. Locutusq. eſt Dñs ad eũ, & ad populum illius: & attendere noluerũt. Idcirco ſuperinduxit eis principes exercitus regis Aſſyriorũ: ceperuntq. Manaſſen, & vinctum catenis, atq. cõpedibus duxerunt in Babylonem. Qui poſtquã coanguſtatus eſt, orauit Dñm Deum ſuũ: & egit pœnitentiã valde corã Deo patrũ ſuorũ. Deprecatusq. eſt eũ, & obſecrauit intẽtè: & exaudiuit orationẽ eius, reduxitque eum Ieruſalẽ in regnũ ſuum. & cognouit Manaſſes quòd Dñs ipſe eſſet Deus. Poſt hæc ædificauit murum extra Ciuitatem Dauid, ad Occidentẽ Gihon, in conualle: ab introitu portæ piſcium per circuitum vſq. ad Ophel, & exaltauit illũ vehemẽter: cõſtituitq. principes exercitus in cũctis ciuitatibus Iuda munitis. Et abſtulit

4 Re. 21, 2.
2 Re. 7, 10.
2 Re. 7, 20. 3 Re. 8, 17.
*quæ mãdaui o.

[a] regnorũ 2 MS. H. G.
[b] Ieruſalẽ 16 MS. R. H. G.
Tob. 1, 24.
Gr. 24, 53. 4 Re. 20, 1. Iſa. 38, 1.
[c] R. H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deos alienos, & simulachrum de domo Dñi: aras quoque quas fecerat in monte domus Dñi, & in Ierusalē: & proiecit oīa extra vrbem. Porrò instaurauit altare 16
Dñi, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitq. Iudæ vt seruiret Dño Deo Israël. Attamē adhuc 17
populus immolabat in excelsis Dño Deo suo. Reliqua autem gestorū Manassæ: & 18
obsecratio eius ad Deū suū: verba quoq. Videntiū qui loquebātur ad eum in nomine Dñi Dei Israël, continentur in sermonibus regū Israël. Oratio quoq. eius 19
& exauditio, & cuncta peccata, atq. contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas antequā ageret pœnitentiā, scripta sunt in sermonibus Hozai. Dormiuit ergo Manasses 20
cū patribus suis, & sepelierūt eū in domo sua: regnauitq. pro eo filius eius Amon.

Viginti duorū annorū erat Amō cū re- 21
gnare cœpisset: & duob. annis regnauit in Ierusalē. Fecitq. malū in cōspectu Dñi, 22
sicut fecerat Manasses pater eius: & cūctis idólis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atq. seruiuit. Et nō est reue- 23
ritus facie Dñi, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multò maiora deliquit.

Cūq. cōiurassent aduersus eū serui sui, 24
interfecerūt eū in domo sua. Porrò reli- 25
qua populi multitudo, cæsis iis qui Amō percusserant, cōstituit regē Iosiam filium eius pro eo.

CAP. XXXIIII.

4 Re. 22, 1.

OCto annorū erat Iosias cùm regnare 1
cœpisset: & triginta & vno anno regnauit in Ierusalē. Feciq. quod erat rectū in cōspectu Dñi, & ambulauit in vijs 2
Dauid patris sui: non declinauit neque ad dexteram, neq. ad sinistram. Octauo autē 3
anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno [a] post quā *cœperat, mūdauit' Iudā & Ierusalē ab excelsis, & lucis, simulachrisq. & sculptilibus. Destruxeruntq. coram eo aras Baalim: & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiā, & sculptilia succīdit atq. cōminuit: & super [b] tumulos' eorū qui eis immolare consueuerāt, fragmēta dispersit. Ossa præterea sacerdotū cōbussit in 4
altaribus idolorū, mundauitq. Iudā & Ierusalē. Sed & in vrbibus Manassæ, & Ephráim, & Simeon vsq. Nephthali cuncta subuertit. Cumq. altaria dissipasset, & 5
lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaq. delubra demolitus esset de vniuersa Terra Israël, reuersus est in Ierusalē. Igitur anno octauodecimo regni sui, 6
mūdata iam terra, & tēplo Dñi, misit Saphan filium Eseliæ, & Maasiā principem ciuitatis, & Ioha filiū Ioachaz à cōmentariis: vt instaurarent domū Dñi Dei sui.

Qui venerūt ad Helciā sacerdotē ma- 9
gnum: acceptamq. ab eo pecuniā, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregauerant Leuitæ, & ianitores de Manasse, & Ephráim, & vniuersis reliquiis Israël, ab omni quoq. Iuda, & Ben-
10 iamin, & habitatorib. Ierusalem, tradiderunt in manibus eorum, qui præerant operariis in domo Dñi, vt instaurarent
11 templū, & infirma quæque sarcirent. At illi dederūt eā artificibus, & cæmētariis, vt emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad commissuras ædificij, & ad contignationem domorum, quas destruxerant re-
12 ges Iuda. Qui fideliter cuncta faciebāt. Erant autem præpositi operantium, Iahath & Abdias de filiis Merari: Zacharias & Mosollam de filiis Caath, qui vrgebāt opus: omnes Leuitæ scientes organis ca-
13 nere. Super eos verò, qui ad diuersos vsus onera portabāt, erant scribæ, & ma-
14 gistri de Leuitis, ianitores. Cumq. efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini, per manum Moysi.
15 Et ait ad Saphan scribam, Librum legis inueni in domo Dñi. Et tradidit ei.
16 At ille intulit volumen ad regem, & nuntiauit ei, dicens, Omnia quæ dedisti in manu seruorū tuorum, ecce complen-
17 tur. Argentum quod repertum est in domo Domini, conflauerunt: datumque est præfectis artificum, & diuersa opera
18 fabricantium. Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hūc librum. Quem cùm
19 rege præsente recitasset, audissetque ille
20 verba legis, scidit vestimēta sua: & præcepit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoq. scribæ,
21 & Asaæ seruo regis, dicens, Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israël & Iuda, super vniuersis sermonibus Libri istius qui repertus est: magnus enim furor Domini stillauit super nos, eo quòd non custodierint patres nostri verba Domini, vt facerent omnia quæ scripta sunt
22 in isto volumine. Abiit ergo Helcias, & hi qui simul à rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij Thecuath, filij Hasra custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: & locuti sunt ei verba quæ suprà narra-
23 uimus. At illa respondit eis, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Dicite viro qui misit
24 vos ad me, Hæc dicit Dñs, Ecce, ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctaq. maledicta quæ scripta sunt in Libro hoc, quem legerunt
25 corā rege Iuda: Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuū suarum: idcirco stillabit furor meus super locum istū, & non extin-
26 guetur. Ad regē autē Iuda, qui misit vos pro Dño deprecando, sic loquimini, Hæc dicit Dominus Deus Israël, Quoniā au-
27 disti verba voluminis, atq. emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Domini super his quę dicta sunt contra locum hūc, & habitatores Ierusalem,

reue-

*regnare MS. R.
[a] *cœpit mūdare* H.
[b] *regni sui cœpit mūdare* G.
[b] cumulos o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reueritúsq. facié meã, scidisti vestimenta tua, & fleuisti corã me: ego quoq. exaudiui te, dicit Dñs. Iam enim colligã te 28 ad patres tuos, & infereris in sepulchrũ tuũ in pace: nec videbũt oculi tui omne malũ quod ego inducturus sum super locum istũ, & super habitatores eius. ‖ Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. 4 Reg. 23, 2

At ille cõuocatis vniuersis maioribus 29 natu Iuda & Ierusalẽ, ascẽdit in domũ 30 Dñi, vnaque oẽs viri Iuda & habitatores Ierusalẽ, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in domo Dñi, legit rex omnia verba voluminis. Et stans in 31 tribunali suo, percussit fœdus corã Dño, vt ambularet post eũ, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretq. quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoq. super 32 hoc oẽs qui reperti fuerant in Ierusalẽ & Ben-iamin: & fecerunt habitatores Ierusalẽ iuxta pactũ Dñi Dei patrũ suorum.

Abstulit ergo Iosias cunctas abomina- 33 tiones de vniuersis regionibus filiorum Israël: & fecit omnes qui reperti sunt in Israël, seruire Dño Deo suo. Cunctis diebus eius non recesserunt à Dño Deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

4 Reg. 13, 21 3 Esd. 1, 1.

FEcit aũt Iosias in Ierusalẽ Phase Dño, 1 quod immolatũ est quartadecima die mensis primi. Et cõstituit sacerdotes in 2 officiis suis: hortatúsq. est eos vt ministrarẽt in domo Dñi. Leuitis quoq. ad 3 quorũ eruditionẽ omnis Israël sanctificabatur Dño, locutus est, Ponite arcã in sanctuario tẽpli, quod ædificauit Salomõ filius Dauid rex Israël: nequaquã enim eã vltrà portabitis: nunc autẽ ministrate Dño Deo vestro, & populo eius Israël.

Et præparate vos per domos & cogna- 4 tiones vestras in diuisionibus singulorũ, sicut præcepit Dauid rex Israël, & descripsit Salomõ filius eius. Et ministrate in 5 sanctuario per familias turmásq. Leuiticas, & sanctificati immolate Phase: fratres etiã vestros, vt possint iuxta verba 6 quæ locut' est Dñs in manu Moysi facere, præparate. Dedit prætereà Iosias omni 7 populo, qui - ibi' fuerat inuentus in solemnitate Phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boũ quoq. tria millia: hæc de regis vniuersa substãtia. Duces quoq. eius, spõte, - quod 'vouerãt', obtulerũt, tã populo, quàm sacerdotibus & Leuitis. Porrò 8 Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus Dñi, dederũt sacerdotibus ad faciendũ Phase, pecora commixtim duo millia sexcẽta, & boues trecẽtos. Chonenias autẽ, & Semeias etiã, & Nathanael fratres eius: necnõ Hasabias, & Iehiel, & Iosabad principes Leuitarũ, dederũt cæteris Leuitis ad celebrandũ Phase quinq. millia pecorũ, & boues quingẽtos. Præ- 10 paratumq. est ministeriũ, & steterũt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoque in 11 turmis, iuxta regis imperiũ. Et immolatũ est Phase: asperseruntq. sacerdotes manu sua sanguinẽ: & Leuitæ detraxe- 12 rũt pelles holocaustorũ. Et separauerũt ea vt darẽt per domos & familias singulorũ, & offerrentur Dño, sicut scriptũ est in Libro Moysi. de bobus quoq. fecerunt 13 similiter. Et assauerunt Phase super ignẽ, iuxta quod in lege scriptũ est: pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & festinatò distribuerunt 14 vniuersæ plebi. Sibi aũt, & sacerdotibus postea parauerũt. nã in oblatione holocaustorũ & adipũ, vsq. ad noctẽ sacerdotes fuerũt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filiis Aarõ parauerũt nouis- 15 simis. Porrò cantores filij Asaph stabãt in ordine suo, iuxta præceptũ Dauid, & Asaph, & Hemã, & Idithun 'prophetarũ' regis*. Ianitores verò per portas singulas obseruabãt, ita vt nec puncto quidẽ discederẽt à ministerio: quã ob rẽ & fratres eorũ Leuitæ parauerunt eis cibos. 16 Omnis igitur cultura Dñi ritè cõpleta est in die illa, vt facerẽt Phase, & offerrent holocausta super altare Dñi, iuxta 17 præceptũ regis Iosiæ. Feceruntque filij Israël qui reperti fuerãt ibi, Phase in tẽpore illo, & Solemnitatẽ azymorũ septẽ 18 diebus. Nõ fuit Phase simile huic in Israël, à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquã de cũctis regibus Israël fecit Phase sicut Iosias, sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israël qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem.

19 Octauodecimo anno regni Iosiæ, hoc 20 Phase celebratũ est. ‖ Postquã instauraverat Iosias tẽplũ, ascẽdit Nechao rex Aegypti ad pugnandũ in Charcamis iuxta Euphratẽn: & processit in occursum 21 eius Iosias. At ille misis ad eũ nuntiis, ait, Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed cõtra aliã pugno domũ, ad quã me Deus festinatò ire præcepit: desine aduersũm Deũ face- 22 re, qui mecũ est, nè interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed præparauit cõtra eum bellũ: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: ‖ verũ perrexit vt dimicaret 23 in campo Mageddo. Ibiq. vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis, Educite me de prœlio, quia oppidò vulneratus sum.

24 Qui trãstulerunt eũ de curru in alterũ currũ, qui sequebatur eũ more regio: & asportauerunt eũ in Ierusalẽ, mortuúsq. est: & sepultus in mausoleo patrũ suorũ: & vniuersus Iuda & Ierusalẽ luxerũt eũ.

25 Ieremias maximè: cuius oẽs cantores atq. cantatrices, vsq. in præsentẽ diẽ lamentationes super Iosiã replicãt, & quasi lex obtinuit in Israël: Ecce scriptũ fertur 26 in lamentationibus. Reliqua autẽ sermonũ Iosiæ & misericordiarũ eius, quæ 27 lege præcepta sunt Dñi; opera quoque

4 Reg. 23, 29 3 Esd. 1, 25

Zach. 12, 11

*3 MS. H. G.

*H G. 'volebant &MS.

'prophetæ R. H. Pro Textu autem faciunt MS. Hier. & G.

*Dauid MS q. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum Iuda & Israël.

CAP. XXXVI.

4Reg.23,30 3Esd.1,34. TVlit ergo populus terræ, Ioachaz filiũ Iosiæ: & cõstituit regẽ pro patre suo in Ierusalẽ. Viginti trium annorum erat Ioachaz cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem.

Amouit autẽ eũ rex Aegypti cùm veniisset in Ierusalẽ, & cõdemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri.

Matt.1,14. ‖ Cõstituitq. pro eo regẽ, Eliacim fratrẽ eius, super Iudã & Ierusalẽ: & vertit nomẽ eius Ioacim. ipsum verò Ioachaz tulit secũ, & abduxit in Aegyptum. Vigintiquinque annorũ erat Ioacim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalẽ: fecitq. malum coram Dño Deo suo. Cõtra hunc ascẽdit Nabuchodonosor rex Chaldæorũ: & vinctũ catenis duxit in Babylonẽ. Ad quam & vasa Dũi trãstulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autẽ verborũ Ioacim, & abominationũ eius, quas operatus est, & quæ ¶inuentæ 2 MS. Hier. *Pro Textu faciunt codices Hebræi.* ¶inuenta' sunt in eo, continentur in Libro regũ Iuda & Israël. Regnauit autẽ Ioachin filius eius pro eo. Octo annorũ erat Ioachin cũ regnare cœpisset: & tribus mẽsibus, ac decẽ diebus regnauit in Ierusalẽ: fecitq. malũ in cõspectu Dñi.

Cumq. anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex, qui & adduxerunt eũ in Babylonẽ, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Dñi. ‖ Regem verò cõstituit Sedeciã ¶patruũ' eius super Iudã & Ierusalẽ. Viginti & vnius anni erat Sedecias cũ regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in oculis Dñi Dei sui: nec erubuit faciẽ Ieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore Dñi. A rege quoq. Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eũ per Deũ: & indurauit ceruicẽ suam & cor, vt nõ reuerteret ad Dñm Deũ Israël.

Sed & vniuersi principes sacerdotũ, & populus, præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes Gẽtiũ: & polluerunt domũ Dñi, quam sanctificauerat sibi in Ierusalẽ. Mittebat aũt Dñs Deus patrũ suorũ ad illos per manũ nuntiorũ suorũ, de nocte cõsurgẽs, & quotidie cõmonens: eò quòd parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & parui pẽdebãt sermones eius, illudebantq. prophetis: donec ascẽderet furor Dñi in populum eius, & esset nulla curatio. Adduxit enim super eos regem Chaldæorũ, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij ⌐sui¬: non est misertus adolescẽtis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius. Vniuersaq́ue vasa domus Dñi tam maiora, quàm minora, & thesauros tẽpli, & regis, & principũ trãstulit in Babylonẽ. Incenderunt hostes domũ Dei, destruxeruntq. murũ Ierusalem: vniuersas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sũt.

Siquis euaserat gladiũ, ductus in Babylonẽ seruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Persarũ. Vt cõpleretur sermo Dñi ex ore Ieremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cũctis enim diebus desolationis egit sabbathũ, vsq. dũ cõplerentur septuaginta anni. ‖ Anno autem primo Cyri regis Persarũ, ad explendum sermonẽ Dñi, quẽ locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dñs spiritũ Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiã per scripturã, dicẽs, Ierem.25,12. & 29,10. 1 Esd.1,1. & 6,3. Dan.9,2. 3 Esd.1,55. & 2,1. & 6,24.

Hæc dicit Cyrus rex Persarũ, Omnia regna terræ dedit mihi Dñs Deus cæli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalẽ, quæ est in Iudæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dñs Deus suus cum eo, & ascendat.

ORATIO MANASSÆ REGIS IVDA, CVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE.

DOmine omnipotens Deus patrum nostrorum, Abraham, & Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorũ, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti eam terribili & laudabili nomine tuo: quẽ omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dñs, altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super malitias hominum. Tu Domine, secundũ multitudinem bonitatis tuæ promisisti pœnitentiam, & remissionem iis qui peccauerunt tibi, & multitudine miserationũ tuarum decreuisti pœnitentiã peccatoribus, in salutem. Tu igitur Dñe Deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abrahã, & Isaac, & Iacob, iis qui tibi nõ peccauerunt: sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorẽ: quoniam peccaui super numerũ arenæ maris: multiplicatæ sunt iniquitates meæ Dñe, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & nõ sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatũ mearũ. incuruatus sum multo vinculo ferreo, vt nõ possim attollere caput meũ, & nõ est respiratio mihi: quia exciraui iracundiã tuã, & malũ corã te feci: nõ feci voluntatem tuã, & mandata tua nõ custodiui: statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nũc flecto genu cordis mei, precãs à te bonitatem. Peccaui Dñe, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogãs te, remitte mihi Dñe, remitte mihi:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& ne simul perdas me cum iniquitatibus meis: neq. in ęternũ, iratꝰ, reserues mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus, inquã, pœnitentiũ: & in me ostendes omnẽ bonitatẽ tuã; quia indignũ saluabis me secũdũ magnam misericordiã tuã, & laudabo te semper omnibus diebꝰ vitæ meæ: quoniã te laudat omnis virtus cælorũ, & tibi est gloria in sæcula sæculorũ. Amen.

ESDRAE LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Inf. 6, 3. Ier. 25, 12. & 29, 10. 2 Par. 37, 22. 3 Esd. 2, 1. & 6, 24. Dan. 9, 2.

IN anno primo Cyri regis Persarũ, vt cõpleretur verbũ Dñi ex ore Ieremię, suscitauit Dñs spiritũ Cyri regis Persarũ: & traduxit vocẽ in omni regno suo, etiã per scripturã, dicẽs, Hæc dicit Cyrus rex Persarũ, Omnia regna terræ dedit mihi Dñs Deꝰ cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarẽ ei domũ in Ierusalẽ, quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalẽ quæ est in Iudæa, & ædificet domum Dñi Dei Israël, ipse est Deus qui est in Ierusalẽ. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumq. habitant, adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt tẽplo Dei, quod est in Ierusalẽ. Et surrexerunt principes patrũ de Iuda & Ben-iamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus suscitauit spiritũ, vt ascenderet ad ædificandũ tẽplum Dñi, quod erat in Ierusalem.

Vniuersiq. qui erant in circuitu, adiuuerũt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumẽtis, in supellectili, exceptis his quę sponte obtulerãt.

Rex quoq. Cyrus protulit vasa templi Dñi, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalẽ, & posuerat ea in templo Dei sui.

Protulit autẽ ea Cyrus rex Persarũ per manũ Mithridatis filij Gazabar; & annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ. Et hic est numerus eorũ, Phialæ aureæ triginta, phialæ argẽteæ mille, cultri viginti nouẽ, scyphi aurei triginta, scyphi argẽtei secundi, quadringẽti decẽ: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea, quinq. millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebãt de transmigratione Babylonis in Ierusalẽ.

CAP. II.

2 Esd. 7, 6. 3 Esd. 5, 1. & 7.

HI sunt autẽ prouinciæ filij, qui ascẽderũt de captiuitate quã trãstulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonẽ, & reuersi sunt in Ierusalẽ & Iudã, vnusquísq. in ciuitatẽ suã. Qui venerunt cum Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsã, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Israël: Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo. Filij Sephatia, trecenti septuaginta duo. Filij Area, septingenti septuagintaquinque. Filij Phahath-Moab, filiorũ Iosue Ioab duo millia "octingenti" duodecim. Filij Aelam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua, nongenti quadraginta quinque. Filij Zachai, septingẽti sexaginta. Filij Bani, sexcenti quadraginta duo. Filij Bebai, sexcenti vigintitres. Filij Azgad, mille ducenti vigintiduo. Filij Adonicam, sexcenti sexagintasex. Filij Beguai, duo millia quinquagintasex. Filii Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. Filij Ather, qui erant ex Ezechia, "nonaginta" octo. Filij Besai, trecenti vigintitres. Filij Iora, centum duodecim. Filij Hasum, ducenti viginti tres. Filij Gebbar, nonagintaquinque. Filij Beth-lehem, centum vigintitres. Viri Nerupha, quinquaginta sex. Viri Anathoth, centum viginti octo. Filij Azmaueth, quadraginta duo. Filij Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres. Filij Rama & Gabaa, sexcenti vigintivnus. Viri Machmas, centum viginti duo. Viri Beth-el & Hai, ducẽti vigintitres. Filij Nebo, quinquaginta duo. Filij Megbis, centũ quinquagintasex. Filij Aelam alterius, mille ducẽti quinquagintaquatuor. Filij Harim, trecenti viginti. Filij Lodhadid & Ono, septingenti vigintiquinque. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta. Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iesue, nongenti septuagintatres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Pheshur, mille ducenti quadragintasẽptem. Filij Harim, mille decẽ & septẽ. Leuitæ: Filij Iesue & Cedmiel filiorũ Odouiæ septuagintaquatuor. Cantores: Filij Asaph, centũ vigintioctο. Filij Ianitorũ: filij Sellũ, filij Ater, filij Telmõ, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuersi centũ trigintanouẽ. Nathinæi: filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, Filij Hagab, filij Semlai, filij Hanan: filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filij Gazan, filij Aza, filij Phasea, filij Besee, filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Besluth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Hatipha, filij seruorũ Salomonis, filij Sotai, filij Sophéreth, filij Pharuda, filij Iala, filij Dercon, filij Geddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erãt de Asebaim filij Ami. omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonaginta duo. Et hi qui ascenderũt de Thelmela,

"nongenti o."

"nongenti o."

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Thel-harsa, Cherub, & Adon, & Emer: & nō potuerūt indicare domū patrū suorū & semē suū, vtrū ex Israël essent. Filij 60
Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquaginta duo. Et de filiis sacerdo- 61
tum: Filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis, vxorem, & vocatus est nomine eorū: hi quæsierūt scripturā genealogię 62
suæ, & nō inuenerūt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersatha eis vt non 63
comederēt de Sancto sanctorū, donec surgeret sacerdos doctus atq. perfectº. Omnis multitudo quasi vnus, quadraginta 64
duo millia trecenti sexaginta: exceptis 65
seruis eorum & ancillis, qui erāt septem millia trecenti trigintaseptem: & in ipsis cantores atq. cātatrices ducenti. Equi 66
eorū ‖ sexcēti' trigintasex. muli eorū, ducēti quadragintaquinque. cameli eorū, 67
quadringēti triginta quinque. asini eorū, sex millia septingēti viginti. Et de prin- 68
cipibus patrū cùm ingrederentur tēplum Dñi quod est in Ierusalē, sponte obtulerunt in domū Dei ad extruendā eam in 69
loco suo. Secundū vires suas dederunt impensas operis, auri ‖ solidos' ‖ quadraginta' millia & mille, argēti mnas quinq. millia, & vestes sacerdotales centum.

Habitauerunt ergo sacerdotes, & Le- 70
uitæ, & de populo, & cātores, & ianitores & Nathinæi in vrbibus suis, vniuersusq. Israël in ciuitatibus suis. CAP. III.

IAmque venerat mensis septimus, & 1
erāt filij Israël in ciuitatibus suis: cōgregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalē. Et surrexit Iosue filius Io- 2
sedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerūt altare Dei Israël, vt offerrēt in eo holocautomata, sicut scriptū est in lege Moysi viri Dei. Collocauerūt autē 3
altare Dei super bases suas, deterrentibº eos per circuitū populis terrarū: & obtulerunt super illud holocaustū Dño manè & vespere. Fecerūtq. solemnitatem 4
tabernaculorū, sicut scriptū est: & holocaustū diebus singulis per ordinē secundum præceptū, opus diei in die suo. Et 5
post hæc holocaustū iuge, tam in Calendis, quàm in vniuersis solemnitatibº Dñi quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Dño.

A primo die mensis septimi cœperunt 6
offerre holocaustū Dño: porrò templum Dei nondū fundatū erat. Dederūt autē 7
pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potū, & oleū Sidoniis, Tyriisque, vt deferrēt ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarū eis. Anno autē secū- 8
do aduētus eorū ad tēplū Dei in Ierusalē mense secūdo, cœperūt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorū sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalē: & cōstituerunt Leuitas à viginti annis, & suprà, vt vrgerēt opus Dñi.
9 Steritque Iosue & filij eius, & fratres eius, Cedmiel & filij eius, & filij Iuda, quasi vir vnus, vt instarēt super eos qui faciebāt opus in tēplo Dei: filij Henadad,
10 & filij eorū, & fratres eorū Leuitæ. Fūdato igitur à cæmentariis templo Dñi, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarēt Deū per manus Dauid regis
11 Israël. Et concinebāt in hymnis, & cōfessione Dño: Quoniā bonus, quoniā in æternum misericordia eius super Israël. Omnis quoq. populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo
12 quòd fundatum esset templū Dñi. plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrū, & seniores qui viderant templum prius cùm fundatū esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia,
13 eleuabant vocē. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

CAP. IIII.

1 AVdierūt autē hostes Iudæ & Bē-iamin, quia filij captiuitatis ædificarent tēplū Dño Deo Israël. Et accedē- 2
tes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis, Aedificemus vobiscū, quia ita vt vos, quærimus Deū vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus Asor-haddan regis Assur, qui adduxit nos
3 huc. Et dixit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israël, Non est vobis & nobis vt ædificemus domū Deo nostro: sed nosipsi soli ædificabimus Dño Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus
4 rex Persarū. Factū est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, &
5 turbaret eos in ædificando. Conduxerūt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerēt consiliū eorum omnibus diebus Cyri regis Persarū, & vsque ad regnum
6 Darij regis Persarum. ‖ In regno autem Assueri in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores
7 Iudæ & Ierusalem. Et in diebus Artaxerxis scripsit ‖ Beselam' Mithridates, & Thabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.
8 Reū Beel-teem, & Samsai scriba scripserunt epistolā vnā de Ierusalem Arta-
9 xerxi regi, huiuscemodi. Reum Beelteem, & Sāsai scriba, & reliqui cōsiliatores eorū, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalęi, Apharsæi, & Erchuęi, Babylonij,
10 Susanechęi, Dieui, & Aelamitę: & cæteri de Gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & glorioſus; & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis

regionibus

‖ septingenti 1 MS. R. H. G. Cōsentit liber Esdræ secundus, cap 7. v 68.
‖ drachmas H. G.
‖ sexaginta R. B. H. G. Q. n.
3 Esd. 5, 47.
3 Esd. 4, 11
Vir pace G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regionibus trãs Flumen in pace: (Hoc 11
est exemplar epistolæ quã miserunt ad
eũ) Artaxerxi regi, serui tui, viri qui sunt
trans Fluuiũ, salutẽ dicunt. Notũ sit re- 12
gi quia Iudæi qui ascẽderunt à te ad nos,
venerunt in Ierusalẽ ciuitatẽ rebellem &
pessimã, quã ędificant extruentes muros
eius, & parietes cõponentes. Nũc igitur 13
notum sit regi, quia si ciuitas illa ędifica-
ta fuerit, & muri eius instaurati, tributũ,
& vectigal, & annuos reditus non dabũt,
& vsque ad reges hæc noxa perueniet.
Nos autẽ memores salis quod in pala- 14
tio comedimus, & quia læsiones regis vi-
dere nefas ducimus: idcirco misimus &
nũtiauimus regi, vt recenseas in libris 15
historiarũ patrum tuorũ, & inuenies scri-
ptum in cõmentariis: & scies quoniam
vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocẽs regi-
bus & prouinciis, & bella cõcitantur in
ea ex diebus antiquis; quam ob rẽ & ci-
uitas ipsa destructa est. Nuntiamus nos 16
regi, quoniam si ciuitas illa ædificata
fuerit, & muri ipsius instaurati, posses-
sionem trans Fluuium non habebis.
Verbum misit rex ad Reum Beelteem, 17
& Samsai scribã, & ad reliquos qui erant
in consilio eorum habitatores Samariæ,
& cæteris trans Fluuiũ, salutem dicẽs &
pacem. Accusatio quam misistis ad nos, 18
manifestè lecta est coram me: & à me 19
præceptum est; & recensuerunt, inuene-
runtq. quoniam ciuitas illa à diebus an-
tiquis aduersum reges rebellat, & sedi-
tiones & prælia concitãtur in ea. Nam 20
& reges fortissimi fuerunt in Ierusalem:
qui & dominati sunt omni regioni quæ
trans Fluuium est. Tributum quoque, &
vectigal, & reditus accipiebant. Nunc 21
ergo audite sententiam, Prohibeatis vi-
ros illos, vt vrbs illa non ædificetur, do-
nec si fortè à me iussum fuerit. Videte 22
ne negligenter hoc impleatis, & paula-
tim crescat malum contra reges. Itaq. 23
exemplũ edicti Artaxerxis regis lectũ est
corã Reum-Beel-teem', & Samsai scri-
ba, & consiliariis eorum: & abierunt fe-
stini in Ierusalẽ ad Iudæos, & prohibue-
runt eos in brachio & robore. Tunc in- 24
termissum est opꝰ domus Domini in Ie-
rusalem, & non fiebat vsque ad annum
secundum regni Darij regis Persarum.

CAP. V.

Prophetauerũt aũt Aggæus prophe- 1
ta, & Zacharias filius Addo prophe-
tãres ad Iudæos qui erãt in Iudæa & Ie-
rusalẽ, in nomine Dei Israël. Tunc sur- 2
rexerũt Zorobabel filiꝰ Salathiel, & Io-
sue filius Iosedec: & cœperunt ædificare
tẽplũ Dei in Ierusalẽ, & cũ eis propheræ
Dei adiuuãtes eos. In ipso autẽ tẽpore 3
venit ad eos Thathanái qui erat dux trãs
Flumen, & Sthar-buzanái, & consiliarij
eorum: sicque dixerunt eis, Quis dedit
vobis consilium vt domum hanc ædifi-
caretis, & muros eius instauraretis?
4 Ad quod respõdimus eis, quę essẽt no-
mina hominum authorum ædificationis
5 illius. Oculus autẽ Dei eorũ factus est
super senes Iudæorum, & non potuerunt
inhibere eos. Placuitq. vt res ad Darium
referretur, & tunc satisfacerent aduersus
6 accusationem illam. Exemplar epistolæ
quam misit Thathanái dux regionis
trans Flumen, & Sthar-buzanái, & con-
siliatores eius Arphasachæi qui erãt trans
7 Flumen, ad Darium regem. Sermo, quẽ
miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi
8 pax omnis. Notum sit regi isse nos ad
Iudæam prouinciam, ad domũ Dei ma-
gni, quæ ædificatur lapide impolito, &
ligna ponuntur in parietibus: opusq. il-
lud diligenter extruitur, & crescit in ma-
9 nibus eorum. Interrogauimus ergo se-
nes illos, & ita diximus eis, Quis dedit
vobis potestatẽ, vt domum hãc ædifica-
10 retis, & muros hos instauraretis? Sed &
nomina eorũ quæsiuimus ab eis, vt nun-
tiaremus tibi: scripsimusq. nomina eo-
rum virorum qui sunt principes in eis.
11 Huiuscemodi aũt sermonem respõde-
runt nobis, dicẽtes, Nos sumus serui Dei
cæli & terræ, & ædificamus templũ quod
erat extructum ante hos annos multos:
quodq. rex Israël magnus ędificauerat, &
12 extruxerat. Postquàm autẽ ad iracun-
diã prouocauerunt patres nostri Deũ cæ-
li, tradidit eos in manus Nabuchodono-
sor regis Babylonis Chaldæi; domũ quo-
que hãc destruxit, & populum eius trãs-
13 tulit in Babylonẽ. Anno autem primo
Cyri regis Babylonis, Cyrus rex propo-
suit edictũ vt domus Dei ædificaretur.
14 Nã & vasa tẽpli Dei aurea & argentea,
quæ Nabuchodonosor tulerat de templo
quod erat in Ierusalẽ, & asportauerat ea
in templũ Babylonis, protulit Cyrus rex
de templo Babylonis, & data sunt Sassa-
basar vocabulo, quẽ & principẽ cõstituit,
15 dixitque ei, Hæc vasa tolle, & vade: &
pone ea in templo quod est in Ierusalẽ,
& domus Dei ædificetur in loco suo.
16 Tunc itaque Sassabasar ille venit: &
posuit fundamenta templi Dei in Ieru-
salem, & ex eo tempore vsque nunc æ-
17 dificatur, & necdum completũ est. Nũc
ergo si videtur regi bonum, recensẽat in
bibliotheca regis, quæ est in Babylone,
vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt
ædificaretur domus Dei in Ierusalem, &
voluntatem regis super hac re mittat ad
nos.

CAP. VI.

1 TVnc Darius rex præcepit: & recen-
suerunt in bibliothẽca librorũ, qui
2 erant repositi in Babylone, & inuentũ
est in Ecbatanis, quod est castrũ in Me-
dena prouincia, volumen vnum, talisque
3 scriptus erat in eo cõmentarius, Anno
primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt
domus Dei ædificaretur, quæ est in Ieru-
salẽ, in loco vbi immolent hostias, & vt
ponant fundamenta sustentãtia altitu-

dinem

*4 MS. R. C. Additur autem in B. & G.

3 Esd. 5, 1.

Sup. 1, 1. 2 Pa. 36, 22. Iere. 25, 12 & 29, 10. 3 Esd. 1, 57 & 2, 1. 6, 24 Dan. 9, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorū sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autem de domo regis dabuntur. Sed & vasa tẽpli Dei aurea & argẽtea, quæ Nabuchodonosor tulerat de tẽplo Ierusalẽ, & attulerat ea in Babylonẽ, reddantur, & referantur in tẽplum in Ierusalem in locum suũ, quæ & posita sunt in templo Dei. Nunc ergo Thathanái dux regionis quę est trãs Flumen, Sthar-buzanai, & consiliarij vestri Apharsachæi, qui estis trãs Flumẽ, procul recedite ab illis, & dimittite fieri tẽplum Dei illud à duce Iudæorum, & à senioribus eorũ, vt domũ Dei illã ædificent in loco suo. Sed & à me præceptũ est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorũ illis, vt ędificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est, de tributis quę dãtur de regione trans Flumen, studiose sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustũ Deo cæli, frumentũ, sal, vinũ, & oleum, secũdùm ritũ sacerdotũ, qui sunt in Ierusalẽ, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo querimonia. Et offerãt oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis, & filiorũ eius. A me ergo positum est decretũ, Vt omnis homo qui hãc mutauerit iussionẽ, tollatur lignũ de domo ipsius, & erigatur, & cõfigatur in eo, domus autem eius publicetur: Deus autẽ qui habitare fecit nomẽ suum ibi, dissipet omnia regna, & populũ qui extenderit manũ suã vt repugnet, & dissipet domũ Dei illam quæ est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo. ¶ Igitur Thathanái dux regionis trãs Flumẽ, & Sthar-buzanái, & cõsiliarij eius, secundùm quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt. Seniores autẽ Iudæorũ ædificabant, & prosperabantur iuxta prophetiã Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerũt & cõstruxerunt iubẽte Deo Israël, & iubẽte Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum: & cõpleuerunt domũ Dei istã, vsq. ad diẽ tertium mẽsis Adar, qui est annus sextus Darij regis. Fecerunt autẽ filij Israël sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorũ transmigrationis, dedicationẽ domus Dei in gaudio. Et obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos centũ, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israël duodecim, iuxta numerũ tribuum Israël. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicib⁹ suis super opera Dei in Ierusalem, sicut scriptum est in ¶ libro Moysi. Fecerunt autem filij Israël transmigrationis, Pascha, quartadecima die mẽsis primi. Purificati enim fuerãt sacerdotes & Leuitæ quasi vnus: omnes mundi ad immolandũ pascha vniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi. Et comederunt filij Israël qui reuersi fuerãt de trãsmigratione, & omnes qui se separauerãt à coinquinatione Gẽtiũ terræ ad eos, vt quærerent Dñm Deum Israël. Et fecerunt Solennitatẽ azymorũ septẽ diebus, in lætitia, quoniã lætificauerat eos Dñs, & conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israël.

3 Esd. 7, 1.

Num. 3, 6. & 8, 9.

CAP. VII.

POst hæc autẽ verba in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Heleiæ, filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, filii Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth, filij Zarahiæ, filij Ozi, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aarõ sacerdotis ab initio. Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dñs Deus dedit Israël: & dedit ei rex secundum manũ Dñi Dei eius super eum, omnẽ petitionem eius. Et ascenderunt de filiis Israël, & de filiis sacerdotũ, & de filiis Leuitarũ, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ierusalẽ anno septimo Artaxerxis regis. Et venerunt in Ierusalem mẽse quinto, ipse est annus septimus regis. Quia in primo die mẽsis primi cœpit ascẽdere de Babylone, & in primo die mẽsis qninti venit in Ierusalẽ, iuxta manũ Dei sui bonã super se. Esdras autem parauit cor suum, vt inuestigaret legem Dñi, & faceret & doceret in Israël præceptũ & iudiciũ. Hoc est autẽ exẽplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonib. & præceptis Dñi, & ceremoniis eius in Israël: Artaxerxes rex regũ Esdræ sacerdoti, scribę legis Dei cæli doctissimo, salutẽ. A me decretum est, vt cuicunq. placuerit in regno meo de populo Israël, & de sacerdotib. eius, & de Leuitis ire in Ierusalẽ, tecũ vadat. A facie enim regis, & septẽ cõsiliatorũ eius missus es, vt visites Iudæã & Ierusalẽ in lege Dei tui, quæ est in manu tua: & vt feras argentũ & aurũ quod rex & cõsiliatores eius sponte obtulerũt Deo Israël, cui⁹ in Ierusalẽ tabernaculũ est. Et omne argentũ & aurũ quodcunque inueneris in vniuersa prouincia Babylonis, & popul⁹ offerre voluerit, & de sacerdotibus qui spõte obtulerint domui Dei sui quæ est in Ierusalẽ, liberè accipe, & studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos & sacrificia & libamina eorũ, & offer ea super altare tẽpli Dei vestri quod est in Ierusalẽ. Sed & siquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatẽ Dei vestri facite. Vasa quoq. quæ dãtur tibi in ministeriũ domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem. Sed & cætera quibus

opus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opus fuerit in domũ Dei tui quãtũcunq. necesse est vt expẽdas, dabis de thesauro, & de fisco regis, & à me. Ego Artaxerxes rex statui atq. decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trãs Flumen, vt quodcumq. petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absq. mora detis, vsq. ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsq. ad batos olei centũ, sal verò absq. mensura.

Omne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligẽter in domo Dei cæli: ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

Tu autẽ Esdra secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, cõstitue iudices & præsides, vt iudicẽt omni populo qui est trans Flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legẽ regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationẽ substantiæ eius, vel certè in carcerem. Benedictus Dñs Deus patrũ nostrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ est in Ierusalem, & in me inclinauit misericordiam suã coram rege & consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, cõgregaui de Israël principes qui ascenderent mecum.

3 Esd. 8, 32

CAP. VIII.

Hi sunt ergo principes familiarum & genealogia eorũ qui ascẽderũt mecũ in regno Artaxerxis regis, de Babylone. De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus. De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centũ quinquaginta. De filiis Phahath-Moab, Elioenai filius Zarehæ: & cum eo ducenti viri. De filiis Secheniæ, filius Ezechiël: & cũ eo trecẽti viri. De filiis Adan, Abed filius Ionathã: & cũ eo quinquaginta viri. De filiis Alã, Isaias filius Athaliæ: & cũ eo septuaginta viri. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cũ eo octoginta viri. De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel: & cũ eo ducẽti decẽ & octo viri. De filiis Selomith, filius Iosphiæ: & cũ eo centũ sexaginta viri. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cũ eo viginti octo viri. De filiis Azgad, Iohanã filius Eccetan: & cũ eo centũ & decẽ viri. De filiis Adonicã, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorũ, Eliphelet, & Iehiel, & Samaias: & cũ eis sexaginta viri. De filiis Begui, Vthai & Zachur: & cũ eis septuaginta viri. Cõgregaui autẽ eos ad fluuiũ qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus: quæsiuiq. in populo & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. Itaq. misi Eliézer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes: & Ioiarib, & Elnathan sapientes. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Casphiæ loco: Et posui in ore eorũ verba quæ loquerẽtur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Casphiæ, vt adducerẽt nobis ministros domus Dei nostri. Et adduxerũt nobis per manũ Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filij Leui, filij Israël, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decẽ & octo: & Hasabiã, & cũ eo Isaiã de filiis Merari, fratrésq. eius, & filios eius viginti. Et de Nathinæis quos dederat Danid, & principes ad ministeria Leuitarũ, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur. Et prædicaui ibi ieiuniũ iuxta fluuiũ Ahaua, vt affligeremur corã Dño Deo nostro, & peteremus ab eo viã rectã nobis & filiis nostris, vniuersæq. substãtiæ nostræ. Erubui enim petere regẽ auxiliũ & equites, qui defenderẽt nos ab inimico in via: qa dixeramus regi, Manus Dei nostri est super omnes qui quærũt eum in bonitate: & imperiũ eius & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquũt eum. Ieiunauimus autẽ & rogauimus Deũ nostrũ pro hoc: & euenit nobis prosperè. Et separaui de principibus sacerdotũ duodecim, Sarabiã & Hasabiã, & cum eis de fratribus eorum decem: appendiq́ue eis argentũ & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex, & consiliatores eius, & principes eius, vniuersusq. Israël eorũ qui inuẽti fuerãt: & appẽdi in manibus eorum argẽti talẽta sexcẽta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centũ talẽta: & cratéres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra, vt aurum. Et dixi eis, Vos sancti Dñi, & vasa sancta, & argentũ & aurũ quod sponte oblatum est Dño Deo patrum ‖ nostrorũ: vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarũ, & ducibus familiarum Israël in Ierusalem, in thesaurum domus Dñi. Susceperunt autẽ sacerdotes & Leuitæ pondus argẽti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum Dei nostri. Promouim⁹ ergo à flumine Ahaua duodecimo die mensis primi, vt pergeremus Ierusalẽ: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via. Et venimus Ierusalẽ: & mansimus ibi tribus diebus. Die aũt quarta appensum est argentũ, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum

‖ vestrorũ 9 MS B.H. *Suffragãtur Textui* R. & G.

Meremoth

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Meremoth filij Vriæ sacerdotis, & cũ eo Eleazar filius Phinees, cumq́ eis Iozabed filius Iosue, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numerum & pondus 34
omniũ: descriptumq́. est omne põdus in tẽpore illo. Sed & qui venerãt de cap- 35
tiuitate filij transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israël, vitulos duodecim pro omni populo Israël, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septẽ, hircos pro peccato, duodecim. omnia in holocaustum Dño. Dederunt autẽ edicta 36
regis satrapis qui erant de cõspectu regis & ducibus trans Flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei. CAP. IX.

3 Esd. 8,69 POstquã autẽ hæc cõpleta sunt, accesserunt ad me principes, dicentes, Nõ 1
est separatus populus Israël, & sacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum, & de abominationibus eorũ, Chananæi videlicet, & Hethæi & Pherezæi, & Iebusæi, & Ammonitarũ, & Moabitarũ, & Aegyptiorũ, & Amorrhæorũ. 2
tulerunt enim de filiabus eorũ sibi & filiis suis, & commiscuerũt semẽ sanctũ cũ populis terrarum. Manus etiã principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima.

Cumq́. audissem sermonẽ istum, scidi 3
palliũ meũ & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens.

Conuenerũt autẽ ad me oẽs qui timebant verbũ Dei Israël, pro trãsgressione 4
eorũ qui de captiuitate venerãt: & ego sedebã tristis, vsq. ad sacrificiũ vesptinũ.

Et in sacrificio vespertino surrexi de 5
afflictione mea, & scisso pallio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dñm Deũ meũ, & dixi, Deus 6
meus confundor & erubesco leuare faciẽ meã ad te: quoniam iniquitates nostræ
-6 MS.H. multiplicatæ sunt super caput -nostrũ', & delicta nostra creuerũt vsq. ad cælum,
I *egitur antẽ à* R. B. & G. à diebus patrũ nostrorũ. Sed & nos ipsi 7
peccauimus grauiter vsq. ad diem hanc,
ᵑpro 1 MS. & ᵑin' iniquitatibus nostris traditi sumᵑ, ipsi, & reges nostri, & sacerdotes nostri,
-1 MS.H. in manũ regũ terrarũ, & in gladiũ, -&ᵑ
-1 MS. in captiuitatẽ, & -in'rapinã, & in cõfusionem vultus, sicut & die hac. Et nunc 8
Additur autẽ à R. H. & G. quasi parũ & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dñm Deũ nostrũ, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur
ᵑpaxillus 7 MS.R. H.G. nobis ᵑpax illius' in loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster: & daret nobis vitam modicã in seruitute
nostra, quia serui sumus, & in seruitute 9
nostra non dereliquit nos Deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarum, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, vt daret nobis
ᵑsepem R. H.G. ᵑspẽ' in Iuda & Ierusalẽ. Et nunc quid 10
dicemus Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua, quæ præcepisti 11
in manu seruorũ tuorũ prophetarum,
Deut. 7,3. dicẽs, ‖ Terra ad quã vos ingredimini vt possideatis eã, terra immunda est, iuxta immunditiã populorũ, cæterarumq́. terrarũ, abominationibus eorũ qui repleuerunt eã ab ore vsque ad os -in' coinqui-
12 natione sua. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorũ, & filias eorũ ne accipiatis filiis vestris: & non quæratis pacẽ eorũ, & prosperitatẽ eorũ, vsq. in æternũ: vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios ve-
13 stros vsq. in seculũ. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, qa tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutẽ sicut est ho-
14 die, vt nõ cõuerteremur, & irrita faceremus mãdata tua, neq. matrimonia iũgeremus cũ populis abominationũ istarũ. Nunquid iratus es nobis vsq. ad consummationem, ne dimitteres nobis reli-
15 quias ad salutẽ? Dñe Deus Israël iustus es tu: quoniã derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac. Ecce corã te sumus in delicto nostro. non enim stari potest coram te super hoc. CAP. X.

1 SIc ergo orante Esdra, & implorante ᵑDeũ', & flente, & iacẽte ante templũ Dei, collectus est ad eum de Israël cœtus grandis nimis virorũ & mulierũ & pue-
2 rorũ: & fleuit populus fletu multo. Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Aelã, & dixit Esdræ, Nos præuaricati sumus in Deũ nostrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nũc si est
3 pœnitentia in Israël super hoc, percutiamus fœdus cum -Dño' Deo nostro, vt proiiciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem Dni, & eorum qui ᵑtiment' præceptum Dñi
4 Dei nostri: fecundũ legẽ fiat. Surge, tuũ est discernere, nósq. erimus tecum: con-
5 fortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotũ & Leuitarũ, & omnem Israël, vt facerent secundũ
6 verbũ hoc: & iurauerunt. ‖ Et surrexit Esdras ante domũ Dei, & abiit ad cubiculũ Iohanan filij Eliasib, & ingressus est illuc: panẽ nõ comedit, & aquã nõ bibit: lugebat enim transgressionem eorũ qui
7 venerãt de captiuitate. Et missa est vox in Iuda & in Ierusalẽ omnibus filiis trãsmigrationis, vt cõgregarentur in Ierusa-
8 lem. Et omnis qui nõ venerit in tribus diebus iuxta consiliũ principũ & seniorũ, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cœtu trãsmigrationis.
9 Cõuenerũt igitur oẽs viri Iuda & Beniamin in Ierusalẽ tribus diebus, ipse est mẽsis nonus, vicesima die mẽsis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, tre-
10 mẽtes pro peccato & pluuiis. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos, Vos trãsgressi estis, & duxistis vxores alieni-
11 genas, vt adderetis sup delictũ Israël. Et nunc date confessionẽ Dño Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius: & se-

paramini

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

paramini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et respondit vniuersa mul- 12
titudo, dixitq. voce magna, Iuxta verbũ tuum ad nos, sic fiat. Veruntamen quia 13
populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus nõ est diei vnius vel duorũ (vehemẽter quippe peccauimus in sermone isto) cõstituatur
principes in vniuersa multitudine: & 14
omnes in ciuitatibus nostris qui duxerũt vxores alienigenas, veniãt in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatẽ & ciuitatẽ, & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc. Igitur Ionathan filius Azahel, & 15
Iaasia filius Thecuę steterũt super hoc, & Mesollã & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: feceruntq. sic filij trãsmigrationis. 16
Et abierũt Esdras sacerdos, & viri principes familiarũ in domos patrũ suorũ, & omnes per nomina sua: & sẽderũt in die primo mẽsis decimi, vt quærerent rẽ. Et 17
cõsummati sunt omnes viri qui duxerant vxores alienigenas, vsq. ad diẽ primã mẽsis primi. Et inuẽti sunt de filiis sacer- 18
dotũ qui duxerãt vxores alienigenas. De filiis Iosue filij Iosedec, & fratres eius, Maasia & Eliézer & Iarib & Godolia.
Et dederũt manus suas vt eiicerẽt vxo- 19
res suas, & pro delicto suo arietẽ de ouib. offerrẽt. Et de filiis Emmer, Hanani & 20
Zebedia. Et de filiis Harim, Maasia & 21
Elia & Semeia, & Iehiel, & Ozias. Et de 22
filiis Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Iozabed & Elasa. Et de filiis 23
Leuitarũ, Iozabed & Semei & Celaia, ipse est Calita. Phathaia, Iuda, & Eliézer. Et 24
de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellũ & Telẽ & Vri. Et ex Israël, de fi- 25
liis Pharos, Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliézer & Melchia & Banea. Et de filiis Aelã, Mathania, Zacha- 26
rias, & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia. Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliasib, 27
Mathánia & Ierimuth & Zabad & Aziza. Et de filiis Bebai, Iohanã, Hanania, 28
Zabbai, Athalai. Et de filiis Bani, Mo- 29
sollã & Melluch & Adaia; Iasub & Saal & Ramoth. Et de filiis Phahath-Moab, 30
Edna & Chalal, Bananias & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui & Manasse. Et 31
de filiis Herem, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeõ, Bẽ-iamin, Maloch, Sa- 32
marias. Et de filiis Hasom, Mathanai, 33
Mathatha, Zabad, Eliphelet, Iermai, Manasse, Semei. De filiis Bani, Maaddi, 34
Amrã & Vel, Baneas & Badaias, Cheliau, 35
Vania, Marimuth, & Eliasib, Matha- 36
nias, Mathanai, & Iasi, & Bani & Bẽnui, 37
Semei & Salmias & Nathan & Adaias, 38
& Mechnedebai, Sisai, Sarai, Ezrel & 39
Selemiáu, Semeria, Sellũ, Amaria, Io- 40
seph. De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, 41
Zabad, Zabina, Ieddu & Ioal, & Banaia.
Oẽs hi acceperãt vxores alienigenas, & 42
fuerũt ex eis mulieres q̃ pepererãt filios.

LIBER NEHEMIAE,
QVI ET ESDRAE SECVNDVS DICITVR.
CAPVT I.

1 VErba Nehemiæ filij Helciæ. Et factum est in mense Casleu, anno
2 vicesimo, & ego eram in Susis castro. Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse, & viri *Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remãserant, & supererãt de
3 captiuitate, & Ierusalem. Et dixerunt mihi, Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ
4 eius combustæ sunt igni. Cumq. audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis: & ieiunabã, & orabã
5 ante faciem Dei cæli. Et dixi, ¶ Quæso Dñe Deus cæli fortis, magne atq. terribilis, qui custodis pactũ & misericordiam cum his qui te diligũt, & custodiũt man-
6 data tua: fiant aures tuæ auscultãtes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quã ego oro corã te hodie, nocte & die pro filiis Israël seruis tuis: & cõfiteor pro peccatis filiorum Israël, quibus peccauerũt tibi: & ego, & domus patris mei
7 peccauimus, vanitate seducti sumus, & nõ custodiuimus mandatum -tuum', & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti
8 Moysi famulo tuo. Memẽto verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens, Cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos in
9 populos. Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiamsi abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos, & reducã in locum quem elegi, vt habitaret nomen meũ ibi.
10 Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in
11 manu tua valida. Obsecro Dñe, sit auris tua attendens ad orationẽ serui tui, & ad orationẽ seruorum tuorum, qui volũt timere nomẽ tuum: & dirige seruũ tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. ego enim eram pincerna regis.

*ex 7 MS. R. H. Suffraganur autem Iextui R. & G.

Dan. 9, 4.

-3 MS. H. G q.

CAP. II.

1 FActum est autem in mẽse Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis: & vinũ erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem
2 eius. Dixitque mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videã? non est hoc frustrà, sed malũ nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac
3 nimis: & dixi regi, Rex in æternũ viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorũ patris mei deserta est, & portæ eius cõbustæ sunt igni?
4 Et ait mihi rex, Pro qua re postulas? Et
5 oraui Deum cæli: & dixi ad regem, Si videtur regi bonũ, & si placet seruus tuus ante faciẽ tuam, vt mittas me in Iudæam

ad ci-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad ciuitatẽ ſepulchri patris mei, & ædificabo eam. Dixitq́ue mihi rex, & regina quæ ſedebat iuxta eũ, Vſq. ad quod tempus erit iter tuũ, & quando reuertẽris? Et placuit ante vultum regis, & miſit me: & conſtitui ei tempus. Et dixi regi, Si regi videtur bonũ, epiſtolas det mihi ad duces regionis trans Flumẽ, vt traducãt me, donec veniã in Iudæam: & epiſtolã ad Aſaph cuſtodẽ ſaltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere poſsim portas tẽpli, turres domus, & muros ciuitatis, & domũ quã ingreſſus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manũ Dei mei bonã mecum. Et veni ad duces regionis trans Flumen, dediq́ue eis epiſtolas regis. Miſerat autẽ rex mecum principes militũ, & equites. Et audierũt Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus Ammanites: & contriſtati ſunt affli-ctione magna, q́ veniſſet homo qui quæreret proſperitatẽ filiorũ Iſraël. Et veni Ieruſalẽ, & erã ibi tribus diebus: & ſurrexi nocte ego, & viri pauci mecũ, & non indicaui cuiquã quid De⁹ dediſſet in corde meo vt faceré in Ieruſalẽ: & iumentũ non erat mecũ, niſi animal cui ſedebam.

Et ingreſſus ſum per portã vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portã ſtercoris: & cõſiderabam murũ Ieruſalẽ diſſipatum, & portas eius conſumptas igni.

Et tranſiui ad portã fontis, & ad aquæ ductũ regis, & non erat locus iumẽto cui ſedebam, vt tranſiret. Et aſcẽdi per torrẽtem nocte, & conſiderabã murũ: & reuerſus veni ad portã vallis, & rediì. Magiſtratus aũt neſciebãt quò abiiſſem, aut quid ego facerẽ: ſed & Iudæis & ſacerdotibus, & optimatibus, & magiſtratibus, & reliquis qui faciebant opus, vſq. ad id loci nihil indicaueram. Et dixi eis, Vos noſtis afflictionẽ in qua ſumus, quia Ieruſalem deſerta eſt, & portæ eius conſumptæ ſunt igni: venite & ædificemus muros Ieruſalem, & non ſimus vltrà opprobrium. Et indicaui eis manum Dei mei quòd eſſet bona mecũ, & verba regis quæ locutus eſſet mihi: & aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus Ammanites, & Goſem Arab⁹: & ſubſannauerunt nos, & deſpexerunt, dixeruntq́ue, Quæ eſt hæc res quã facitis? nũquid cõtra regem vos rebellatis? Et reddidi eis ſermonem, dixiq. ad eos, Deus cæli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus: ſurgamus, & ædificemus: vobis autem non eſt pars, & iuſtitia, & memoria in Ieruſalẽ.

CAP. III.

ET ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus, & fratres eius ſacerdotes: & ædificauerũt portã gregis: ipſi ſanctificauerũt eã, & ſtatuerũt valuas eius, & vſq. ad turrim centũ cubitorũ ſanctificauerũt eã, vſq. ad turrim Hananeel. Et iuxta eũ ædificauerũt viri Iericho: & iuxta eũ ædificauit Zacchur filius Amri. Portã aũt piſcium ædificauerũt filij Aſnaa: ipſi texerunt eã, & ſtatuerũt valuas ei⁹, & ſeras, & vectes, Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accus. Et iuxta eũ, ædificauit Moſollã filius Barachiæ, filij Meſezebel: & iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana: Et iuxta eos ædificauerunt Thecuenſi: optimates autẽ eorũ non ſuppoſuerũt colla ſua in opere Dñi ſui. Et portã veterẽ ædificauerũt Ioiada filius Phaſea, & Moſollã filius Beſodia: ipſi texuerũt eã, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras & vectes. Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Maſpha, pro duce qui erat in regione trãs Flumẽ. Et iuxta eũ ædificauit Ezriel filius Araia aurifex: & iuxta eũ ædificauit Ananias filius pigmentarij: & dimiſerunt Ieruſalẽ vſq. ad murũ plateæ latioris. Et iuxta eũ ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ieruſalẽ. Et iuxta eũ ædificauit Iedaia fili⁹ Haromaph cõtra domũ ſuã: & iuxta eũ ædificauit Hattus filius Haſeboniæ. Mediã partẽ vici ædificauit Melchias filius Herẽ, & Haſub fili⁹ Phahath-moab, & turrim furnorũ. Et iuxta eũ ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ieruſalẽ, ipſe & filiæ eius. Et portã vallis ædificauit Hanun, & habitatores Zanoe: ipſi ædificauerunt eã, & ſtatuerũt valuas eius, & ſeras & vectes, & mille cubitos in muro, vſq. ad portã ſterquilinij. Et portam ſterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethachárã: ipſe ædificauit eã, & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes. Et portã fontis ædificauit Sellum filius Chol-hoza, princeps pagi Maſpha: ipſe ædificauit eã, & texit, & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes, & muros piſcinæ Siloe in hortum regis, & vſq. ad gradus qui deſcendunt de Ciuitate-Dauid. Poſt eũ ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Beth-ſur, vſq. cõtra ſepulchrũ Dauid, & vſq. ad piſcinã quæ grãdi opere cõſtructa eſt, & vſq. ad domum fortium. Poſt eũ ædificauerũt Leuitæ, Rehũ fili⁹ Benni: poſt eũ ædificauit Haſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico ſuo. Poſt eũ ædificauerũt fratres eorum Bauai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. Et ædificauit iuxta eum Azer filius Ioſue, princeps Maſpha menſurã ſecundã, contra aſcẽſum firmiſſimi anguli. Poſt eũ in mũte ædificauit Baruch filius Zachái mẽſuram ſecũdam, ab angulo vſq. ad portã dom⁹ Eliaſib ſacerdotis magni. Poſt eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filij Haccus, mẽſuram ſecundã, à porta dom⁹ Eliaſib, donec extenderetur domus Eliaſib: Et poſt eum ædificauerũt ſacerdotes viri de cãpeſtrib. Iordanis. Poſt eũ ædificauit Ben-iamin & Haſub cõtra domũ ſuã: & poſt eũ ædificauit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ cõtra domũ suã. Post eũ ædificauit Bé- 24
nui filius Henadad mensuram secundã, à
domo Azariæ vsq. ad flexuram, & vsq. ad
angulũ. *Phalel filius Ozi cõtra flexu- 25
rã, & turrim quæ eminet de domo regis
excelsa, id est in atrio carceris: post eum
Phadaia filius Pharos. Nathinęi aũt ha- 26
bitabãt in Ophel, vsq. cõtra portã aqua-
rũ, ad Orientẽ, & turrim quæ prominet.
Post eũ ædificauerũt Thecueni mẽ- 27
surã secundã eregione, à turre magna &
eminẽte vsq. ad murũ templi. ||Sursum' 28
aũt ||ad portã' equorũ ædificauerũt sacer-
dotes, vnusquisq. cõtra domũ suã. Post 29
eos ædificauit Sadoc filius Emmer cõtra
domũ suã. Et post eũ ædificauit Semaia
filius Secheniæ, custos portæ Orientalis.
Post eũ ædificauit Hanania filius Sele- 30
miæ, & Hanun filius Seleph sextus mẽ-
surã secundã: post eũ ædificauit Mosollã
filius Barachiæ, cõtra gazophylaciũ suũ.
Post eum ædificauit Melchias filius au- 31
rificis, vsq. ad domum Nathinæorum, &
||scuta' vendẽtium' cõtra portã iudicialẽ,
& vsq. ad cœnaculum anguli. Et||inter' 32
cœnaculum anguli in porta gregis ædifi-
cauerunt ||artifices' & negotiatores.

CAP. IIII.

FActum est aũt, cùm audisset Sanabal- 1
lat quòd ædificaremus murum, iratus
est valde: & motus nimis subsannauit Iu-
dæos, & dixit corã fratribus suis, & fre- 2
quentia Samaritanorum, Quid Iudæi fa-
ciunt imbecilles? num dimittẽt eos gen-
tes? Num sacrificabunt, & complebũt in
vna die? Nũquid ædificare poterunt lapi-
des de aceruis pulueris, qui cõbusti sunt?
Sed & Tobias Ammanites proximus 3
eius, ait, Aedificent: si ascenderit vulpes,
transiliet murum eorũ lapideũ. *Audi 4
Deus noster, quia facti sumus despectui:
cõuerte opprobriũ super caput eorum, &
da eos in despectionẽ in terra captiuita-
tis. Ne operias iniquitatẽ eorũ, & pec- 5
catum eorum corã facie tua nõ deleatur:
quia irriserunt ædificãtes. Itaq. ædifica- 6
uimus murũ, & cõiunximus totũ vsq. ad
partẽ dimidiã: & prouocatũ est cor popu-
li ad operandum. Factum est autẽ, cùm 7
audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes,
& Ammanitæ, & Azotij, quòd obducta
esset cicatrix muri Ierusalẽ, & quòd cœ-
pissent interrupta cõcludi: irati sunt ni-
mis. Et cõgregati sunt omnes pariter vt 8
venirent, & pugnarẽt cõtra Ierusalem, &
molirẽtur insidias. Et orauimus Deum 9
nostrũ, & posuimus custodes super mu-
rum die ac nocte contra eos. Dixit autẽ 10
Iudas, Debilitata est fortitudo portantis,
& humus nimia est, & nos nõ poterimus
ædificare murũ. Et dixerunt hostes no- 11
stri, Nesciãt & ignorent, donec veniamus
in medium eorũ, & interficiamus eos, &
cessare faciamus opus. Factũ est autem 12
venientibus Iudæis qui habitabãt iuxta
eos, & dicentibus nobis per decem vices,
ex omnibus locis quibus venerãt ad nos,
13 statui in loco post murũ per circuitum
populum in ordinem cum gladiis suis, &
14 lanceis, & arcubus. Et perspexi atque
surrexi: & aio ad optimates & magistra-
tus, & ad reliquã partẽ vulgi, Nolite ti-
mere à facie eorũ. Dñi magni & terribi-
lis memẽtote, & pugnate pro fratrib. ve-
stris, filiis vestris, & filiab. vestris, & vxo-
15 ribus vestris, & domibus vestris. Factũ
est autẽ, cũ audissent inimici nostri nun-
tiatum esse nobis, dissipauit Deus consi-
lium eorum. Et reuersi sumus omnes ad
16 muros, vnusquisq. ad opus suũ. Et factũ
est à die illa, media pars iuuenum eorum
faciebat opus, & media parata erat ad
bellũ, & lanceæ, & scuta, & arcus, & lo-
ricæ, & principes post eos in omni domo
17 Iuda ædificantiũ in muro, & portãtium
onera, & imponẽtium: vna manu sua fa-
ciebat opus, & altera tenebat gladium.
18 ædificãtiũ enim vnusquisq. gladio erat
accinct' renes. Et ædificabãt, & clãgebãt
19 buccina iuxta me. Et dixi ad optimates,
& ad magistrat', & ad reliquã partẽ vul-
gi, Opus grãde est & latũ, & nos separati
sumus in muro procul alter ab altero:
20 in loco quocumq. audieritis clangorem
tubæ, illuc cõcurrite ad nos. Deus noster
21 pugnabit pro nobis. Et nosipsi faciamus
op': & media pars nostrum teneat lãceas
ab ascẽsu auroræ, donec egrediãtur astra.
22 In tẽpore quoq. illo dixi populo, Vnus-
quisq. cũ puero suo maneat in medio Ie-
rusalem, & sint ||vobis' vices per noctẽ, &
23 diem, ad operãdum. Ego autẽ & fratres
mei & pueri mei, & custodes qui erant
post me, non deponebamus vestimenta
nostra: vnusquisq. tantùm nudabatur ad
baptismum.

CAP. V.

1 ET factus est clamor populi, & vxorũ
eius magn' aduersus fratres suos Iu-
2 dæos. Et erãt qui dicerẽt, Filij nostri &
filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiam'
pro pretio eorũ frumentum, & comeda-
3 mus, & viuamus. Et erant qui dicerẽt,
Agros nostros, & vineas, & domos nostras
opponamus: & accipiamus frumentũ in
4 fame. Et alij dicebãt, Mutuò sumamus
pecunias in tributa regis, demusq. agros
5 nostros & vineas: & nunc sicut carnes
fratrũ nostrorũ, sic carnes nostræ sunt: &
sicut filij eorũ, ita & filij nostri. ecce nos
subiugamus filios nostros, & filias nostras
in seruitutẽ, & de filiabus nostris sunt fa-
mulę, nec habemus vnde possint redimi,
& agros nostros & vineas nostras alij pos-
6 sident. Et iratus sum nimis, cùm audis-
sem clamorẽ eorum secundũ verba hæc:
7 cogitauitq. cor meũ mecũ, & increpaui
optimates & magistrat', & dixi eis, Vsu-
rasne singuli à fratrib. vestris exigitis? Et
congregaui aduersum eos concionẽ ma-
8 gnã, & dixi eis, Nos, vt scitis, redemim'
fratres nostros Iudæos qui venditi fuerãt

gentibus,

*Post eum ædificauit o

||De super H.G.

||à porta 11 MS. Cõformiter Textui legunt R. & B.

||scuta R. ||negotiatorũ H. G.

||vsque ad 5 MS. Cõsentiunt Textui, R. H. G.

||aurifices 1 MS. Q n.

*Et dixit Nehemias o.

||nobis 5 MS. R. H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gentibus, secundum possibilitatẽ nostrã: & vos igitur vendetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerũt quid respõderent. Dixiq. ad eos, Nõ est bona res quã facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? Et ego & fratres mei & pueri mei, commodauimus plurimis pecuniã & frumẽtum: non repetamus in cõmune istud, æs alienum cõcedamus quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliueta sua & domos suas: quin potius & cẽtesimã pecuniæ, frumẽti, vini & olei, quã exigere soletis ab eis, date pro illis. Et dixerunt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicq. faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos, vt facerẽt iuxta quod dixerã. Insuper excussi sinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnẽ virum qui non cõpleuerit verbũ istud, de domo sua, & de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuꝰ fiat. Et dixit vniuersa multitudo, Amen. Et laudauerunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictũ. A die autẽ illa qua præceperat rex mihi vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo vsq. ad annũ tricesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebãtur, nõ comedimus. Duces autẽ primi, qui ªfuerantᵇ ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum deprecssierunt populũ. Ego aũt no feci ita, propter timorem Dei: quin potius in opere muri ædificaui, & agrũm non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudæi quoq. & magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gẽtibus quæ in circuitu nostro sunt, in mẽsa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebã: insuper & annonas ducatus mei nõ quæsiui. valde enim attenuatus erat populus. Memento mei Deus meus in bonũ secundũ omnia quæ feci populo huic.

ªfuerunt MS. R.

CAP. VI.

FActum est autem, cùm audisset Sanaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murũ, & non esset in ipso residua interruptio (vsq. ad tẽpus autẽ illud valuas nõ posuerã in portis) miserũt Sanaballat, & Gossem ad me, dicentes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in ᵃvitulisᵇ in Campo-ono. Ipsi autẽ cogitabãt vt facerent mihi malum. Misi ergo ad eos nũtios, dicẽs, Opus grande ego facio, & non possum descẽdere: ne fortè negligatur cũ venero, & descendero ad vos. Miserunt autẽ ad me secundũ verbũ hoc, per quatuor vices: & respondi eis iuxta sermonẽ priorem. Et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo, IN GENTIBVS auditũ est, & Gossem dixit, quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & leuare te velis super eos regem: propter quam causam & prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalẽ, dicentes, Rex in Iudæa est. Auditurus est rex verba hæc: idcirco nũc veni, vt ineamus cõsiliũ pariter. Et misi ad eos, dicẽs, Nõ est factũ secũdum verba hæc quæ tu loqueris. de corde enim tuo tu componis hæc. Omnes enim hi terrebãt nos, cogitãtes quòd cessarẽt manus nostræ ab opere, & quiescerem⁹: Quã ob causam magis confortaui manus meas: & ingressus sum domum Semaię filij Dalaiæ filij Metabeel secretò. Qui ait, Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia vẽturi sunt vt interficiãt te, & nocte vẽturi sunt ad occidendum te. Et dixi, Num quisquã similis mei fugit? & quis vt ego ingredietur templũ, & viuet? non ingrediar. Et intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinãs locutus esset ad me, & Tobias, & Sanaballat conduxissent eum. acceperat enim pretiũ, vt territus facerẽ, & peccarẽ, & haberent malũ quod exprobrarẽt mihi. Memẽto mei Dne pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorũ talia: sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorũ prophetarum qui terrebãt me. Completus est autẽ murus vicesimoquinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus. Factũ est ergo cùm audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes quæ erãt in circuitu nostro, & concciderent intra semetipsos, & scirent quòd à Deo factum esset opus hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos. Multi enim erãt in Iudæa habentes iuramẽtum eius, quia gener erat Sechenię filij Area, & Iohanan filius eius acceperat filiã Mosollam filij Barachiæ. sed & laudabãt eum corã me, & verba mea nũtiabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

ᵃviculis 4 MS. H. G. *Quod autẽ in Textu est, & K. legit, & Bedæ exponit.*

CAP. VII.

POstquã autẽ ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cãtores, & Leuitas: præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ierusalẽ (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur) & dixi eis, Non aperiãtur portæ Ierusalem vsq. ad caloreꝫ Solis. Cumq. adhuc assisterent, clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Ierusalẽ, singulos per vices suas, & vnũquemq. contra domũ suã. Ciuitas autẽ erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & nõ erant domus ædificatæ.

Eccl. 49.

Deus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus autem dedit in corde meo, & cõgregaui optimates, & magistratus & vulgus, vt recenserem eos: & inueni librum census eorũ qui ascenderãt primũ, & inuentũ est scriptũ in eo. Isti filij prouinciæ, qui ascenderũt de captiuitate migrãtium, quos trãstulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalẽ, & in Iudæã, vnusquisq. in ciuitatẽ suam.

Qui venerãt'cũ Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsã, Mespharath, Begoai, Nahũ, Baana. Numer' virorũ populi Israël, Filij Pharos, duo millia cẽtũ septuaginta duo. Filij Saphathia, trecenti septuagintaduo. Filij Area, sexcenti quintuagintaduo. Filij Phahathmoab filiorũ Iosue & Ioab, duo millia octingẽti decẽ & octo. Filij Aelã, mille octingenti' quinquagintaquatuor. Filij Zethua, octingẽti quadragintaquinq. Filij Zachai, septingẽti sexaginta. Filij Bannui, sexcẽti quadragintaocto. Filij Bebai, sexcẽti viginтiocto. Filij Azgad, duo millia trecenti vigintiduo. Filij Adonicã, sexcẽti sexaginta septẽ. Filij Beguai, duo millia sexagintaseptẽ. Filij Adin, sexcenti quinquagintaquinq. Filij Ater, filij Hezecię, nongenti' octo. Filij Hasem, trecẽti vigintiocto. Filij Besai, trecenti vigintiquatuor. Filij Hareph, centum duodecim. Filij Gabaon, nonagintaquinque.

Filij Beth-lehem, & Netupha, centum octoginta octo. Viri Anathoth, centum vigintiocto. Viri Beth-azmoth, quadraginta duo. Viri Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadraginta tres.

Viri Rama & Geba, sexcenti viginti vnus. Viri Machmas, cẽtum vigintiduo.

Viri Beth-el & Hai, centũ viginti tres.

Viri Nebo alterius, quinquagintaduo.

Viri Aelam alterius, mille ducẽti quinquagintaquatuor. Filij Harem, trecenti viginti. Filij Iericho, trecẽti quadragintaquinq. Filij Lodhadid & Ono, septingenti viginti vnus. Filij Senaa, tria millia nongẽti triginta. Sacerdotes: Filij Idaia in domo Iesua, nongenti septuaginta tres. Filij Emmer, mille quinquaginta duo. Filij Phashur, mille ducẽti quadraginta septẽ. Filij Arem, mille decem & septem.

Leuitæ: Filij Iosue & Cedmiel filiorum Oduiæ, septuaginta quatuor.

Cantores: Filij Asaph, centũ quadragintaocto.

Ianitores: Filij Sellũ, filij Ater, filij Telmõ, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: cẽtũ triginтaocto.

Nathinæi: Filij Soha, filij Hasupha, filij Tebbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Selmai, filij Hanan, filij Geddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filij Gezem, filij Aza, filij Phasea, filij Besai, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Besloth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Hatipha, filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharida, filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon.

Omnes Nathinæi, & filij seruorũ Salomonis, trecenti nonagintaduo. Hi sunt autem qui ascenderũt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domũ patrũ suorum, & semen suũ, vtrũ ex Israël essent.

Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quadraginta duo. Et de sacerdotibus, filij Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiab. Berzellai Galaaditis vxorẽ: & vocatus est nomine eorum. hi quæsierunt scripturam suam incensu, & nõ inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. Dixitq. Atherssatha eis vt nõ manducarent de Sanctis sanctorũ, donec staret sacerdos doctus & eruditus. Omnis multitudo quasi - vir' vnus quadragintaduo millia sexcẽti' sexaginta: absque seruis & ancillis eorũ, qui erãt septẽ millia trecenti triginta septẽ: & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinq. Equi eorũ, septingenti triginta sex: muli eorum, ducẽti quadraginтaquinque: cameli eorũ, quadringenti triginta quinque: asini, sex millia septingenti viginti.

- HVCVSQVE REFERTVR *quid in commentario scriptum fuerit: exin Nehemiæ historia texitur'.*

NONNVLLI autem de principibus familiarũ dederunt in opus. Atherssatha dedit in thesaurũ, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argẽti mnas duo millia ducẽtas. Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argẽti mnas duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem. Habitauerũt aũt sacerdotes & Leuitæ, & ianitores & cãtores, & reliquũ vulgus, & Nathinæi, & oĩs Israël in ciuitatib. suis.

CAP. VIII.

ET venerat mẽsis septimus*: filij autẽ Israël erant in ciuitatibus suis. *Cõgregatusque est omnis populus quasi vir vnus ad plateã quæ est ante portã aquarũ: & dixerũt Esdræ scribæ vt afferret librũ legis Moysi, quã præceperat Dũs Israëli. Attulit ergo Esdras sacerdos legẽ corã multitudine virorũ & mulierũ, cũctisq. qui poterãt intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo apertè in platea quæ erat ante portam aquarum, de manè vsque ad mediam diem, in cõspectu virorum, & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librũ. Stetit autẽ Esdras scriba super

1 Esdr. 2,4

3 Esdr. 5,7

- MS. H. G. venerunt

- MS. H. G. ducenti

Consentit primus liber Esdræ, cap. 2. v. 7. Idem numerum, triã alterius Adam filiũ, quirecensentur 1 Esd. 2,31 & infra 34. ab omnibus tribuitur.

- MS. H. G. nonagintatria

Consentit primus Esdræ, cap. 2. v. 17.

- MS. H. G. trecenti

5 MS. H. G. Consonat primus Esdræ cap. 2. v. 64. Eorũ qui hic expressè supra enumerati summa est 31389.

- 20 MS. Q n.

1 Ex. 2,69.

*scenopegiæ sub Ezra & Nehemia o.

*Nonum hic caput inchoant 1 MS. H. Q n. vbi suprà.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gradum ligneum, quē fecerat ad loquendum: & ſteterunt iuxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maaſia, ad dextrā eius: & ad ſiniſtrā, Phadaia, Miſaël, & Melchia, & Haſū, & Haſbadána, Zacharia, & Moſollā. Et aperuit Eſdras librum corā omni populo: ſuper vniuerſum quippe populū eminebat. Et cū aperuiſſet eū, ſtetit omnis popul⁹. Et benedixit Eſdras Dño Deo ‖voce magna:' & reſpondit omnis populus, Amē, amē: eleuās man⁹ ſuas. & incuruati ſunt, & adorauerūt Deū proni in terrā. Porrò Ioſue, & Bani & Serebia, Iamin, Accub, Sebthái, Odia, Maaſia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Leuitæ, ſilentiū faciebant in populo ad audiendā legem: populus autē ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in Libro legis Dei diſtinctè, & apertè ad intelligendū: & intellexerunt cū legeretur. Dixit autē Nehemias (ipſe eſt Atherſatha) & Eſdras ſacerdos & ſcriba, & Leuitæ interpretātes vniuerſo populo, Dies ſanctificatus eſt Dño Deo ‖noſtro', nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis popul⁹, cū audiret verba legis. Et dixit eis, Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes ‖his q nō præparauerūt' ſibi: quia ſanctus dies Dñi eſt, & nolite contriſtari. gaudiū etenim Dñi eſt fortitudo ‖noſtra'. Leuitæ aūt ſilētiū faciebāt in omni populo, dicentes, Tacete, quia dies ſanctus eſt, & nolite dolere.

Abiit itaq. omnis populus, vt cōederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiā magnā: quia intellexerant verba quæ docuerat eos. Et in die ſecūdo cōgregati ſunt principes familiarū vniuerſi populi, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſdram ſcribā, vt interpretaretur eis verba legis.

Et inuenerunt ſcriptum in lege, præcepiſſe Dñm in manu Moyſi, vt habitēt filij Iſraël in tabernaculis, in die ſolenni, mēſe ſeptimo: & vt prædicēt, & diuulgent vocē in vniuerſis vrbibus ſuis, & in Ieruſalē, dicentes, Egredimini in montē, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frōdes myrti, & ramos palmarū, & frondes ligni nemoroſi, vt fiant tabernacula, ſicut ſcriptū eſt. Et egreſſus eſt populus, & attulerunt. Feceruntq. ſibi tabernacula vnuſquiſq. in domate ſuo, & in atriis ſuis, & in atriis domus Dei, & in platea portæ aquarū, & in platea portæ Ephráim. Fecit ergo vniuerſa eccleſia eorū qui redierāt de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: nō enim fecerant à diebus Ioſue filij Nū taliter filij Iſraël, vſq. ad diē illum. Et fuit lętitia magna nimis. Legit aūt in Libro legis Dei per dies ſingulos, à die primo vſq. ad diē nouiſsimū. & fecerūt Solēnitatem ſeptē diebus, & in die octauo collectā iuxta ritū.

CAP. IX.

IN die autē viceſimoquarto mēſis huius conuenerunt filij Iſraël in ieiunio & in ſaccis, & humus ſuper eos. Et ſeparatū eſt ſemē filiorum Iſraël ab omni filio alienigena: & ſteterunt; & confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorū. Et conſurrexerunt ad ſtandū: & legerunt in volumine legis Dñi Dei ſui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabāt Dñm Deū ſuū. Surrexerūt aūt ſuper gradum Leuitarum Ioſue & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanáni: & clamauerunt voce magna ad Dñm Deū ſuum. Et dixerunt Leuitæ Ioſue, & Cedmiel, Bonni, Haſebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite, benedicite Dño Deo ‖veſtro' ab æterno vſq. in æternū: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelſo in omni benedictione & laude. Tu ipſe Dñe, ſolus tu feciſti cælū, & cælū cælorū, & omnē exercitū eorū: terram, & vniuerſa quæ in ea ſunt: maria, & omnia quæ in eis ſunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cæli te adorat. Tu ipſe Dñe Deus, qui elegiſti Abrā, & ‖ eduxiſti i eū de Igne Chaldæorū: & poſuiſti nomē eius Abrahā. Et inueniſti cor eius fidele corā te: & percuſſiſti cum eo fœdus, vt dares ei Terram Chananæi, Hethæi, & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Gergeſæi, vt dares ſemini eius: & impleſti verba tua, quoniā iuſtus es. Et vidiſti afflictionē patrum noſtrorū in Aegypto: clamoremq. eorū audiſti ſuper Mare-rubrū. Et dediſti ſigna atq. portēta in Pharaone, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouiſti enim quia ſuperbè egerant contra eos: & feciſti tibi nomē, ſicut & in hac die. Et mare diuiſiſti ante eos, & trāſierūt per mediū maris in ſicco: perſecutores aūt eorū proieciſti in profundū, quaſi lapidem in aquas validas. Et in columna nubis ductor eorum fuiſti per diē, & in colūna ignis per noctē: vt appareret eis via per quā ingrediebantur. Ad montē quoq. Sinai deſcēdiſti, & locutus es cū eis de cælo: & dediſti eis iudicia recta, & legē veritatis, ceremonias, & præcepta bona. Et ſabbathū ſanctificatū tuū oſtendiſti eis, & mādata, & ceremonias, & legē prēcepiſti eis in manu Moyſi ſerui tui. Panem quoq. de cælo dediſti eis in fame eorū, & aquā de petra eduxiſti eis ſitientibus: & dixiſti eis vt ingrederentur & poſſiderent terrā ſuper quam leuaſti manum tuam vt traderes eis. Ipſi verò & patres noſtri ſuperbè egerunt, & indurauerunt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua. Et noluerūt audire: & nō ſunt recordati mirabiliū tuorū quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices ſuas, & dederunt caput vt cōuerterētur ad ſeruitutē ſuam, quaſi per cōtentionē: Tu autē Deus propitius, clemēs, & miſericors, lōganimis, & multæ miſerationis non dereliquiſti eos, & quidē cū feciſſent ſibi vitulū conflatilē, & di-

‖magno 1 MS. R. H. G.

‖veſtro R. H. *Pro Textu autē faciunt* MS. & G. ‖ei qui nō prępararuit 6 MS. B. H. *Suffragātur autē Textui* R. & G. ‖veſtra R. H. *Quæ autem in Textu eſt lectio, à* MS. & G. *probatur.*

‖noſtro MS. G. *Verùm Textus Hie* R. & H. *confirmatus eſt.*

Gen. 5.

Exo. 14.

Exo. 20.

Exo. 16.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& dixissent, Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Aegypto: feceruntque blasphemias magnas: Tu autem in misericordiis tuis 19
Ex.13,22. multis nō dimisisti eos in deserto: colūna nubis nō recessit ab eis per diem, vt duceret eos in viā: & columna ignis per noctē, vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur. Et spiritū tuū bonum dedisti 20 qui doceret eos, & manna tuū nō prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti. Quadraginta annis pauisti eos in 21 deserto, nihilq. eis defuit: vestimēta eorū non inueterauerunt, & pedes eorum non sunt attriti. Et dedisti eis regna & popu- 22 los, & partitus es eis sortes: & possederunt terram Sehon, & terram regis Hesebon, & terrā Og regis Basan. Et multiplicasti 23 filios eorū sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terrā de qua dixeras patribus eorū vt ingrederentur & possiderent. Et ve- 24 nerunt filij, & possederunt terram, & humiliasti corā eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent eis sicut placebat illis. Ceperūt itaq. vr- 25 bes munitas, & humū pinguē, & possederunt domos plenas cūctis bonis: cisternas ab aliis fabricatas, vineas, & olueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abūdauerunt deliciis in bonitate tua magna.
Prouocauerūt aūt te ad iracundiā, & re- 26 cesserunt à te, & proiecerūt legē tuā post terga sua: & prophetas tuos occiderunt, qui contestabātur eos vt reuerterentur ad te: fecerūtq. blasphemias grādes. Et de- 27 disti eos in manū hostiū suorū, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerūt ad te, & tu de cælo audisti, & secundū miserationes tuas multas dedisti eis, saluatores, qui saluarent eos de manu hostiū suorū. Cumq. requieuissent, re- 28 uersi sunt vt facerēt malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorū, & possederūt eos. Conuersiq. sunt, & clamauerūt ad te: tu autē de cælo
Lev.18,6. exaudisti, & liberasti eos in misericordiis
Ro.10,11. tuis, multis tēporibus. Et contestatus es 29
Gal.3,12. eos vt reuerterētur ad legē tuam. Ipsi verò superbè egerunt, & nō audierūt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerū recedentē, & ceruicē suam indurauerunt, nec audierunt. Et protra- 30 xisti super eos annos multos, & contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarū tuorum: & nō audierūt, & tradisti eos in manū populorū terrarum. In 31 misericordiis aūt tuis plurimis nō fecisti eos in cōsumptionē, nec dereliquisti eos: quoniā Deus miserationum, & clemēs es tu. Nunc itaq. Deus noster magne, fortis 32 & terribilis, custodiēs pactum & misericordiā, ne auertas à facie tua omnē laborē qui inuēnit nos, reges nostros, & principes nostros, & sacerdotes nostros & prophetas nostros, & patres nostros', & omnē populū tuum à diebus regis Assur, 33 vsq. in diē hāc. Et tu iustus es in omnib. quæ venerūt super nos: quia veritatē fecisti, nos autē impiè egimus. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & 34 patres nostri non fecerūt legem tuam, & non attenderunt mādata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis. Et ipsi 35 in regnis suis -bonis', & in bonitate tua multa quā dederas eis, & in terra latissima & pingui quā tradideras in cōspectu eorū, nō seruierunt tibi, nec reuersi sunt à 36 studiis suis pessimis. Ecce nosipsi hodie serui sumus: & terra quā dedisti patribus nostris vt comederēt panem eius, & quæ bona sunt eius, & nosipsi serui sumus in 37 ea. Et fruges eius multiplicātur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominātur, & iumētis nostris secūdū volūtatem suā, 38 & in tribulatione magna sumus. Super omnib. ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signāt principes nostri, Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri.

CAP. X.

1 Signatores autem fuerunt, Nehemias,
2 Athersatha filius Hachelai, & Sedecias,
3 Saraias, Azarias, Ieremias, Phes-
4 hur, Amarias, Melchias, Hatt', Sebenia,
5 Melluch, Harem, Merimuth, Obdias,
6 Daniel, Genthō, Baruch, Mosollam, A-
7 bia, Miamio, Maazia, Belgai, Semeia: hi
8 sacerdotes. Porrò Leuitę, Iosue filius A-
9 zaniæ, Bennui de filiis Henadad, Ced-
10 miel: & fratres eorum, Sebenia, Odaia,
11 Celita, Phalaia, Hanan, Micha, Rohob,
12 Hasebia, Zachur, Serebia, Sabania, O-
13 daia, Bani, Baninu. Capita populi, Pha-
14 ros, Phahath-moab, Aelam, Zethu, Bani,
15 Bōni, Azgad, Bebai, Adonia, Begoai, A-
16 din, Ater, Hezecia, Azur, Odaia, Hasū,
17 Besai, Hareph, Anathoth, Nebái, Meg-
18 phias, Mosollā, Hazir, Mesizabel, Sadoc,
19 Ieddua, Pheltia, Hanan, Anaia, Osee,
20 Hanania, Hasub, Alohes, Phalea, So-
21 bec, Rehum, Maasia, Echaia, Hanan,
22 Anan, Melluch, Haran, Baana: & reli-
23 qui de populo, sacerdotes, Leuitæ, ianito-
24 res, & cantores, Nathinæi, & omnes qui
25 se separauerunt de populis terrarum ad
26 legem Dei, vxores eorū, filij eorum, & fi-
27 liæ eorum, *omnes qui poterant sapere
28 spondētes pro fratribus suis, optimates
29 eorū, & qui veniebāt ad pollicendum, & iurandū vt ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi serui Dei, vt facerēt & custodirēt vniuersa mādata Dñi Dei nostri, & iudicia eius & ceremonias
30 ei', & vt nō darem' filias nostras populo terrę, & filias eorū non acciperemus filiis
31 nostris. Populi quoq. terrę, qui importāt venalia, & omnia ad vsum, per diem sabbathi vt vendāt, nō accipiemus ab eis in sabbatho & in die sanctificato. Et dimittemus annum septimum, & exactionem

-o.

-2 MS.H. G.

*& o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vniuersæ manus. Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiã partẽ sicli per annũ ad opus domus Dei nostri, ad panes propositionis, & ad sacrificiũ sempiternum, & in holocaustũ sempiternũ in sabbathis, in calendis, in solennitatibus, & in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israël, & in omnẽ vsum domus Dei nostri. Sortes ergo misimus super oblationẽ lignorũ inter sacerdotes, - &' Leuitas, & populũ, vt inferrẽtur in domũ Dei nostri per domos patrũ nostrorum, per tempora, à temporibus anni vsque ad annũ: vt arderent super altare Dñi Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi:
& vt afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in annũ, in domo Domini.
& primitiua filiorũ nostrorum, & pecorum nostrorũ, sicut scriptũ est in lege, & primitiua boum nostrorum, & ouium nostrarũ, vt offerrentur in domo Dei nostri, sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri. & primitias ciborũ nostrorũ, & libaminũ nostrorũ, & poma omnis ligni, vindemiæ quoq. & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylaciũ Dei nostri, & decimã partẽ terræ nostræ Leuitis. Ipsi Leuitæ decimas accipiẽt ex omnibus ciuitatibus operũ nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aaron cũ Leuitis in decimis Leuitarũ, & Leuitæ offerẽt decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri. Ad gazophylacium enim deportabũt filij Israël, & filij Leui primitias frumẽti, vini, & olei: & ibi erũt vasa sanctificata, & sacerdotes, & cãtores, & ianitores, & ministri, & non dimittemus domũ Dei nostri.

- 1 MS. R. H. *Addit autem* à G.

CAP. XI.

HAbitauerunt autẽ principes populi in Ierusalẽ: reliqua verò plebs misit sortẽ, vt tolleret vnam partẽ de decẽ qui habitaturi essent in Ierusalẽ ciuitate sancta, nouẽ verò partes in ciuitatibus. Benedixit autẽ populus omnibus viris qui se sponte obtulerant vt habitarent in Ierusalẽ. Hi sunt itaq. principes prouinciæ qui habitauerũt in Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autẽ vnusquisq. in possessione sua, in vrbibus suis, Israël, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filij seruorum Salomonis. Et in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin: de filiis Iuda, Athaias filius Aziã, filij Zachariæ, filij Amariæ, filij Saphatiæ, filij Malaleel. de filiis Phares, Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Ioiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis. omnes hi, filij Phares, qui habitauerunt in Ierusalem, quadringenti sexaginta nouem' viri fortes. Hi sunt autem filij Ben-iamin: Sellum filius Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Ethiel, filius Isaia, & post eum Gebbái, Sellái, nongenti vigintiocto. & Ioel filius Zechri præpositus eorũ, & Iudas filius Senua super ciuitatem secundus. Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob princeps domus Dei, & fratres eorũ facientes opera tẽpli: octingenti vigintiduo. Et Adaia filius Ieroham, filius Phelelia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ, & fratres eius principes patrũ: ducenti quadraginta duo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer, & fratres eorũ potentes nimis: centum vigintiocto, & præpositus eorum Zabdiel filius potentiũ. Et de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azaricã, filius Hasabia, filius Boni, & Sabathai, & Iozabed, super omnia opera quæ erant forinsecus in domo Dei, à principibus Leuitarum. Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad laudandum, & ad confitendum in oratione, & Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Samúa, filius Galal, filius Idithun. omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducẽti octoginta quatuor. Et ianitores, Accub, Telmon, & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centũ septuaginta duo. Et reliqui ex Israël sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in possessione sua. Et Nathinæi qui habitabãt in Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathinæis. Et episcopus Leuitarum in Ierusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cãtores in ministerio domus Dei. Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos, & Phathahia filius Mesezebel de filiis Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne verbum populi, & in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerunt in Cariath-arbe & in filiabus eius, & in Dibon, & in filiabus eius, & in Cabseel, & in viculis eius, & in Iesue, & in Molada, & in Bethphalet, & in Hasersual, & in Ber-sabee, & in filiabus eius: & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius, & in Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth, Zanóa, Odollam & in villis earũ, Lachis & in regionibus eius, Azeca, & in filiabus eius. Et manserunt in Ber-sabee vsq. ad vallem-Ennó. Filij aũt Ben-iamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Beth el, & filiabus eius: Anathoth, Nob, Anania, Asor, Rama, Gethaim, Hadid, Seboim, & Neballat, *& Ono-valle-artificum. Et de Leuitis portiones Iudæ & Ben-iamin.

*octo 2 MS. R. H. G.

*Lod 1 MS. H. G.

CAP. XII.

HI sunt autem sacerdotes & Leuitæ qui ascenderunt cũ Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria, Melluch, Hattº, Sebenias,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Rehum, Merimuth, Addo, Gēthō, Abia, 4
Miamin, Madia, Belga, Semeia, & Io- 5
iarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias, 6
Idaia. Isti principes sacerdotū, & fratres 7
eorū in diebus Iosue. Porrò Leuitę, Ie- 8
sua, Bennui, Cedmiel, Sarebia, Iuda, Ma-
hanias, super hymnos ipsi & fratres eo-
rum: & Becbecia atq. Hanni, & fratres 9
eorū vnusquisque in officio suo. Iosue 10
autē genuit Ioacim, & Ioacim genuit E-
liasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioia- 11
da genuit Ionathan, & Ionathan genuit
Ieddoa. In diebus autē Ioacim erāt sa- 12
cerdotes & principes familiarū: Saraiæ,
Maraia: Ieremiæ, Hanania: Esdræ, Mo- 13
sollā: Amariæ, Iohanā: Milicho, Iona- 14
than: Sebeniæ, Ioseph: Haram, Edna: 15
Maraioth, Helci: Adaiæ, Zacharia; Gē- 16
thon, Mosollam: Abiæ, Zechri: Miamin 17
& Moadiæ, Phelti: Belgæ, Sammua: Se- 18
maiæ, Ionathan: Ioiarib, Mathanai: Io- 19
daiæ, Azzi: Sellai, Celai: Amoc, Heber: 20
Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael. 21
Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & 22
Iohanan, & Ieddoa scripti principes fa-
miliarū, & sacerdotes in regno Darij Per-
sæ. Filij Leui principes familiarū, scri- 23
pti in Libro verborū dierum, & vsque ad
dies Ionathan filij Eliasib. Et principes 24
Leuitarū, Hasebia, Serebia, & Iesue filius
Cedmiel: & fratres eorū per vices suas,
vt laudarēt & cōfiterentur iuxta præce-
ptū Dauid viri Dei, & obseruarent æquè
per ordinem. Mathania, & Becbecia, 25
Obedia, Mosollā, Telmō, Accub custodes
portarū & vestibulorū ante portas. Hi 26
in diebus Ioacim filij Iosue, filij Iosedec,
& in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sa-
cerdotis scribæq. In dedicatione autem 27
muri Ierusalē requisierūt Leuitas de om-
nibus locis suis, vt adducerent eos in Ie-
rusalē, & facerent dedicationē & lætitiā
in actione gratiarū, & cantico, & in cym-
balis, psalteriis, & citharis. Congregati 28
sunt autē filij cantorū, de campestribus
circa Ierusalem, & de villis Nethuphati,
& de domo Galgal, & de regionibus 29
Geba & Azmaueth: quoniā villas ædifi-
cauerūt sibi cātores in circuitu Ierusalē.
Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, 30
& mūdauerūt populū, & portas, & murū.
Ascendere autē feci principes Iuda su- 31
per murum, & statui duos magnos cho-
ros laudantiū. Et ierunt ad dexteram su-
per murū ad portā sterquilinij. Et iuit 32
post eos Osaias, & media pars principū
Iuda, & Azarias, Esdras, & Mosollam, 33
Iuda, & Ben-iamin, & Semeia, & Iere-
Et de filiis sacerdotū in tubis Za- 34
as filius Ionathan, filius Semeiæ, fi-
Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Ze-
r, filius Asaph, & fratres eius Se- 35
meia, & Azareel, Malalai, Galalai, Maai,
Nathanael, & Iudæ, & Hanani, in vasis
cantici Dauid viri Dei: & Esdras scriba
ante eos in porta Fontis. Et contra eos 36
ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid
in ascensu muri super domum Dauid, &
37 vsq. ad portā Aquarum ad Orientē. Et
chorus secundus gratias referentiū ibat
ex aduerso, & ego post eū, & media pars
populi super murū & super turrim fur-
38 norū, & vsq. ad murū latissimū, & su-
per portā Ephraim, & super portā anti-
quā, & super portā piscium & turrim Ha-
naneel, & turrim Emath, & vsq. ad por-
tam gregis: & steterūt in porta custodiæ,
39 steteruntq. duo chori laudantiū in do-
mo Dei, & ego, & dimidia pars magistra-
40 tuū mecū. Et sacerdotes, Eliacim, Maa-
sia, Miamin, Michęa, Elioenai, Zacharia,
41 Hanania in tubis, & Maasia, & Semeia,
& Eleázar, & Azzi, & Iohanā, & Melchia,
& Aelā, & Ezer. Et clarè cecinerūt can-
42 tores, & Iezraia præpositus: & immo-
lauerunt in die illa victimas magnas, &
lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos
lætitia magna. Sed & vxores eorū & li-
beri gauisi sunt, & audita est lætitia Ie-
43 rusalē procul. Recensuerunt quoque in
die illa viros super gazophylacia thesau-
ri, ad libamina, & ad primitias, & ad de-
cimas, vt introferrent per eos principes
ciuitatis in decore gratiarū actionis, sa-
cerdotes & Leuitas: quia lætificatus est
Iuda, in sacerdotibus & Leuitis astanti-
44 bus. Et custodierunt obseruationē Dei
sui, & obseruationē expiationis, & cāto-
res, & ianitores iuxta præceptū Dauid, &
45 Salo[illegible]nis filij eius. quia in diebus Da-
[illegible]. Asaph ab exordio erant principes
constituti cantorū in carmine laudantiū,
46 & confitentiū Deo. Et omnis Israël, in
diebus Zorobabel & in diebus Nehemiæ
dabant partes cantoribus & ianitoribus
per dies singulos, & sanctificabant Leui-
tas, & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

CAP. XIII.

1 IN die autē illo lectum est in volumine
Moysi audiente populo: ‖ & inuentum Deut. 23, 3.
est scriptū in eo, quòd nō debeāt introire
Ammonites & Moabites in ecclesiā Dei,
2 vsq. in æternū: eò quòd nō occurrerint
filiis Israël cum pane & aqua: & condu-
xerint aduersum eos Balaam, ad maledi-
cendū eis; & cōuertit Deus noster male-
3 dictionē in benedictionē. Factū est autē
cùm audissent legē, separauerunt omnē
4 alienigenā ab Israël. Et super hoc erat
Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus in
gazophylacio domus Dei nostri, & pro-
5 ximus Tobiæ. Fecit ergo sibi gazophy-
laciū grande, & ibi erāt ante eū reponē-
tes munera, & thus, & vasa, & decimam
frumenti, vini, & olei, partes Leuitarum,
& cantorū, & ianitorū, & primitias sa-
6 cerdotales. In omnibus autē his nō fui
in Ierusalē, quia anno tricesimo secundo
Artaxerxis regis Babylonis veni ad regē:
7 & in fine dierū rogaui regē. Et veni in
Ierusalē, & intellexi malū quod fecerat
Eliasib Tobiæ vt faceret ei thesaurum in

1 MS. H. Verùm à R. B. & G. interiicitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vestibulis dom° Dei. Et malũ mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ fora sde gazophylacio. Præcepiq., & emundauerunt gazophylaciũ: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus.

Et cognoui quòd partes Leuitarũ non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionẽ suã de Leuitis, & cãtoribus, & de his qui ministrabãt: & egi causam aduersum magistratus, & dixi, Quare dereliquimus domũ Dei? Et cõgregaui eos: & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimã frumẽti, vini & olei in horrea. Et cõstituimus sup horrea Selemiã sacerdotẽ, & Sadoc scribã, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanã filiũ Zachur, filiũ Mathaniæ: quoniã fideles cõprobati sunt, & ipsis creditæ sũt partes fratrũ suorũ. Memẽto mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis eius. In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia in sabbatho, portantes aceruos, & onerantes super asinos vinũ, & vuas, & ficus, & omne onus: & inferẽtes in Ierusalẽ, die sabbathi. Et cõtestatus sum vt in die qua vẽdere liceret, vẽderẽt. Et Tyrij habitauerũt in ea, inferẽtes pisces, & omnia venalia: & vendebãt in sabbathis filiis Iuda & Ierusalẽ:

& obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, Quę est hęc res mala quã vos facitis, & prophanatis diẽ Sabbathi? Nunquid nõ hæc fecerunt patres ‖nostri', & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatẽ hanc? Et vos additis iracundiã sup Israël violando Sabbathũ.

Factũ est autẽ, cùm quieuissent portæ Ierusalẽ in die Sabbathi, dixi: & clauserũt ianuas, & præcepi vt nõ aperirẽt eas vsq. post Sabbathũ: & de pueris meis cõstitui sup portas, vt nullus inferret onus in die Sabbathi. Et mãserunt negotiatores, & vendẽtes vniuersa venalia, foris Ierusalẽ semel & bis. Et cõtestat° sum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerso muri? si secundò hoc feceritis, manũ mittã in vos. Itaq. ex tẽpore illo nõ venerũt in Sabbatho. Dixi quoq. Leuitis vt mundarẽtur, & venirẽt ad custodiendas portas, & sanctificandã diẽ Sabbathi: & pro hoc ergo memẽto mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas.

Et filij eorũ ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebãt loqui Iudaicè, & loquebãtur iuxta linguã populi & populi. Et obiurgaui eos, & maledixi. Et cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo, vt nõ darent filias suas filiis eorũ, & nõ acciperẽt de filiabus eorũ filiis suis, & sibimetipsis, dicẽs, ‖ Nunquid nõ in huiuscemodi re peccauit Salomõ rex Israël? & certè in gẽtibus multis nõ erat rex similis ei: & dilectus Deo suo erat, & posuit eũ Deus regem super omnẽ Israël: ‖ & ipsum ergo duxerunt ad peccatũ mulieres alienigenæ. Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? De filiis autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quẽ fugaui à me. Recordare Dñe Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotiũ, iusq. sacerdotale & Leuiticũ. Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis: & constitui ordines sacerdotũ & Leuitarũ, vnumquemque in ministerio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis: memento mei Deus meus in bonum. Amen.

3 Reg. 3, 7.

‖ vestri 1 MS. R. H. G.

‖ nostras o.

3 Reg. 11, 1.

LIBER ESDRAE TERTIVS.

CAP. I.

ET fecit Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit Phasę quartadecima luna primi mensis, statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in tẽplo Dñi: & dixit Leuitis sacris seruis Israël, vt sanctificarent se Dño in positione sanctæ arcæ Dñi. in domo, quã ædificauit Salomõ filius Dauid rex: Nõ erit vobis tollere super humeros eã. Et nunc deseruite Dño vestro, & curã agite gentis illius Israël, ex parte secundũ pagos & tribus ‖vestras', secundũ scripturã Dauid regis Israël, & secundùm magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in tẽplo, & secundũ particulã principatus paternã vestrã eorum qui stant in cõspectu fratrum filiorum Israël. Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secũdùm præceptũ Dñi, quod datũ est Moysi. Et donauit Iosias in plebẽ quę inuẽta est, ouiũ, agnorũ, & hœdorũ, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia. hæc de regalibus data sunt secundũ promissionẽ populo: & sacerdotibus in Pascha, oues numero duo millia, ac vituli centũ. Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba in Phase, oues quinq. millia, vitulos quingentos. Et hæc cùm fierẽt eleganter, steterunt sacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus. Et secũdùm partes principatus patrũ, in cõspectu populi offerebãt Dño, secundũ ea quæ in Libro Moysi scripta sunt: & assauerunt Phase igni prout oportebat: & hostias coxerunt in ‖emolis', & in ollis cũ beneuolentia: & attulerũt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebãt adipes, vsqdũ finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis, filiis Aarõ. Et sacri

‖ amalis fortè legendũ est. Inter vasa tẽpli, quæ Hierãsalomon fecit, amula numerantur, 3 Reg. 7. vers. 45. Græcè est ἐν τοῖς χαλκείοις in æreis.

cantores

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cantores filij Asaph erãt per ordinẽ secũ-
dùm præceptũ Dauid , & Asaph, & Za-
charias, & Ieddimus, qui erat à rege. Et 16
ostiarij per singulas ianuas, ita vt nõ prę-
uaricaretur vnusquisq. suã: fratres enim
illorũ parauerunt illis. Et consummata 17
sunt quæ pertinebãt ad sacrificium Dñi.
In illa die egérunt Phase, & offerebant 18
hostias super Dñi sacrificium, secundùm
præceptũ regis Iosiæ: Et egerũt filij Is- 19
raël, qui inuenti sunt in tẽpore illo, Pha-
le: & diẽ festũ azymorũ per dies septem.
& nõ est celebratũ Phase tale in Israël, 20
à tẽporibus Samuelis prophetæ: & om- 21
nes reges Israël nõ celebrauerũt tale Pa-
scha, quale egit Iosias, & sacerdotes, &
Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israël, qui in-
uenti sunt in cõmoratione Ierosolymis.
Octauo decimo anno, regnante Iosia, 22
celebratũ est Phase. Et directa sunt o- 23
pera Iosiæ in conspectu Dñi sui in corde
pleno [a] metuẽtis: & quæ circa illũ qui- 24
dẽ cõscripta sunt in pristinis tẽporib⁹ de
eis qui peccauerũt, quiq́ue irreligiosi fue
runt in Dñm præ omni gente, & qui non
quæsierũt verba Dñi super Israël. ‖ Et 25
post omnẽ actũ hunc Iosiæ, ascẽdit Pha-
rao rex Aegypti, veniens in Charcamis
ab itinere super Euphraten, & exiit ob-
uiã illi Iosias. Et misit rex Aegypti ad 26
Iosiã, dicẽs, Quid mihi & tibi est rex Iu-
dæ? Non sum missus à Dño vt pugnem 27
cõtra te: super Euphrãten enim bellum
meũ est: festinãs descẽde. Et nõ est re- 28
uersus Iosias super currũ: sed expugnare
eũ conabatur, nõ attendẽs verbum pro-
phetæ ex ore Dñi: sed cõstituit ad eum 29
bellũ in cãpo Mageddo. Et descenderunt
principes ad regẽ Iosiam. Et dixit rex 30
pueris suis, Amouete me à prœlio; infir-
matus sum enim valde. Et statim amo-
uerũt eũ pueri ipsius de acie. Et ascẽdit 31
super currũ secundariũ suũ: & pẽrueniẽs
Ierosolymã, vita functus est, & sepultus
est in paterno sepulchro. Et in tota Iu- 32
dæa lugebãt Iosiã: & qui præsidebãt, cũ
vxoribus lamentabãt eũ vsq. in hũc diẽ.
Et datũ est hoc fieri semper in omne ge-
nus Israël. Hæc autẽ præscripta sunt in 33
Libro historiarũ regum Iudæ: & singula
gesta actus Iosiæ, & eius gloria, & intelle-
ctus eius in lege Dñi: quæque gesta sunt
ab eo, & quæ nõ scripta sunt in Libro re-
gum Israël & Iudæ. ‖ Et assumentes qui 34
erãt ex gente Iechoniã filiũ Iosiæ, cõsti-
tuerũt regẽ pro Iosia patre suo, cùm esset
annorũ triginta triũ. Et regnauit super 35
Israël mẽsibus tribus. Et amouit eũ rex 36
Aegypti, ne regnaret in Ierosolymis: &
mulctauit gentẽ argenti talenta centũ, &
auri talentũ vnũ. Et cõstituit rex Aegy- 37
pti Ioacim fratrẽ ipsius, regẽ Iudæ & Ie-
rusalẽ. Et alligauit magistratus Ioacim, 38
& Zaracelẽ fratrẽ suũ, & apprehendens
reduxit in Aegyptũ. Annorũ erat Ioa- 39
cim viginti quinque, cùm regnare cœ-
pisset in Terra Iuda & Ierusalẽ: & fecit
40 malũ in cõspectu Dñi. Post hunc autẽ
ascẽdit Nabuchodonosor rex Babylonis,
& alligans eũ in æreo vinculo, perduxit
41 in Babyloniã: & sacra vasa Dñi accepit
Nabuchodonosor, & tulit, & cõsecrauit
42 in tẽplo suo in Babylonia. Nam de im-
munditia illius, & irreligiositate scriptũ
43 est in Libro tẽporum regũ. Et regnauit
Ioachin filiꝰ eius pro eo. Cùm autẽ cõ-
stitutus esset rex, erat annorũ [a] decem & [a] octo o.
44 octoꝰ. Regnauit autem menses tres, &
dies decẽ in Ierusalẽ, & fecit malum in
45 cõspectu Dñi: & post annũ mittẽs Na-
buchodonosor, transmigrauit eũ in Ba-
46 byloniã simul cum sacris vasis Dñi. Et
constituit Sedeciã regẽ Iuda, & Ieru-
salẽ, cùm esset annorum viginti vnius: re-
47 gnauit autem annis vndecim. Et fecit
malum in conspectu Dñi, & non est ve-
ritus à verbis ‖ quę dicta sunt ab Ieremia [Ier. 37, 2.
48 propheta ex ore Dñi: & adiuratus à re-
ge Nabuchodonosor, periurans discesit:
& indurata ceruice sua, & corde suo, trã-
gressus est legitima Domini Dei Israël.
49 Et duces populi Domini multa iniquè
gesserunt, & impiè egerunt super omnes
immunditias gentiũ: & polluerunt tem-
plum Dñi, quod sanctum erat in Iero-
50 lymis. Et misit Deus patrum ipsorum
per angelũ suũ reuocare eos, propter quod
51 parceret illis, & tabernaculo suo. Ipsi
verò subsannabãt in angelis suis: & qua
die locutus est Dñs, erant illudẽtes pro-
52 phetis eius. Qui vsq. ad iracundiã cõ-
citatus est super gentẽ suã propter irre-
ligiositatẽ suã, & præcepit ascendere re-
53 ges Chaldæorũ. Hi occiderunt iuuenes
eorum in gladio, in circuitu sancti tẽpli
eorũ, & nõ pepercerunt iuueni, & seni,
54 & virgini, & adolescenti: sed omnes tra-
diti sunt in manus ipsorũ: & omnia sacra
vasa Dñi, & regales apothecas resumen-
55 tes, tulerunt in Babyloniã, & incende-
runt domum Dñi, & demolierunt muros
Ierusalẽ: & turres eius incenderũt igne,
56 & consummauerunt omnia honorifica
eius, & ad nihilum redegerunt, & reli-
quos à gladio duxerunt in Babylonem.
57 Et erant serui illius vsq. dũ regnarent
Persæ ‖ in repletione verbi Dñi in ore [Ier. 25, 12. & 29, 10 Dan. 9, 2.
58 Ieremiæ: quousque benignè ageret terra
sabbatha sua, omni tempore desertionis
suæ sabbathizauit in applicatione anno-
rum [a] septuaginta septem'. CAP. II.
1 REgnante Cyro rege Persarũ in con-
summatione verbi Domini in ore
2 Ieremiæ, fuscitauit Dominus spiritum
Cyri regis Persarum, & prædicauit in to-
3 to regno suo simul per scripturã, dicẽs,
Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Me con-
stituit regem orbi terrarum Dominus Is-
4 rael, Dominus excelsus, & significauit
mihi ędificare domũ sibi in Ierusalẽ, quę
5 est in Iudæa. Si quis est ex genere ve-
stro, dñs ipsius ascẽdat cũ eo in Ierusalẽ.

[a] metuentia 9 MS. id quod nomen esse videtur ex Græco εὐσε-βείας, quod pietate est translatũ. 4 Re. 23, 29. 2 Par. 35, 20.

4 Re. 23, 30 2. Par. 36, 1.

[a] septua-Muta 9 giS. G. q. 2 Par. 36, 22. 2 Esd. 1, 1. & 6, 3. Ier. 26, 13. & 29, 10, Dan. 9, 2. 3 Esd. 1, 37 & 2, 1. & 6, 24.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quotquot ergo circa loca habitãt, adiuuent eos qui sunt in loco ipso, in auro & argento, in darionibus cum equis & iumẽtis, cumq. aliis quæ secundum vota apponuntur in ædẽ Dñi, quæ est in Ierusalẽ. Et stantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Ben-iamin, & sacerdotes, & Leuitæ, quos excitauit Dñs ascendere, & ædificare domum Dñi, quæ est in Ierusalẽ, & qui erãt in circuitu eorum, adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi quorũ sensus excitatus est.

Et Cyrus rex protulit vasa sacra Dñi, quæ trãstulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalẽ, & cõsecrauit ea idolo suo. & proferens ea Cyrus rex Persarũ, tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius. Per hunc autẽ tradita sunt Salmanasaro præfidi Iudææ. Horũ autẽ hic numerus: Libatoria argẽtea duo millia quadringẽta, athiscæ argẽteæ triginta: phialæ aureæ triginta, itẽ argenteę duo millia quadringẽtæ, & alia vasa mille. omnia autẽ vasa aurea & argentea, ª quinque millia octingenta sexaginta.

Et enumerata sunt Salmanasaro simul cũ his qui ex captiuitate Babyloniæ venerãt in Ierosolymã. ¶ In Artaxerxis autẽ regis Persarũ temporibus scripserũt ei de his qui habitabãt in Iudæa & Ierusalẽ, Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectã epistolã regi Artaxerxi. DOMINE, pueri tui Rathimº ab accidẽtibus, & Sabelliº scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria & Phœnice. Et nunc notum sit dño regi, quoniã Iudæi qui ascenderũt à vobis ad nos, venientes in Ierusalẽ ciuitatẽ refugã & pessimã, ædificãt furnos eius, & statuunt muros, & templũ suscitãt. Quòd si ciuitas ista, & muri cõsummati fuerint, nõ tantùm tributa nõ sustinebũt pendere, sed etiã regibus resistent. Et quia id agitur circa tẽplũ, rectè haberi arbitrati sumus nõ despicere hoc ipsum: sed notum facere dño regi, vt si videbitur, rex, quæratur in libris patrũ tuorum, & inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniã ciuitas ista fuit refuga, & reges, & ciuitates concutiens, & Iudæi refugæ, & prœlia committentes in ea ab æterno, ob quã causam ciuitas ista deserta est. Nũc ergo notũ facimus, dñe rex, quoniã si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi nõ erit in Cœlesyriã & Phœnicẽ. Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt.

LEGI epistolã quã misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuẽtũ est, quoniã ciuitas illa est ab æuo regibus resistẽs, & homines refugæ, & prœlia in ea efficientes, & reges fortissimi erãt in Ierusalem dominantes, & tributa exigẽtes à Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatẽ, & prohibere nequid vltrà hæc fiãt: sed nec procedãt in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerãt, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cũ his cõstituti erãt iungẽtes festinãter venerũt in Ierusalem cũ equitatu, & turba, & agmine: cœperuntq. ædificãtes prohibere, & vacabant ab ædificatione tẽpli in Ierusalẽ, vsq. secundo anno regni Darij regis Persarum.

ª quatuor millia quadringenta sexaginta nouem. 8 MS *quinque milia quadringenta sexaginta nouem* Gg. *Qui in Textu est, numerus, summam recensitorũ adamussim continet. Verùm* 1. Esdræ 1. 11 *legunt cum Latinis, Hebræi & Græci: Omnia va aur. & arg.* 5400. 1 Esd. 4, 57.

CAP. III.

REx Darius fecit cœnã magnã omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & cõsulibus, & præfectis sub illo ab India vsque Aethiopiã, centũ vigintiseptẽ prouinciis. Et cũ mãducassent, & bibissent, & satiati reuerterẽtur, tunc Darius rex ascẽdit in cubiculũ suũ, & dormiuit, & expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebãt corpª regis, dixerũt alter alteri, Dicamª vnusquisq. nostrũ sermonẽ qui præcellat: & cuiuscũq. apparuerit sermo sapientior alteriª, dabit illi rex Darius dona magna; purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurũ dormire, & currum aureo freno, & cidarim byssinã, & torquẽ circa collum: & secũdo loco sedebit à Dario propter sapientiã suã, & cognatus Darij vocabitur. Tunc scribẽtes singuli suũ verbum signauerũt, & posuerunt subtus cernical Darij regis, & dixerũt, Cùm surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcumq. iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniã verbũ eius sapiẽtius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptũ est. Vnus scripsit, Forte est vinum.

Alius scripsit, Fortior est rex.

Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super oĩa autem vincit veritas. Et cùm surrexissẽt rex, acceperũt scripta sua, & dederũt illi, & legit. Et mittẽs vocauit oẽs magistratus Persarũ, & Medos, & purpuratos, & prætores, & prẽfectos: & sedẽrũt in cõcilio: & lecta sunt scripta corã ipsis. Et dixit, Vocate ædolescẽtes, & ipsi indicabũt verba sua. Et vocati sunt, & introierũt. Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta fũt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & dixit, Viri, quàm prẽualet vinum omnibus hominibª qui bibũt illud! seducit mẽtẽ. Itemque regis & orphani facit mentem vanã. Itẽ serui ac liberi, pauperis ac diuitis, & omnẽ mentem cõuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiã, & debitum, & omnia præcordia facit honesta, & non meminit

regem,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regem, nec magistratũ, & omnia per ta-
lenta loqui facit. Et non meminerunt, 22
cùm biberunt, amicitiã, nec fraternitatẽ:
sed non multum pòst sumunt gladios.
Et cùm à vino merserint & surrexerint, 23
non meminerunt quę gesserunt. O viri, 24
num præcellit vinũ? quis sic cogitat fa-
cere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit 1
de fortitudine regis: O viri, nũ præ- 2
cellunt homines, qui terram & mare ob-
tinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex
autẽ super omnia præcellit, & domina- 3
tur eorũ: & omne quodcunq. dixerit il-
lis faciũt. Et si miserit illos ad bellato-
res, vadunt, & demoliuntur mõtes, & mu- 4
ros, & turres. Iugulantur, & iugulãt, & 5
regis verbũ nõ prætereunt. nam si vice-
rint, afferunt regi omnia quæcunq. prę-
dati fuerint. Similiter & alij omnes, & 6
quotquot nõ militãt, nec pugnãt, sed co-
lunt terrã; rursum cùm fuerint metẽtes,
afferunt tributa regi: & ipse vnus solus 7
si dixerit occidite, occidunt: dixerit re-
mittite, remittunt: dixerit percutite, 8
percutiunt: dixerit exterminate, ex-
terminãt: dixerit ædificate, ædificãt: di- 9
xerit excidite, excidunt: dixerit plãtate,
plãtant: & omnis plebs, & virtutes eum 10
obaudiũt, & super hoc ipse recũbit, & bi-
bit, & dormit. Hi autẽ custodiũt in cir- 11
cuitu eũ, & nõ possunt ire singuli, & face-
re opera sua, sed in dicto obaudiẽtes sunt
ei. Viri quomodo nõ præcellit rex, qui 12
sic diffamatur? Et tacuit. Tertius qui di- 13
xerat de mulierib⁹ & veritate, hic est Zo-
robabel, cœpit loqui. Viri, non magnus 14
rex, & multi homines, nec vinũ præcellit.
Quis est ergo, qui dominatur eorũ? Nõ- 15
ne mulieres genuerũt regẽ, & oẽm popu-
lũ, qui dominatur mari & terræ: & ex 16
illis nati sunt, & ipsæ educauerũt eos qui
plãtauerunt vineas ex quibus vinum fit?
Et ipsæ faciunt stolas omniũ hominũ, 17
& ipsæ faciũt gloriã hominibus, & non
possunt homines separari à mulieribus.
Si cõgregauerint aurũ & argentum, & 18
oẽm rẽ speciosã, & viderint mulierẽ vnã
bono habitu & bona specie, omnia hæc 19
relinquẽtes in eã intẽdunt, & aperto ore
cõspiciunt, & eã allicĩut magis quã aurũ
& argentũ, & omnẽ rẽ pretiosam. Ho- 20
mo patrẽ suũ reliquit qui enutriit illũ,
& suã regionẽ, & ad mulierẽ se coniun-
git. Et cum muliere remittit animam: 21
& neque patrẽ meminit, neque matrem,
neque regionẽ. Et hinc oportet vos sci- 22
re, quoniam mulieres dominantur vestri.
Nõne doletis? Et accipit homo gladium 23
suum, & vadit in viã facere furta, & ho-
micidia, & mare nauigare & flumina,
& leonẽ videt, & in tenebris ingreditur: 24
& cũ furtũ fecerit & fraudes, & rapinas,
amabili suæ affert. Et iterũ, diligit ho- 25
mo vxorem suam magis, quàm patrẽ aut
26 matrem. Et multi dementes facti sunt
propter vxores suas: & serui facti sunt
28 propter illas; & multi perierũt & iugu-
lati sunt, & peccauerũt propter mulieres.
28 Et nunc credite mihi, quia magnus est
rex in potestate sua: quoniã oẽs regiones
29 verẽtur tãgere eũ. Videbãtamẽ Apemẽ
filiã Bezacis, mirifici concubinã regis se-
30 dentẽ iuxta regẽ ad dexterã, & auferẽ-
tem diadema de capite eius, & imponen-
tẽ sibi, & palmis cædebat regem de sini-
31 stra manu. Et super hæc aperto ore in-
tuebatur eam: & si arriserit ei, ridet.
nam si indignata ei fuerit, blanditur, do-
32 nec reconcilietur in gratiã. O viri, cur
non sunt fortiores mulieres? Magna est
terra, & excelsum est cælum': quis ista
33 agit? Et tũc rex, & purpurati intuebãtur
in alterutrum. Et inchoauit loqui de ve-
34 ritate. O viri, nónne fortes sunt mulie-
res? Magna est terra, & excelsum est cælũ:
& velox cursus solis cõuertit in gyro cę-
35 lũ in locũ suũ in vna die. Nõne magni-
ficus est qui hæc facit, & veritas magna,
36 & fortior prę omnib⁹? Omnis terra ve-
ritatẽ inuocat, cælũ etiã ipsam benedicit,
& omnia opera mouẽtur, & tremũt eam,
37 & nõ est cũ ea quicquã iniquũ. Vinum
iniquũ, iniquus rex, iniquę mulieres, ini-
qui omnes filij hominũ, & iniqua illorũ
omnia opera, & nõ est in ipsis veritas, &
38 in sua iniquitate peribũt: & veritas ma-
net & inualescit in æternum, & viuit, &
39 obtinet in secula seculorum. Nec est a-
pud eã accipere personas, neq. differen-
tias: sed quæ iusta sunt facit omnib⁹, in-
iustis ac malignis, & omnes benignantur
40 in operibus eius. Et nõ est in iudicio e-
ius iniquũ, sed fortitudo, & regnũ, & po-
testas, & maiestas omniũ æuorũ. Benedi-
41 ctus Deus veritatis. Et defiit loquendo.
Et oẽs populi clamauerunt, & dixerunt,
42 Magna est veritas, & præualet. Tũc rex
ait illi, Pete, si quid vis amplius, quã quæ
scripta sunt, & dabo tibi, secundùm quod
inuẽtus es sapiẽtior proximis, & proxi-
mus mihi sedebis, & cognatus meus vo-
43 caberis. Tunc ait regi, Memor esto voti
tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in
44 die qua regnũ accepisti: & omnia vasa
quæ accepta sunt ex Ierusalẽ, remittere,
quæ separauit Cyrus, quando mactauit
45 Babyloniã, & voluit remittere ea ibi. Et
tu vouisti ędificare tẽpium, quod incẽde-
rũt Idumęi, quãdo exterminata est Iudęa
46 à Chaldæis. Et nunc hoc est quod po-
stulo dñe, & quod pęto, hoc est maiestas
quod à te postulo, vt facias votum quod
47 vouisti regi cæli ex ore tuo. Tũc surgẽs
Darius rex, osculatus est illum: & scripsit
epistolas ad omnes dispẽsatores, & præ-
fectos, & purpuratos, vt deducerẽt eum,
& eos qui cũ illo erãt, omnes ascendẽtes
48 ædificare Ierusalem. Et omnibus præ-
fectis, qui erãt in Syria, & Phœnice, & Li-
bano, scripsit epistolas, vt traherent ligna

~Gq. ⁹quæ ista agunt & MS. Gq.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cedrina à Libano in Ierusalē, vt ædificarēt
cum eis ciuitatē. Et scripsit omnibus 49
Iudæis qui ascendebāt à regno in Iudæā
pro libertate, omnē potentē, & magistra-
tum, & prefectū non superuenire ad ia-
nuas ipsorum, & omnē regionem quam 50
obtinuerant immunē esse eis, & Idumei
relinquant castella quæ obtinent Iudæo-
rum, & in structuram tēpli dare per sin- 51
gulos annos talenta viginti, vsque dum
perædificaretur: & super sacrariū holo- 52
cautomata vsitare quotidie, sicut habēt
præceptum: alia talenta decem offerre
per singulos annos, & omnibus qui pro- 53
cedunt à Babylonia condere ciuitatē: vt
esset libertas tam ipsis quàm filiis eorū,
& omnibus sacerdotibus qui præcedunt.
Scripsit autē & quantitatē, & sacrā sto- 54
lā iussit dari, in qua deseruirēt: & Leui- 55
tis scripsit dare præcepta, vsq. in diē qua
consummabitur domus, & Ierusalem ex-
truetur: & omnibus custodientibus ci- 56
uitatē, scripsit dari ei sortes & stipendia.
Et dimisit omnia vasa quæcūq. sepera- 57
uerat Cyrus à Babylonia, & omnia quę-
cunq. dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri,
& mitti Ierusalē. Et cū processisset ille 58
adolescens, eleuans faciē in Ierusalē, be-
nedixit regē cæli, & dixit, Abs te est vi- 59
ctoria, & abs te est sapiētia & claritas. Et
ego seruus tuus sum. Benedictus es qui 60
dedisti mihi sapientiā, & tibi confitebor
Dñe Deus patrū nostrorū. Et accepit e- 61
pistolas, & profectus est in Babyloniam.
Et venit, & nuntiauit fratribus suis om-
nibus qui fuerunt in Babylonia. & be- 62
nedixerunt Deum patrū suorū, quoniam
dedit illis remissionē & refrigeriū, vt 63
ascenderent & ædificarent Ierusalem, &
tēplum vbi nominatū est nomen eius in
ipso: & exultauerunt cum musicis & læ-
titia diebus septem.

CAP. V.

1 Esd.2,1. POst hæc autē electi sunt, vt ascende- 1
rēt principes pagorum per domos, &
tribus suas, & vxores illorum, & filij &
filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum,
& pecora eorum. Et Darius rex misit 2
vnà cū eis equites mille, donec deduce-
rēt eos in Ierusalē cum pace, & cum mu-
sicis, & cū tympanis & tibiis: & omnes 3
fratres erant ludentes, & fecit eos ascen-
dere simul cum eis. Et hæc sunt nomina 4
virorum qui ascenderunt per pagos suos
in tribus, & in partē principatus ipsorū.
Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aarō, Ies° 5
filius Iosedec, Ioacim filiⁱ Zorobabel filij
Salathiel de domo Dauid, ex progenie
Phares, de tribu Iuda, qui locutⁱ est sub 6
Dario rege Persarū sermones mirificos
1. Esd.2, 1. in secundo anno regni ipsius mēse Nisan
2 Esd.7, 6. primo. Sūt autē hi qui ascēderūt ex Iu- 7
dæa de captiuitate trāsmigrationis, quos
trāsmigrauit Nabuchodonosor rex Baby
loniæ in Babylonē, & reuersus est in Ie-
rusalē. Et requisiuit partē Iudææ vnus-
quisq. in ciuitatē suā, qui venerunt cum
Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores,
Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsu-
ro, Mechpsatochor. Olioro. Emonia vnⁱ
9 de principibus eorū. Et numerus à gē-
tilibus eorum, ex præpositis eorum filij
Phares, duo millia cētū septuagintaduo:
10 filij Ares, tria millia centū quinquagin-
11 ta septē: filij Phœmo, centum quadra-
gintaduo: in filiis Iesu & Ioabes, mille
12 trecētiduo: filij Demu, duo millia qua-
dringenti septuaginta: filij Choraba, du-
cētiquinq.: filij Banica, centū sexaginta
13 octo: filij Bebech, quadringēti tres: filij
14 Archad, quadringēti viginti septē: filij
Chā, trigintaseptē: filij Zoroar, duo mil-
lia sexagintaseptem: filij Adin, quadrin-
15 gēti sexaginta vnus: filij Aderectis, cētū
octo: filij Ciaso & Zelas, centū septē: filij
16 Azoroc, quadringenti trigintanouē: filij
Iedarbone, cētū trigintaduo: filij Ananiæ,
17 centū triginta: filij Asoni, nonaginta: fi-
lij Marsar, quadringenti viginti duo: filij
Zabarus, nonagintaquinq.: filij Sepole-
18 mō, centum vigintitres: filij Nepopas,
quinquagintaquinque: filij Hechanatus,
cētū quinquagintaocto: filij Cebethamⁱ,
19 cētū triginta duo: filij Crearpatros, qui
Enocadies, & Modiæ, quadringēti viginti
tres: qui ex Gramas & Gabea, centū vi-
20 ginti vnus: qui ex Besselon, & Ceagge,
sexagintaquinq.: qui ex Bastaro, centum
21 vigintiduo. Qui ex Bechenobes, quin-
quagintaquinq.: filij Liptis, centū quin-
quagintaquinque: filij Labōni, trecenti
22 quinquagintaseptē: filij Sichē, trecēti
septuaginta: filij Suadō, & Cliomus, tre-
23 centi septuagintaocto: filij Ericus, duo
millia centū quadragintaquinq.: filij A-
24 naas, trecēti septuaginta. Sacerdotes: Fi-
lij Ieddus, filij Euther, filij Eliasib, trecē-
ti septuagintaduo: filij Emerus, ducenti
25 quinquagintaduo: filij Phasurij, trecēti
quinquagintaseptē: filij Caree, ducēti vi-
26 gintiseptē. Leuitæ: Filij Iesu in Cadu-
hel, & Bamis, & Serebias, & Edias, sep-
tuagintaquatuor. omnis numerus à duo-
decimo anno, triginta millia quadringēti
27 sexaginta duo. Filij, & filiæ, & vxores,
omnis cōputatio, quadraginta millia du-
28 cēti quadragintaduo. Filij sacerdotū, qui
psallebāt in tēplo: filij Asaph, centum vi-
29 gintiocto. Ostiarij verò: filij Esinēni, fi-
lij Azer, filij Amon, filij Accuba, Topa
30 filij Tobi, oēs centū trigintanouē. Sa-
cerdotes seruientes in tēplo: filij Sel, filij
Gaspha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su,
filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, fi-
lij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Ag-
gab, filij Obai, filij Anani, filij Cāna, filij
31 Geddu, filij An, filij Radin, filij Desanō,
filij Nachoba, filij Caseba, filij Gaze, filij
Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Hastē,
filij Asiana, filij Manei, filij Nasisim, fi-
lij Accusu, filij Agista, filij Azui, filij Fa-
32 nō, filij Phasalō, filij Meedda, filij Phusa,
filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij

Cœsi,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Coësi, filij Nasith, filij Agisti, filij Pedō.
Salomon filij eius filij Asophot, filij 33
Phasida, filij Celi, filij Dedō, filij Gadda-
hel, filij Sephegi, filij Aggia, filij Sacha- 34
reth, filij Sabbathen, filij Caroneth, filij
Malsith, filij Amæ, filij Sasus, filij Addus,
filij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij
Phasphar, filij Malmō. oēs sacro seruiē- 35
tes, & pueri Salomonis, quadringēti octo-
gintaduo. Hi sunt filij qui ascenderūt à 36
Thel-mela, Thel-harsa: principes eorū,
Carmellā, & Careth: & nō poterāt edi- 37
cere ciuitates suas, & ꝓgenies suas, quē-
admodū sint ex Israël. Filij Dalari, filij
Tubal, filij Nechodaici, ex sacerdotibꝰ, 38
qui fungebātur sacerdotio: & nō sunt in-
uēti, filij Obia, filij Achisos, filij Addio,
qui accepit vxorē ex filiabus Phargeleu:
& vocati sunt nomine eius. & horum 39
quesita est generis scriptura in prędatura,
& nō est inuēta, & ꝓhibiti sunt sacerdo-
tio fungi. Et dixit illis Nehemias & A- 40
sthara, Ne participētur sancta, donec ex-
urgat pōtifex doctus in ostensionē & ve-
ritatē. Omnis autē Israël erat, exceptis 41
seruis & ancillis, quadraginta duo millia
trecēti quadraginta. Serui horū & ancil- 42
læ, septē millia trecenti triginta septem.
Cantores & cātatrices, ducēti sexaginta-
quinque. Cameli, quadringēti triginta- 43
quinque. Equi, septē millia triginta sex.
Muli, ducēta millia quadragintaquinq.
Subiugalia, quinq. millia vigintiquinq.
Et de præpositis ipsis ꝓ pagos dū veni- 44
rētin templū Dei, quod erat in Ierusalē,
[a] innouare &' susci tare tēplū in loco suo,
secundū suā virtutē: & [b] dari' in tēplum 45
[c] thesaurū' operū sacrū auri mnas [d] duo-
decim millia', & mnas argenti quinque
millia, & stolas sacerdotales centum. Et 46
habitauerūt sacerdotes & Leuitæ, & qui
exierāt de plebe in Ierusalē & in regione,
& sacri cantores, & ostiarij, & omnis Is-
raël in regionibus suis. ¶ Instāte aūt se- 47
ptimo mēse, cūq. essent filij Israël vnus-
quisq. in suis rebus, cōuenerūt vnanimes
in atriū, quod erat ante ianuā Orientalē.
Et stātes Iesus filius Iosedec, & fratres 48
eius sacerdotes, & Zorobabel filius Sala-
thiel, & huius fratres, parauerunt altare,
vt offerrēt super illud holocautomata, 49
secundùm quæ in Libro Moysi hominis
Dei scripta sunt. Et conuenerunt ibi ex 50
aliis nationibus terræ, & erexerūt sacra-
riū in loco suo oēs gētes terræ, & offere-
bāt hostias, & holocautomata Dño ma-
tutina. Et egerūt scenopegiā, & diē so- 51
lemnē, sicut præceptū est in lege: & sacri-
ficia quotidie, sicut oportebat: & post 52
hæc oblationes institutas, & hostias sab-
bathorū, & neomeniarū, & dierū solem-
niū omniū sanctificatorū. Et quotquot 53
vouebāt Dño à neomenia septimi mēsis,
cœperunt hostias offerre Deo, & templū
Dñi nondum erat ædificatum. Et de- 54
derunt pecuniam lapidariis & fabris, &
55 potū & pabula cum gaudio. Et dede-
runt carra Sidoniis, & Tyriis, vt trāsue-
herent illis de Libano trabes cedrinas, &
facerent rates in Ioppe portu, secundum
decretū quod scriptū erat eis à Cyro re-
56 ge Persarū. Et in secundo anno veniē-
tes in templū Dei in Ierusalē, mense se-
eundo inchoauit Zorobabel filius Sala-
thiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ip-
sorum, & sacerdotes & Leuitæ, & oēs qui
57 venerāt de captiuitate in Ierusalem: &
fundauerunt templum Dei nouilunio se-
cundi mēsis secundi anni, cùm venissent
58 in Iudæā & Ierusalē. Et statuerunt Le-
uitas à viginti annis, super opera Dñi: &
stetit Iesus & filius eius, & fratres oēs
Leuitæ, conspirantes, & executores legis,
59 facientes opera in domo Dñi. Et stete-
runt sacerdotes habentes stolas cum tu-
bis: & Leuitæ filij Asaph, habentes cym-
60 bala, collaudātes Dñm, & benedicentes
61 secundùm Dauid regem Israël. Et can-
tabant canticum Dño, quoniam dulce-
do eius, & honor in secula super omnem
62 Israël. Et omnis populus tuba cecine-
rūt, & proclamauerunt voce magna, col-
laudātes Dñm in suscitatione domꝰ Dñi.
63 Et venerunt ex sacerdotibus & Leui-
tis, & præsidentibus secundùm pagos se-
nioribus, qui viderant pristinā domum:
64 & ad huius ædificationē cū clamore &
plāctu magno, & multi cū tubis & gau-
65 dio magno: in tantum vt populus non
audiret tubas propter planctum populi.
Turba enim erat tubis canēs magnificè,
66 ita vt longè audiretur. ¶ Et audierunt 1 Esd. 4, 1.
inimici tribus Iudæ, & Bē-iamin: & ve-
67 nerunt scire quæ esset vox tubarū. Et
cognouerūt, quoniā qui erant ex captiui-
68 tate ædificāt tēplū Dño Deo Israël. Et
accedētes ad Zorobabel & Iesum, præpo-
sitos pagorū, dixerunt eis, Aedificabimus
69 vnà vobiscū. Similiter enim audiuimus
Dñm vestrum, & ipsi pariter incedimus
à diebus Asbazareth regis Assyriorū, qui
70 trāsmigrauit nos huc. Et dixit illis Zo-
robabel, & Iesus, & principes pagorū Is-
71 raël, Non est nobis & vobis ædificare
domū Dei nostri. nos enim soli ædifica-
bimus Dño Israël secundū ea quæ præ-
72 cepit nobis Cyrus rex Persarū. Gentes
aūt terræ incumbētes his qui sunt in Iu-
dæa, & leuantes opus ædificationis & in-
sidias, & populos adducētes, prohibebant
73 eos ædificare, & aggressuras exercentes
impedierunt, ne cōsummaretur ædificiū
omni tēpore vitæ Cyri regis, & protra-
xerunt structuram per biennium vsq. ad
Darij regnum.

CAP. VI.

1 IN secūdo aūt anno regni Darij ꝓphe- 1 Esd. 5, 1.
tauit Aggæus, & Zacharias filiꝰ Addin,
prophetæ apud Iudæā & Ierusalē in no-
2 mine Dei Israël super eos. Tūc stās Zo-
robabel filius Salathiel, & Iesus filiꝰ Io-
sedec, inchoauerunt ædificare domū Do-
3 mini quæ est in Ierusalē: çùm adessent

[a] vouerunt MS. G q.
[b] dare MS. G q.
[c] thesaurarium MS. G q.
[d] mille MS. G q.
[e] nouem millia o.
[f] undecim millia o. Q r.
1 Esd. 2, 69
1 Esd. 3, 1.

eis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos.
In ipso tempore venit ad illos Sisennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius, & dixerũt eis, 4
Quo præcipiente vobis domũ hanc ædificatis, & tectum istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores qui hæc ædificant? Et habuerũt gratiã visitatione 5
facta super eos, qui erãt ex captiuitate à Dño seniores Iudæorũ, & nõ sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & respõsum acciperetur. Exemplũ epistolæ quã miserunt 7
Dario, SISENNES subregulus Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius in Syria & Phœnice præsides, regi Dario salutẽ. Omnia nota sint dño 8
regi, quòd cùm venissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificantes domũ Dei magnã:
& templũ ex lapidibus politis, & magnis & pretiosis materiis in parietibus, 9
& opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorũ, & in omni gloria quã diligentissimè perfici. 10
Tunc interrogauimus seniores, dicẽtes, 11
Quo permittente vobis ædificatis domũ istã, & opera hæc fundatis? Ideò autem 12
interrogauimus eos, vt notũ faceremus tibi homines & præpositos, & nominum scripturã præpositorũ postulauim⁹ illos.
At illi responderũt nobis, dicẽtes, Nos 13
sumus serui Dñi, qui fecit cælũ & terrã:
& ædificabatur hæc domus ante annos 14
istos multos à rege Israël magno & fortissimo, & cõsummata est. Et quoniam 15
patres nostri exacerbãtes erãt, & peccauerũt in Deũ Israël, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorũ, & domũ istã demolientes 16
incenderũt, & populũ captiuũ duxerunt in Babylonẽ. In primo anno regnante 17
Cyro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domũ hanc ædificare: & illa sacra vasa 18
aurea & argẽtea quæ extulerat Nabuchodonosor de domo quæ est in Ierusalẽ, & cõsecrauerat ea in suo tẽplo, rursus protulit ea Cyrus rex de tẽplo quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel, & Salmanasaro subregulo: & præceptũ est 19
eis vt offerrẽt hæc vasa, & reponerent in tẽplo, quod erat in Ierusalẽ, & ipsum tẽplũ Dei ædificare in loco suo. Tũc Sal- 20
manasarus subiecit fundamenta domus Dñi, quæ est in Ierusalẽ: & exinde vsque nũc ædificatur, & nõ accepit cõsummationẽ. Nũc ergo si iudicatur à te ô rex, 21
perquiratur in regalib. bibliothecis Cyri regis quæ sunt in Babylonia: & si inuẽtũ fuerit cõsilio Cyri regis cœptam esse 22
structurã domus Dñi, quæ est in Ierusalẽ, & iudicatur à dño rege nostro, scribat de his nobis. ¶ Tunc Darius rex præcepit 23
1 Esd. 6, 1. inquiri in bibliothecis, & inuentus est in Ecbathanis oppido, quod est in Media regione, locus vnus in quo scripta erant
24 ista, Anno primo regnante Cyro rex Cyrus præcepit domum Dñi quæ est in Ierusalem ædificare, vbi incendebãt igni
25 assiduo: cuius altitudo sit cubitorũ decem & latitudo cubitorũ sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiusdẽ regionis, & meniano vno nouo, & impẽdia dari de domo Cyri
26 regis: & sacra vasa domus Dñi tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonosor in domũ Dñi, quæ est in Ierusalẽ, vbi erãt posita, vt ponantur illic:
27 & præcepit curã agere Sisennẽ subregulũ Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanẽ, & sodales eius, & qui ordinati erãt in Syria & Phœnice præsides, vt abstineret
28 se ab eodẽ loco. Et ego quoq. præcepi in totũ ædificare: & prospexi, vt adiuuẽt eos qui sunt ex captiuitate Iudæorũ, donec consummetur templũ ædis Domini:
29 & à vexatione tributorum Cœlesyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros & arietes,
30 & agnos: similiter autẽ & frumentum, & sal, & vinum, & oleũ instãter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusalẽ, dictauerunt consumi quotidie
31 sine vlla dilatione, vt offerãtur libationes summo Deo pro rege & pueris eius,
32 & orent pro ipsorũ vita: & denũtietur, vt quicumque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt, aut spreuerint, accipiatur lignũ de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum regi asci-
33 bantur. Propterea & Dñs, cuius nomen inuocatũ est ibi, exterminet omnẽ regẽ & gentẽ, qui manũ suam extenderit prohibere, aut malè tractare domũ Dñi illã
34 quæ est in Ierusalẽ. Ego Darius rex decreui quã diligentissimè secundum hæc fieri.

CAP. VII.

1 TVnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecuti his quæ à Dario rege erãt
2 decreta, insistebãt sacrosanctis operibus diligẽtissimè, cooperantes cum senioribus Iudæorum principibus Syriæ, &
3 prosperata sunt sacrosancta opera, apphetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
4 Et cõsummauerũt omnia per præceptũ Dñi Dei Israël, & ex cõsilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarũ. Et con-
5 summata est domus nostra vsq. ad tertiã & vicesimam diem mensis Adar, sexto
6 anno Darij regis. Et fecerunt filij Israël, & sacerdotes & Leuitæ, & cæteri q erãt ex captiuitate, qui appositi sunt, secũdũ ea quæ scripta sunt in libro Moysi.
7 Et obtulerũt in dedicationẽ tẽpli Dñi, tauros centum, arietes ducentos, agnos
8 quadringentos, & hœdos, pro peccatis vniuersi Israël, duodecim, secundum numerum tribuum Israël. Et steterunt sa-
9 cerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus, super omnia opera Dñi Dei Israël

secundum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

secundum librũ Moysi,& ostiarij per singulas ianuas. Et egerunt filij Israël cum his qui erant ex captiuitate illud Phase quartadecima luna mẽsis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ.

Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati,quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. Et immolauerunt Phase vniuersi filij captiuitatis,& fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. Et mãducauerunt filij Israël, qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentiũ terrę quęrẽtes Dñm, & celebrauerunt diem festũ azymorum septem diebus epulantes in conspectu Dñi, quoniã conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israël.

CAP. VIII.

ET post hunc regnãte Artaxerxe Persarũ rege accessit Esdras filius Azariæ,filij Helciæ,filij Solome, filij Sadoc, filij Achitob,filij Ameri,filij Azahel,filij Bocci,filij Abisue,filij Phinees,filij Eleazari,filij Aarõ primi sacerdotis: hic Esdras ascẽdit de Babylonia,cùm esset scriba & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Dño Deo Israël-docere' & facere'.

Et dedit ei rex gloriã, quòd inuenisset gratiam in omnidignitate & desiderio in cõspectu eius. Et ascenderũt simul cum ipso ex filiis Israël,& sacerdotibus,& Leuitis,& sacris cãtoribus templi, & ostiariis,& seruis templi in Ierusalem. Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mẽse,hic annus septimus est regni,exeũtes de Babylonia nouilunio quinti mẽsis, venerunt Ierosolymã iuxta pręceptum illius secundũ prosperitatẽ itineris à Dño ipsorũ datã eis. In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege Dñi & præceptis, & docẽdo vniuersum Israël omnẽ iustitiã & iudiciũ. Accedentes autẽ, qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderũt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram sacerdotẽ,& lectorẽ legis Dñi,cuius exẽplũ subiectũ est. REX Artaxerxes Esdrę sacerdoti & lectori legis Dñi salutẽ.

Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis qui desiderãt ex gẽte Iudæorum sua sponte,& ex sacerdotibus,& Leuitis,qui sunt in regno meo,comitari tecũ in Ierusalem. Si qui ergo cupiunt ire tecum,conueniant, & proficiscãtur sicut placuit mihi & septẽ amicis meis consiliariis: vt visitent ea quæ agũtur secundùm Iudæã & Ierusalẽ,obseruantes sicut habes in lege Dñi, & ferãt munera Dño Deo Israël,quæ voui ego & amici, Ierusalẽ,& omne aurũ & argẽtum, quod inuẽtum fuerit in regione Babyloniæ Dño in Ierusalẽ, cum illo quod est donatum pro ipsa gente in templũ Dñi eorũ quod est in Ierusalem:vt colligatur hoc aurum & argentũ ad tauros,& arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia,
16 vt offerãt hostias Dño super altare Dñi
17 ipsorũ quod est in Ierusalem. Et omnia quæcunq. volueris cũ fratribus tuis facere auro & argẽto,perfice pro volũtate tua secundum præceptum Domini Dei tui:
18 & sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Dñi Dei tui, quę est in
19 Ierusalem: & cætera quæcunq.tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis
20 de regali gazophylacio: cùm volueris cũ fratribus tuis facere auro & argento, per-
21 fice secundum voluntatem Dñi. Et ego quidẽ rex Artaxerxes pręcepi custodibus thesaurorum Syrię & Phœnicis, vt quæcunq. scripserit Esdras sacerdos, & lector legis Dñi,diligenter detur ei vsq.ad argẽ-
22 ti talẽta cẽtum,similiter & auri: & vsq. ad frumenti modios centum,& vini amphoras centũ, & alia quæcunq. abundant
23 sine taxatione. Omnia secundũ legẽ Dei fiant Deo altissimo , ne fortè exurgat ira in regno regis, & filij, & filiorum eius.
24 Vobis autẽ dicitur, vt omnibus sacerdotibus,& Leuitis,& sacris cãtoribus, &
25 seruis templi,& seribis tẽpli huius nullum tributũ, neq. vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem
26 obiicere eis quicquam. Tu autem Esdra secundũ sapiẽtiam Dei constitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice : & omnes qui legem Dei tui non nouerunt,
27 doce: vt quotquot trãsgressi fuerint legem,diligenter plectãtur siue morte, siue cruciatu,siue etiam pecuniæ mulctatione
28 vel abductione. Et dixit Esdras scriba, Benedictus Deus patrũ nostrorũ, qui dedit hanc voluntatem in cor regis,clarificare domum suam quæ est in Ierusalem;
29 & me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum,& amicorũ, & purpu-
30 ratorum eius. & ego confortãs animo factus sum secũdum opitulationẽ Dñi Dei mei, & congregaui ex Israël viros, vt si-
31 mul ascenderẽt mecũ. ‖ Et hi sunt præpositi secũdum suas patrias, & principatus portionales eorum qui mecũ ascenderũt de Babylonia in regno Artaxerxis. | Esd. 8,1.
32 Et ex filiis Phares, Gerſomus : ex filiis Siemarith,Amenus:filiorum Dauid,Ac-
33 chus filius Sceciliæ: ex filiis Phares,Zacharias, & cum eo reuerti sunt viri centũ
34 quinquaginta: ex filiis ductoris Moabilionis Zaraei,& cũ ipso viri ducẽti quin-
35 quaginta ; ex filiis Zachues, Iechonias Zechoeli, & cum ipso viri ducenti quin-
36 quaginta: ex filiis Sala, Maasias Gotho-
37 liæ, & cum ipso viri septuaginta: ex filiis Saphatiæ,Zarias Micheli,& cum ipso
38 viri octoginta: ex filiis Iob, Abdias Iehieli,& cum ipso viri ducenti duodecim:
39 ex filiis Baniæ , Salimoth, filius Iosephiæ,& cum ipso viri centum lexaginta:
40 ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum
41 ipso viri ducenti octo: ex filiis Ezead,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iohannes Eccetan, & cum ipso viri centum decem: ex filiis Adonicã ipsis posteremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam, filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta. Et cõgregaui eos ad fluuiũ qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. Et ex filiis sacerdotũ & Leuitarũ nõ inueni illic. Et misi ad Eleazarũ, & Eccelony & Masmã, & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagam, Zachariã, & Mosolamũ ipsos ductores & peritos: & dixi eis vt venirent ad Loddeũ, qui erat apud locũ gazophylacij. Et mãdaui eis vt dicerẽt Loddeo & fratrib. eius, & illis qui erãt in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerẽtur in domo Dñi Dei nostri, & adduxerũt nobis secundũ manũ validã Dñi Dei nostri viros peritos: ex filiis Moholi, filij Leui, filij Israël, Sebebiã, & filios & fratres, qui erãt decem & octo: Asbiam & Amin ex filiis filiorũ Chananæi, & filij eorũ viri viginti. Et ex his qui templo seruiebãt, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationẽ Leuitis templo seruiẽtium ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiuniũ iuuenibus in cõspectu Dei, vt quẽrerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscũ erant, & filiis, & pecorib. propter insidias. Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelę gratia contra aduersarios nostros. Diximus enim regi, quoniã virtus Dñi erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu. Et iterũ deprecati sumus Dñm Deũ nostrũ secundũ hæc: quẽ & propitiũ habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro. Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebiã, & Asannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem. & appẽdi eis aurũ & argentũ & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donauerat rex, & consiliarij eius, & principes, & omnis Israël. Et cùm appendissem, tradidi argenti talenta centũ quinquaginta, & vasa argentea talentorũ centum, & auri talẽta cẽtum, & vasorũ aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendẽtia, duodecim, auri speciẽ reddẽtia: & dixi eis, Et vos sancti estis Dño, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentũ votum est Dño Deo patrum nostrorum. Vigilate & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Israël in Ierusalẽ, in pastophorio domus Dei nostri. Et hi qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ aurum & argentum & vasa, intulerũt in Ierusalem in templũ Dñi. Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mẽsis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem. Et cùm factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argẽtum traditum est in domo Dñi Dei nostri Marimoth filio Iori sacerdoti: & cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Bãni filius Leuitæ, ad numerũ, & ad pondus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsorum eadẽ hora. Qui autem venerũt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium Dño Deo Israël, tauros duodecim pro omni Israël, arietes octogintasex, agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Dñi. Et relegerũt præcepta regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerũ gentem, & templũ Dñi. Et consummatis his, accesserunt ad me præpositi, dicentes, ¶ Non segregauerunt genus Israel, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alienigenæ gentes, & nationes terræ immunditias suas à Chananæis & Hethæis & Pherezæis, & Iebusæis & Moabitis & Aegyptiis & Idumæis. coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filij eorum: & mistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ: & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. Et mox vt audiui ista, cõscidi vestimenta & sacram tunicam: & laceratis capillos capitis, & barbam, sedi dolens & mœstus. Et cõuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Dñi Dei Israël ad me lugentẽ super iniquitatẽ istam: & sedebã tristis vsq. ad sacrificiũ vespertinũ. Et cõsurgens à ieiunio, cõscissa habens vestimẽta & sacrã tunicã, ingeniculãs, & extendens manus ad Dñm, dicebã, Dñe confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsq. ad cælum, quoniã à tẽporibus patrũ nostrorũ sumus in magno peccato vsq. ad diẽ hũc. Et propter peccata nostra, & patrũ nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris regibus terræ in gladiũ & captiuitatẽ, & depræ-
dationẽ cum confusione vsq. in hodierũ diem. Et nũc quantũ est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Dñe Deus, & relinque nobis radicẽ, & nomen in locum sanctificationis tuæ, detegere luminare nostrũ in domo Dñi Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ. Et cùm seruiremus, non fuimus derelicti à Dño Deo nostro: sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarum dare cibum, & clarificare templũ Dñi Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa & Ierusalem. Et nunc quid dicimus Dñe habẽres hæc? Trãsgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorũ tuorum prophetarũ, dicens, Quoniã terra in quam introistis possidere hereditatem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarũ terræ, & immũditiç illorũ repleuerunt eam totã immũditia sua. Et nunc filias vestras nõ coniungetis filiis eorũ, & filias eorũ non accipietis filiis vestris, & non inquiretis pacẽ habere cum illis omni tempore, vt inualescentes mãducetis optima terræ, & hæreditatẽ distribuatis filiis vestris vsq. in æuum. Et quæ cõtingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti nobis talẽ radicẽ, & rursum reuersi sumus trãsgredi legitima tua, vti cõmisceremur immũditiæ alienigenarũ gẽtiũ terræ huius.

Nõne irascêris nobis perdere nos, quoad vsq. nõ relinquatur radix & nomẽ nostrum? Dñe Deus Israël verax es. Derelicta est enim radix vsq. in hodiernũ diẽ.

Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Nõ est enim adhuc
1 Esd. 10,1 stare ante te in his. ¶ Et cùm adorando cõfiteretur Esdras flens, humi prostratus ante templũ, cõgregati sunt ante eum ex Ierusalẽ turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuẽculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cũ clamasset, Iechonias Iehel ex filiis Israël, dixit Esdræ, Nos in Dñm peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ. Et nũc es super omnẽ Israël. In his ergo sit iusiurandũ à Dño expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt, cum filiis earum. Sicut tibi decretũ est à maiorib. secundũ legẽ Dñi exurgẽs explica. Ad te enim spectat negotiũ, & nos tecum sumus. viriliter fac.

Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitas, & omnem Israël facere secundum hæc: & iurauerunt.

CAP. IX.

2 Esd. 10,6 ET exurgẽs Esdras ab ante atriũ templi, abiit in pastophoriũ Ionathæ filij Nasabi: & hospitatus illic non gustauit panẽ, nec aquã bibit super iniquitatem multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalẽ omnibus qui erãt ex captiuitate in Ierusalẽ cõgregati, vt quicumque non occurrerit biduo vel triduo diei secundum iudiciũ assidentiũ seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alien⁹ iudicaretur à multitudine captiuitatis. Et congregati sunt omnes qui erãt ex tribu Iuda, & Ben-iamin in tribus dieb. in Ierusalẽ. hic mẽsis est nonus, dies mensis viceſimus. Et sedit omnis multitudo in area tẽpli tremẽtes, propter hiemem præsentẽ. Et exurgens Esdras dixit illis, Vos iniquè fecistis collocantes vobis in matrimoniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israël. Et nunc date confessionẽ, & magnificentiã Dño Deo patrũ nostrorũ: & perficite voluntatem ipsius, & discedite à gẽtibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & dixernnt voce magna, Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniã multitudo magna est, & tempus hibernũ, & nõ possumus insubsidiati stare; & hoc opus nõ est nobis vnius diei, neq. biduj; multũ enim in his peccauimus: stẽt præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscũ inhabitãt, & quotquot habẽt vxores apud se alienigenas, & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluant irã Dñi negotij huius. Ionathas aũt filius Ezeli, & Ozias Thecã susceperũt secundũ hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis. Et steterũt secundũ hæc omnia vniuersi qui erãt ex captiuitate. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorũ secundũ nomina: & conlederũt nouilunio mensis decimi examinare negotiũ istud. Et determinatũ est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsq. ad neomeniam primi mẽsis: & inuẽti sunt ex sacerdotibus permisti qui habebãt alienigenas vxores. Ex filiis Iesu, filij Iosedec, & fratribus eius: Maseas, & Eleozerus, & Ioribus, & Ioadeus: & iniecerunt manus vt expellerẽt vxores suas; & ad litandũ in exorationẽ arietẽ pro ignorãtia sua. & ex filiis Semmeri: Maseas & Esses & Ieelech Azarias. & ex filiis Fosere: Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iusio, Reddus, & Talsas. & ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas. & ex sacris cãtoribus, Eliasib, Zaccar⁹. & ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes. & ex Israël: ex filiis Foro, Ozi, & Remias & Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iammebias & Bannas. & ex filiis Iolaman: Chamas & Zacharias & Iezrelus, & Ioddius, & Erimoth & Helias. & ex filiis Zathoim: Eliadas & Liasum⁹, Zochias & Larimoth & Zabdis & Tebedias. & ex filiis Zebes: Iohãnes & Amanias & Zabdias & Emeus. & ex filiis Banni: Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iasub & Azabus & Ierimoth. & ex filiis Addin: Naathus & Moosias & Caleus & Raanas, Maaseas, Mathathias & Besecl & Bonnus & Manasses. & ex filiis Nuae: Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simon, Ben-iamin & Malchus & Marras. & ex filiis Asom: Cariane⁹, Mathathias & Bãnus & Eliphalach & Manasses & Semei. & ex filiis Banni: Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Bancas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib & Mathaneus & Eliasis & Orizas & Dielus & Semedius & Zambris & Iosephus. & ex filiis Nobei: Idelus & Mathathias & Sabadus, & Zecheda, Sedmi & Iessei, Baneas. oẽs isti cõiunxerũt sibi vxores alienigenas, & dimiserũt eas cũ filiis. Et inhabitauerũt sacerdotes & Leuitæ: & qui

erant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant ex Israël in Ierusalē, & in tota vna regione nouilunio mēsis septimi. Et erāt filij Israël in cōmorationibus suis. Et 38 congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ sacræ:
& dixerunt Esdræ pontifici, & lectori, 39 vt afferret legem Moysi, quæ tradita est à Dño Deo Israël. Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum à 40 viro vsq. ad mulierē, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante 41 sacrā portā templi, à prima luce vsque ad vesperā corā viris & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. Et ste- 42 tit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal quod fabricatum erat.
Et steterunt ad eum Mathathias, & Sa- 43 mus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexterā: & ad sinistram 44 Faldeus, Misaël, Malachias, Abustbas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. Et assum- 45 psit Esdras librum corā omni multitudine: præsidebat enim in gloria in cōspectu omniū. Et cùm absoluisset legē, omnes 46 erecti steterūt: & benedixit Esdras Dñm Deum altissimū, Deum Sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus, 47 Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dñm.
Iesus & Banaeus & Sarebias & Iaddi- 48 mus & Accubus & Sabbathæus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias, & Philias Leuitæ, qui docebant legē Dñi, 49 & in multitudine legebant legem Dñi, & præferebant singuli eos qui intelligebant lectionē. Et dixit Atharathes Esdræ pō- 50 tifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinē, dicens, Dies hic sanctus est 51 Dño. Et omnes flebāt, cùm audissent legem. -Et dixit Esdras', Digressi ergo 52 māducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæq;, & mittite munera his qui nō habēt. Sanctus enim est hic dies 53 Dñi, & nolite mœsti esse. Dñs enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabāt in 54 publico omnibus, dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. Et abierunt 55 omnes māducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui nō habebāt, vt epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. & congregati 56 sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israël.

-8 MS. G 9.

LIBER ESDRAE QVARTVS.

CAP. I.

LIber Esdræ Prophetæ secundus, fi- 1 lij Sarei, filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, filij Achiæ, filij Phinees, filij 2 Heli, filij Ameriæ, filij Asiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij Eleazar, 3 filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Arta- 4 xerxis regis Persarum. Et factū est ver- 5 bum Dñi ad me, dicens, Vade, & nūtia populo meo facinora ipsorū, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, 6 vt nuntient filiis filiorum: quia peccata parentū ipsorum in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerunt diis alienis.
7 Nónne ego eduxi eos de Terra-Aegypti de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt.
8 Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala super illos: quoniam nō obedierunt legi meæ. Populus autem 9 est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli?
10 Reges multos ꝓpter eos subuerti. Pharaonē cum pueris suis, & omnē exercitū 11 eius percussi. Omnes Gētes à facie eorum perdidi, & in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonij dissipaui, & omnes aduersarios eorum inter- 12 feci. Tu verò loquere ad eos, dicēs, Hæc 13 dicit Dñs: Nēpe ego vos per mare trāsmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui: ducē vobis dedi Moysen, & Aa- 14 ron sacerdotem: lucē vobis per columnā ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit 15 Dñs. Hæc dicit Dñs omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad 16 tutelā dedi, & illic murmurastis: & non triūphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc 17 vsque murmurastis. Vbi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cū 18 esuiretis, proclamastis ad me, dicentes, Vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat seruire Aegyptiis, quā mori in deserto hoc.
19 Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panē angelorū mā- 20 ducastis. Nónne cùm sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? propter æstus foliis arborum vos texi.
21 Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philistbæos à facie vestra proieci: quid faciam vobis ad- 22 huc, dicit Dñs? Hæc dicit Dñs omnipotens, In deserto cùm essetis in fiumine Amorrhæo sitiētes, & blasphemātes nomen meum, non ignē vobis pro blas- 23 phemiis dedi, sed mittens lignū in aquas 24 dulce feci flumen. Quid tibi faciam Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad alias Gentes, & dabo eis nomen 25 meū, vt custodiant legitima mea. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquā. Petētibus vobis à me misericor- 26 diam, nō miserebor. Quādo inuocabitis me, ego nō exaudiam vos. Maculatis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cōmittēda homici- 27 dia. Nō quasi me dereliquistis, sed vos

Sap. 16. Num. 20. Isa. 58.
Exo. 17.
Exo. 15.
Isa. 41. 55.

ipsos,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipsos, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs omnipo- 28
tẽs, Nonne ego vos rogaui, vt pater filios,
& vt mater filias, & vt nutrix paruulos
suos, vt esseris mihi in populum, & ego 29
vobis in Deũ: & vos mihi in filios, & ego
vobis in patrẽ? ita vos collegi, vt gallina 30
Mat. 23,37 pullos suos sub alas suas. Modò aũt quid
Esa. 66,5. faciã vobis? Proiiciam vos à facie mea.
faciã vobis? Proiiciam vos à facie mea.
Oblationẽ cùm mihi attuleritis, auertã 31
faciem meam à vobis. Dies enim festos
vestros, & neomenias & circumcisiones
repudiaui. Ego misi pueros meos pphe- 32
tas ad vos, quos acceptos interfecistis, &
laniastis corpora eorũ, quorũ sanguinem
exquirã, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs om- 33
nipotens, Domus vestra deserta est. Pro-
iiciam vos sicut ventus stipulã, & filij 34
procreationẽ nõ faciẽt: quoniã mandatũ
meũ neglexerunt, & quod malũ est corã
me, fecerũt. Tradã domos vestras popu- 35
lo venienti, qui me nõ audiẽtes credunt:
quibus signa nõ ostẽdi, faciẽt quæ præce-
pi. Prophetas non viderũt, & memora- 36
buntur iniquitatũ eorum. Testor populi 37
venientis gratiã, cuius paruuli exultãt cũ
lætitia, me nõ vidẽtes oculis carnalibus,
sed spiritu credentes quæ dixi. Et nunc 38
frater aspice, quæ gloria: & vide populum
venientẽ ab Oriẽte, quibus dabo duca- 39
tum Abrahã, Isaac, & Iacob, & Osee, &
Amos, & Michææ, & Ioël, & Abdiæ, et
Ionæ, et Naum, et Habacuc, Sophoniæ, 40
Mala. 3,1. Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui et an-
gelus Dñi vocatus est.

CAP. II.

HAEc dicit Dñs: Ego eduxi populum 1
istũ de seruitute, quibus mãdata de-
di per pueros meos prophetas quos au-
dire noluerunt, sed irrita fecerũt mea cõ-
silia. Mater quæ eos genera uit, dicit illis, 2
Ite filij, quia ego vidua sum & derelicta.
Educaui vos cũ lætitia, & amisi vos cũ 3
luctu & tristitia, quoniã peccastis coram
Dño Deo vestro, & quod malũ est coram
eõ fecistis. Modò autẽ quid faciã vobis? 4
Ego vidua sum & derelicta; ite filij, &
petite à Dño misericordiã. Ego autẽ te 5
pater testẽ inuoco super matrẽ filiorũ, q
noluerunt testamentũ meum seruare, vt 6
des eis confusionẽ, & matrẽ eorũ in di-
reptionẽ, ne generatio eorũ fiat. Dispер-
gantur in Gentes nomina eorũ, deleãtur 7
à terra: quoniã spreuerunt sacramentum
Gen. 19,2. meũ. Væ tibi Assur, qui abscondis ini- 8
quos penes te. Gẽs mala, memorare quid
fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, quorũ 9
terra iacet in piceis glebis & aggeribus
cinerum. sic dabo eos qui me non audie-
runt, dicit Dñs omnipotens. Hæc dicit 10
Dñs ad Esdrã, Nuntia populo meo, quo-
niã dabo eis regnũ Ierusalẽ, quod datu-
rus eram Israël. Et fũmam mihi gloriã 11
illorum, & dabo eis tabernacula æter-
na, quæ præparaueram illis. Lignũ vitæ 12
erit illis in odore vnguẽti, & non labora-
bunt, neq. fatigabũtur. Ite, & accipietis. 13
Rogate vobis dies paucos, vt immorẽtur.
Iam paratum est vobis regnum: vigilate.
14 Testare cælum & terrã. Contriui enim
malũ, & creaui bonũ, quia viuo ego, di-
15 cit Dñs. Mater amplectere filios tuos,
educa illos cũ lætitia. Sicut colũba cõfir-
ma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit
16 Dñs. Et resuscitabo mortuos de locis
suis, & de monumentis educã illos, quo-
17 niã cognoui nomẽ meũ in Israël. Noli
timere mater filiorũ, quoniã te elegi, di-
18 cit Dñs. Mittã tibi adiutorium pueros
meos Isaiã & Ieremiã, ad quorũ consiliũ
sanctificaui, & paraui tibi arbores duo-
19 decim grauatas variis fructibus, & toti- Exo. 15,17
dem fontes fluentes lac & melẽ & mõtes
immẽsos septẽ, habẽtes rotam & liliũ, in
20 quibus gaudio implebo filios tuos. Vi-
duã iustifica, pupillo iudica, egenti da, or-
21 phanũ tuere, nudum vesti, confractũ &
debilem cura, claudũ irridere noli, tutare
mancũ, & cæcum ad visionem claritatis
22 meæ admitte. Senem & iuuenem intra
23 muros tuos serua: mortuos vbi inueneris signans cõmenda sepulchro, & dabo Tob. 1,12.
tibi primam sessionem in resurrectione
24 mea. Pausa & quiesce populus meus,
25 quia veniet requies tua. Nutrix bona
nutri filios tuos, confirma pedes eorum.
26 Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interi-
iet. eos ego enim requirã de numero tuo.
27 Noli fatigari. Cũ enim venerit dies pres-
suræ & angustiæ, alij plorabunt, et tristes
28 erũt: tu autẽ hilaris & copiosa eris. Ze-
labunt gentes, & nil aduersus te poterũt,
29 dicit Dñs. Manus meæ tegent te, ne filij
30 tui gehennã videant. Iucundare mater
cũ filiis tuis, quia ego te eripiã, dicit Do-
31 minus. Filios tuos dormientes memo-
rare, quoniã ego eos educam de lateribus
terræ, & misericordiã cũ illis faciã: quo-
niã misericors sum, dicit Dñs omnipo-
32 tẽs. Amplectere natos tuos vsq. dũ ve-
nio, & præstem illis misericordiã: quo-
niã exuberant fontes mei, & gratia mea
33 nõ deficiet. Ego Esdras præceptũ accepi
à Dño in monte Oreb, vt irem ad Israël:
ad quos cũ venirem, reprobauerunt me,
34 & respuerunt mandatũ Dñi. Ideoq. vo-
bis dico Gentes, quæ auditis, & intelligi-
tis; expectate pastorẽ vestrum, requiem
æternitatis dabit vobis: quoniam in pro-
ximo est ille qui in fine seculi aduenict.
35 Parati estote ad præmia regni, quia lux
perpetua lucebit vobis per æternitatẽ tẽ-
36 poris. Fugite vmbrã seculi huius: accи-
pite iucunditatẽ gloriæ vestræ. Ego testor
37 palàm saluatorẽ meum. Commẽdatum
donũ accipite et iucundamini, gratias a-
gentes ei qui vos ad cælestia regna voca-
38 uit. Surgite, et stare, et videte numerum
39 signatorum in conuiuio Dñi. Qui se de
vmbra seculi transtulerunt, splendidas
40 tunicas à Dño acceperunt. Recipe Sion
numerum tuum, et conclude candidatos
41 tuos qui legẽ Dñi complenerũt. Filiorũ
tuorũ quos optabas plenus est numerus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Apoc.7,9. Roga imperium Dñi, vt sanctificetur populus tuus qui vocat⁹ est ab initio. Ego 42
Esdras vidi in mõte Siõ turbã magnam, quam numerare non potui, & omnes cãticis collaudabant Dñm. Et in medio 43
eorum erat iuuenis statura celsus, eminẽtior omnibus illis, & singulis eorũ capitib. imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego aũt miraculo tenebar. Tũc 44
interrogaui angelum, & dixi, Qui sunt hi Domine? Qui respondẽs, dixit mihi, 45
Hi sunt qui mortalẽ tunicam deposuerunt, & immortalẽ sumpserunt, & cõfessi sunt nomen Dei. Modò coronantũr, & accipiunt palmas. Et dixi angelo, Ille 46
iuuenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et respon- 47
dens dixit mihi, Ipse est filius Dei, quem in seculo confessi sunt: ego autẽ magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterunt. Tunc dixit mihi an- 48
gelus, Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia Dñi Dei vidisti.

CAP. III.

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram 1
in Babylone, & cõturbatus sum super cubiculo meo recũbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum:
quoniam vidi desertionẽ Sion, & abun- 2
dantiã eorũ qui habitabãt in Babylone.
& ventilatus est spiritus meus valde, & 3
cœpi loqui ad Altissimũ verba timorata, & dixi, O dominator Dñe, tu dixisti 4
ab initio, quando plantasti terram, & hoc
Gen.2,9. solus, & imperasti populo, & dedisti A- 5
dã corpus mortuũ: sed & ipsum figmẽtũ manuũ tuarũ erat, & insufflasti in eũ spiritũ vitæ, & factus est viuens corã te, & 6
induxisti eũ in paradiso, quẽ plantauerat dextera tua, antequã terra aduẽraret. Et 7
huic mãdasti diligere viã tuã, & præteri-
neum 3 MS. uit eã, & statim instituisti in eo mortẽ,
& in nationibus eius, & natæ sunt gẽtes, & tribus, & populi, & cognationes quarũ
Gen. 6,12. nõ est numerus. Et ambulauit vnaquæ- 8
que gens in voluntate sua, & mira agebant corã te, & spernebant præcepta tua.
Iterũ autẽ in tẽpore induxisti diluuium 9
super inhabitãtes seculũ, & pdidisti eos.
Gen. 7,10. Et factũ est in vnoquoq. eorũ, sicut Adæ 10
mori, sic his diluuium. Dereliquisti autẽ 11
vnũ ex his Noë, cum domo sua, & ex eo
1 Pet. 3,20. iusti omnes. Et factum est, cũ cœpissent 12
multiplicari, qui habitabãt super terrã, & multiplicauerũt filios & populos & Gẽtes multas: & cœperũt iteratò impietatẽ facere plus quã priores. Et factũ est, cũ 13
iniquitatẽ facerẽt corã te, elegisti tibi virũ ex his cui nomẽ erat Abrahã. Et di- 14
Gen. 12,1. lexisti eũ, & demõstrasti ei soli volũtatẽ
Gen. 21,2. tuã: & dispositi ei testamentũ æternũ, 15
Rom. 9,7. & dixisti ei vt non vnquã derelinqueres
Gen. 25,25 semen eius. Et dedisti ei Isaac, & Isaac
Exo. 19,1. dedisti Iacob & Esau. Et segregasti tibi 16
Deut. 4,10 Iacob, Esau aũt separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. Et factũ est 17
cùm educeres semẽ eius ex Aegypto, ad-
18 duxisti super montẽ Sina. Et inclinasti cælos, & statuisti terrã, & cõmouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & cõtur-
19 basti seculũ, & trãsiit gloria tua portas quatuor ignis & terræmotus, & spiritus & gelu, vt dares semini Iacob legẽ, & ge-
20 nerationi Israël diligentiã. Et nõ abstulisti ab eis cor malignũ, vt faceret lex tua
21 in eis fructũ. Cor enim malignũ baiulãs primus Adã transgressus & victus est, sed
22 & omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permaneus infirmitas, & lex cũ corde populi, cũ malignitate radicis: & discessit
23 quod bonũ est, & mansit malignum. Et trãsierunt tempora, & finiti sunt anni: &
24 suscitasti tibi seruũ nomine Dauid, & dixisti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblationes.
25 Et factũ est hoc annis multis, & dereli-
26 querũt qui habitabãt ciuitatẽ, in omnibus facientes sicut fecit Adã & omnes generationes eius. vtebantur enim & ipsi
27 corde maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuã
28 in manibus inimicorũ tuorũ. Nunquid Ier. 10,7
meliora faciunt, qui habitant Babylonẽ?
29 Et propter hoc dominabitur Siõ? Factũ est, cũ venissem huc, & vidissem impietates quarũ nõ est numerus: & delinquẽtes multos vidit anima mea hoc tricesi-
30 mo anno, & excessit cor meũ: quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impiè agentibus, & perdidisti populũ tuũ, & cõseruasti inimicos tuos,
31 & non significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nũquid
32 meliora facit Babylõ quã Sion? aut alia gens cognouit te præter Israël? aut quæ trib⁹ crediderũt testamẽtis tuis, sicut Ia-
33 cob? Quarũ merces non cõparuit, neq. labor fructificauit. Pertrãsiens enim pertrãsiui in gẽtibus, & vidi abundãtes eas, & nõ memorantes mandatorũ tuorum.
34 Nũc ergo põdera in statera nostras iniquitates, & eorũ qui habitãt in seculo: & nõ inuenietur nomẽ tuum, nisi in Israël.
35 Aut quando nõ peccauerũt in cõspectu tuo, qui habitãt terrã? aut quæ gẽs sic ob-
36 seruauit mãdata tua? Hos quidẽ per nomina inuenies seruasse mãdata tua: gẽtes autẽ nõ inuenies.

CAP. IIII.

1 ET respõdit ad me angelus, qui missus
2 est ad me, cui nomẽ Vriel, & dixit mihi, Excedẽs excessit cor tuũ in seculo hoc, & cõprehẽdere cogitas viam Altis-
3 simi. Et dixi, Ita Dñe meus. Et respõdit mihi, & dixit, Tres vias missus sum ostẽdere tibi, & tres similitudines proponere
4 corã te. de quibus mihi si renuntiaueris vnã ex his, & ego tibi demonstrabo viã quã desideras videre, & docebo te, vnde
5 sit cor malignum. Et dixi, Loquere Dñe meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatũ
6 iit. Et respondi, & dixi, Quis natorum

poterit

poterit facere, vt me interroges de his?
Et dixit ad me, Si essem interrogans te, 7
dicés, Quantę habitationes sunt in corde
maris, aut quantæ venæ sint in principio
abysi, aut quátæ venæ sunt super firma-
mentũ, aut qui sunt exitus paradisi: di- 8
ceres mihi fortassis, In abyssum non de-
scendi, neque in infernum adhuc, neq. in
cælũ vnquã ascendi. nunc autẽ non in- 9
terrogauit te, nisi de igne, & vento, & die,
per quẽ trãsisti, & a quibus separari non
potes: & nõ respõdisti mihi de eis. Et di- 10
xit mihi, Tu quæ tua sunt, tecum coado-
lescẽtia, non potes cognoscere: & quo- 11
modo poterit vas tuum capere Altissimi
viã, & iã exterius corrupto seculo intel-
ligere corruptionẽ euidẽtẽ in facie mea?
Et dixi illi, Melius erat nos nõ esse, quàm 12
adhuc viuẽtes viuere in impietatibus, &
pati, & non intelligere de qua re. Et re- 13
spõdit ad me, & dixit, Proficiscens profe-
Iud.9,8. ctus sum ad syluã lignorũ campi, & co- 14
2 Pa.25,15 gitauerũt cogitationem, & dixerunt, Ve-
nite, & eamus, & faciamus ad mare bel-
lũ, vt recedat corã nobis, & faciamus no-
bis alias syluas. Et similiter fluctus ma- 15
ris & ipsi cogitauerũt cogitationẽ, & di-
xerunt, Venite ascendentes, debellemus
syluas campi, vt & ibi cõsummemus no-
bismetipsis aliã regionẽ. Et factus est co- 16
gitatus syluæ in vanũ. venit enim ignis,
& cõsumpsit eam. Similiter & cogitatus 17
fluctuũ maris. stetit enim arena, & pro-
hibuit eos. Si enim esses iudex horum, 18
quẽ inciperes iustificare, aut quẽ cõdem-
nare? Et respõdi, & dixi, Vtique vanam 19
cogitationẽ cogitauerunt, terra enim data
est syluæ, & mari locus portare fluctus
suos. Et respõdit ad me, & dixit, Bene tu 20
iudicasti: & quare non iudicasti tibimet-
ipsi? Quẽadmodũ enim terra syluæ data 21
est, & mare fluctib. suis: sic qui super terrã
inhabitãt, quæ sunt super terrã intellige-
re solũmodo possunt: & qui super cælos,
quæ super altitudinẽ cælorũ. Et respõdi, 22
& dixi, Deprecor te Dñe, vt mihi detur
sensus intelligẽdi. nõ enim volui inter- 23
rogare de superiorib. tuis, sed de his quæ
pertranseunt per nos quotidie: propter
quid Israël datus in opprobriũ gentibus:
quem dilexisti populũ, datus est tribubus
impiis, & lex patrũ nostrorũ in interitum
deducta est, & dispositiones scriptæ nus-
quã sunt: & pertransiuimus de seculo, 24
vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor,
& nec digni sumus misericordiã cõsequi.
Sed quid faciet nomini suo quod inuo- 25
catũ est super nos? & de his interrogaui.
Et respõdit ad me, & dixit, Si fueris plu 26
rimũ scrutatus, frequẽter miraberis: quo-
niã festinans festinat seculũ pertransire,
& nõ capit portare quæ in futuris tẽpo- 27
ribus iustis repromissa sunt: quoniã ple-
num iniustitia est seculũ hoc, & infirmi-
tatibus. De quibus aũt interrogas, dicã: 28
seminatũ enim est malũ, & necdũ venit
29 destructio ipsius. Si ergo non inuersum
fuerit quod seminatum est, & discesserit
locus vbi seminatum est malum, nõ ve-
30 niet vbi seminatũ est bonum. Quoniã
gramẽ seminis mali seminatũ est in cor-
de Adam ab initio: & quantũ impietatis
generauit vsq. nunc, & generat vsq. cùm
31 veniat area? Aestima autẽ apud te gra-
mẽ mali seminis, quantũ fructũ impieta-
32 tis generauit: quãdo secatæ fuerint spi-
cæ, quarũ non est numerus, quàm magnã
33 areã incipiẽt facere? Et respondi, & di-
xi, ᵃQuomodo', & quando hæc? Quare ᵃQuo?
34 modici & mali anni nostri? Et respondit 2 MS.
ad me, & dixit mihi, Nõ festines tu super
Altissimũ. Tu enim festinas inaniter esse
super ipsum. nam excessus tuus multus.
35 Nónne de his interrogauerunt animæ
iustorũ in promptuariis suis, dicẽtes, Vs-
quequo spero sic? & quãdo veniet fructus
36 areæ mercedis nostræ? Et respondit ad
ea Ieremiel archangelus, & dixit, Quãdo
impletus fuerit numerus seminũ in vo-
bis, quoniã in statera ponderauit seculũ,
37 & mẽsura mensurauit tẽpora, & nume-
ro numerauit tempora, & nõ commouit,
nec excitauit vsquedũ impleatur prædi-
38 cta mẽsura. Et respõdi, & dixi, O Domi-
nator Dñe, sed & nos oẽs pleni sumus
39 impietate. Et ne fortè propter nos non
impleantur iustorũ areæ, propter peccata
40 inhabitantiũ super terrã. Et respõdit ad
me, & dixit, Vade, & interroga prægnan-
tem, si quãdo impleuerit nouem menses
suos, adhuc poterit matrix eius retinere
41 partum in semetipsa? Et dixi, Nõ potest
Dñe. Et dixit ad me, In inferno prom-
ptuaria animarũ matrici assimilata sunt.
42 Quemadmodum enim illa festinat quę
parit, effugere necessitatem partus: sic &
hæc festinat reddere ea quæ commẽdata
43 sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de
44 his quæ concupiscis videre. Et respon-
di, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos
tuos, & si possibile est, & si idoneus sum,
45 demonstra mihi, si plusquã prẽteritum
sit habet venire, aut plura pertransierunt
46 supra quàm futurũ est. Quid pertransi-
47 uit, scio: quid autẽ futurũ sit, ignoro. Et
dixit ad me, Sta super dexteram partẽ, &
demõstrabo tibi interpretationem simili-
48 tudinis. Et steti, & vidi: & ecce fornax
ardens transiit corã me. & factũ est, cùm
transiret flamma, vidi: & ecce superauit
49 fumus. Post hæc transiit corã me nubes
plena aquæ, & immisit pluuiam impetu
mulcam. & cùm transissĕt impetus plu-
50 uiæ, superauerũt in ea guttæ. Et dixit ad
me, Cogita tibi: sicut creuit pluuia am-
plius quàm guttæ, & ignis quã fumus: sic
superabundauit quæ transiuit mensura.
51 superauerunt autem guttæ, & fumus: &
oraui, & dixi, Putas viuo vsque in diebus
52 illis? vel quid erit in diebus illis? Respõ-
dit ad me, & dixit, De signis, de quibus
me interrogas, ex parte possũ tibi dicere:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

CAP. V.

1 DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendẽtur qui inhabitant terram in censu multo: & abscondetur veritatis via: & sterilis erit à fide regio: 2 Et multiplicabitur iniustitia super hãc quã ipse tu vides, & super quam audisti olim: 3 Et erit impositio vestigio quã nunc vides regnare regionẽ, & videbunt eã desertam. 4 Si aũt tibi dederit Altissimus viuere, videbis post tertiã tubã, & relucescet subitò sol noctu, & luna ter in die, 5 & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocẽ suã, & populi cõmouebuntur: 6 & regnabit qué nõ sperãt qui inhabitãt super terrã, & volatilia commigrationẽ faciẽt: 7 & mare Sodomiticũ pisces reiiciet, & dabit vocẽ noctu, quã non nouerant multi. omnes autẽ audient vocem eius: 8 & chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatæ pariẽt mõstra, 9 & in dulcibus aquis salsæ inuenientur,: & amici omnes semetipsos expugnabunt: & abscõdetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuariũ suum: 10 & quæretur à multis, & nõ inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinẽtia super terram. 11 Et interrogabit regio proximã suã, & dicet, Nunquid per te pertrãsiit iustitia iustum faciẽs? Et hoc negabit. 12 Et erit in illo tẽpore, & sperabũt homines, & nõ impetrabũt; laborabũt, & nõ dirigẽtur viæ eorũ. 13 Hæc signa dicere tibi permissũ est mihi: & si oraueris iterũ & ploraueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septẽ diebus, audies iteratò horũ maiora. 14 & euigilaui, & corpus meũ horruit valde: & aĩa mea laborauit, vt deficeret: 15 & tenuit me q venit angelus, qui loquebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes. 16 Et factũ est in nocte secũda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus tristis? 17 An nescis, quoniã tibi creditus est Israël in regione transmigrationis eorum? 18 Exurge ergo, & gusta panẽ, & non derelinquas nos, sicut pastor gregem suũ in manibus luporum malignorum. 19 Et dixi ei, Vade à me, & nõ appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me. 20 Et ego ieiunaui diebus septẽ vlulans & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus. 21 Et factũ est post dies septẽ, & iterũ cogitationes cordis mei molestæ erãt mihi valde, 22 & resumpsit anima mea spiritũ intellectus: & iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones, & dixi, 23 Dominator Domine, ex omni sylua terrę, & omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam: 24 Et ex omni terra orbis, elegisti tibi foueã vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi liliũ vnũ: 25 & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuũ vnũ: & ex omnibus ędificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion: 26 & ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbã vnam: & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouem vnam: 27 & ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam legem donasti huic quẽ 28 desiderasti populo. Et nũc Dñe, vt quid tradidisti vnũ pluribus? Et præparasti super vnã radicẽ alias, & disperdidisti vnicũ 29 tuũ in multis: & cõculcauerunt eũ, qui cõtradicebant spõsionibus tuis, quiq. tuis 30 testamentis non credebant. Et si odiens odisti populũ tuum, tuis manibus debet 31 castigari. Et factũ est, cùm locutus essem sermones, & missus est angel⁹ ad me, qui 32 antè venerat ad me præterita nocte, & dixit mihi, Audi me, & instrnã te: & in- 33 tende mihi, & adiiciam corã te. Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israël: an plus dilexisti eũ, quàm qui eũ 34 fecit? Et dixi ad eũ, Nõ Dñe, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnẽ horã, quærentẽ apprehendere semitã Altissimi, & inuestigare par- 35 tem iudicij eius. Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare Dñe? Ad quid nascebar, aut quare nõ fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrũ, vt nõ viderẽ laborẽ 36 Iacob, & defatigationẽ generis Israël? Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerãt, & collige mihi dispersas guttas, 37 & reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus; demõstra mihi vocis imaginẽ: & tũc ostẽdã tibi laborẽ quẽ 38 rogas videre. Et dixi, Dominator Dñe, qs enim est qui potest hæc scire, nisi qui 39 cũ hominib. habitationẽ nõ habet? Ego autẽ insipiens: & quomodo potero dicere 40 de his quibus me interrogasti? Et dixit ad me, Quomodò nõ potes facere vnũ de his quę dicta sunt: sic nõ poteris inuenire iudiciũ meũ, aut in fine charitatẽ, quam 41 populo promisi. Et dixi, Sed ecce Dñe, tu propè es his qui in finem sunt: & quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut 42 hi qui post nos? Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudiciũ meũ. Sicut nõ nouissimoriũ tarditas, sic nec priorũ velocitas. 43 Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnũ, vt celerius iudiciũ tuũ 44 ostendas? Et respondit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculũ eos qui in eo 45 creãdi sunt, in vnũ. Et dixi, Quomodo dixisti seruo tuo, quoniã viuificans viuificasti à te creatã creaturã in vnũ, & sustinebat creatura: poterit & nunc portare 46 præsentes in vnum. Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eam, Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam; vt det decẽ in vnũ. Et dixi, 47 Non vtique poterit: sed secundũ tempus.

Et di-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et dixit ad me, Et ego dedi matricem 48
terræ his qui seminati sunt super eã per
tẽpus. Quemadmodũ enim infans non 49
parit ea quæ senũ sunt: sic ego disposui à
me creatũ seculũ. Et interrogaui, & di- 50
xi, Cùm iã dederis mihi viã, loquar corã
te: nã mater nostra, de qua dixisti mihi,
adhuc iuuenis est: iã senectuti appropin-
quat. Et respõdit ad me, & dixit, Inter- 51
roga eam quæ parit, & dicet tibi. Dices 52
enim ei, Quare quos peperisti, nunc non
sunt similes his qui ante te, sed minores
statura? Et dicet tibi & ipsa, Alij sunt 53
qui in iuuẽtute virtutis nati sunt: & alij
qui sub tẽpore senectutis, deficiente ma-
trice sunt nati. Cõsidera ergo & tu, quo- 54
niã minori statura estis præ his qui ante
vos: & qui post vos, minori quàm vos, 55
quasi iã senescentes creaturæ, & fortitu-
dinẽ iuuẽtutis prætereuntes. Et dixi, Ro-
go Dñe, si inueni gratiã ante oculos tuos,
demõstra seruo tuo, per quẽ visites crea-
turam tuam. CAP. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & 1
antequã starẽt exitus seculi, & ante-
quã spirarẽt cõuentiones ventorum, & 2
antequã sonarẽt voces tonitruũ, & ante-
quã splenderẽt nitores coruscationum, &
antequã cõfirmarentur fundamenta pa-
radisi, & antequã viderẽtur decori flo- 3
res, & antequã confirmarẽtur motæ vir-
tutes, & antequã colligerentur innume-
rabiles militiæ angelorũ, & antequam 4
extollerẽtur altitudines aëris, & antequã
nominarentur mẽsuræ firmamentorum,
& antequã æstuarent camini in Sion, & 5
antequã inuestigarentur præsentes anni,
& antequã abalienarentur eorũ qui nunc
peccãt adinuentiones, & cõsignati essent
qui fidẽ thesaurizauerũt: tũc cogitaui, 6
& facta sunt per me solũ, & nõ per aliũ:
& finis per me, & nõ per alium. Et re- 7
spondi, & dixi, Quæ erit separatio tẽpo-
rũ? aut quando prioris finis, & sequentis
initiũ? Et dixit ad me, Ab Abrahã vsq. 8
ad Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob &
Esau, manus Iacob tenebat ab initio cal-
caneũ Esau: finis enim huius seculi E- 9
sau, & principiũ sequentis Iacob. Ho- 10
minis manus inter calcaneũ & manum.
Aliud noli quærere Esdra. Et respondi, 11
& dixi, O dominator Dñe, si inueni gra-
tiã ante oculos tuos, oro vt demonstres 12
seruo tuo finẽ signorũ tuorũ, quorũ par-
tẽ mihi demonstrasti nocte præcedenti.
Et respõdit, & dixit ad me, Surge super 13
pedes tuos, & audi vocẽ pleniſsimã soni-
tus. Et erit sicut commotio, nec com- 14
mouebitur locus, in quo stes super eum.
Ideò cùm loquitur, tu non expaueas, 15
quoniã de fine verbũ & fundamentũ ter-
ræ intelligitur, quoniam de ipsis sermo 16
tremiscit & cõmouetur. scit enim quoniã
finẽ eorũ oportet cõmutari. Et factum 17
est, cùm audissem, surrexi super pedes
meos, & audiui: & ecce vox loquens, &
sonus eius sicut sonus aquarũ multarũ:
18 & dixit, Ecce dies veniũt, & erit quã-
do appropinquare incipiã, vt visitẽ habi-
19 tãtes in terra: & quãdo inquirere inci-
piã ab eis qui iniustè nocuerũt iniustitia
sua, & quando suppleta fuerit humilitas
20 Siõ. & cũ superſignabitur seculũ quod
iucipiet pertrãsire, hæc signa faciã, Libri
aperiẽtur ante faciẽ firmamẽti, & omnes
21 videbũt simul, & anniculi infantes lo-
quẽtur vocibus suis, & prægnantes im-
maturos pariẽt infantes triũ & quatuor
22 mensiũ, & viuent, & suscitabuntur. Et
subitò apparebũt seminata loca nõ semi-
nata, & plena promptuaria subitò inue-
23 nientur vacua: & tuba canet cum sono,
quam cùm oẽs audierint, subitò expaue-
24 scẽt. Et erit in illo tẽpore, debellabunt
amici amicos vt inimici, & expauescet
terra cũ his: & venæ fontiũ stabũt, & nõ
25 decurrent in horis tribus. & erit, omnis
qui derelictus fuerit ex omnib⁹ istis qui-
bus prædixi tibi, ipse saluabitur, & vide-
26 bit salutare meũ, & finẽ seculi vestri. Et
videbunt qui recepti sunt homines, qui
morte nõ gustauerũt à natiuitate sua, &
mutabitur cor inhabitantiũ, & cõuerte-
27 tur in sensum aliũ. Delebitur enim ma-
28 lũ, & extinguetur dolus. Florebit autẽ
fides, & vincetur corruptela, & ostende-
tur veritas quæ sine fructu fuit diebus
29 tantis. Et factum est, cùm loqueretur
mihi, & ecce paulatim intuebar super eũ
30 ante quẽ stabã, & dixit ad me hæc, Veni
31 tibi ostẽdere tẽpus vẽturæ noctis. Si er-
go iterũ rogaueris, & iterum ieiunaueris
septẽ diebus, iterũ tibi renuntiabo horũ
32 maiora per diẽ quam audiui. Audita est
enim vox tua apud Altissimum. Vidit e-
nim fortis directionẽ tuã, & prouidit pu-
33 dicitiã, quã à iuuentute tua habuisti: &
ppter hoc misit me demõstrare tibi hæc
omnia, & dicere tibi, Confide, & noli ti-
34 mere, & noli festinare cũ prioribus tẽ-
poribus cogitare vana, vt nõ properes à
35 nouissimis tẽporibus. Et factũ est post-
hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunaui
septẽ diebus, vt suppleã tres hebdoma-
36 das, quæ dictæ sunt mihi. Et factum est
in octaua nocte, & cor meum turbabãtur
iteratò in me, & cœpi loqui corã Altissi-
37 mo. Inflammabatur enim spiritus meus
38 valde, & anima mea anxiabatur, & di-
xi, O Dñe, loquens locutus es ab initio
creaturæ in primo die, dicẽs, Fiat cælum
& terra: & tuũ verbũ opus perfectum.
39 Et erat tunc spiritus, & tenebræ circũ-
ferebãtur, & silentiũ, sonus vocis homi-
40 nis nondũ erat abs te. Tunc dixisti de
thesauris tuis proferri lumẽ luminosum,
41 quo appareret opus tuũ. Et die secundo
creasti spiritũ firmamẽti, & imperasti ei
vt diuideret & diuisionem faceret inter
aquas, vt pars quædã sursum recederet,
42 pars verò deorsum maneret. Et tertia
die imperasti aquis cõgregari in septima

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parte terrę: sex verò partes siccasti & cõseruasti, vt ex his sint corã te ministrãtia seminata à Deo, & culta. Verbum enim tuũ ꝓcessit, & opus statim fiebat. Proces- 44
sit enim subitò fructus multitudinis immensus, & cõcupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis: & die tertia hæc facta sunt. Quarta autem die 45
imperasti fieri solis splendorẽ, lunæ lumen, stellarũ dispositionẽ: & imperasti 46
eis, vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto autẽ die dixisti septimæ 47
parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. aqua muta, & sine anima quę 48
Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc cõseruasti duas animas: 49
nomẽ vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathã, & separasti ea 50
ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea.

Et dedisti Henoch vnã partẽ, quæ sic- 51
cata est tertio die, vt habitet in ea, vbi sunt mõtes mille. Leuiathá autẽ dedisti 52
septimã partẽ humidã, & seruasti eam, vt fiat in deuorationẽ quibus vis, & quando vis. Sexto autẽ die imperasti terræ, vt 53
crearet corã te iumẽta, & bestias, & reptilia: & super his Adã, quẽ constituisti 54
ducẽ super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos oẽs, quemq. elegisti populum. Hæc autẽ omnia dixi corã te 55
Dñe, quia propter nos creasti seculum.

Residuas aũt gẽtes ab Adã natas dixisti 56
eas nil esse, & quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidiũ de vase similasti abundantiã eorũ. Et nũc Dñe, ecce, istæ 57
gentes quæ in nihilũ deputatæ sunt, cœperũt dominari nostri, & deuorare: nos 58
autẽ populus tuus, quẽ vocasti primogenitum vnigenitũ æmulatorẽ tuũ, traditi sumus in manibus eorũ: & si ꝓpter nos 59
creatũ est seculũ, quare non hæreditatem possidemus cum seculo? Vsquequò hæc?

CAP. VII.

ET factũ est, cùm finissem loqui verba 1
hæc, missus est ad me angelus qui missus fuerat ad me primis noctib⁹, & 2
dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te. Et dixi, Lo- 3
quere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positũ est in spatioso loco, vt esset altũ & immensum: erit autẽ ei introitus in an- 4
gusto loco positus, vt esset similis fluminibus. Quis enim volẽs voluerit ingredi mare, & videre eũ, vel dominari eius: 5
si nõ trãsierit angustũ, in latitudinẽ quomodò venire poterit? Itẽ aliud, Ciuitas 6
est ædificata, & positã in loco cãpestri: est autẽ plena omniũ bonorũ. introitus ei⁹ 7
angustus & in præcipiti positus, vt esset à dextris quidẽ ignis, à sinistris aqua alta:
semita autẽ est vna sola inter eos posi- 8
ta, hoc est, inter ignẽ & aquã, vt non capiat semita, nisi solummodò vestigiũ ho- 9
minis. Si autẽ dabitur ciuitas homini in hæreditatẽ, si nunquã ante positũ pericũlũ ptrãsierit, quomodò accipiet hæ- 10
reditatẽ suã? Et dixi, Sic Dñe. & dixit 11
ad me, Sic est & Israël pars. Propter eos enim feci seculũ: & quãdo trãsgressus est Adã cõstitutiones meas, iudicatũ est quod factum est. Et facti sunt introitus huius 12
seculi angusti, & dolentes, & laboriosi, pauci autẽ & mali, & periculorũ pleni, & 13
labore magnopere fulti: nã maioris seculi introitus spatiosi & securi, & faciẽ- 14
tes immortalitatis fructũ. Si ergo ingredientes nõ fuerunt ingressi qui viuunt, angusta & vana hæc: nõ poterunt recipe- 15
re quæ sunt reposita. Nunc ergo quare tu cõturbaris, cũ sis corruptibilis? & quid 16
moueris tu, cùm sis mortalis? Et quare nõ accepisti in corde tuo quod est futu- 17
rũ, sed quod in præsenti? Respõdi & dixi, Dominator Dñe, ecce dispositisti lege tua, quoniã iusti hæreditabũt hæc; impij 18
autẽ peribunt. Iusti autẽ ferẽt angusta, sperãtes spatiosa. qui enim impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa nõ 19
videbũt. Et dixit ad me, Non est iudex super Deũ, neq. intelligẽs super Altissimũ. Pereũt enim multi præsentes, quia 20
negligitur quæ antè posita est Dei lex.

Mandãs enim mãdauit Deus venienti- 21
bus, quãdo venerũt, quid facientes viuerẽt, & quid obseruãtes nõ punirẽtur. Hi 22
autẽ nõ sunt persuasi, & cõtradixerũt ei, & constituerunt sibi cogitamẽ vanitatis,
& proposuerũt sibi circumuẽtiones de- 23
lictorũ, & supdixerũt Altissimo nõ esse, & vias eius nõ cognouerũt, & legẽ eius 24
spreuerũt, & spõsiones ei⁹ abnegauerũt, & in legitimis eius fidẽ nõ habuerũt, & opera eius nõ perfecerunt. propter hoc 25
Esdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tẽpus veniet, & erit quãdo veniẽt signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & appareẽs ostẽdetur quę nunc subducitur terra: & omnis qui liberatus est 26 27
de prædictis malis, ipse videbit mirabilia 28
mea. Reuelabitur enim filius meus Iesus cum his qui cũ eo sunt, & iucundabũtur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & omnes qui 29
spiramentũ habẽt homines: & cõuertetur seculũ in antiquũ silentium diebus septem, sicut in prioribus iudiciis, ita vt 30
nemo derelinquatur. Et erit post dies septẽ, & excitabitur quod nondũ vigilat 31
seculũ, & morietur corruptum: & terra reddet quæ in ea dormiũt, & puluis qui 32
in eo silẽtio habitãt, & promptuaria reddent quæ eis commendatæ sunt animæ.

Et reuelabitur Altissimus super sedem 33
iudicij, & pertransibũt miseriæ, & lõganimitas cõgregabitur. Iudiciũ autẽ so- 34
lum remanebit, veritas stabit & fides cõualescet, & opus subsequetur, & merces 35

ostendetur,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ostendetur, & iustitiæ vigilabũt, & iniu-
stitiæ nõ dominabuntur. Et dixi, Pri- 36
mus Abrahã propter Sodomitas orauit,
& Moyses pro patrib⁹ qui in deserto pec- 37
cauerũt, & qui post eũ pro Israëlin die-
bus Achaz, & Samuelis, & Dauid pro 38
cõfractione, & Salomõ pro eis qui vene-
rũt in sanctificationẽ, & Elias pro his 39
qui pluuiã acceperunt, & pro mortuo vt
viueret, & Ezechias pro populo in die- 40
bus Sennacherib, & multi pro multis. Si 41
ergo modò quando corruptibile increuit,
& iniustitia multiplicata est, & orauerũt
iusti pro impiis: quare & nũc sic nõ erit?
Et respõdit ad me, & dixit, Præsens se- 42
culũ nõ est finis, gloria in eo frequẽs ma-
net: propter hoc orauerũt pro inualidis.
Dies enim iudicij erit finis tẽporis hu- 43
ius, & initiũ tẽporis futuræ immortali-
tatis, in quo transiuit corruptela: soluta 44
est intemperãtia, abscissa est incredulitas:
creuit autẽ iustitia, orta est veritas. tunc 45
enim nemo poterit saluare eũ qui periit,
neq. demergere qui vicit. Et respondi,
& dixi, Hic est sermo meus primus & 46
nouissimus, quoniã melius erat non dare
terrã Adã; vel cùm iã dedisset, coërcere
eũ vt nõ peccaret. Quid enim prodest 47
hominibus in prẽsenti viuere in tristitia,
& mortuos sperare punitionem? O tu 48
quid fecisti Adã? Si enim tu peccasti, non
est factus solius tuus casus, sed & noster
qui ex te aduenimus. Quid enim pro- 49
dest nobis si promissum est nobis im-
mortale tẽpus: nos autẽ mortalia opera
egimus? Et quoniã prædicta est nobis 50
perennis spes: nos verò pessimi vani fa-
cti sumus. Et quoniã reposita sunt no- 51
bis habitacula sanitatis & securitatis:
nos verò malè cõuersati sum⁹. Et quo- 52
niã reposita est gloria Altissimi protegere
eos qui tardè cõuersati sunt: nos autem
pessimis viis ambulauimus. Et quoniã 53
ostendetur paradisus, cuius fructus incor-
ruptus perseuerat, in quo est securitas &
medela: nos verò non ingrediemur. in 54
ingratis enim locis cõuersati sumus. Et 55
quoniã super stellas fulgebũt facies eorũ
qui abstinentiã habuerũt: nostræ autem
facies sup tenebras nigræ. nõ enim co- 56
gitauimus viuẽtes quãdo iniquitatẽ fa-
ciebamus, quòd incipiemus post mortẽ
pati. Et respondit, & dixit, Hoc est co- 57
gitamentũ certaminis quod certabit qui
super terrã natus est homo, vt si victus 58
fuerit, patiatur quod dixisti: si autẽ vice-
rit, recipiet quod dico: quoniam hęc est 59
vita quã Moyses dixit cùm viueret, ad
populũ, dicẽs, Elige tibi vitam vt viuas.
Nõ crediderũt autẽ ei, sed nec post eũ 60
prophetis: sed nec mihi qui locutus sum
ad eos: quoniã nõ esset tristitia in per- 61
ditionẽ eorũ, sicut futurũ est gaudiũ su-
per eos, quibus persuasa est salus. Et re- 62
spondi, & dixi, Scio Dñe, quoniã vocatus
est Altissimus misericors in eo, quòd mi-
sereatur his qui nondũ in seculo aduene-
63 runt, & quòd miseretur illis qui con-
64 uersionẽ faciunt in lege eius: & longa-
nimis est, quoniã longanimitatẽ præstat
his qui peccauerunt quasi suis operibus;
65 & munificus est, quoniã quidẽ donare
66 vult pro exigentiis: & multæ misericor-
diæ, quoniã multiplicat magis misericor-
dias his qui præsentes sunt, & qui præ-
67 terierũt, & qui futuri sunt. Si enim nõ
multiplicauerit misericordias suas, non
viuificabitur seculũ cum his qui inhære-
68 ditabunt in eo. Et donat: quoniam si nõ
donauerit de bonitate sua, vt alleuen tur
hi qui iniquitatẽ fecerunt, de suis iniqui-
tatibus nõ poterit decies millesima pars
69 viuificari hominũ. & iudex si nõ ignо-
uerit his qui curati sunt verbo eius, &
70 deleuerit multitudinẽ contentionũ: nõ
fortasis derelinquerentur in innumera-
bili multitudine, nisi pauci valde.

CAP. VIII.

1 ET respondit ad me, & dixit, Hoc se-
culũ fecit Altissimus propter multos,
2 futurũ autẽ propter paucos. Dicã autẽ
corã te similitudinem Esdra. Quomodò
autẽ interrogabis terrã, & dicet tibi, quo-
niã dabit terrã multã magis vnde fiat fi-
ctile, paruũ autẽ puluerẽ vnde aurũ fit:
3 sic & actus præsentis seculi. Multi qui-
dẽ creati sunt, pauci autem saluabuntur.
4 Et respõdi, & dixi, Absorbe ergo anima
5 sensum, & deuora quod sapit. cõueniſti
enim obaudire, & prophetare volẽs. Nec
enim tibi datũ est spatiũ, nisi solummo-
6 dò viuere. O Dñe, si nõ permittes seruo
tuo, vt oremus corã te, & des nobis semẽ
cordi, & sensui culturã, vnde fructus fiat,
vnde viuere possit omnis corruptus, qui
7 portabit locũ hominis? Solus enim es,
& vna plasmatio nos sumus manuũ tua-
8 rũ, sicut locutus es: & quomodò nũc in
matrice plasmatum est corpus, & præstas
membra: cõseruatur in igne & aqua tua
creatio: & nouem mensibus patitur tua
plasmatio tuã creaturã quæ in ea creata
9 est: ipsum aũt quod seruat, & quod ser-
uatur, vtraque seruabuntur: seruataque
quandoq. iterũ reddit matrix, quæ in ea
10 creuerũt. Imperasti enim ex ipsis mẽ-
bris, hoc est mamillis præbere lac fructui
11 mamillarũ, vt nutriatur id quod plas-
matũ est vsq. in tẽpus aliquod, & postea
12 disponas eũ tuæ misericordiæ. Enutri-
sti eũ tua iustitia, & erudisti eum in lege
13 tua, & corripuisti eum tuo intellectu: &
mortificabis eũ, vt tuã creaturã: & viui-
14 ficabis eũ, vt opus tuũ. Si ergo perdi-
deris eũ qui tantis laboribus plasmatus
est: tuo iussu facile est ordinari, vt & id
15 quod fiebat seruaretur. Et nũc Dñe di-
cã, de omni homine tu magis scis: dè po-
16 pulo autẽ tuo, ob quẽ doleo: & de hæ-
reditate tua, propter quã lugeo: & prop-
ter Israël, propter quẽ tristis sum: & de
17 Iacob, propter quẽ doleo: ideo incipiã

Gen. 18, 23
Exo. 32, 11
2 Re. 24, 17
2 Par. 6, 14
3 Re. 17, 21
& 18, 25.
4 Re. 19, 15

Rom. 5, 2.

Deu. 30, 19

ꝛvoles 3 MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

orare corã te pro me, & pro eis: quoniam
video lapsus nostros qui inhabitam⁹ ter-
rã. Sed audiui celeritatẽ iudicis qui fu- 18
turus est. Ideò audi vocẽ meã, & intel- 19
lige sermonẽ meũ, & loquar corã te. Ini-
tium verborũ Esdræ priusquàm assume-
retur: & dixi Dñe, qui inhabitas seculũ, 20
cuius oculi eleuati in superna & aëre: & 21
cuius thronus inæstimabilis, & gloria in-
comprehensibilis: cui astat exercitus an-
gelorũ cum tremore, quorũ seruatio in 22
vento & igni cõuertitur: cuius verbum
verũ, & dicta perseuerantia: cuius iussio 23
fortis, & dispositio terribilis: cuius aspe-
ctus arefacit abyssos, & indignatio tabe-
scere facit montes, & veritas testificatur:
exaudi orationẽ serui tui, & auribus 24
percipe precationẽ figmenti tui. Dum 25
enim vivo, loquar: & dũ sapio, respõde-
bo. nec respicias populi tui delicta, sed 26
qui tibi in veritate seruiunt. Nec inten- 27
das impia gentiũ studia, sed qui tua testi-
monia cũ doloribus custodierunt. Nec 28
cogites qui in cõspectu tuo falsè cõuer-
sati sunt, sed memorare qui ex voluntate
tua timorẽ cognouerunt. Neq. volueris 29
perdere, qui pecudũ mores habuerũt: sed
respicias eos qui legẽ tuã splendidè do-
cuerunt. Nec indigneris eis qui bestiis 30
peiores iudicati sunt: sed diligas eos qui
semper in tua iustitia cõfidunt, & gloria.
Quoniam nos & patres nostri talibus 31
morbis languemus: tu autẽ propter nos
peccatores misericors vocaberis. Si e- 32
nim desideraueris vt nostri miserearis,
tunc misericors vocaberis, nobis aũt nõ
habentibus opera iustitiæ. Iusti enim, 33
quib⁹ sunt opera multa reposita, ex pro-
priis operibus recipiẽt mercedẽ. Quid 34
est enim homo, vt ei indigneris: aut ge-
nus corruptibile, vt ita amarus sis de ip-
3 Reg. 8,46 so? In veritate enim nemo de genitis est
2 Par. 6, 36 qui nõ impiè gesserit, & de confitentibus 35
qui nõ deliquit. In hoc enim annuntia-
bitur iustitia tua, & bonitas tua Dñe, 36
cùm miserti⁹ fueris eis qui nõ habẽt sub-
stantiã bonorũ operum. Et respondit ad 37
me, & dixit, Rectè locutus es aliqua: &
iuxta sermones tuos sic & fiet. quoniã 38
nõ verè cogitabo super plasma eorũ qui
Gene. 4, 4. peccauerũt ante mortẽ, ante iudiciũ, ante
perditionẽ: sed iucundabor super iusto- 39
rum figmentũ, & memorabor peregri-
nationis quoque, & saluationis, & mer-
Mat. 13, 4. cedis receptionis. Quo modo ergo lo- 40
& 20, 16. cutus sum, sic & est. Sicut enim agrico- 41
la serit super terrã semina multa, & plã-
tationes multitudinis plantat, sed nõ in
tẽpore omnia quæ seminata sunt, saluã-
tur, sed nec omnia quæ plãtata sunt, ra-
dicabunt: sic & qui in seculo seminati
sunt, nõ oẽs saluabũtur. Et respondi, & 42
dixi, Si inueni gratiã, loquar. Quo mo- 43
do semẽ agricolæ si nõ ascẽderit, aut nõ
acceperit pluuiã tuã in tẽpore, aut si cor-
ruptũ fuerit multitudine pluuiæ, sic per- 44

it: & similiter homo qui manibus tuis
plasmatus est, & tu ei imago nominatus:
quoniã similatus es ei, propter quẽ om-
nia plasmasti, & similasti semini agrico-
45 læ. Non irascaris super nos, sed parce
populo tuo, & miserere hæreditati tuæ.
46 Tu autẽ creaturæ tuæ misereris. Et re-
spõdit ad me, & dixit, Quæ sunt præsen-
tia præsentibus, & quæ futura futuris.
47 Multũ enim tibi restat, vt possis dili-
gere meã creaturã super me: tibi autem
frequẽter & ipsi proximaui, iniustis autẽ
48 nunquã. Sed & in hoc mirabilis es corã
49 Altissimo, quoniam humiliasti te sicut
decet te: & nõ iudicasti te, vt inter iustos
50 plurimũ glorificeris. Propter quod mi-
seriæ multæ, & miserabiles efficiẽtur eis
qui habitãt seculũ in nouissimis: quia in
51 multa superbia ambulauerũt. Tu autẽ
pro te intellige, & de similibus tuis in-
52 quire gloriã. Vobis enim apertus est pa-
radisus, plãtata est arbor vitæ, præparatũ
est futurũ tẽpus, præparata est abũdãtia,
ædificata est ciuitas, probata est requies,
perfecta est bonitas & perfecta sapientia.
53 Radix mali signata est à vobis: infir-
mitas, & tinea à vobis absconsa est: & in
infernum fugit corruptio in obliuione.
54 Trãsierũt dolores, & ostẽsus est in fine
55 thesaur⁹ immortalitatis. Noli ergo adii-
cere inquirẽdo de multitudine eorũ qui
56 pereũt. Nã & ipsi accipiẽtes libertatẽ,
spreuerũt Altissimũ, & legẽ eius contẽ- Psal. 13,1.
57 pserũt, & vias eius dereliquerũt. Adhuc & 52,2.
58 autẽ iustos eius cõculcauerũt, & dixe-
rũt in corde suo nõ esse Deum: & quidẽ
59 sciẽtes quoniã moriũtur. Sicut enim vos
suscipiẽt quæ prædicta sunt: sic eos sitis
& cruciatus, quę pręparata sunt. nõ enim
60 voluit hominẽ dispердi. Sed & ipsi qui
creati sunt, coinquinauerũt nomẽ ei⁹ qui
fecit eos: & ingrati fuerũt ei qui præpa-
61 rauit eis vitã. Quapropter iudiciũ meũ
62 modò appropinquat. Quæ nõ omnibus
demõstraui, nisi tibi, & tibi similib⁹ pau-
63 cis. Et respõdi, & dixi, Ecce nunc Dñe
demõstrasti mihi multitudinẽ signorum,
quę incipies facere in nouissimis: sed nõ
demõstrasti mihi quo tẽpore. CAP. IX.

1 ET respondit ad me, & dixit, Metiens
metire tẽpus in semetipso: & erit cũ
videris, quãdo trãsierit pars quædã signo-
2 rũ quę prędicta sunt, tũc intelliges quo-
niã ipsum est tẽpus, in quo incipiet Al-
tissimus visitare seculũ quod ab eo factũ
3 est. Et quãdo videbitur in seculo motio
4 locorũ, & populorũ turbatio, tũc intel-
liges quoniã de his erat Altissimus locu-
tus à diebus qui fuerũt ante te ab initio.
5 Sicut enim omne quod factũ est in se-
culo initium habet, pariter & cõsumma-
tionem, & consummatio est manifesta:
6 sic & Altissimi tempora initia habent
manifesta in prodigiis & virtutib⁹, & cõ-
7 summationes in actu & in signis. Et e-
rit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui

poterit

Ministério de Educación, Cultura y Deporte

poterit effugere per opera sua & per fidē, 8
in qua credidistis, relinquetur de præ-
dictis periculis, & videbit salutare meum
in terra mea, & in finibus meis, quoniam
sanctificaui me à seculo. Et tūc misere- 9
buntur qui nūc abusi sunt vias meas: &
in tormētis cōmorabūtur hi qui eas pro-
iecerūt in cōtemptu. Qui enim nō co- 10
gnouerūt me, viuētes beneficia cōsecuti:
& qui fastidierūt legē meā, cùm adhuc 11
erāt habētes libertatē, & cū adhuc esset 12
eis apertus pœnitentiæ locus, nō intelle-
xerunt, sed spreuernnt: hos oportet post
mortem in cruciamēto cognoscere. Tu 13
ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo
impij cruciabūtur: sed inquire quomodo
iusti saluabūtur, & quorū seculū, & pro-
pter quos seculū, & quādo. Et respōdi, 14
& dixi, Olim locut⁹ sum, & nūc dico, & 15
postea dicā: quoniā plures sunt qui per-
eunt quàm qui saluabūtur: sicut multi- 16
Mat. 10, 6. plicatur fluctus super guttā. Et respondit
ad me, & dixit, Qualis ager, talia & se- 17
mina: & quales flores, tales & tincturæ: &
qualis operator, talis & creatio: & qualis
agricola, talis cultura: quoniā tēpus erat
seculi. Et nūc cùm essem parans eis his 18
qui nūc sūt, antequā fieret seculū, in quo
habitarēt: & nemo mihi cōtradixit. tūc 19
enim quisq., & nunc creatur creator⁹ in mundo
MS. hoc parato, & messe indeficienti, & lege
inuestigabili corrupti sunt mores eorum.
Et cōsideraui seculum, & ecce erat pe- 20
riculum propter cogitationes quæ in eo
aduenerunt. Et vidi, & peperci ei val- 21
de: & seruaui mihi acinū de botro, & plā-
tationem de tribu multa. Pereat ergo 22
multitudo quæ sine causa nata est, & ser-
uetur acinus meus, & plātatio mea: quia
cū multo labore perfeci. Tu autē si ad- 23
huc intromittas septē dies alios, sed non
ieiunabis in eis: ibis in cāpum florū, vbi 24
domus nō est ædificata: & māducabis so-
lūmodò de florib. cāpi, & carnē nō gusta-
bis, & vinū nō bibes, sed solūmodò flo-
res. deprecare altissimū sine intermis- 25
sione, & veniā, & loquar tecū. Et pro- 26
fect⁹ sum, sicut dixit mihi, in cāpum qui
vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et
de herbis agri māducaui, & facta est esca
earū mihi in saturitatē. Et factū est post 27
dies septē, & ego discumbebā supra fœ-
Exo. 19, 9. & 24, 3. nū, & cor meū iterū turbabatur sicut an-
Deu. 4, 12. tè. Et apertū est os meū, & inchoaui di- 28
cere corā Altissimo, & dixi, O Dūe, te 29
nobis ostēdens ostēsus es patrib. nostris
in deserto, quod non calcatur; & infru-
ctuoso, quādo erāt exeūtes de Aegypto:
& dicēs dixisti, Tu Israël audi me, & se- 30
mē Iacob intēde sermonib. meis. Ecce 31
enim ego semino in vobis legē meam, &
faciet in vobis fructū, & glorificabimini
in eo per seculū. Nā patres nostri acci- 32
pientes legē, nō seruauerunt, & legitima
mea nō custodierūt, & factus est fructus
legis nō parēs: nec enim poterat, quoniā
33 tu⁹ erat. Nā qui acceperūt, perierūt, nō Exo. 32, 28
custodiētes quod in eis seminatū fuerat.
34 Et ecce, cōsuetudo est, vt cū acceperit
terra semē, vel nauē mare, vel vas aliqđ
escā vel potum: cū fuerit exterminatū id
in quo seminatū est, vel in quod missum
35 est; simul id quod seminatū, vel missū
est, vel quæ susceptra sunt, exterminātur,
& susceptra iā nō manēt apud nos: sed no-
36 bis sic nō factū est. Nos quidē qui legē
accepimus peceātes periuimus, & cor no-
37 strū quod suscepit eā: nā lex nō periit, Isa. 48, 1.
38 sed permānsit in suo lābore. Et cùm lo- Infr. 10, 40.
querer hæc in corde meo, respexi oculis
meis, & vidi mulierē in dextera parte. &
ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce
magna, & animo dolebat valde, & vesti-
mēta ei⁹ discissa, & cinis sup caput eius.
39 Et dimisi cogitatus, in quibus erā cogi-
40 tās, & cōuersus sum ad eā, & dixi ei, Vt
quid fles? & quid doles animo? Et dixit
41 ad me, Dimitte me Dñe meus, vt defleā
me, & adiiciā dolorē: quoniā valde amaro
sum animo, & humiliata sum valde.
42 Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi. Et
43 dixit ad me, Sterilis fui ego famula tua,
& nō peperi, habēs maritū annis trigin-
44 ta. Ego enim per singulas horas, & per
singulos dies, & annos hos triginta depre-
45 cor Altissimū nocte ac die. Et factū est,
post triginta annos exaudiuit me Deus
ancillā tuā, & vidit humilitatē meam, &
attēdit tribulationi meę, & dedit mihi fi-
liū: & iucūdata sum sup eū valde ego, &
vir meus, & oēs ciues mei, & honorifica-
46 bamus valde Fortē. Et nutriui eum cū
47 labore multo. Et factū est, cùm creuis-
set, & veniret accipere vxorem, feci diē
epuli.

CAP. X.

1 ET factū est, cùm introisset filius meus
in thalamo suo, cecidit, & mortuus
2 est: & euertimus omnes lumina, & sur-
rexerunt oēs ciues mei ad consolandum
me, & quieui vsq. in alium diē vsq. no-
3 cte. Et factum est, cùm oēs quieuissent
vt me cōsolarētur vt quiescerē: & sur-
rexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in
4 hoc cāpo: & cogito iā nō reuerti in ci-
uitatē, sed hīc cōsistere: & neq. māduca-
re, neq. bibere, sed sine intermissione lu-
5 gere, & ieiunare vsq. dū moriar. Et de-
reliqui sermones in quib. erā, & respōdi
6 cū iracundia ad eā, & dixi, Stulta super
oēs mulieres, nō vides luctū nostrum, &
7 quæ nobis cōtingunt? Quoniā Sió ma-
ter nostra omni tristitia cōtristatur, & hu-
militate humiliata est, & luget validissi-
8 mè. Et nūc quoniā oēs lugemus, & tri-
stes sumus; quoniā oēs cōtristati sumus,
9 tu autē cōtristaris in vno filio? Interro-
ga enim terrā, & dicet tibi: quoniam hæc
est, quæ debeat lugere casum tantorū su-
10 per eā germinantiū. Et ex ipsa ab ini-
tio omnes nati, & alij venient: & ecce,
penè omnes in perditionē ambulant, & exterminium fit multitudo eorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quis ergo debet lugere magis, nisi 11
hæc quæ tã magnã multitudinẽ perdidit,
quàm tu, quę pro vno doles? Si autẽ dicis
mihi, Quoniã nõ est planctus meus si- 12
milis terræ; quoniã fructum ventris mei
perdidi, quẽ cum mœroribus peperi, &
cũ doloribus genui: terra autẽ secundũ 13
viã terræ, abiitq. in ea multitudo prẽsens,
quo modo euẽnit: & ego tibi dico, sicut 14
tu cũ labore peperisti, sic & terra dat fru-
ctũ suum homini ab initio ei qui fecit eã.
Nunc ergo retine apud temetipsam do- 15
lorẽ tuum, & fortiter fer qui tibi cõtige-
runt casus. Si enim iustificaueris termi- 16
num Dei, & cõsilium suũ recipies in tẽ-
pore, & in talibus collaudaberis. Ingre- 17
dere ergo in ciuitatẽ ad virũ tuũ. Et di-
xit ad me, Nõ faciã, neq. ingrediar ci- 18
uitatẽ, sed hîc moriar. Et apposui ad- 19
huc loqui ad eã, & dixi, Noli facere hũc 20
sermonẽ, sed cõsenti persuadẽti. Quot e-
nim casus Siõ? Cõsolare propter dolorẽ
Ierusalẽ. Vides enim quoniã sanctifica- 21
tio nostra deserta effecta est, & altare no-
strum demolitum est, & tẽplum nostrum
destructũ est, & psalterium nostrũ hu- 22
miliatũ est, & hymnus cõticuit, & exul-
tatio nostra dissoluta est, & lumen cãde-
labri nostri extinctũ est, & arca testamẽ-
ti nostri direpta est, & sancta nostra cõta-
minata sunt, & nomen quod inuocatum
est super nos, penè prophanatum est: &
liberi nostri cõtumeliã passi sunt, & sa-
cerdotes nostri succẽsi sunt, & Leuitæ no-
stri in captiuitatẽ abierũt, & virgines no-
stręcoinquinatę sunt, & mulieres nostrę
vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt,
& paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes
nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi
facti sunt: & quod omniũ mai⁹, signacu- 23
lũ Siõ, quoniã resignata est de gloria sua.
nã & tradita est in manibus eorũ qui nos
oderunt. Tu ergo excute tuã tristitiam 24
multã, & depone abs te multitudinẽ do-
lorum, vt tibi repropitietur Fortis, & re-
quiẽ faciet tibi Altissimus requietionẽ
laborum. Et factum est, cũ loquebar ad 25
eã, facies eius fulgebat subitò & species,
coruscus fiebat visus ei⁹, vt essem pauẽs
valde ad eã, & cogitarem quid esset hoc.
Et ecce, subitò emisit sonitũ vocis ma- 26
gnum timore plenũ, vt cõmoueretur ter-
ra à mulieris sono. & vidi: & ecce, am- 27
plius mulier nõ cõparebat mihi, sed ciui-
tas ædificabatur, & locus demõstrabatur
Sup.4,1. de fundamẽtis magnis: & timui, & cla-
maui voce magna, & dixi, Vbi est Vriel 28
angel⁹, qui à principio venit ad me? quo-
niã ipse me fecit venire in multitudine
in excessu mẽtis huius, & factus est finis
me⁹ in corruptionẽ, & oratio mea in im-
properiũ. Et cũ essem loquẽs ego hæc, 29
ecce venit ad me, & vidit me: & ecce e- 30
rã positus vt mortuus, & intellect⁹ meus
alienatus erat, & tenuit dexterã meam,
& cõfortauit me, & statuit me sup pedes
31 meos, & dixit mihi, Quid tibi est? &
quare cõturbatus est intellect⁹ tu⁹, & tẽ-
sus cordis tui? & quare cõturbaris? Et di-
32 xi, Quoniã dereliquisti me, & ego qui-
dẽ feci secũdũ sermones tuos, & exiui in
cãpum: & ecce vidi, & video quod non
33 possum enarrare. Et dixit ad me, Sta vt
34 vir, & ʰcõmouebo⁹ te. Et dixi, Loquere ʰcõmou-
Dñe meus tu in me, noli me derelinque- bo 2 MS.
35 re, vt nõ frustra moriar: quoniam vidi
quæ nõ sciebam, & audio quæ non scio.
36 Aut nũquid sensus meus fallitur, & a-
37 nima mea somniat? Nunc ergo depre-
cor te, vt demõstres seruo tuo de excessu
38 hoc. Et respondit ad me, & dixit, Audi
me, & doceã te, & dicã tibi de quibus ti-
mes: quoniã Altissim⁹ reuelauit tibi my-
39 steria multa. Vidit rectã viã tuã, quoniã
sine intermissione cõtristabaris pro po-
pulo tuo, & valde lugebas propter Sion.
40 Hic ergo intellectus visionis quæ tibi
41 apparuit ante paululum. Quã vidisti lu-
42 gentẽ, inchoasti cõsolari eã. Nunc autẽ
iã speciẽ mulieris nõ vides, sed apparuit
43 tibi ciuitas ædificari: & quoniã enarra-
bat tibi de casu filij sui, hæc absolutio
44 est. Hæc mulier quam vidisti, hæc est
Sion: ⁻ & quoniã dixit tibi⁹ quã & nunc ⁻MS.
45 cõspicies, vt ciuitatẽ ædificatã. Et quo-
niam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta
annis: propter quod erãt anni scilicet tri-
ginta, quando non erat in ea adhuc obla-
46 tio oblata. Et factum est post annos tri-
ginta, ædificauit Salomon ciuitatem, &
obtulit oblationes: tunc fuit quando pe-
47 perit sterilis filium. Et quod tibi dixit,
quoniã nutriuit eum cum labore, hoce-
48 rat, habitatio in Ierusalẽ. Et quoniã di-
xit tibi, quòd filius meus veniens in suo
thalamo mortuus esset, & cõtigisset ei ca-
sus, hoc erat, quæ facta est ruina Ierusalẽ.
49 Et ecce, vidisti similitudinem eius: &
quoniã filiũ lugeret, inchoasti consolari
eã: & de his quæ contigerunt, hæc erant
50 tibi aperiẽda. Et nunc videt Altissim⁹,
quoniã ex animo cõtristatus es, & quo-
niã ex toto corde pateris pro ea, ostendit
tibi claritatẽ gloriæ eius, & pulchri-
51 tudinẽ decõris eius. Propterea enim di-
xi tibi vt maneres in cãpo vbi domus nõ
52 est ædificata. Sciebã enim ego, quoniã
Altissimus incipiebat tibi ostẽdere hæc:
53 propterea dixi tibi vt venires in agrum
54 vbi non est fundamentum ædificij. Nec
enim poterat opus ædificij hominis su-
stineri in loco, vbi incipiebatur Altissi-
55 mi ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere,
neq. expauescat cor tuum: sed ingredere,
& vide splendorem & magnitudinem
ædificij, quantũ capax est tibi visus ocu-
56 lorum videre: & post hæc audies quã-
tum capit auditus aurium tuarum audi-
57 re. Tu enim beatus es præ multis, & vo-
catus es apud Altissimum sicut & pauci.
58 Nocte autem quæ in crastinum futura
59 est, manebis hîc: & ostẽdet tibi Altissi-

mus

mus eas visiones supremorum, quæ fa-
ciet Altissimus his qui habitãt sup terrã
à nouissimis diebus. Et dormiui illam 60
noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

ET vidi somniũ, & ecce ascendebat de 1
mari aquila, cui erant duodecim alæ
pennarũ, & capita tria. Et vidi, & ecce 2
expãdebat alas suas in omnẽ terrã, & oẽs
venti cæli insufflabãt in eã, & colligebã-
tur. Et vidi, & de pennis eius nasceban- 3
tur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in
pennaculis minutis & modicis. Nã ca- 4
pita eius erant quiescentia, & dimidium
caput erat maius aliorum capitum, sed
ipsa quiescebat cum eis. Et vidi, & ecce 5
aquila volauit in pennis suis, & regnauit
super terrã, & super eos qui habitant in
ea. Et vidi, quoniã subiecta erãt ei om- 6
nia sub cælo, & nemo illi contradicebat,
neq. vnus de creatura quæ est super terrã.
Et vidi, & ecce surrexit aquila super 7
vngues suos, & misit vocem pennis suis,
dicens, Nolite omnes simul vigilare, 8
dormite vnusquisq. in loco suo, & per tẽ-
pus vigilate. Capita autẽ in nouissimo 9
seruentur. Et vidi, & ecce vox nõ exi- 10
bat de capitib⁹ ei⁹, sed de medietate cor-
poris eius. Et numeraui cõtrarias pẽnas 11
eius, & ecce ipsæ erant octo. Et vidi, & 12
ecce à dextera parte surrexit vna pẽna, &
regnauit super omnẽ terrã. Et factũ est 13
cùm regnaret, venit ei finis, & nõ appa-
ruit locus eius: & sequẽs exurrexit, & re-
gnabat. Ipsa multũ tenuit tẽpus. Et fa- 14
ctũ est cùm regnaret, & veniebat finis e-
ius, vt nõ appareret sicut prior. Et ecce 15
vox emissa est illi, dicẽs, Audi tu quæ tã- 16
to tẽpore tenuisti terrã. hæc annũtio tibi
antequam incipias nõ apparere. Nemo 17
post te tenebit tẽpus tuũ, sed nec dimidiũ
eius. Et leuauit se tertia, & tenuit prin- 18
cipatũ sicut & priores: & nõ apparuit &
ipsa. Et sic cõtingebat omnib⁹ aliis sin- 19
gulatim principatũ gerere, & iterũ nus-
quã cõparere. Et vidi, & ecce in tẽpore 20
sequẽtes pẽnæ erigebãtur à dextera par-
te, vt tenerẽt & ipsæ principatũ: & ex his
erãt quæ tenebãt, sed tamẽ statim nõ cõ-
parebãt. Nã & aliquæ ex eis erigeban- 21
tur, sed nõ tenebãt principatũ. Et vidi 22
post hæc, & ecce nõ cõparuerunt duode-
cim pẽnæ, & duo pẽnacula: & nihil su- 23
pererat in corpore aquilæ, nisi duo capita
quiescẽtia & sex pennacula. Et vidi, & 24
ecce sex pennaculis diuisæ sunt duæ, &
mãserũt sub capite quod est ad dexteram
partẽ. Nã quatuor manserũt in loco suo.
Et vidi, & ecce subalares cogitabant se 25
erigere & tenere principatus. Et vidi, & 26
ecce vna erecta est, sed statim nõ cõpa-
ruit. Et secũdæ velociùs, quã priores nõ 27
cõparuerũt. Et vidi, & ecce duæ quæ su- 28
perauerũt apud semetipsas cogitabant &
ipsæ regnare. & in eo cũ cogitarẽt, ecce 29
vnũ quiescẽtiũ capitũ quod erat mediũ,
euigilabat. hoc enim erat duorũ capitum
30 maius. Et vidi quoniã cõpleta sunt duo
31 capita secũ: & ecce cõuersum est caput
cũ his qui cum eo erãt, & comedit duas
32 subalares quæ cogitabant regnare. Hoc
aũt caput percõterruit oẽm terrã, & dñа-
batur in ea his qui habitãt terrã cũ labo-
re multo, & potentatũ tenuit orbis terra-
33 rum super oẽs alas quæ fuerunt. Et vidi
post hæc, & ecce mediũ caput subitò nõ
34 cõparuit, & hoc sicut alæ. Superauerũt
aũt duo capita, quæ & ipsa similiter re-
gnauerũt super terrã, & super eos qui ha-
35 bitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit
caput à dextera parte illud quod à læua.
36 Et audiui vocẽ dicentẽ mihi, Cõspice
37 cõtra te, & cõsidera quod vides. Et vidi,
& ecce sicut leo cõcitat⁹ de sylua rugiẽs:
& vidi quoniã emittebat vocẽ hominis
38 ad aquilã. Et dixit, dicẽs, Audi tu, & lo-
39 quar ad te, & dicet Altissimus tibi, Nõ-
ne tu es qui superasti de quatuor anima-
lib⁹, quæ fecerã regnare in seculo meo, &
vt per eos veniret finis temporũ eorum?
40 Et quartus veniẽs deuicit oĩa animalia
quæ transierũt, & potẽtatu tenuit seculũ
cũ tremore multo, & oẽm orbẽ cũ labo-
re pessimo, & inhabitauit tot tẽporibus
41 orbẽ terrarũ cũ dolo. Et iudicasti terrã
42 nõ cũ veritate. Tribulasti enim mãsue-
tos, & læsisti quiescẽtes, & dilexisti mẽ-
daces, & destruxisti habitationes eorum
qui fructificabãt, & humiliasti muros eo-
43 rum qui te nõ nocuerũt. Et ascẽdit cõ- — 3 MS.
tumelia tua — vsq.' ad Altissimum, & su-
44 perbia tua ad Fortẽ. Et respexit Altis-
simus superba tẽpora, & ecce finita sunt,
45 & scelera eius cõpleta sunt. Propterea
nõ appareas tu aquila, & alæ tuæ horri-
biles, & pẽnacula tua pessima, & capita
tua maligna, & vngues tui pessimi, & om-
46 ne corpus tuum vanũ, vti refrigeretur
omnis terra, & reuertatur liberata de tua
vi, & speret iudicium & misericordiam
eius qui fecit eam. CAP. XII.

1 ET factũ est, dũ loqueretur leo verba
2 hæc ad aquilã: & vidi, & ecce quod
superauerat caput, & nõ cõparuerũt qua-
tuor alæ illæ quę ad eũ trãsierunt, & ere-
ctæ sunt vt regnarẽt, & erat regnũ eorum
3 exile, & tumultu plenũ. Et vidi, & ecce
ipsa nõ apparebãt, & omne corp⁹ aquilæ
incẽdebatur, & expauescebat terra valde,
& ego à tumultu & excessu mentis, & à
magno timore vigilaui, & dixi spiritui
4 meo, Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo,
5 q; scrutaris vias Altissimi. Ecce adhuc
fatigat⁹ sum animo, & spiritu meo inua-
lid⁹ sũ valde, & nec modica est in me vir-
tus à multo timore, q̃ expaui nocte hac.
6 Nũc ergo orabo Altissimũ, vt me cõfor-
7 tet vsq. in finẽ. Et dixi, Dominator Dñe,
si inueni gratiã ante oculos tuos, & si iu-
stificat⁹ sum apud te prę multis, & si cer-
tè ascẽdit deprecatio mea ante faciẽ tuã,
8 cõforta me, & ostẽde seruo tuo mihi in-

terpreta-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

* 5 MS.
* 3 MS.

terpretationē & dictinctionē visus horti-
bilis huius, vt plenissimè cōsoleris ani-
mā meā. Dignū enim me habuisti ostē- 9
dere mihi tēporū nouissima. Et dixit ad 10
me, Hæc est interpretatio visionis huius.
Aquilā quā vidisti ascendentē de mari, 11
hoc est regnū quod visum est in visione
Danieli fratri tuo. Sed nō est illi inter- 12
pretatū, quoniā ego nūc tibi interpretor.
Ecce dies veniunt, & exurget regnum 13
sup terrā, & erit timor acrior omniū re-
gnorū quæ fuerūt ante eū. Regnabūt aūt 14
in ea reges duodecim, vnus post vnum.
Nā secundus incipiet regnare, & ipse 15
tenebit amplius tempus præ duodecim.
Hæc est interpretatio duodecim alarū 16
quas vidisti. Et quā audisti vocem quæ 17
locuta est, nō de capitibus eius exeuntē,
sed de medio corporis eius, hæc est in- 18
terpretatio: qm̄ post tēpus regni illi⁹ nas-
cētur cōtentiones nō modicæ, & periclí-
tabitur vt cadat: & nō cadet tūc, sed iterū
cōstituetur in suū initiū. Et qm̄ vidisti 19
subalares octo cohærētes alis eius, hæc 20
est interpretatio, exurgēt in ipso octo re-
ges, quorū erūt tēpora leuia, & anni cita-
ti, & duo quidē ex ipsis periēt. Appro- 21
pinquāte aūt tēpore medio, quatuor ser-
uabuntur in tēpore, cùm incipiet appro-
pinquare tēpus eius vt finiatur: duæ ve-
rò in finē seruabūtur. Et qm̄ vidisti tria 22
capita quiescētia, hæc est interpretatio, 23
in nouissimis eius suscitabit Altissimus
tria regna, & reuocabit in ea multa. &
dominabuntur terrā, & qui habitant in 24
ea, cū labore multo sup oēs qui fuerunt
ante hos. propter hoc ipsi vocati sunt ca-
pita aquilæ. Isti enim erunt qui recapi- 25
tulabunt impietates eius, & qui perficiēt
nouissima eius. Et quoniā vidisti caput 26
maius nō apparēs, hæc est interpretatio
eius: quoniā vnus ex eis sup lectum suū
morietur, & tamē cū tormētis. Nā duo 27
qui perseuerauerint, gladius eos cōedet.
Vnius enim gladius comedet qui cū eo: 28
sed tamē hic gladio in nouissimis cadet.
Et quoniā vidisti duas subalares traici- 29
ētes super caput qd est in dextera parte,
hæc est interpretatio. hi sunt quos cō- 30
seruauit Altissimus in finē suum, hoc est
regnū exile, & turbationis plenū. Sicut 31
vidisti & leonē, quē vidisti de sylua eui-
gilantē & rugientē, & loquētē ad aquilā,
& arguentē eā, & iniustitias ipsius p oēs
sermones eius sicut audisti: hic est ven- 32
t⁹ quē seruauit Altissimus in finē ad eos,
& impietates ipsorum: & arguet illos, &
incutiet corā ipsis discerptiones eorum.
Statuet enim eos in iudicio viuos: & 33
erit cùm arguerit eos, tunc corripiet eos.
nā reliduū populū meū liberabit cum 34
miseria, qui saluati sunt sup fines meos,
& iucundabit eos quoadusq. veniet finis
dies iudicij, de quo locutus sum tibi ab
initio. Hoc somniū quod vidisti, & hæ 35
interpretationes. Tu ergo solus dignus 36
37 fuisti scire Altissimi secretū hoc. Scribe
ergo oīa ista in libro quæ vidisti, & pone
38 ea in loco abscondito: & docebis ea sa-
pientes de populo tuo, quorū corda scis
39 posse capere, & seruare secreta hæc. Tu
autē adhuc sustine hīc alios dies septē, vt
tibi ostēdatur quicquid visum fuerit Al-
40 tissimo ostēdere tibi. Et profectus est à
me. Et factū est, cùm audisset omnis po-
pulus quoniā pertransierūt septē dies, &
ego nō fuissem reuersus in ciuitatem, &
congregauit se omnis à minimo vsq. ad
maximū: & venit ad me, & dixerūt mihi
41 dicētes, Quid peccauimus tibi, & quid
iniustè egimus in te, qm̄ derelinquēs nos
42 sedisti in loco hoc? Tu enim nobis su-
peres solus ex omnib⁹ populis, sicut bo-
trus de vinea, & sicut lucerna in loco ob-
scuro, & sicut portus & nauis saluata à
43 tēpestate. Aut nō sufficiunt nobis mala
44 quæ contingunt? Si ergo tu nos dereli-
queris, quāto nobis erat meli⁹ si essemus
45 succēsi & nos cū incēdio Siō? Nec enim
nos sumus meliores eorū qui ibi mortui
sūt. Et plorauerūt voce magna. Et respō-
46 di ad eos, & dixi, Cōfide Israël, & noli
47 tristari tu domus Iacob. Est enim me
moriā vestri corā Altissimo, & Fortis nō
48 est oblitus vestri in tētatione. Ego enim
nō dereliqui vos, neq. excessi à vobis: sed
veni in hunc locū, vt deprecarer p deso-
latione Siō, vt quærerē misericordiā pro
49 humilitate sanctificationis vestræ. Et
nūc ite vnusquisq. vestrū in domū suā,
50 & ego veniā ad vos post dies istos. Et p-
fectus est popul⁹, sicut dixi ei, in ciuitatē:
51 ego aūt sedi in cāpo septē diebus, sicut
mihi mādauit: & manducabā de floribus
solummodò agri, de herbis facta est esca
mihi in diebus illis. CAP. XIII.
1 ET factum est post dies septē, & som-
2 niaui somniū nocte. Et ecce, de ma-
ri vētus exurgebat, vt cōturbaret oēs flu-
3 ctus eius. Et vidi, & ecce cōualescebat
ille homo cū millibus cæli: & vbi vultū
suū vertebat vt conspiceret, tremebant
4 omnia quæ sub eo videbātur: & vbicū-
que exibat vox de ore eius, ardescebant
oēs qui audiebāt voces eius, sicut quie-
5 scit terra quando sensit ignē. Et vidi
post hæc, & ecce congregabatur multitu-
do hominū, quorum nō erat numerus, de
quatuor vētis cæli, vt debellarent homi-
6 nem qui ascenderat de mari. Et vidi, &
ecce sibimetipsi sculpserat montē mag-
7 num, & volauit super eum. Ego autem
quæsiui videre regionē, vel locum vnde
8 sculptus esset mōs, & nō potui. Et post
hæc vidi, & ecce, oēs qui congregati sunt
ad eū, vt expugnarēt eū, timebant valde,
9 tamē audebant pugnare. Et ecce, vt vi-
dit impetū multitudinis venientis, nō le-
uauit manū suā, neq. phramæā tenebat,
10 neq. aliquod vas bellicosum; nisi solū-
modò vt vidi, quoniam emisit de ore suo
sicut flatū ignis, & de labiis eius spiritus

flammæ,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

flãmæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tẽpestates, & cõmista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flãmæ, & multitudo tẽpestatis: & concidit super multitudinẽ in impetu, quę prępara-
11 rata erat pugnare, & succendit omnes, vt subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solũmodò puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui. Et post hęc
12 vidi ipsum hominẽ descendentẽ de mõte, & vocãtem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebat ad eum vultus
13 hominũ multorũ quorũdam gaudentiũ, quorũdam tristantium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum, & dixi, Tu ab
14 initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes
15 deprecationẽ meam: & nunc demõstra mihi adhuc interpretationẽ somnij hui⁹.
16 Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerũt in dieb. illis: & multo plus væ his qui nõ sunt derelicti. Qui
17 enim nõ sunt derelicti, tristes erant. Intelligo nunc quæ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrẽt eis, sed & his qui
18 derelicti sunt. Propter hoc venerũt enim
19 in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc. Attamen facilius est periclitantem venire in
20 hunc, quàm pertrãsire, sicut nubem à seculo, & nunc videre quæ continguot in nouissimo. Et respondit ad me, & dixit,
21 Et visionis interpretationẽ dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam tibi.
22 Quoniã de his dixisti qui derelicti sunt,
23 hæc est interpretatio. Qui aufert periculum illo tempore, hic se custodiuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habẽt
24 opera & fidẽ ad Fortissimum. Scito ergo quoniã magis beatificati sunt qui de-
25 relicti, super eos qui mortui sunt. Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascendentẽ de corde maris, ipse est
26 quẽ conseruat Altissimus multis tẽporibus, qui per semetipsum liberabit creaturã suam: & ipse disponet, qui derelicti
27 sunt. Et quoniã vidisti de ore eius exire,
28 vt spiritũ, & ignẽ, & tẽpestatẽ: & quoniã non tenebat phramęã, neq. vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinẽ, quæ venerat expugnare eũ. hæc
29 est interpretatio. Ecce dies veniũt, quãdo incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt: & veniet in excessu
30 mentis super eos qui inhabitant terram.
Mat. 24,7. Et alij alios cogitabũt debellare: ciuitas
31 ciuitatẽ, & locus locum, & gens aduersus gentẽ, & regnũ aduersus regnũ. Et erit,
32 cùm fieut hæc, & cõtingẽt signa quæ antè ostendi tibi: & tunc reuelabitur filius
33 meus, quẽ vidisti, vt virũ ascẽdentem. Et erit quãdo audierint omnes Gẽtes vocem eius: & derelinquet vnusquisq. in regione sua bellum suum, quod habent ad alteru-
34 trum: & colligetur in vnũ multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & ex-
35 pugnare eum. Ipse autẽ stabit super ca-
36 cumen montis Sion. Sion autẽ veniet, & ostendetur omnib. parata & ædificata, sicut vidisti mõtem sculpi sine manibus.
37 Ipse autẽ filius meus arguet quæ adinuenerunt Gentes, impietates eorum has quæ tempestati appropinquauerunt propter mala cogitamẽta eorũ & cruciamẽ-
38 ta, quibus incipient cruciari: quæ assimilatæ sunt flãmæ, & perdet eos sine labore per legem quæ igni assimilata est.
39 Et quoniam vidisti eum colligẽtem ad
40 se aliã multitudinẽ pacificam, hæ sunt decem tribus, ‖ quæ captiuæ factę sunt de terra sua in diebus Oseæ regis, quem captiuũ duxit Salmanasar rex Assyriorum: & transtulit eos trans Flumẽ, & translati
41 sunt in terrã aliam. Ipsi autẽ sibi dederunt cõsilium hoc vt derelinquerẽt multitudinem Gentium, & proficiscerẽtur in vlteriorem regionẽ, vbi nũquam inhabi-
42 tauit genus humanum: vel ibi obseruare legitima sua, quę nõ fuerãt seruãtes in
43 regione sua. Per introitus autẽ angustos
44 fluminis Euphrãten introierunt. Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit
45 venas fluminis vsquequo trãsirent. Per eam enim regionẽ erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nam regio illa
46 vocatur Arsareth. Tunc inhabitauerunt ibi vsq. in nouissimo tẽpore: & nunc ite-
47 rum cùm cœperint venire, iterũ Altissimus statuet venas fluminis, vt possint trãsire: propter hæc vidisti multitudinem
48 cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra
49 terminũ meum. Factũ erit ergo, quãdo incipiet perdere multitudinẽ earum, quæ collectæ sunt Gẽtes, proteget eos qui su-
50 perauerunt populum: & tunc ostendet
51 eis multa plurima portẽta. Et dixi ego, Dominator Dñe, hoc mihi ostende, propter quod vidi virũ ascendentẽ de corde
52 maris. Et dixit mihi, Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic nõ poterit quisq. super terrã videre filiũ meũ, vel eos qui cũ
53 eo sunt, nisi in tẽpore diei. Hæc est interpretatio somnij quod vidisti, & propter
54 quod illuminat⁹es hic solus. Dereliquisti enim tuã, & circa meã vacasti legẽ, &
55 quæsisti. Vitã enim tuam disposuisti in sapiẽtia, & sensum tuum vocasti matrẽ:
56 & propter hoc ostẽdi tibi merces apud Altissimũ. erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponã tibi grauia &
57 mirabilia. Et profectus sum, & trãsij in campũ, multũ glorificãs & laudãs Altissimũ de mirabilibus quæ per tempus faciebat: & quoniam gubernat ipsum, &
58 quæ sunt in temporibus illata, & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

1 ET factũ est tertio die, & ego sedebam
2 sub quercu. Et ecce, vox exiuit con-

tra me

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tra me de rubo, & dixit, Esdra Esdra. Et
dixi, Ecce ego Dñe. Et surrexi super pe-
Exod.3,2. des meos. Et dixit ad me, ¶ Reuelãs re- 3
uelatus sum super rubũ, & locutus sum
Moysi, quãdo populus meus seruiebat in
Aegypto, & misi eum, & eduxi populũ 4
meum de Aegypto, & adduxi eum super
montem Sina, & detinebã eum apud me
diebus multis: & enarraui ei mirabilia 5
multa, & ostendi ei temporum secreta &
finem: & præcepi ei, dicens, Hæc in pa- 6
lam facies verba, & hæc abscondes. Et 7
nũc tibi dico, Signa quæ demõstraui, & 8
somnia quæ vidisti, & interpretationes
quas tu vidisti, in corde tuo repone ea:
tu enim recipieris ab omnibus, cõuer- 9
teris residuus cum consilio meo, & cũ si-
milibus tuis, vsquequo finiantur tẽpora.
quoniã seculũ perdidit iuuẽtutẽ suã, & 10
tẽpora appropinquãt senescere. Duode- 11
cim enim partibus diuisum est seculũ, &
trãsierũt eius decima & dimidiũ decimæ
partis: supersunt autẽ eius post medium 12
decimę partis. Nunc ergo dispone domũ 13
tuam, & corripe populũ tuũ, & consolare
humiles eorum, & renuntia iam corru-
ptelæ, & dimitte abs te mortales cogi- 14
tationes, & proiice abs te põdera huma-
na, & exue te iam infirmã naturã; & re-
pone in vnã partẽ molestissima tibi co-
gitamẽta, & festina transmigrare à tem-
Mat.24,7. poribus his: quæ enim vidisti nũc con- 15
1 Ioã.2,18. tigisse mala, iterũ horũ deteriora facient:
quantũ enim inualidũ fuit seculũ à se- 16
nectute, tantũ multiplicabũtur super in-
habitãtes mala. Prolõgauit enim se ma- 17
gis veritas, & appropinquauit mendaciũ.
Iam enim festinat venire, quã vidisti vi-
sionem. Et respõdi, & dixi corã te Dñe, 18
Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti 19
mihi, & corripiã præsentẽ populum. Qui
autẽ iterũ nati fuerint, quis cõmonebit?
Positũ est ergo seculum in tenebris, & 20
qui inhabitant in eo sine lumine. Quo- 21
niã lex tua incensa est, propter quod ne-
mo scit quæ à te facta sunt, vel quæ inci-
pient opera. Si enim inueni in te gratiã, 22
immitte in me spiritũ sanctũ, & scribam
omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt pos-
sint homines inuenire semitam: & qui
voluerint viuere in nouissimis, viuant.
Et respõdit ad me, & dixit, Vadẽs con- 23
grega populũ, & dices ad eos vt nõ quæ-
rant te diebus quadraginta. Tu autem 24
præpara tibi buxos multos, & accipe tecũ
Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum,
& Asiel, quinq. hos qui parati sunt ad scri
bẽdum velociter. Et venias huc, & ego 25
accẽdam in corde tuo lucernam intelle-
ctus, quæ non extinguetur quoadusq. fi-
niãtur quę incipies scribere. Et tũc per- 26
fectis quædã palã facies, quædã sapienti-
bus abscõsè trades: in crastinũ enim hac
hora incipies scribere. Et profect⁹ sum, 27
sicut mihi præcepit, & cõgregaui omnem
28 populũ, & dixi, Audi Israẽl verba hæc:
29 Peregrinati sunt patres nostri ab initio
30 in Aegypto, & liberati sunt inde: & ac-
ceperunt legẽ vitæ, quam non custodie-
runt, quã & vos post eos trãsgressi estis:
31 & data est vobis terra in sortẽ, & terra
Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem
fecistis, & non seruastis vias quas præce-
32 pit vobis Altissimus: & iustus iudex
cùm sit, abstulit à vobis in tempore quod
33 donauerat. Et nunc vos hìc estis, & fra-
34 tres vestri introrsum vestrũ sunt. Si er-
go imperaueritis sensui vestro, & erudie-
ritis cor vestrum, viui cõseruati eritis, &
post mortem misericordiam consequę-
35 mini. Iudiciũ enim post mortẽ veniet,
quando iterum reuiuiscemus: & tunc iu-
storum nomina parebunt, & impiorum
36 facta ostendentur. Ad me igitur nemo
accedat nunc, neq. requirat me vsq. dies
37 quadraginta. Et accepi quinque viros,
sicut mãdauit mihi, & profecti sumus in
38 campũ, & mansimus ibi. Et factus sum
in crastinum, & ecce vox vocauit me, di-
cẽs, Esdra aperi os tuũ, & bibe quo te po-
39 tauero. Et aperui os meũ, & ecce calix
plenus porrigebatur mihi. Hoc erat ple-
nũ sicut aqua: color autẽ eius vt ignis si-
40 milis. Et accepi, & bibi: & in eo cùm
bibissem, cor meũ cruciabatur intellectu,
& in pectus meũ increscebat sapiẽtia. Nã
spiritus meus conseruabatur memoria.
41 Et apertũ est os meũ, & nõ est clausum
42 amplius. Altissimus dedit intellectum
quinque viris, & scripserũt quæ dicebantur excessiones noctis quas non sciebãt.
43 Nocte aũt mãducabãt panẽ, ego autem
per diem loquebar, & per noctem nõ ta-
44 cebam. Scripti sunt aũt per quadragin-
45 ta dies, libri ducenti quatuor. Et factum
est cùm compleuissent quadraginta dies,
locutus est Altissimus, dicẽs, Priora quæ
scripsisti, in palam pone, & legãt digni &
46 indigni: nouissimos autem septuaginta
conseruabis, vt tradas eos sapientibus de
47 populo tuo. In his enim est vena intel-
lectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flu-
men. Et feci sic. CAP. XV.

1 ECce loquere in aures plebis meæ ser-
mones prophetiæ, quos immisero in
2 os tuum, dicit Dñs: & fac vt in charta
scribantur, quoniam fideles & veri sunt.
3 Ne timeas à cogitationibus aduersum
te, nec turbent te incredulitates dicentiũ,
4 Quoniã omnis incredulus in incredu-
5 litate sua morietur. Ecce ego induco, di-
cit Dñs, super orbẽ terrarũ mala, gladiũ,
6 & famẽ, & mortẽ, & interitum: propter
quod superpolluit iniquitas omnẽ terrã,
& adimpleta sunt opera nociua illorum.
7 Propterea dicit Dns: Iam non silebo
8 de impietatib. eorũ quę irreligiosè agũt,
nec sustinebo in his quæ iniquè exercẽt:
ecce sanguis innoxius & iustus clamat
ad me, & animæ iustorum clamãt perse-
9 ueranter. Vindicãs vindicabo illos, dicit

Dominus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominus, & accipiam omnem sanguinē innoxium ex illis ad me: Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in Terra Aegypti: sed educam eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiā plaga sicut prius, & corrūpam omnē terram eius. Lugebit Aegyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione quas inducet ei Deus. Lugebūt cultores operātes terrā, quoniā deficiēt semina eorū ab vredine & grādine, & à sydere terribili. Væ seculo, & qui habitāt in eo: quia appropinquauit gladius & cōtritio eorū, & exurget gens cōtra gentē ad pugnā, & rhomphæa in manibus eorū. Erit enim incōstabilitio hominibus, & alij aliis inualescētes nō curabunt regē suū, & principes viæ gestorum suorū in potētia sua.

Cōcupiscet enim homo in ciuitatē ire, & non poterit. Propter superbiā enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non miserebitur homo proximum suū ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substātias eorū propter famē panis & tribulationē multam. Ecce, ego cōuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente & ab Austro, ab Euro, & à Libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederūt illis: sicut faciunt vsq. hodie electis meis, sic faciā & reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dns Deus, Nō parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhōphæa super effundētes sanguinē innoxium super terram. Exiit ignis ad ira eius, & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramē incensum. Væ eis qui peccant, & non obseruāt mandata mea, dicit Dns. nō parcā illis. Discedite filij à potestate. Nolite cōtaminare sanctificationem meam, quoniā nouit Dns omnes qui delinquunt in illū. propterea tradidit eos in mortē, & in occisionē. Iam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. nō enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum.

Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente. Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorū numerus fertur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient carmonij insanientes in ira, & exient vt apri de sylua, & aduenient de virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum. Et post hæc superualescēt dracones natiuitatis suæ memores, & cōuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti turbabūtur & flebunt in virtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam. & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnū ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & cōtentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab Oriente, & à Septentrione vsq. ad meridianum, & facies earū horrida valde, plena iræ & procellæ, & collident se inuicē, & collident sydus copiosum super terrā, & sydus illorū, & erit sanguis à gladio vsq. ad ventrem, & simus hominis vsq. ad substramē cameli, & erit timor & tremor multus super terram, & horrebunt qui videbūt iram illā, & tremor apprehēdet illos: & post hæc mouebūtur nimbi copiosi à meridiano & Septentrione, & portio alia ab Occidente: & superinualescent vēti ab Oriente, & recludēt eam, & nubē quā suscitauit in ira, & sydus ad faciendā exterritationē ad Orientalem ventum & Occidentē violabitur: & exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sydus, vt exterreant omnē terrā, & inhabitantes eam, & infundēt super omnē locū altum & eminentē sydus terribile, ignē & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, vt etiā impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarū multarū. & demolientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna syluarū, & fœnum pratorum, & frumēta eorum.

Et transibūt constantes vsq. Babylonē, & exterēt eam: cōuenient ad ipsam, & circuibūt eam, & effundēt sydus, & omnem iram super eam, & subibit puluis & fumus vsq. in cælū, & omnes in circuitu lugebūt eam: & qui sub ea remāserint, seruient his qui exterruerūt. Et tu Asia cōcors in spē Babylonis, & gloria personæ eius, væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione, ad placendū & gloriandum in amatorib. tuis, qui tecū cupierūt semper fornicari. Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuētionibus eius: ptopterea dicit Deus, Immittā tibi mala, viduitatem, paupertatē, & famē, & gladiū, & pestem, ad deuastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. Sicut flos siccabitur, cū exurget ardor qui emissus est super te, infirmaberis vt paupercula plagata & castigata à mulierib⁹, vt non possint te suscipere potentes & amatores. Nūquid ego sic zelabor te, dicit Dns, nisi occidisses electos meos in omni tēpore, exaltās percussionē manuū, & dicēs sup mortē eorū, cū inebriata esses, Exorna speciē vultus tui? Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, ppter hoc redditionē accipies. Sicut facies electis meis, dicit Dns: sic faciet tibi De⁹, & tradet te in malū: Et nati tui fame interiēt: & tu rhōphæa cades, & ciuitates tuæ cōterentur, & omnes tui in cāpo gladio cadent. Et qui sunt in mōtibus, fame peribūt, & māducabunt carnes suas, & sanguinē bibent à fame panis & siti aquæ. Infelix per maria venies, & rursum accipies mala. Et in transitu allident ciuitatem nocciſam, & exterent' nocciosam & exterēt MS.

aliquam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aliquã portionem terræ tuæ, & partẽ gloriæ tuæ exterminabũt, rursum reuertentes ad Babylonẽ subuersam. Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis: & deuorabũt te, & ciuitates tuas, terram tuã & montes tuos, omnes syluas tuas & lignũ fructiferum igni comburẽt.

Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædã habebunt, & gloriã faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

VAE tibi Babylõ & Asia, væ tibi Aegypte & Syria. Præcingite vos saccis & cilicijs, & plangite filios vestros, & dolete: quoniã appropinquauit contritio vestra. Immissus est vobis gladi⁹, et quis est qui auertat illũ? Immissus est in vobis ignis, et quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, et quis est qui repellat ea? Nũquid repellet aliquis leonẽ esurientẽ in sylua, aut extinguet ignẽ in stipula, mox quando cœperit ardere? Nũquid repellet aliquis sagittã à sagittario forti missam? Dñs fortis immittit mala, et quis est qui repellat ea? Exiit ignis ex iracũdia eius, et quis est qui extinguat eum? Coruscabit, et quis nõ timebit? Tonabit, et quis nõ pauebit? Dñs cõminabitur, et quis nõ funditus cõteretur à facie ipsius? Terra tremuit et fundamẽta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Dñi, & à gloria virtutis eius:

quoniã fortis dextera eius quæ arcum tẽdit: sagittę eius acutæ quę ab ipso mittũtur, nõ deficiẽt, cùm cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittũtur mala, et nõ reuertentur, donec veniãt super terram.

Ignis succẽditur, & nõ extinguetur, donec consumat fundamenta terræ. Quẽadmodum nõ redit sagitta missa à valido sagittario, sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terrã. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initiũ bellorũ, & formidabunt potestates, initium malorũ, & trepidabunt omnes. In his quid faciã, cùm venerint mala? Ecce fames & plaga & tribulatio & angustia missa sunt flagella in emendatione, & in his omnibus se nõ conuertent ab iniquitatibus suis, neq. flagellorũ memores erunt semper. Ecce, erit annonæ vilitas super terram, sic vt putẽt sibi esse directam pacem, & tũc germinabũt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio.

A fame enim plurimi qui inhabitant terrã interient, & gladius perdet cæteros qui superauerint à fame, & mortui sicut stercora proijcientur, & non erit qui cõsoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deijcientur. Non derelinquetur qui colat terrã, & qui seminet eam. Lugna dabũt fructus, & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illam? Erit enim locis ma-

gna desertio. Cupiet enim homo hominem videre, vel vocẽ eius audire. Relinquentur enim de ciuitate decem, & duo de agro qui absconderint se in densis montibus, & scissuris petrarũ: quemadmodũ derelinquuntur in oliueto & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ; aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineã scrutantur: sic relinquẽtur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutantibus domos eorum in rhomphæa. Et relinquetur terra deserta, & agri eius inueterabũt, & viæ eius, & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eò quòd nõ transient homines per eam. Lugebunt virgines non habentes sponsos: lugebũt mulieres nõ habẽtes viros; lugebũt filiæ earũ non habentes adiutorium: spousi earũ in bello consumentur, & viri earũ in fame exterentur. Audite verò ista, & cognoscite ea serui Dñi. Ecce verbum Dñi, excipite illud: ne diis credatis de quibus dicit Dñs. Ecce appropinquant mala, & non tardant. Quemadmodũ prægnans cùm parit in nono mense filiũ suum, appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrẽ eius, & prodeunte infante de ventre non tardabunt vno puncto: sic non morabũtur mala ad prodeundũ super terram, & seculũ gemet, & dolores circum tenebũt illud. Audite verbũ, plebs mea: parate vos in pugnã, & in malis sic estote, quasi aduenæ terrę. Qui vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus. Qui mercatur, quasi qui fructũ non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. Qui seminat, quasi qui non metet: sic & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus. Qui nubunt, sic quasi filios non facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui. Propter quod qui laborant, sine causa laborant: Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorũ rapient, & domos euertent, & filios eorũ captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant natos suos. Et qui negotiãtur in rapina, quantum diu exornãt ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas, tanto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit Dñs. Quomodo zelatur fornicaria mulierẽ idoneã & bonam valde, sic zelabitur iustitia iniquitatem cùm exornat se, & accusat eam in facie, cùm venerit qui defendat exquirentem omne peccatũ super terram. Propterea nolite similari ei, nec operibus eius:

quoniam adhuc pusillũ, & tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in vos.

Non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius qui dicit, Non peccaui coram Dño' Deo & gloria ipsius. Ecce Dñs cognoscet omnia opera hominũ, & adinuẽtiones illorũ, & cogitationes illorum,

& cor-

9 cõuersam 5 MS.

1 MS. Eccl. 11,3. Luc. 16,1 Gen. 1,1. Pſ. 146,4

& corda illorum. Dixit enim, Fiat ter- 56
ra, & facta est: fiat cælũ, & factũ est. Et 57
in verbo illius stellæ fundatæ sunt, &
nouit numerum stellarũ. Qui scrutatur 58
abyssum, & thesauros illarũ: qui mensus
est mare, & cõceptũ eius. Qui cõclusit 59
mare in medio aquarum, & suspẽdit ter-
rã super aquas verbo suo. Qui extendit 60
cælũ quasi camerã, super aquas fundauit
eũ. Qui posuit in deserto fõtes aquarũ, 61
& super verticẽ mõtium lacus ad emit-
tendũ flumina ab eminenti petra, vt ‖ po-
taret terrã. Qui finxit hominẽ, & posuit 62
cor suum in medio corporis, & misit ei
spiritum, vitã, & intellectum, & spira- 63
men Dei omnipotentis qui fecit omnia,
& scrutinat omnia absconsa in abscon-
sis terræ. Hic nouit adinuentionem ve- 64
strã, & quæ cogitatis in cordibus vestris,
peccantes, & volentes occultare peccata
vestra. Propter quod Dñs scrutinando 65
scrutinauit omnia opera vestra, & tradu-
cet vos omnes, & vos cõfusi eritis cùm 66
processerint peccata vestra coram homi-
nibus, & iniquitates erũt, quæ accusato-
res stabunt in die illo. Quid facietis? aut 67
quomodo abscõderis peccata vestra corã
Deo & angelis eius? Ecce iudex Deus, 68
timete eũ. Definite à peccatis vestris, &
obliuiscamini iniquitates vestras iam a-
gere eas in sempiterno, & Deus educet
vos, & liberabit de omni tribulatione.

Ecce enim incenditur ardor super vos 69
turbæ copiosæ, & rapient quosdã ex vo-
bis, & cibabũt idõlis occisos: & qui cõ- 70
senserint eis, erunt illis in derisum, & in
improperium, & in cõculcationẽ. erit e- 71
nim locis locus, & in vicinas ciuitates
exurrectio multa super timẽtes Dominũ.

Erunt quasi insani, nemini parcentes ad 72
diripiendũ & deuastandũ adhuc timẽtes
Dñm: quia deuastabũt & diripient sub- 73
stantias, & de domibus suis eos eicient.

Tunc parebit probatio electorũ meorũ, 74
vt aurũ quod probatur ab igne. Audite 75
dilecti mei, dicit Dñs: Ecce adsunt dies
tribulationis, & de his liberabo vos. Ne 76
timeatis, nec hæsitetis: quoniã Deus dux
vester est. Et qui seruat mãdata & præ- 77
cepta mea, dicit Dñs Deus, ne prępondе-
rent vos peccata vestra, ne supereleuent
se iniquitates vestræ. Væ qui constrin- 78
guntur à peccatis suis, et obteguntur ab
iniquitatib. suis, quemadmodũ ager con-
stringitur à sylua, et spinis tegitur semita
eius per quã non transit homo, et exclu-
ditur, et mittitur ad deuorationẽ ignis.

LIBER TOBIAE.

CAP. I.

TOBIAS ex tribu & ciuitate 1
Nephthali, quę est in superioribus
Galilææ supra Naasson, post viam
quæ ducit ad Occidentem, in sinistro ha-
bens ciuitatẽ Sephet: cùm captus esset 2
in diebus Salmanasar regis Assyriorũ, in
captiuitate tamẽ positus, viã veritatis nõ 4 Re. 17,3.
deseruit, ita vt omnia quæ habere pote- & 18,9.
3 rat, quotidie cõcaptiuis fratribꝰ, qui erãt
4 ex eius genere, impertiret. Cũque esset
iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil
5 tamen puerile gessit in opere. Denique
cũ irent omnes ad vitulos aureos, ‖ quos 3 Re. 12,28.
Ieroboã fecerat rex Israël, hic solus fu-
6 giebat consortia omniũ: & pergebat in
Ierusalẽ ad templũ Dñi, & ibi adorabat
Dñm Deũ Israël, omnia primitiua sua,
7 & decimas suas fideliter offerens, ita vt
in tertio anno proselytis, & aduenis mi-
8 nistraret omnẽ decimationem. Hæc &
his similia secũdũ legẽ Dei puerulus ob-
9 seruabat. Cũ verò factus fuisset vir, ac-
cepit vxorẽ Annã de tribu sua: genuitq.
ex ea filium, nomen suum imponens ei,
10 quẽ ab infantia timere Deum docuit, &
11 abstinere ab omni peccato. Igitur cũ per
captiuitatẽ deuenisset cum vxore sua &
filio in ciuitatẽ Niniuẽ cum omni tribu
12 sua: & cũ omnes ederent ex cibis genti-
liũ, iste custodiuit animã suã, & nunquã
13 contaminatus est in escis eorũ. Et quo-
niam memor fuit Dñi in toto corde suo,
dedit illi Deus gratiã in cõspectu Salma-
14 nasar regis: & dedit illi potestatẽ quo-
cunq. vellet, ire, habẽs libertatẽ quæcũq.
15 facere voluisset. Pergebat ‖ ergo ad om- ‖ enim 13
nes qui erant in captiuitate, & monita MS. R.
16 salutis dabat eis. Cùm autẽ venisset in
Rages ciuitatẽ Medorũ, & ex his quibus
honoratus fuerat à rege, habuisset decem
17 talenta argenti: & cũ in multa turba ge-
neris sui Gabelũ egentẽ videret qui erat
ex tribu eius, sub chirographo dedit illi
18 memoratum pondus argenti. Post mul-
tum verò temporis mortuo Salmanasar
rege, cũ regnaret Sennacherib filius eius
pro eo, & filios Israël exosos haberet in
19 conspectu suo, Tobias - quotidie ꝑ perge- - 8 MS.
bat per omnem cognationẽ suã, & con-
solabatur eos, diuidebatq. vnicuiq. prout
20 poterat, de facultatibus suis. esurientes
alebat, nudisq. vestimenta præbebat, &
mortuis atq. occisis sepulturam solicitus
21 exhibebat. Deniq. cũ reuersus esset rex 4 Re. 19,35
Sennacherib fugiens à Iudæa plagã, quã Ecc. 48,24.
circa eũ fecerat Deus ꝓpter blasphemiã
suam, & iratus multos occideret ex filiis
Israël, Tobias sepeliebat corpora eorum.
22 At vbi nũtiatũ est regi, iussit eũ occidi, Isa. 37,36.
23 & tulit omnem substantiã eius. Tobias 1 Ma. 7,41.
verò cũ filio suo, & cũ vxore fugiẽs, nu- 2 Ma. 8,19.
24 dus latuit, quia multi diligebãt eũ. Post Inf. 2,8.
dies verò quadragintaquinq. occiderunt 4 Re. 18,37
25 regem filij ipsius, & reuersus est Tobias 2 Pa. 32,21
in domũ suã, omnisque facultas eius re-
stituta est ei.

CAP. II.

1 POst hęc verò cũ esset dies festus Do-
mini, & factũ esset prandiũ bonum
2 in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade,
& adduc aliquos de tribu nostra, timẽtes
3 Deũ, vt epulentur nobiscũ. Cumq. ab-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iisset, reuersus nũtiauit ei vnum ex filiis Israël iugulatũ iacére in platéa. Statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandiũ, ieiunus peruênit ad corpus: tollêsq. illud portauit ad domũ suã occultè, vt dũ sol occubuisset, cautè sepeliret eũ.
Inf. 12, 12. Cũq. occultasset corpus, mãducauit panem cũ luctu & tremore, memorãs illũ sermonem quẽ dixit Dñs per Amos prophetam, ‖ Dies festi vestri cõuertentur in
Amos 8, 10 1 Ma. 1, 14 lamẽtationẽ & luctũ. Cũ verò sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eũ. Arguebant autẽ eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa interfici iussus es, &
Sap. 1, 23. vix effugisti mortis imperiũ, & iterũ sepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deũ quàm regẽ, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. Cõtigit aũt, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniẽs in domũ suam, iactasset se iuxta parietẽ, & obdormisset: & ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretq. cæcus.
Hanc autẽ tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplũ patiẽtiæ eius, sicut & sancti Iob.
Nam cũ ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, nõ est cõtristatus cõtra Deũ, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agẽs gratias Deo omnib. diebus vitæ suæ. Nã sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebãt vitam eius, dicentes,
Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicẽs, Nolite ita loqui: quoniã filij sanctorũ sumus, & vitã illam expectamus, quã Deus daturus est his qui fidem suã nunquã mutant ab eo. Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuũ suarũ victũ, quẽ cõsequi poterat, deferebat. Vnde factũ est, vt hædũ caprarũ accipiẽs detulisset domi. Cuius cũ vocẽ balãtis vir
Deu. 22, 1. eius audisset, dixit, Videte, ne fortè furtivus sit: reddite eũ dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cõtingere. Ad hæc vxor eius irata respõdit, Manifestè vana facta est spes tua, &
Iob. 2, 9. eleemosynę tuę modò apparuerũt. Atq. his, & aliis huiusce modi verbis exprobrabat ei.

CAP. III.

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cũ lachrymis, dicẽs, Iustus es Dñe, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudiciũ. Et nunc Dñe memor esto mei, & ne vindictã sumas de peccatis meis, neq. reminiscaris delicta mea, vel parentum
Deu. 28, 13. meorũ. Quoniã nõ obediuim⁹ præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionẽ, & captiuitatẽ, & mortem, & in fabulã, & in improperiũ omnib. nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nũc Dñe magna iudicia tua, quia nõ egimus secũdũ præcepta tua, & non ambulauimus syncerite coram te. Et nunc Dñe secundũ voluntatẽ tuã fac mecũ*, & præcipe in pace recipi spiritũ meũ. Expedit enim mihi mori magis quã viuere. Eadẽ itaq. die cõtigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorũ, et ipsa audiret improperiũ ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septẽ viris, & dæmoniũ nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eã. Ergo cũ pro culpa sua increparet puellã, respondit ei, dicens, Amplius ex te non videamus filiũ, aut filiam super terrã, interfectrix virorum tuorum. Nũquid & occidere me vis, sicut iã occidisti septẽ viros? Ad hãc vocẽ perrexit in superius cubiculũ dom⁹ suæ: & tribus diebus, & tribus noctib. nõ manducauit, neq. bibit: sed in oratione psistẽs cũ lachrymis deprecabatur Deũ, vt ab isto improperio liberaret eã. Factũ est autẽ die tertia, dũ cõpleret orationem, benedicens Dñm, dixit, Benedictum est nomen tuũ Deus patrũ nostrorũ: qui cũ iratus fueris, misericordiã facies, & in tẽpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te Dñe faciem meã conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto Dñe vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terrã eripias me. Tu scis Dñe, quia nunquã concupiui virũ, & mundã seruaui animã meã ab omni cõcupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me: neq. cũ his q in leuitate ambulant, participẽ me præbui. virũ autẽ cum timore tuo, nõ cũ libidine mea cõsensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitã mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alij cõseruasti me. Non est enim in hominis potestate cõsiliũ tuũ. Hoc autẽ pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autẽ in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiã tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tẽpestatem tranquillũ facis, & post lachrymationẽ & fletũ, exultationẽ infũdis. Sit nomẽ tuũ Deus Israël benedictũ in secula. In illo tẽpore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei: & missus est angelus Dñi sanctus Raphaël, vt curaret eos ambos, quorũ vno tempore sunt orationes in cõspectu Domini recitatæ.

CAP. IIII.

IGitur cùm Tobias putaret orationem suã exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiã filiũ suũ, dixitq. ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamẽtũ cõstrue. Cũ acceperit Deus animã meã, corpus meũ sepeli: & honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter

te in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te in vtero suo. Cū aūt & ipsa cōpleuerit tēpus vitæ suæ, sepelias eam circa me.
6 Omnibus autē diebus vitæ tuę in mēte habeto Deū: & caue ne aliquādo peccato consentias, & prætermittas præcepta Dñi
7 Dei nostri. Ex substātia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciē tuā ab vllo
Luc. 14,13. Prou. 3,9. Eccl. 4,1. & 14,13. Eccl. 35,4. paupere: ita ēm fiet vt nec à te auertatur
8 facies Dñi. Quo modo potueris, ita esto
9 misericors. Si multū tibi fuerit, abūdanter tribue: si exiguū tibi fuerit, etiā exiguū libenter impertiri stude. Præmium
10 enim bonū tibi thesaurizas in die necessitatis: Quoniam eleemosyna ab omni
Eccl. 29,15 peccato, & à morte liberat, & nō patietur
11 animam ire in tenebras. Fiducia magna
12 erit corā summo Deo, eleemosyna omnibus faciētibus eam. Attende tibi fili mi
1 Thes. 4,3 ab omni fornicatione: & præter vxorem
13 tuā nunquā patiaris crimē scire. Superbia nunquā in tuo sensu, aut in tuo verbo
14 dominari permittas: in ipsa enim initiū
Gen. 3,5. Leu. 19,13. Deu. 24,14 Mat. 7,12. Luc. 6,31. Luc. 14,24. sumpsit omnis perditio. Quicunq. tibi
15 aliquid operat⁹ fuerit, statim ei mercedē
16 restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nō remaneat. Quod ab alio
17 oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Panē tuū cum esurientibus &
18 egenis comede: & de vestimētis tuis nudos tege. Panē tuū, & vinū tuum super
19 sepulturā iusti cōstitue, & noli ex eo māducare, & bibere cū peccatoribus. consi-
20 lium semper à sapiente perquire. Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo, vt
21 vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permancant. Indico etiā tibi fili mi dedisse me decē talēta argēti, dum adhuc
22 infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorū, & chirographū eius apud me habeo: & ideo perquire quomodò ad eū
Rom. 8,17. peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographū suū. Noli timere fili mi: pau-
23 perē quidē vitā gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

CAP. V.

1 TVnc respōdit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quęcunq præcepisti mihi faciā pater. Quomodo aūt pecuniam
2 hāc requirā, ignoro. ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signū dabo ei? Sed neq. viam, per quam pergatur illuc, aliquando
3 cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographū quidē illius apud me habeo: quod dū illi ostenderis, statim
4 restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelē virum, qui eat tecū salua mercede tua: dum adhuc viuo, vt recipias
5 eā. Tūc egressus Tobias, inuenit iuuenē splendidū, stantē, præcinctū, & quasi paratū ad ambulādum. Et ignorans quòd
6 angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? At ille
7 respondit, Ex filiis Israēl. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem
8 Medorum? Cui respōdit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & māsi apud Gabelū fratrē nostrū qui moratur in Rages ciuitate Medorū, quæ posita est
9 in mōte Ecbatanis. Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nūtiem
10 patri meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad
11 eū. Ingressus itaq. salutauit eū, & dixit,
12 Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris
13 sedeo, & lumē cęli nō video? Cui ait iuuenis, Forti animo esto, in ꝓximo est vt
14 à Deo cureris. Dixit itaque illi Tobias, Nūquid poteris perducere filiū meum ad Gabelū in Rages ciuitatē Medorū? & cū
15 redieris, restituā tibi mercedē tuam. Et dixit ei angelus, Ego ducā, & reducā eum
16 *ad te. Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tri-
17 bu es tu? Cui Raphaël angel⁹ dixit, Genus quæris mercenarij: an ipsum mercena-
18 riū qui cū filio tuo eat? Sed ne fortè solicitū te reddā, ego sum Azarias Ananię
19 magni fili⁹. Et Tobias respōdit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris ꝙ
20 voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autē illi angelus, Ego sanū ducā, & sanū
21 tibi reducā filiū tuū. Respōdens aūt Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur
22 vobiscū. Tūc paratis omnibus quæ erāt in via portāda, fecit Tobias vale patri suo & matri suæ, & ambulauerunt ambo fi-
Inf. 10,4. 23 mul. Cumq. profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere, Baculū senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nun-
24 quā fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti
25 eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias cōputarem⁹ hoc, quòd
26 videbamus filiū nostrum. Dixitq. ei Tobias, Noli flere, salu⁹ perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi
27 tui videbūt illū. Credo enim ꝙ angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat oīa quæ circa eū gerūtur, ita vt cū gaudio
28 reuertatur ad nos. Ad hāc vocē cessauit mater eius flere, & tacuit.

CAP. VI.

1 PRofectus est autē Tobias, & canis secutus est eū, & māsit prima māsione
2 iuxta fluuiū Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit
3 ad deuorandū eū. Quē expauescēs Tobias, clamauit voce magna, dicens, Dñe,
4 inuadit me. Et dixit ei angel⁹, Apprehēde branchiā eius, & trahe eū ad te. Quod cū fecisset, attraxit eū in sicco, & palpita-
5 re cœpit ante pedes ei⁹. Tūc dixit ei angelus, Exēntera hūc piscē: & cor ei⁹, & fel, & iecur repone tibi. sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vulnerum. Quod
6 cū fecisset, assauit carnes eius, & secū tulerūt in via: cætera salierunt quæ sufficerēt eis, quousq. peruenirēt in Rages ciui-
7 tatē Medorum. Tūc interrogauit Tobias

*sanum 7 MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

angelũ, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remediũ habebũt ista quæ de pisce seruare iussisti? Et 8
respõdẽs angelus, dixit ei, Cordis eius particulá si super carbones ponas, fum⁹ eius extricat omne genus dæmoniorũ, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltrà nõ accedat
←5 MS. ad eos. ←Et fel valet ad vngẽdos oculos 9
Verùm in quibus fuerit albugo, & sanabũtur⁹. Et 10
R. & G. dixit ei Tobias, Vbi vis vt maneamus?
minimè Respõdensq. angelus, ait, Est hîc Raguel 11
tollitur. nomine, vir ℔ propinquus de tribu tua, & hic habet filiá nomine Sarã, sed neq. masculũ, neq. fœminá vllã habet aliá prẽterẽã.
Num. 27,8. Tibi debetur omnis substantia eius, & 12
& 36,8. oportet eã te accipere cõiugẽ. Pete ergo 13
eã à patre eius, & dabit tibi eã in vxorẽ.
Tunc respondit Tobias, & dixit, Audio 14
qa tradita est septẽ viris; & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmoniũ occidit illos. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc 15
eueniant: & cùm sim vnicus parentibus meis, deponã senectutẽ illorũ cum tristitia ad inferos. Tũc angelus Raphaël di- 16
xit ei, Audi me, & ostendá tibi qui sunt quibus prævalere potest dæmonium. Hi 17
namq qui cõiugium ita suscipiũt, vt Deũ à se, & à sua mẽte excludant, & suæ libidini ita vacẽt, sicut equus & mul⁹, quibus nõ est intellectus: habet potestatẽ dæmonium super eos. Tu autẽ cùm acceperis 18
eã, ingressus cubiculũ, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cũ ea. Ipsa autẽ nocte, in- 19
cẽso iecore piscis, fugabitur dæmonium.
Secũda verò nocte, in copulatione san- 20
ctorum patriarcharũ admittẽris. Tertia 21
autem nocte, benedictionem consequẽris, vt filij ex vobis procreentur incolumes.
Transacta autem tertia nocte, accipies 22
virginẽ cum timore Dñi, amore filiorum magis quã libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionẽ in filiis cõsequaris.

CAP. VII.

INgressi sunt autẽ ad Raguelẽ, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensq. 1
Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ, 2
Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo! Et cùm hęc dixisset, ait, Vnde estis 3
iuuenes fratres nostri? At illi dixerũt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue. Dixitq. illis Raguel, Nostis To- 4
biã fratrẽ meũ? Qui dixerunt, Nouimus.
Cumque multa bona loqueretur de eo, 5
dixit angelus ad Raguelẽ, Tobias, de quo interrogas, pater isti⁹ est. Et misit se Ra- 6
guel, & cum lachrymis osculatus est eũ, & plorãs supra collum eius, dixit, Bene- 7
dictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius, & Sara 8
ipsorũ filia lachrymatæ sunt. Postquam 9
autẽ locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietẽ, & parari cõuiuium. Cumq. hortaretur eos discumbere ad prãdiũ, Tobias 10
dixit, Hîc ego hodie nõ manducabo neq. bibã, nisi prius petitionẽ meã confirmes, & promittas mihi dare Sarã filiam tuam.
Quo audito verbo Raguel, expauit sciẽs 11
quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eã: & timere cœpit ne fortè & huic similiter cõtingeret. Et cũ nutaret, & nõ daret petenti vllum respõsum, 12
dixit ei angel⁹, Noli timere dare eã isti, quoniã huic timẽti Deũ debetur cõiunx filia tua: propterea alius nõ potuit habere 13
illã. Tunc dixit Raguel, Nõ dubito quòd Deus preces & lachrymas meas in cõspectu suo admiserit. Et credo quoniã ideò 14
fecit vos venire ad me, vt ista cõiungeretur cognationi suæ ‖ secundũ legẽ Moysi: *Num.* 36,8.
& nunc noli dubiũ gerere quòd tibi eam 15
tradã. Et apprehendẽs dexterã filiæ suę, dextræ Tobiæ tradidit, dicẽs, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscũ sit, & ipse coniungat vos, impleatq. benedictionẽ suã in vobis. Et accepta charta, 16
fecerunt conscriptionẽ coniugij. Et post 17
hæc epulati sunt, benedicẽtes Deũ. Vocauitq. Raguel ad se Annã vxorẽ suam, & præcepit ei vt præpararet alterũ cubicu- 18
lum. Et introduxit illuc Sarã filiã suã, & 19
lachrymata est. Dixitq. ei, Forti animo esto filia mea: Dñs cæli det tibi gaudiũ ℔ tædio quod perpessa es.

CAP. VIII.

POstquã verò cœnauerũt, introduxerũt iuuenem ad eã. Recordatus itaq. 1
Tobias sermonũ angeli, protulit de cassidili suo partẽ iecoris, posuitq. eam super 2
carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehendit dæmoniũ, & religauit illud 3
in deserto superioris Aegypti. Tũc hortatus est virginẽ Tobias, dixitq. ei, Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundũ cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autem tran- 4
acta nocte, in nostro erimus cõiugio. Filij quippe sanctorum sumus, & nõ possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorãt Deũ. Surgentes autẽ pariter, instãter 5
orabãt ambo simul, vt sanitas daretur eis. 6
Dixitq. Tobias, Dñe Deus patrũ nostrorũ, benedicant te cæli & terræ, mareq. & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuę 7
quæ in eis sunt. ‖ Tu fecisti Adã de limo *Gen.* 2,
& terræ, dedisti q. ei adiutoriũ Heuam. Et 8
nunc Dñe tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororẽ meã ←coniugem⁹, sed sola ←13 MS. G.
posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuũ in secula seculorũ. Dixit 9
itaq. Sara, Miserere nobis Domine, miserere nobis, & cõsenescamus ambo pariter 10
sani. Et factũ est circa pullorũ cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierũt cũ eo pariter vt foderẽt sepulchrũ. 11
Dicebat enim, Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septẽ viris 12
q sunt ingressi ad eã. Cũq. parassẽt fossã, 13
reuers⁹ Raguel ad vxorẽ suã, dixit ei, Mitte vnã ex ancillis tuis, & videat si mortu⁹ 14
est, vt sepeliã eũ antequã illucescat dies.
At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ 15
ingressa cubiculũ, reperit eos saluos & incolumes,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

columes, secũ pariter dormiẽtes. Et re- 16
uersa, nuntiauit bonũ nuntiũ: & benedi-
xerunt Dñm, Raguel videlicet & Anna
vxor eius, & dixerunt, Benedicimus te 17
Dñe Deus Israël, quia nõ cõtigit quem-
admodũ putabam[a]. Feciſti enim nobiſ- 18
cũ miſericordiã tuã, & excluſiſti à nobis
inimicũ perſequentẽ nos. Miſertus es 19
autẽ duobus vnicis. Fac eos Dñe plenius
benedicere te: & ſacrificiũ tibi laudis tuæ
& ſuæ ſanitatis offerre, vt cognoſcat vni-
uerſitas gentiũ, quia tu es Deus ſolus in
vniuerſa terra. Statimq. præcepit ſeruis 20
ſuis Raguel, vt replerẽt foſſam quã fece-
rãt, priuſquã eluceſceret. Vxori aũt ſuæ 21
dixit vt inſtrueret cõuiuiũ, & præpararet
omnia quæ in cibos erant iter agentibus
neceſſaria. Duas quoq. pingues vaccas, 22
& quatuor arietes occidi fecit, & parari
epulas omnibus vicinis ſuis, cunctiſque
amicis. Et adiurauit Raguel Tobiã, vt 23
duas hebdomadas moraretur apud ſe.

De omnibus autẽ quæ poſſidebat Ra- 24
guel, dimidiã partẽ dedit Tobiæ, & fecit
hãc ſcripturã, vt pars dimidia quæ ſuper-
erat poſt obitum eorum, Tobiæ dominio
deueniret. CAP. IX.

TVnc vocauit Tobias angelum ad ſe, 1
quẽ quidẽ hominẽ exiſtimabat: di-
xitque ei, Azaria frater, peto vt auſcultes
verba mea: Si meipſum tradã tibi ſer- 2
uum, nõ ero condignus prouidentiæ tuæ.

Tamẽ obſecro te vt aſſumas tibi ani- 3
malia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum
in Rages ciuitatẽ Medorũ: reddãſque ei
chirographũ ſuũ, & recipias ab eo pecu-
niã, & roges eũ venire ad nuptias meas.

Scis enim ipſe quoniã numerat pater 4
meus dies: & ſi tardauero vna die plus,
contriſtatur anima eius. Et certè vides 5
quomodò adiurauit me Raguel, cuius ad-
iuramentũ ſpernere non poſſum. Tunc 6
Raphael aſſumẽs quatuor ex ſeruis Ra-
guelis, & duos camelos, in Rages ciuita-
tẽ Medorũ perrexit: & inuenies Gabelũ,
dedit ei chirographũ ſuũ, & recepit ab eo
omnẽ pecuniã. Indicauitq. ei de Tobia 7
filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecitq.
eũ ſecũ venire ad nuptias. Cumque in- 8
greſſus eſſet domũ Raguelis, inuenit To-
biam diſcumbentem: & exiliens, oſculati
ſunt ſe inuicem; & fleuit Gabelus, bene-
dixitq. Deũ, & dixit, Benedicat te Deus 9
Iſraël, quia filius es optimi viri, & iuſti,
& timẽtis Deũ, & eleemoſynas facientis:
& dicatur benedictio ſuper vxorẽ tuã, 10
& ſuper parẽtes veſtros: & videatis fi- 11
lios veſtros, & filios filiorũ veſtrorũ, vſq.
in tertiã & quartã generationẽ: & ſit ſe-
mẽ veſtrũ benedictũ à Deo Iſraël, qui re-
gnat in ſecula ſeculorũ. Cumq. omnes 12
dixiſſent amẽ, acceſſerunt ad conuiuium:
ſed & cum timore Domini nuptiarum
conuiuium exercebant. CAP. X.

CVm verò moras faceret Tobias, cau- 1
ſa nuptiarũ, ſolicitus erat pater eius
Tobias, dicẽs, Putas quare moratur fil us
2 meus, aut quare detẽtus eſt ibi? Putáſne
Gabelus mortuus eſt, & nemo reddet illi
3 pecuniã? Cœpit autẽ contriſtari nimis
ipſe & Anna vxor eius cũ eo: & cœperũt
ambo ſimul fiere; eo quòd die ſtatuto
minimè reuerteretur filius eorũ ad eos.
4 Flebat igitur mater eius irremediabi-
libus lachrymis, atq. dicebat, ‖ Heu heu Sup. 5, 23.
me fili mi, vt quid te miſimus peregrina-
ri, lumẽ oculorũ noſtrorũ, baculũ ſene-
ctutis noſtræ, ſolatiũ vitæ noſtræ, ſpẽ po-
5 ſteritatis noſtræ? Omnia ſimul in te vno
habẽtes, te nõ debuimus dimittere ire à
6 nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, & no-
li turbari, ſanus eſt filius noſter: ſatis fi-
7 delis eſt vir ille cũ quo miſimus eũ. Illa
autem nullo modo conſolari poterat, ſed
quotidie exiliens circumſpiciebat, & cir-
cuibat vias oẽs per quas ſpes remeandi
videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri
8 poſſet, venientẽ. At verò Raguel dicebat
ad generũ ſuũ, Mane hîc, & ego mittam
nuntiũ ſalutis de te ad Tobiã patrẽ tuũ.
9 Cui Tobias ait, Ego noui quia pater
meus & mater mea modò dies cõputãt,
10 & cruciatur ſpiritus eorũ in ipſis. Cũq.
verbis multis rogaret Raguel Tobiam, &
ille eũ nulla ratione vellet audire, tradi-
dit ei Sarã, & dimidiã partẽ omnis ſub-
ſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis, in pecu-
dibus, in camelis, & in vaccis, & in pecu-
nia multa: & ſaluũ atq. gaudentẽ dimiſit
11 eum à ſe, dicẽs, Angelus Dñi ſanctus ſit
in itinere veſtro, perducatq. vos incolu-
mes, & inueniatis omnia recte circa pa-
rentes veſtros, & videant oculi mei filios
12 veſtros priuſquã moriar. Et apprehen-
dẽtes parẽtes filiã ſuã, oſculati ſunt eã, &
13 dimiſerunt ire: monẽtes eam honorare
ſoceros, diligere maritũ, regere familiã,
gubernare domũ, & ſeipſam irreprehen-
ſibilem exhibere. CAP. XI.

1 CVmq. reuerterẽtur, peruenerunt ad
Charã quæ eſt in medio itinere cõ-
2 tra Niniuẽ, vndecimo die. Dixitq. an-
gelus, Tobia frater, ſcis quemadmodum
3 reliquiſti patrẽ tuũ. Si placet itaq. tibi,
præcedamus, & lento gradu inſequantur
iter noſtrũ familiæ, ſimul cum coniuge
4 tua, & cum animalibus. Cũq. hoc pla-
cuiſſet vt irent, dixit Raphael ad Tobiã,
Tolle tecũ ex felle piſcis: erit enim ne-
ceſſariũ. Tulit itaq. Tobias ex felle illo, &
5 abierunt. Anna autẽ ſedebat ſecus viã
quotidie in ſupercilio mõtis, vnde reſpi-
6 cere poterat de longinquo. Et dũ ex eo-
dẽ loco ſpecularetur aduentũ eius, vidit
à longe, & ilico agnouit venientẽ filium
ſuũ: currénſq. nuntiauit viro ſuo, dicẽs,
7 Ecce venit filius tuus. Dixitq. Raphael
ad Tobiã, At vbi introieris domũ tuam,
ſtatim adora Dñm Deũ tuum: & gratias
agens ei, accede ad patrẽ tuũ, & oſculare
8 eũ. Statimq. lini ſuper oculos eius ex
felle iſto piſcis, quod portas tecum. Scias

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim quoniã mox aperiẽtur oculi ei⁹, & videbit pater tuus lumẽ cæli, & in aſpectu tuo gaudebit. Tũc præcucurrit canis, 9
qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuntius adueniẽs, blãdimento ſuæ caudæ gaudebat. Et cõſurgens cæcus pater eius, cœpit offendẽs pedibus currere: & data manu pueri, occurrit obuiam filio ſuo. Et 10 11
ſuſcipiens oſculatus eſt eũ cũ vxore ſua, & cœperũt ambo flere præ gaudio. Cũq. 12
adoraſſent Deũ, & gratias egiſſent, cõſederũt. Tũc ſumẽs Tobias de felle piſcis, 13
liniuit oculos patris ſui. Et ſuſtinuit 14
quaſi dimidiã ferè horã: & cœpit albugo ex oculis eius, quaſi mẽbrana oui, egredi.

Quã apprehendens Tobias traxit ab 15
oculis eius, ſtatimq. viſum recepit. Et 16
glorificabant Deũ, ipſe videlicet & vxor eius, & oẽs qui ſciebãt eũ. Dicebatque 17
Tobias, Benedico te Dñe Deus Iſraël, qa tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me: & ecce, ego video Tobiã filiũ meũ. Ingreſſa eſt 18
etiã poſt ſeptẽ dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora ſana, & cameli, & pecunia multa vxoris, ſed & illa pecunia quam receperat à Gabelo: & narra- 19
uit parentibus ſuis omnia beneficia Dei quæ feciſſet circa eum per hominem qui eũ duxerat. Veneruntq. Achior & Na- 20
bath conſobrini Tobiæ, gaudẽtes ad Tobiã, & cõgratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illũ oſtenderat Deus. Et 21
per ſeptẽ dies epulantes, oẽs cum gaudio magno gauiſi ſunt. CAP. XII.

TVnc vocauit ad ſe Tobias filiũ ſuũ, 1
dixitq. ei, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecũ? Reſpondens 2
Tobias, dixit patri ſuo, Pater, quam mercedẽ dabimus ei? aut quid dignũ poterit eſſe beneficiis eius? Me duxit & reduxit 3
ſanũ, pecuniã à Gabelo ipſe recepit, vxorẽ ipſe me habere fecit, & dæmonium ab ea ipſe cõpeſcuit, gaudiũ parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoq. videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus p eũ repleti ſumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Sed 4
peto te pater mi, vt roges eũ, ſi fortè dignabitur medietatẽ de omnibus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere. Et voçãtes eũ, 5
pater ſcilicet & filius, tulerũt eũ in partẽ: & rogare cœperũt vt dignaretur dimidiã partẽ omniũ quæ attulerant, acceptã habere. Tunc dixit eis occultè. Benedici- 6
te Deũ cæli, & corã omnibus viuentibus cõfitemini ei, quia fecit vobiſcũ miſericordiã ſuã. Eterim ſacramentum regis abſcõdere, bonũ eſt: opera autem Dei reuelare & cõfiteri, honorificũ eſt. Bona 8
eſt oratio cũ ieiunio; & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recõdere. quo- 9
niam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire
- 10 MS. R.G. - miſericordiã &⁹ vitã æternã. Qui aũt 10
faciunt peccatũ & iniquitatẽ, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Manifeſto ergo vobis veri- 11
tatẽ, & nõ abſcondã à vobis occultũ ſer- 12
monẽ. ‖ Quando orabas cum lacrymis, Sup. 4.
& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ: & mortuos abſcõdebas per diẽ in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, 13
ego obtuli orationẽ tuam Dño. Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tẽtatio 14
probaret te. Et nunc miſit me Dñs vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphaël 15
angelus vnus ex ſeptẽ, qui aſtamus ante Dñm. Cũq. hæc audiſſent, turbati ſunt, 16
& tremẽtes ceciderũt ſuper terrã in faciẽ ſuã. Dixitq. eis angelus, Pax vobis, no- 17
lite timere. Et enim cũ eſſẽm vobiſcũ, 18
per voluntatẽ Dei erã: ipſum benedicite, & cãtate illi. Videbar quidẽ vobiſcum mãducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri nõ 19
poteſt, vtor. Tẽpus eſt ergo vt reuertar 20
ad eũ qui me miſit: vos autẽ benedicite Deũ, & narrate oĩa mirabilia eius. Et cũ 21
hæc dixiſſet, ab aſpectu eorũ ablatus eſt, 22
& vltrà eũ videre nõ potuerũt. Tũc proſtrati per horas tres in faciẽ, benedixerũt Deũ: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius. CAP. XIII.

APeriens autẽ Tobias ſenior os ſuũ, 1 Deut. 32. 1 Reg. 2. Sap. 16.
benedixit Dñm, & dixit, Magnus es Dñe in æternũ, & in omnia ſecula regnũ 2
tuũ: quoniã tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & nõ eſt qui ef- 3
fugiat manũ tuã. Cõfitemini Dño filij Iſraël, & in cõſpectu gentiũ laudate eũ: 4
quoniã ideò diſperſit vos inter gentes, quæ ignorãt eũ, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quia non eſt 5
alius Deus omnipotens præter eũ. Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras; & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiã 6
ſuã. Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcũ, & cũ timore & tremore cõfitemini illi: regemq. ſeculorũ exaltate in operibus veſtris. Ego autẽ in terra captiuitatis mee 7
cõfitebor illi: quoniã oſtendit maieſtatẽ ſuã in gentẽ peccatricem. Cõuertimini itaq. peccatores, & facite iuſtitiã coram Deo, credẽtes quòd faciat vobiſcũ miſe- 8
ricordiã ſuã. Ego autẽ, & anima mea in 9
eo lætabimur. Benedicite Dñm omnes 10
electi ei⁹: agite dies lætitiæ, & cõfitemini illi. Ieruſalẽ ciuitas Dei, caſtigauit te 11
Dñs in operibus manuũ tuarũ. Cõfitere 12
Dño in bonis tuis, & benedic Deũ ſeculorũ, vt reædificet in te tabernaculũ ſuũ, & reuocet ad te oẽs captiuos, & gaudeas 13
in omnia ſecula ſeculorũ. Luce ſplẽdida fulgebis, & oẽs fines terræ adorabunt 14
te. Nationes ex lõginquo ad te veniẽt: & munera deferẽtes, adorabũt in te Dñm, & terrã tuã in ſanctificationẽ habebunt.
Nomẽ enim magnũ inuocabunt in te. 15
Maledicti erũt qui cõtempſerint te: & 16
cõdemnati erũt oẽs qui blaſphemauerint te: benedictiq. erũt qui ædificauerint te.
Tu autẽ lætaberis in filiis tuis, quoniã 17

omnes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnes benedicẽtur, & cõgregabuntur ad
Dñm. Beati oẽs qui diligunt te, & qui 18
gaudẽt ſuper pace tua. Anima mea be- 19
nedic Dñm, quoniã liberauit Ieruſalẽ ci-
uitatẽ ſuã à cunctis tribulationibus eius:
Dñs Deus noſter. Beatus ero, ſi fuerint 20
reliquiæ ſeminis mei ad vidẽdã claritatẽ
Ieruſalẽ. ℣ Portæ Ieruſalẽ ex ſapphiro & 21
Apo.21,18. ſmaragdo ædificabũtur: & ex lapide pre-
tioſo omnis circuitus murorũ eius. Ex 22
lapide candido, & mundo omnes plateæ
eius ſternentur: & per vicos eius halle-
lu-ia cantabitur. Benedictus Dominus, 23
qui exaltauit eam, vt ſit regnum eius in
ſecula ſeculorum ſuper eam. Amen.

CAP. XIIII.

ET cõſummati ſunt ſermones Tobiæ. 1
Et poſtquã illuminat⁹ eſt Tobias, vi-
xit annis quadraginta duobus, & vidit fi-
lios nepotũ ſuorũ. Cõpletis itaq. annis 2
centũ duobus, ſepultus eſt honorificè in
Niniue. Quinquaginta namq. & ſex an- 3
norũ lumẽ oculorũ amiſit: ſexagenarius
verò recepit. Reliquũ verò vitæ ſuæ, in 4
gaudio fuit, & cũ bono profectu timoris
Dei perrexit in pace. In hora autẽ mor- 5
tis ſuæ vocauit ad ſe Tobiã filiũ ſuum, &
ſeptẽ iuuenes filios ſuos nepotes ſuos, di-
xitq. eis, Propè erit interitus Niniue. 6
nõ enim excidit verbũ Dñi: & fratres no-
ſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſraël, reuer-
1 Eſd. 3,8. & 6,14. tẽtur ad eã. Omnis autẽ deſerta terra ei⁹ 7
replebitur, & domus Dei, quæ in ea incẽ-
ſa eſt, iterũ reædificabitur: ibiq. reuertẽ-
tur oẽs timẽtes Deũ, & relinquẽt gen- 8
tes idola ſua, & veniẽt in Ieruſalẽ, & in-
habitabũt in ea: & gaudebũt in ea oẽs 9
reges terræ, adorãtes Regẽ Iſraël. Audi- 10
te ergo filij mei patrẽ veſtrũ: ſeruite Dño
in veritate, & inquirite vt faciatis quæ
placita ſunt illi: & filiis veſtris mãdate 11
vt faciant iuſtitias & eleemoſynas, vt ſint
memores Dei, & benedicãt eum in omni
tẽpore in veritate, & in tota virtute ſua.
Nunc ergo filij audite me, & nolite ma- 12
nere hîc: ſed quacumque die ſepelieritis
matrẽ veſtrã circa me in vno ſepulchro,
ex eo dirigite greſſus veſtros vt exeatis
hinc. Video enim quia iniquitas eius fi- 13
nẽ dabit ei. Factũ eſt autẽ poſt obitum 14
matris ſuę, Tobias abſceſſit ex Niniue cũ
vxore ſua, & filiis, & filiorum filiis, & re-
uerſus eſt ad ſoceros ſuos. Inuenitque 15
eos incolumes in ſenectute bona: & cu-
ram eorum geſſit, & ipſe clauſit oculos
eorum: & omnem hæreditatem domus
Raguelis ipſe percepit: viditque quintam
generationem, filios filiorum ſuorum.
Et completis annis nonagintanouem 16
in timore Domini cum gaudio ſepelie-
runt eum. Omnis autem cognatio eius, 17
& omnis generatio eius in bona vita, & in
ſancta conuerſatione permãſit, ita vt ac-
cepti eſſent tam Deo, quàm hominibus,
& cunctis habitantibus in terra.

LIBER IVDITH.

CAP. I.

ARPHAXAD itaq. rex Medorum 1
ſubiugauerat multas gẽtes impe-
rio ſuo, & ipſe ædificauit ciuitatẽ
potentiſsimã, qũã appellauit Ecbatanis.
Ex lapidibus quadratis & ſectis, fecit 2
muros ei⁹ in altitudinẽ cubitorũ ſeptua-
ginta, & in latitudinẽ cubitorũ triginta:
turres verò ei⁹ poſuit in altitudinẽ cubi- 3
torũ centũ. Per quadrũ verò earũ latus
vtrũq. vicenorũ pedũ ſpatio tendebatur.
poſuitq. portas eius in altitudinẽ turriũ.
Et gloriabatur quaſi potẽs in potentia 4
exercit⁹ ſui, & in gloria quadrigarũ ſuarũ.
Anno igitur duodecimo regni ſui, Na- 5
buchodonoſor rex Aſſyriorũ, qui regna-
bat in Niniue ciuitate magna, pugnauit
cõtra Arphaxad: & obtinuit eũ in cãpo 6
magno, qui appellatur Ragau, circa Eu-
phratẽ, & Tigrin, & Iadaſon in cãpo E-
rioch regis Elicorũ. Tũc exaltatum eſt 7
regnũ Nabuchodonoſor, & cor ei⁹ eleua-
tũ eſt: & miſit ad oẽs qui habitabant in
Cilicia, & Damaſco, & Libano: & ad gẽ- 8
tes quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & in-
habitãtes Galilæã in cãpo magno Eſdre-
lõ: & ad oẽs qui erãt in Samaria & trãs 9
flumẽ Iordanẽ vſq. ad Ieruſalẽ, & omnẽ
terrã Ieſſe, quouſq. perueniatur ad ter-
minos Aethiopiæ. Ad hos oẽs miſit nũ- 10
tios Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ, qui 11
oẽs vno animo cõtradixerũt, & remiſe-
rũt eos vacuos, & ſine honore abiecerũt.
Tunc indignat⁹ Nabuchodonoſor rex ad 12
omnẽ terrã illã, iurauit per thronum &
regnũ ſuũ quòd defenderet ſe de omni-
bus regionibus his.

CAP. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonoſor 1
regis, viceſima & ſecũda die menſis
primi, factũ eſt verbũ in domo Nabucho-
donoſor regis Aſſyriorũ, vt defẽderet ſe.
Vocauitq. oẽs maiores natu, omneſque 2
duces, & bellatores ſuos, & habuit cũ eis
myſteriũ cõſilij ſui. Dixitq. cogitationẽ 3
ſuã in eo eſſe, vt omnẽ terrã ſuo ſubiuga-
ret imperio. Quod dictũ cùm placuiſſet 4
omnibus, vocauit Nabuchodonoſor rex
Holofernẽ principẽ militiæ ſuæ, & dixit 5
ei, Egredere aduerſum omne regnũ Oc-
cidẽtis: & cõtra eos præcipuè qui contẽ-
pſerũt imperiũ meũ. Nõ parcet oculus 6
tuus vlli regno, omnẽq. vrbẽ munitã ſub-
iugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit 7
duces & magiſtrat⁹ virtutis Aſſyriorũ: &
dinumerauit viros in expeditionẽ, ſicut
præcepit ei rex, centũ viginti millia pe-
ditum pugnatorum, & equites ſagittarios
duodecim millia. Omnẽq. expeditionẽ 8
ſuã fecit præire in multitudine innume-
rabiliũ camelorũ, cũ his quę exercitibus
ſufficerẽt copioſe: boũ quoq. armenta,
gregeſq. oniũ, quorũ nõ erat numerus.
Frumẽtũ ex omni Syria in trãſitu ſuo 9
parari cõſtituit. Aurũ verò & argentũ, 10 Inf. 16,5.
de domo regis aſſumpſit multum nimis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et profectus est ipse & omnis exercit⁹, 11
cū quadrigis & equitibus, & sagittariis,
qui cooperuerūt faciē terrę, sicut locustę.
Cūq. pertrāsisset fines Assyriorū, venit 12
ad magnos mōtes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ: ascēditq. oīa castella eorū,
& obtinuit omnē munitionē. Effregit 13
autē ciuitatē opinatissimā Melothi, prædauitq. oēs filios Tharsis & filios Ismahel, qui erāt cōtra faciē deserti, & ad austrū terræ Cellō. Et trāsiuit Euphrātē, 14
& venit in Mesopotamiam: & fregit oēs
ciuitates excelsas quæ erāt ibi, à torrente
Mābre, vsquequo perueniatur ad mare:
& occupauit terminos ei⁹, à Cilicia vsq. 15
ad fines Iapheth, qui sunt ad austrū. Ab- 16
duxitq. oēs filios Madiā, & prædauit omnē locupletationē eorū, omnesq. resistētes sibi occidit in ore gladij. Et post hęc 17
descēdit in cāpos Damasci in dieb⁹ messis,
& succēdit oīa sata, omnesq. arbores &
vineas fecit incidi: & cecidit timor illius
sup oēs inhabitantes terrā. CAP. III.
TVnc misērūt legatos suos vniuersa- 1
rū vrbiū, ac prouinciarum reges ac
principes, Syriæ scilicet & Mesopotamię,
& Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ,
qui veniētes ad Holofernē, dixerūt, De- 2
sinat indignatio tua circa nos. Melius est
enim vt viuētes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi,
quā moriētes cū interitu nostro ipsi seruitutis nostræ dāna patiamur. Omnis 3
ciuitas nostra, omnisq. possessio, oēs mōtes, & colles, & cāpi, & armēta boū, gregesq. ouiū & caprarū, equorūq. & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atq.
familiæ in cōspectu tuo sunt. sint omnia 4
nostra sub lege tua. Nos etiā & filij no- 5
stri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dns, & vtere seruitio nostro, sicut pla- 6
cuerit tibi. Tunc descēdit de mōtibus cū 7
equitibus in virtute magna, & obtinuit
omnē ciuitatē, & omnē inhabitātē terrā.
De vniuersis autē vrbib⁹ assumpsit sibi 8
auxiliarios viros fortes, & electos ad bellū. Tantusq. metus prouinciis illis in- 9
cubuit, vt vniuersarū vrbiū habitatores
principes, & honorati simul cum populis
exirēt in obuiā veniēti, excipientes eū 10
cū coronis, & lāpadib⁹ ducētes choros in
tympanis & tibiis. Nec ista tamē faciē- 11
tes, ferocitatē eius pectoris mitigare potuerūt. Nā & ciuitates eorū destruxit, & 12
lucos eorū excīdit. præceperat enim illi 13
Nabuchodonosor rex, vt oēs deos terræ
exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentia subiugari.
Pertransiēs autē Syriā Sobal, & omnē 14
Apameā omnēq. Mesopotamiā, venit ad
Idumæos in terrā Gabaa, accepitq. ciui- 15
tates eorū, & sedit ibi per triginta dies, in
quib⁹ dieb⁹ adunari præcepit vniuersum
exercitum virtutis suæ. CAP. IIII.
TVnc audiētes hęc filij Israël, qui ha- 1
bitabāt in Terra Iuda, timuerūt val-
2 de à facie eius. Tremor etiā & horror in-
uasit sensus eorū, ne hoc faceret Ierusalē
& tēplo Dñi, quod fecerat cęteris ciuita-
3 tibus & tēplis earū. Et misērūt in om-
nē Samariā per circuitū vsq. Iericho, &
præoccupauerūt oēs vertices montium.
4 Et muris circūdederunt vicos suos, &
cōgregauerunt frumēta in præparationē
5 pugnæ. Sacerdos etiā Eliachim scripsit
ad vniuersos qui erāt cōtra Esdrelō, quæ
est cōtra faciē cāpi magni, iuxta Dothain,
& vniuersos per quos viæ trāsitus esse po
6 terat, vt obtinerēt ascēsus montiū, per
quos via esse poterat ad Ierusalē, & illic
custodirēt vbi āgustū iter esse poterat in-
7 ter mōtes. Et fecerūt filij Israël secun-
dū quod cōstituerat eis sacerdos Dñi E-
8 liachim. Et clamauit omnis populus ad
Dñm instātia magna, & humiliauerunt
animas suas ‖ in ieiuniis & orationib⁹, ‖ 14 MS. in assiduitate magna G.
9 ipsi & mulieres eorū. Et induerūt se sa-
cerdotes ciliciis, & infātes prostrauerunt
cōtra faciē tēpli Dñi, & altare Dñi ope-
10 ruerūt cilicio. Et clamauerūt ad Dñm
Deū Israël vnanimiter, ne darētur in prę-
dā infantes eorū, & vxores eorū in diui-
sionē, & ciuitates eorū in exterminiū, &
sancta eorū in pollutionē, & fierēt in op-
11 probriū Gētibus. Tunc Eliachim sacer-
dos Dñi magnus circuiuit omnē Israël,
12 allocutusq. est eos, dicēs, Scitote quoniā
exaudiet Dns preces vestras, si manentes
permanseritis in ieiuniis & orationib⁹ in
13 cōspectu Dñi. ‖ Memores estote Moysi Exo.17,11
serui Dñi, qui Amalec cōfidētē in virtute
sua, & in potētia sua, & in exercitu suo,
& in clypeis suis, & in curribus suis, &
in equitibus suis, nō ferro pugnādo, sed
14 precibus sanctis orādo deiecit. sic erunt
vniuersi hostes Israël, si perseueraueritis
15 in hoc opere quod cœpistis. Ad hāc igi-
tur exhortationē eius deprecantes Dñm,
16 permanebāt in cōspectu Dñi, ita vt etiā
hi qui offerebāt Dño holocausta, præcin-
cti ciliciis offerrēt sacrificia Dño, & erat
17 cinis supra capita eorū. Et ex toto cor-
de suo oēs orabāt Deū, vt visitaret popu-
lum suum Israël. CAP. V.
1 NVntiatumq. est Holoferni principi
militiæ Assyriorū, quòd filij Israël
præpararēt se ad resistēdū, ac montiū iti-
2 nera cōclusissent: & furore nimio exarsit
in iracūdia magna: vocauitq. oēs princi-
3 pes Moab & duces Ammō: & dixit eis,
Dicite mihi quis sit popul⁹ iste, qui mō-
tana obsidet: aut quæ, & quales, & quārę
sint ciuitates eorū: quæ etiā sit virt⁹ eorū,
aut quæ sit multitudo eorū, vel quis rex
4 militiæ illorū: & quare præ omnib⁹ qui
habitāt in Oriēte, isti cōtēpserūt nos, &
nō exierūt in obuiā nobis, vt susciperent
5 nos cū pace? Tūc Achior dux omniū fi- Inf.11,7.
liorū Ammō respōdēs, ait, Si digneris au-
dire dñe mi, dicā veritatē in cōspectu tuo
de populo isto, qui in mōtanis habitat, &
nō egredietur verbū falsum ex ore meo.
6 Populus iste ex ‖ genie Chaldæorū est. ‖ hic pri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Gen.11, 31 ‖hic primũ in Mesopotamia habitauit, quoniã noluerũt sequi deos patrũ suorũ, 7
qui erãt in terra Chaldæorũ. Deseren- 8
tes itaq. ceremonias patrũ suorũ, quæ in
multitudine deorum erãt, vnum Deum 9
Gen.12,1. cæli coluerũt, qui‖ & præcepit eis vt exirẽt inde, & habitarẽt in Charã. Cumque
Gen.46,2. operuisset oẽm terrã fames, ‖descẽderũt in Aegyptũ, illicq. per quadringẽtos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari
eorũ nõ posset exercitus. Cumq. gra- 10
uaret eos rex Aegypti, atq. in ædificatio-
nib. vrbiũ suarum in luto & latere subnib. vrbiũ suarum in luto & latere sub-
iugasset eos, clamauerunt ad Dñm suũ,
& pcussit totã terrã Aegypti plagis va- 11
Exo.14,1. riis. Cumq. eiecissent eos Aegyptij à se,
& cessasset plaga ab eis, & iterũ eos vellẽt capere, & ad suũ seruitium reuocare,
fugientib. his Deus cæli mare aperuit, 12
Inf.6,13. ita vt hinc inde aquæ quasi mur⁹ solidarẽtur, & isti pede sicco fundũ maris perambulãdo trãsirent. In quo loco dũ in- 13
numerabilis exercitus Aegyptiorum eos
persequeretur, ita aquis coopertus est, vt
nõ remaneret vel vnus, qui factũ posteris
nuntiaret. ‖ Egressi etiã mare rubrum, 14
Exo.15, 13 & 16, 32. deserta Sina mõtis occupauerũt, in quib⁹ nũquã homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. Illic fõtes amari, obdulcati sunt eis ad bibendum, & per 15
annos quadraginta annonã de cælo cõsecuti sunt. Vbicunq. ingressi sunt sine ar- 16
cu & sagitta, & absq. scuto & gladio, Deus
eorum pugnauit pro eis, & vicit. Et nõ 17
fuit qui insultaret populo isti, nisi quãdo
recessit à cultu Dñi Dei sui. Quotiescunq. autẽ præter ipsum Deũ suũ, alterũ 18
coluerunt, dati sunt in prædã, & in gladiũ, & in opprobriũ. Quotiescunq. aũt 19
pœnituerunt se recessisse à cultura Dei
sui, dedit eis Deus cæli virtutẽ resistẽdi.
Nu.21,25. Ios.12,7. ‖ Deniq. Chananæũ regẽ, & Iebusæũ, 20
& Pherezæũ, & Hethæũ, & Heuẽũ, & Amorrhæũ, & oẽs potẽtes in Hesebõ prostrauerunt, & terras eorũ & ciuitates eo-
rũ ipsi possederunt: & vsq. dũ nõ pec- 21
carent in cõspectu Dei sui, erant cũ illis
bona. Deus enim illorum odit iniquitatẽ.
Nã & ante hos annos cùm recessissent 22
à via, quã dederat illis Deus, vt ambularẽt in ea, extermiuati sunt prœliis à mul-
1 Esd.1,3. tis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terrã nõ suã. ‖ Nup aũt 23
reuersi ad Dñm Deũ suũ, ex dispersione
qua dispersi fuerãt, adunati sunt, & ascẽderunt mõtana hæc omnia, & iterũ possidẽt Ierusalẽ, vbi sunt Sancta sanctorũ.
Nunc ergo mi dñe, perquire si est ali- 24
qua iniquitas eorũ in cõspectu Dei eorũ:
& ascẽdamus ad illos, quoniã tradẽs tradet illos Deus eorũ tibi, & subiugati erũt
sub iugo potentiæ tuæ. Si verò nõ est of- 25
fensio populi huius corã Deo suo, nõ poterimus resistere illis: quoniã Deus eorũ
defendet illos: & erimus in opprobriũ vniuersæ terræ. Et factũ est cùm cessasset 26

loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes
magnates Holofernis, & cogitabãt inter- 27
ficere eũ, dicẽtes ad alterutrũ: Quis est
iste, qui filios Israël posse dicat resistere
regi Nabuchodonosor & exercitib. eius,
homines inermes, & sine virtute, & sine 28
peritia artis pugnæ? Vt ergo agnoscat
Achior quoniã fallit nos, ascendamus in
mõtana: & cùm capti fuerint potẽtes eorũ, tunc cum eisdẽ gladio trãsuerberabi- 29
tur: vt sciat omnis gens quoniã Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

CAP. VI.

1 FActum est autẽ cùm cessassent loqui, indignatus Holofernes vehemẽter, di- 2
xit ad Achior, Quoniã pphetasti nobis,
dicẽs, q gẽs Israël defendatur à Deo suo,
vt ostendã tibi quoniã non est Deus, nisi 3
Nabuchodonosor: cũ percusserimus eos
oẽs sicut hominẽ vnũ, tunc & ipse cum
illis Assyriorum gladio interibis, & omnis 4
Israël tecum perditione disperiet: & pbabis quoniã Nabuchodonosor dñs sit vniuersæ terræ. tuncq. gladius militiæ meæ trãsiet per latera tua, & cõfixus cades inter vulneratos Israël, & nõ respirabis vltrà, donec extermineris cũ illis. Porrò 5
aũt si pphetiã tuã verã existimas, nõ cõcidat vultus tuus: & pallor qui faciẽ tuã
obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc 6
putas impleri nõ posse. Vt autẽ noueris
quia simul cum illis hæc experieris, ecce
ex hac hora illorum populo sociaberis: vt
dũ dignas mei gladij pœnas exceperint, 7
ipse simul vltioni subiaceas. Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt cõprehẽderent Achior, & perducerẽt eum in Bethuliã, & traderent eũ in manus filiorum 8
Israël. Et accipientes eum serui Holofernis, pfecti sunt per cãpestria: sed cùm
appropinquassẽt ad mõtana, exierũt cõ- 9
tra eos fundibularij. Illi autẽ diuertẽtes
à latere mõtis, ligauerunt Achior ad arborẽ manib. & pedibus, & sic vinctum de
restib. dimiserunt eum: & reuersi sunt ad 10
dñm suum. Porrò filij Israël descendẽtes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem
soluẽtes duxerunt ad Bethuliã; atque in
medium populi illũ statuẽtes, percunctati sunt quid rerũ esset quòd illũ vinctum 11
Assyrij reliquissent. In dieb. illis erãt illic principes, Ozias filius Micha de tribu 12
Simeõ, & Charmi, qui & Gothoniel. In
medio itaq. seniorum, & in cõspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus
ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: &
qualiter populus Holofernis voluisset p- 13
pter hoc verbũ interficere eum, & quẽadmodum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israëlitis hac de causa tradi: vt
dum vicerit filios Israël, tunc & ipsum
Achior diuersis iubeat interire suppliciis,
ppter hoc q dixisset, Deus cæli defensor 14
eorũ est. Cumq. Achior vniuersa hæc Supr.5,12.
exposuisset, omnis populus cecidit in faciẽ, adorãtes Dñm, & cõmuni lamẽtatio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne & fletu vnanimes preces ſuas Dño effuderunt, dicentes: Dñe Deus cæli & terræ, intuere ſuperbiã eorum, & reſpice ad noſtrã humilitatẽ, & faciẽ ſanctorum tuorum attende, & oſtẽde quoniã nõ derelinquis præſumẽtes de te: & præſumẽtes de ſe, & de ſua virtute gloriãtes, humilias. Finito itaq. fletu, & per totã diẽ oratione populorũ cõpleta, cõſolati ſunt Achior, dicẽtes: Deus patrũ noſtrorum, cuius tu virtutẽ prædicaſti, ipſe tibi hanc dabit viciſſitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. Cùm verò Dñs Deus noſter dederit hãc libertatem ſeruis ſuis, ſit & tecum Deus in medio noſtri: vt ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnib. cõuerſeris nobiſcum. Tunc Ozias, finito cõſilio, ſuſcepit eum in domum ſuã, & fecit ei cœnã magnã. Et vocatis omnibus presbyteris, ſimul expleto ieiunio refecerũt. Poſtea verò cõuocat⁹ eſt oĩs popul⁹, & ꝑ totã noctẽ intra eccleſiã oranerũt petẽtes auxiliũ à Deo Iſraël. CAP. VII.

1 HOlofernes autẽ altera die præcepit exercitib. ſuis, vt aſcẽderent cõtra Bethuliã. Erãt autem pedites bellatorũ centũ viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorũ illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerãt de ꝓuinciis & vrbib. vniuerſæ iuuentutis. Oẽs parauerunt ſe pariter ad pugnã cõtra filios Iſraël, & venerunt ꝑ crepidinem mõtis vſq. ad apicem qui reſpicit ſu ꝑ Dothain, à loco qui dicitur Belma vſq. ad Chelmõ, qui eſt cõtra Eſdrelõ. Filij autem Iſraël vt viderunt multitudinem illorum, ꝓſtrauerunt ſe ſuper terrã, mittentes cinerem ſuper capita ſua, vnanimes orãtes vt Deus Iſraël miſericordiã ſuã oſtenderet ſuper populum ſuum. Et aſſumentes arma ſua bellica, ſederunt per loca quæ ad anguſti itineris tramitem dirigunt inter mõtoſa, & erant cuſtodientes ea tota die & nocte. Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit ꝙ fons qui influebat, aquæ ductum illorum à parte auſtrali extra ciuitatẽ dirigeret: & inciſi præcepit aquæ ductũ illorum. Erãt tamẽ nõ lõgè à muris fõtes, ex quibus furtim videbantur haurire aquã ad refocillandum potius, quàm ad potãdum. Sed filij Ammõ & Moab acceſſerunt ad Holofernẽ, dicentes, Filij Iſraël nõ in lãcea, nec in ſagitta confidunt, ſed mõtes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio cõſtituti. Vt ergo ſine congreſsione pugnæ poſsis ſuperare eos, pone cuſtodes fontium, vt non hauriãt aquã ex eis, & ſine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem ſuã, quã putãt in montibus poſitã ſuperari nõ poſſe. Et placuerunt verba hæc corã Holoferne, & corã ſatellitib. eius, & cõſtituit per gyrum cẽtenarios per ſingulos fontes. Cumq. iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta, defecerunt ciſternæ, & collectiones aquarũ omnibus habitãtibus Bethuliã, ita vt nõ eſſet intra ciuitatẽ vnde ſatiarẽtur vel vna die, quoniã ad menſuram dabatur populis aqua quotidie. Tunc ad Oziã congregati omnes viri, fœminæq., iuuenes, *& paruuli, omnes ſimul vna voce dixerunt, Iudicet Deus inter nos & te, quoniã feciſti in nos mala, nolẽs loqui pacificè cũ Aſſyriis, & propter hoc vendidit nos Dẽ⁹ in manib. eorũ. Et ideò nõ eſt qui adiuuet, cùm ꝓſternamur ante oculos eorum in ſiti & perditione magna. Et nũc cõgregate vniuerſos qui in ciuitate ſunt, vt ſpõte tradamus nos oẽs populo Holofernis. Melius eſt enim vt captiui benedicamus Dñm, viuentes, quàm moriamur, & ſimus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores noſtras & infantes noſtros mori ante oculos noſtros. Conteſtamur hodie cælum & terram, & Deũ patrũ noſtrorum, qui vlciſcitur nos ſecundum peccata noſtra, vt iã tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt ſit finis noſter breuis in ore gladij, qui lõgior efficitur in ariditate ſitis. Et cùm hæc dixiſſent, factus eſt fletus & vlulatus magnus in eccleſia omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deũ, dicentes, Peccauimus cũ patrib. noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatẽ fecimus. Tu quia pius es, miſerere noſtri: aut in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere cõfitẽtes te populo qui ignorat te, vt non dicãt inter Gẽtes, Vbi eſt Dẽ⁹ eorũ? Et cũ fatigati his clamoribus, & his fletibus laſſati ſiluiſſent, exurgens Ozias, infuſus lachrymis, dixit, Aequo animo eſtote fratres, & hos quinq. dies expectẽ⁹ à Dño miſericordiã. Forſitã enim indignationem ſuã abſcindet, & dabit gloriã nomini ſuo. Si autem tranſactis quinq. dieb. non venerit adiutorium, faciemus hæc verba quæ locuti eſtis. CAP. VIII.

1 ET factũ eſt, cùm audiſſet hæc verba Iudith vidua quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioſeph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iãnor, filij Gedeõ, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enã, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeõ, filij Rubẽ: & vir eius fuit Manaſſes, qui mortu⁹ eſt in dieb. meſsis hordeaceæ. inſtabat enim ſu ꝑ alligãtes manipulos in cãpo, & venit æſtus ſu ꝑ caput eius, & mortuus eſt in Bethulia ciuitate ſua, & ſepultus eſt illic cũ patrib. ſuis. Erat autẽ Iudith relicta eius vidua iã annis tribus, & menſib. ſex. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculũ, in quo cũ puellis ſuis clauſa morabatur: & habẽs ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnib. dieb. vitæ ſuæ, præter ſabbatha, & neomenias, & feſta domus Iſraël. Erat autẽ elegãti aſpectu nimis, cui vir ſu⁹ reliquerat diuitias multas, & familiã

* ſederũt MS. Vat. R. & G. addunt.

Pſal. 105, 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

copiosam, ac possessiones armentis boũ, & gregibus ouium plenas. Et erat hæc 8
in omnibus famosissima, quoniã timebat
Dñm valde: nec erat qui loqueretur de
illa verbũ malũ. Hæc itaq. cùm audis- 9
set quoniã Ozias promisisset quòd trans-
acto quinto die traderet ciuitatẽ, misit ad
presbyteros Chabri & Charmi. Et ve- 10
nerunt ad illã, & dixit illis, Quod est hoc
verbum, in quo cõsensit Ozias, vt tradat
ciuitatẽ Assyriis, si intra quinq. dies non
venerit vobis adiutorium? Et qui estis 11
vos, qui tentatis Dñm? Nõ est iste ser- 12
mo qui misericordiã prouocet: sed po-
tius qui irã excitet, & furorẽ accendat.
Posuistis vos tẽpus miserationis Dñi, 13
& in arbitriũ vestrum diẽ cõstituistis ei.
Sed ꝙ patiẽs Dñs est, in hoc ipso pœ- 14
niteamus, & indulgẽtiã eius fusis lachry-
mis postulemus. nõ enim quasi homo, 15
sic Deus cõminabitur: neque sicut filius
hominis ad iracundiam inflammabitur.
Et ideo humiliem⁹ illi animas nostras: 16
& in spiritu cõstituti humiliato, seruien-
tes illi, dicamus flẽtes Dño, vt secundũ 17
voluntatẽ suã sic faciat nobiscũ citò mi-
sericordiã suã: vt sicut conturbatũ est cor
nostrũ in superbia eorũ, ita etiã de nostra
humilitate gloriemur, quoniã nõ sum⁹ 18
secuti peccata patrũ nostrorũ qui dereli-
querunt Deum suũ, & adorauerunt deos
alienos: ꝙ quo scelere dati sunt in gla- 19
diũ, & in rapinã, & in cõfusionẽ inimicis
suis. nos autẽ alterũ Deũ nescimus præ-
ter ipsum. Expectemus humiles cõso- 20
lationẽ eius, & exquiret sanguinẽ nostrũ
de afflictionibus inimicorũ nostrorũ: &
humiliabit oẽs Gentes, quæcunq. insur-
gũt cõtra nos. & faciet illas sine honore
Dñs Deus noster. Et nunc fratres, quo- 21
niã vos estis presbyteri in populo Dei, &
ex vobis pendet anima illorũ, ad eloquiũ
vestrũ corda eorum erigite, vt memores
sint, quia tentati sunt patres nostri, vt ꝓ-
barẽtur si verè colerent Deũ suũ. Me- 22
Gene.22,1. mores esse debent, ‖ quomodo pater no-
ster Abrahã tẽtatus est, & per multas tri-
bulationes probatus, Dei amicus effectus
est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & 23
oẽs qui placuerunt Deo, per multas tri-
bulationes trãsierũt fideles. Illi aũt qui 24
tentationes nõ susceperunt cum timore
Dñi, & impatientiã suã & improperium
Num.21,6. murmurationis suæ contra Dñm protu-
1Cor.10,9. lerũt, exterminati sunt ab exterminа- 25
tore, & à serpentibus perierunt. Et nos 26
ergo nõ vlciscamur nos pro his quæ pa-
timur: sed reputantes peccatis nostris 27
hæc ipsa supplicia minora esse flagella
Dñi, quibus quasi serui corripimur, ad e-
mendationẽ, & nõ ad perditionẽ nostram
eueniisse credamus. Et dixerũt illi Ozias 28
& presbyteri, Omnia quæ locuta es, vera
sunt, & nõ est in sermonibus tuis vlla re-
prehensio. Nunc ergo ora pro nobis, qm̃ 29
mulier sancta es, & timẽs Deũ. Et dixit 30
illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei
31 esse cognoscitis: ita quod facere dispo-
sui, probate si ex Deo est: & orate, vt fir-
32 mum faciat Deus consiliũ meũ. Stabi-
tis vos ad portã nocte ista, & ego exeam
cũ abra mea: & orate, vt sicut dixistis, in
diebus quinq. respiciat Dñs populũ suũ
33 Israël. Vos autẽ nolo vt scrutemini a-
ctum meũ: & vsq. dum renuntiem vobis,
nihil aliud fiat, nisi oratio ꝓ me ad Dñm
34 Deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias
princeps Iudæ, Vade in pace, & Dñs sit
tecum in vltionem inimicorum nostro-
rum. Et reuertentes abierunt.

CAP. IX.

1 QVibus ascẽdentibus, Iudith ingressa
est oratoriũ suũ: & induẽs se cilicio,
posuit cinerẽ super caput suum: & pro-
sternens se Dño, clamabat ad Dñm, di-
2 cens, Dñe Deus patris mei Simeon,
‖ qui dedisti illi gladiũ in defensionẽ alie- Gen.34,29
nigenarum, qui violatores extiterunt in
coinquinatione sua, & denudauerunt fe-
3 mur virginis in cõfusionem: & dedisti
mulieres illorũ in prædã, & filias illorum
in captiuitatẽ: & oẽm prædã in diuisionẽ
seruis tuis, qui zelauerunt zelũ tuũ: sub-
ueni quæso te Dñe Deus meus mihi vi-
4 duæ. Tu enim fecisti priora, & illa post
illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse
5 voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratæ
sunt, & tua iudicia in tua prouidẽtia po-
6 suisti. Respice castra Assyriorum nunc, Exo.14,9.
sicut tunc castra Aegyptiorum videre di-
gnatus es, quãdo post seruos tuos armati
currebant, confidentes in quadrigis, & in
equitatu suo, & in multitudine bellato-
7 rũ. Sed aspexisti super castra eorum, &
8 tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes
eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos.
9 Sic fiãt & isti Dñe qui cõfidũt in mul-
titudine sua, & in curribus suis, & in cõ-
tis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lã-
10 ceis gloriantur, & nesciunt quia tu ipse
es Deus noster ꝙ cõteris bella ab initio,
11 & Dñs nomen est tibi. Erige brachium
tuũ, sicut ab initio: & allide virtutẽ illorũ
in virtute tua: cadat virtus eorũ in iracũ-
dia tua qui promittunt se violare sancta
tua, & polluere tabernaculũ nominis tui,
& deiicere gladio suo cornu altaris tui.
12 Fac Dñe, vt gladio proprio eius super-
13 bia amputetur: capiatur laqueo oculo-
rũ suorũ in me, & percuties eũ ex labiis
14 charitatis meæ. Da mihi in animo cõ-
stantiã, vt contemnam illũ: & virtutẽ, vt
15 euertã illũ. Erit enim hoc memoriale
nominis tui, cùm manus fœminæ deie-
16 cerit eum. Nõ enim in multitudine est
virtus tua Dñe, neque in equorũ viribus
volũtas tua est, nec superbi ab initio pla-
cuerunt tibi: sed humiliũ & mansuetorũ
17 semp tibi placuit deprecatio. Deus cæ-
lorũ, creator aquarũ, & Dñs totius crea-
turæ, exaudi me miserã deprecantẽ, & de
18 tua misericordia præsumentẽ. Memẽto

Dñe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dñe teſtamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo cõſilium corrobora, vt domus tua in ſanctificatione tua permaneat: & omnes Gentes agnoſcãt quia tu es Deus; & nõ eſt alius præter te.

CAP. X.

FActum eſt autẽ, cùm ceſſaſſet clamare ad Dñm, ſurrexit de loco in quo iacuerat proſtrata ad Dñm. Vocauitque abrã ſuã, & deſcendens in domũ ſuã, abſtulit à ſe ciliciũ, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crinẽ capitis ſui, & impoſuit mitrã ſuper caput ſuũ, & induit ſe veſtimẽtis iucunditatis ſuæ, induitq. ſandalia pedib. ſuis, aſſumpſitq. dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnib⁹ ornamẽtis ſuis ornauit ſe. Cui etiã Dñs cõtulit ſplendorẽ: quoniã omnis iſta cõpoſitio nõ ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideo Dñs hãc in illã pulchritudinẽ ampliauit, vt incõparabili decõre omniũ oculis apparẽret. Impoſuit itaq. abræ ſuę aſcopã vini, & vas olei, & polentã, & lapates, & panes, & caſeum; & profecta eſt. Cũq. veniſſent ad portã ciuitatis, inuenerunt expectantẽ Oziã, & presbyteros ciuitatis. Qui cùm vidiſſent eã, ſtupẽtes mirati ſunt nimis pulchritudinẽ eius. Nihil tamẽ interrogãtes eã, dimiſerunt trãſire, dicentes, Deus patrũ noſtrorũ det tibi gratiã, & omne conſiliũ tui cordis ſua virtute corroboret, vt glorietur ſuper te Ieruſalẽ, & ſit nomẽ tuũ in numero ſanctorum & iuſtorũ. Et dixerunt hi qui illic erãt, oẽs vna voce: Fiat, fiat. Iudith verò orãs Dñm, tranſiuit per portas ipſa & abra eius. Factũ eſt autẽ, cùm deſcẽderet mõtem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Aſſyriorum, & tenuerũt eã, dicentes, Vnde venis? aut quò vadis? Quæ reſpondit, Filia ſum Hebræorũ, ideò ego fugi à facie eorũ, quoniam futurũ agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd cõtemnentes vos, noluerunt vltrò tradere ſeipſos, vt inuenirent miſericordiã in cõſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitaui mecũ, dicens, Vadã ad faciẽ principis Holofernis, vt indicẽ illi ſecreta illorũ, & oſtendã illi quo aditu poſsit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius.

Et cùm audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciẽ eius: & erat in oculis eorũ ſtupor, quoniã pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerũt ad eam, Cõſeruaſti animã tuã, eo quòd tale reperiſti conſiliũ, vt deſcenderes ad dñm noſtrum. Hoc autẽ ſcias, quoniã cùm ſteteris in cõſpectu eius, bene tibi faciet, & eris gratiſsima in corde eius. Duxeruntq. illã ad tabernaculũ Holofernis, annũtiantes eã. Cumq. intraſſet ante faciẽ eius, ſtatim capt⁹ eſt in ſuis oculis Holofernes.

Inf. 16,8.

Dixerũtq. ad eũ ſatellites ei⁹, Quis cõtemnat populũ Hebræorũ qui tam decoras mulieres habent, vt nõ pro his meritò pugnare cõtra eos debeamus? Vidẽs itaq. Iudith Holofernẽ ſedentẽ in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidib. pretioſis intextum: & cùm in faciem eius intendiſſet, adorauit eum, proſternens ſe ſuper terrã. Et eleuauerunt eã ſerui Holofernis, iubente domino ſuo.

CAP. XI.

TVnc Holofernes dixit ei, Aequo animo eſto; & noli pauere in corde tuo: quoniã ego nunquã nocui viro qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor regi. Populus aũt tuus ſi nõ cõtẽpſiſſet me, nõ alleuaſſem lanceã meam ſuper eum. Nũc autẽ dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillæ tuæ: quoniã ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectã rem faciet Dñs tecũ. Viuit enim Nabuchodonoſor rex terræ, & viuit virtus eius quæ eſt in te ad correptionẽ omnium animarum errantium: quoniam non ſolùm homines ſeruiunt illi per te, ſed & beſtiæ agri obtẽperant illi. Nuntiatur enim animi tui induſtria vniuerſis gẽtibus, & indicatum eſt omni ſeculo, quoniã tu ſolus bonus & potens es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus prouinciis prædicatur.

Nec hoc lateat quod locutus eſt Achior, nec illud ignoratur quod ei iuſſeris euenire. Cõſtat enim Deũ noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per ꝓphetas ſuos ad populum, quòd tradat eũ pro peccatis ſuis. Et quoniã ſciunt ſe offendiſſe Deum ſuũ filij Iſraël, tremor tuus ſuper ipſos eſt. Inſuper etiã fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos cõputãtur. Deniq. hoc ordinãt, vt interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum: & ſancta Dñi Dei ſui quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt cõſumere quæ nec manibus deberẽt cõtingere: ergo quoniã hæc faciunt, certũ eſt quòd in perditionẽ dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoſcens, fugi ab illis, & miſit me Dñs hæc ipſa nũtiare tibi. Ego enim ancilla tua, Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum ſuum; & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediã Ieruſalem, & habebis omnem populum Iſraël, ſicut oues quibus nõ eſt paſtor, & nõ latrabit vel vnus canis contra te, quoniã hæc mihi dicta ſunt per prouidentiã Dei. Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nuntiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad ſapientiam eius, & dicebant alter ad alterum, Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu,

Sup. 5,5.

in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in pulchritudine, & in sensu verborum.
Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit 20
Deus qui misit te ante populum, vt des
illum tu in manibus nostris: & quoniã 21
bona est ꝓmissio tua, si fecerit mihi hoc
Deus tuus, erit & Deꝰ meus, & tu in do-
mo Nabuchodonosor magna eris, & no-
men tuũ nominabitur in vniuersa terra.

CAP. XII.

TVnc iussit eam introire vbi repositi 1
erãt thesauri eius, & iussit illic ma-
nere eam, & cõstituit quid daretur illi de
conuiuio suo. Cui respondit Iudith, & 2
dixit, Nunc non potero mãducare ex his
quæ mihi præcipis tribui; ne veniat super
me offensio: ex his aũt quæ mihi detuli,
manducabo. Cui Holofernes ait, Si de- 3
fecerint tibi ista quæ tecũ detulisti, quid
faciemꝰ tibi? Et dixit Iudith, Viuit ani- 4
ma tua dñe meus, quoniã non expendet
omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus
in manu mea hæc quæ cogitaui. Et indu-
xerũt illã serui eius in tabernaculũ quod
præceperat. Et petiit dum introiret, vt 5
daretur ei copia nocte & ante lucẽ egre-
diendi foras ad orationem, & deprecandi
Dñm. Et præcepit cubiculariis suis, vt 6
sicut placeret illi, exiret & introiret ad
adorandum Deũ suum per triduum. Et 7
exibat noctibus in vallẽ Bethuliæ, & ba-
ptizabat se in fonte aquæ. Et vt ascẽde- 8
bat, orabat Dñm Deũ Israël, vt dirigeret
viam eius ad liberationem populi sui.
Et introiens, munda manebat in taber- 9
naculo, vsque dum acciperet escã suam in
vespere. Et factũ est in quarto die Ho- 10
lofernes fecit cœnã seruis suis, & dixit ad
Vagao eunuchũ suũ, Vade, & suade He-
bræã illã vt spõte cõsentiat habitare me-
cum. Fœdum est enim apud Assyrios, si 11
fœmina irrideat virũ agendo, vt immunis
ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad 12
Iudith, & dixit, Nõ vereatur bona puella
introire ad dñm meum, vt honorificetur
ante faciem eius, vt mãducet cum eo, &
bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith 13
respõdit, Quæ ego sum, vt cõtradicã dño
meo? Omne quod erit ante oculos eius 14
bonũ & optimũ, faciã. Quicquid autẽ illi
placuerit, hoc mihi erit optimũ omnibus
diebus vitæ meæ. Et surrexit, & ornauit 15
se vestimento suo, & ingressa stetit ante
faciẽ eius. Cor aũt Holofernis cõcussum 16
est: erat enim ardẽs in cõcupiscẽtia eius.
Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nũc, 17
& accũbe in iucunditate: quoniã inueni-
sti gratiã corã me. Et dixit Iudith, Bibã 18
dñe, quoniã magnificata est anima mea
hodie præ omnibus diebus meis. Et ac- 19
cepit, & mãducauit, & bibit corã ipso ea
quæ parauerat illi ancilla eiꝰ. Et iucũdus 20
factus est Holofernes ad eã, bibitq. vinũ
multum nimis, quãtum nũquam biberat
in vita sua.

CAP. XIII.

VT aũt serò factum est, festinauerunt 1
serui illius ad hospitia sua, & con-
2 clusit Vagao ostia cubiculi, & abiit. erãt
3 autẽ omnes fatigati à vino. Eratq. Iu-
4 dith sola in cubiculo. Porrò Holofer-
nes iacebat in lecto, nimia ebrietate so-
5 pitus. Dixitq. Iudith puellæ suæ vt sta-
ret foris ante cubiculum, & obseruaret.
6 Stetitq. Iudith ante lectũ, orans cũ la-
7 chrymis, & labiorũ motu in silẽtio, di-
cens, Confirma me Dñe Deus Israël, &
respice in hac hora ad opera manuum
mearũ, vt sicut promisisti, Ierusalem ci-
uitatem tuã erigas: & hoc quod credens
8 per te posse fieri cogitaui, perficiam. Et
cùm hæc dixisset, accessit ad columnam,
quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionẽ
eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit.
9 Cumq. euaginasset illũ, apprehẽdit co-
mã capitis eius, & ait, Cõfirma me Dñe
10 Deꝰ in hac hora. & percussit bis in cer-
uicẽ eius, & abscidit caput eius, & abstu-
lit conopœum eius à colũnis, & euoluit
11 corpus eius truncũ. Et post pusillũ exi-
uit, & tradidit caput Holofernis ancillæ
suæ, & iussit vt mitteret illud in peram
12 suam. Et exierũt duæ, secundũ consue-
tudinẽ suã, quasi ad orationẽ, & trãsierũt
castra: & gyrãtes vallẽ, venerũt ad portã
13 ciuitatis. Et dixit Iudith à lõge custodi-
bus murorũ, Aperite portas, quoniã no-
biscũ est Deus qui fecit virtutem *in Is- *magnam
14 raël. Et factũ est, cùm audissent viri vo- 10 MS.
cẽ eius, vocauerũt presbyteros ciuitatis.
15 Et occurrerunt ad eam omnes, à mini-
movsq. ad maximũ: quoniã sperabãt eam
16 iam nõ esse vẽturam. Et accẽdentes lu-
minaria congyrauerũt circa eã vniuersi:
illa aũt ascendens in eminentiorẽ locum
iussit fieri silentiũ. Cumq. omnes tacuis-
17 sent, dixit Iudith, Laudate Dñm Deum
nostrum, qui nõ deseruit sperantes in se:
18 & in me ancilla sua adimpleuit mise-
ricordiã suã, quã promisit domui Israël:
& interfecit in manu mea hostem populi
19 sui in hac nocte. Et proferens de pera
caput Holofernis, ostẽdit illis, dicẽs, Ec-
ce caput Holofernis principis militiæ As-
syriorũ: & ecce conopœum illius, in quo
recũbebat in ebrietate sua, vbi per manũ
fœminæ percussit illũ Dñs Deus noster.
20 Viuit autẽ ipse Dñs, quoniã custodiuit
me angelus eius & hinc euntẽ, & ibi cõ-
morantẽ, & inde huc reuertẽtem: & non
permisit me Dñs ancillã suã coinquinari,
sed sine pollutione peccati reuocauit me
vobis gaudentẽ in victoria sua, in euasio-
21 ne mea, & in liberatione vestra. ‖ Cõfi- Psal. 105, 1.
temini illi omnes, quoniã bonus; quoniã & 106, 1.
22 in seculum misericordia eius. Vniuersi
aũt adorãtes Dñm, dixerunt ad eam, Be-
nedixit te Dñs in virtute sua, quia per te
23 ad nihilũ redegit inimicos nostros. Por-
rò Ozias princeps populi Israël, dixit ad
eam, Benedicta es tu filia à Dño Deo ex-
celso præ omnib. mulieribus super terrã.
24 Benedictus Dñs qui creauit cælum &
terram, qui te direxit in vulnera capitis

principis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

principis inimicorũ nostrorũ: quia hodie nomẽ tuũ ita magnificauit, vt nõ recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Dñi in æternum, pro quibus nõ pepercisti animę tuæ propter angustias & tribulationẽ generis tui, sed subueniſti ruinæ ante conſpectũ Dei nostri. Et dixit omnis populus, Fiat, fiat. 25 26

Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israël cui tu testimoniũ dedisti quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omniũ incredulorũ incîdit in hac nocte in manu mea. Et vt ꝓbes quia ita eſt, ecce caput Holofernis, qui in cõtẽptu ſuperbiæ ſuæ Deũ Iſraël contempſit, & tibi interitum minabatur, dicens, Cùm captus fuerit populus Iſraël, gladio perforari præcipiã latera tua. Videſ aũt Achior caput Holofernis, angustiat⁹ præ pauore cẽcidit in faciẽ ſuã ſuper terrã, & æſtuauit anima eius. Posteà verò quàm resumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit, 27 28 29 30

Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniã in omni gente quæ audierit nomẽ tuũ, magnificabitur ſuper te Deus Iſraël. 31

CAP. XIIII.

DIxit autẽ Iudith ad omnẽ populũ, Audite me fratres: ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros: & erit, cùm exierit Sol, accipiat vnuſquiſq. arma ſua, & exite cum impetu: non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetũ faciẽtes. Tũc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitãdum ad pugnam. 1 2 3

Cumq. duces eorum cucurrerint ad tabernaculũ Holofernis, & inuenerint eum truncũ in ſuo ſanguine volutatũ, décidet ſuper eos timor. Cumque cognoueritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam Dñs conteret eos ſub pedibus veſtris. 4 5

Tunc Achior vidẽs virtutem quam fecit Deus Iſraël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circũcîdit carnẽ præputij ſui, & appoſitus eſt ad populũ Iſraël, & omnis ſucceſsio generis eius vſque in hodiernũ diem. Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpẽderunt ſuper muros caput Holofernis, accepitq. vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſsi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu. Quod vidẽtes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. 6 7 8

Porrò hi qui in tabernaculo erant venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepẽtes, excitãdi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt nõ ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret. 9

Nullus enim audebat cubiculũ virtutis Aſſyriorũ pulſando aut intrando aperire. 10

Sed cũ veniſſent eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus regis Aſſyriorum, dixerũt cubicularijs, Intrate, & excitate illũ, quoniã egreſsi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad prœlium. Tũc ingreſſus Vagao cubiculũ eius, ſtetit ante cortinã, & plauſum fecit 11 12 13

manib. ſuis: ſuſpicabatur enim illũ cum 14
Iudith dormire. Sed cùm nullũ motum iacentis ſenſu auriũ caperet, acceſsit proximãs ad cortinã, & eleuãs eam, videſq. cadauer abſque capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactũ iacere ſuper terram, exclamauit voce magna cũ fletu, & ſcidit veſtimẽta ſua. Et ingreſſus tabernaculũ Iudith, nõ inuenit eã, & exiliit foras ad populũ, & dixit, Vna mulier Hebręa fecit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput ei⁹ nõ eſt in illo. Quod cùm audiſſent principes virtutis Aſſyriorũ, ſciderunt omnes veſtimẽta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorũ valde. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum. 15 16 17 18

CAP. XV.

CVmq. omnis exercit⁹ decollatũ Holofernẽ audiſſet, fugit mens & cõſiliũ ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ pręſidiũ ſumũt, ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus, euadere feſtinabãt Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audierãt, fugiẽtes per vias camporũ & ſemitas collium. Videtes itaq. filij Iſraël fugiẽtes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderuntq. clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos. Et quoniã Aſſyrij non adunati, in fugã ibant præcipites: filij aũt Iſraël vno agmine perſequentes, debilitabãt omnes quos inuenire potuiſſent. Miſit itaq. Ozias nuntios per oẽs ciuitates & regiones Iſraël. Omnis itaq. regio, omnisq. vrbs electã iuuentutẽ armatã miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſq. peruenirẽt ad extremitatẽ finiũ ſuorum. Reliqui aũt qui erãt in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorũ, & prædã quã fugiẽtes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. Hi verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliã, omnia quæ erãt illorũ abſtulerũt ſecũ, ita vt nõ eſſet numer⁹ in pecoribus, & iumẽtis, & vniuerſis mobilibus eorũ, vt à minimo vſq. ad maximũ omnes diuites fierẽt de prædationibus eorũ. Ioachim aũt ſummus põtifex de Ieruſalẽ venit in Bethuliã, cũ vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ cũ exiſſet ad illũ, benedixerunt eã omnes vna voce, dicẽtes, Tu gloria Ieruſalẽ, tu lætitia Iſraël, tu honorificẽtia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & cõfortatũ eſt cor tuũ, eo quòd caſtitatem amaueris, & poſt virũ tuũ, alterũ neſcieris: ideò & manus Dñi cõfortauit te, & ideò eris benedicta in æternũ. Et dixit omnis popul⁹, Fiat, fiat. Per dies aũt triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſraël. Porrò aũt vniuerſa quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederũt Iudith in auro, & argẽto, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo. Et 14 15

omnes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

CAP. XVI.

1 TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens,

2 Incipite Dño in tympanis, cãtate Dño in cymbalis, modulamini illi psalmũ nouum, exultate, & inuocate nomen eius.

3 Dominus conterens bella, Dñs nomen est illi. 4 Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

5 Venit Assur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obthurauit torrentes, & equi eorum cooperuerũt valles. 6 Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

7 Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, 8 &ᵘcófodit'eum. Non enim cecidit potens eorum a iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eũ, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.

9 Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

10 Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

11 Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

12 Horruerunt Persæ cõstantiam eius, & Medi audaciam eius.

13 Tũc vlulauerũt castra Assyriorũ, quãdo apparuerunt humiles mei, arescẽtes in siti. 14 Filij puellarũ cõpunxerunt eos, & sicut pueros fugiẽtes occiderunt eos: perierunt in prœlio à facie Dñi Dei mei.

15 Hymnum cãtemus Dño, hymnũ nouum cãtemus Deo nostro. 16 Adonai Dñe magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.

17 Tibi seruiat omnis creatura tua: ‖ quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuũ, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ.

18 Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ, sicut cera liquescent ante faciem tuam.

19 Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

20 Væ genti insurgẽti super genus meum: Dñs enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.

21 Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.

22 Et factum est post hæc, omnis populus post victoriã venit in Ierusalem adorare Dñm: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. 23 Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quę dedit illi populus, & conopœum quod ipsa sustulerat -de cubili ipsius', obtulit' in anathema obliuionis. 24 Erat aũt populus iucundus secundũ faciẽ sanctorum, & per tres mẽses gaudiũ huius victoriæ celebratum est cũ Iudith. 25 Post dies aũt illos vnusquisq. rediit in domũ suã, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat 26 vniuersæ terræ Israël. Erat etiã virtuti castitas adiũcta, ita vt non cognosceret virũ omnib. diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. 27 Erat aũt dieb. festis procedens cum magna gloria. 28 Mãsit aũt in domo viri sui annos centũ quinque, & dimisit abrã suã liberã, & defuncta est ac sepulta cũ viro suo in Bethulia. 29 Luxitq. illã omnis populus dieb. 30 septẽ. In omni aũt spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israël, & post mortẽ 31 eius annis multis. Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorũ dierũ accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tẽpore vsq. in præsentẽ diẽ.

Sup. 2, 11.

ᵘconfudit 16 MS. R.

Sup. 10, 17.

Gen. 1, 24. Psal. 32, 9.

LIBER ESTHER.

CAP. I.

1 IN diebus Assueri qui regnauit ab India vsq. Aethiopiam super cẽtum vigintiseptẽ prouincias: 2 quãdo sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius 3 exordium fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecit grãde cõuiuiũ cũctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarũ, & Medorũ inclytis, & præfectis prouinciarum corã se, 4 vt ostẽderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinẽ, atq. iactantiã potẽtiæ suæ, multo tẽpore, centũ 5 videlicet & octoginta diebus. Cũq. implerentur dies cõuiuij, inuitauit omnem populum qui inuẽtus est in Susan à maximo vsq. ad minimum: & iussit septem diebus cõuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & ma 6 nu cõsitum erat. Et pendebãt ex omni parte tẽtoria ᵘærei' coloris, & ᵘcarbasini' ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atq. purpureis, qui ᵘeburneis' circulis inserti erãt, & columnis marmoreis fulciebãtur. Lectuli quoq. aurei & argentei, super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira 7 varietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erãt, aureis poculis, & aliis atq. aliis vasis cibi inferebãtur. Vinũ quoque, vt magnificentia regia dignum 8 erat, abundans & præcipuũ ponebatur. Nec erat qui nolẽtes cogeret ad bibendũ: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret 9 vnusquisq. quod vellet. Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarũ in palatio, vbi rex Assuerus manere cõsueue- 10 rat. Itaq. die septimo, cùm rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset

-R. -13 MS. *Addunt nr autem aG. Vnus MS. pro obtulit legit posuit.*

ᵘæriᵢ 19 MS. ᵘcandidᵢ H.C. ᵘcarpasini MS. H. G. *Existimant autem, colorem viride significari.* ᵘargentei H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luisset mero, præcepit Maumã & Bazatha & Harbona & Bagatha, & Abgatha & Zethar & Charchas, septem eunuchis qui in cõspectu eius ministrabãt, vt introducerẽt reginã Vasthi corã rege, posito super caput eius diademate, vt ostẽderet cunctis populis & principib. pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

Quæ renuit, & ad regis imperiũ, quod per eunuchos mãdauerat, venire cõtempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succẽsus, interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderãt, & illorũ faciebat cuncta cõsilio, scientiũ leges, ac iura maiorũ: (erãt aũt primi & proximi, Charsena & Sethar & Admátha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septem duces Persarũ atq. Medorũ qui videbant faciẽ regis, & primi post eũ residere soliti erãt) cui sentẽtiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mãdauerat, facere noluisset. Respõditq. Mamuchan, audiẽte rege, atq. principib⁹: Nõ solũ regẽ læsit regina Vasthi, sed & oẽs populos, & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnãt viros suos, & dicãt, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eũ, & illa noluit.

Atq. hoc exẽplo omnes principũ cõiuges Persarũ atq. Medorũ, paruipẽdẽt imperia maritorũ. vnde regis iusta est indignatio. *Si ⁶tibi placet, egrediatur edictũ à facie tua, & scribatur iuxta legẽ Persarũ atq. Medorũ, quã præteriri illicitũ est, vt nequaquã vltrà Vasthi ingrediatur ad regẽ, sed regnũ illius, altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimũ est) prouinciarũ tuarũ diuulgetur imperiũ, & cũctæ vxores tam maiorũ quã minorũ deferãt maritis suis honorẽ.

Placuit cõsiliũ eius regi, & principibus: fecitq. rex iuxta consiliũ Mamuchan, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæq. gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domib. suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

*Et 6 MS. *ergo 1 MS G. Verùm à R.H.& C. nihil additur.

CAP. II.

His ita gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, ⁿvel⁹ quæ passa esset: dixeruntq. pueri regis, ac ministri eius, Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, & mittãtur qui cõsiderent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines: & adducãt eas ad ciuitatem Susan, & tradãt eas in domũ fœminarũ sub manu Egei eunuchi, quí est præpositus & custos mulierũ regiarum: & accipiant mundũ muliebrem, & cætera ad vsus necessaria. & quæcumq inter omnes oculis regis placuerit, ipsa reguet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & ita vt suggesserant, iussit fieri. Erat vir Iudæus in Susan ci-

ⁿ & H.C. G. Aut

Inf. 11,2.

uitate, vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, 6 qui translatus fuerat de Ierusalem Ieco tempore quo Iechoniã regem Iuda, Nabuchodonosor rex Babylonis trãstulerat, 7 qui fuit nutritⁱ⁹ filiæ fratris *sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrũq. parentẽ amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit 8 in filiã. Cumq. percrebuisset regis imperiũ, & iuxta mãdatũ illius multæ pulchræ virgines adducerẽtur Susan, & Egeo traderentur eunucho: Esther quoq. inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruare- 9 tur in numero fœminarũ. Quę placuit ei, & inuenit gratiã in cõspectu illius. Et præcepit eunucho, vt acceleraret mundũ muliebrẽ, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quàm pedissequas eius 10 ornaret atq. excoleret. Quæ noluit indicare ei populũ & patriã suam. Mardochæus enim præceperat ei; vt de hac re 11 omnino reticeret: qui deãbulabat quotidie ante vestibulũ domus, in qua electæ virgines seruabãtur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. 12 Cùm aũt venisset tempus singularum per ordinẽ puellarũ, vt intrarent ad regẽ, expletis omnib. quæ ad cultũ muliebrem pertinebãt, mensis duodecimus vertebatur: ita dũtaxat, vt sex mẽsibus oleo vngerentur myrtino, & aliis sex quibusdam 13 pigmentis & aromatibus vterẽtur. Ingrediẽtesq. ad regẽ, quicquid postulassent ad ornatũ pertinẽs, accipiebant: & vt eis placuerat, compositæ, de triclinio fœminarum ad regis cubiculum transibant. 14 Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur manè, atq. inde in secundas ædes ⁿdeducebantur⁹ quæ sub manu Susagazi eunuchi erãt, qui cõcubinis regis præsidebat: nec habebat potestatem ad regẽ vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire 15 iussisset ex nomine. Euoluto autẽ tempore per ordinẽ, instabat dies quo Esther filia Abihãil fratris Mardochæi, quã sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regẽ. Quę nõ quęsiuit muliebrẽ cultum, sed quæcũq; voluit Egeus eunuch⁹ custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & a- 16 mabilis videbatur. Ducta est itaq. ad cubiculũ regis Assueri mẽse decimo qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. 17 Et adamauit eã rex plus quàm omnes mulieres, habuitq. gratiã & misericordiã corã eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq. eam 18 regnare in loco Vasthi. Et iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & seruis suis pro cõiunctione, & nuptiis Esther. Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est

Esther, quid ipse sibi exposuit: Cons. est enim Esther, quid esset patruus suus: nisi forte, patruelis. an legendum, antiocẽdum est decere quæ posset.

ⁿdeducebatur⁹ MS. Hic volunt H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuxta magnificentiã principalẽ. Cũq.& secundò quærerẽtur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuã regis. necdum prodiderat Esther patriã & populum suum, iuxta mãdatum eius. Quidquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tẽpore solita erat quo eã paruulã nutriebat. Eo igitur tẽpore quo Mardochæus ad regis ianuã morabatur, irati sunt Bagathã & Thares duo eunuchi regis, qui ianitores erãt, & in primo palatij limine præsidebant: voluerũtq. insurgere in regẽ, & occidere eũ. Quod Mardochæũ nõ latuit: statimq. nuntiauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad se rẽ detulerat. Quæsitũ est, & inuẽtum: & appensus est vterq. eorũ in patibulo. *Mandatumq. est historiis, & annalibus traditum corã rege.

CAP. III.

POsthæc ‖ rex Assuerus exaltauit Amã filiũ Amadathi qui erat de stirpe Agag: & posuit soliũ eius super oẽs principes quos habebat. Cunctiq. serui regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim præceperat eis imperator. solus Mardochæ' nõ flectebat genu, neq. adorabat eũ.

Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatij¶-præsidebãt', Cur præter cæteros nõ obseruas mãdatũ regis? Cumq. hoc crebrius dicerẽt, & ille nollet audire, nũtiauerunt Amã, scire cupientes vtrũ perseueraret in sententia. dixerat enim eis se esse Iudæum. Quod cũ audisset Amã, & experimẽto probasset quòd Mardochæus nõ flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde, & pro nihilo duxit in vnũ Mardochæũ mittere manus suas. audierat enim quòd esset gentis Iudææ. magisque voluit omnẽ Iudæorũ, qui erant in regno Assueri, perdere nationẽ. Mense primo (cuius vocabulũ est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnã, quæ Hebraicè dicitur phur, corã Amã, quo die & quo mense gens Iudæorũ deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus qui vocatur Adar. Dixitque Amã regi Assuero, Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, nouis vtẽs legibus & ceremoniis, insuper & regis scita contemnens. Et optimè nosti quòd non expediat regno tuo vt insolescat per licentiã. si tibi placet, decerne vt pereat, & decẽ millia talẽtorum appendã arcariis gazæ tuæ. Tulit ergo rex annulũ quo vtebatur, de manu sua, & dedit eũ Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorũ. dixitq. ad eũ: Argentum quod tu polliceris, tuũ sit: de populo*age quod tibi placet. Vocatique sunt scribæ regis mense primo, Nisan, tertiadecima die eiusdem mensis: & scriptũ est, vt iusserat Amã, ad oẽs satrapas regis, & iudices prouinciarũ, diuersarũq. gentiũ, vt quæq. gens legere poterat, & audire pro varietate linguarũ, ex nomine regis Assueri: & literæ signatæ ipsi' annulo, missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atq. delerent omnes Iudæos, à puero vsq. ad senẽ, paruulos & mulieres, vno die, hoc est tertiodecimo mẽsis duodecimi q vocatur Adar, & bona eorũ diriperẽt. Sũma autẽ epistolarũ hæc fuit, vt oẽs prouinciæ scirẽt, & pararẽt se ad prædictã diem. Festinabãt cursores qui missi erant, regis imperium explere. Statimq. in Susan pependit edictum, rege & Amã celebrãte conuiuiũ, & cunctis-Iudæis' qui in vrbe erant flentibus.

CAP. IIII.

QVæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimẽta sua, & indutus est sacco, spargens cinerẽ capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, flebiliter dens amaritudinẽ animi sui, & hoc eiulatu vsq. ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitũ, indutum sacco aulã regis intrare. In omnibus quoq. prouinciis, oppidis ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiuniũ, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro stratu vtentib. Ingressæ autẽ sunt puellæ Esther & eunuchi, nuntiaueruntq. ei. Quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacco ¶induere eã': quã accipere noluit. Accitoq. Athach eunucho, quẽ rex ministrum ei dederat, præcepit ei vt iret ad Mardochæũ, & disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq. Athach, iuit ad Mardochæũ stantẽ in platea ciuitatis, ante ostiũ palatij. qui indicauit ei omnia quę acciderãt, quomodò Aman promisisset, vt in thesauros regis pro Iudæorũ nece inferret argentũ. exẽplar quoque edicti quod pendebat in Susan, dedit ei, vt reginæ ostenderet, & moneret eã, vt intraret ad regẽ, & depreearetur eũ pro populo suo. Regressus Athach, nũtiauit Esther oĩa quæ Mardochæus dixerat. Quæ respõdit ei, & iussit vt diceret Mardochæo, Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub ditione eius sunt, norũt prouinciæ, quòd siue vir, siue mulier nõ vocatus, interius atrium regis intrauerit, absq. vlla cũctatione statim interficiatur: nisi fortè rex aureã virgam ad eũ tetenderit pro signo clemẽtiæ, atq. ita possit viuere. Ego igitur quomodò ad regẽ intrare potero quæ triginta iã diebus non sum vocata ad eũ? Quod cũ audisset Mardochæus, rursum mandauit Esther, dicens, Ne putes quòd animã tuã tantũ liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis: si enim nũc silueris, per aliã occasionẽ liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnũ veneris, vt in tali tempore parareris? Rursumq. Esther hæc Mardochæo verba mandauit, Vade, & cõgrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & ¶orate' pro me. Nõ cõedatis,

-4 MS. H. C. G.

¶induerẽt eũ 5 MS. ¶ad induendum Mardochæum H. C. G.

¶ieiunate H.C.G.

Inf. 12, 1. *Et iussit rex, vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliquid repensaret ei. Videtur autem ex Græca trãslatione sumptum; quæ huiusmodi est: Et iussit rex, vt scriberetur in memoriali, in regia bibliotheca, pro beneuolentia Mardochæi, in lan de id quod fuisset incompertum. vt in Hebræo est, reddidit: Mandatumque est, &c. Inf. 16, 10. ¶reuelebãt MS. R. -H.C.G.

¶autem 5 MS. H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& nõ bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regẽ, contra legem faciens, non vocata, tradensq. me morti & periculo. Iuit itaq. Mardochæus, & fecit omnia quę ei Esther præceperat. 17

CAP. V.

Die autẽ tertio induta est Esther regalibus vestimẽtis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra basilicã regis: at ille sedebat sũper soliũ suũ in consistorio palatij, contra ostium domus. 1 Cũq. vidisset Esther reginã stãtem, placuit oculis eius, & extendit cõtra eam virgã auream quã tenebat manu. Quæ accedẽs, osculata est summitatem virgæ eius. Dixitq. ad eã rex, Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiã si dimidiã partẽ regni petieris, dabitur tibi. 2 At illa respõdit, Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecũ ad conuiuiũ quod paraui. Statimque rex, Vocate, inquit, citò Amã, vt Esther obediat voluntati. Veneruntitaq. rex & Aman ad conuiuiũ quod eis regina parauerat. 3 Dixitque ei rex, post quã vinũ biberat abundãter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re postulas? etiã si dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis. Cui respondit Esther, Petitio mea, & preces sunt istæ: 4 Si inueni in conspectu regis gratiã, & si regi placet vt det mihi quod postulo, & meã impleat petitionẽ: veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras speriã regi voluntatẽ meã. 5 Egressus est itaq. illo die Amã lætus & alacer. Cũque vidisset Mardochæũ sedentẽ ante fores palatij, & nõ solũ nõ assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde: & dissimulata 6 ira reuersus in domũ suã, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam: & exposuit illis magnitudinẽ diuitiarũ suarũ, filiorũq. turbã, & quanta eũ gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Et post hæc ait, Regina quoq. 7 Esther nullum aliũ vocauit ad conuiuiũ cum rege, præter me: apud quã etiã cras cum rege prandsurus sum. Et cùm hæc 8 omnia habeã, nihil me habere puto, quãdiu videro Mardochæũ Iudæũ sedentem ante fores regias. Respondentque ei 9 Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelsam trabẽ, habentẽ altitudinis quinquaginta cubitos: & dic manè regi vt appẽdatur super eã Mardochæus, & sic ibis cũ rege lætus ad cõuiuiũ. Placuit ei cõsiliũ, & iussit excelsam præparari crucem. 10

CAP. VI.

Noctem illã duxit rex insomnẽ, iussitq. sibi afferri historias & annales priorũ temporũ. 1 Quæ cùm illo præsente legerentur, ventum est ad illũ locũ vbi 2 scriptũ erat quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathã & Thares eunuchorum, regẽ Assuerum ingulare cupien-

Mat. 6, 23.

*placuitq. 10 MS. R. H. C. G.

3 tium. Quod cùm audisset rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus cõsecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri, Nihil omnino mercedi 4 accepit. Statimq. rex, Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atriũ domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæũ affigi patibulo quod ei 5 fuerat præparatum. Respondertũt pueri, Aman stat in atrio. Dixitq. rex, Ingredia- 6 tur. Cumq. esset ingressus, ait illi, Quid debet fieri viro quem rex honorare desiderat? Cogitans autẽ in corde suo Aman, & reputans quòd nullum alium rex, nisi 7 se, vellet honorare, respõdit, Homo quẽ 8 rex honorare cupit, debet indui vestib' regiis: & imponi super equũ qui de sella regis est, & accipere regiũ diadema super 9 caput suum, & primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equũ eius: & per platẽã ciuitatis incedens, clamet & dicat, Sic honorabitur, quẽcunq. voluerit rex 10 honorare. Dixitq. ei rex, Festina, & sumpta stola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Iudæo q sedet ante fores palatij. Caue ne quicquã de his quæ locutus es 11 prætermittas. Tulit itaq. Amã stolam & equũ, indutumq. Mardochæum, in platea ciuitatis, & impositũ equo præcedebat, atq. clamabat, Hoc honore cõdignus est, 12 quencunq. rex voluerit honorare. Reuersusq. est Mardochæus ad ianuã palatij: & Aman festinauit ire in domũ suã, lu- 13 gens & operto capite: narrauitq. Zares vxori suæ, & amicis oĩa quæ euenissent sibi. Cui respondertunt sapiẽtes quos habebat in cõsilio, & vxor eius, Si de semine Iudæorũ est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, nõ poteris ei resistere, sed 14 cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus, venerũt eunuchi regis, & citò eum ad conuiuiũ quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

1 Intrauit itaq. rex & Aman, vt biberent 2 cum regina. Dixitq. ei rex etiã secũda die, postquã vino incaluerat, Quę est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiã si dimidiã partẽ regni mei petieris, impetrabis. 3 Ad quem illa respõdit, Si inueni gratiã in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meã pro qua rogo, & populum meũ pro quo 4 obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos & famulas vẽderemur: esset tolerabile malũ, & gemens tacerẽ. nũc autẽ hostis noster est, cuius crudelitas redũdat in regẽ. 5 Respondẽsq. rex Assuerus ait, Quis est iste; & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? 6 Dixitque Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiẽs, illico obstupuit, vultũ regis ac 7 reginæ ferre nõ sustinẽs. Rex aũt iratus surrexit, & de locõ conuiuij intrauit in hortũ arboribus cõsitum. Aman quoque

Isa. 12.

surrexit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua. intellexit enim à rege sibi paratũ malum. Qui cùm reuersus esset de horto nemorib. consito, & intrasset cõuiuij locũ, reperit Aman super lectulũ corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiã reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. Necdum verbũ de ore regis exierat, & statim operuerũt faciem eius.

Dixitq. Harbona, vnus de eunuchis, qui stabãt in ministerio regis, En lignũ quod parauerat Mardochæo, qui locutꝰ est pro rege, stat in domo Amã, habẽs altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appendite eũ in eo. Suspẽsus est itaq. Amã in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit. CAP. VIII.

DIe illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domũ Amã aduersarij Iudeorũ, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther quòd esset ᵃpatruus' suus. Tulitq. rex annulũ quẽ ab Amã recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæũ super domũ suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuitq. & locuta ad eum orauit vt malitiã Aman Agagitæ, & machinationes eiꝰ pessimas, quas excogitauerat cõtra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrũ aureum prætẽdit manu, quo signũ clemẽtiæ monstrabatur. Illaq. consurgẽs stetit ante eũ, & ait, Si placet regi, & si inueni gratiã in oculis eius, & deprecatio mea nõ ei videtur esse contraria, obsecro, vt nouis epistolis, veteres Amã literæ, insidiatoris ᵇ& hostis Iudæorũ', quibus eos in cũctis regis prouinciis perire præceperat, corrigãtur. Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionẽ populi mei? Respondítq. rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domũ Aman cõcessi Esther: & ipsũ iussi affigi cruci, qa ausus est manũ mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo. Hæc enim cõsuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebãtur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet cõtradicere.

Accitisq. scribis & librariis regis (erat aũt tẽpus tertij mẽsis, qui appellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæꝰ voluerat, ad Iudæos & ad principes, procuratorésq. & iudices, q centũ vigintiseptẽ ꝓuinciis ab India vsq. ad Aethiopiã prẽsidebãt: ꝓuinciæ atq. ꝓuinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterãt, & audire. Ipsæq. epistolæ, quæ ex regis nomine mittebãtur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missę ꝑ veredarios: qui per oẽs prouincias discurrẽtes, veteres literas nouis nũtiis præuenirent.

Quibus imperauit rex, vt cõuenirẽt Iudæos ꝑ singulas ciuitates, & in vnũ prærciperẽt cõgregari, vt starẽt pro animabus suis, & oẽs inimicos suos, cũ cõiugibus ac liberis & vniuersis domibus, interficerẽt atq. delerẽt*. Et cõstituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertia decima mẽsis duodecimi Adar. Sũmaq. epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebãt imperio, notũ fieret paratos esse Iudæos ad capiendã vindictã de hostib. suis. Egressiq. sunt veredarij celeres nũtia perferẽtes, & edictum regis pependit in Susan.

Mardochæꝰ aũt de palatio, & de cõspectu regis egrediẽs, fulgebat vestib. regiis, hyacinthinis videlicet & ᵃwærinis', coronã aureã portans in capite, & amictus serico pallio atq. purpureo. Omnisq. ciuitas exultauit, atq. lætata est. Iudæis autẽ noua lux oriri visa est, gaudiũ, honor, & tripudiũ. Apud oẽs populos, vrbes atq. ꝓuincias, quocunq. regis præcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atq. cõuiuia, & festus dies: in tantũ vt plures alterius gẽtis & sectæ, eorũ religioni & ceremoniis iũgerẽtur. Grãdis enim cũctos Iudaici nominis terror inuaserat. CAP. IX.

IGitur duodecimi mẽsis, quẽ Adar vocari ante iã diximus, tertia decima die, quãdo cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorũ inhiabãt sãguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperũt, & se de aduersarijs vindicare. Congregatiq́ue sunt ꝑ singulas ciuitates & oppida & loca, vt extẽderẽt manũ cõtra inimicos, & persecutores suos. Nullusq. ausus est resistere, eo ꝙ oẽs populos magnitudinis eorũ formido ᵃpenetraretᵃ. Nã & ꝓuinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisq. dignitas quæ singulis locis ac operib. præerat, extollebãt Iudæos timore Mardochæi: quẽ principẽ esse palatij, & plurimum posse cognouerãt. fama quoq. nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorũ ora volitabat. Itaq. percusserũt Iudęi inimicos suos plaga magna, & occiderũt eos, reddentes eis quod sibi parauerãt facere: in tantum vt etiã in Susan quingẽtos viros interficerẽt, extra decem filios Amã Agagitæ hostis Iudęorũ: quorum ista sunt nomina, Pharsandatha, & Delphon, & Esphátha, & Phorátha, & Adalia, & Aridatha, & Phermesta, & Arisai, & Aridai, & Iezatha. Quos cũ occidissent, prędas de substantiis eorũ ᵃagere' noluerũt. Statimq. numerus eorum qui occisi erant in Susan, ad regẽ relatus est.

Qui dixit reginæ, In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decẽ filios Aman: quantã putas eos exercere cædẽ in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeãᵗ?

Cui illa respondit, Si regi placet, detur potestas Iudæis, vt sicut fecerũt hodie in Susan, sic & cras faciãt, & decẽ filij Amã in patibulis suspendantur. Præcepitq́ue rex vt ita fieret. Statimq. in Susan pependit edictum, & decem filij Aman suspẽsi

*& spolia eorum diriperent H.C.

ᵃwærinis MS.R. ᵃcandidis H.G.

ᵃpenetrarat 4 MS. H. C.

ᵃtangere 6 MS. atq. hæc H & C. propius accedunt; quibus legitur: In prædam nõ miserunt manum suam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt. Congregatis Iudæis quartadecima 15
die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecẽti viri: nec eorũ ab illis direpta substantia est. Sed & per omnes prouincias 16
quæ ditioni regis subiacebãt, pro animabus suis steterũt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantũ vt septuaginta quinq. millia occisorũ implerẽtur, & nullus de substantiis eorũ quicquã cõtingeret. Dies aũt tertiusdecim⁹ mẽsis 17
Adar vnus apud oẽs interfectionis fuit, & quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerũt esse solennẽ, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atq. conuiuiis. At hi qui in vrbe 18
Susan cædẽ exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mẽsis in cæde versati sunt: quintodecimo autẽ die percutere desierũt. Et idcirco eundẽ diẽ cõstituerunt solennem epularũ atq. lætitiæ.

Hi verò Iudæi, q in oppidis nõ muratis 19
ac villis morabãtur, quartũ decimũ diem mẽsis Adar cõuiuiorũ & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularũ & ciborũ. Scripsit 20
itaque Mardocheus omnia hæc, & literis comprehẽsa misit ad Iudæos qui in omnibus regis prouinciis morabãtur, tam in vicino positis quã procul, vt quartã de- 21
cimã & quintamdecimã diẽ mensis Adar pro festis susciperẽt, & reuertẽte semper anno solẽni celebrarent honore: quia in 22
ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atq. tristitia in hilaritatem gaudiũq. cõuersi sunt, essentq. dies isti epularũ atq. lætitiæ, & mitterẽt sibi inuicẽ ciborũ partes, & pauperibus munuscula largirẽtur. Susceperũtq. Iudæi in solennẽ 23
ritũ cũcta quæ eo tẽpore facere cœperãt, & quæ Mardochæus literis faciẽda mandauerat. Aman enim, filius Amadathi 24
stirpis Agag, hostis & aduersari⁹ Iudæorũ, cogitauit cõtra eos malũ, vt occideret
Sup.3. illos, atq. deleret: & misit ‖ phur, quod nostra lingua vertitur in sortem. Et posteà 25
ingressa est Esther ad regem, obsecrãs vt conat⁹ eius, literis regis irriti fierẽt: & malũ quod cõtra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Deniq. & ipsum & filios eius affixerũt cruci, atq. ex illo tẽ- 26
pore dies isti appellati sunt phurim, id est sortiũ: eo q phur, id est sors, in vrnã missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est libri huius volumine continentur:

quæq. sustinuerũt, & quæ deinceps im- 27
mutata sunt, susceperũt Iudæi super se & semẽ suũ, & sup cũctos qui religioni eorũ voluerũt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq. solennitate trãsigere: quos scriptura testatur, & "cætera⁹ expetũt tẽpora, annis sibi iugiter succedẽtibus. Isti sunt 28
dies, quos nulla vnquã delebit obliuio: & p singulas generationes cũctę in toto orbe puinciæ celebrabũt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortiũ, nõ obseruẽtur à Iudæis, & ab eorũ progenie, quæ
"certa 7 MS. H. C.

29 his ceremoniis obligata est. Scripserũtq. Esther regina filia Abihail, & Mardochæ⁹ Iudęus etiã secũdã epistolã, vt omni studio dies ista solẽnis sanciretur in posterũ.
30 & miserunt ad oẽs Iudæos, qui in centũ viginti septẽ puinciis regis Assueri versabãtur, vt haberẽt pacẽ, & susciperẽt ve-
31 ritatẽ, obseruãtes Dies sortiũ, & suo tempore cũ gaudio celebrarẽt: sicut cõstituerant Mardocheus & Esther, & illi obseruãda susceperũt à se, & à semine suo je-
32 iunia, & clamores & Sortiũ dies, & omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur. CAP. X.

1 REx verò Assuerus omnẽ terrã, & cũctas maris insulas fecit tributarias:
2 cuius fortitudo & imperiũ, & dignitas atque sublimitas, qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum,
3 atque Persarum: & quomodò Mardochæus Iudaici generis secũdus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

Quæ habẽtur in Hebræo, plenaſide expreſſi. Hæc autem quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione vulgatâ, quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt, veru prænotauimus.

4 Dixitq. Mardochæus, A Deo facta sunt
5 ista. Recordat⁹ sum somnii quod videram, hæc eadẽ significãtis: nec eorũ quicquam
6 irritũ fuit. Paruus fons qui creuit in fluuiũ, & in lucẽ, solemq. cõuersus est, & in aquas plurimas redũdauit: Esther est, quã rex accepit vxorẽ, & voluit esse reginam.
7 Duo autẽ dracones: ego sum, & Aman.
8 Gẽtes quæ cõuenerãt: hi sunt qui conati
9 sunt delere nomẽ Iudęorũ. Gẽs aũt mea: Israël est, quę clamauit ad Dñm, & saluũ fecit Dñs populũ suũ: liberauitq. nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atq.
10 portẽta inter gentes: & duas sortes esse pręcepit, vnã populi Dei, & alterã cũctarũ
11 gẽtium. Venitq. vtraq. sors in statutũ ex illo iã tẽpore diẽ corã Deo vniuersis gẽ-
12 tibus: & recordat⁹ est Dñs populi sui, ac
13 misertus est hęreditatis suę. Et obseruabũtur dies isti in mẽse Adar quartadecima, & quintadecima die eiusdẽ mẽsis, cũ omni studio, & gaudio in vnũ cœtũ populi cõgregati, in cunctas deinceps generationes populi Israël. CAP. XI.

1 ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotẽ, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hãc epistolã phurim, quã dixerunt interpretatum esse Lysimachũ Ptolemæi filiũ in Ieruſalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

2 Anno secundo, regnante Artaxerxe
Inf. 16, 1. Sup. 2, 5.

maxi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ Mardochæus, filius Iairi, filij Semei, filij Cis de tribu Bẽ-iamin: homo 3
Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ.
Erat aũt de eo numero captiuorũ, quos 4
4 Reg. 24, 15 transtulerat Nabuchodonosor rex Baby-
Sup. 2, 6. lonis de Ierusalẽ cũ Iechonia rege Iuda:
& hoc ei⁹ somniũ fuit, Apparuerũt vo- 5
ces & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & cõturbatio sup terrã: & ecce duo 6
dracones magni, paratiq. cõtra se in prœliũ. Ad quorũ clamorẽ cunctæ cõcitatæ 7
sunt nationes, vt pugnarẽt cõtra gentem iustorũ. Fuitq. dies illa tenebrarũ & di- 8
scriminis, tribulationis & angustiæ, & ingẽs formido sup terrã. Conturbataq. 9
est gens iustorũ timentium mala sua, & præparata ad mortẽ. Clamaueruntq. ad 10
Deũ: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuiũ maximũ, & in aquas plurimas redundauit. Lux & sol ortus est, & 11
humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. Quod cũ vidisset Mardochæus 12
& surrexisset de stratu, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

CAP. XII.

Sup. 2, 21. & 6, 2. MOrabatur autẽ eo tempore in aula 1
regis cũ Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erãt palatij. Cumq. 2
intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentiùs peruidisset, didicit quòd conarentur in regẽ Artaxerxẽ manus mittere, & nuntiauit super eo regi. Qui de 3
vtroq. habita quæstione, confessos iussit duci ad mortẽ. Rex autem quod gestum 4
erat, scripsit in cõmentariis: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.
Præcepitq ei rex, vt in aula palatij mo- 5
raretur, datis ei pro delatione muneribus.
Amã verò filius Amadathi bugæus erat 6
glorioſissimus corã rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque proœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptũ est in volumine, Et diripuerunt bona, vel substantias eorum, *quæ in sola vulgata editione reperimus.*

Epistola autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

REx maxim⁹ Artaxerxes ab India vsq. 1
Aethiopiã, centum viginti septẽ prouinciarũ principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutẽ. Cùm plu- 2
rimis gentibus imperarẽ, & vniuersum orbẽ meæ ditioni subiugassem, volui neclemẽtia & lenitate gubernare subiectos: vt absq. vllo terrore vitã silẽtio trãsigentes, optata cũctis mortalib⁹ pace fruerẽt.
Quærente autem me à cõsiliariis meis 3
quomodò posset hoc impleri, vnus q sapiẽtia & fide cæteros præcellebat, & erat post regẽ secundus, Amã nomine, indi- 4
cauit mihi in toto orbe terrarũ populum esse dispersum, q nouis vteretur legibus, & cõtra omniũ Gentiũ consuetudinẽ faciẽs, Regũ iussa contẽneret, & vniuersarũ concordiã nationũ sua dissensione violaret. Quod cũ didicissemus, videtes vnã 5
gẽtẽ rebellẽ aduersus omne hominũ genus peruersis vti legib⁹, nostrisq. iussionibus cõtraire, & turbare subiectarũ nobis prouinciarũ pacẽ atq. cõcordiã: iussimus vt quoscumq. Aman, qui omnibus prouinciis præpositus est, & secundus à rege, & quẽ patris loco colimus, mõstrauerit: cũ cõiugibus ac liberis deleãtur ab inimicis suis, nullúsq. eorum misereatur quartadecimadie duodecimi mẽsis Adar, 6
anni præsentis: vt nefarij homines vno 7
die ad inferos descẽdentes, reddãt imperio nostro pacem, quam turbauerant.

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eũ locũ scripta reperi, vbi legitur, pergẽnsq. Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther. *Nec tamẽ habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.*

Mardochæus aũt deprecatus est Dñm, 8
memor omniũ operũ eius, & dixit, Dñe 9
Dñe rex omnipotẽs, in ditione enim tua cũcta sunt posita: & nõ est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare
Israël. Tu fecisti cælũ & terrã, & quic- 10
quid cæli ambitu cõtinetur. Dñs omniũ 11
es, nec est qui resistat maiestati tuę. Cũcta nosti, & scis quia nõ pro superbia & 12
cõtumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt nõ adorarẽ Amã superbissimũ. (Libenter enim pro salute Israël 13
etiã vestigia pedũ eius deosculari paratus
essem:) sed timui ne honorem Dei mei 14
trãsferrẽ ad hominẽ, & ne quẽquã adorarem excepto Deo meo. Et nunc Dñe 15
rex Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere,
& hæreditatem tuã delere. Ne despicias 16
partẽ tuã quã redemisti tibi de Aegypto.
Exaudi deprecationẽ meã, & propitius 17
esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrũ in gaudium, vt viuẽtes laudemus nomẽ tuũ Dñe, & ne claudas ora
te canentium. Omnis quoq. Israël pari 18
mente & obsecratione clamauit ad Dñm, eò quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIIII.

ESther quoq. regina cõfugit ad Dñm, 1
pauens periculum quod imminebat.
Cumq. deposuisset vestes regias, fleti- 2
bus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguẽtis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis: omniaque loca in quibus antea lætari cõsueuerat, criniũ laceratione cõpleuit. Et deprecabatur Dñm Deũ Is- 3
raël, dicẽs, Dñe mi, q rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te
nullus est auxiliator alius. Periculũ meũ 4
in manibus meis est. Audiui à patre meo 5

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quòd tu Dñe tulisses Israël de cũctis Gẽtibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatẽ sempiternã, feciștiq. eis sicut locutus es.

Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manꝰ inimicorũ nostrorũ: coluimus enim deos eorũ. Iustus es Dñe. Et nũc nõ eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manũũ suarũ, idolorũ potẽtiæ deputãtes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatẽ tuã, & claudere ora laudantiũ te, atq. extinguere gloriã tẽpli & altaris tui: vt aperiãt ora Gẽtiũ, & laudẽt idolorũ fortitudinẽ, & prædicẽt carnalẽ regẽ in sempiternũ. Ne tradas Dñe sceptrũ tuum his qui nõ sunt, ne rideãt ad ruinã nostrã: sed cõuerte cõsiliũ eorum super eos, & eũ qui in nos cœpit sæuire, dispersde. Memẽto Dñe, & ostende te nobis in tẽpore tribulationis nostrę, & da mihi fiduciã Dñe rex deorũ, & vniuersæ potestatis: tribue sermonẽ cõpositum in ore meo in cõspectu leonis, & trãsfer cor illiꝰ in odiũ hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei cõsentiunt. Nos autẽ libera in manu tua, & adiuua me, nullũ aliud auxilium habentẽ, nisi te Dñe, qui habes omniũ sciẽtiã, & nosti quia oderim gloriã iniquorũ, & detester cubile incircumcisorũ, & omnis alienigenæ. Tu scis necessitatẽ meã, quòd abominer signũ superbiæ & gloriæ meæ, quod est sup caput meũ in diebus ostẽtationis meæ, & detester illud quasi pannũ menstruatæ, & nõ portẽ in diebus silentij mei, & quòd nõ comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit cõuiuiũ regis, & non biberim vinũ libaminũ: & nunquã lætata sit ancilla tua, ex quo huc trãslata sum vsq in præsentẽ diẽ, nisi in te Dñe Deus Abrahã.

Deus fortis super omnes, exaudi vocẽ eorũ qui nullã aliã spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

CAP. XV.

Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

ET mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regẽ, & rogaret pro populo suo & pro patria sua. Memorare (inquit) dierũ humilitatis tuæ, quomodò nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & istaquæ subdita sunt.

Die autẽ tertio deposuit vestimẽta ornatꝰ sui, & circũdata est gloria sua. Cũq. regio fulgeret habitu, & inuocasset omniũ rectorẽ & saluatorẽ Deum, assumpsit duas famulas: & super vnã quidẽ innitebatur, quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre nõ sustinens. altera autẽ famularum sequebatur dominã, defluẽtia in humũ indumenta sustentans. Ipsa autẽ roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristẽ celabat animũ, & nimio timore contractũ. Ingressa igitur cuncta per ordinẽ ostia, stetit contra regẽ, vbi ille residebat sup soliũ regni sui, indutus vestib. regiis, auroq. fulgẽs, & pretiosis lapidibꝰ, eratq. terribilis aspectu. Cumq. eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorẽ pectoris indicasset, regina corruit, & in palloré colorẽ mutato, lassum super ancillulã reclinauit caput. Conuertitq. Deus spiritum regis in mãsuetudinẽ, & festinus ac metuens exiliuit de solio: & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur, Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Nõ morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex cõstituta est. Accede igitur, & tange sceptrũ. Cumq. illa reticeret, tulit aureã virgã, & posuit super collũ eius, & osculatus est eã, & ait, Cur mihi non loqueris? Quæ respõdit, Vidi te dñe quasi angelũ Dei, & conturbatũ est cor meum prę timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es dñe, & facies tua plena est gratiarũ. Cũq. loqueretur, rursus corruit, & penè exanimata est. Rex autẽ turbabatur, & omnes ministri eius consolabãtur eam.

Gen. 3. 2. Reg. 15.

CAP. XVI.

Exẽplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

Sup. 11. 2.

1 REx magnꝰ Artaxerxes, ab India vsq. Aethiopiã centũ vigintiseptẽ prouinciarũ ducibus ac principibus, qui nostræ
2 iussioni obediũt, salutẽ dicit. Multi bonitate principũ & hõnore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiã: & non solùm subiectos regibus nituntur opprimere, sed datã sibi gloriã nõ ferẽtes, in ip
4 sos qui dederũt moliũtur insidias. Nec cõtenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoq. cuncta cernẽtis arbitrãtur se posse
5 fugere sententiã. Et in tãtũ vesaniæ prorupẽrũt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omniũ laude digni sint, mendaciorũ cuniculis conẽtur subuertere, dum aures
6 principũ simplices, & ex sua natura alios
7 æstimãtes, callida fraude decipiũt. Quæres & ex veteribus probatur historiis, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodò malis quorundã suggestionibus regũ studia deprauẽtur. Vnde prouidendum est
9 paci omniũ prouinciarum. Nec putare debetis, si diuersa iubeamꝰ, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate tẽporum, vt reipublicæ poscit
10 vtilitas, ferre sententiã. Et vt manifestius quod dicimus, intelligatis, Amã filiꝰ Amadathi, & animo & gẽte Macedo, alienusq. à Persarum sanguine, & pietatem nostrã sua crudelitate cõmaculans, peregrinus

Sup. 11. 3.

Sup. 3. 1.

a funiculis 6 MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

grinus à nobis ſuſceptus eſt: & tantã in ſe expertus humanitatẽ, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnib⁹, poſt regẽ ſecundus; qui in tantũ arrogantiæ tumorẽ ſublatus eſt, vt regno priuare nos niteretur & ſpiritu. Nã Mardochæum, cui⁹ fide & beneficiis viuimus, & cõſortẽ regni noſtri Eſther cũ omni gẽte ſua nouis quibuſdã atq. inauditis machinis expetiuit in mortẽ: hoc cogitãs vt illis interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnũ Perſarũ trãsferret in Macedonas.

Nos autẽ à peſsimo mortaliũ, Iudæos neci deſtinatos, in nulla penit⁹ culpa reperimus, ſed ecõtrario iuſtis vtẽtes legibus, & filios altiſsimi & maximi, ſemperq. viuẽtis Dei, cuius beneficio & patribus noſtris & nobis regnũ eſt traditũ, & vſq. hodie cuſtoditur. Vnde eas literas quas ſub nomine noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis, id eſt, Suſan, & ipſe qui machinatus eſt, & omnis cognatio ei⁹ pẽdet in patibulis: nõ nobis, ſed Deo reddẽte ei quod meruit. Hoc autẽ edictũ quod nũc mittim⁹, incũctis vrbib⁹ ꝓponãt, vt liceat Iudæis vti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe adminiculo, vt eos qui ſe ad necẽ eorũ parauerant, poſſint interficere tertiadecima die mẽſis duodecimi, qui vocatur Adar. hanc enim diẽ, Deus omnipotẽs, mæroris & luctus, eis vertit in gaudium.

Vnde & vos inter cæteros feſtos dies, hãc habetote diẽ, & celebrate eã cũ omni lætitia, vt & in poſterũ cognoſcatur, oẽs qui fideliter Perſis obediũt, dignã ꝓ fide recipere mercedẽ: qui autẽ inſidiãtur regno eorũ, perire pro ſceſere. Omnis aũt ꝓuincia & ciuitas quę noluerit ſolẽnitatis hui⁹ eſſe particeps, gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt nõ ſolũ hominibus ſed etiã beſtiis inuia ſit in ſempiternum, pro exẽplo contemptus, & inobedientiæ.

LIBER IOB.

CAP. I.

Exo. 14, 14. & 20.

VIR erat in Terra-Hus, noẽ Iob: & erat vir ille ſimplex & rect⁹, ac timens Deum, & recedẽs à malo. Natiq́ ſunt ei ſeptẽ filij & tres filiæ. Et fuit poſſeſsio eius ſeptẽ millia ouiũ, & tria millia camelorũ, quingẽta quoq. iuga boũ, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis: eratq. vir ille magnus inter oẽs Oriẽtales. Et ibãt filij eius, & faciebãt cõuiuiũ per domos, vnuſquiſq. in die ſuo. Et mittẽtes vocabãt tres ſorores ſuas vt cõederẽt & biberẽt cũ eis. Cumq. in orbẽ trãſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: cõſurgẽſq. diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordib⁹ ſuis. Sic faciebat Iob cũctis dieb⁹. Quadã autẽ die, cùm veniſſent filij Dei vt aſſiſterẽt corã Dño, affuit inter eos etiã Satã. Cui dixit Dñs, Vnde venis? Qui reſpõdẽs, ait, Circuiui terrã, & perambulaui eã. Dixitq. Dñs ad eũ, Nũquid cõſideraſti ſeruũ meũ Iob, quòd nõ ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus, ac timẽs Deũ, & recedẽs à malo? Cui reſpõdẽs Satã, ait, Nunquid Iob fruſtra timet Deũ? nónne tu vallaſti eũ, ac domũ ei⁹, vniuerſamq. ſubſtãtiã per circuitũ: operibus manuũ eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra? Sed extẽde paululũ manũ tuã, & tange cuncta quę poſſidet: niſi in faciem * benedixerit tibi. Dixit ergo Dñs ad Satã, Ecce, vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt: tantũ in eũ ne extẽdas manũ tuã. Egreſſusq. eſt Satã à facie Dñi. Cùm autẽ quadã die filij & filiæ eius comederẽt & biberẽt vinum in domo fratris ſui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & aſinæ paſcebãtur iuxta eos: & irruerũt Sabæi, tuleruntq. oĩa, & pueros percuſſerũt gladio: & euaſi ego ſolus, vt nuntiarẽ tibi. Cumq. adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerоſq. conſumpſit: & effugi ego ſolus, vt nuntiarẽ tibi. Sed & illo adhuc loquẽte, venit alius, & dixit, Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percuſſerunt gladio: & ego fugi ſolus, vt nuntiarẽ tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris ſui primogeniti, repẽte vẽtus vehemẽs irruit à regione deſerti, & concuſsit quatuor angulos dom⁹, quæ corruẽs oppreſsit liberos tuos & mortui ſunt: & effugi ego ſolus, vt nũtiarem tibi. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimẽta ſua, & tonſo capite corruens in terrã, adorauit, & dixit, Nud⁹ egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nud⁹ reuertar illuc. Dñs dedit, Dñs abſtulit: ſicut Dño placuit, ita factũ eſt: ſit nomẽ Dñi benedictũ. In omnib⁹ his nõ peccauit Iob labiis ſuis: neq. ſtultũ quid cõtra Deum locutus eſt.

CAP. II.

FActũ eſt autẽ cùm quadã die veniſſẽt filij Dei, & ſtarẽt corã Dño, veniſſet quoq. Satã inter eos, & ſtaret in cõſpectu eius, vt diceret Dñs ad Satã, Vnde venis? Qui reſpõdens ait, Circuiui terrã, & perambulaui eã. Et dixit Dñs ad Satã, Nũquid cõſideraſti ſeruũ meũ Iob, quòd nõ ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rect⁹, ac timẽs Deũ, & recedẽs à malo, & adhuc retinẽs innocẽtiã? Tu autẽ cõmouiſti me aduerſus eũ, vt affligerẽ eũ fruſtra. Cui reſpondẽs Satã, ait, Pellẽ ꝓ pelle, & cũcta quæ habet homo dabit ꝓ anima ſua: alioquin mitte manũ tuã, & tãge os ei⁹ & carnẽ, & tũc videbis quòd in faciẽ benedicat tibi. Dixit ergo Dñs ad Satã, Ecce, in manu tua eſt, verumtamẽ animã illius ſerua. Egreſſus igitur Satã à facie Dñi, percuſsit

* tuam 2 MS. H. C. G.

in faciem tuam 10 MS.

tunicam ſuam 16 MS. H. C.

Suffraganeur autem Textui, R. Hier. Greg. & G. *Eccl.* 5. 14. 1 Tim. 6, 7. R. H. C.

Agnoſcitur autem à MS. Greg. & G.

10 MS. R Greg. H. C. *Additur autẽ à* G. *& plenius à* Gq. *legiturque ab omnibus.*

Inf 2, 10.

in facie tua 3 MS. H. C.

Aſtipulantur autem lectioni Textus R. Greg. & G

Tob. 2, 22

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pcussit Iob vlcere pessimo, à plãta pedis vsq. ad verticẽ eius: qui testa saniẽ radebat, sedẽs in sterquilinio. Dixit autẽ illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere.

Qui ait ad illam, Quasi vna de stultis mulieribus' locuta es. si bona suscepimus de manu Dei, mala quare nõ suscipiamus? ‖ in omnib' his nõ peccauit Iob labiis suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malũ quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Cõdixerãt enim, vt pariter veniẽtes visitarẽt eũ, & cõsolarẽtur. Cũq. eleuassent procul oculos suos, nõ cognouerũt eũ: & exclamãtes plorauerũt, scissisq. vestibus sparserũt puluerẽ super caput suũ in cælũ. Et sederunt cum eo in terra septẽ dieb' & septẽ noctib', & nemo loquebatur ei verbũ: videbãt enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est,

‖ Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.

Dies ille vertat in tenebras: nõ requirat eũ De' desup, * & nõ illustretur' lumine.

Obscurẽt eũ tenebræ & vmbra mortis: occupet eũ caligo, & inuoluatur, amaritudine. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat: nõ computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.

Sit nox illa solitaria, nec laude digna: maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.

Obtenebrentur stellæ caligine eius: ‖ expectent' lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ;

Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me, nec abstulit mala ob oculis meis. Quare nõ in vulua mortu' sum, egressus ex vtero non statim perij?

Quare exceptus genibus? cur lactatus huberibus? Nunc enim dormiens silerẽ, & somno meo requiescerem.

Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines:

Aut cum principibus qui possidẽt aurum, & replent domos suas argento:

Aut sicut abortiuũ absconditũ nõ subsisterẽ, vel qui concepti nõ viderũt lucem.

Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.

Et ‖ quondam' vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris.

Paruus & magn' ibi sunt, & seruus liber à dño suo. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortem, & nõ venit: quasi effodientes thesaurum.

Gaudentq. vehementer cũ inuenerint sepulchrũ. Viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris?

Antequã comedam suspiro: & tanquã inundantes aquæ, sic rugitus meus:

Quia timor quẽ timebam, euenit mihi: & quod verebar accidit.

Nonne dissimulaui? nónne silui? nónne quieui? & venit super me indignatio.

CAP. IIII.

REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,

Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies. sed conceptum sermonem tenere quis poterit?

Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti.

Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti.

Nũc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.

Vbi est timor tuus, fortitudo tua, * patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

Recordare obsecro te, quis vmquã innocẽs periit? aut quãdo recti deleti sunt?

Quin potius vidi eos qui operãtur iniquitatẽ, & seminãt dolores, & metũt eos,

Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.

Rugitus leonis & vox leænę, & dentes catulorum leonum contriti sunt.

Tigris periit, eo quòd nõ haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt.

Porrò ad me dictũ est verbũ absconditũ, & quasi furtiuè susceperit auris mea venas susurri eius.

In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,

Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.

Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.

Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.

Nũquid homo, Dei cõparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?

Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, ‖ & in angelis suis reperit prauitatem.

Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?

De manè vsq. ad vesperã succidẽtur: & quia nullus intelligit, in æternũ peribũt.

Qui aũt reliq. fuerint, auferẽtur ex eis: moriẽtur, & nõ in sapientia.

CAP. V.

VOca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquẽ sanctorum conuertere.

‖ Virum' stultum interficit iracundia, & paruulum occîdit inuidia.

Ego vidi stultũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.

Longè fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.

Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & ‖ bibent' sitiẽtes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit, & de humo nõ orietur dolor.

Homo nascitur ad laborẽ, & auis ad volatum,

Quam ob rem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponã eloquium meum.

Qui

Ex Hebræo, quidam ad hũc modum transferũt: Nec lucere faciat super eum lucem; alij ad istum. Nec splendeat super eum lux. atque illa quidẽ interpretatio, margini lectioni suffragatur; hæc autem, Textus.

‖ 1 MS.H. *Adijcitur autẽ à* R. Greg. C & G.

Sup. 1, 22.

Ierem. 20, 14.

* non sit in recordatione

‖ illustret

‖ 11 MS. et Greg.

‖ expectet 4 MS.R. Hier. Greg. H. C

‖ 2 MS.H. C.G. Verũ, Hier. & Greg. non solùm legunt, sed etiam exponunt.

* & ‖ V. R. Greg. Verùm. H. & C. confirmat Ier. non additur.

‖ Vere ? MS.R.H. C.G.

‖ ebibent 2 MS.H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero. 9
Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. 10
Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. 11
Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. 12
‖ Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & cõsilium prauorum dissipat. 13
Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. 14
Porrò saluũ faciet – ‖egenũ' à gladio oris eorum, & de manu violẽti pauperẽ. 15
Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. 16
‖ Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationẽ ergo Domini ne reprobes. 17
Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. 18
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. 19
In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladij. 20
‖A' flagello linguæ abscondêris: & nõ timebis calamitatem cùm venerit. 21
In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis. 22
Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terrę pacificæ erunt tibi: 23
Et scies q̃ pacẽ habeat tabernaculum tuũ: & visitãs speciem tuã, non peccabis. 24
Scies quoq. quoniã multiplex erit semẽ tuũ, & ꝓgenies tua quasi herba terrę. 25
Ingrediẽris in abũdãtia sepulchrũ, sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo. 26
Ecce, hoc vt inuestigauim⁹, ita est: qđ auditum, mente pertracta. 27

CAP. VI.

REspondens autem Iob, dixit, 1
Vtinã appẽderentur peccata mea, q̃b. irã merui: & calamitas quã patior, in statéra! 2
Quasi arena maris hæc grauior ‖appareret': vñ & verba mea dolore sunt plena. 3
Quia sagittæ Dñi in me sunt: quarũ indignatio ebibit spiritũ meũ, & terrores ‖ Domini' militant contra me. 4
Nunquid ‖ rugiet' onager cùm habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit? 5
Aut poterit comedi insulsũ, qđ nõ est sale cõdĩ ũ? aut potest aliquis gustare, qđ gustatũ affert mortẽ? – Animæ enim esurienti etiã amara dulcia esse videntur': 6
Quę prius nolebat tãgere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt. 7
Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus? 8
Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succĩdat me? 9
Et hæc mihi sit consolatio, vt affligẽs me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus Sancti. 10
Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineã? aut quis finis meus, vt patiẽter agã? 11
Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. 12
Non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. 13
Qui tollit ab amico suo misericordiã, timorem Domini derelinquit. 14
Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. 15
Qui timẽt pruinã, irruet sup eos nix. 16
Tempore quo fuerint dissipati, peribũt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo. 17
Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorũ: ambulabunt in vacuum, & peribunt. 18
Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper. 19
Confusi sunt, quia ‖sperauí': venerunt quoq. vsq. ad me, & pudore cooperti sũt. 20
Nunc venistis: & modò videntes plagam meam timetis. 21
Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi? 22
Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? 23
Docete me, & ego tacebo: & siquid fortè ignoraui, instruite me. 24
Quare detraxistis sermonib. veritatis, ‖cùm è vobis nulĩ⁹ sit qui possit arguere 25
26 –me'? Ad increpãdum tantũ eloquia concinnatis, & in ventũ verba profertis. 26
Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. 27
Veruntamen quod cœpistis explete: præbete aurem, & videte an mentiar. 28
Respõdete obsecro absq. contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate. 29
Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. 30

CAP. VII.

MIlitia est vita hominis super terrã: & sicut dies mercenarij, dies eius. 1
Sicut seruus desiderat vmbrã, & sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui: 2
Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. 3
Si dormiero, dicã, Quãdo consurgã? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. 4
Induta est caro mea putredine & sordib. puluerís: cutis mea aruit, & contracta est. 5
Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. 6
Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona; 7
Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam. 8
Sicut cõsumitur nubes, & pertrãsit: sic qui descenderit ad inferos, nõ ascendet; 9
Nec reuertetur vltrà in domũ suã, neq. cognoscet eum amplius locus eius. 10
Quapropter & ego nõ parcã ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animę meę. 11
Nũquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? 12
Si dixero, Cõsolabitur me lectul⁹ me⁹, & releuabor loquẽs mecũ in stratu meo: 13
Terrebis me per somnia, & per visio-

: Cor. 3, 19

⁻6 MS. H. G. ‖pepulũ suũ C. Nã, vel hoc, vel illud, vel simile quid, subaudiendum est. Luc. 1, 12.

‖In 1 MS. H. C. Similiter Textui reddiderunt 70. legeruntq. Hier. & Greg. ut enim sensus est.

‖apparet 1 MS.

‖Dei 1 MS. R. H. C.

‖ fugiet o.

⁻14 MS. R. Greg. H. C. G. Trãslata est hæc sententia ista, ex cap. 27. Prou. cuius versu 7. eisdem pene verbis, iuxta interpretationẽ 70. legitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

‖ Sperauerunt 1 MS. H. C. G. Similiter nũt Textui, legunt R. & Greg.

⁻5 MS. His Hiero. Textui fauet Greg. ‖& quid arguet increpatio vestra? H.

nes horrore concuties.
Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. 15
Desperaui, nequaquã vltrà iã viuam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei. 16
Quid est homo, quia magnificas eũ? aut quid apponis erga eum cor tuum? 17
Visitas eum diluculo, & subitò probas illum: vsquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? 18 19
Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? 20
Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatẽ meã? ecce, nunc in puluere dormiam: & si manè me quæsieris, non subsistã. CAP. VIII. 21

REspõdẽs aũt Baldad Suhites, dixit, 1
Vsquequo loquêris talia, & spiritus multiplex ℣sermonis' oris tui? 2
Nũquid Deus supplãtat iudicium? aut Omnipotẽs subuertit quod iustum est? 3
Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ: 4
Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deũ, & Omnipotentẽ fueris deprecatus: 5
Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, 6
In tantũ vt priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. 7
Interroga enim generationẽ pristinã, & diligenter inuestiga patrum memoriã: 8
Psal. 143. 4 Inf. 14. 2. ‖(Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniã sicut vmbra dies nostri sunt super terrã.) Et ipsi docebũt te: loquẽtur tibi, & de corde suo proferẽt eloquia. 9 10
Nũquid virere potest scirpus absq. humore? aut crescere carectum sine aqua? 11
Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: 12
Sic viæ omniũ qui obliui scuntur Deũ, & spes hypocritæ peribit: 13
Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. 14
Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget: 15
℣horto R. H.C.G. Verùm Textui opitulãtur MS. Hier. & Græc. Humectus videtur antequã veniat sol, & in ℣ortu' suo germen eius egredietur. 16
Super aceruũ petrarũ radices eius dẽsabuntur, & inter lapides cõmorabitur. 17
Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet, Non noui te. 18
Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur. 19
Deus non proiiciet simplicẽ, nec porriget manum malignis; 20
Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. 21
Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet. 22

CAP. IX.

ET respondens Iob, ait, 1
Verè scio quòd ita sit, & quòd nõ iustificetur homo ℣compositus' Deo. 2
℣cõparatus 2 MS. R. Si voluerit contendere cum eo, non 3
poterit ei respondere vnum pro mille:
Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit? 4
Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. 5
Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur. 6
Qui præcipit Soli, & nõ oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo: 7
Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris. 8
Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora austri. 9 10
Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Qui facit
Si venerit ad me, non videbo eum': si abierit, non intelligam*. 11
*eum 1 MS. H.C. Verùm & G. addunt.
Si repẽte interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis? 12
Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbẽ. 13
Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? 14
Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicẽ deprecabor. 15
Et cùm inuocantem exaudierit me, nõ credo quòd audierit vocem meam. 16
In turbine enim cõteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. 17
Non concedit requiescere spiritũ meũ, & implet me amaritudinibus. 18
Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, nemo audet p me testimonium dicere. 19
Si iustificare me voluero, os meũ condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. 20
Etiã si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. 21
Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. 22
Si flagellat, occîdat semel, & non de pœnis innocentum rideat. 23
Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. quòd si nõ ille est, quis ergo est? 24
Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. 25
Pertransierunt quasi naues portantes, sicut aquila volans ad escam. 26
Cùm dixero, Nequaquã ita loquar: cõmuto faciem meam, & dolore torqueor. 27
Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. 28
Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui? 29
Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: 30
Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. 31
Neque enim viro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. 32
Non est qui vtrumq. valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. 33

Auferat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Auferat à me virgã suã, & pauor eius non me terreat. 34
Loquar, & nõ timebo eum, neq. enim possum metuens respõdere. 35

CAP. X.

TAedet animã meã vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meũ, loquar in amaritudine animæ meæ. 1
Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices. 2
Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris-me', & opprimas -[a]me' opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues? 3
Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? 4
Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, 5
Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? 6
Et scias quia nihil impiũ fecerim, cũ sit nemo qui de manu tua possit eruere. 7
Manus tuæ [b]fecerunt me, & plasmauerunt' me totum in circuitu: & sic repẽte præcipitas me? 8
Memẽto quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerẽ reduces me. 9
Nõne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? 10
Pelle & carnibus vestisti me: * ossibus & neruis compegisti me. 11
Vitã & misericordiã tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum. 12
Licet hæc celes in corde tuo, tamẽ scio quia vniuersorum memineris. 13
Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? 14
Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. 15
Et [c]pter superbiã quasi [d]leænã' capies me, reuersusq. mirabiliter me crucias. 16
Instauras testes tuos cõtra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me. 17
Quare de vulua eduxisti me? qui vtinã consumptus essem, ne oculus me videret. 18
Fuissem quasi nõ essem, de vtero trãslatus ad tumulum. 19
Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum. 20
Antequàm vadã, & nõ reuertar, ad terrã tenebrosam, & opertã mortis caligine, 21
Terrã miseriæ & tenebrarũ, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror [e]inhabitans'. 22

CAP. XI.

REspondens autem Sophar Naamathites, dixit, 1
Nunquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus iustificabitur? 2
Tibi soli tacebunt homines? & cùm cæteros irriseris, à nullo cõfutaberis? 3
Dixisti enim, Purus est sermo me', & mũdus sum in cõspectu tuo. 4
Atq. vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi; 5
Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius, & intelligeres quòd multo minora exigaris [f]ab eo', quàm meretur iniquitas tua. 6
Forsitã vestigia Dei cõprehẽdes, & vsque ad perfectũ, Omnipotentẽ reperies? 7
Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? 8
Longior terra mensura eius, & latior mari. 9
Si subuerterit omnia, vel in vnũ coarctauerit, quis contradicet ei? * 10
Ipse enim nouit hominũ vanitatem, & videns iniquitatem, nõnne considerat? 11
Vir vanus in superbiã erigitur, & tanquã pullũ onagri se liberũ natum putat. 12
Tu autem firmasti cor tuum, & expãdisti ad eum manus tuas. 13
Si iniquitatẽ quæ est in manu tua abstuleris à te, & nõ manserit in tabernaculo tuo iniustitia, 14
Tunc leuare poteris faciem tuã absque macula, & eris stabilis, & non timebis. 15
Miseriæ quoq. obliuiscẽris, & quasi aquarum quæ præterierunt recordaberis. 16
Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cùm te consumptũ putaueris, orieris vt lucifer. 17
Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies. 18
Requiescens, & nõ erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. 19
Oculi autẽ impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorũ abominatio animæ. 20

CAP. XII.

1 REspondens autem Iob, dixit,
2 Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?
3 Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc quæ nostis ignorat?
4 Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deũ, & exaudiet eũ: deridetur enim iusti simplicitas.
5 Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.
6 Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum.
7 Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt
8 tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris.
9 Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,
10 In cuius manu anima omnis viuẽtis, & spiritus vniuersæ carnis hominis?
11 Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis, saporem?
12 In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.
13 Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.
14 Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui
15 aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram.
16 Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse nouit & decipientem, & eum qui
17 decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.

* vel quis dicere ei potest, Cur ita facis? o *Videtur huc adiectũ, aut ex interpretatione 72. (qui, quod nosti er: Quis cõtr. ei, paraphrasticè reddiderunt, Quis dicet ei, quid feciſti?) aut, ex superioris cap. 9. versu 12.* Leu. 26, 5.

Infr. 20, 2.

Prou. 14, 2.

Inf. 34, 3.

Isa. 22, 22. Apoc. 3, 7.

[a] MS. Greg. H. C. G.
[b] plasmauerũt me, & fecerũt 8 MS Greger H.C.G.
[c] & 9 MS. H.C.G.
[d] Deus 3 MS. Greg. H.C.G.
[e] habitat 3 MS. R. Greg.
[f] Deo 3 MS. Greg. H.C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Baltheum regum dissoluit, & præcin- 18
git fune renes eorum. Ducit sacerdotes 19
inglorios, & optimates supplantat,
Commutans labium veracium, & do- 20
ctrinam senum auferens. Effundit de- 21
spectionẽ super principes, & eos qui op-
pressi fuerant releuans. Qui reuelat 22
profunda de tenebris, & producit in lucẽ
vmbram mortis. Qui multiplicat gen- 23
tes & perdit eas, & subuersas in integrũ
restituit. Qui immutat cor principum 24
populi terræ, & decipit eos vt frustra in-
cedant per inuium, Palpabunt quasi 25
in tenebris, & non in luce; & errare eos
faciet quasi ebrios. CAP. XIII.

-5 MS. H. ECce omnia-hæc' vidit oculus meus, 1
& audiuit auris mea, & intellexi sin-
gula.
Secundùm scientiam vestram & ego 2
noui: nec inferior vestri sum.
Sed tamen ad Omnipotentem loquar, 3
& disputare cum Deo cupio:
Prius vos ostendens fabricatores men- 4
dacij, & cultores peruersorũ dogmatum.
Atque vtinam taceretis, vt putaremini 5
esse sapientes.
Audite ergo correptiones meas, & iu- 6
dicium labiorum meorum attendite.
Nunquid Deus indiget vestro menda- 7
cio, vt pro illo loquamini dolos?
Nunquid faciem eius accipitis, & pro 8
Deo iudicare nitimini? Aut placebit 9
ei quem celare nihil potest? aut decipie-
tur, vt homo, vestris fraudulentiis?
Ipse vos arguet, quoniam in abscondi- 10
to faciem eius accipitis.
Statim vt se cõmouerit, turbabit vos: 11
& terror eius irruet super vos.
Memoria vestra comparabitur cineri, 12
& redigentur in lutum ceruices vestræ.
Tacete paulisper, vt loquar quodcunq. 13
mihi mens suggesserit. Quare lacero 14
carnes meas dentibus meis, & animam
meam porto in manibus meis?
Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: 15
veruntamen vias meas in conspectu eius
arguam; Et ipse erit saluator meus: nõ 16
enim veniet in cõspectu eius omnis hy-
pocrita. Audite sermonẽ meũ, & ænig- 17
mata percipite auribus vestris. Si fuero 18
iudicatus, scio quòd iustus inueniar.
Quis est qui iudicetur mecũ? veniat: 19
quare tacens consumor?
Duo tantùm ne facias mihi, & tunc à 20
facie tua non abscondar:
Manum tuam longè fac à me, & for- 21
mido tua non me terreat.
Voca me, & ego respondebo tibi: aut 22
certè loquar, & tu responde mihi.
Quantas habeo iniquitates & peccata, 23
scelera mea & delicta *ostende mihi.
* mea 3 MS.R. Hier.H.C
Cur faciem tuam abscondis, & arbi- 24
traris me inimicum tuum?
Contra folium quod vento rapitur, 25
ostendis potentiam tuã, & stipulam sic-
cam persequeris. Scribis enim cõtra me 26
amaritudines, & consumere me vis pec-
catis adolescentiæ meæ.
Posuisti in neruo pedem meũ, & ob- 27
seruasti omnes semitas meas, & vestigia
pedum meorum considerasti:
Qui quasi putredo consumendus sum, 28
& quasi vestimentum quod comeditur à
tinea. CAP. XIIII.

HOmo natus de muliere, breui viuẽs 1
tempore, repletur multis miseriis.
Qui quasi flos egreditur & conteritur, 2
& fugit velut vmbra, & nunquam in eo-
dem statu permanet.
Et dignum ducis super huiusce modi 3
aperire oculos tuos, & adducere eum te-
cum in iudicium? ‖ Quis potest facere 4
mundum de immundo conceptum se-
mine? nónne tu qui solus es?
Breues dies hominis sunt, numerus 5
mensiũ eius apud te est: constituisti ter-
minos eius, qui præteriri non poterunt.
Recede *paululũ ab eo, vt quiescat, do- 6
nec optata veniat, sicut mercenarij dies
eius. Liguũ habet spẽ: si præcisum fue- 7
rit, rursum virescit, & rami eius pullulãt.
Si senuerit in terra radix eius, & in 8
puluere emortuus fuerit truncus illius,
Ad odorem aquæ germinabit, & faciet 9
comã quasi cùm primùm plantatum est:
Homo verò cùm mortuus fuerit, & 10
nudatus atq. cõsumptus, vbi quæso est?
Quomodò si recedãt aquæ de mari, & 11
fluuius vacuefactus arescat:
Sic homo cùm dormierit non resurget, 12
donec atteratur cælum non euigilabit,
nec consurget de somno suo.
Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno 13
protegas me, & abscõdas me, donec per-
transeat furor tuus, & constituas mihi
tempus in quo recorderis mei?
Putásne mortuus homo rursum viuet? 14
cunctis diebus, quibus nunc milito, ex-
pecto donec veniat immutatio mea.
Vocabis me, & ego respondebo tibi: 15
operi manuũ tuarum porriges dexteram.
‖ Tu quidem gressus meos dinumera- 16
sti, sed *parce' peccatis meis. Signasti 17
quasi in sacculo delicta mea, sed curasti
iniquitatem meã. Mons cadens defluit, 18
& saxum transfertur de loco suo:
Lapides excauant aquæ, & alluuione 19
paulatim terra consumitur: & homines
ergo similiter perdes. Roborasti eum 20
paululum, vt in perpetuũ transiret: im-
mutabis faciem eius, & emittes eum.
Siue nobiles fuerint filij eius, siue ig- 21
nobiles, non intelliget.
Attamen caro eius dum viuet, dolebit: 22
& anima illius super semetipso lugebit.

CAP. XV.

REspondens autem Eliphaz Thema- 1
nites, dixit; Nunquid sapiens re- 2
spondebit quasi in ventum loquens, &
implebit ardore stomachum suum?
Arguis verbis eum qui non est æqualis 3
tibi, & loqueris quod tibi non expedit.

Quantum

Quãtum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.
Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.
Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi.
Nũquid prim⁹ homo tu nat⁹es, & ante colles formatus? Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?
Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? ¶ Et senes, & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.
Nunquid grande est vt consoletur te Deus? sed verba tua prauа hoc prohibẽt.
Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?
Quid tumet cõtra Deũ spirit⁹ tuus, vt proferas de ore tuo huiusce modi sermones? Quid est homo, vt immaculat⁹ sit, & vt iustus appareat natus de muliere?
¶ Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cęli nõ sunt mundi in cõspectu eius. Quãto magis abominabilis & inutilis homo, q̃ bibit quasi aquã iniquitatẽ?
Ostẽdam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos,
Quibus solis data est terra, & nõ trãsiuit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius.
Sonit⁹ terroris semper in aurib. illius: & cũ pax sit, ille ~ semp⁹ insidias suspicatur. Nõ credit q̃ reuerti possit de tenebris ~ ad lucẽ⁹, circũspectãs vndiq. gladiũ.
Cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prœlium.
Tetẽdit enim aduersus Deũ manũ suã, & contra Omnipotentem roboratus est.
Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.
Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicẽ suam. Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. Nõ credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies eius impleãtur, peribit: & ‖manus⁹ eius‖ arescẽt⁹. Lædetur quasi vinea, in primo flore botr⁹ eius, & quasi oliua proiiciens florem suum.
Cõgregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorũ qui munera libẽter accipiũt. ¶ Cõcepit dolorem & peperit iniquitatẽ, & vterus eius præparat dolos.

CAP. XVI.

REspondens autem Iob, dixit,
Audiui frequenter talia: consolatores onerosi omnes vos estis.
Nunquid habebũt finẽ verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris?
Poterã & ego similia vestri loqui: atq. vtinã esset anima vestra pro anima mea,
Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos.
Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens vobis.
Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, nõ recedet à me. Nunc aũt oppressit me dolor meus, & in nihilũ redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimoniũ dicũt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.
Collegit furorẽ suũ in me, & cõminãs mihi, infremuit cõtra me dẽtib. suis: hostis meus terribilib. oculis me intuit⁹ est.
Aperuerũt super me ora sua, & exprobrãtes percusserũt maxillã meã, satiati sunt pœnis meis. Cõclusit me De⁹ apud iniquum, & manibus impiorũ me tradidit.
Ego ille quondã opulẽtus repente contritus sum: tenuit ceruicẽ meam, cõfregit me, & posuit me sibi quasi in signum.
Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, * non pepercit, ~ & effudit in terra viscera mea.
Conscidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.
Saccum consui super cutem meam, & operui cinere ‖ carnem meam'.
Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.
Hęc passus sum absq. iniquitate manus meæ, cùm haberẽ mũdas ad Deũ preces.
Terra ne operias sanguinẽ meum, neq. inueniat in te locũ latendi clamor meus.
Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis.
Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus. Atq. vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.
Ecce enim breues anni transeũt: & semitam, per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solùm mihi supereſt sepulchrum.
Non peccaui, & in amaritudinibus ‖ moratur, oculus meus.
Libera me *, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.
Cor eorum longè fecisti à disciplina, & propterea non exaltabuntur.
Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient.
Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.
Caligauit ab indignatione ocul⁹ meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.
Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur.

* MS. H. C. ~ H. C. G. ‖ cornu meum Hieron. H. id quod, 70 robur exposuerunt; Chaldæus, gloriã. Conformiter autẽ Textui, legit Greg.

‖ morabitur 4 MS. H. C. * Domine 15 MS. Verũ, à Greg. R. H. & C non additur.

Et te-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et tenebit iustus viam suam, & "mundis' manibus addet fortitudinem. 9
Igitur oēs vos cōuertimini, & venite, & nō inueniam in vobis vllū sapientem. 10
Dies mei transierunt, cogitationes meę dissipatæ sunt, torquentes cor meum: 11
Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. 12
Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum. 13
Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & soror mea, vermibus. 14
Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat? 15
In profundissimum infernum descendent omnia mea: putásne saltem ibi erit requies mihi? 16

CAP. XVIII.

REspondens autē Baldad Suhites, dixit, 1
Vsq. ad quem finē verba iactabitis? intelligite prius, & sic loquamur. 2
Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram "vobis"? 3
Qui perdis animā tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? 4
Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? 5
Lux obtenebrescet in tabernaculo illi": & lucerna quæ super eū est, extinguetur. 6
Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. 7
Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet cōtra eū sitis. 8 9
Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. 10
Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluēt ~eum" pedes eius. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinē cutis eius, cōsumat brachia illi" primogenita mors. 11 12 13
Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum, quasi rex, interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est, aspergatur in "tabernaculo' eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. 14 15 16
Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. 17
Expellet eū de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. Nō erit semē eius, neq. progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. 18 19
In die eius stupebūt nouissimi, & primos inuadet horror. 20
Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum. 21

CAP. XIX.

REspondens autem Iob, dixit, 1
Vsquequo affligitis animā meam, & atteritis me sermonibus? En, decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me. Nempe etsi ignoraui, mecū erit ignorātia mea. At vos cōtra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. 2 3 4 5
Saltē nūc intelligite quia De" nō æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit. Ecce, clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non est qui iudicet. Semitam meā circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. 6 7 8 9
Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ "arbori' abstulit spē meam. 10
Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum. 11
Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. 12
Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. 13
Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei. 14
Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me; & quasi peregrinus fui in oculis eorum. 15
Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. 16
Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. 17
Stulti quoq. despiciebant me: & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi. 18
Abominati sunt me quondam cōsiliarij mei: & quē maximè diligebā, "auersatus est me'. Pelli meæ, cōsumptis carnib", adhæsit os meū, & derelicta sunt tūmodò labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus "Dñi' tetigit me. 19 20 21
Quare persequimini me sicut Deus, & carnib. meis* saturamini? Quis mihi tribuat vt scribātur sermones mei? qs mihi det vt exarētur in libro Stylo ferreo, & plūbi lamina, vel "certè' sculpant in silice? 22 23 24
Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum*. 25 26
Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo. 27
Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum, & radicē verbi inueniamus contra eum? Fugite ergo à facie gladij, quoniā vltor "iniquitatum' gladius est: & scitote esse iudicium. 28 29

CAP. XX.

REspondēs aūt Sophar Naamathites, dixit, Idcirco cogitationes meę variæ succedūt sibi, & mēs in diuersa rapitur. Doctrinā qua me arguis audiam, & spirit" intelligētiæ meæ respōdebit mihi. 1 2 3
Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, 4
Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. 5
Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: 6
Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi est? 7
Velut somnium auolans non inuenietur, 8

MS. Hie. Greg. C. G. Huic lectioni, & H. volunt: ad hunc enim legunt modum: Et dispergent eum in peribus eius. Prou. 2, 22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur, transiet sicut visio nocturna.
Oculus qui eum viderat non videbit: 9
neque vltrà intuebitur eum locus suus.
Filij eius atterentur egestate, & manus 10
illius reddent ei dolorem suum.
Ossa eius implebũtur vitiis adolescen- 11
tiæ eius, & cum eo in puluere dormient.
Cùm enim dulce fuerit in ore eius ma- 12
lum, abscondet illud sub lingua sua:
Parcet illi, & non derelinquet illud, & 13
celabit in gutture suo. Panis ei⁹ in vte- 14
ro illius vertetur in fel aspidũ intrinsec⁹.
Diuitias quas deuorauit euomet, & de 15
ventre illius extrahet eas Deus. Caput 16
aspidũ suget, & occidet eũ lingua viperæ.
Nõ ‖videat' riuulos fluminis, torrentes 17
mellis, & butyri. Luet quę fecit omnia, 18
nec tamen cõsumetur: iuxta multitudinẽ
adinuentionum suarum, sic & sustinebit.
Quoniã confringẽs nudauit pauperes: 19
domũ rapuit, & nõ ædificauit eam. Nec 20
est satiatus venter eius: & cùm habuerit
quæ concupierat, possidere non poterit.
Non remãsit de cibo eius, & propterea 21
nihil permanebit de bonis eius.
Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstua- 22
bit, & omnis dolor irruet super eum.
Vtinam impleatur vẽter eius, vt emit- 23
tat in eum iram furoris sui, & pluat su-
per illum bellum suum. Fugiet arma 24
ferrea, & irruet in arcum æreum.
*Eductus, & egrediens de vagina sua, 25
& fulgurans in amaritudine sua: vadent,
& venient super eum horribiles.
Omnes tenebræ absconditę sunt in oc- 26
cultis eius: deuorabit eum ignis qui non
succẽditur, affligetur relictus in taberna-
culo suo. Reuelabũt cæli iniquitatẽ ei⁹, 27
& terra cõsurget aduersus eũ. Apertũ e- 28
rit germẽ domus illius, detrahetur in die
furoris Dei. Hæc est pars hominis im- 29
pij à Deo, & hæreditas verborum eius à
Domino.

CAP. XXI.

REspondens autem Iob, dixit, 1
Audite quæso sermones meos, & 2
agite pœnitentiam. Sustinete me, vt &
ego loquar: & post mea, si videbitur, ver-
ba, ridete. Nũquid contra hominẽ dis- 4
putatio mea est, vt meritò nõ debeã con-
tristari? Attẽdite me, & obstupescite, & 5
supponite digitũ ori vestro. Et ego quã- 6
do recordatus fuero, pertimesco, & con-
cutit carnẽ meã tremor. ‖Quare ergo 7
impij viuũt, subleuati sunt, confortatiq.
diuitiis? Semẽ eorũ permanet corã eis, 8
propinquorũ turba, & nepotũ in conspe-
ctu eorum. Domus eorũ securæ sunt & 9
pacatæ, & non est virga Dei super illos.
Bos eorum concepit, & non abortiuit: 10
vacca peperit, & nõ est priuata fœtu suo.
Egrediuntur quasi greges paruuli eorũ, 11
& infantes eorum exultant lusibus.
Tenent tympanũ, & citharã, & gaudẽt 12
ad sonitum organi. Ducũt in bonis dies 13
suos, & in punctο ad inferna descẽdunt.
Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & 14
15 scientiã viarũ tuarũ nolumus. ‖[a] Quis'
est Omnipotẽs, vt seruiam⁹ ei? & quid no
16 bis prodest si orauerim⁹ illũ? Verũtamẽ
quia nõ sunt in manu eorũ bona sua, cõsi
17 liũ impiorũ lõgè sit à me. Quoties lu-
cerna impiorũ extinguetur, & inpueniet
eis inundatio, & dolores diuidet furoris
18 sui? Erunt sicut paleæ ante faciẽ venti,
& sicut fauilla quam turbo dispergit.
19 Deus seruabit filiis illius dolorem pa-
tris: & cùm reddiderit, tunc sciet.
20 Videbunt oculi eius interfectionẽ suã,
& de furore Omnipotentis bibet.
21 Quid enim ad eum pertinet de domo
sua post se? & si numerus mensium eius
dimidietur?
22 Nunquid Deum docebit quispiam
scientiam, qui excelsos iudicat?
23 Iste moritur robustus & sanus, diues
24 & felix. Viscera eius plena sunt adipe,
& medullis ossa illius irrigantur.
25 Alius verò moritur in amaritudine a-
nimæ absq. vllis opibus:
26 Et tamen simul in puluere dormient,
& vermes operient eos.
27 Certè noui cogitationes vestras, & sen-
tentias contra me iniquas.
28 Dicitis enim, Vbi est domus principis?
& vbi tabernacula impiorum?
29 Interrogate quẽlibet de viatoribus, &
hæc eadem illum intelligere cognoscetis.
30 Quia in diẽ perditionis seruatur ma-
lus, & ad diem furoris ducetur.
31 Quis arguet coram eo viam eius? &
quæ fecit, quis reddet illi?
32 Ipse ad sepulchra ducetur, & in con-
gerie mortuorum vigilabit.
33 Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se
omnẽ hominẽ trahet, & ante se innume-
34 rabiles. Quomodo igitur cõsolamini me
frustra, cùm responsio vestra repugnare
ostensa sit veritati?

CAP. XXII.

1 REspondẽs aũt Eliphaz Themanites,
2 dixit, Nũquid Deo potest cõparari
homo, etiã cùm perfectæ fuerit scientiæ?
3 Quid prodest Deo si iustus fueris? aut
qd ei cõfers si immaculata fuerit via tua?
4 Nũquid timẽs *arguet te, & veniet te-
5 cum in iudiciũ, Et nõ propter malitiã
tuã plurimã, & infinitas iniquitates tuas?
6 Abstulisti enim pignus fratrũ tuorũ si-
7 ne causa, & nudos spoliasti vestib. Aquã
lasso nõ dedisti, & esuriẽti subtraxisti pa-
8 nẽ. In fortitudine brachij tui possidebas terrã, & potẽtissimus obtinebas eam.
9 Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pu-
pillorum comminuisti.
10 Propterea circundatus es laqueis, &
conturbat te formido subita.
11 Et putabas te tenebras non visurũ, &
impetu aquarũ inundantiũ nõ oppressũ
12 iri? ‖An cogitas ꝙ Deus excelsior cælo
sit, & super stellarũ verticẽ sublimetur?
13 Et dicis, Quid enim nouit Deus? &
quasi per caliginem iudicat.
14 Nubes latibulum eius, nec nostra cõsi-

derat,

Mal. 3,14.
[a] Quid 9 MS.H.C. G.

*te 8 MS. H.C.G.

‖An non 1 MS.H.C. G. *Verùm Textus, Hieron. ac Greg. & lectioni & expositioni consentit.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

derat, & circa cardines cæli perambulat.
Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui,
Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorũ,
Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quasi nihil possit facere Omnipotẽs, æstimabãt eũ, Cũ ille impleſſet domos eorũ bonis? quorũ sentẽtia procul sit à me.
Psal.106, 42. ¶ Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.
Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?
Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.
Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.
Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.
Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.
Eritq. Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.
Tunc super Omnipotentem deliciis affluues, & eleuabis ad Deum faciem tuã.
Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen.
Pro.29,23. ¶ Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur.
Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum.

CAP. XXIII.

REspondens autem Iob, ait,
Nũc quoq. in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.
Quis mihi tribuat vt cognoscã & inueniã illũ, & veniam vsq. ad solium eius?
Ponam corã eo iudicium, & os meum replebo increpationibus,
Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.
Nolo multa fortitudine cõtendat mecũ, nec magnitudinis suæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.
Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum.
Si ad sinistrã, quid agã? non apprehendam eum. si me vertã ad dexterã, nõ videbo illum. Ipse verò scit viã meã, & probabit me quasi aurũ quod per ignem trãsit. Vestigia eius secutꝰ est pes meus, viã eius custodiui, & nõ declinaui ex ea.
A mandatis labiorum eius nõ recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.
Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit.
Cumq. expleuerit in me voluntatem suã, & alia multa similia præstò sunt ei.
Et idcirco à facie eius turbatus sum: & considerans eum, timore solicitor.
Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.
Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meã operuit caligo.

CAP. XXIIII.

A B Omnipotente non sunt abscõdita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.
Alij terminos transtulerunt, diripuerũt greges, & pauerunt eos.
Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ.
Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.
Alij quasi onagri in deserto egrediũtur ad opus suum: vigilãtes ad prædam, præparant panem liberis.
Agrũ non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserint, vindemiant.
Nudos dimittunt homines, indumenta tollẽtes, quib. non est operimentũ in frigore: Quos imbres mõtium rigãt: & nõ habentes velamen, amplexantur lapides.
Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.
¶ Nudis ← &' incedentibus' absq. vestitu, & esurientib. tulerũt spicas. Inter aceruos eorũ meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerũt viros gemere, & anima vulneratorũ clamauit, & Deus inultũ abire non patitur.
Ipsi fuerũt rebelles lumini, nescierunt vias eiꝰ: nec reuersi sunt per semitas eiꝰ.
Manè primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem verò erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum suum.
Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.
Si subitò apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.
Leuis est superfaciẽ aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum.
Ad nimium calorẽ trãseat ab aquis niuium, & vsq. ad inferos peccatum illius.
Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignũ infructuosum.
Pauit enim sterilem, & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.
Detraxit fortes in fortitudine sua: & cùm steterit, non credet vitæ suæ.
¶ Dedit ei Deus locũ pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam: oculi autẽ eius sunt in viis illius.
Eleuati sunt ad modicum, & nõ subsistent, & humiliabũtur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.
Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitũ, & ponere ante Deũ verba mea?

CAP. XXV.

RESpondẽs aũt Baldad Suhites, dixit,
Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis.

Numquid

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nũquid est numerus militũ eius? & super quem non ‖surget' lumen illius? 3
‖ Nũquid iustificari potest homo cõparatus Deo, aut apparere mũdus natus de muliere? 4
Ecce luna etiã nõ splender, & stellæ non sunt mũdæ in conspectu eius: 5
Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? 6

CAP. XXVI.

REspondens autem Iob, dixit, 1
Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachiũ eius qui non est fortis? 2
Cui dedisti consilium? forsitan illi qui nõ habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam. 3
*Quem docere voluisti? nõne eum qui fecit spiramentum? 4
Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. 5
Nudus est infernus coram illo, & nullũ est operimentum perditioni. 6
Qui extendit Aquilonẽ super vacuum, & appendit terram super nihilum. 7
Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. 8
Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. 9
Terminum circundedit aquis, vsque dum finiantur lux & tenebræ. 10
Columnæ cęli cõtremiscunt, & pauent ad nutum eius. 11
In fortitudine illius repẽtè maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. 12
Spiritus ei⁹ ornauit cælos: & obstetricãte manu eius, eductus est coluber tortuosus. 13
Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarũ eius: & cũ vix paruã stillã sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri? 14

CAP. XXVII.

ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit, 1
Viuit Deus, (qui abstulit iudiciũ meũ, & Omnipotẽs qui ad amaritudinem adduxit animam meam.) 2
Quia donec supereſt halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, 3
Non loquẽtur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mẽdacium. 4
Absit à me vt iustos vos esse iudicẽ. donec deficiã, nõ recedã ab innocẽtia mea. 5
Iustificationem meam quam cœpi tenere, nõ deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. 6
Sit vt impius, inimicus meus: & aduersarius meus, quasi iniquus. 7
Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius? 8
Nunquid Deus audiet clamorem eius, cùm venerit super eum angustia? 9
Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore? 10
Docebo vos per manum Dei quę Omnipotens habeat, nec abscondam. 11
Ecce, vos omnes nostis, ‖& *quid' sine causa vana loquimini? 12
Hæc est pars hominis impij apud Deũ, & hæreditas violentorũ, quã ab Omnipotente suscipient. 13
Si multiplicati fuerint filij ei⁹, in gladio erũt, & nepotes eius non saturabũtur pane. 14
Qui reliqui fuerint ex eo, sepeliẽtur in interitu; & viduæ illius nõ plorabunt. 15
Si cõportauerit quasi terrã argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta: 16
Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis: & argentũ innocens diuidet. 17
Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum. 18
‖ Diues cùm dormierit, nihil secũ auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. 19
Apprehender eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas. 20
Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo. 21
‖Et mittet' super eum, & non parcet: de manu eius fugiens fugiet. 22
Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius. 23

CAP. XXVIII.

HAbet argentum, venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. 1, 2
Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs vertitur. 2
Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, & vmbra mortis. 3
Diuidit torrẽs à populo peregrinãte, eos quos oblitus est pes egẽtis hoĩs & inuios. 4
Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. 5
Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurũ. 6
Semitam ignorauit auis, nec intuitus est ‖eam oculus' vulturis. 7
Non calcauerunt eam filij insitorum, nec pertransiuit per eam leæna. 8
Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes. 9
In petris riuos excîdit, & omne pretiosum vidit oculus eius. 10
Profunda quoq. fluuiorũ scrutatus est, & abscondita in lucem produxit. 11
Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? 12
Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. 13
Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est mecum. 14
Nõ dabitur aurũ obrizũ ‖ ea, nec appẽdetur argẽtũ in cõmutatione ei⁹. 15, 16
Nõ cõferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro. 16
Non adæquabitur ei aurũ vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri. 17
Excelsa & eminentia nõ memorabuntur comparatione eius: trahitur autẽ sapientia de occultis. 18
Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tinctura mundissimæ comparabitur. 19
Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ? 20
Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoq. cæli later. 21
Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius. 22

‖ Fulget MS. ‖ Existitur Textui R. Greg. H: C. G. ‖ Cap 4,17. ‖ aut MSq. ‖ 1 MS. C. ‖ ad G.

‖ surget' Emittet 14 MS. R. Greg. ‖ Et proiiciet H. C. G. ‖ oculos MS. Greg. Verùm stabilitur Textus, consensu Hier. atq. H. C. & G. codicum. ‖ Pro. 1,7. ‖ Pro. 8,10. Sap. 7,9. ‖ Psal. 48,1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus intelligit viam eius, & ipse nouit 23
locum illius.
Ipse enim fines mũdi intuetur: & om- 24
nia quæ sub cælo sunt respicit:
Qui fecit ventis pondus, & aquas ap- 25
pendit in mensura.
Quando ponebat pluuiis legem, & viâ 26
procellis sonantibus:
Tũc vidit illã, & enarrauit, & præpara- 27
uit, & inuestigauit. Et dixit homini, Ec- 28
Pro. 1,7. & 9,10. ce timor Dñi, ipsa est sapiẽtia: & recedere
à malo, intelligentia. CAP. XXIX.
ADdidit quoq. Iob, assumens paraboloam suam, & dixit, 1
Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mẽses 2
pristinos, secundũ dies quibus Deus custodiebat me: Quando splẽdebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen 3
eius ambulabam in tenebris?
Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, 4
quando secretò Deus erat in tabernaculo meo? Quando erat Omnipotẽs mecum: 5
& in circuitu meo pueri mei?
Quando lauabam pedes meos butyro, 6
& petra fundebat mihi riuos olei?
Quãdo procedebã ad portã ciuitatis, & 7
in platea parabant cathedram mihi?
Videbãt me iuuenes, & abscondeban- 8
tur: & senes assurgentes stabant.
Principes cessabant loqui, & digitum 9
superponebant ori suo.
Vocem suam cohibebant duces, & lin- 10
gua eorũm gutturi suo adhærebat.
Auris audiens beatificabat me, & ocu- 11
lus videns testimonium reddebat mihi,
Eo quòd liberassem pauperem vocife- 12
rantem, & pupillũ cui nõ esset adiutor.
Benedictio perituri super me veniebat, 13
& cor viduæ consolatus sum.
Iustitia indutus sum: & vestiui me, sic- 14
ut vestimẽto & diademate, iudicio meo.
Oculus fui cæco, & pes claudo. 15
Pater eram pauperum: & causam quã 16
nesciebam, diligentissimè inuestigabam.
Conterebam molas iniqui, & de denti- 17
bus illius auferebam prædam.
Dicebamque, In nidulo meo moriar, 18
& sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta est secus aquas, & 19
ros morabitur in messione mea.
Gloria mea semper innouabitur, & ar- 20
cus meus in manu mea instaurabitur.
Qui me audiebãt, expectabãt sententiã, 21
& intenti tacebant ad consilium meum.
Verbis meis addere nihil audebant, & 22
super illos stillabat eloquium meum.
Expectabant me sicut pluuiã, & os suũ 23
aperiebant quasi ad imbrem serotinum.
Si quando ridebam ad eos, nõ credebãt, 24
& lux vultus mei nõ cadebat in terram.
Si voluissem ire ad eos, sedebã primus: 25
cumque sederem quasi rex circunstante
exercitu, eram tamen mœrentium consolator. CAP. XXX.
NVnc autẽ deridẽt me iuniores tem- 1
pore, quorum non dignabar patres
ponere cum canibus gregis mei:
2 Quorum virtus manuũ mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni.
3 Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria.
4 Et mandebant herbas, & arborũ cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorũ.
5 Qui de cõuallib. ista rapiẽtes, cũ singula reperissent, ad ea cũ clamore currebãt.
6 In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream.
7 Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant.
8 Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
9 Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.
10 Abominãntur me, & lõgè fugiunt à me, & faciem meam conspuere nõ verentur.
11 Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit in os meum.
12 Ad dexterã 'orietis' calamitatis' meę ilicò surrexerũt: pedes meos subuerterũt, & oppresserũt quasi fluctib. semitis suis.
13 Dissipauerũt itinera mea, insidiati sunt mihi: & prævaluerunt, & non fuit qui
14 ferret auxilium. Quasi rupto muro, & aperta iauua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
15 Redactus sum in nihilũ; 'abstulit' quasi ventus desiderium meum: & velut nubes pertransiit salus mea.
16 Nũc autẽ in memetipso marcescit anima mea, & possidẽt me dies afflictionis.
17 Nocte os meũ perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.
18 In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me.
19 Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.
20 ‖ Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me.
21 Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
22 Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.
23 Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.
24 Veruntamen non ad consumptionem meam emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.
25 Flebam quondã super eo qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi.
26 Expectabã bona, & venerũt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperũt tenebræ.
27 Interiora mea efferbuerũt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.
28 Mœrens incedebam, sine furore, cõsurgens, in 'tuba' clamabam.
29 Frater fui draconũ, & socius struthionũ.
30 Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.
31 Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XXXI.

Prou. 5,21. Iuſ. 34,21.

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.
2 Quã enim partẽ haberet in me Deꝰ de-ſuper, & hæreditatẽ Oĩpotẽs de excelſis?
3 Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam?
4 Nónne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat?
5 Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus:
6 Appendat me in ſtatéra iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam.
7 Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ‖ſecutus eſt oculus meus' cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula:
8 Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.
9 Si deceptum eſt cor meum ſuper mũliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum:
10 Scortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij.
11 Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. Ignis eſt vſq. ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.
12 Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cùm diſceptarent aduerſum me:
13 (Quid enim faciam cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi?
14 Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus?)
15 Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:
16 Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea:
17 (Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum) Si deſpexi ‖pereuntem', eo quòd non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem:
18 Si nõ benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouiũ mearũ calefactus eſt:
19 Si leuaui ſuper pupillũ manũ meam, etiã cùm videre me in porta ſuperiorem:
20 Humerus meus à iũctura ſua cadat, & brachiũ meũ cũ ſuis oſsib. confringatur.
21 Semper enim quaſi tumẽtes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.
22 Si putaui aurũ robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea.
23 Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manꝰ mea.
24 Si vidi ſolem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè:
25 Et lætatũ eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manũ meam ore meo:
26 Quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſsimum.
27 Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quòd inueniſſet eum malum.
28 Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt exeterem maledicens animam eius.
29 Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur?
30 Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.
31 Si abſcõdi quaſi homo peccatũ meum, & celaui in ſinu meo iniquitatẽ meam.
32 Si expaui ad multitudinẽ nimiam, & deſpectio propinquorũ terruit me: & non magis tacui, nec egreſſus ſum oſtium.
33 Quis mihi tribuat ‖auditorem', vt deſiderium meum audiat Omnipotens: & librum ſcribat ipſe qui iudicat,
34 Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi?
35 Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illum, & quaſi principi offeram eum.
36 Si aduerſum me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius defient:
37 Si fructus eius comedi abſque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:
38 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina.

Finita ſunt verba Iob.

CAP. XXXII.

1 OMiſerunt autẽ tres viri iſti reſpondere Iob, eo q̃ iuſtus ſibi videretur.
2 Et iratus, indignatusq. eſt Eliu filiꝰ Barachel Buzites, de cognatione Rã: iratus eſt autẽ aduerſum Iob, eo q̃ iuſtũ ſe eſſe
3 diceret corã Deo. Porrò aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quòd nõ inueniſſent reſponſionem rationabilem, ſed tantummodo condemnaſſent Iob.
4 Igitur Eliu expectauit Iob loquentẽ: eo quòd ſeniores *eſſent ‖qui loquebantur'.
5 Cùm autẽ vidiſſet quòd tres reſpõdere non potuiſſent, iratus eſt vehementer.
6 Reſpondẽsq. Eliu filius Barachel Buzites dixit,

Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meam ſententiam.
7 Sperabã enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret
8 ſapientiam. Sed vt video, Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Omnipotentis dat intelligentiam.
9 Non ſunt longæui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium.
10 Ideò dicam, audite me, oſtendam vobis etiam ego meam ‖ſapientiam'.
11 Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prudẽtiam veſtram, donec diſceptaremini ſermonibus;
12 Et donec putabam vos aliquid dicere, conſiderabam: ſed vt video, non eſt qui poſsit arguere Iob, & reſpondere ex vobis ſermonibus eius.
13 Ne fortè dicatis, Inuenimus ſapientiam, Deus proiecit eum, non homo.
14 Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundũ ſermones veſtros reſpondebo illi.
15 Extimuerunt, nec reſponderunt vltrà, abſtuleruntq́ue à ſe eloquia.
16 Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti, ſteterunt, nec vltrà reſponderunt:
17 Reſpondebo & ego partem meam, &

Vſecutum eſt oculos meos 1 MS Hie. H.C. G. Similiter verò Textui legit Greg.

Pretertantem MS. R. Greg. Textui autẽ ſuffragantur H.C. G.

Vadiutorem MS. Greg. Verùm Textus conſentit R. H. & G.

*ſe 7 MS. H.C.G.

‖vt loquerentur 1 MS.

‖diebus H.C.G.

‖ſcientiam 5 MS. H. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ostendam scientiam meam.
18 Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.
19 En venter meus quasi mustũ absq.spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.
20 Loquar, & respirabo paululũ: aperiam labia mea, & respondebo.
21 Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo.
22 Nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII.

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.
2 Ecce aperui os meum, ‖loquatur' lingua mea in faucibus meis.
3 Simplici corde meo sermones mei, & ‖sententiam' puram labia mea loquẽtur.
4 Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me.
5 Si potes, respõde mihi, & aduersus faciem meam consiste. Ecce, & me sicut
6 & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum.
7 Verũtamẽ miraculũ meũ nõ te terreat, & ‖eloquentia mea non sit tibi grauis'.
8 Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui,
9 Mundus sum ego, & absq.delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me.
10 Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus est me inimicum sibi.
11 Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas.
12 Hoc est ergo in quo nõ es iustificat⁹: respõdebo tibi, qa maior sit Deus homine.
13 Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi?
14 Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit.
15 Per somniũ in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo:
16 Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina,
17 Vt auertat hominem ab ‖his quæ ‖fecit', & liberet eum de superbia:
18 Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladium.
19 Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.
20 Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desiderabilis.
21 Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant nudabuntur.
22 Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis.
23 Si fuerit p eo angelus loquẽs ‖vnus' de ‖millib.' vt annuntiet hominis æquitatẽ,
24 Miserebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.
25 Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.
26 Deprecabitur Deũ, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.
27 Respiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui, & vt erã dignus, non recepi.
28 Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret.
29 Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos,
30 Vt reuocet animas eorum à corruptione, & ‖illúminet luce viuentium.
31 Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor.
32 Si aũt habes quod loquaris, respõde mihi, loquere: volo enim te apparere iustũ.
33 Quòd si nõ habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam. CAP. XXXIIII.

1 PRonuntians itaq. Eliu, etiam hæc locutus est:
2 Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me:
3 ‖ Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Sap.12.
4 Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius:
5 Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum.
6 In iudicando enim me, mẽdacium est: violenta sagitta mea absq.vllo peccato.
7 Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam,
8 Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis?
9 Dixit enim, Nõ placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo.
10 Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.
11 Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.
12 Verè enim Deus nõ condemnabit frustra, nec Omnipotẽs subuertet iudicium.
13 Quem cõstituit alium super terrã? aut quẽ posuit super orbẽ quẽ fabricatus est?
14 Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet:
15 Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.
16 Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei.
17 Nunquid qui nõ amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eũ qui iustus est,
18 in tantum condemnas, Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios?
19 ‖ Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cùm disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi. Deu.10. 2 Par.19. Sap.6.8 Eccl.35.16 Rom.2.11 Gal.2.6 Eph.6.9 Col.3.25 Act.10.34 1 Pet.1.17 Sup.34.24 Prou.24.23
20 Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu.
21 Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat.
22 Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Neque enim vltrà in
23 hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium.
24 Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.

Nouit

"loquetur 1 MS.
"loquitur R.
"*locuta est* H.C.G.
"scientiam 1 MS.H.C.
"eloquium meum non sit tibi grue 1 MS.
" *manus mea erit super te. Gr.70. & post eos, alij ad hũc modũ transtulerunt.*
"opere H.
"*opere malo* C.
" *iniustitia* G.
"facit 8 MS
"vnum 8 MS.*Hier. Greg. ad hunc modũ quidam ex* H. *verterunt; ad eũ verò, quo Textus legit*, C.70. *& alij.*
" similibus o Q.n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nouit enim opera eorũ: & idcirco inducet noctem, & conterentur. 25
Quasi impios percussit eos in loco videntiũ. 26
Qui quasi de industria recesserũt ab eo, & oẽs vias eius intelligere noluerũt, 27
Vt peruenire facerẽt ad eũ clamorẽ egeni, & audiret vocẽ pauperum. 28
Ipso enim cõcedente pacẽ, quis est qui cõdemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum & super gẽtes & super oẽs homines? 29
Qui regnare facit hominẽ hypocritam propter peccata populi. 30
Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. 31
Si erraui, tu doce me: si iniquitatẽ locutus sum, vltrà non addam. 32
Nunquid à te Deus expetit eã, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & nõ ego: quod si quid nosti melius, loquere. 33
Viri intelligẽtes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. 34
Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. 35
Pater mi, probetur Iob vsq. ad finẽ: ne desinas ab homine iniquitatis. 36
Qui'addit super peccata sua blasphemiã: inter nos interim cõstringatur, & tunc ad iudiciũ prouocet sermonibus suis Deum. 37

CAP. XXXV.

IGitur Eliu hæc rursum locutus est, 1
Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo? 2
Dixisti enim, Nõ tibi placet quod rectũ est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero? 3
Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. 4
Suspice cælum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te sit. 5
Si peccaueris, qd ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuę, quid facies cõtra eũ? 6
Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut qd de manu tua accipiet? 7
Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. 8
Propter multitudinem calumniatorũ clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. 9
Et nõ dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? 10
Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos. 11
Ibi clamabunt, & nõ exaudiet, propter superbiã malorũ. 12
Nõ ergo frustra audiet Deus, & Omnipotẽs causas singulorũ intuebitur. 13
Etiã cùm dixeris, Nõ cõsiderat: iudicare corã illo, & expecta eũ. 14
Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde: 15
Ergo Iob frustra aperit os suũ, & absq. scientia verba multiplicat. 16

CAP. XXXVI.

ADdens quoq. Eliu, hæc locutus est, 1
Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. 2
Repetã scientiã meam à principio, & operatorẽ meum probabo iustum, 3
Verè enim absq. mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. 4
Deus potentes nõ abiicit, cùm & ipse sit potens. Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. 5 6
Nõ auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuũ, & sublimi erigũtur. 7 8
Et si fuerint in catenis, & vinciãtur funibus paupertatis, 9
Indicabit eis opera eorũ, & scelera eorũ, quia violenti fuerunt. 10
Reuelabit quoq. aurẽ eorum, vt corripiat; & loquetur, vt reuertãtur ab iniquitate. 11
Si audierint & obseruauerint, complebũt dies suos in bono, & annos suos in gloria. 11
Si autem non audierint, transibũt per gladium, & consumentur in stultitia. 12
Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neq. clamabunt cùm vincti fuerint. 13
Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. 14
Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. 15
Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentũ subter se, requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. 16
Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies. 17
Nõ te ergo superet ira, vt aliquẽ opprimas: nec multitudo donorũ inclinet te. 18
Depone magnitudinẽ tuã absq. tribulatione, & omnes robustos fortitudine. 19
Ne protrahas noctem, vt ascendãt populi pro eis. 20
Caue ne declines ad iniquitatẽ: hanc enim cœpisti sequi post miseriam. 21
Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. 22
Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere, Operatus es iniquitatẽ? 23
Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri. 24
Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul. 25
Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrã: numerus annorũ eius inæstimabilis. 26
Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres adinstar gurgitum. 27
Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta désuper. 28 29
Si voluerit extẽdere nubes quasi tentorium suum, 29
Et fulgurare lumine suo désuper, cardines quoque maris operiet. 30
Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. 31
In manibus abscondit lucẽ, & præcipit ei vt rursus adueniat. 32
Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. 33

CAP. XXXVII.

1 SVper hoc expauit cor meũ, & emotum est de loco suo.
2 Audite auditionẽ in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.
3 Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ.

n Quia 6 MS.C. n multiplicet sermones suos ad Deũ 1 MS.H.C. G. confortauit autẽ Hier. & Greg. legit Iratus.

n potens o.

n tribuet 5 MS.H.C. G. n illi 4 MS. R. Similiter Greg. habet Textus. Ab H.C.&G. neque hoc exprimitur, neque illud.

n stellas o. Q.n. n pluunt MS 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cùm audita fuerit vox eius. 4
Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. 5
Qui præcipit niui vt descendat in terrã, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omniũ hominũ signat, vt nouerint singuli opera sua. 6 7
Ingredietur bestia latibulũ, & in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus. 8 9
Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ funduntur aquæ. 10
Frumentum desiderat nubes, & nubes spargũt lumẽ suũ. Quæ lustrãt per circuitũ, quocumq. eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciẽ orbis terrarũ, Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocũq. loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. 11 12 13
Ausculta hæc Iob: sta, & cõsidera mirabilia Dei. Nũquid scis quãdo præcepit Deus pluuiis, vt ostenderẽt lucẽ nubiũ eius? Nunquid nosti semitas nubiũ magnas, & perfectas scientias? 14 15 16
Nonne vestimẽta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? 17
Tu forsitã cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. 18
Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris. 19
Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. 20
At nũc nõ vidẽt lucẽ: subitò aër cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Ab Aquilone aurũ venit, & ad Deũ formidolosa laudatio. Dignè eum inuenire non possumus: magn9 fortitudine & iudicio, & iustitia, & enarrari nõ potest. 21 22 23
Ideò timebunt eũ viri, & nõ audebunt contemplari omnes qui sibi vidẽtur esse sapientes. 24

CAP. XXXVIII.

REspondens autem Dominus Iob de turbine, dixit, 1
Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? 2
Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & respondę mihi. 3
Vbi eras quãdo ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiã, 4
Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? 5
Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidẽ angularem eius, 6
Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? 7
Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens, 8
Cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? 9
Circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia, Et dixi, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos. 10 11
12 Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locũ suũ?
13 Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea?
14 Restituetur vt lutum signaculũ, & stabit sicut vestimentum.
15 Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur.
16 Nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?
17 Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?
18 Nunquid considerasti latitudinẽ terræ? indica mihi; si nosti, omnia;
19 In qua via lux habitet, & tenebrarum
20 quis locus sit, Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius.
21 Sciebas tunc quòd nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras?
22 Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti,
23 Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli?
24 Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram?
25 Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui,
26 Vt plueret super terrã, absq. homine in deserto, vbi nullus mortaliũ cõmoratur;
27 Vt impleret inuiam & desolatã, & produceret herbas virentes?
28 Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris?
29 De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit?
30 In similitudinẽ lapidis, aquæ durãtur, & superficies abyssi constringitur.
31 Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?
32 Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere facis?
33 Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?
34 Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?
35 Nunquid mittes fulgura, & ibunt; & reuertentia dicent tibi, Adsumus?
36 Quis posuit in visceribus hominis sapientiã? vel quis dedit gallo intelligentiã?
37 Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?
38 Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur?
1 Nunquid capies leænæ prædã, & ani-
2 mã catulorũ eius implebis, Quãdo cubant in antris, & in specubus insidiãtur?
3 Quis præparat coruo escã suã, quãdo pulli ei9 clamãt ad Deũ, vagãtes, eo quòd nõ habeãt cibos? Ps. 146.

CAP. XXXIX.

4 NVnquid nosti tẽpus partus ibicũ in petris, vel parturiẽtes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus
5 earum, & scisti tempus partus earum?

Incuruantur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & 6
rugitus emittunt.
Separãtur filij earũ, & pergũt ad pastũ: 7
egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.
Quis dimisit onagrum liberũ, & vin- 8
cula eius quis soluit?
Cui dedi in solitudine domũ, & taber- 9
nacula eius in terra salsuginis.
Contemnit multitudinẽ ciuitatis, cla- 10
morem exactoris non audit.
Circumspicit montes pascuæ suæ, & 11
virentia quæque perquirit.
Nunquid volet rhinoceros seruire ti- 12
bi, aut morabitur ad præsepe tuum?
Nunquid alligabis rhinocerota ad arã- 13
dum loro tuo? aut confringet glebas val-
lium post te? Nunquid fiduciam habe- 14
bis in magna fortitudine eius, & dere-
linques ei labores tuos?
Nũquid credes illi quoniã sementem 15
reddat tibi, & aream tuam congreget?
Penna struthionis similis est pennis 16
herodij, & accipitris.
Quando derelinquit oua sua in terra, 17
tu forsitan in puluere calefacies ea?
Obliuiscitur quòd pes cõculcet ea, aut 18
bestia agri conterat.
Duratur ad filios suos quasi nõ sint sui, 19
frustra laborauit nullo timore cogente:
Priuauit enim eam Deus sapientia, nec 20
dedit illi intelligentiam.
Cùm tempus fuerit, in altum alas eri- 21
git: deridet equum & ascensorem eius.
Nunquid præbebis equo fortitudinẽ, 22
aut circumdabis collo eius hinnitum?
Nunquid suscitabis eũ quasi locustas? 23
gloria narium eius terror.
Terram vngula fodit, exultat audacter: 24
in occursum pergit armatis.
Contemnit pauorem, nec cedit gladio. 25
Super ipsum sonabit pharetra, vibra- 26
bit hasta & clypeus.
Feruens & fremens sorbet terram, nec 27
reputat tubæ sonare clangorem.
Vbi audierit buccinam, dicit, Vah. pro- 28
cul odoratur bellum, exhortationem du-
cum, & vlulatum exercitus.
Nunquid per sapientiã tuã plumescit 29
accipiter, expãdens alas suas ad Austrũ?
Nunquid ad præceptũ tuũ eleuabitur 30
aquila, & in arduis ponet nidum suum?
In petris manet, & in præruptis silici- 31
bus commoratur, atq. inaccessis rupibus.
Inde contemplatur escam, & delongè 32
oculi eius prospiciunt.
Pulli eius lambent sanguinem: & vbi- 33
cumque cadauer fuerit, statim adest.
Et adiecit Dñs, & locutus est ad Iob, 34
Nunquid qui contendit cum Deo, tam 35
facilè coquiescit? vtique qui arguit Deũ,
debet respondere ei.
Respondens autẽ Iob Domino, dixit, 36
Qui leuiter locut⁹ sum, respõdere quid 37
possum? manũ meã ponã super os meũ.
Vnũ locutus sum, quod vtinã non di- 38
xissem: & alterũ, quibus vltrà nõ addam.

CAP. XL.

1 RESpondens autem Dñs Iob de turbi-
2 ne, dixit, Accinge sicut vir lumbos
tuos: interrogabo te, & indica mihi.
3 Nunquid irritũ facies iudiciũ meum:
& condemnabis me, vt tu iustificeris?
4 Et si habes brachium sicut Deus, & si
5 voce simili tonas? Circunda tibi decoremen, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.
6 Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia.
7 Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.
8 Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam:
9 Et ego confitebor quòd saluare te possit dextera tua.
10 Ecce, Behemoth quem feci tecũ, fœnum quasi bos comedet:
11 Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.
12 Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt.
13 Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ.
14 Ipse est principium viarum Dei qui fecit eum: applicabit gladium eius.
15 Huic montes herbas ferũt: omnes bestiæ agri ludent ibi.
16 Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.
17 Protegunt vmbræ vmbram eius, circumdabunt eum salices torrentis.
18 Ecce, absorbebit fluuiũ, & nõ mirabitur; & habet fiduciã quòd influat Iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo
19 capiet eũ, & in sudibus perforabit nares
20 eius. An extrahere poteris leuiathã hamo, & fune ligabis linguam eius?
21 Nunquid pones circulũ in naribus ei⁹, aut armilla perforabis maxillam eius?
22 Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?
23 Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?
24 Nunquid illudes ei quasi aui, aut liga-
25 bis eũ ancillis tuis? Concidẽt eũ amici,
26 diuidẽt illũ negotiatores? Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium
27 piscium capite illius? Pone sup eũ manũ tuã: memẽto belli, nec vltrà addas loqui.
28 Ecce, spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

CAP. XLI.

1 NOn quasi crudelis suscitabo eũ: quis enim resistere potest vultui meo?
2 Quis antè dedit mihi, vt reddã ei? om-
3 nia quæ sub cælo sunt, mea sunt. Non parcã ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Quis reuelabit
4 faciẽ indumẽti eius? & medium oris eius
5 quis intrabit? Portas vult⁹ ei⁹ quis aperiet? per gyrum dentium eius formido.
6 Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum 7
quidem incedit per eas:
Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe ne- 8
quaquã ſeparabuntur. Sternutatio eius 9
ſplendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ
diluculi. De ore eius lampades proce- 10
dunt ſicut tedæ ignis accenſæ.
De naribus eius procedit fumus ſicut 11
ollę ſuccenſæ atque feruentis.
Halitus eius prunas ardere facit, & flã- 12
ma de ore eius egreditur.
In collo eius morabitur fortitudo, & 13
faciem eius præcedit egeſtas.
Membra carnium eius cohærentia ſibi: 14
mittet contra eum ‖flumina', & ad locum
alium non ‖ferentur'.
Cor eius indurabitur tanquam lapis, & 15
ſtringetur quaſi malleatoris incus.
Cum ſublatus fuerit, timebunt ange- 16
li, & territi purgabuntur.
Cùm apprehenderit eum gladius, ſub- 17
ſiſtere nõ poterit neq. haſta, neq. thorax:
Reputabit enim quaſi paleas ferrum, & 18
quaſi lignũ putridũ, æs. Nõ fugabit eum 19
vir ſagittarius, in ſtipulã verſi ſunt ei la-
pides fundæ. Quaſi ſtipulam æſtimabit 20
malleũ, & deridebit vibrantem haſtam.
Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſi- 21
bi aurum quaſi lutum.
Feruefcere faciet quaſi ollã, profundũ 22
mare: & ponet quaſi cũ vnguẽta bulliũt.
Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit a- 23
byſſum quaſi ſeneſcentem.
Non eſt ſuper terrã poteſtas quæ com- 24
paretur ei, qui factus eſt vt nullũ timeret.
Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper 25
vniuerſos filios ſuperbiæ. CAP. XLII.
RESpondens autem Iob Dño, dixit, 1
Scio quia omnia potes, & nulla te 2
latet cogitatio.
Quis eſt iſte qui celat conſilium abſq. 3
ſcientia? ideò inſipienter locutus ſum, &
quæ vltra modũ excederẽt ſcientiã meã.
Audi, & ego loquar: interrogabo te, & 4
oſtende mihi.
Auditu auris audiui te, nunc autẽ ocu- 5
lus meus videt te.
Idcirco ipſe me reprehẽdo, & ago pœ- 6
nitentiam in fauilla & cinere.
Poſtquàm autẽ locutus eſt Dñs verba 7
hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitẽ,
Iratus eſt furor meus in te, & in duos a-
micos tuos, quoniã non eſtis locuti corã
me rectum, ſicut ſeruus meus Iob.
Sumite ergo vobis ſeptẽ tauros, & ſep- 8
tẽ arietes, & ite ad ſeruum meum Iob,
& offerte holocauſtũ pro vobis: Iob au-
tem ſeruus meus orabit pro vobis: faciẽ
eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur
ſtultitia: neque enim locuti eſtis ad me
‖recta' ſicut ſeruus meus Iob.
Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & 9
Baldad Suhites, & Sophar Naamathites:
& fecerunt ſicut locutus fuerat Dñs ad
eos, & ſuſcepit Dominus faciem Iob.
Dñs quoq. cõuerſus eſt ad pœnitentiã 10
Iob, cùm oraret ille ꝓ amicis ſuis. Et ad-
didit Dñs omnia quæcumq. fuerant Iob,
11 duplicia. Venerunt autẽ ad eum omnes
fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, &
cuncti qui nouerãt eũ prius: & comede-
runt cũ eo panẽ in domo eius: & moue-
runt ſuper eũ caput, & conſolati ſunt eũ
ſuper omni malo quod intulerat Domi-
nus ſuper eum. Et dederũt ei vnuſquiſq.
12 ouẽ vnã, & inaurẽ aureã vnã. Dñs autẽ
benedixit nouiſſimis Iob magis quàm
principio ei⁹. Et facta ſunt ei quatuorde-
cim millia ouiũ, & ſex millia camelorũ,
& mille iuga boum, & mille aſinæ.
13 Et fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ.
14 Et vocauit nomẽ vnius Diẽ, & nomen
ſecũdæ Caſsiã, & nomẽ tertiæ Cornuti-
15 bij. Nõ ſunt autẽ inuẽtæ mulieres ſpe-
cioſæ ſicut filię Iob in vniuerſa terra: de-
ditq. eis pater ſuus hæreditatẽ inter fra-
16 tres earũ. Vixit autẽ Iob poſt hæc, cẽtũ
quadraginta annis, & vidit filios ſuos, &
filios filiorũ ſuorũ, vſq. ad quartã gene-
rationẽ, & mortu⁹ eſt ſenex, & plen⁹ dierũ.

LIBER PSALMORVM.

1 BEatus vir qui nõ abiit incõſilio im-
piorũ, & in via peccatorũ nõ ſtetit,
& in cathedra peſtilentię nõ ſedit.
2 Sed in lege Dñi voluntas eius: & in le- Ioſu. 1.
ge eius meditabitur die ac nocte.
3 ‖Et erit tanquã lignũ quod plantatum Ier. 17.
eſt ſecus decurſus aquarũ: quod fructum
ſuum dabit in tempore ſuo;
Et folium eius non defluet: & omnia
quæcumque faciet, proſperabuntur.
4 Non ſic impij, nõ ſic: ſed tanquã pul-
uis quem proiicit ventus à facie terræ.
5 Ideo non ‖reſurgunt' impij in iudicio: ‖reſurgent MS.R.G.
neque peccatores in ‖conſilio' iuſtorum, H.C. ‖concilio MS.Hier. H.C. in
6 Quoniam nouit Dñs viã iuſtorũ: & iter contradictionem G. Aſſ.4.5.
impiorum peribit. PSAL. II.
1 QVare fremuerunt Gentes: & populi
meditati ſunt inania?
2 Aſtiterũt reges terræ, & principes cõ-
uenerunt in vnum aduerſus Dominum
& aduerſus Chriſtum eius.
3 Dirumpamus vincula eorum: & proii-
ciamus à nobis iugum ipſorum.
4 Qui habitat in cælis irridebit eos: &
Dominus ſubſannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in ‖Dominus MS.R. Hier. G. C.Q. Aſſ.15.17. Heb.2. & 5.
furore ſuo conturbabit eos.
6 Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo
ſuper Sion montem ſanctum eius: præ-
dicans præceptum ‖eius'.
7 ‖Dñs dixit ad me, Filius meus es tu: ‖MS.R. Hil.Hier. G.H.C.H. Apoc.2.27. & 19.15.
8 ego hodie genui te. Poſtula à me, &
dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, &
poſſeſsionem tuam terminos terræ.
9 ‖Reges eos in virga ferrea: & tan-
quam vas figuli confringes eos.
10 Et nunc reges intelligite: erudimini qui
iudicatis terram.

Seruite

‖fulmina 24 MS.R. Hier. Greg. Q.n.
‖feruntur MS.
‖fertur 2 MS.H.G.
‖recta 2 MS.R. Hier. Greg. H. C.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. 11

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dns: & pereatis de via iusta. 12

Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. 13

Psalmus Dauid cùm fugeret à facie Absalom filij sui. 2 Reg. 15, 14. III. 1

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. 2

Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius. 3

Tu autem Dñe susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. 4

Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. 5

Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus susc epit' me. 6

Nõ timebo millia populi circũdantis me: exurge Dñe, saluũ me fac Deꝰ meus. 7

Qm̃ tu percussisti oẽs aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorũ cõtriuisti. 8

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua. 9

In finem, in carminibus, Psalmus Dauid. IIII. 1

CVm inuocarẽ exaudiuit me Deꝰ iustitiæ meę: in tribulatiõe dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationẽ meã. 2

Filij hominũ vsquequo graui corde? vt qd diligitis vanitatẽ, & quęritis mẽdaciũ? 3

Et scitote quoniam mirificauit Dns sanctum suum: Dns exaudiet me cùm clamauero ad eum. 4

Irascimini, & nolite peccare: quę dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris*, compungimini. 5

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis ostendit' nobis bona? 6

Signatũ est super nos lumẽ vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo. 7

A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. 8

In pace in idipsũ dormiã & requiescã; 9

Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. 10

In finẽ, pro ea quæ hæreditatẽ consequitur, Psalmus Dauid. V. 1

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. 2

Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus. 3

Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam. 4

Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. 5

Neq. habitabit iuxta te malignus: neque permanebũt iniusti ante oculos tuos. 6

Odisti oẽs qui operantur iniquitatem: perdes oẽs qui loquuntur mendacium. 7

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.

Ego aũt in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctũ tuũ in timore tuo. 8

Dñe deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam'. 9

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. 10

Sepulchrũ patẽs est guttur eorũ, linguis suis dolose agebãt, iudica illos Deꝰ. Decidant à cogitationibus suis, secundũ multitudinẽ impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. 11

Et lætentur oẽs qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis. 12

Et gloriabũtur in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ: qm̃ tu benedices iusto. Dñe, vt scuto bonæ voluntatis tuæ' coronasti nos. 13

In finẽ in carminibus, Psalmus Dauid pro octaua'. V I. 1

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. 2

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniã conturbata sunt ossa mea: 3

Et anima mea turbata est valde: & tu Domine vsquequo? 4

Cõuertere Dne, & eripe animã meã: saluũ me fac propter misericordiam tuã, 5

Quoniã nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno aũt quis cõfitebitur tibi? 6

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. 7

Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. 8

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. 9

Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dns orationem meam suscepit. 10

Erubescant, & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter. 11

Psalmus Dauid quẽ cãtauit Dño ꝓ verbis Chusi filij Iemini. 2 Reg. 16. V I I. 1

DOmine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me: 2

Nequãdo rapiat vt leo animã meã, dũ nõ est qui redimat, neq. qui saluũ faciat. 3

Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, 4

Si reddidi retribuentib. mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis. 5

Persequatur inimicus animã meã, & cõprehendat, & cõculcet in terra vitam meã, & gloriã meã in puluerẽ deducat. 6

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum. 7

Et exurge Dñe Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circundabit te. 8

Et propter hanc in altum regredere: 9

Dominus iudicat populos.

Iudica me Dñe secũdũ iustitiã meã, & secũdùm innocentiam meam super me. 10

Consumetur' nequitia peccatorum, & diriges

*in 2 MS. R.G.H.C. Textus autem lectio, vt hanc explicat; ira, Hier. arg. Aug. consonat.

Isaa. 2,22. *suscipiet 1 MS. R. August. G. H. Pro Textu aũt facit exẽplar Gratũ Vatic. Ad quẽ sensum etiã Chaldæus paraph. vertit.

Eph. 4,26. *5 MS. R. Aug. G.H. Vg. H.

*Prehendet 4 MS. R. G. H.C.

*meo viã tuã 8 MS. G q.H. C. Q.n. *Inf.* 13,3. *Rom.* 3,13.

*9 MS. R. G:H. C.

*pro oct. Pſ Dauid 3 MS. R. *Hiero. Aug.* G. H. C. *Psal.* 38, 1.

*led MS q.

*3 MS. R. G.H.C.

Mat. 7,23. 25,41. *Luc.* 13,27.

*Cõsũmetur. *Hiero. Aug.* G *Insuper* H. & C. *adhunc modũ rectè verterentur.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diriges iustum, ‖ scrutans corda & renes
Deus. Iustum adiutorium meum à Do- 11
mino, qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus, *fortis, ← & patiēs', 12
nunquid irascitur per singulos dies?
Nisi cōuersi fueritis, gladiū suū ᵛvibra- 13
uit', arcū suū tetendit, & parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas 14
suas ardentibus effecit.
‖ Ecce ᵛparturit' iniustitiam, concepit 15
dolorem: & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum: & ᵛ in- 16
cidit' in foueam quam fecit.
Cōuertetur dolor eⁱ⁹ in caput eius: & 17
in verticē ipsius iniquitas eius descēdet.
Cōfitebor Dño secundùm iustitiā eiⁱ⁹: 18
& psallam nomini Domini altissimi.
In finem pro torcularibus, Psalmus 1
Dauid. VIII.
DOmine Dñs noster, quā admirabile 2
est nomē tuū in vniuersa terra! Qm̄
eleuata est magnificētia tua super cælos.
‖ Ex ore infantium & lactentium per- 3
fecisti laudem propter inimicos tuos: vt
destruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo cælos ← tuos' opera 4
digitorum tuorum: lunam & stellas quæ
tu fundasti:
Quid est homo, quòd memor es eius? 5
aut filius hominis, quoniā visitas eum?
‖ Minuisti eum paulo minⁱ⁹ ab angelis: 6
gloria & honore coronasti eū, & cōsti- 7
tuisti eū super opera manuum tuarum.
‖ Oīa subiecisti sub pedib. eiⁱ⁹: oues & 8
boues vniuersas: insuper & pecora cāpi,
Volucres cæli & pisces maris, qui per- 9
ambulant semitas maris.
Dñe Dñs noster, quàm admirabile est 10
nomen tuum in vniuersa terra!
In finem pro occultis filij, Psalmus 1
Dauid. IX.
COnfitebor tibi Dñe in toto corde 2
meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te, psallam no- 3
mini tuo Altissime,
In cōuertēdo inimicū meū retrorsum: 4
infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
Qm̄ fecisti iudiciū meū & causam meā: 5
sediti sup thronū qui iudicas iustitiam.
Increpasti Gentes, & periit impius: 6
nomen eorum delesti in æternum & in
seculum seculi.
∵ Inimiciⁱ⁹ defecerunt framex in finē: 7
& ciuitates ← eorūⁱ⁹ destruxisti. Periit me-
moria eorum cum sonitu,
Et Dominus in æternum permanet. 8
Parauit in iudicio thronum suum: & 9
ipse iudicabit orbem terræ in æquitate,
iudicabit populos in iustitia.
Et factus est Dñs refugiū pauperi: ad- 10
iutor in opportunitatibⁱ⁹, in tribulatione.
Et sperēt in te qui nouerūt nomē tuū: 11
quoniā nō dereliquisti quærētes te Dñe.
Psallite Dño qui habitat in Sion: an- 12
nuntiate inter Gentes studia eius:
Quoniā requirēs sanguinē eorū recor- 13
datus est: nō est oblitⁱ⁹ clamorē pauperū.
Miserere mei Domine: vide humilita- 14
tem meam de inimicis meis;
Qui exaltas me de portis mortis, vt 15
annuntiem omnes laudationes tuas in
portis filiæ Sion.
Exultabo in salutari tuo; infixæ sunt 16
Gentes in interitu quem fecerunt.
In laqueo isto quem absconderunt, cō-
prehensus est pes eorum.
ᵛCognoscetur' Dñs iudicia faciens: in 17
operibus manuum suarum comprehen-
sus est peccator.
Cōuertantur peccatores in infernum, 18
omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.
Quoniā nō in finē obliuio erit paupe- 19
ris: patientia pauperū nō peribit in finē.
Exurge Dñe, non confortetur homo: 20
iudicentur Gentes in conspectu tuo.
Constitue Dñe legislatorem super eos: 21
sciant Gentes quoniam homines sunt.
Psal. 10. *secundùm Hebræos.*
Vt quid Dñe recessisti lōgē, ᵛ despicis' 1
in opportunitatibus, in tribulatione?
Dum superbit impius, incenditur pau- 2
per': comprehenduntur in consiliis qui-
bus cogitant.
Quoniā laudatur peccator in deside- 3
riis animæ suæ: & iniquus benedicitur.
Exacerbauit Dñm peccator, secūdùm 4
multitudinem iræ suæ non quæret.
Non est Deus in conspectu eius: in- 5
quinatæ sunt viæ illius in omni tēpore.
Auferūtur iudicia tua à facie eius: om-
niū inimicorum suorum dominabitur.
Dixit enim in corde suo, Nō mouebor 6
à generatione in generationē, sine malo.
‖ Cuius maledictione os plenum est, & 7
amaritudine, & dolo: sub lingua eius la-
bor & dolor:
Sedet in insidiis cum diuitibus: in oc- 8
cultis, vt interficiat innocentem.
Oculi eiⁱ⁹ in pauperē respiciūt: insidia- 9
tur in abscōdito quasi leo in spelūca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere
pauperem dum attrahit eum
In laqueo suo: humiliabit eū, incli- 10
nabit se, & cadet cùm dominatus fuerit
pauperum. Dixit enim in corde suo, 11
Oblitus est Deus: auertit faciem suam
ne videat in finem.
Exurge Dñe Deus, * exaltetur manus 12
tua: ne obliuiscaris pauperum.
Propter quid irritauit impius Deum? 13
dixit enim in corde suo, Non requiret.
Vides, quoniā tu laborē & dolorē cōsi- 14
deras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi
derelictⁱ⁹ est pauper: orphano tuᵛ eris' ad-
iutor. Contere brachium peccatoris & 15
maligni: quæretur peccatum illius, & nō
inuenietur.
Dñs regnabit in æternum & in seculū 16
seculi: peribitis Gentes de terra illius.
Desideriū pauperum exaudiuit Dñs: 17
ꝑparationē cordis eorū audiuit auris tua,
Iudicare pupillo & humili: vt nō appo- 18
nat

1 Ps. 28, 9. Ier. 11, 20. 17, 10, 12. * & 3 MS. R. G. H. C. ← H. C. ᵛ vibrabit 12 MS. R. Aug. Hier. G. H. Isa. 59, 4. Iob 15, 35. ᵛ parturiit MS. Aug. G. ᵛ parturiet H. C. ᵛ incidet Aug. R. G. Textui aūt suffragantur C. Mat. 21, 18 ← R. Hier. Aug. G. Pro Textu autem faciūt H. C. & Sunia scribens, Hier. Heb. 2, 7. Gen. 1, 28. 1 Cor. 15, 27

∵ τοῦ ἐχθροῦ. ← 12 MS. R Aug. G. H. Additur antē à Paraphraste Chaldæo.

ᵛ Cognoscetur 4 MS. R. G. ᵛ Cognoscet H. C.

ᵛ despicis MS. H. C. Pro Textui Aug. & G. faciunt.

Iniust. Rom. 3. 14.

* & MS. Aug. Hier.

ᵛ eris MS. G. C.

nat vltrà magnificare se homo sup terrã.

In finem Psalmus Dauid. 1

Lat.X. Heb.XI.

IN Dño cõfido: quomodo dicitis animę meæ, Trãsmigra in ‖mõtẽ‖ sicut passer? 1
Quoniã ecce peccatores intẽderunt arcũ: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. 2
Quoniam quæ perfecisti, destruxerũt: 3
iustus autem quid fecit?
‖ Dominus in templo sancto suo, Dñs in cælo sedes eius: 4
Oculi eius in pauperẽ respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
Dñs interrogat iustũ & impiũ: qui autẽ diligit iniquitatem, odit animam suã. 5
Pluet super peccatores laqueos: ignis, -&‖ sulphur,- &' spiritus procellarum, pars calicis eorum. 6
Quoniam iustus Dñs- &' iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. 7

In finem pro octaua Psalmus Dauid. 1

Lat. XI. Heb. XII.

SAluum me fac Dñe, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum. 2
Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt. 3
Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa-&' linguam magniloquam. 4
Qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? 5
Propter miseriã inopũ & gemitũ pauperum nunc exurgam, dicit Dñs. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo. 6
‖ Eloquia Domini, eloquia casta: argẽtum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. 7
Tu Dñe seruabis nos: & custodies nos 8
à generatione hac in æternum.
In circuitu impij ambulãt: secũdũ altitudinẽ tuã multiplicasti filios hominum. 9

In finem Psalmus Dauid. 1

Lat.XII.Heb.XIII.

VSquequò Dñe obliuiscẽris me in finẽ? vsquequò auertis faciẽ tuã à me?
Quamdiu ponã consilia in anima mea, 2
dolorem in corde meo per diem?
Vsquequò exaltabitur inimic⁹ me⁹ sup me? respice, & exaudi me Dñe De⁹ me⁹: 3 4
Illumina oculos meos ne vnquam obdormiã in ‖morte'‖: nequando dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum. 5
Qui tribulãt me, exultabũt si mot⁹ fuero: ego aũt in misericordia tua speraui. 6
Exultabit cor meũ in salutari tuo: cãtabo Dño qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

In finem Psalmus Dauid. 1

Lat. XIII. Heb. XIIII.

DIxit insipiens in corde suo, Non est Deus, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsq. ad vnum. 1
Dominus de cælo prospexit super filios hominum: ‖ vt videat si est intelligens aut requirens Deum. 2
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. 3
-‖ Sepulchrum patens est guttur eorũ: linguis suis dolose agebant, ‖ venenum aspidum sub labiis eorum.
‖ Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. 4
Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: ‖ nõ est timor Dei ante oculos eorum'.
Nónne cognoscent omnes qui operãtur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? 5
Dñm non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor: 6
Quoniam ‖ Dominus' in generatione iusta est, consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.
Quis dabit ex Siõ salutare Israël? cùm auerterit Dñs captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël. 7

Psalmus Dauid. 1

Lat. XIIII. Heb. XV.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in mõte sancto tuo?
Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: 2
Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua: 3
Nec fecit proximo suo malũ, & opprobriũ nõ accepit aduersus ꝓximos suos:
Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignus, timentes aũt Dñm glorificat: 4
Qui iurat proximo suo, & non decipit, 5
qui pecuniã suam non dedit ad vsurã, & munera super ‖ innocentẽ' nõ accepit:
Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

1 Tituli inscriptio ipsi Dauid.

Lat. XV. Heb. XVI.

COnserua me Dñe, quoniã speraui in 2
te. Dixi Dño, ‖ Deus' meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis qui sunt in terra eius ‖ mirificauit' omnes voluntates meas in eis. 3
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: 4
postea acceleraucrunt.
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea.
Dñs, pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatẽ meam 5
mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. 6
Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsque ad noctẽ increpuerunt me renes mei. 7
Prouidebã Dñm in cõspectu meo semper: qm̃ à dextris est mihi, ne cõmouear. 8

Propter

montes MS. Hier. Aug. G. Textus aũt R.H. & C. confirmãt est Act. 2,29.

-16 MS. Verùm à R.G.H.C. legunt.

-5 MS.H. C. Interiit-itur aũt à R.& G.

-4 MS. Aug.R. G. H.C.

Psal.30,5.

Psal.8,58 & 52,1.

mortem MS.G.

innocentes 7 MS. Aug.R. G. Textui aũt suffragãtur Hier.H. & C.

Dñs MS. R.G.H. Textus autem, Hier. & C. consonat.

mirificabit 2 MS. Q.n.

Act.2,25.

Rom.3, 10.

Sup.5,11. Rom.3, 13. -Q.n. Inf.139,4. Sup.9,26. Rom.3, 14.

Isa.59,8. Inf.35,1.

Deus MS. Aug.G.q. H.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea : insuper & caro mea requiescet in spe. 9

Act 2,31. 13,35. ¶ Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctũ tuum videre corruptionem. 10

Notas mihi fecisti vias vitæ : adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. 11

τῷ Δαυὶδ. Oratio Dauid. Lat. XVI. Heb. XVII. 1

EXaudi Dñe iustitiã meã: intende deprecationem meam: Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

De vultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi tui videant æquitates. 2

– R.G.H.C. – MS. Q. Probasti cor meum, – &' visitasti nocte: igne me examinasti, & nõ est inuenta – in me' iniquitas. 3

Vt nõ loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorũ tuorum ego custodiui vias duras. 4

Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. 5

Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus : inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. 6

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te: 7

A resistentibus dexteræ tuæ: custodi me vt pupillam oculi. 8

‖ proteges R.G.H.C. Sub vmbra alarũ tuarũ ‖protege' me: 9

Similiter legisse videtur Aug. à facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circundederunt: adipem suũ concluserunt, os eorũ locutum est superbiam. 10

Proiicientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram. 11

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. 12

Exurge Dñe, præueni eũ, & supplanta eum: eripe animam meã ab impio, ‖ framea tua MS. Q.n. framea meam tuam' ab inimicis manus tuæ. 13 14

*& MS. Aug. H C. Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: *de abscõditis tuis adimpletus est venter eorum.

‖ filij: 9 MS. Q.n. Saturati sunt ‖filiis': & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Ego aũt in iustitia apparebo cõspectui tuo: satiabor cùm apparuerit gloria tua. 15

In finem puero Dñi Dauid, qui locutus est Dño verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit, 2 Reg. 22,2. 1

Lat. XVII. Heb. XVIII.

DIligam te Domine fortitudo mea: 2
Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. 3

Heb. 2,13. Deus meus adiutor meus; & sperabo in eum: Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

Laudans inuocabo Dominum : & ab inimicis meis saluus ero. 4

Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis cõturbauerunt me. 5

Dolores ‖inferni' circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis. 6

‖ infer. MS.

In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui: 7

Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius, ‖introiuit' in aures eius.

‖ introibit 4 MS. H. *& 9 MS. R. Aug. H.C.

Cõmota est & contremuit terra: *fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. 8

Ascẽdit fumus in ira ei⁹: & ignis à facie eius exarsit: carbones succẽsi sunt ab eo. 9

Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius. 10

Et ascendit sup cherubim, & volauit: volauit super pẽnnas ventorum. 11

Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculũ eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris. 12

Præ fulgore in conspectu eius nubes* transierunt, grando, & carbones ignis. 13

* eius Aug. Omittunt autem

Et intonuit de cælo Dñs, & Altissimus dedit vocẽ suã: grando & carbones ignis. 14

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: *fulgura multiplicauit, & cõturbauit eos. 15

*& MS. Hier. R.G.H.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. 16

Misit de summo, & accepit me: – &' assumpsit me de aquis multis. 17

– c MS. Aug. G.

‖Eripuit' me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me : quoniam confortati sunt super me. 18

‖Eripiet 2 MS. G.H. Hieron. in

Præuenerunt me in die afflictionis meæ : & factus est Dñs protector meus. 19

Et eduxit me in latitudinem: saluum me ‖fecit', quoniam voluit me. 20

‖ faciet 5 MS. R.G. H. Hieronymus aũt sumpsit eum in impropriatum in Augustino.

Et retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: 21

Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo: 22

Quoniã omnia iudicia eius in cõspectu meo: & iustitias eius nõ repuli à me. 23

Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea. 24

Et retribuet mihi Dñs secundũ iustitiã meã: & secundũ puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. 25

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: 26

Et cum electo electus eris; & cum peruerso peruertẽris. 27

Quoniã tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis. 28

Quoniã tu illuminas lucernam meam Dñe: Deus me⁹ illumina tenebras meas. 29

Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. 30

Deus meus ĩpolluta via eius: eloquia Domini igne examinata : protector est omnium sperantium in se. 31

Quoniã quis Deus præter Dñm? ‖aut' quis Deus præter Deum nostrum? 32

‖ & MS. Aug. H. Hieronymus in epistola G.

Deus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus qui ‖præcinxit' me ‖virtute': & posuit immaculatam viam meam. 33
Qui perfecit pedes meos tãquam ceruorum, & super excelsa statuens me. 34
‖ Qui docet manus meas ad prœlium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea: 35
Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me: 36
Et disciplina tua correxit me in finẽ, & disciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea: 37
Persequar inimicos meos, & cõprehẽdam illos: & nõ cõuertar donec deficiãt. 38
Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. 39
Et præcinxisti me ‖virtute' ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me. 40
Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. 41
Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos. 42
Et cõminuam eos vt puluerẽ ante faciem vẽti: vt lutũ platearum delebo eos. 43
Eripies me de cõtradictionibus populi: constitues me in caput Gentium. 44
Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. 45
Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. 46
Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ. 47
Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. 48
– Et' ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. 49
‖ Propterea confitebor tibi in nationibus Dñe: & nomini tuo psalmũ dicam, 50
Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius vsq. in seculum. 51

In finem, Psalmus Dauid. 1

Lat. XVIII. *Heb.* XIX.

Cæli enarrant gloriã Dei, & ‖opera' manuũ eius annũtiat firmamẽtum. 2
Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam. 3
Non sunt loquelę neq. sermones, quorum non audiantur voces eorum. 4
‖ In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. 5
In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, ‖Exultauit' vt gigas ad currendã viam, à summo cælo egressio eius, 6
Et occursus eius vsq. ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius. 7
Lex Dñi immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. 8
Iustitiæ Dñi rectæ, lætificantes corda: præceptũ Dñi lucidum; illuminãs oculos. 9
Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. 10
Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multũ: & dulciora super mel & fauum. 11
Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. 12
Delicta quis ‖intelligit'? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. 13 14
Si mei non fuerint ‖dominati', tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. 15
Dñe adiutor meus, & redẽptor meus.

In finem, Psalmus Dauid. 1

Lat. XIX. *Heb.* XX.

Exaudiat te Dñs in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. 2
Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te. 3
Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat. 4
Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. 5
Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. 6
Impleat Dñs omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniã saluum fecit Dominus CHRISTVM suum. 7
‖Exaudiat'illum de cęlo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius. 8
Hi in curribus, & hi in equis: nos autẽ in nomine Dñi Dei nostri inuocabimus. 9
Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus. 10
Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus Dauid. 1

Lat. XX. *Heb.* XXI.

Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuũ exultabit vehementer. 2
Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eum. 3
Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. 4
Vitã petiit à te: – &' tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ in seculũ, & in seculũ seculi. 5
Magna – est' gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. 6
Quoniã dabis eum in benedictionem in seculũ seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. 7
Quoniam rex sperat in Dño, & in misericordia Altissimi non commouebitur. 8
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. 9
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. 10

‖ præcingit R.G.H.C. ‖ virtutem MS.G. 2 Re. 22,35

‖ virtutem MS.G. Verùm, Latinè dicas vt est in Textu. – MS.R. Aug.G.H.C.

– MS. Angl. R.G. Q. 2 Re. 22,50 Rom. 15,9.

operam, seu opus G.H. Consimiliter autẽ Textui, legunt MS. Aug. & C. Ps. 10, 18. Luc. 24, 46.

exultabit MS.R.G. H.C.

‖ intelliget MS R.G. H.C. Similiter autem Textui, Hier. & Aug. legũt. ‖ dominata Q.n.

– MS. H. C. Additur autem ab Aug. & G. – 6 MS.G. H. C. Videtur & ab Hier. non lectum.

‖ Exaudiet 6 MS.R. Aug. Hier. G.H. ‖ Exaudiuit C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum. 11

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. 12

Quoniam pones eos dorsum: in ℣reliquiis' tuis præparabis vultum eorum. 13

Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas. 14

In finem, pro ℣susceptione' matutina, Psalmus Dauid. 1

Lat. XXI. *Heb.* XXII.

DEus Deus meus respice ← in' me: ‖ quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. 2

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad insipientiam mihi. 3

Tu autẽ in sancto habitas, Laus Israël. 4

In te speruerunt patres nostri: speruerunt, & liberasti eos. 5

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. 6

Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominũ & abiectio plebis. 7

Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, ‖ & mouerunt caput. 8

Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. 9

Quoniam tu es qui extraxisti me de vẽtre: spes mea ab huberib. matris meæ. 10

In te proiectus sum ex vtero: 11

De ventre matris meæ Deus meus es tu; ne discesseris à me: 12

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.

Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. 13

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. 14

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. 15

Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. 16

Quoniã circũdederunt me canes multi: ℣consilium' malignantium obsedit me. 17

Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. 18

Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem. 19

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium ℣tuum' ← à me': ad defensionem meam conspice. 20

Erue à framea ← Deus' animam meam: & de manu canis vnicam meam. 21

Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam. 22

‖ Narrabo nomẽ tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. 23

Qui timetis Dominum laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum. 24

Timeat eum omne semẽ Israël: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis. 25

Nec auertit faciem suam à me: & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddã in cõspectu timentiũ eũ. 26

Edent pauperes, & saturabũtur: & laudabunt Dñm qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi. 27

Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. 28

Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium.

Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur Gentium. 29

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. 30

Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi. 31

Annuntiabitur Dño generatio vẽtura, & annuntiabunt ← cęli' iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. 32

Psalmus Dauid. *Lat.* XXII. *Heb.* XXIII. 1

DOminus ‖ regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. 2 3

Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.

Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. 4

Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. 5

Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quàm præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: 6

Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Psalmus Dauid ← prima sabbathi'. 1

Lat. XXIII. *Heb.* XXIIII.

DOmini ‖ est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. 1

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum. 2

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? 3

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. 4

Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. 5

Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. 6

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. 7

Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prœlio. 8

Attollite portas principes vestras, & 9

eleua-

reliquis MS. Est autẽ & Hier. quæ Text°, lectio.

℣assumptione MS Hier.

Mat. 27,46 Mar. 15,34. ← 7 MS. Porrò ab Interpretibus 72. additũ est, Respice me; nam nec ab Hebraicis nec à Chaldaicis, nec ab Euangelicis codicibus agnoscitur.

Mat. 27,39 Mar. 15,29. Mat. 27,43

℣cõcilium 4 MS. R. Hier. G. H. C.

Mat. 27,31 Ioan. 19,23 Mat. 27,35

℣meum 1 MS. ← 17 MS. H Q. ℣. ← 7 MS. R. Hier. Aug. G. H. C.

Heb. 2,12.

← 10 MS. R. G. H. C. Q. ℣.

Isa. 40, Ier. 31, Exc. 36, 23. Ioan. 10, 1 Pet. 5, 4.

1 Co. 10, Psal. 49,

Mat. 5,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eleuamini portæ æternales: & introibit
rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? Dominus vir- 10
tutum ipse est rex gloriæ.
-In finem', Psalmus Dauid. 1

Lat. XXIIII. Heb. XXV.

AD te Domine leuaui aīmā meam:
Deus meus in te confido, non e- 2
rubescam.
Neq. irrideāt me inimici mei: etenim 3
vniuersi qui sustinēt te, nō confundētur.
Confundantur -omnes' iniqua agen- 4
tes superuacuè.
Vias tuas Dominè demonstra mihi; &
semitas tuas ‖edoce' me.
Dirige me in veritate tua, & doce me: 5
quia tu es Deus saluator meus, & te su-
stinui tota die.
Reminiscere miserationū tuarū Dñe, 6
& misericordiarū tuarū q̄ a seculo sunt.
Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias 7
meas ne memineris.
Secundū misericordiam tuā memēto
mei tu, propter bonitatē tuam Domine.
Dulcis & rectus Dñs: propter hoc le- 8
gem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit 5
mites vias suas.
Vniuersæ viæ Domini, misericordia 10
& veritas, requirentibus testamentum
eius, & testimonia eius.
Propter nomen tuum Domine propi- 11
tiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet Dominum? 12
legem ‖statuit' ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: & 13
semen eius hæreditabit terram.
Firmamentū est Dñs timētibus eū: & 14
testamentum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad Dñm: quoniam 15
ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me, & miserere mei: quia 16
vnicus & pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatæ 17
sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam, & laborem 18
meum: & dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniā mul- 19
tiplicati sunt, & ‖odio iniquo oderūt me.
Custodi animam meā, & erue me: non 20
erubescam, quoniam speraui in te.
Innocentes & recti adhæserunt mihi: 21
quia sustinui te.
Libera, Deus, Israël, ex omnibus tri- 22
bulationibus suis.
-In finem', Psalmus Dauid. 1

Lat. XXV. Heb. XXVI.

IVdica me Domine, quoniā ego in in-
nocentia mea ingressus sum: & in Do-
mino sperans non infirmabor.
Proba me Domine, & tēta me: vre re- 2
nes meos & cor meum.
Quoniā misericordia tua ante oculos 3
meos est; & complacui in veritate tua.
Non sedi cū concilio vanitatis, & cum 4
iniqua gerentibus non introibo.
Odiui ecclesiam malignātium: & cum 5
impiis non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas: 6
& circumdabo altare tuum Domine.
Vt audiam vocem laudis, & enarrem 7
vniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi [illegible]corem domus tuæ, & 8
locum habitationis [illegible]
Ne perdas cū impiis -[illegible]nimam 9
meā, & cū viris sanguinū vitam [illegible]
In quorum manibus iniquitates sunt: 10
dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingres- 11
sus sum tredime me, & miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis 12
benedicam te Domine.
Psalmus Dauid -priusquam liniretur'. 1

Lat. XXVI. Heb. XXVII.

DOminus illuminatio mea & salus
meat quem timebo?
Dns ‖tector vitæ meæ, à quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes, 2
vt edant carnes meas:
Qui tribulant me inimici mei, ipsi in-
firmati sunt & ceciderunt.
Si consistant ‖aduersum' me castra, non 3
timebit cor meum.
Si exurgat ‖aduersum' me prœlium, in
hoc ego sperabo.
Vnam petij à Domino, hanc requiram, 4
vt inhabitem in domo Domini ‖omni-
bus diebus' vitæ meæ;
Vt videam ‖voluntatem' Domini, &
visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernacu- 5
lo suo: in die malorum protexit me in
abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: & nunc exal- 6
tauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo
eius hostiam vociferationis: cantabo &
psalmum dicam Domino.
Exaudi Dñe vocē meam qua clamaui 7
-ad te': miserere mei, & exaudi me:
Tibi dixit cor meū, exquisiuit -te' fa- 8
cies mea: faciem tuam Domine requirā.
Ne auertas faciem tuam à me: ne de- 9
clines in ira à seruo tuo.
Adiutor meus esto: ne derelinquas
me, neq. despicias me De⁹ salutaris me⁹.
Quoniā pater meus & mater mea de- 10
reliquerūt me: Dñs autē assumpsit me.
Legem pone mihi Domine in via tua: 11
& dirige me in semita recta propter ini-
micos meos.
Ne tradideris me in animas tribulan- 12
tium me: quoniam insurrexerunt in me
testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Domini in terra 13
viuentium.
Expecta Dominum, viriliter age: & 14
confortetur cor tuum, & sustine Dñm.
Psalmus huic Dauid. 1

Lat. XXVII. Heb. XXVIII.

AD te Dñe clamabo, Deus meus ne
sileas à me: nequādo taceas à me, &

-H.C.

-Hier. G. H. C.

-R. Hier. Aug. G.H. C.

‖doce 7 MS. G.H. C. Similiter autem Texuni, apud Hier. & Aug. legitur.

-H.C.

-32 MS. R. Hier. Aug. G.H. C.

‖aduersus MS.

‖aduersus MS.

‖omnes dies MS. Aug. G. ‖voluptatem 1 MS. R. Aug G. H.C. Q n.

-6 MS.R. G.H.C.

-4 MS.H. C. & quāuis in Græcis libris reperiatur, melius non legi, Hieronymus Suniam docet.

Inf. 30, 25.

afsimi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aſsimilabor deſcendentibus in lacum.
Exaudi ⌐Domine' vocem deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.
Ne ſimul ¶tradas' me cũ peccatoribus: & cũ operantib. iniquitatẽ ne perdas me:
Qui loquuntur [illegible] cum proximo ſuo, mala [illegible] cordibus eorum.
Da [illegible] indũ opera eorũ, & ſecundum neq[illegible]am adinuentionũ ipſorum: ſecundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.
Quoniam non intellexerunt * opera Domini, & in opera manuum eius: deſtrues illos, & non ædificabis eos.
Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.
Dominus adiutor meus, & protector meus: ⌐&' in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis ſuæ: & protector ſaluationum chriſti ſui eſt.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vſq. in æternum.
Pſalmus Dauid ⌐ in conſummatione tabernaculi'.

Lat. XXVIII. *Heb.* XXIX.

Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.
Afferte Dño gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.
Vox Dñi ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.
Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani,
Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox Dñi intercidentis flammã ignis:
vox Dñi concutientis deſertum, & cõmouebit Dominus deſertum Cades.
Vox Domini præparantis ceruos, & ¶reuelabit' condenſa: & in templo eius ¶omnes dicent' gloriam.
Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit Dominus rex in æternum.
Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.
Pſalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

Lat. XXIX. *Heb.* XXX.

Exaltabo te Domine, quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.
Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me.
Dñe eduxiſti ab inferno animã meã: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.
Pſallite Domino ſancti eius: & confitemini memoriæ ſanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.
Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.
Domine, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.
Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.
Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.
Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: concidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia:
Vt cantet tibi gloria mea; & nõ compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.
Pſalmus Dauid ⌐ pro extaſi'.

Lat. XXX. *Heb.* XXXI.

In te Dñe ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.
Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias.
Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.
Educes me de laqueo hoc quẽ abſconderunt mihi: quoniã tu es protector meus.
¶In manus tuas ¶commendo' ſpiritum meũ: redemiſti me Dñe Deus veritatis.
Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè. Ego aũt in Domino ſperaui: exultabo & lætabor in miſericordia tua.
Quoniam reſpexiſti humilitatẽ meã, ſaluaſti de neceſsitatibus animã meam:
Nec concluſiſti me in manib. inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.
Miſerere mei Domine quoniam tribulor: cõturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:
Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.
Infirmata eſt in paupertate virt⁹ mea, & oſſa mea conturbata ſunt.
Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium *vicinis meis valde, & timor notis meis.
Qui videbant me, foras fugerũt à me:
obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde.
Factus ſum tanquam vas perditum:
quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.
In eo dum cõuenirẽt ſimul aduerſum me, accipere animam meã cõſiliati ſunt.
Ego autẽ in te ſperaui Dñe: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ.

Eripe

⌐G q. H. C. atq. additiũ eſſe Hieron. ad Sunia ſcribit.
¶trahas T MS. R. G. H. C.
*in R. G. H.
⌐8 MS. R. Aug. G. H. C.
⌐H. C.
¶reuelauit MS. H. Verũ Textus reſpondet G.
¶omnis dicet MS. Auguſt.
¶omnis dicit R. G. H.
¶omnes dicunt C..
⌐H. C. Inf. 70.1
Luc. 23.46 ¶commẽdabo MS. R. G. H. C. Similiter autem Textui legit Hieron. & Aug.
*& in MS. R. Hieron. Aug. G. H. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eripe me de manu inimicorũ meorum, & à persequentibus me.
Illustra faciem tuã super seruũ tuum, 17
saluum me fac in misericordia tua.
Dñe nõ cõfundar, quoniã inuocaui te. 18
Erubescant impij, & deducantur in in-
fernum: muta fiant labia dolosa. 19
Quæ loquuntur aduersus just ũ iniqui-
tatem in superbia & in abusione.
Quã magna multitudo dulcedinis tuæ 20
Dñe, quã abscondisti timentibus te!
Perfecisti eis qui sperant in te, in con-
spectu filiorum hominum.
Abscondes eos in abscõdito faciei tuæ 21
à conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo ~ tuo' à cõ-
tradictione linguarum.
Benedictus Dñs: quoniã mirificauit mi- 22
sericordiã suã mihi in ciuitate munita.
Ego autẽ dixi in excessu mentis meæ, 23
Proiectus sum à facie oculorum tuorum.
Ideò exaudisti vocem orationis meæ,
dum clamarem ad te.
Diligite Dñm omnes sancti eius: quo- 24
niã 'veritatẽ' 'requiret' Dñs, & 'retribuet'
'abundanter facientibus superbiam.
℣ Viriliter agite, & confortetur cor ve- 25
strum, omnes qui speratis in Domino.
Ipsi Dauid intellectus. 1

Lat. XXXI. Heb. XXXII.

BEati quorum remissæ sunt iniquita-
tes, & quorũ tecta sunt peccata.
Beatus vir cui nõ 'imputauit' Dñs pec- 2
catum, nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerunt ossa 3
mea, dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super 4
me manus tua: conuersus sum in ærum-
na mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci, & 5
iniustitiam meam non abscondi.
℣ Dixi, Confitebor aduersum me iniu-
stitiã meam Domino: & tu remisisti im-
pietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in 6
tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum mul-
tarum, ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione 7
quæ circundedit me: exultatio mea, erue
me à circundantibus me.
Intellectum tibi dabo, & instruã te in 8
via hac qua gradieris: firmabo super te
oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mulus, qui- 9
bus non est intellectus.
In camo & freno maxillas eorum con-
stringe, qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris, sperantẽ autẽ 10
in Domino misericordia circundabit.
Letamini in Domino & exultate iusti, 11
& gloriamini omnes recti corde.
In finem, Psalmus Dauid*.

Lat. XXXII. Heb. XXXIII.

EXultate iusti in Domino: rectos decet 1
'collaudatio'.
2 Cõfitemini Domino in cithara: in psal-
terio decem chordarum psallite illi.
3 Cantate ei canticum nouũ: bene psal-
lite ei in vociferatione.
4 Quia rectum est verbum Domini, &
omnia opera eius in fide.
5 Diligit misericor[illegible] & iudicium: mi-
sericordia Domini ple[illegible]
6 Verbo Domini cæli firmati [illegible]
ritu oris eius omnis virtus eorum:
7 Congregans sicut 'in vtre' aquas maris: 'vtrem R.G.H.C.
ponens in thesauris abyssos. 'in vtrem MS. Aug.
8 Timeat Dñm omnis terra: ab eo autẽ
cõmoueantur omnes inhabitantes orbẽ.
9 ℣ Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse Gen. 1, 3.
mandauit, & creata sunt. Iudit. 16, 17.
10 Dominus dissipat cõsilia gentium: re-
probat autem cogitationes populorum,
& reprobat consilia principum.
11 Consilium autem Domini in æternum
manet: cogitationes cordis eius in gene-
ratione & generationem.
12 Beata gens cuius est Dñs, Deus eius:
populus quem elegit in hæreditatẽ sibi.
13 De cælo respexit Dominus: vidit om-
nes filios hominum.
14 De præparato habitaculo suo respexit
super omnes qui habitant terram.
15 Qui finxit sigillatim corda eorum: qui
intelligit omnia opera eorum.
16 Non saluatur rex per multam virtutẽ:
~ &' gigas non saluabitur in multitudine ~ MS. H.
virtutis suæ. C. Additur autẽ à G.
17 Fallax equus ad salutem: in abũdantia
autem virtutis suæ non saluabitur.
18 Ecce oculi Dñi super metuẽtes eũ, ~ & ~ 4 MS.R.
in eis' qui sperãt super misericordia eius, Aug. G.H.
19 Vt eruat à morte animas eorum, & alat
eos in fame.
20 Anima nostra sustinet Dominũ, quo-
niam adiutor & protector noster est.
21 Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in
nomine sancto eius speruimus.
22 Fiat misericordia tua Domine super
nos, quemadmodum sperauimus in te.
1 Dauid cùm immutauit vultum suum
corã Abimelech, & dimisit eũ, & abiit.
1 Reg. 21.

Lat. XXXIII. Heb. XXXIIII.

2 BEnedicam Dominum in omni tem-
pore: semper laus eius in ore meo.
3 In Domino laudabitur anima mea: au-
diant mansueti, & lætentur.
4 Magnificate Dominum mecũ: & exal-
temus nomen eius in idipsum.
5 Exquisiui Dñm, & exaudiuit me: & ex
omnib. tribulationibus meis eripuit me.
6 Accedite ad eum, & illuminamini: &
facies vestræ non confundentur.
7 Iste pauper clamauit; & Dominus ex-
audiuit eum: & de omnibus tribulatio-
nibus eius saluauit eum.
8 Immittet angelus Domini in circuitu Mat. 18, 10
timentium eum: & eripiet eos.
9 Gustate, & videte quoniam suauis est
Dominus: beatus vir qui sperat in eo.

~ to MS. R.G.H.C. Adhæc D. Aug. non legisse videtur.
'veritates 5 MS.R. G.H.C.
'requirit R.G.H.C.
'retribuit MS.R.G. H.C.
'vtis Sap. 26, 14. Eccl. 4, 7.
'imputabit 5 MS. R. Hier. H.C.
Isa. 65, 24.
*Inscriptio apud Hebræos G. Laudatio MS. Aug. 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Timete Dñm omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum. 10
Diuites egerũt & esurierũt: inquirẽtes autẽ Dñm non minuentur omni bono. 11
Luc. 1,53.
Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. 12
¶ Quis est ho[illegible]i vult vitam, diligit dies [illegible]nos? 13
1 Pet. 3,10.
P[illegible]inguam tuam à malo, & la[illegible]a tua ne loquantur dolum. 14
Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. 15
Ecc. 15,21. Heb. 4,13.
Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum. 16
Vultus autẽ Dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. 17
Clamauerut iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. 18
Iuxtà est Dominus iis qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. 19
Multæ tribulationes iustorũ: & de omnibus his liberabit eos Dominus. 20
Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. 21
Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent. 22
Redimet Dñs animas seruorũ suorum: & nõ delinquẽt omnes qui sperãt in eo. 23
in eum MS. Aug. G.

Psalmus huic Dauid. 1

Lat. XXXIIII. Heb. XXXV.

IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me. 1
expugnãtes MS.
Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi. 2
Effunde framea, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum. 3
Inf. 39, 15. & 69, 3.
¶ Confundãtur & reuereantur quærentes animam meam. 4
Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.
Fiant tanquam puluis ante faciem vẽti, & angelus Domini coarctans eos. 5
Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & angelus Domini persequens eos. 6
Quoniam gratis absconderũt mihi interitum laquei sui: superuacuè exprobrauerunt animam meam. 7
Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum. 8
ipsum o. - 8 MS. R. Aug. G. H. C.
Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo. 9
- & delectabitur
Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? 10
Eripiẽs inopem de manu fortiorũ eius: egenum & pauperem à diripientibus eũ.
Surgentes testes iniqui, quæ ignorabã interrogabant me. 11
ignorabãt MS. Hier. Textus Gallio, Aug. H. & C. consentit.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. 12
Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio; 13
Humiliabam in ieiunio animã meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur. 14
Græca autem dictio ἐξήγνωσκον, ambigua est.
Quasi proximum, quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar, 14
Et aduersũ me lætati sunt, & cõuenerũt: cõgregata sũt sup me flagella, & ignoraui. 15
Dissipati sunt, nec cõpuncti, tentauerunt me, subsannauerũt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. 16
Dñe quãdo respicies? restitue aĩam meã à malignitate eorũ, à leonib. vnicã meã. 17
Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. 18
Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, ¶ qui oderũt me grãtis & annuunt oculis. 19
Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. 20
Et dilatauerunt super me os suũ: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri. 21
Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me. 22
Exurge & intende iudicio meo: Deus meus, & Dñs meus in causam meam. 23
Iudica me secundum iustitiam tuã Dñe Deus meus, & non supergaudeant mihi. 24
Nõ dicãt in cordib. suis, Euge euge, animæ nostræ: nec dicãt, Deuorabimus eũ. 25
Deuorabimus 6 MS. Aug. G. H. C.
Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis. 26
Induantur confusione & reuerẽtia qui maligna loquuntur super me.
maligna MS. H. C.
Exultent & lætentur qui volunt iustitiã meam: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius. 27
magnus MS. H. C.
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. 28

In finem, seruo Domini ipsi Dauid. 1

Lat. XXXV. Heb. XXXVI.

DIxit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. 2
Sup. 13, 3.
Quoniã dolosè egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. 3
Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret. 4
Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. 5
Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes. 6
Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa. 7
Homines & iumẽta saluabis Domine: 8
(quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus)
Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabũtur ab hubertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. 9
- 1 MS. R. G. H. C.
Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. 10
- & in
Prætende misericordiã tuã scientib. te, & iustitiam tuã his qui recto sunt corde. 11
Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me. 12

Ibi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: 13
expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus ipsi Dauid. 1

Lat. XXXVI. Heb. XXXVII.

NOli æmulari in malignãtibus, neq. zelaueris facientes iniquitãtem: 2
Quã tanquã fœnũ velociter arescent: & quemadmodũ olera herbarũ citò decident.
Spera in Dño, & fac bonitatẽ, & inhabita terram, & pascẽris in diuitiis eius. 3
Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. 4
Reuela Domino viam tuam, & spera in eo': & ipse faciet. 5
Et educet quasi lumẽ iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam ¶meridiem': 6
subditus esto Domino, & ora eum.
Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. 7
Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris. 8
Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram. 9
Et adhuc pusillum, & nõ erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies. 10
Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. 11
Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis. 12
Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies eius. 13
Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, 14
Vt ¶decipiant' pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum: & ¶arcus' eorum ¶confringatur'. 15
Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. 16
Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus. 17
Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit. 18
Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia 19 20
peccatores peribunt.
Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quẽadmodum fumus deficient.
¶Mutuabitur' peccator, & non soluet: 21
iustus autem misereretur & ¶tribuet'.
Quia benedicẽtes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt. 22
Apud Dominum ¶gressus' hominis ¶dirigetur': & viam eius volet. 23
Cùm ceciderit, nõ collidetur: quia Dominus supponit manum suam. 24
¶Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. 25
Tota die misereretur & commodat: & semen illius in benedictione erit. 26
Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi. 27
Quia Dominus amat iudicium; & non 28
derelinquet sanctos suos: in æternum cõseruabuntur.
Iniusti punientur: & semen impiorum peribit.
Iusti autẽ hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam. 29
¶Os iusti medit[illegible]ur sapientiam, & lingua eius loquetur iu[illegible] 30 Pro. 31,26.
Lex Dei eius in corde ipi[illegible]: non supplantabuntur gressus eius. 31 Isa. 51,7.
Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum. 32
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cùm iudicabitur illi. 33
Expecta Dñm, & custodi viam eius: & exaltabit te vt hæreditate capias terram: cùm perierint peccatores videbis. 34
Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. 35
Et transiui, & ecce non erat: -&' quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. 36 -MS q.
Custodi innocẽtiam, & vide æquitatẽ: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. 37
Iniusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt. 38
Salus autẽ iustorũ à Domino: -&' protector eorum in tempore tribulationis. 39 -MS.H. C. Additur autem a G.
Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo. 40
Psalmus Dauid in rememoratione, -die sabbathi'. 1 -H.C.

Lat. XXXVII. Heb. XXXVIII.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. 2 Psalm. 6, 1.
Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. 3
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. 4
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: -&' sicut onus graue grauatæ sunt super me. 5 -7 MS.R. Aug. G.H. C.
Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. 6
Miser factus sum & curuatus sum vsq. in finẽ: tota die contristatus ingrediebar. 7
Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus; & non est sanitas in carne mea. 8
Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. 9
Dñe, ante te omne desiderium meũ: & gemitus meus à te non est absconditus. 10
Cor meum conturbatum est*, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. 11 *in me MS q.
Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. 12
Et q iuxta me erãt, de lõge steterũt: & vim faciebant qui quærebãt animã meã.
Et q inquirebãt mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabãtur. 13
Ego autẽ tanquã surdus nõ audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. 14
Et factus sum sicut homo non audiens, 15

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& non habens in ore suo redargutiones.
Quoniã in te Domine speraui, tu ex- 16
audies me Domine Deus meus.
Quia dixi, Nequãdo supergaudeãt mi- 17
hi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniã ego in flagella paratus sum: 18
& dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniniquitatem meam annun- 19
tiabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt, & confir- 20
mati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.
Qui retribuũt mala pro bonis, detrahe- 21
bant mihi, quoniã sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus 22
meus: ne discesseris à me.
Intende in adiutorium meum, Domi- 23
ne Deus salutis meæ.
In finem, pro Idithun canticum Dauid. 1

Lat. XXXVIII. *Heb.* XXXIX.

DIxi, Custodiam vias meas: vt non 2
delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me.
Obmutui & humiliatus sum, & silui à 3
bonis: & dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meum intra me: & in 4
meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea, Notum 5
fac mihi Domine finem meum,
Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos: 6
& substantia mea tanquã nihilũ ante te.
Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.
Veruntamen in imagine pertransit ho- 7
mo: sed & frustra conturbatur. Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
Et nũc quæ est expectatio mea? nónne 8
Dominus? & substantia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue 9
me: opprobrium insipienti dedisti me.
Obmutui, & nõ aperui os meum, quo- 10
niã tu fecisti: amoue à me plagas tuas. 11
A fortitudine manus tuæ ego defeci:
in increpationibus propter iniquita- 12
tem, corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam Domine, & 13
deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas
Ne sileas: quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm 14
abeam, & amplius non ero.
In finem, Psalmus ipsi Dauid. 1

Lat. XXXIX. *Heb.* XL.

EXpectans expectaui Dominum, & in- 2
tendit mihi.
Et exaudiuit preces meas, & eduxit 3
me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos,
& direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum no- 4
uum, carmen Deo nostro.
Videbunt multi, & timebunt: & spera-
bunt in Domino.
Beatus vir, cuius est nomen Domini 5
spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas.
Multa fecisti tu Domine Deus meus 6
mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
Annuntiaui & locutus sum: multipli-
cati sunt super numerum.
Sacrificium & oblationem noluisti: au- 7
res autem perfecisti mihi.
Holocaustum & pro peccato non po- 8
stulasti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri scriptum est de me vt 9
facerẽ volũtatem tuã, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiaui iustitiam tuam in eccle- 10
sia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.
Iustitiã tuã non abscõdi in corde meo: 11
veritatem tuam & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.
Tu autem Dñe ne longè facias mise- 12
rationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniã circundederunt me mala quo- 13
rum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine vt eruas me: 14
Domine, ad adiuuandum me respice.
Confundantur & reuereantur simul, 15
qui quærunt animã meã vt auferãt eam.
Conuertantur retrorsum & reuerean-
tur qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam, 16
qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent & lætentur super te omnes 17
quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dñs, qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum & pauper: 18
Dominus solicitus est mei.
Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.
In finem, Psalmus ipsi Dauid. 1

Lat. XL. *Heb.* XLI.

BEatus vir qui intelligit super ege- 2
num & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
Dñs conseruet eum, & viuificet eum, 3
& beatum faciat eum in terra: & nõ tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum 4
doloris eius: vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi, Domine miserere mei: sana 5
animam meam, quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt mala mihi, Quã- 6
do morietur, & peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur vt videret, vana 7
loque-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

loquebatur, cor eius ℣cõgregauit' iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur: in idipsum 8
Aduersum me susurrabant oẽs inimici mei: aduersum me cogitabãt mala mihi.
Verbum iniquum cõstituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? 9
Etenim homo pacis meæ in quo ℣speraui', qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. 10
Tu autẽ Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis. 11
In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniã nõ gaudebit inimic⁹ me⁹ sup me. 12
Me autẽ ℣propter innocẽtiã suscepisti: & cõfirmasti me in cõspectu tuo in æternũ. 13
Benedictus Dñs Deus Israël à seculo, & ℣vsque' in seculum: fiat, fiat. 14

In finem, intellectus filiis Core. 1

Lat. XLI. Heb. XLII.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. 2
Sitiuit anima mea ad Deũ ℣fõtẽ' viuũ: quãdo veniã & apparebo ante faciẽ Deĩ 3
Fuerunt mihi lachrymæ meæ ℣panes' die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? 4
Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei, In voce exultationis & cõfessionis, sonus epulantis. 5
‖ Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? 6
Spera in ℣Deo', quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, ℣& Deus meus. 7
Ad meipsum anima mea cõturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, à monte modico.
Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. 8
Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.
In die ℣mandauit' Dñs misericordiam suam, & nocte canticum eius. 9
Apud me, oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es, 10
Quare oblitus es mei? ℣& quare contristatus incedo, dũ affligit me inimicus?
Dũ cõfringũtur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulãt me inimici mei: 11
Dum dicũt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? ‖ quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? 12
Spera in ℣Deo', quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Psalmus Dauid*.

Lat. XLII. Heb. XLIII.

IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me, 1
Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? ℣& quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? 2
Emitte lucẽ tuã, & veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montẽ sanctum tuum, & in tabernacula tua. 3
Et introibo ad altare Dei, ad Deũ qui lætificat iuuentutem meam. 4
Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? 5
Spera in ℣Deo', quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. 6

1 In finẽ, pro filiis Core ad intellectum.

Lat. XLIII. Heb. XLIIII.

2 DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiauerunt nobis
Opus quod operatus es in diebus eorũ,
℣& in diebus antiquis.
3 Manus tua gẽtes disperdidit, & plãtasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.
4 Nec enim in gladio suo possederũt terrã, & brachium eorum non saluauit eos,
Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam cõplacuisti in eis.
5 Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob.
6 In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes ℣in nobis'.
7 Nõ enim in arcu meo sperabo: & ‖ gladius meus non saluabit me.
8 Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudisti.
9 In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in seculum.
10 Nũc autẽ repulisti & confudisti nos: & nõ egredieris ℣De⁹ in virtutibus nostris.
11 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderũt nos, diripiebãt sibi.
12 Dedisti nos tanquam oues escarum, & in Gentibus dispersisti nos.
13 Vẽdidisti populũ tuũ sine pretio: & nõ fuit multitudo in cõmutationibus eorũ.
14 Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.
15 Posuisti nos in similitudinẽ Gẽtibus: commotionem capitis in populis.
16 Tota die verecundia mea cõtra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me
17 A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.
18 Hæc omnia venerũt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè nõ egimus in testamento tuo;
19 Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua:
20 Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis,
21 Si obliti sum⁹ nomẽ Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deũ alienũ:
22 Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.
‖ Quoniã propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Rom. 8, 36.
23 Exurge, quare obdormis Dñe? exurge, & ne repellas in finem.

Sup. 41, 6. 12.

℣Deum MS. G.

℣ 8 MS. R. G. H. C.

℣in nos 4 MS. Aug. C.

℣nobis R. G. H.

Ios. 24, 39. 1 Reg. 17, 39 42. 2 Reg. 8, 14 ℣16 MS. G q. H. Q 2.

Quare faciem tuã auertis, obliuiſceris 24
inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ?
Quoniã humiliata eſt in puluere ani- 25
ma noſtra: cõglutinatus eſt in terra ven-
ter noſter.
Exurge ~Domine', adiuua nos: & re- 26
dime nos propter nomen tuum.
In finẽ pro iis qui cõmutabuntur, filiis 1
Core ad intellectũ, canticũ pro 'dilecto'.

Lat. XLIIII. *Heb.* XLV.

ERuctauit cor meum verbum bonum: 2
dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus ſcribæ velociter
ſcribentis.
Specioſus forma præ filiis hominum, 3
diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea
benedixit te Deus in æternum.
Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ, 4
potentiſsime,
Specie tua & pulchritudine tua *intende, 5
*proſperè procede, & regna,
Propter veritatẽ & mãſuetudinẽ, & iuſtitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te) ca- 6
dent in 'corda' inimicorum regis.
Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi: virga 7
directionis virga regni tui.
Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatem: 8
propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo
lætitiæ præ conſortibus tuis.
Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis 9
tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.
Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu 10
deaurato, circundata varietate.
Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: & 11
obliuiſcere populũ tuũ, & domũ patris tui.
Et cõcupiſcet rex decorẽ tuũ: qm̃ ipſe 12
eſt Dñs ~Deus' tuus, & adorabunt eum.
Et 'filiæ' Tyri, in muneribus vultũ tuũ 13
deprecabuntur, ~omnes' diuites plebis.
Omnis gloria ~ei' filiæ regis ab int', in 14
fimbriis aureis circũamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines poſt eam: 15
proximæ eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione: 16
adducentur in templum regis.
Pro patrib' tuis nati ſunt tibi filij: con- 17
ſtitues eos principes ſuper omnẽ terram.
'Memores erunt' nominis tui *in om- 18
ni generatione & generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in
æternum, & in ſeculum ſeculi.
In finẽ filiis Core pro arcanis Pſalmus. 1

Lat. XLV. *Heb.* XLVI.

DEus noſter refugium & virtus: ad- 2
iutor in tribulationibus quæ inue-
nerunt nos nimis.
Propterea nõ timebimus dũ turbabitur 3
terra, & trãsferentur mõtes in cor maris.
'Sonuerũt' & turbatæ ſunt aquæ eorũ: 4
cõturbati ſunt mõtes in fortitudine eius.
Fluminis impet' 'lętificat' ciuitatẽ Dei: 5
ſanctificauit tabernaculũ ſuũ Altiſsimus.
Deus in medio eius, nõ cõmouebitur: 6
adiuuabit eam Deus manè diluculo.
Cõturbatę ſunt gẽtes, ~ & 'inclinata ſũt 7
regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſce- 8
ptor noſter Deus Iacob.
Venite, & videte opera Domini, quæ 9
poſuit prodigia ſuper terram: auferens 10
bella vſque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma:
& ſcuta comburet igni.
Vacate, & videte quoniã ego ſum Deus: 11
exaltabor in gẽtib', & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſce- 12
ptor noſter Deus Iacob.
In finem, pro filiis Core Pſalmus. 1

Lat. XLVI. *Heb.* XLVII.

OMnes gentes plaudite manibus: iu- 2
bilate Deo in voce exultationis:
Quoniam Dominus excelſus, terribi- 3
lis, Rex magnus ſuper omnem terram.
Subiecit populos nobis: & gentes ſub 4
pedibus noſtris.
Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpe- 5
ciem Iacob 'quam' dilexit.
‖ Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in 6
voce tubæ.
Pſallite Deo ~noſtro', pſallite: pſallite 7
Regi noſtro, pſallite.
Quoniam Rex omnis terræ Deus: pſal- 8
lite ſapienter.
'Regnabit' Deus ſuper gentes: Deus 9
'ſedet' ſuper ſedem ſanctam ſuam.
Principes populorum congregati ſunt 10
cum Deo Abraham: quoniam 'dij' fortes terræ, vehementer eleuati ſunt.
Pſalmus ~ cantici filiis Core ~ ſecunda 1
ſabbathi'.

Lat. XLVII. *Heb.* XLVIII.

MAgnus Dominus & laudabilis ni- 2
mis in ciuitate Dei noſtri, in mon-
te ſancto eius.
Fundatur exultatione vniuerſæ terræ 3
'mons' Sion, latera Aquilonis, ciuitas
Regis magni.
Deus in domibus eius cognoſcetur, 4
cùm ſuſcipiet eam.
Quoniam ecce reges ~ terræ' congregati 5
ſunt: conuenerunt in vnum.
Ipſi videntes ſic admirati ſunt, contur- 6
bati ſunt, commoti ſunt: tremor appre- 7
hendit eos
Ibi dolores vt parturientis:
In ſpiritu vehementi conteres naues 8
Tharſis.
Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuita- 9
te Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.
Suſcepimus Deus miſericordiam tuam 10
in medio templi tui.
Secũdũ nomẽ tuũ De', ſic & laus tua in 11
fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.
Lætetur mons Sion, & exultent filiæ 12
Iudæ, propter iudicia tua Domine.
Circundate Sion, & cõplectimini eam: 13
narrate in turribus eius. Ponite corda 14
veſtra in virtute eius: & diſtribuite do-
mos eius, vt enarretis in progenie altera.

Quoniam

~5 MS. H. C. *Additur autem à G.* 'delicto o.

*& 1 MS. R *Aug.* G. H. C.

*& 1 MS. R. G. *Verùm, ab Aug & H. nõ additur.*

'corde 6 MS. R. *Aug.* G. Q. n. *Hebr.* 1, 8.

~6 MS. R. G. H. C. Q. n.

'filia MS. R. G. H. Q. n.

~12 MS. R. *Aug.* G. H. C.

~R. G. Q. n.

'Memor ero 14 MS. R. G. H. C. Q. n.

*Domine MS q.

'Sonauerunt MS. *antiquiora Aug.*

'lætificant R. G. H. C.

~MS. R. Amb. G. H. G.

'quem' MS. Hieron. Q. 2 Reg.

~1 MS. C. *Vem, legimus Aug. &c.*

'regnat 13 MS. G. H.

'sedit MS. H. *Aug. aut suffragantur Aug.* G. & C.

'Dei R. G. Q. n.

~MS. H. C. *Verè G. legimus & ab Amb. Aug. aliisq.*

'omnium MS. Aug. R. G. Q.

~10 MS. G. Q. H. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quoniam hic est Deus, Deus noster in 15
æternum & in seculum seculi: ipse reget
nos in secula.

In finem, filiis Core Psalmus. 1
Lat. XLVIII. Heb. XLIX.

AVdite hæc oēs gentes: auribus per- 2
cipite omnes qui habitatis orbem,
Quique terrigenæ & filij hominum: 3
~simul' in vnum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam: & me- 4
ditatio cordis mei prudentiam.
℣ Inclinabo in parabolā aurē meā, ape- 5
riam in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala? iniquitas cal- 6
canei mei circundabit me:
Qui cōfidunt in virtute sua, & in mul- 7
titudine diuitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit, redimet homo: 8
*non dabit Deo placationem suam.
Et pretium redemptionis animæ suæ: 9
&~laborabit' in æternum, & viuet~ad- 10
huc' in finem.
Non videbit interitum, cùm viderit 11
sapientes morientes: simul insipiens &
stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: & 12
sepulchra eorū domus illorū in æternū.
Tabernacula eorū in progenie & pro-
genie, vocauerunt nomina sua in terris
~suis'.
~Et' homo cùm in honore esset, non 13
intellexit: comparatus est iumentis insi-
pientibus, & similis factus est illis.
Hæc via illorū scandalum ipsis: & po- 14
stea in ore suo complacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors 15
depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in ma-
tutino: & auxilium eorum veterascet in
inferno à gloria eorum.
Verumtamen Deus redimet animam 16
meā, de manu inferi cùm acceperit me.
Ne timueris cùm dives factus fuerit 17
homo: & cùm multiplicata fuerit gloria
domus eius.
℣ Quoniam cùm interierit, non sumet 18
omnia: neq. descendet cū eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedi- 19
cetur: confitebitur tibi cū benefeceris ei.
Introibit vsq. in ℘genies patrū suorū: 20
~&' vsq. in æternum non videbit lumē.
Homo cùm in honore esset, non intel- 21
lexit: comparatus est iumentis insipien-
tibus, & similis factus est illis.

Psalmus: Asaph. 1
Lat. XLIX. Heb. L.

DEus deorum Dominus locutus est: 2
& vocauit terram
A solis ortu vsque ad occasum: ex 3
Sion species decoris eius.
Deus manifestè veniet: Deus noster, &
non silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: &
in circuitu eius tempestas valida.
"Aduocauit' cælum desursum: & terrā 4
discernere populum suum,
Congregate illi sanctos eius: qui ordi- 5
nant testamentum eius super sacrificia.
Et annuntiabunt cæli iustitiam eius: 6
quoniam Deus iudex est.
Audi populus meus, & loquar: Israēl, & 7
testificabor tibi: Deus Deus tu° ego sum.
Nō in sacrificiis tuis arguā te: holocau- 8
sta autē tua in cōspectu meo sunt semp.
Non accipiam de domo tua vitulos: 9
neque de gregibus tuis hircos.
Quoniam meæ sunt omnes feræ syluā- 10
rum, iumenta in montibus & boues.
Cognoui omnia volatilia cæli: & pul- 11
chritudo agri mecum est.
Si esuriero, non dicam tibi: ℣ meus est 12
enim orbis terræ, & plenitudo eius.
Nunquid manducabo carnes taurorū? 13
aut sanguinem hircorum potabo?
Immola Deo sacrificiū laudis: & redde 14
Altissimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulationis: ~&' 15
eruam te, & honorificabis me.
Peccatori autem dixit Deus, Quare tu 16
enarras iustitias meas, & assumis testa-
mentum meum per os tuum?
Tu verò odisti disciplinam, & proiecis- 17
ti sermones meos retrorsum.
Si videbas furē, currebas cū eo: & cum 18
adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum abundauit malitia: & lingua 19
tua concinnabat dolos.
Sedens, aduersus fratrem tuum loque- 20
baris, & aduersus filium matris tuæ po-
nebas scandalum: hæc fecisti', & tacui. 21
Existimasti' iniquè' quòd ero tui si-
milis: arguā te, & statuā cōtra faciē tuā.
Intelligite hæc qui obliuiscimini Deū: 22
nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
Sacrificiū laudis honorificabit mē: & 23
illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

In finem Psalmus Dauid cùm venit 1
ad eum Nathan propheta quando intra- 2
uit ad "Bethsabee'. 2 Reg. 12.

Lat. L. Heb. LI.

MIserere mei Deus secundū magnā
misericordiam tuam:
Et secundùm multitudinē miseratio- 3
num tuarum dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & 4
à peccato meo munda me.
Quoniā iniquitatē meā ego cognosco: 5
& peccatū meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui, & malum coram te 6
feci: ℣ vt iustificeris in sermonibus tuis,
& vincas cùm iudicaris.
℣ Ecce enim in iniquitatibus cōceptus 7
sum: & in peccatis concepit me mater
mea.
Ecce enim veritatē dilexisti: incerta & 8
occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
Asperges me * hyssopo, & mundabor: 9
lauabis me, & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & lætitiā: 10
~&' exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: 11
& omnes iniquitates meas dele.

~9 MS. G. H. C. Arsanē, consentiunt Textui, Amb. atq. Aug. legūt. Isa. 77, 2. Mat. 13, 53

*& 6 MS. C. Verùm à R. Aug. G. & H. nō legitur.

~laborauit MS. R. Hier. G. Q. n.

~R. Aug. G.

~MS. R. G. H. C. Q. n.

~MS q. Q. n.

Iob. 27, 19.

~10 MS. R. Aug. G. H.

"τῶ A. ὁάῳ.

"Aduocauit 9 MS. L. G. H. C.

a 4 Cor mun-

"Bersabee MS. R. Aug. G.

"Bathsabah H. C.

Rom. 3, 4.

Iob 14, 4.

*Domine MS q.

~MS. R. G. H. C.

"ἀνομίαν

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cor mundũ crea in me Deus, & ſpiri- 12
tum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritũ 13
ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſpi- 14
ritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad 15
te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus 16
ſalutis meæ: ← &' exultabit lingua mea
iuſtitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: & os meũ 17
annuntiabit laudem tuam.
Quoniã, ſi voluiſſes ſacrificiũ, dediſſem 18
vtique: holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo, ſpiritus cõtribulatus; 19
cor contritum & humiliatum, Deus, non
¶deſpicies'.
Benignè fac← Dñe' in bona voluntate 20
tua Sion: & ædificentur muri Ieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, ob- 21
lationes & holocauſta: tunc imponent
ſuper altare tuum vitulos.
In finem, intellectus Dauid, cùm ve- 1
nit Doëg Idumæus, & annuntiauit Sau-
li, & dixit, Venit Dauid in domum ¶Abi- 2
mélech'. 1 Reg.22,9.

Lat. LI. *Heb.* LII.

QVid gloriaris in malitia, qui potẽs es 3
in iniquitate?
Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua 4
tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper benignitatẽ: 5
iniquitatẽ magis, quàm loqui æquitatẽ.
Dilexiſti omnia verba præcipitationis, 6
¶lingua doloſa'.
Propterea Deus deſtruet te in finem: 7
euellet te, & emigrabit te de tabernaculo
←tuo', & radicẽ tuã de terra viuentium.
Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper
eum ridebunt: & dicent, 8
Ecce homo qui non poſuit Deum ad- 9
iutorem ſuum,
Sed ſperauit in multitudine diuitiarũ
ſuarum: & præualuit in vanitate ſua.
Ego autem ſicut oliua fructifera in do- 10
mo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in
æternum, & in ſeculum ſeculi.
Confitebor tibi in ſeculũ quia feciſti: 11
& expectabo nomẽ tuũ, quoniã bonum
←eſt' in conſpectu ſanctorum tuorum.
In finem, pro ¶Amaleth' intelligentia 1
Dauid.

Lat. LII. *Heb.* LIII.

DIxit inſipiens in corde ſuo, Non eſt
Deus.
Corrupti ſunt & abominabiles facti 2
ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat
bonum.
Deus de cælo proſpexit ſuper filios ho- 3
minum: vt videat ſi eſt intelligens, aut
requirens Deum.
¶Omnes declinauerunt, ſimul inutiles 4
facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non
eſt vſque ad vnum.
Nonne ſcient omnes qui operãtur ini- 5
quitatem, qui deuorant plebem meam vt
cibum panis?
Deum non inuocauerunt: illic trepi- 6
dauerunt timore vbi non erat timor:
Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum
qui hominibus placent: cõfuſi ſunt, quo-
niam Deus ſpreuit eos.
Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël? 7
cùm cõuerterit Deus captiuitatẽ plebis
ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſraël.
In finem, in carminibus, intellectus 1
Dauid', cùm veniſſent Ziphæi, & di- 2
xiſſent ad Saul, Nónne Dauid abſcõditus
eſt apud nos? 1 Reg.23,19,26,1.

Lat. LIII. *Heb.* LIIII.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: 3
& in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: auri- 4
bus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni inſurrexerunt aduer- 5
ſum me, & fortes quæſierunt animam
meam: ← &' non propoſuerunt Deũ ante
conſpectum ſuum.
Ecce enim Deus adiuuat me: ← &' Do- 6
minus ſuſceptor ← eſt' animæ meæ.
¶Auerte' mala inimicis meis: *in veri- 7
tate tua diſperde illos.
Voluntariè ſacrificabo tibi, ← &' cõfi- 8
tebor nomini tuo Dñe, quoniã bonũ eſt:
Quoniam ex omni tribulatione eri- 9
puiſti me: & ſuper inimicos meos deſpe-
xit oculus meus.
In finem, in carminibus intellectus 1
Dauid.

Lat. LIIII. *Heb.* LV.

EXaudi Deus orationẽ meã, & ne de- 2
ſpexeris deprecationem meam.
Intende mihi, & exaudi me. 3
Cõtriſtatus ſum in exercitatione mea: 4
& conturbatus ſum à voce inimici, & à
tribulatione peccatoris.
Quoniã declinauerunt in me ¶iniqui-
tates': & in ira moleſti erant mihi.
Cor meum conturbatum eſt in me: & 5
formido mortis cecidit ſuper me.
Timor & tremor ¶venerunt' ſuper me, 6
& ¶contexerunt me tenebræ':
Et dixi, Quis dabit mihi pennas ſicut 7
columbæ: & volabo, & requieſcam?
Ecce elongaui fugiens: & manſi in ſo- 8
litudine.
Expectabam eum qui ſaluũ me fecit à 9
puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.
Præcipita Domine, ← &' diuide linguas 10
eorum: quoniam vidi iniquitatem & cõ-
tradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circumdabit eam ſuper 11
muros eius iniquitas, & labor in medio
eius, & iniuſtitia. Et non defecit de 12
plateis eius vſura & dolus.
Quoniam ſi inimicus ← meus' male- 13
dixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique.
Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna
locut' fuiſſet: abſcõdiſſẽ me forſitã ab eo.
Tu verò homo vnanimis, dux meus & 14
notus meus,

Qui

←5 MS.R. G.H.C.

¶deſpiciet R.Hier. Aug.G. Verũ MS. H.& C. Textui ſuffragantur.

←3 MS. H. C. Additur autem ab Aug.& G.

¶Achimélech. MS. Hil.H.C. Q.n.

¶linguam doloſam 5 MS.R. Aug.G.Ex H.& C. virouis modo vertatur, rectè

←4 MS H. C. Verùm, addiuraG

←MS. R. G.H.C.

¶Mahaleth G. H. Pſal.13,1. 4 Eſd.2,58

Rom.3, 12.

*: Tẽ Dauid.

←6 MS. Aug.H.C. Legitur autẽ in G.

←6 MS. R. C. Textui G. vnanimus.

←MS. R. G.H.C.

¶Auertm MS.G.q. H.C.Q.n. *& MS.

←6 MS.R. Hil.G.H. C.

¶iniquitatem 6 MS. R.G.H.C. Q.n.

¶venit MS. R.Hil.G. H. Plurali verò vtitur C.

¶contexit me tenebra MS. Hil. Vtuntur etiam numero ſingulari, G.H.& C.

←MS.G.q. H.C.

←4 MS.R. G.H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui simul mecũ dulces capiebas ci- 15
bos: in domo Dei ambulauimus cũ con-
sensu.
Veniat mors super illos, & descendant 16
in infernum viuentes:
Quoniam nequitiæ in habitaculis eo-
rum in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamaui: & Dñs 17
ªsaluabit' me.
Vespere, & manè, & meridie narrabo 18
& annuntiabo, & exaudiet vocẽ meam.
Redimet in pace animam meã ab his 19
qui appropinquant mihi: quoniam inter
multos erant mecum.
Exaudiet Deus, & humiliabit illos, 20
qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio, & nõ
timuerunt Deum: extẽdit manũ suam 21
in retribuendo.
Contaminauerunt testamentum eius,
diuisi sunt ab ira vultus eius: & appro- 22
pinquauit cor illius. Molliti sunt sermo-
nes eius super oleum: & ipsi sunt iacula.
‖ Iacta sup Dñm curam tuam, & ipse 23
te enutriet: * non dabit in æternum flu-
ctuationem iusto.
Tu verò Deus deduces eos in puteum 24
interitus.
Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabũt
dies suos: ego autem sperabo in te Dñe.

In finẽ, pro populo qui à sanctis longè 1
factus est, ∴ Dauid' in tituli inscriptione,
cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth.
1 Reg. 21, 12. *Lat.* LV. *Heb.* LVI.

MIserere mei Deus, quoniam con- 2
culcauit me homo: tota die impu-
gnans tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei tota 3
die: quoniã multi bellãtes aduersum me.
ªAb altitudine diei timebo: ego verò 4
in te sperabo.
In Deo laudabo sermones meos, in Deo 5
speraui: nõ timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabãtur: aduer 6
sum me oẽs cogitationes eorũ, in malũ.
Inhabitabunt & abscondent: ipsi cal- 7
caneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animã meam pro 8
nihilo saluos facies illos: in ira populos
confringes.
Deus, vitã meã annũtiaui tibi: posui- 9
sti lachrymas meas in conspectu tuo,
Sicut & in promissione tua: tũc cõ- 10
uertentur inimici mei retrorsum,
In quacunque die inuocauero te: ecce
cognoui quoniam Deus meus es.
In Deo laudabo verbum, in Dño lau- 11
dabo sermonẽ: in Deo speraui, non ti- 12
mebo quid faciat mihi homo.
In me sunt Deus vota tua, quæ reddã, 13
ªlaudationes' tibi.
Quoniã eripuisti animã meã de mor- 14
te, & pedes meos de lapsu, vt placeã co-
ram Deo in lumine viuentium.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli 1
inscriptione, cùm fugeret à facie Saul, in
speluncam. *Lat.* LVI. *Heb.* LVII.

MIserere mei Deus, miserere mei: 2
quoniã in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo,
donec transeat iniquitas.
Clamabo ad Deum Altissimum: Deũ 3
qui benefecit mihi.
Misit de cælo, & liberauit me: dedit in 4
opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiã suã & verita-
tẽ suã, & eripuit animã meã de medio 5
catulorum leonũ: dormiui conturbatus.
Filij hominũ, dentes eorũ arma & sa-
gittæ: & lingua eorum, gladius acutus.
Exaltare super cælos Deus: & ᵇ in' om- 6
nem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis: & 7
incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam:
& inciderunt in eam.
‖ Paratũ cor meum Deus, paratum cor 8
meum: cantabo, & psalmum dicam*.
‖ Exurge gloria mea, exurge psalteriũ 9
& cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis Dñe: - &' 10
psalmum dicam tibi in gentibus:
Qm̃ magnificata est vsq; ad cælos mi- 11
sericordia tua, & vsq. ad nubes veritas tua.
Exaltare super cælos Deus: & super 12
omnem terram gloria tua.

In finẽ, ne disperdas, Dauid in tituli in- 1
scriptione. *Lat.* LVII. *Heb.* LVIII.

SI verè vtiq. iustitiam loquimini: ªre- 2
ctè' iudicate filij hominum.
Etenim in corde iniquitates operami- 3
ni: in terra iniustitias manus vestræ con-
cinnant.
ªAlienati' sunt peccatores à vulua: er- 4
rauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinẽ ser- 5
pentis: sicut aspidis surdæ, & obthuran-
tis aures suas,
Quæ nõ exaudiet vocem incantantiũ, 6
& venefici incantantis sapienter.
Deus cõteret dẽtes eorũ in ore ipsorũ: 7
molas leonum ᵃ confringet' Dominus.
Ad nihilum deuenient tanquam aqua 8
decurrens: intendit arcum suum donec
infirmentur.
Sicut cera quæ fluit auferentur: super- 9
cecidit ignis, & non viderunt solem.
Priusq; intelligerẽt spinæ vestrę rhãnũ: 10
sicut viuentes ᵃ sicut' in ira absorbet eos.
Lætabitur iust⁹ cũ viderit vindictã: ma 11
nus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo, Si vtiq. est fructus iu- 12
sto? vtique est Deus iudicãs eos in terra.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli 1
inscriptiõe, quãdo misit Saul, & custodi-
uit domũ ei⁹, vt interficeret eũ. 1 Re. 19, 11
Lat. LVIII. *Heb.* LIX.

ERipe me de inimicis meis De⁹ meus: 2
& ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: 3
& de viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam, 4

irruerunt

ª saluauit 29 MS. Gq. Q.n.

Mat. 6, 25. Luc. 12, 22. 1 Pet 5, 7. *& MS. q.

ª ita & alii.

ª Q.n.

ª laudationes 6 MS. R.G.Q.n.

1 Reg. 22, 8 & 14, 9.

ª super MS. Aug atque hoc modo, ex G.H. et C. propriùs simè vertatur. Inf. 107, 1. *Dño MS. Q.n. Ioh. 2. - 7 MS.R. Hil. G. H. C.

ª recta 6. MS. R. Hier. Aug. G.H.

ª Abalienati MS.G

ª confregit MS.R. Aug G. Q.n.

ª sic 13 MS. Quæ in Textu est, lectio, G. & H. cõuenit; hæc quodã sensu, non dissentit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

irruerunt in me fortes:
Neq. iniquitas mea, neq. peccatū meū 5
Dñe: sine iniquitate cucurri & direxi.
Exurge in occursum meū, & vide: & 6
tu Domine Deus virtutū, Deus Israël,
Intēde ad visitādas oēs gētes: nō miserearis omnibus qui operātur iniquitatē.
Cōuertentur ad vesperā: & famē pa- 7
tientur, vt canes, & circuibunt ciuitatem.
Ecce loquētur in ore suo, & gladius in 8
labiis eorum: quoniam quis audiuit?
Et tu Domine deridebis eos; ad nihilū 9
deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam, 10
quia Deus susceptor meus — es'. Deus 11
meus, misericordia eius præueniet me.
Deus ostendit mihi super inimicos
meos: ne occidas eos, nequando obliui- 12
scantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:
Delictū oris eorū, sermonē labiorū ip- 13
sorū, & cōprehendantur in superbia sua.
Et de execratione & mendacio annūtiabuntur in consummatione: in ira cō- 14
summationis, & non erunt.
Et scient quia Deus ᵛ dominabitur' Iacob, & finium terræ.
*Cōuertētur ad vesperā, & famem pa- 15
tientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergētur ad māducandū: si ve- 16
rò nō fuerint saturati, & murmurabunt.
Ego autē cantabo fortitudinem tuā, & 17
ʷ exaltabo' manè misericordiam tuam:
Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.
Adiutor me⁹ tibi psallā, quia De⁹ sus- 18
ceptor me⁹ es: De⁹ me⁹ misericordia mea.
In finē, ᵖ iis qui immutabūtur in ti- 1
tuli inscriptione ipsi Dauid in doctrinā,
Cùm succendit Mesopotamiā Syriæ & 2
Sobal, & cōuertit Ioab, & percussit Idumæā in valle Salinarū duodecim millia.

Lat. LIX. Heb. LX.

DEus repulisti nos, & destruxisti nos: 3
iratus es, & misertus es nobis.
Cōmouisti terrā, & cōturbasti eā: sana 4
contritiones eius, quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura; potasti nos 5
vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationē: 6
vt fugiant à facie arcus:
Vt liberētur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.
Inf. 107. ‖ Deus locutus est in sancto suo, Lætabor, & partibor Sichimam, & conuallem 8
taberuaculorum metibor:
Meus est Galaad, & meus est Manasses: 9
& Ephraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: Moab olla spei meæ. 10
In Idumæā extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē munitā? 11
quis deducet me vsque in Idumæam?
Nonne tu Deus qui repulisti nos: & nō 12
egredieris Deus in virtutibus nostris?
13 Da nobis auxiliū de tribulatione: & ᵃ vana salus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.
1 In finem, in hymnis Dauid.

Lat. LX. Heb. LXI.

2 EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
3 A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.
4 Deduxisti me, quia factᵘ es spes mea:
5 turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
6 Quoniā tu Deus — meus' exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.
7 Dies super dies regis adiicies: annos eius vsq. in diē generatiōis & generatiōis.
8 ᵛ Permanet' in æternū in cōspectu Dei: misericordiā & veritatē eiᵒ quis requiret?
9 Sic psalmū dicā nomini tuo in seculū seculi: vt reddā vota mea de die in diem.
1 In finē, pro Idithun, Psalmus Dauid.

Lat. LXI. Heb. LXII.

2 NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
3 Nā & ipse Deus me⁹, & salutaris me⁹: susceptor meus, non mouebor amplius.
4 Quousq. irruitis in hominē? interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?
5 Veruntamen pretiū meū cogitauerunt repellere, ʷ cucurri' in fitiore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.
6 Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
7 Quia ipse Deus meus, & saluator me⁹: adiutor meus, non emigrabo.
8 In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.
9 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster — in æternum'.
10 Veruntamen vani filij hominum, mēdaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
11 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.
12 Semel locutus est Deus, duo hæc audi-
13 ui, quia potestas Dei — est', & tibi Dñe misericordia: ‖ quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.
1 Psalmus Dauid cùm esset in deserto ʷ Idumææ'. 1 Reg. 22, 5.

Lat. LXII. Heb. LXIII.

2 DEus, Deus me⁹ ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, & inuia, & inaquosa:
3 sic in sancto apparui tibi, vt videre virtutem tuam & gloriam tuam.
4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine

— MS. H. C. Additur autē à G.
ᵛ dominatur 1 MS. R. G. H.
*Et 1 MS. Hil. H. C. Verùm à G non legitur.
ʷ exultabo 12 MS. R. Hier. G. clamando laudabo H.
2 Reg. 8, 1. 10, 7. 1 Par. 18, 1
— 1 MS. R. G. H. C.
ᵛ Permanebit 1 MS. R. Aug. G. H. Sūt Græci codices qui Tertia lectione ad finem, quæ non sonat Semper, sed præsenti semper, Semper legunt.
— 1 MS. R. Aug. G. Q. n.
— MS. R. G. H. C. Mat. 16, 27. Rom. 2, 6. 1. Cor. 3, 8. Gal. 6, 7.
ʷ Iudæ, R. G. H. C. Cōformiter aūt Textui legūt Aug. & G q.
quia 12 MS. Tert. lectio, G. H. et C. cū formu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum. 6
¶Sic' memor fui tui super stratũ meũ, 7
in matutinis ¶ meditabor' in te: quia 8
fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhęsit anima mea post te: me 9
suscepit dextera tua.
Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes 10 11
vulpium erunt.
Rex verò lætabitur in Deo, ¶laudabũtur omnes qui iurant' in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua. 12
In finem, Psalmus Dauid. 1
Lat. LXIII. *Heb.* LXIIII.
EXaudi De⁹ orationẽ meã cũ deprecor: 2
à timore inimici eripe animã meã.
Protexisti me à cõuentu malignantiũ: 3
à multitudine operantium iniquitatem.
¶Quia' exacuerũt vt gladium linguas 4
suas, intenderunt arcum rem amaram:
vt sagittent in occultis immaculatum. 5
Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerũt sibi sermonẽ nequã. 6
Narraueruut vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt 7
scrutantes ¶ scrutinio'.
Accedet homo ¶ad' cor altum: & exal- 8
tabitur Deus.
Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ 9
eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.
Et annuntiauerunt opera Dei: & facta 10
eius intellexerunt.
Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in 11
eo: & laudabuntur omnes recti corde.
In finem, Psalmus Dauid, Canticum 1
Aggęi, Ieremiæ, & Ezechiel ¶populo trãsmigrationis' quãdo incipiebãt proficisci.
Lat. LXIIII. *Heb.* LXV.
TE decet hymnus Deus in Siõ: & ti- 2
bi reddetur votum in Ierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis 3
caro veniet.
Verba iniquorum prævaluerunt super 4
nos: & impietatib. nostris tu ꝓpitiaberis.
Beatus quem elegisti & assumpsisti: 5
¶inhabitabit' in atriis tuis.
Replebimur in bonis dom⁹ tuę: sanctũ
est templũ tuũ, mirabile in æquitate. 6
Exaudi nos Deus salutaris noster, spes
omnium finium terræ, & in mari longè.
Præparans montes in virtute tua, ac- 7
cinctus potentia: qui cõturbas profun- 8
dum maris, sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, & timebũt qui 9
habitant terminos a signis tuis: ¶exitus
matutini & ¶vespere' delectabis.
Visitasti terram, & inebriasti eã: mul- 10
tiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.
Riuos eius ¶inebria', multiplica geni- 11
mina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans.
Benedices coronæ anni benignitatis 12
tuæ: & campi tui replebuntur hubertate.
Pinguescent speciosa deserti, & exul- 13
tatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, & valles a- 14
bundabunt frumento: clamabũt, etenim hymnum dicent.
In finẽ, Cãticũ psalmi — resurrectiõis'. 1 — H. C.
Lat. LXV. *Heb.* LXVI.
IVbilate Deo omnis terra, psalmum di- 2
cite nomini eius, date gloriã laudi eius.
Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera 3
tua Dñe! in multitudine virtutis tuę mẽtientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te, & psallat tibi: 4
psalmum dicat nomini tuo.
Venite, & videte opera Dei: terribilis 5
in consiliis super filios hominum.
Qui cõuertit mare in aridã, in flumine 6
pertransibũt pede: ibi lætabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in æter- 7
nũ, oculi eius super gentes respiciũt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite Gentes Deum nostrum, & 8
auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animã meã ad vitã: & non 9
dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos Deus: igne nos 10
examinasti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum, posuisti tri- 11 12
bulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocau- 13 14
stis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meũ in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cũ 15
incenso arietum: offeram tibi boues cũ hircis.
Venite, audite, & narrabo oẽs qui ti- 16
metis Deum, quanta fecit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamaui, & ¶exul- 17
taui' sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo, 18
non exaudiet Dominus.
Propterea exaudiuit Deus, — &' atten- 19
dit voci deprecationis meæ.
Benedictus Deus qui non amouit ora- 20
tionẽ meam, & misericordiã suam à me.
In finẽ, in hymnis Psalmus cãtici — Da- 1
uid'. *Lat.* LXVI. *Heb.* LXVII.
DEus misereatur nostri, & benedicat 2
nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri:
Vt cognoscamus in terra viam tuam: 3
in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: confi- 4
teantur

¶si 12. MS R. Aug. G. H. C.
¶meditabar R. G. Verũ MS. H. & C. futurum legitur.
¶laudabitur omnis qui iurat 5 MS. R. Hil. Aug. G. H. C.
¶Qui MS. R. Hil. G.
Insuper H. & C. ad hunc modũ rectissimè transferas.
¶scrutinia 4 MS. R. G. Q. n. & 10 MS. R. C. H. C. Q. n.
Ad verbo peregrinationis. MS. Q. n.
¶habitabit MS.
¶ἐξοδίας πρωΐας καὶ ἑσπέρας.
¶vespere R. G. H. C.
¶exaltaui MS. Hil. Aug. R. G.
¶exaltatus est H.
¶laus eius G.
— MS. R. G. H. C.
— H. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam ‖iudicas' populos in æquitate, & gentes in terra ‖dirigis'.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

In finem, Psalmus cantici ipsi Dauid.

Lat. LXVII. *Heb.* LXVIII.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiãt: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, ‖ & 'exultent in cõspectu Dei: ‖ & 'delectentur in lætitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

*Exultate in conspectu eius, ‖ turbabuntur à facie eius', patris orphanorũ, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: Deus ‖ qui' inhabitare facit vnius moris in domo:

Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cùm egredereris in cõspectu populi tui, cùm pertransires in deserto:

Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël.

Pluuiam voluntariã segregabis, Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eã, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

Mõs in quo beneplacitũ est Deo habitare in eo: etenim Dñs habitabit in finẽ.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sinai in sancto.

‖ Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus:

Etenim non credentes, ‖ inhabitare' Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.

Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticẽ capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus, Ex Basan conuertam, conuertam in ‖profundum' maris:

Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuẽcularum tympanistriarum.

In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israël.

Ibi Beniamin adolescentulus in mẽtis excessu:

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabũlon, principes Nephtali.

Manda, Deus, virtuti tuæ: cõfirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalem, tibi offerẽt reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorũ: vt excludant eos qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, ‖ psallite Deo', qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem.

Ecce dabit voci suę vocẽ virtutis, date gloriam Deo, super Israël magnificẽtia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinẽ plebi suæ: benedictus Deus.

In finẽ ‖ pro iis qui cõmutabũtur, *Dauid.

Lat. LXVIII. *Heb.* LXIX.

SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animã meam.

Infixus sum in limo profundi: & nõ est substantia. Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exoluebam.

Deus tu scis insipiẽtiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum;

Non confundantur super me qui quærunt te, Deus Israël:

Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comédit me: & ‖ opprobria exprobrãtium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in ‖ ieiunio animam meam:

& factum

*iudicabis. R.G.H.C. *Fortè inter pres noster* κρίνεις *nõ* κρινεῖς *legit.*

‖ dirigis MS.R.G. H.C.

‖ MS.R. *Hil.*G. H. *Additur antẽ Aug.* & C.

‖ MS. R. *Hil.*G. *Legitur verò Aug.*H. & C.

*& 1 MS. R. *Aug.* G. H.C.

‖ H.C. *Legitur autẽ vt in nostris, sic & in* G. *codicibus.*

‖ MS.R. *Hil.*G. H. C.

*Eph.*4, 8.

‖ habitare MS.

‖ profundis 1 MS.G. H.C.

‖ profundo MS. Q.

‖ R.G. H. C. *Nonn. scribit Syrie Hier. in libris thretiũ, sed ebris præstat.*

*ipsi 2 MS. G.H. *Quòd vni à quibusdã additur Psalmus, in codice Vaticano Græco, in textu Hebræo, in paraphrasi Chaldæa, nõ legitur.*

Isa. 2, 17. *Rom.* 15, 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& factum est in opprobrium mihi.
Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ:
Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me Dñe, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarũ respice in me.
Et ne auertas faciẽ tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes ‖qui tribulant' me, improperium expectauit cor meum, & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur, & nõ fuit; & qui consolaretur, & nõ inueni.
Et dederunt in ‖escam meam' fel: ‖ & in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorũ corã ipsis in laqueũ, & in ‖retributiones', & in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
‖ Fiat habitatio eorũ deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatẽ super iniquitatem eorum: & nõ intrent in ‖iustitiam tuam'.
Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus suscepit me.
Laudabo nomẽ Dei cum cantico: – & magnificabo eum in laude:
Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra:
Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius ‖possidebit' eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

‖tribulátes MS. Aug. G. Mat. 27,48. Mar. 15,36.
‖esca mea MS. Similiter Textus, Legit Aug.
‖retributionem 2 MS. R. Hil. August. G. Pro Textu vt. H. faciunt. Act. 1,20.
‖iustitia tua MS. R. Aug. G.
– MS. R. Hier. Aug. G. Additur autem ab Hil. ac H. & C. libris.
‖possidebunt MS. Aug. G. H

1 In finem, Psalmus Dauid, in rememoratione – quòd saluum fecerit ‖eũ' Dñs'.
Lat. LXIX. Heb. LXX.
2 DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuãdum me, festina.
3 Confundãtur & reuereantur qui quærunt animam meam:
4 Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
5 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
6 Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne morẽris.
Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum*.
Lat. LXX. Heb. LXXI.
1 IN te Domine speraui, non confundar
2 in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuã, & salua me.
3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias,
Quoniam firmamẽtum meum, & refugium meum es tu.
4 Deus meus eripe me de manu peccatoris, – & de manu contra legem agentis & iniqui:
5 Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.
6 In te cõfirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus:
7 In te cantatio mea semper. tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.
8 Repleatur os meũ laude: vt cãtem gloriam tuam, tota die magnitudinẽ tuam.
9 Ne ‖iicias me in tẽpore senectutis: cũ ‖defecerit' virt⁹ mea, ne derelinquas me:
10 Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum,
11 Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.
12 Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.
13 Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur cõfusione & pudore qui quærunt mala mihi.
14 Ego autẽ semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam.
15 Os meum annũtiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam,
16 introibo in ‖potentiam' Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.
17 Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsq. nunc pronuntiabo mirabilia tua.
18 Et vsq. in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me,
Donec annuntiem brachium tuum generationi

‖me 4 MS. R. G. – H. C. Videtur & Hilar. non legisse. Sup. 34,23. 39,14. Sup. 34,26. Inf. 70,13.
*Anepigraphus apud Hebræos G. Sup. 30,2.
– MS. R. Aug. G. H. C.
‖deficiet MS. Aug. C.
‖potentias 12 MS. Hieron. H. Numerus verò singularis est Aug. G. & C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nerationi omni quæ ventura est:
Potentiam tuam & iustitiam tuam, 19
Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Deus quis similis *tibi?
¶ Quantas' ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me: 20
Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me. 21
Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus: psallam tibi in cithara, sanctus Israël. 22
Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi: & anima mea quam redemisti. 23
Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cùm confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi. 24

-Psalmus' in Salomonem. 1

Lat. LXXI. Heb. LXXII.

DEus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis, 2
Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. 3
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem. 4
Et permanebit cum Sole & ante lunam in generatione ¶& generationem'. 5
Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. 6
Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna. 7
Et dominabitur a mari vsque ad mare: & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. 8
Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent. 9
‖ Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Arabũ & Saba dona adducẽt: 10
Et adorabunt eum omnes reges*: omnes gentes seruient ei: 11
Quia ¶liberabit' pauperem a potente, & pauperem cui non erat adiutor. 12
Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. 13
Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. 14
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, 15
& ¶adorabunt' de ipso semper: tota die benedicent ei.
-Et' erit ¶ firmamentum' in terra in 16
summis montium, superextolletur super Libanum ¶fructus' eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.
Sit nomen eius benedictum in secula: 17
ante Solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gẽtes magnificabunt eum.
Benedictus Dominus *Deus Israël, qui 18
facit mirabilia solus:
Et benedictum nomen maiestatis eius 19
in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.
Defecerunt laudes Dauid filij Iesse. 20

Psalmus: Asaph. 1

Lat. LXXII. Heb. LXXIII.

QVàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde!
Mei autem penè moti sunt pedes, penè 2
effusi sunt gressus mei;
Quia zelaui super ¶iniquos', pacem 3
peccatorum videns.
Quia nõ est respectus morti eorum: & 4
firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non sunt, & cum 5
hominibus non flagellabuntur:
Ideo tenuit eos superbia, operti sunt 6
iniquitate & impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: 7
transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt, & locuti sunt ¶nequi- 8
tiam': iniquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in cælum os suum; & lin- 9
gua eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: & 10
dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt, Quomodo ¶scit' Deus, & 11
si est scientia in excelso?
Ecce ipsi peccatores & abundantes in 12
seculo, obtinuerunt diuitias.
Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor 13
meum, & laui inter innocentes manus meas:
Et fui flagellatus tota die, & castigatio 14
mea in matutinis.
Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. 15
*Existimabam vt cognoscerem hoc: 16
labor est ante me,
Donec intrem in sanctuariũ Dei: -&' 17
intelligam in nouissimis eorum.
Veruntamen propter dolos posuisti eis: 18
deiecisti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem! 19
subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.
Velut somnium surgentium Domine, 20
in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum, & 21
renes mei commutati sunt: & ego ad 22
nihilum redactus sum, & nescini.
Vt iumentum factus sum apud te: & 23
ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meam: & 24
in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in cælo? & a te 25
quid volui super terram?
Defecit caro mea & cor meum: Deus 26
cordis mei, & pars mea Deus in æternũ.
Quia ecce, qui elongant se a te, peri- 27
bunt: perdidisti ¶omnes qui fornicantur' abs te.
Mihi autem adhærere Deo bonum est, 28
ponere in Domino Deo spem meam:
Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

*fit MS q. ¶ Quanta MS. Alterã lectionem Aug. sequitur, eandemq. Græcus textus adstruit; Hebraus verò, tam hãc quã illã suscipit ex quo alij, Qui transferunt. - q MS. Hier. Aug. G q. H. neque quid aliud huic titulo adijciunt.

¶ generationum z MS. R. Hieron. Aug G.H. C.

Isa 60,6. Mar. 1,11. *terræ MS R.G. Verũ ab H. et C. non agnoscitur est q. hieronymo superfluũ.

¶liberauit MS.R. August. G. Textus autẽ, H. & C. consonat.

¶orabunt i MS. Aug. Q n.

- MS.R. G.H.C.

¶frumentũ i MS. Q n.

¶fluctus o.

*Deus G. o. H. C. atque istud prætermittẽdum non esse Hiero Suniam docet.

*Et MS.R. Aug. G.H. C.

- Hier ad Suniam, H.C.

¶omnem qui fornicatur MS. R. Aug. G. H. Nouam autem multitudinis exposuit C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Intellectus Asaph'.

Lat. LXXIII. Heb. LXXIIII.

1 VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?

2 Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.

Redemisti virgã hæreditatis tuæ: ¶mõs' Sion in quo habitasti in eo.

3 Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto!

4 Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuæ

5 Posuerũt signa sua, signa: & non cognouerunt sicut in ¶exitu' super summũ.

6 Quasi in sylua lignorũ securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.

7 ¶Incenderunt igni sanctuariũ tuum: in terra polluerũt tabernaculũ nominis tui.

8 Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul¶, Quiescere faciamus' omnes dies festos Dei a terra.

9 Signa nostra nõ vidimus, iam non est prophetа: & nos non cognoscet amplius.

10 Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomẽ tuũ in finẽ?

11 Vt quid auertis manũ tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?

12 ¶Deus autem rex noster ante secula: operatus est ¶salutem' in medio terræ.

13 Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.

14 Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum.

15 Tu diripuisti fontes & torrẽtes: tu siccasti fluuios Ethan.

16 Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & Solem.

17 Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.

18 Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.

19 Ne tradas bestiis ¶animas confitentes' tibi: ¬&' animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

20 Respice in testamẽtum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

21 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.

22 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

23 Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorum: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

In finem, ne ¶corrũpas', Psalmus cãtici ¶Asaph. Lat. LXXIIII. Heb. LXXV.

1 COnfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

2 Narrabimus mirabilia tua: cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

3 Liquefacta est terra, & omnes qui habitãt in ea: ego cõfirmaui columnas eius.

4 Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu:

5 Nolite extollere in altũ cornu vestrũ: nolite loqui aduersus Deum iniquitatẽ:

6 Quia neque ab Oriente, neq. ab Occidente, neque à desertis montibus: quoniam Deus iudex est.

7 Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

8 Ego autem annunciabo in seculũ: cantabo Deo Iacob.

9 Et omnia cornua peccatorum cõfringam: & exaltabuntur cornua iusti.

10 In finẽ in ¶laudibus', Psalmus Asaph, canticum ¬ad Assyrios'.

Lat. LXXV. Heb. LXXVI.

1 NOtus in Iudæa Deus: in Israël magnum nomen eius.

2 Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

3 Ibi confregit potentias ¶arcum', scutum, gladium, & bellum.

4 ¶Illuminãs' tu mirabiliter à mõtib. eternis: turbati sunt omnes insipiẽtes corde.

5 Dormierũt somnũ suũ: & nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ ¬in' manib. suis.

6 Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.

7 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

8 De cælo auditum fecisti iudicium: terra ¶tremuit' & quieuit,

9 Cùm exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

10 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

11 Vouete, & reddite Dño Deo vestro: oẽs qui in circuitu eius ¶affertis' munera

12 Terribili & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

1 In finem pro Idithun, Psalmus Asaph. Lat. LXXVI. Heb. LXXVII.

2 ¶VOce mea ad Dñm clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

3 In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.

4 Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, ¬&' exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

5 Anticipaueruntvigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

6 Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

7 Et meditatus sum nocte cum corde meo: ¬&' exercitabar, & scopebam spiritum meum.

8 Nunquid in æternum proiiciet Deus, ¶aut' nõ apponet vt cõplacitior sit adhuc?

9 Aut in finẽ misericordiam suã abscindet, à generatione in generationem?

¶montem. 1 MS. Aug Ex G. & H. ¶¶oxia modo trãsferas, rectè.

¶exitum MS. G.

¶ Reg. 25, 9

¶Textus non habet καὶ ἀπαύ σαμεν, vt quidam putant, sed κατακαύ σωμεν. id est, Incendamus. Hieron. Luc. 1, 70. ¶salutes MS. H. C. Textus aũt Græc. & G. affirmat est

¶animam confitentẽ 16 MS. R. Aug. G. Q. n. ¬MS. R. Aug. G. H. C.

¶¶sperdas MS. Virũ ex G. H. verteret. ¶¶ à æ-

¶carminibus 2 MS. Hier. ¶hymnis G. ¬H. C.

¶arcuum 7 MS. R. Hieron. Aug. G. H. ¶illuminas MS. R. G. ¬Hier. ad Sun. G. H.

¶timuit MS. Aug. atque hoc propriè significant voces, Græca, Hebræa & Chaldæa.

¶afferent MS. R. G. H. C. Q. n. Inf. 141, 1.

¬MS. R. Aug. G. H. C.

¬MS. R. Aug. G. H. C.

¶¶ 10 MS. R. Hier. Augustin. G. H. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aut obliuiſcetur miſereri Deus? aut 10
continebit in ira ſua miſericordias ſuas?
Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio de- 11
xteræ Excelſi.
Memor fui operum Domini: quia me- 12
mor ero ab initio mirabilium tuorum,
Et meditabor in omnibus operibus 13
tuis: & in adinuẽtionibus tuis exercebor.
Deus in ſancto via tua: quis Deus ma- 14
gnus ſicut Deus noſter? tu es Deus qui 15
facis mirabilia.
Notã feciſti in populis virtutẽ tuam:
redemiſti in brachio tuo populũ tuum, 16
filios Iacob & Ioſeph.
Viderũt te aquæ Deus; viderũt te aquæ: 17
& timuerunt, & turbatæ ſunt abyſsi.
Multitudo ſonitus aquarum: vocem 18
dederunt nubes.
Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox to- 19
nitrui tui in rota.
Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi ter-
ræ: commota eſt & contremuit terra.
In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis 20
multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.
Exo. 14,19 ‖ Deduxiſti ſicut oues populum tuum 21
ᵃpopulus in manu Moyſi & Aaron.
MS. Aug. Sup. 48,5. Intellectus Aſaph. 1
Mat. 13,35 ᵃparabola MS. H.C. Lat. LXXVII. Heb. LXXVIII.
Suffraganᵗur autem Textui Hier. Aug. Græca lectio, & Euangeliſtæ citatio. ᵇgenerationem alterã MS. G. Iſtud ſequentibus aptè cõnecti poteſt: In generationem alteram narrãtes, &c.
ATtẽdite ᵃpopule' me' legẽ meã: inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei.
‖ Aperiam in ᵃparabolis' os meum: loquar propoſitiones ab initio.
Quanta audiuimus & cognouimus ea: 3
& patres noſtri narrauerunt nobis.
Non ſunt occultata à filiis eorum, in 4
ᵇgeneratione altera'.
Narrantes laudes Domini, & virtutes
eius, & mirabilia eius quæ fecit.
Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob: & 5
legem poſuit in Iſraël;
Quanta mãdauit patribus noſtris no- 6
ta facere ea filiis ſuis: vt cognoſcat ge-
neratio altera.
Filij qui naſcẽtur, & exurgent, & nar-
rabunt filiis ſuis,
Vt ponãt in Deo ſpẽ ſuã, & nõ obliui- 7
ſcãtur operũ Dei, & mãdata eiº exquirãt:
Ne fiant ſicut patres eorum, generatio 8
praua & exaſperans,
Generatio quæ non direxit cor ſuũ, &
non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.
Filij ᵛEphrem' intendentes & mitten- 9
tes arcum: converſi ſunt in die belli.
Non cuſtodierunt teſtamentum Dei: 10
& in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt benefactorum eius, & 11
mirabilium eius quæ oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia 12
in Terra-Aegypti, in campo Taneos.
‖ Interrupit mare, & perduxit eos: ‖ &' 13
ſtatuit aquas quaſi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: & tota 14
nocte in illuminatione ignis.
‖ Interrupit petram in eremo: & ada- 15
quauit eos velut in abyſſo multa.
Et eduxit aquam de petra; & ᵇdeduxit' 16
tanquam flumina aquas.
Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in 17
ᵇirã' excitauerũt Excelſum in inaquoſo.
Et tentauerũt Deum in cordibus ſuis, 18
vt peterent eſcas animabus ſuis.
‖ Et malè locuti ſunt de Deo: dixerũt, 19
Nunquid poterit Deus parare menſam
in deſerto?
‖ Quoniam percuſſit petram, & fluxe- 20
runt aquæ, & torrentes inundauerunt:
Nunquid & panem poterit dare, aut
parare menſam populo ſuo?
Ideò audiuit Dñs, & diſtulit: & ignis 21
accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in
Iſraël:
Quia non crediderunt in Deo, nec ſpe- 22
rauerunt in ſalutari eius.
Et mandauit nubibus déſuper, & ia- 23
nuas cæli aperuit:
‖ Et pluit illis manna ad manducandũ, 24
& ‖ panem cæli dedit eis.
‖ Panem angelorũ manducauit homo: 25
cibaria miſit eis in abundantia.
‖ Tranſtulit Auſtrum de cælo: & indu- 26
xit in virtute ſua Africum.
Et pluit ſuper eos ſicut puluerẽ carnes: 27
& ſicut arenam maris volatilia pennata,
Et ceciderunt in medio caſtrorum eo- 28
rum, circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt & ſaturati ſunt ni- 29
mis, & deſiderium eorum attulit eis;
non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. 30
‖ Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſo- 31
rum: & ira Dei aſcendit ſuper eos,
Et occidit pingues eorum, & electos
Iſraël impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: & 32
non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorum: 33
& anni eorum cum feſtinatione.
Cũ occideret eos, quærebant eũ: & re- 34
uertebãtur, & diluculo veniebãt adᵇeũ'.
Et rememorati ſunt quia Deus adiu- 35
tor eſt eorum: & Deus excelſus redem-
ptor eorum eſt.
Et dilexerunt eum in ore ſuo, & lin- 36
gua ſua mentiti ſunt ei:
Cor autẽ eorũ nõ erat rectũ cũ eo: nec 37
fideles habiti ſunt in teſtamento eius.
Ipſe autem eſt miſericors, & propitius 38
fiet peccatis eorum: & nõ diſperdet eos.
Et ᵃabundauit' vt auerteret irã ſuam:
& non ᵃaccendit' omnem iram ſuam:
Et recordatus eſt quia caro ſunt: ſpiri- 39
tus vadens, & non rediens.
Quoties exacerbauerũt eum in deſer- 40
to, in irã concitauerũt eum in inaquoſo?
Et cõuerſi ſunt, & tentauerunt Deum: 41
& ſanctum Iſraël exacerbauerunt.
Non ſunt recordati manus eius, die qua 42
redemit eos de manu tribulantis,
Sicut poſuit in Aegypto ſigna ſua, & 43
prodigia ſua in campo Taneos.
‖ Et conuertit in ſanguinem flumina 44
eorum, & imbres eorum, ne biberent.
‖ Miſit in eos ᵇcynomyiam', & come- 45
dit eos:

ᵇDeũ MS. R. G. H. C.

ᵃmultiplicauit MS. ᵃaccendit MS. R. G. H. C.

Exo. 14,21 Exo 13,21. 14, 19. 24. MS. R. Aug. G. Verùm additur ab H. & C. Pſa. 104, 38 Exod. 17,6 ᵇeduxit MS. q.

Exo 7,20. Ex. 8,6. ᵇcœnomyiam, Hieron. ad Sunian.

dit eos: & ranam, & disperdidit eos.
‖ Et dedit ærugini fructus eorum: & la- 46
bores eorum locustæ.
‖ Et occidit in grandine vineas eo- 47
rum: & moros eorum in pruina.
‖ Et tradidit grandini iumenta eorum: 48
& possessionem eorum igni.
Misit in eos iram indignationis suę: in- 49
dignationem, & iram, & tribulationem:
immissiones per angelos malos.
Viam fecit semitæ iræ suæ, *nō peper- 50
cit à morte animabus eorum: & iumenta
eorum in morte conclusit.
‖ Et percussit omne primogenitum in 51
Terra Aegypti: primitias omnis laboris
eorum in tabernaculis Cham.
‖ Et abstulit sicut oues populum suum: 52
& perduxit eos tanquā gregē in deserto.
Et deduxit eos in spe, & nō timuerunt: 53
& ‖ inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in mōtē sanctificationis 54
suæ, montē quē acquisiuit dextera eius.
‖ Et eiecit à facie eorū Gētes: & sorte 55
diuisit eis terrā in funiculo distributionis:
Et habitare fecit in tabernaculis eorū
tribus Israël.
Et tētauerūt, & exacerbauerūt Deū ex- 56
celsum: & testimonia eius nō custodierūt.
Et auerterunt se, & nō seruauerūt pa- 57
ctum: quemadmodum patres eorum, cō-
uersi sunt in arcum prauum.
*In iram concitauerunt eum in colli- 58
bus suis: & in sculptilibus suis ad æmu-
lationem eum prouocauerunt.
Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilū 59
redegit valde Israël.
‖ Et repulit tabernaculum Silo, taber- 60
naculū suū vbi habitauit in hominibus.
‖ Et tradidit in captiuitatem virtutem 61
eorum: & pulchritudinem eorū in ma-
nus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum: 62
& hæreditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comēdit ignis: & v ir- 63
gines eorum non sunt lamentatæ.
Sacerdotes eorū in gladio ceciderūt: & 64
viduæ eorum non plorabantur.
Et excitatus est tanquā dormiēs, Dñs, 65
tanquam potens crapulatus à vino:
Et percussit inimicos suos in posterio- 66
ra: opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph: & tri- 67
bum Ephraim non elegit:
Sed elegit tribum Iuda, montem Sion 68
quem dilexit.
Et ædificauit sicut vnicorniū sanctifi- 69
ciū suū in terra, quā fundauit in secula.
‖ Et elegit Dauid seruum suum, & su- 70
stulit eum de gregibus ouium: de post 71
fœtantes accepit eum,
Pascere Iacob seruum suum, & Israël
hæreditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: & 72
in intellectibus manuum suarum dedu-
xit eos.

Psalmus Asaph. 1

Lat. LXXVIII. Heb. LXXIX.

DEus, venerunt Gentes in hæreditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
2 Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
3 Effuderunt sanguinem eorū tanquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
4 Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.
5 Vsquequo Domine irascēris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?
6 Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt: Ier. 10,25.
7 Quia comederūt Iacob: & locum eius desolauerunt.
8 ‖ Ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarū, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sum nimis. Isa. 64,9.
9 Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: - 6 MS. R. Aug. G. H. C. & H. C.
10 Ne fortè dicant in Gentibus, Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Vltio sanguinis seruorum tuorum qui
11 effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachij tui possede filios mortificatorum.
12 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.
13 Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum,
In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.
1 In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus. τῷ ἀσάφ.
Lat. LXXIX. Heb. LXXX.
2 QVi regis Israël, intende: qui deducis velut ouem Ioseph. tanquam oues MS. Hier.
Qui sedes super cherubim, manifestare
coram Ephraim, * Beniamin & Manasse. Ephrem Aug. * & MS. Hier. Aug. R. G. H. C.
3 Excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos.
4 Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
5 Domine Deus virtutum, quousq. irascēris super orationem serui tui?
6 Cibabis nos pane lachrymarū: & potū dabis nobis in lachrymis in mensura?
7 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.
8 Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
9 Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.
10 Dux itineris fuisti in cōspectu eius, & plātasti radices eius, & implenit terram.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Operuit montes vmbra eius: & arbu- 11
sta eius cedros Dei.
Extendit palmites suos vsque ad mare: 12
& vsque ad flumen propagines eius.
Vt quid destruxisti maceriam eius, & 13
vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?
Exterminauit eã aper de sylua: & ‖singularis ferus' depastus est eam. 14
Deus virtutum conuertere: respice de 15
cælo, & vide, & visita vineam istam.
Et perfice eam quam plantauit dextera 16
tua: & super ‖filium ←hominis' quem cõfirmasti tibi.
Incensa igni & suffossa, ab increparione 17
vultus tui peribunt.
Fiat man' tua super virũ dexteræ tuę: 18
& super filiũ hominis quẽ cõfirmasti tibi.
Et nõ discedimus à te: viuificabis nos, 19
& nomen tuum inuocabimus.
Domine Deus virtutum conuerte nos: 20
& ostende faciem tuam, & salui erimus.
In finem pro torcularibus ←Psalmus' 1
ipsi Asaph, ←quinta sabbathi'.

Lat. LXXX. *Heb.* LXXXI.

EXultate Deo adiutori nostro: iubilate 2
Deo Iacob.
Sumite psalmum, & date tympanum: 3
psalterium iucundum cum cithara.
Buccinate in Neomenia tuba, in insigni 4
die solennitatis ‖vestræ',
Quia præceptum ←‖in' Israël est, & iu- 5
dicium Deo Iacob.
‖ Testimonium in Ioseph posuit illud, 6
cùm exiret de Terra-Aegypti: linguam quam non nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorsum eius: ma- 7
nus eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me, & libera- 8
ui te, exaudiui te in abscõdito tẽpestatis: ‖probaui te apud aquam cõtradictionis.
‖ Audi populus meus, & cõtestabor te: 9
Israël si audieris me, nõ erit in te Deus 10
recens, neque adorabis Deum alienum.
Ego enim sum Dominus Deus tuus qui 11
eduxi te de Terra-Aegypti: dilata os tuũ, & implebo illud.
Et non audiuit populus meus vocem 12
meam, & Israël non intendit mihi.
Et dimisi eos secundũ desideria cordis 13
eorum, ibunt in adinuentionibus suis.
‖ Si populus meus audisset me; Israël si 14
in viis meis ambulasset:
Pro nihilo forsitã inimicos eorum hu- 15
miliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit 16
tempus eorum in ‖secula'.
Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de 17
petra, melle saturauit eos.
Psalmus Asaph. 1

Lat. LXXXI. *Heb.* LXXXII.

DEus stetit in synagoga deorum: in
medio autem deos diiudicat.
Vsquequo iudicatis iniquitatem: & fa- 2
cies peccatorum sumitis?
Iudicate egeno & pupillo: humilem & 3
pauperem iustificate.
Eripite pauperem: & egenum de ma- 4
nu peccatoris liberate.
Nescierunt, neque intellexerunt, in te- 5
nebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.
‖ Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi oẽs. 6
Vos autẽ sicut homines moriemini: & 7
sicut vnus de principibus cadetis.
Surge Deus, iudica terram: quoniam 8
tu hæreditabis in omnibus Gentibus.
Canticum Psalmi ∵ Asaph'. 1

Lat. LXXXII. *Heb.* LXXXIII.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, 2
neque compescaris Deus,
Quoniam ecce inimici tui sonuerũt: 3
& qui oderunt te, extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt 4
consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerunt, Venite, & disperdamus eos 5
de gente: & non memoretur nomen Israël vltrà.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: 6
simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ, Moab, & Agareni,
Gebal, & Ammon, & Amalec: alieni- 8
genæ cum habitantibus Tyrum.
Etenim Assur venit cũ illis: facti sunt 9
in adiutorium filiis Lot.
Fac illis sicut Madian & ‖ Siseræ: sicut 10
Iabin in torrente Cisson.
Disperierunt in Endor: facti sunt vt 11
stercus terræ.
‖ Pone principes eorum sicut Oreb & 12
Zeb, & Zebee, & Salmana,
Omnes principes eorũ: qui dixerunt, 13
Hæreditate possideamus sanctuariũ Dei.
Deus meus pone illos vt rotam, ←&' 14
sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui ‖comburit' syluam, & 15
sicut flamma comburens montes:
Ita persequẽris illos in tempestate tua, 16
& in ira tua ‖turbabis' eos.
Imple facies eorũ ignominia: & quæ- 17
rent nomen tuum Domine.
Erubescant & conturbentur in seculũ 18
seculi: & confundantur & pereant.
Et cognoscant quia nomen tibi Domi- 19
nus, tu solus altissimus ‖in omni terra'.
In finem pro torcularibus filiis Core, 1
Psalmus.

Lat. LXXXIII. *Heb.* LXXXIII.

QVàm dilecta tabernacula tua Domi- 2
ne virtutum: concupiscit & deficit 3
anima mea in atria Domini.
Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.
Etenim passer inuẽnit sibi domum: & 4
turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos,
Altaria tua Domine virtutũ, rex meus & Deus meus.
Beati qui habitant in domo tua ✝: in 5
secula seculorum laudabunt te.

Beatus

∵μονὸς ἄγελος,

←10 MS. G.q.H. *Legitur autem ab Aug. & G.* ‖*regem Christum C.*

←H.C. ←2 MS. R.G.H.C. *Exponitur autem ab Aug.*

‖*nostræ MS. Hier. H.C. Textui autẽ, G. conueniunt.* ←MS.G. ‖*ipsi Aug. Ge.41,25. 45. Exo. 17,5. Exo.20,2.*

Act.14, 16.

Baruc.3,13

‖*seculo MS. Numero singulari, etiã Aug. G.H. et C.legũt.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Beatus vir cuius est auxilium abs te, 6
ascensiones in corde suo disposuit, in 7
valle lachrymarum in loco quem posuit.
Etenim ‖benedictiones' dabit legisla- 8
tor, ibunt ∴ de virtute in virtutem': vi-
debitur Deus deorum in Sion.
Dñe Deus virtutum exaudi orationem 9
meam: auribus percipe Deus Iacob.
Protector noster aspice Deus, & respice 10
in faciem Christi tui:
Quia melior est dies vna in atriis tuis 11
super millia. Elegi abiectus esse in domo
Dei mei: magis quàm habitare in taber-
naculis peccatorum.
Quia misericordiã & veritatem diligit 12
*Deus: gratiam & gloriam dabit Dñs.
Non priuabit bonis eos qui ambulant
in innocentia:
Dñe virtutũ, beat? homo q̃ sperat in te. 13

In finem filiis Core Psalmus. 1

Lat. LXXXIIII. *Heb.* LXXXV.

BEnedixisti Domine terram tuam: a- 2
uertisti captiuitatem Iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tuæ: ope- 3
ruisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam: auertisti 4
ab ira indignationis tuæ.
Conuerte nos Deus salutaris noster: 5
& auerte iram tuam à nobis.
Nunquid in æternum irascêris nobis? 6
aut extendes iram tuam à generatione in
generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: & 7
plebs tua lætabitur in te.
Ostende nobis Domine misericordiam 8
tuam: & salutare tuum da nobis.
Audiã quid loquatur in me Dñs Deus: 9
quoniã loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos, & in eos qui con-
uertuntur ad cor.
Veruntamẽ prope timẽtes eũ salutare 10
ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia & veritas obuiauerunt si- 11
bi: iustitia & pax osculatæ sunt.
Veritas de terra orta est: & iustitia de 12
cælo prospexit.
Etenim Dominus dabit benignitatem, 13
& terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambulabit: & ponet 14
in via gressus suos.

Oratio ipsi Dauid. 1

Lat. LXXXV. *Heb.* LXXXVI.

INclina Dñe aurẽ tuam, & exaudi me:
quoniam inops & pauper sum ego.
Custodi animam meam, quoniam san- 2
ctus sum: saluum fac seruum tuum Deus
meus sperantem in te.
Miserere mei Dñe, quoniã ad te ‖clama- 3
ui' tota die: lętifica animã serui tui, quo- 4
niã ad te Domine animam meam leuaui.
QM̃ tu Dñe suauis & mitis, & multæ 5
misericordiæ omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe Dñe orationẽ meam: 6
& intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamaui ad te: 7
quia exaudisti me.
8 Non est similis tui in diis Domine: &
non est secundum opera tua.
9 Omnes gentes quascunque fecisti, ve-
nient, & adorabunt coram te Domine: &
glorificabunt nomen tuum.
10 Quoniam magnus es tu, & faciens mi-
rabilia: tu es Deus solus.
11 Deduc me Domine in via tua, & in-
grediar in veritate tua: lætetur cor meum
vt timeat nomen tuum.
12 Confitebor tibi Domine Deus meus
in toto corde meo, & glorificabo nomen
tuum in æternum:
13 Quia misericordia tua magna est su-
per me: & eruisti animam meam ex in-
ferno inferiori.
14 Deus, iniqui insurrexerũt super me, &
synagoga potẽtiũ quæsierũt animã meã:
& non proposuerunt te in conspectu suo.
15 Et tu Dñe De? miserator & misericors,
patiens, & multæ misericordiæ, & verax,
16 Respice in me, & miserere mei, da im-
perium tuum puero tuo: & saluum fac
filium ancillæ tuæ.
17 Fac mecũ signũ in ‖bonũ', ‖vt' videant qui oderũt me, & cõfundantur, quoniã tu Dñe adiuuisti me, & consolatus es me.

‖bono MS. Aug. ‖& MS.R. G.H.C.

1 Filiis Core Psalmus cantici.

Lat. LXXXVI. *Heb.* LXXXVII.

FVndamenta eius in mõtibus sanctis:
2 Diligit Dominus portas Sion super
omnia tabernacula Iacob.
3 Glorioſa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
4 Memor ero ∴ Raab' & Babylonis ‖scien-
tiũ' me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & po-
pulus Aethiopum, hi fuerunt illic.
5 Nũquid Siõ dicet, Homo, & homo nat?
est in ea: & ipse fundauit eã Altissimus?
6 Dñs narrabit in ‖scripturis' populorum,
& principum, horum qui fuerunt in ea.
7 Sicut lætantium omnium habitatio
– est' in te.

רהב *quod Chaldæus Aegyptum exponit. Meretricis illius nomen est*

1 Canticum Psalmi filiis Core in finem
pro Maheleth ad respondendum, ∴ intel-
lectus Eman' Ezrahitæ.

Lat. LXXXVII. *Heb.* LXXXVIII.

2 DOmine Deus salutis meæ, in die
clamaui & nocte coram te.
3 Intret in conspectu tuo oratio mea: in-
clina aurem tuam ad precem meam:
4 Quia repleta est malis anima mea: &
vita mea inferno appropinquauit.
5 Aestimatus sum cum descendentibus
in lacum: factus sum sicut homo sine ad-
6 iutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepul-
chris, quorum non es memor amplius: &
ipsi de manu tua repulsi sunt.
7 Posuerunt me in lacu inferiori: in te-
nebrosis, & in vmbra mortis.
8 Super me cõfirmatus est furor tuus: &
omnes fluctus tuos induxisti super me.
9 Longè fecisti notos meos à me: posue-
runt me abominationem sibi.
10 Traditus sum, & non egrediebar: oculi
mei languerunt præ inopia.

רהב ‖scientibus MS. Aug. R.G.C. *Insuper H. ad hunc modum rectissimè transferuntur.* ‖scriptura MS.R.G.H. – MS.R. Aug. G.H. ∴ συνέσεως αἰμὰν τῷ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebũtur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?
Nũquid cognoſcẽtur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.
Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?
Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus.
In me tranſierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
Circundederũt me ſicut aqua: tota die circundederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicum & proximum: & notos meos à miſeria.

ὑ Intellectus Ethan' Ezrahitæ.

Lat. LXXXVIII. *Heb.* LXXXIX.

MIſericordias Dñi in æternũ cãtabo. In ᵘgenerationẽ' & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.
Quoniam dixiſti, In æternum miſericordia ædificabitur: in cælis præparabitur veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentũ electis meis, ‖ iuraui Dauid ſeruo meo,
Vſq. in æternũ præparabo ſemẽ tuum.
Et ædificabo in ᵘgenerationem' & generationem ſedem tuam.
Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: etenim veritatẽ tuã in eccleſia ſanctorũ.
Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit ᵘDeo' in filiis Dei?
Deus qui glorificatur in concilio ſanctorum: magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt.
Dñe Deus virtutũ, quis ſimilis tibi? potẽs es Dñe, & veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum: in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.
Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti:
aquilonem & mare tu creaſti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potẽtia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.
Miſericordia & veritas præcedent faciẽ tuã: beatus populus qui ſcit iubilationẽ.
Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur.
Qm̃ gloria virtutis eorũ tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.
Quia Domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſraël regis noſtri.
Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti, Poſui adiutorium ᵘin potente'; & exaltaui electum de plebe mea.
Inueni Dauid ſeruum meum: ‖ oleo ſancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum ᵘconfortabit' eum.
Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ᵘei'.
Et concidã à facie ipſius inimicos eius: & odientes eum, in fugam conuertam.
Et veritas mea, & miſericordia mea cũ ipſo: & in noĩe meo exaltabitur cornu ei'.
Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.
Ipſe ᵘinuocauit' me, Pater meus es tu: Deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ.
Et ego primogenitum ponam illum: excelſum præ regibus terræ.
In ęternum ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamẽtum meum fidele ipſi.
Et ponam in ſeculũ ſeculi ſemen eius: & thronum eius ſicut dies cæli.
Si aũt' dereliquerint filij ei' legẽ meã, & in iudiciis meis non ambulauerint:
Si iuſtitias meas prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint:
Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.
Miſericordiam autẽ meam non diſpergam ab eo, neq. ᵘnocebo' in veritate mea,
Neq. prophanabo teſtamentũ meũ, & quę ꝓcedũt de labiis meis nõ faciã irrita.
Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid
mẽtiar: ‖ ſemẽ eius in ęternũ manebit.
Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis.
Tu verò repuliſti & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum.
ᵘAuertiſti' teſtamentum ſerui tui: prophanaſti in terra ſanctuarium eius.
Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.
Exaltaſti dexteram ᵘdeprimentium eum': lætificaſti omnes inimicos eius.
Auertiſti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.
Deſtruxiſti eum ᵘab emundatione': & ſedem eius ᵘin terra' colliſiſti.
Minoraſti dies temporis eius: perfudiſti eum confuſione.
Vſquequo Domine auertis in finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua?
Memorare quæ mea ſubſtantia: nunquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?
Quis eſt homo qui viuet, & nõ videbit mortẽ: eruet animã ſuã de manu inferi?
Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Dñe, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?
Memor eſto Domine opprobrij ſeruorum tuorum (quod cõtinui in ſinu meo) multarum gentium;

ὑ συνέσεως αἰθὰμ τῷ

ᵘgeneratione MS. *Textus lectio G. reſpondet, vt hoc, & proximo loco.*

2 Re. 7, 12.

ᵘgeneratione MS. *Hier.*

ᵘDomino MS. R. *Hier. Aug. G. H. C.*

Gen. 1, 2.

ᵘ deſtruxiſti MS. H. C. Tum verſi, plu[illegible] ſedauer[illegible] eidemque confeſtim *Aug.* 2 Re. 7, 11.

ᵘ Euertiſti MS. Q.

ᵘ inimicorum eius MS. *Aug.* Quæ in Textu lectio, *Hier.* & G. conſentit ea mutatione Nũ in tertium MS. G.

2 Re. 7, 11.

Quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod exprobrauerũt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt, commutationem Christi tui. 52

Benedictus Dñs in æternum: fiat fiat. 53

Oratio Moysi hominis Dei. 1

Lat. LXXXIX. *Heb.* XC.

DOmine, refugium * factus es nobis
à generatione in generationem'.
Priusquam montes fierent, ‖aut' formaretur terra, & orbis: à seculo & vsque in seculum tu es Deus. 2

Ne auertas hominẽ in humilitatẽ: & dixisti, Conuertimini filij hominum. 3

Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit,
Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. 5

Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat. 6

Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. 7

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui. 8

Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus. 9

Anni nostri sicut aranea ‖ meditabuntur': dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. 10

Si autẽ in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.

Quis nouit potestatẽ iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? 11

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia. 12

Conuertere Domine, vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos. 13

Repleti sumus manè misericordia tua: & exultauimus, & delectati sum* in omnibus diebus nostris. 14

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. 15

Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. 16

Et sit splendor Dñi Dei nostri sup nos, & opera manuũ nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige. 17

Laus cantici ∵ Dauid'.

Lat. XC. *Heb.* XCI.

QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli cõmorabitur. 1

Dicet Dño, Susceptor meus es tu & refugium meũ, Deus meus sperabo in eum. 2

Quoniam ipse‖ liberauit me* de laqueo venantium, & à verbo aspero. 3

*Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. 4

Scuto circundabit te veritas eius: nõ timebis à timore nocturno, 5

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. 6

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem nõ appropinquabit. 7

Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis. 8

Quoniam tu es Dñe spes mea: ∵ Altissimum posuisti refugium tuum'. 9

Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. 10

Quoniã ‖ angelis suis ‖ mandauit' de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. 11

In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. 12

Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. 13

Quoniã in me sperauit, * liberabo eũ: protegã eũ, quoniã cognouit nomẽ meũ. 14

‖ Clamauit' ad me, & exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. 15

‖ Longitudine' dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum. 16

1 Psalmus cantici in die sabbathi.

Lat. XCI. *Heb.* XCII.

BOnum est confiteri Dño, & psallere nomini tuo Altissime: 2

Ad annuntiandum manè misericordiã tuam, & veritatem tuam per noctem, 3

In decachordo* psalterio, cum cantico, in cithara. 4

Quia delectasti me Dñe in factura tua: & in operibus manuũ tuarum exultabo. 5

‖ Quã magnificata sunt opera tua Dñe! nimis ‖ fũdę factæ sunt cogitationes tuę. 6

Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. 7

Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, 8

Vt intereant in seculum seculi, (tu autem altissimus in æternum Domine.) 9

Quoniã ecce inimici tui Dñe, quoniã ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. 10

Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia huberi. 11

Et despexit oculus meus inimicos meos: & *insurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea. 12

Iustus vt palma florebit: * sicut cedrus Libani multiplicabitur. 13

Plantati in domo Dñi, in atriis ‖ domus' Dei nostri florebunt. 14

Adhuc multiplicabuntur in senecta huberi, & bene patientes erunt: vt annuntient 15 16

Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

Laus cãtici ipsi Dauid in die ante sabbathum, quando fundata est terra.

Lat. XCII. *Heb.* XCIII.

1 DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

* tu 3 MS. Aug. H. C. ‖ in generatione & generatione 1 MS. R. G. H. C. & 8 MS. R. Hier. Aug. G. H. C.

‖ meditabitur MS. R. G. Est videre ipsi, et August. hoc modi lectio. Ecclesiast. 18, 2.

* tu 2 Edit. Antegraphus Psalmus iste, & C. liberabit 1 MS. Hier. Aug. liberabit R. G. H.

* 6 MS. G. H. C.

∵ Titulus hic in codicibus Hebraicis, & Chaldaicis, & Euthymio teste, emẽdatioribus Græcis, omnino nõ legitur. Verumtamẽ ab Aug. expositus.

* & MS. R. G. H.

‖ Clamabit R. G. H. C.

‖ Longitudinem MS. G.

* & 1 MS.

* & in H. * in C. nihil verò horum, additur Aug. & codicibus G. Inf. 110, 2.

* ab 2 MS. Hier.

* in 1 MS. R. Aug. G. H. C.

* & MS q. - MS. R. Hier. G. H. C. Titulus hic in codicibus Hebraicis, & Chaldaicis, & Euthymio teste, emẽdatioribus Græcis, omnino nõ legitur. Verumtamẽ ab Aug. expositus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es. 2
Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam. 3
Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum. 4
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in ‖longitudine' dierum. 5

‖longitudinem 3 MS. G. ~H.C.

~Psalmus ipsi Dauid quarta sabbathi'.

Lat. XCIII. *Heb.* XCIIII.

DEus vltionum Dñs: Deus vltionum liberè egit. 1
Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. 2
Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur, 3
Effabuntur & loquentur iniquitatẽ, loquentur omnes qui operantur iniustitiã? 4
Populum tuũ Dñe humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt. 5
Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt. 6
Et dixerunt, Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob. 7
Intelligite insipiẽtes in populo: & stulti aliquando sapite. 8
Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? 9
Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? 10
Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. 11
Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. 12
Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea: 13
Quia non repellet Dñs plebẽ suam, & hæreditatem suam non derelinquet: 14
Quoadusque ‖iustitia conuertatur in iudicium', & qui iuxta ‖illam' omnes ‖qui recto' sunt corde. 15
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? 16
Nisi quia Dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. 17
Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me. 18
Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. 19
Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis? * qui ‖fingis' ‖laborem' in præcepto? 20
Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt. 21
Et factus est mihi Dominus in refugiũ, & Deus meus in adiutorium spei meæ. 22
Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster. 23

‖in iustitiã cõuertatur iudicium MS. ‖illa MS. Q.n. ‖recti 1 MS. G.H. C.

*& 1 MS ‖fingit 2 MS. Q.n. ‖dolore 16 MS. Q.n.

~Laus cantici ipsi Dauid'. 1

~H.C.

Lat. XCIIII. *Heb.* XCV.

VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: 1
Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. 2
Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes deos. 3
Quia in manu eius sunt fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt. 4
Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerũt. 5
Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos: 6
quia ipse est Dominus Deus noster, 7
Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.
‖Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; 8
Sicut in irritatione secundũ diem tentationis in deserto, 9
Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. 10
Quadraginta annis offensus fui generationi illi; & dixi, Semp hi errãt corde. 11
Et isti nõ cognouerũt vias meas: ‖vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

‖Heb. ‖Heb.

Canticum ipsi Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem.
1 *Paral.* 16, 23.

Aegyptius hebraeo Chaldæus 1 Par. 23

Lat. XCV. *Heb.* XCVI.

CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. 1
Cãtate Dño, ~&' benedicite nomini eiº: annũtiate de die in diẽ salutare eius. 2
Annuntiate inter Gentes gloriã eius, in omnibus populis mirabilia eius. 3
Quoniam magnus Dñs, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. 4
Quoniam omnes dij Gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit. 5
Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. 6
Afferte Domino patriæ Gentiũ, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius. 7 8
Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dñm in atrio sancto eius. Cõmoueatur à facie eius vniuersa terra: 9
dicite in Gentibus quia Dñs regnauit. 10
Etenim correxit orbem ~terræ' qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
Lætentur cæli, & exultet terra; cõmoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. 11 12
Tunc exultabunt omnia ligna siluarũ à facie Domini, quia venit; quoniam venit iudicare terram. 13
Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

~MS.L. G.H.C. ~MS.H. C.Q.n.

Huic Dauid, quando terra eius restituta est ei. 1

*Psalmus 3 MS.R. Hier. G. Versio G.e. non addunt. *Sicut ruta apud Hebræos G.

Lat. XCVI. *Heb.* XCVII.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius. 2

Ignis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. 3
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra. 4
Mõtes sicut cera fluxerunt à facie Dñi, à facie Domini omnis terra. 5
Annuntiauerunt cæli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. 6
¶ Cõfundãtur oẽs qui adorãt sculptilia, & [a] qui gloriantur in simulachris suis. 7
¶ Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion. 8
Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine:
Quoniã tu Dñs altissimus sup omnẽ terrã, nimis exaltatus es super oẽs deos. 9
¶ Qui diligitis Dñm, odite malũ: custodit Dñs animas sanctorum suorum, de manu [a] peccatoris [b] liberabit eos. 10
Lux orta est iusto, & rectis corde lętitia. 11
Lætamini iusti in Dño: & confitemini memoriæ sanctificationis eius. 12

Psalmus - ipsi Dauid'. 1

Lat. XCVII. *Heb.* XCVIII.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.
¶ Notũ fecit Dñs salutare suũ: in cõspectu Gentiũ reuelauit iustitiam suam. 2
Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israël. 3
Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.
Iubilate Domino omnis terra: cantate & exultate, & psallite. 4
Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. 5 6
Iubilate in conspectu regis Dñi: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo. 7
Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Dñi: quoniam venit iudicare terram. 8 9
Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

- Psalmus ipsi Dauid'. 1

Lat. XCVIII. *Heb.* XCIX.

DOminus regnauit, irascãtur populi: [a] qui' [a] sedes' super cherubim, moueatur terra.
Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos. 2
Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit. 3 4
Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.
Exaltate Dñm Deũ nostrũ, & adorate scabellũ pedũ eius: quoniã sanctum est. 5
Moyses & Aarõ in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocãt nomẽ eius:
Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. 6 7
Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.
Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. 8
Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniã sanctus Dominus Deus noster. 9

Psalmus in confessione. 1

Lat. XCIX. *Heb.* C.

IVbilate [a] Deo' omnis terra: seruite Domino in lætitia: 2
Introite in cõspectu ei' in exultatione.
Scitote quoniã Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos, 3
Populus eius & oues pascuæ eius. introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi, 4
Laudate nomẽ eius: quoniam suauis - est' Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationẽ & generationem veritas eius. 5

Psalmus ipsi Dauid. 1

Lat. C. *Heb.* CI.

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Domine: 2
Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.
Nõ proponebã ante oculos meos rem iniustã: facientes præuaricationes odiui. 3
Nõ adhæsit mihi cor prauũ: [a] declinantẽ à me malignũ' non cognoscebam. 4
Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. 5
Superbo oculo & insatiabili corde, cũ hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. 6
Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, nõ direxit in cõspectu oculorũ meorum. 7
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. 8

Oratio pauperis, cùm [a] anxius fuerit', & coram Domino [a] effuderit' precẽ suã. 1

Lat. CI. *Heb.* CII.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. 2
Nõ auertas faciẽ tuã à me: in quacũq. die tribulor, inclina ad me aurem tuam. 3
In quacumq. die inuocauero te, velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. 4
Percussus sũ vt fœnũ, & aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panẽ meũ. 5
A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. 6
Similis fact' sum [a] pellicano' solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. 7 8

Psalmus

- Exo. 20, 4. Leu. 26, 1. Deu. 5, 8. - MS. R. Hier. G. H. C. Heb. 1, 6.
- Amos 5, 15. Rom. 12, 9. - peccatorum 6 MS. H. C. Numera autem finalari lege Hier. & G. - H.
- Psa. 52, 10, 53, 2.
- H. C.
- Sedens H Videt 6 S. Aug.

[a] Domino 4 MS. H. C. Textui verò suffraganiur G.
[a] MS. R. G. H. C.
[a] declinante à me maligno MS. Aug. G.
[a] anxiaretur 3 MS. Aug.
[a] effudit 1 MS. Aug. Intelligi vtroquo modo possunt H. & G.
[a] pelicano 1 MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant. 9

Quia cinerē tanquā panē manducabā, & ‖potum' meum cum fletu miscebam: 10

A facie iræ * indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me. 11

Dies mei sicut vmbra declinauerūt: & ego sicut fœnum arui. 12

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. 13

Tu exurgens * misereberis Sion: quia tēpus miserendi eius, quia venit tempus. 14

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur. 15

Et timebunt Gentes ‖nomē tuū Dñe', & omnes reges terræ gloriam tuam. 16

Quia ‖ædificauit' Dominus Sion: & videbitur in gloria sua. 17

Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum. 18

‖Scribantur' hæc ‖in generatione altera': & populus qui creabitur laudabit Dominum: 19

Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit: 20

Vt audiret ‖gemitus' compeditorū, vt 21
solueret filios interemptorum:

Vt ‖annuntient' in Sion nomen Dñi, 22
& laudem ‖ eius' in Ierusalem,

In conueniendo populos in vnum, & 23
reges vt seruiant Domino.

Respōdit ei in via ‖virtutis' suæ, Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. 24

Ne reuoces me in dimidio dierū meorū: 25
in generatione & generationē anni tui.

‖Initio tu Domine terrā fundasti: & 26
opera manuum tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & 27
omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & 28
anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & 29
semen eorum in seculum dirigetur.

Ipsi Dauid. 1

Lat. CII. Heb. CIII.

BEnedic anima mea Dño: & oīa quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea Dño: & noli obliuisci omnes retributiones eius: 2

Qui propitiatur omnib⁹ iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. 3

Qui redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te in misericordia & miserationib⁹. 4

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. 5

Faciens misericordias Dñs: & iudiciū omnibus iniuriam patientibus. 6

Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israël voluntates suas. 7

‖Miserator & misericors Dominus: longanimis & multum misericors. 8

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur. 9

Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. 10

Quoniam secundùm altitudinē cæli à terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se. 11

Quantū distat ortus ab occidente: lōgè fecit à nobis iniquitates nostras. 12

Quomodo miseretur pater filiorū, misertus est Dñs timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. 13 14

Recordatus est quoniam pulvis sumus: homo sicut fœnum dies eius: tanquam flos agri sic efflorebit. 15

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & nō cognoscet amplius locum suum. 16

Misericordia autē Dñi ab æterno & vsq. in æternum super timentes eum. 17

Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius, 18

Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Dñs in cælo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur. 19

Benedicite Dño omnes' angeli eius: potentes virtute, facientes verbū illius, ad audiendam vocem sermonum eius. 20

Benedicite Dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatē eius: 21

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco ‖dominationis' eius benedic anima mea Domino. 22

Ipsi Dauid. 1

Lat. CIII. Heb. CIIII.

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Confessionem & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento, 2

Extendens cælum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. 3

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem. 4

Qui fundasti terrā super stabilitatem suam: nō inclinabitur in seculum seculi. 5

Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ. 6

Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt. 7

Ascendūt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis. 8

Terminū posuisti quē nō transgrediētur: neque conuertentur operire terram. 9

Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montiū pertransibunt aquæ. 10

Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua. 11

Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt ‖voces'. 12

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra: 13

Producens fœnū iumentis, & herbam seruituti hominum. 14

‖poculum 7MS. Hier. R.Q.n. * & 7 MS. R.Aug. G.H.C. *Domine MS. q. ‖nomen Domini 6 MS.R. Hier.G. H.C. ‖ędificabit MS.Hier. R.G. Textus autem lectio, respondet H.& C. ‖Scribatur MS.R.G. H.C. ‖in generationem alteram 4 MS.Aug. G.Q.n. ‖gemitum 6 MS.R. Aug.G.H. C. ‖annuntiet MS. ‖suam MS. Vtrouis modo vertatur, nec G nec H. reclamant. ἰχύος. Heb. 1, 14. Nu. 14, 18. ‖ eius' MS. ‖dominationis MS. Tertullia. respondet G.V. tranq. admittunt H. & C. ‖Græci, præsertim est insulæ, Hebræis & C. nullus. Heb. 1, 7. ‖vocem 10 MS.R. Hier Aug. G.H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vt educas' panem de terra: & vinum 15
lætificet' cor hominis:
Vt exhilaret faciem in oleo: & panis
cor hominis confirmet'.
Saturabũtur ligna cãpi, & cedri Libani 16
quas plantauit: illic passeres nidificabũt. 17
Herodij domus dux est eorũ, montes 18
excelsi ceruis: petra refugium herinaciis.
Fecit lunam in tempora: sol cognouit 19
occasum suum.
Posuisti tenebras, & facta est nox: in 20
ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ:
Catuli leonum rugientes vt rapiant, 21
& quærant à Deo escam sibi.
Ortus est sol, & congregati sunt, & in 22
cubilibus suis collocabũtur.
Exibit homo ad opus suum & ad ope- 23
rationem suam vsque ad vesperum.
Quàm magnificata sunt opera tua Do- 24
mine! omnia in sapientia fecisti: impleta
est terra possessione tua.
Hoc mare magnũ, & spatiosũ-mani- 25
bus', illic reptilia quorũ nõ est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic 26
naues pertransibunt:
Draco iste quem formasti ad illuden-
dum ei: omnia àte expectant vt des il- 27
lis escam in tempore.
Dante te illis, colligent: aperiente te 28
manũ tuá, omnia implebũtur bonitate.
Auertente autẽ te faciem, turbabun- 29
tur: auferes spiritum eorũ, & deficient,
& in puluerem suum reuertentur.
Emittes spiritum tuum, & creabũtur: 30
& renouabis faciem terræ.
Sit gloria Domini in seculum: lætabi- 31
tur Dominus in operibus suis:
Qui respicit terram, & facit eam tre- 32
mere: qui tangit montes, & fumigant.
Cantabo Domino in vita mea: psallã 33
Deo meo quamdiu sum.
Iucundum sit ei eloquium meum: ego 34
verò delectabor in Domino.
Deficiant' peccatores à terra, & iniqui, 35
ita vt non sint: benedic anima Domino.
Hallelu-ia.

Laus. CIIII. Heb. CV.

Confitemini Dño & inuocate nomen 1
ei': annũtiate inter Gẽtes opera eius.
Cantate ei, & psallite ei: narrate om- 2
nia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius: læ- 3
tetur cor quærentium Dominum.
Quærite Dominum, & confirmamini: 4
quærite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius quæ fe- 5
cit: prodigia eius & iudicia oris eius.
Semen Abraham serui eius: filij Iacob 6
electi eius.
Ipse Dominus Deus noster, in vniuer- 7
sa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamẽti sui, 8
verbi quod mandauit in mille genera-
tiones. Quod disposuit ad Abraham: 9
& iuramenti sui ad Isaac:
Et statuit illud Iacob in præceptum, 10
& Israël in testamentum æternum,
Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan, 11
funiculum hæreditatis vestræ.
Cùm essent numero breui', pauciss- 12
mi, & incolæ eius:
Et pertransierunt de gente in gentem, 13
& de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: & 14
corripuit pro eis reges.
Nolite tangere christos meos: & in 15
prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem super terram: & 16
omne firmamentum panis contriuit.
Misit ante eos virum: in seruum ve- 17
nundatus est Ioseph.
Humiliauerunt in compedibus pe- 18
des eius, ferrum pertransiit animã' eius,
donec veniret verbum eius. 19
Eloquium Domini inflammauit eum:
misit rex, & soluit eum; princeps po- 20
pulorum, & dimisit eum.
Constituit eum dñm domus suæ, & 21
principem omnis possessionis suæ:
Vt erudiret principes eius sicut seme- 22
ipsum, & senes eius prudentiã doceret.
Et intrauit Israël in Aegyptum, & Ia- 23
cob accola fuit in Terra-Cham.
Et auxit populum suum vehementer: 24
& firmauit eum super inimicos eius.
Cõuertit cor eorũ vt odirent populum 25
eius, & dolum facerent in seruos eius.
Misit Moysen seruum suum: Aaron 26
quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signorum suorum, 27
& prodigiorum in Terra-Cham.
Misit tenebras, & obscurauit: & non 28
exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eorum in sanguinẽ, 29
& occidit pisces eorum.
Edidit terra eorum ranas in pene- 30
tralibus regum ipsorum.
Dixit, & venit cynomyia': & cinifes 31
in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinem: ig- 32
nem comburentem in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorũ & ficulneas 33
eorũ: & contriuit lignũ finium eorum.
Dixit, & venit locusta & bruchus, cu- 34
ius non erat numerus:
Et comédit omne fœnũ in terra eorũ: 35
& comédit omnẽ fructum terræ eorum.
Et percussit omne primogenitũ in ter- 36
ra eorũ, primitias omnis laboris eorum
Et eduxit eos cũ' argento & auro: & 37
non erat in tribubus eorum infirmus.
Lętata est Aegyptus in profectione eo- 38
rũ: quia incubuit timor eorum sup eos.
Expandit nubẽ in protectionẽ eorũ, 39
& ignẽ vt luceret eis per noctem.
Petierunt, & venit coturnix: & pane 40
cæli saturauit eos.
Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: 41
abierunt in sicco flumina:
Quoniã memor fuit verbi sancti sui 42
quod habuit ad Abraham puerum suum.
Et eduxit populum suum in exulta- 43

educat 2 MS. Aug. Q.n. — lætificat 7 MS.R. Hier.G. Lætificabit H. — confirmat MS.R. Hier.C. confirmabit H.C. — 1 MS. R. Aug. Q.n. — Deficient MS. H.C. Secsum Antiochum quem cum Aug. Textus indicat, et G. indicant. — 1 Par. 16,8. Isa. 12,4. — Gen. 22,16 — Psal. 145,2.

breues MS.G. — 1 Par. 16,22 2 Reg. 1, 14 — Gen. 37,36. — Gen. 39,20 anima MS.R.G. Q.n — Gen. 41, 14 — Gen. 41, 40 — Gen. 46,6. — Ex 07. — Act. 7, 17. vt MS.R. — G.H.C. Exo. 3, 10. 4,29. Exod. 7,10 — Exo. 10,21 — Exo. 7, 20. — Exod. 8, 6. Et dedit MS. Aug. Q.n. — Exod. 8,24 cœnomyia Hier. ad Sun. — Exod. 9,23 Exo. 10, 12 — Exo. 12,19. Exo, 12,35 — in MS. R. Aug. G. — Textus aũt sensum exprimit. — Exo. 13,21. — Psal. 77,14. 1 Cor. 10, 1 — Exo. 16,13. 15. — Nu. 20, 11 Gen. 17,7 — Ios. 3, 17.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tione, & electos ſuos in lætitia.
¶ Et dedit illis regiones Gentium, & 41
labores populorum poſſederunt:
Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & 42
legẽ eius requirãt. * Hallelu-ia.

Lat. CV. *Heb.* CVI.

C Onfitemini Dño quoniam bonus: 1
quoniã in ſeculũ miſericordia eius.
¶ Quis loquetur potentias Domini, 2
auditas faciet omnes laudes eius?
Beati qui cuſtodiunt iudicium, & fa- 3
ciunt iuſtitiam in omni tempore.
Memento noſtri Dñe in beneplacito 4
populi tui: viſita nos in ſalutari tuo:
Ad videndum in bonitate electorum 5
tuorum: ad lætandũ in lætitia gentis tuę:
vt lauderis cum hæreditate tua.
¶ Peccauimus cum patribus noſtris: in- 6
iuſtè egimus, iniquitatem fecimus.
Patres noſtri in Aegypto non intelle- 7
xerunt mirabilia tua: non fuerunt memo
res multitudinis miſericordiæ tuæ.
Et irritauerunt aſcendentes in mare,
Mare-rubrum.
Et ſaluauit eos propter nomen ſuum: 8
vt notam faceret potentiam ſuam.
¶ Et increpuit Mare-rubrum, & exic- 9
catum eſt: & deduxit eos in abyſsis ſicut in deſerto:
Et ſaluauit eos de manu odientium: 10
& redemit eos de manu inimici.
¶ Et operuit aqua tribulantes eos: vn' 11
ex eis non remanſit.
Et crediderunt *verbis eius: & lauda- 12
uerunt laudem eius.
Citò fecerunt, obliti ſunt operũ eius: 13
& non ſuſtinuerunt conſilium eius.
Et concupierunt cõcupiſcentiã in de- 14
ſerto: ¶ & tentauerunt Deũ in inaquoſo.
¶ *Dedit eis petitionem ipſorum: & 15
miſit ſaturitatem in ‖animas' eorum.
Et irritauerunt Moyſen in caſtris: Aa- 16
ron ſanctum Domini.
Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan: 17
& operuit ſuper congregationẽ Abiron.
Et exarſit ignis in ſynagoga eorum: 18
flamma combuſsit peccatores.
¶ Et fecerunt vitulum in Horeb: & 19
adorauerunt ſculptile.
Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimi- 20
litudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti ſunt Deũ qui ſaluauit eos, qui 21
fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in 22
Terra-Cham: terribilia in Mari-rubro.
¶ Et dixit vt diſperderet eos: ſi non 23
Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius,
Vt auerteret iram eius ne diſperderet
eos: & pro nihilo habuerũt terram de- 24
ſiderabilem:
Non crediderũt verbo eius, & mur- 25
murauerunt in tabernaculis ſuis: nõ exaudierunt vocem Domini.
¶ Et eleuauit manum ſuam ſuper eos: 26
vt proſterneret eos in deſerto,
Et vt deiiceret ſemẽ eorũ in Nationi- 27
bus, & diſpergeret eos in regionibus.
Et initiati ſunt Beel-phegor: & com- 28
ederunt ſacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eũ in adinuentionibus 29
ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.
¶ Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſa- 30
uit quaſſatio.
Et reputatũ eſt ei ‖in' iuſtitiã in gene- 31
ratione & generationẽ, vſq. in ſẽpiternũ.
¶ Et irritauerunt eũ ad ‖ Aquas' cõtra- 32
dictionis: & vexatus eſt Moyſes ꝓpter
eos: quia exacerbauerunt ſpiritũ eius.
Et diſtinxit in labiis ſuis, nõ diſper- 34
diderunt gentes quas dixit Dñs illis.
Et commiſti ſunt inter gentes, & didi- 35
cerũt opera eorũ: & ſeruierũt ſculpti- 36
libus eorũ: & factũ eſt illis in ſcandalũ.
Et immolauerunt filios ſuos, & filias 37
ſuas dæmoniis.
Et effuderunt ſanguinem innocentem, 38
ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum
ſuarum, quas ſacrificauerũt ſculptilibus
Chanáan.
Et ‖interfecta' eſt terra in ſanguinibus,
& cõtaminata eſt in operibus eorũ: & 39
fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.
Et irat' eſt furore Dñs in populũ ſuũ: 40
& abominatus eſt hæreditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gentium: & 41
dominati ſunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum, & 42
humiliati ſunt ſub manibus eorũ: ſæpe 43
liberauit eos.
Ipſi aũt exacerbauerũt eũ in conſilio
ſuo: & humiliati ſunt in iniquitatib. ſuis.
Et vidit cũm tribularẽtur, & ‖audiuit' 44
orationem eorum.
¶ Et memor fuit teſtamenti ſui: & pœ- 45
nituit eum ſecũdùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.
Et dedit eos in miſericordias in con- 46
ſpectu omnium qui ceperant eos
Saluos nos fac Domine Deus noſter, 47
& congrega nos de Nationibus:
Vt confiteamur nomini ſancto tuo: &
gloriemur in laude tua.
Benedictus Dñs Deus Iſraël à ſeculo & 48
vſq. in ſeculũ: & dicet omnis populus,
Fiat, fiat. Hallelu-ia.

Lat. CVI. *Heb.* CVII.

¶ Onfitemini Dño quoniam bonus: 1
quoniã in ſeculũ miſericordia eius.
Dicant qui redempti ſunt à Domino, 2
quos redemit de manu inimici: * de regionibus congregauit eos.
A ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & 3
mari.
Errauerũt in ſolitudine in inaquoſo: 4
viam ciuitatis habitaculi nõ inuenerunt,
Eſurientes & ſitientes: anima eorum 5
in ipſis defecit.
Et clamauerũt ad Dñm cũ tribularẽ- 6
tur: & de neceſsitatibus eorũ eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam: vt irẽt 7
in ciuitatem habitationis.
Confiteãtur Dño ‖miſericordiæ' eius: 8
& mira-

*Hallelu-ia 1 MS. R. Hier. G. H C. Etiã Auguſtino duplex Hallelu-ia' lectũ eſt.
Inf. 110, 6.
Indith 13. 21.
Eccl. 43, 35
Iudith 7, 19.
Exo. 14, 22
Exo. 14, 27.
*in MS. Hier. Aug. H. C. Verũ à G. nõ additur.
Num. 11, 4.
Exo. 17, 2.
Num. 11, 31
*Et 4 MS. R. Hier. Aug. G. H. C.
‖animam MS. H.
Textus aũt conformis eſt G.
Nu. 16, 31.
Deu. 11, 6.
Exo. 32, 4.
Exo. 32, 10
Nu. 14, 32.
Num. 25
‖ad 1 MS. Hier.
Nu. 20, 13
‖Aquam MS. Aug. R. G.
‖infecta 4 MS. R. Q. n.
‖audiret MS. R. Aug. G. H. C.
Deu. 30, 1.
Iudith 13. 21.
*& 2 MS. R. G. H. C.
‖miſericordia MS. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& mirabilia eius filiis hominum.
Quia satiauit animam inanem: & a- 9
nimam esurientem satiauit bonis.
Sedentes in tenebris & vmbra mortis : 10
vinctos in mendicitate & ferro:
Quia exacerbauerunt eloquia Dei, & 11
consilium Altissimi irritauerunt.
Et humiliatũ est in laborib⁹ cor eorũ: 12
infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerũt ad Dñm cũ tribularẽ- 13
tur: & de necessitatib. eorũ liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris & vmbra 14
mortis: & vincula eorum disrupit.
Confiteantur Dño misericordiæ eius: 15
& mirabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas æreas: & vectes 16
ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorum: 17
propter iniustitias enim suas humiliati sũt.
Oẽm escã abominata est aĩa eorũ : & 18
appropinquauerũt vsq. ad portas mortis.
Et clamauerũt ad Dñm cũ tribularẽ- 19
tur, & de necessitatib. eorũ liberauit eos.
Misit verbum suũ, & sanauit eos: & 20
eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur Dño misericordiæ eius: 21
& mirabilia eius filiis hominum.
Et sacrificẽt sacrificium laudis, & an- 22
nuntient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus, fa- 23
cientes operationem in aquis multis,
Ipsi viderunt opera Domini, & mira- 24
bilia eius in profundo.
Dixit, & stetit spiritus procellæ: & ex- 25
altati sunt fluctus eius.
Ascendunt vsque ad cælos, & descen- 26
dunt vsque ad abyssos: anima eorum in
malis tabescebat.
Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: 27
& omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerũt ad Dñm cũ tribularen- 28
tur, & de necessitatib. corũ eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram : & 29
siluerunt fluctus eius.
Et lætati sunt, quia siluerunt: & dedu- 30
xit eos in portum voluntatis eorum.
Cõfiteantur Dño misericordiæ eius: 31
& mirabilia eius filiis hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: 32
& in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum: & exitus 33
aquarum in sitim:
Terram fructiferam in salsuginem, à 34
malitia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum: & 35
terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esurientes : & con- 36
stituerunt ciuitatem habitationis.
Et seminauerunt agros, & plantaue- 37
runt vineas: & fecerunt fructũ natiuita-
tis. Et benedixit eis, & multiplicati sũt 38
nimis: & iumenta eorũ non minorauit.
Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tri- 39
bulatione malorum & dolore.
Effusa est contentio super principes: 40
& errare fecit eos in inuio, & nõ in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: & po- 41
suit sicut oues familias.
Videbunt recti, & lætabũtur : & om- 42
nis iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiens, & custodiet hæc ? & in- 43
telliget misericordias Domini?

1 Canticum Psalmi ipsi Dauid.
Lat. CVII. Heb. CVIII.

2 PAratũ cor meum Deus, paratum cor
meũ: cãtabo, & psallã in gloria mea.
3 Exurge psalterium & cithara: exurgam
diluculo.
4 Confitebor tibi in populis Dñe, &
psallam tibi in nationibus.
5 Quia magna est super cælos miseri-
cordia tua: & vsq. ad nubes veritas tua.
6 Exaltare super cælos Deus, & super
7 omnem terram gloria tua: vt liberen-
tur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua, & exaudi me:
8 Deus locutus est in sancto suo,
Exultabo, & diuidam Sichimam: & cõ-
uallem tabernaculorum dimetiar.
9 Meus est Galaad, & meus est Manas-
ses: & Ephraim susceptio capitis mei.
10 Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum
meũ : mihi alienigenæ amici facti sunt.
11 Quis deducet me in ciuitatẽ munitã?
quis deducet me vsque in Idumæam?
12 Nonne tu Deus qui repulisti nos, &
non exibis, Deus, in virtutibus nostris?
13 Da nobis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis.
14 In Deo faciemus virtutem : & ipse ad
nihilum deducet inimicos nostros.

1 In finem, Psalmus Dauid.
Lat. CVIII. Heb. CIX.

2 DEus laudẽ meã ne tacueris : quia os
peccatoris & os dolosi super me a-
pertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolo-
3 sa, & sermonibus odij circundederunt
4 me : & expugnauerunt me gratis. Pro
eo vt me diligerent, detrahebant mihi:
ego autem orabam.
5 Et posuerunt aduersum me mala pro
bonis, & odium pro dilectione mea.
6 Constitue super eum peccatorem : &
diabolus stet à dextris eius.
7 Cùm iudicatur, exeat condemnatus: &
oratio eius fiat in peccatum.
8 Fiant dies eius pauci: & episcopatũ
eius accipiat alter.
9 Fiãt filij ei⁹ orphani, & vxor ei⁹ vidua.
10 Nutantes transferantur filij eius, &
mendicent: & eiiciantur de habitatio-
nibus suis.
11 Scrutetur fœnerator omnem substan-
tiã eius : & diripiant alieni labores eius.
12 Nõ sit illi adiutor : nec sit qui misе-
reatur pupillis eius.
13 Fiant nati eius in interitum : in gene-
ratione vna deleatur nomen eius.
14 In memoriam redeat iniquitas patrum
eius in cõspectu Domini : & peccatum

matris

misericor
dia MS.
Q.n.

Mat.8,13.
Luc.7,10.
misericor
dia MS.
Q.n.

misericor
dia MS.
Q.n.
MS.R.
G. Additur
autẽ ab H.
& C.

ntem-
o R.
r. Aug.
H.C.

Iob.22,19.
oppilauit
MS.H.C.
Textus verò respõdet
Aug. & G.
Sup.56,8.

& 1 MS.
R.G.H.
Conformiterverò Textui reddidit C.

Iob.17,12.
Act.1,20.

MS. R.
Aug.C.
Additur autem H.
& G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

matris eius non deleatur.
Fiãt contra Dñm ſemper, & diſpereat de terra memoria eorũ: pro eo quod nõ eſt recordatus facere miſericordiam.
Et perſecut⁹ eſt hominẽ inopẽ & mẽdicũ, & compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei: & noluit benedictionẽ, & elõgabitur ab eo.
Et induit maledictionem ſicut veſtimẽtum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſsibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentum quo ‖operitur', & ſicut zona qua ſemp ‖p̃cingitur'.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduerſus animam meam.
Et tu Dñe, Dñe, fac mecũ propter nomẽ tuũ: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me, quia egen⁹ & pauper ego ſum: & cor meũ ‖cõturbatũ' eſt intra me.
Sicut vmbra cũ declinat, ablatus ſum: & excuſſus ſum ſicut ‖locuſtæ'.
Genua mea infirmata ſunt à ieiunio: & caro mea immutata eſt propter oleũ.
Et ego factus ſum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita ſua.
Adiuua me Dñe Deus meus: ſaluũ me fac ſecundùm miſericordiam tvam.
Et ſciant quia manus tua hæc: & tu Domine feciſti ‖eam'.
Maledicent illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me, confundantur: ſeruus autem tuus lætabitur.
Induantur, qui detrahũt mihi, pudore, & operiãtur ſicut diploide cõfuſione ſua.
Confitebor Dño nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum:
‖Quia' aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluã faceret à perſequentibus animã meã.

Pſalmus Dauid.

Lat. CIX. Heb. CX.

DIxit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,
mDonec pónam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum.
Virgã virtutis tuæ emittet Dñs ex Siõ: dominare in medio inimicorum tuorũ.
Tecum principium in die virtutis tuę in ſplẽdoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
‖Iurauit Dñs, & nõ pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum, ſecũdum ordinem Melchi-ſedech.
Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: cõquaſſabit capita in terra multorũ.
De torrente in via bibet: ꝓpterea exaltabit caput. Hallelu-ia.

Lat. CX. Heb. CXI.

COnfitebor tibi Dñe in toto corde -meo': in concilio iuſtorum & cõgregatione.
Magna opera Dñi: exquiſita in omnes voluntates eius.
Confeſsio & magnificentia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus: eſcã dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui, virtutem operum ſuorum ‖annuntiabit' populo ſuo:
‖Vt det illis hæreditatẽ gentiũ: opera manuum eius, veritas & iudicium.
Fidelia oĩa mãdata eius: cõfirmata in ſeculũ ſeculi, facta in veritate & æquitate.
Redemptionẽ miſit * populo ſuo: mãdauit in æternum teſtamentum ſuum.
Sanctum & terribile nomẽ eius: initium ſapientiæ, timor Domini.
Intellectus bonus omnib. facientib. eũ: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.
Hallelu-ia, -reuerſionis Aggæi & Zachariæ'. Lat. CXI. Heb. CXII.

BEatus vir qui timet Dñm: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors, & miſerator & iuſtus.
Iucũdus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in æternũ nõ cõmouebitur.
In memoria æterna erit iuſt⁹: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius: nõ commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi, cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit. Halleln-ia.

Lat. CXII. Heb. CXIII.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictũ ex hoc nunc & vſque in ſeculum.
‖A ſolis ortu vſque ad occaſum, laudabile nomen Domini.
Excelſus ſuper omnes gentes Dñs, & ſuper cælos gloria eius.
Quis ſicut Dñs Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra?
Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem:
Vt collocet eum cum principibus, cũ principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilẽ in domo, matrẽ filiorũ lætantẽ. Hallelu-ia.

Lat. CXIII. Heb. CXIIII.

IN ‖exitu Iſraël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro:
Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſraël poteſtas eius.
Mare vidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum.

Montes

operietur MS.H.C. ‖præcingetur MS.H. C. *Textus verò lectio cõformis eſt Aug. & G.* ‖turbatum MS. -MS.R. G.H.C. ‖locuſta. 6 MS.H. *Pluralis verò numerus eſt Aug. Hier. & G.* ‖ea 7 MS. *Quę in Textu eſt lectio Hier. Aug. G. & Hreſpõder: verùm, feminina pro nominaque ſunt Hebræis, accipi poſſunt, vt neutra Latinis.* ‖Qui MS. q. *Auguſt.*

Mat.22. 1 Cor.15,25 Heb.1,13. 10,13. Act.2,34. Heb.5,6. 7,17. Ioh.12,34.

-*Hier.ad Sun.H. C. Sup.6,19.*

Exod.15.

Mal.1,11.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Montes exultauerũt vt arietes : & colles sicut agni ouium. 4
Quid est tibi mare quòd fugisti : & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum: 5
Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium? 6
A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. 7
Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. 8

Heb. CXV.

NON NOBIS DOMINE, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. 1
Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant Gentes, Vbi est Deus eorum? 2
Deus autẽ noster in cælo: omnia quæcunque voluit fecit. 3
℣ Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. 4
Inf. 134,15 ℣ Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. 5
Sap. 15,15. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. 6
Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. 7
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. 8
Domus Israël sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. 9
Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. 10
Qui timẽt Dñm, sperauerunt in Dño: adiutor eorum & protector eorum est. 11
Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis: 12
Benedixit domui Israël, benedixit domui Aaron. 13
Benedixit omnibus qui timent Dñm, pusillis cum maioribus. 14
Adiiciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros. 15
*MS. Aug. G.H. Additur autem a C. Bar. 2,17. Benedicti vos – à' Domino, qui fecit cælum & terram. 16
Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum. 17
Non mortui laudabunt te Dñe, neque omnes qui descendunt in infernum: 18
Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino, ex hoc nũc, & vsq. in seculum.
Hallelu-ia.

Lat. CXIIII. *Heb.* CXVI.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ: 1
Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo. 2
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me. 3
Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini *inuocaui'. 4
O Dñe libera animã meã: misericors Dñs, & iustus, & Deus noster miseretur. 5
Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me. 6
Conuertere anima mea in requiẽ tuam; 7
*inuocabo MS.H.C. et pro Te- um faciãt Aug. & G. quia Dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. 8
Placebo Domino in regione viuorum. 9
Hallelu-ia.

Lat. CXV.

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. 10
Ego dixi in excessu meo, ℣ Omnis homo mendax. 11
Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? 12
Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo. 13
Vota mea Dño reddam corã omni populo eius: 14
pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: 15
O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. 16
Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Dñi inuocabo. 17
Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: 18
in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem. 19
Hallelu-ia.

Lat. CXVI. *Heb.* CXVII.

LAudate Dominũ omnes Gentes: laudate eum omnes populi. 1 *Ro.* 15,11.
Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: & ℣ veritas Domini manet in æternum. 2 *Ioan.* 12,34
Hallelu-ia.

Lat. CXVII. *Heb.* CXVIII.

COnfitemini Dño quoniam bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. 1
Dicat nunc Israël quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. 2
Dicat nunc domus Aaron *: quoniam in seculum misericordia eius. 3
Dicant nunc – omnes' qui timẽt Dñm: *quoniam in seculum misericordia eius. 4
De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus. 5
℣ Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. 6
Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos. 7
Bonum est cõfidere in Domino, quàm confidere in homine: 8
Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. 9
Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini – quia' vltus sum in eos. 10
Circundantes circundederũt me: & in nomine Domini – quia' vltus sum in eos. 11
Circundederũt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini – quia' vltus sum in eos. 12
Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me. 13
℣ Fortitudo mea & *laus' mea, Dominus: & factus est mihi in salutem. 14 *Exo. 15,2. Laudatio MS. Aug. G.
Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. 15
Dextera Dñi fecit virtutẽ: dextera Dñi exaltauit me, dextera Dñi fecit virtutẽ. 16

*quoniam bonus 3 MS. R.G. Q.n.
– & MS. H. C. Verùm legitur in codicibus G.
*quoniam bonus 2 MS. R.G. Q.n. *Heb.* 13,6.
– Aug. G. Q.n.
– Aug. G. Q.n.

PSALmum hunc Hebræi annectunt præcedẽti. 2 *Cor.* 4,13 *Rom.* 3,4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non moriar, ſed viuam : & narrabo 17
opera Domini.
Caſtigans caſtigauit me Dominus : & 18
morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus 19
in eas confitebor Domino : hæc porta 20
Domini, iuſti intrabunt in ¶eam'.
Confitebor tibi quoniã exaudiſti me: 21
& factus es mihi in ſalutem.
‖ Lapidem quem reprobauerunt ædi- 22
ficantes, hic factus eſt in caput anguli.
A Domino factum eſt iſtud: ¶&' eſt 23
mirabile in oculis noſtris.
Hæc eſt dies quam fecit Dominus: 24
exultemus, & lætemur in ea.
O Domine ſaluum ~me' fac, ô Domi- 25
ne ~bene' proſperare : benedictus qui 26
¶venit' in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Domini:
Deus Dominus, & illuxit nobis. 27
Conſtituite diem ſolennem in conden-
ſis vſque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & confitebor tibi: 28
Deus meus es tu, & exaltabo te.
Cõfitebor tibi quoniam exaudiſti me:
& factus es mihi in ſalutem.
Confitemini Domino quoniã bonus: 29
quoniam in ſeculum miſericordia eius.
~Hallelu-ia'. 1

Lat. CXVIII. Heb. CXIX.

ALEPH.

BEati immaculati in via : qui ambu-
lant in lege Domini.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: 2
in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem, 3
in viis eius ambulauerunt.
Tu mandaſti mandata tua ¶cuſtodiri' 4
nimis.
Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſto- 5
diendas iuſtificationes tuas.
Tunc non confundar, cùm perſpexero 6
in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: 7
in eo quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ.
Iuſtificationes tuas cuſtodiam: nõ me 8
derelinquas vſquequaque.

BETH.

In quo ¶corrigit' adoleſcentior viam 9
ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.
In toto corde meo exquiſiui te: ne re- 10
pellas me à mandatis tuis.
In corde meo abſcondi eloquia tua: vt 11
non peccem tibi.
Benedictus es Domine: doce me iuſti- 12
ficationes tuas.
In labiis meis pronuntiaui omnia iu- 13
dicia oris tui.
In via teſtimoniorum tuorum dele- 14
ctatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor : & conſi- 15
derabo vias tuas.
In iuſtificationibus tuis meditabor : 16
non obliuiſcar ſermones tuos.

GIMEL.

Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cu- 17
ſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos : & conſiderabo 18
mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra : non abſcon- 19
das à me mandata tua.
Concupiuit anima mea deſiderare iu- 20
ſtificationes tuas in omni tempore.
Increpaſti ſuperbos : maledicti qui de- 21
clinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobrium & contem- 22
ptum : quia teſtimonia tua exquiſiui.
Etenim ſederunt principes, & aduer- 23
ſum me loquebantur: ſeruus autem tuus
exercebatur in iuſtificationibus tuis.
Nam & teſtimonia tua, meditatio mea 24
~eſt': & cõſiliũ meũ, iuſtificationes tuæ.

DALETH.

Adhæſit pauimento anima mea: viuifi- 25
ca me ſecundum verbum tuum.
Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me: 26
doce me iuſtificationes tuas.
Viam iuſtificationum tuarum inſtrue 27
me: & exercebor in mirabilibus tuis.
¶Dormitauit' anima mea præ tædio: 28
confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue à me : & ~de' 29
lege tua miſerere mei.
Viam veritatis elegi : iudicia tua non 30
ſum oblitus.
Adhæſi teſtimoniis tuis Domine: noli 31
me confundere.
Viam mandatorũ tuorum cucurri cùm 32
dilataſti cor meum.

HE.

Legem pone mihi Dñe viam iuſtifica- 33
tionum tuarum: & exquirã eam ſemper.
Da mihi intellectũ, & ſcrutabor legem 34
tuã: & cuſtodiã illam in toto corde meo.
Deduc me in ſemita mãdatorum tuo- 35
rum, quia ipſam volui.
Inclina cor meum in teſtimonia tua, & 36
non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne ¶videant' vani- 37
tatem: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquium tuum in ti- 38
more tuo.
Amputa opprobrium meũ quod ſuſpi- 39
catus ſum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in æqui- 40
tate tua viuifica me.

VAV.

Et ¶veniat' ſuper me miſericordia tua 41
Dñe, ſalutare tuũ ſecundũ eloquiũ tuum.
Et reſpondebo exprobrantibus mihi, 42
verbũ: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum ve- 43
ritatis vſquequaque: quia in iudiciis tuis
ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in 44
ſeculum & in ſeculum ſeculi.
Et ambulabã in latitudine : quia man- 45
data tua exquiſiui.
Et loquebar in teſtimoniis tuis in con- 46
ſpectu regum, & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis, quæ 47
dilexi.

Et le-

¶ea MS.G. Mat. 21,42 Luc. 20,17. Act.4,11. Rom. 9,33. 1 Pet.2,7. Iſa.28,16.
¶hoc 4 MS H.Q.n.
~2 MS.G. H.C. Q.n.
~2 MS.H. C.
Mat.21,9.
¶ venturus 2 MS.Q.n
~H.C.
¶cuſtodire MS.Ambr. H.C. Vox Græca φυλάξασθαι ambigua eſt.
¶corriget MS.R.G. H.C.
¶ vitam MS.Ex G verbi v- vnquam p- teſt. Ex H. autẽ & C quod in Textu ſ. rectum.
¶ venit MS.H.C Textum vò, cæteris codicibus patrum. & codicibus G. confirmat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi: & ‖exercebor' in iustificationibus tuis.

ZAIN.

Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuũ viuificauit me.

Superbi iniquè agebãt vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.

Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum.

Defectio tenuit me ‖pro' peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

Memor fui *nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.

Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

HETH.

Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas: & ‖conuerti' pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.

Funes ‖'peccatorum' circumplexi sunt me: -&' legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebã ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timẽtium te: & custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

TETH.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde -meo' scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti.

IOD.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, ‖vt' discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua superspe raui.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & -in' veritate- tua' humiliasti me.

Fiat misericordia tua vt cõsoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua, meditatio mea est.

Confundãtur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autẽ exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

CAPH.

‖'Defecit' in salutare tuum anima mea: -&' in verbum tuum superspe raui. ‖'DeficitR. Ambr. G. Textui autem Hil. Aug H. & C. astipulantur. -4 MS. R. G.H.C.

Defecerũt oculi mei in eloquiũ tuum: dicentes, Quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?

Narrauerũt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: ‖iniqui' persecuti sunt me, adiuua me. ‖iniquè 1 MS. R. Hilar. Ambr. August. G. H. C.

Paulominus cõsummauerũt me in terra: ego autem non dereliqui mãdata tua.

Secundum misericordiã tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

LAMED.

In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo.

In generatione & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua ‖perseuerat' dies: quoniam omnia seruiunt tibi. ‖perseuerant MS. Textui suffragantur Hil. Amb. Aug. & G. In H. & C. codicibus legitur: Ad dispositionem tuam stant hoc die; vsque ad hunc diem.

Nisi quòd lex tua, meditatio mea est: tunc fortè periissem in humilitate mea.

In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego, saluum me fac: quoniã iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua ‖intellexi'.

‖'Omnis cõsummationis' vidi ‖finem': latum mandatum tuum nimis. ‖dilexi o. ‖Omni consummationi MS. Textus consonat Ambros. Aug. & G. ‖fidem o. -5 MS. H. C. legitur autem in libris G.

MEM.

Quomodó dilexi legem tuam -Domine'? tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua, meditatio mea est.

Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

NVN.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.

Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Humiliatus sum vsquequaq. Domine: viuifica me secundū verbum tuum. 107
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me. 108
Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. 109
Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui. 110
Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternū: qa exultatio cordis mei sunt. 111
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. 112

SAMECH.

Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. 113
Adiutor & susceptor meus es tu: ←&' in verbum tuum superspersi. 114
Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei. 115
Suscipe me secundum eloquiū tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. 116
Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. 117
Spreuisti omnes discedentes à ℣iudiciis' tuis: quia iniusta cogitatio eorum. 118
Præuaricātes reputaui omnes peccatores terræ: ideò dilexi testimonia tua. 119
Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. 120

AIN.

Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. 121
Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. 122
Oculi mei defecerunt in salutare tuū: & in eloquium iustitiæ tuæ. 123
Fac cum seruo tuo secundū misericordiā tuā: & iustificationes tuas doce me. 124
Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, ℣vt'sciam testimonia tua. 125
Tempus faciendi ℣Domine': dissipauerunt legem tuam. 126
Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion. 127
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnē viam iniquā odio habui. 128

PHE.

Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. 129
Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. 130
Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. 131
Aspice in me, & miserere mei secundum iudiciū diligentium nomen tuum. 132
Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. 133
Redime me à calumniis hominum: ℣vt'custodiam mandata tua. 134
Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas. 135
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. 136

SADE.

Iustus es Dñe: & rectū iudiciū tuum. 137
Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem ←tuam' nimis. 138
Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. 139
Ignitum eloquium tuum vehemēter: & seruus tuus dilexit illud. 140
Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas nō sum oblit'. 141
Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas. 142
Tribulatio & angustia inuenerūt me: mandata tua meditatio mea ←est'. 143
Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam. 144

COPH.

Clamaui in toto corde ←meo', exaudi me Dñe: iustificationes tuas requiram. 145
Clamaui ad te, saluum me fac: ℣vt' custodiam ℣mandata' tua. 146
Præuéni in ℣maturitate', & clamaui: ←℣quia' in verba tua superspersi. 147
Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. 148
Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: ←&' secūdum iudicium tuum viuifica me. 149
Appropinquauerunt persequentes me ℣iniquitati': à lege autem tua longè facti sunt. 150
Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas. 151
Initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea. 152

RES.

Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. 153
Iudica iudicium meū, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. 154
Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. 155
Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum viuifica me. 156
Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimoniis tuis nō declinaui. 157
Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. 158
Vide quoniā mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me. 159
Principiū verborum tuorum veritas: *in æternum omnia iudicia iustitiæ tuę. 160

SIN.

Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum: 161
Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. 162
Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. 163
Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. 164
Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum. 165
Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi. 166
Custodiuit anima mea testimonia tua: 167

←MS R. Aug. G. H. C.

℣iustitiis 16 MS. Hil. Q. n.

℣& 5 MS. R.G.H.C. ℣Domino MS. R.G. Harum lectionum, iham Ambrosius, istā sequitur Hilarius. Augustin⁹, qui vtriusque meminit, hanc quòd in pluribus sit codicibus, probat. Hebræus textus neutram repudiat.

℣& 12 MS. R.G.H.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tua: & dilexit ea vehementer.
Seruaui mãdata tua & testimonia tua: 168
quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

TAV.

Appropinquet deprecatio mea in cõ- 169
spectu tuo Domine: iuxta eloquium tuũ
da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in cõspectu tuo: 170
secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum, cùm 171
docueris me iustificationes tuas.
Pronũtiabit lingua mea eloquiũ tuũ: 172
quia omnia mandata tua æquitas.
Fiat manus tua vt saluet me: quoniã 173
mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum Domine: & 174
lex tua meditatio mea - est'.
Viuet anima mea, & laudabit te: & 175
iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis quæ periit: quære 176
seruum tuum, quia mandata tua non
sum oblitus.

Canticum graduum. 1

Lat. CXIX. Heb. CXX.

AD Dominum cùm tribularer, cla-
maui, & exaudiuit me.
Domine libera animam meam à labiis 2
iniquis, - &'à lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur ti- 3
bi ad linguam dolosam?
Sagittæ potentis acutæ, cum carboni- 4
bus desolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolõ- 5
gatus est: habitaui cum habitantibus Ce-
dar: multum incola fuit anima mea. 6
Cum his qui oderunt pacem, eram pa- 7
cificus: cùm loquebar illis, impugnabant
me gratis.

Canticum graduum. 1

Lat. CXX. Heb. CXXI.

LEuaui oculos meos in montes vnde
veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino qui fecit 2
cælum & terram.
Non det in cõmotionem pedem tuũ: 3
neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet 4
qui custodit Israël.
Dominus 'custodit' te, Dñs protectio 5
tua super manum dexteram tuam.
Per diẽ sol nõ vret te: neq. luna p noctẽ. 6
Dominus 'custodit' te ab omni malo: 7
'custodiat' animam tuam Dominus.
Dñs 'custodiat' introitum tuũ & exitũ 8
tuum, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Canticum graduum. 1

Lat. CXXI. Heb. CXXII.

LAEtatus sum in his quæ dicta sunt
mihi, In domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atriis tuis 2
Ierusalem.
Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: 3
cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus, tribus
Domini: testimonium Israël, ad cõfiten- 4
dum nomini Domini.
5 Quia illic sederunt sedes in iudicio, se-
des super domum Dauid.
6 Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem,
& abundantia diligentibus te:
7 Fiat pax in virtute tua: & abundantia
in turribus tuis.
8 Propter fratres meos & proximos
meos loquebar pacem de te:
9 Propter domum Domini Dei nostri
quæsiui bona tibi.

1 Canticum graduum.

Lat. CXXII. Heb. CXXIII.

AD te leuaui oculos meos, qui habi-
tas in cælis.
2 Ecce, sicut oculi seruorum in manibus
dominorum suorum;
Sicut oculi ancillæ in manibus dominę
suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum
nostrum, donec misereatur nostri.
3 Miserere nostri Dñe, miserere nostri:
quia multum repleti sumus despectione:
4 Quia multum repleta est anima no-
stra: opprobrium abundantibus, & de-
spectio superbis.

1 Canticum graduum ipsi Dauid.

Lat. CXXIII. Heb. CXXIIII.

NIsi quia Dominus erat in nobis, di-
2 cat nunc Israël, nisi quia Domi-
nus erat in nobis,
3 Cùm exurgerẽt homines in nos, for-
tè viuos deglutissent nos:
Cùm iratceretur furor eorum in nos,
4 forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra:
5 forsitan pertransiffet anima nostra a-
quam intolerabilem.
6 Benedictus Dominus, qui non dedit
nos in captionem dentibus eorum.
7 Anima nostra sicut passer erepta est de
laqueo venantium.
Laqueus contritus est, & nos liberati
sumus.
8 Adiutorium nostrum in nomine Do-
mini, qui fecit cælum & terram.

1 Canticum graduum.

Lat. CXXIIII. Heb. CXXV.

QVi confidunt in Domino sicut mons
Sion: non commouebitur in æter-
2 num, qui habitat in Ierusalem.
Montes in circuitu eius: & Dominus
in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vs-
que in seculum.
3 Quia nõ relinquet - Dñs' virgã' pecca-
torũ' super sorte iustorum: vt nõ exten-
dant iusti ad iniquitatem manus suas.
4 Benefac Dñe bonis & rectis corde.
5 Declinantes autem in 'obligationes'
adducet Dominus cum operantibus ini-
quitatem: pax super Israël.

1 Canticum graduum.

Lat. CXXV. Heb. CXXVI.

IN conuertẽdo Dominus captiuitatem
Sion, facti sumus sicut consolati:
2 Tunc repletum est gaudio os nostrum,
& lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter Gẽtes, Magnificauit

- MS. Hil. Aug. H.C. Legitur autem in codicib. G. τῶν ἀμαρτωλῶν. 'obliquationes. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominus facere cum eis.
Magnificauit Dominus facere nobiſcũ: facti ſumus lætantes. 3
Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro. 4
Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. 5
Euntes ibant & flebant, ‖mittentes' ſemina ſua. 6
Venientes autem venient ‖cum' exultatione, portantes manipulos ſuos.
Canticum graduum Salomonis. 1

Lat. CXXVI. *Heb.* CXXVII.

NIſi Dñs ædificauerit domũ, in vanũ laborauerunt qui ædificant eam:
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.
Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: 2
‖ſurgite' poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris.
Cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce, 3
hæreditas Domini, ∵filij': merces, ∵ fructus' ventris.
Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij 4
excuſſorum.
Beatus vir qui impleuit deſiderium 5
ſuum ex ipſis: ‖non confundetur cùm loquetur' inimicis ſuis in porta.
Canticum graduum. 1

Lat. CXXVII. *Heb.* CXXVIII.

BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. 2
Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. 3
Filij tui ſicut ‖nouellæ' olivarum in circuitu menſæ tuæ.
Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum. 4
Benedicat ‖tibi' Dñs ex Sion: & videas bona Ieruſalẽ omnibus diebus vitæ tuæ: 5
Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.
Canticum graduum. 1

Lat. CXXVIII. *Heb.* CXXIX.

SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſraël:
Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. 2
Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores: prolõgauerunt iniquitatem ſuã. 3
Dominus iuſtus ‖cõcîdet' ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion. 4 5
Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit: 6
De quo non ‖implebit' manũ ſuam qui metit, & ſinũ ſuũ qui manipulos colligit. 7
Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine Domini. 8
Canticum graduum. 1

Lat. CXXIX. *Heb.* CXXX.

DE profundis clamaui ad te Domine:
Domine exaudi vocem meam: 2
Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit? 3
Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine. 4 5
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in Domino. 6
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino. 7
Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius. 8
Canticum graduum, Dauid. 1

Lat. CXXX. *Heb.* CXXXI.

DOmine non eſt exaltatum cor meũ, neque elati ſunt oculi mei:
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam: 2
Sicut ‖ ablactatus – eſt' ſuper ‖ matre ſua', ita retributio in ‖anima mea'.
Speret Iſraël in Domino, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. 3
Canticum graduum. 1

Lat. CXXXI. *Heb.* CXXXII.

MEmento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.
Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: 2
Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei, 3
Si deſidero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, 4
Et requiem ∵ temporibus' meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. 5
Ecce audiuimus eam in Ephrâta: inuénimus eam in campis ſyluæ. 6
Introibimus in ‖tabernaculũ' eius: adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. 7
Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. 8
Sacerdotes tui induantur ‖iuſtitiâ': & ſancti tui exultent. 6
Propter Dauid ſeruum tuum, nõ auertas faciem Chriſti tui. 10
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur ‖eum', ‖De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. 11
Si cuſtodierint filij tui teſtamẽtũ meũ, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos: 12
Et filij eorum vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi. 13
Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam. 14
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus. 15
Sacerdotes eius induã ſalutari: & ſancti ‖tui' exultatione exultabunt. 16
‖Illuc' producam cornu ∵ Dauid', ‖paraui lucernam Chriſto meo. 17

Ini-

‖portantes MS. H. C. Q. n.
‖in MS. R. Hil. G. Sixe in, ſine cum, ex H. & C. reddat perinde eſt
‖ſurgere MS. G q. H. Q. n. ∵ὑμῖν ∵καρπὸς
‖non confundentur cùm loquentur MS. R. Hil. G. H. C.
‖nouella MS. Hil. Conſentiunt Textui, G. H. C.
‖te MS. Hil. G.
‖concîdit R. G. H. C.
‖implebit 12 MS. R. Hier. G. H. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inimicos eius induam cõfusione: super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea. 18

Canticum graduum Dauid. 1

Lat. CXXXII. Heb. CXXXIII.

ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum:

Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,

Quod descẽdit in oram vestimẽti eius: 2

sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsq. in seculum. 3

Canticum graduum. 1

Lat. CXXXIII. Heb. CXXXIIII.

ECce nũc benedicite Domino, omnes serui Domini,

Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri,

In noctibus extollite manus vestras in 2

sancta, & benedicite Domino.

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram. 3

Hallelu-ia. 1

Lat. CXXXIIII. Heb. CXXXV.

LAudate nomen Domini, laudate serui Dominum,

Qui statis in domo Domini, in atriis 2

domus Dei nostri.

Laudate Dominum, quia bonus Dñs: 3

psallite nomini eius, quoniam suaue est.

Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, 4

Israël in possessionem sibi.

Quia ego cognoui quòd magnus est 5

Dñs, & Deus noster præ omnibus diis.

Oña quæcunq. voluit Dñs fecit in cælo 6

& in terra, in mari, & in omnib. abyssis.

¶ Educens nubes ab extremo terræ: ful- 7

gura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis: 8

¶ qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus.

"Emisit' signa & prodigia in medio tui 9

Aegypte, in Pharaonẽ, & in oẽs seruos eius.

Qui percussit gentes multas: & occidit 10

reges fortes:

¶ Sehon regem Amorrhæorum, & Og 11

regem Basan, & omnia regna Chanáan.

¶ Et dedit terram eorum hæreditatem, 12

hæreditatem Israël populo suo.

Dñe nomẽ tuũ in æternũ: Dñe memo- 13

riale tuũ in generationẽ & generationem.

Quia iudicabit Dominus populũ suum, 14

& in seruis suis deprecabitur.

¶ Simulachra Gentium, argentum, & 15

aurum, opera manuum hominum.

¶ Os habent, & non loquentur: oculos 16

habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: neque 17

enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & 18

omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël benedicite Domino: do- 19

mus Aaron benedicite Domino.

Domus Leui benedicite Domino: qui 20

timetis Dominum, benedicite Domino.

21 Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

1 Hallelu-ia.

Lat. CXXXV. Heb. CXXXVI.

CONfitemini Dño quoniã bon°: quoniam in æternum misericordia eius.

2 Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.

3 Confitemini Domino dominorũ: quoniam in æternum misericordia eius.

4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.

5 ¶ Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. Gen. 1, 1. & 6. 1.

6 ¶ Qui firmauit terrã super aquas: quoniam in æternum misericordia eius. 1.

7 Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius. 1.

8 Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.

9 Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.

10 ¶ Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius. Exo. 12, 29.

11 Qui eduxit Israël de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius. Exo. 13, 17.

12 In manu potenti & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.

13 Qui diuisit Mare-rubrum in diuisiones: quoniã in æternũ misericordia eius.

14 Et eduxit Israël per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.

15 ¶ Et excussit Pharaonem & virtutem eius in Mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius. Exo. 14, 28. "in deserto MS. Aug. G. H. C. Quæ in Textu est lectio, huius est expositio.

16 Qui traduxit populum suũ "per desertũ': quoniã in æternũ misericordia eius. Nu. 21, 24.

17 Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius. Nu. 21, 33.

18 ¶ Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius. Ios. 13, 7.

19 Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia eius.

20 ¶ Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius.

21 ¶ Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum misericordia eius.

22 Hæreditatem Israël seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius.

23 Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniã in æternũ misericordia eius°.

24 Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius.

25 Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia eius.

26 Confitemini Deo cæli: quoniam in æternum misericordia eius. – R. G. H. C. Et ab Hil. quidẽ non agnoscitur, ab Hier. verò & Aug. nõ præteritur.

– Confitemini Dño dominorum: quoniam in æternum misericordia eius'. – H. C.

– Psalmus Dauid propter Ieremiam'. *tui MS q.

Lat. CXXXVI. Heb. CXXXVII.

1 SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur *Siõ:

2 In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum, 3
Et qui abduxerunt nos, Hymnum cãtate nobis de canticis Sion.
Quomodò cantabimus canticum Domini in terra aliena? 4
Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea. 5
Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, 6
Si non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ.
Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Ieruſalem: 7
Qui dicunt, Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea.
Filia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. 8
Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos' ad petram. 9

Ipſi Dauid. 1

Lat. CXXXVII. Heb. CXXXVIII.

COnfitebor tibi Dñe in toto corde meo: quoniã audiſti verba oris mei.
*In conſpectu angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. 2
Super miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.
In quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ. 3
Confiteantur tibi Dñe oẽs reges terræ, quia audierunt omnia' verba oris tui: 4
Et cantent in viis Domini: quoniam magna eſt' gloria Domini. 5
Quoniam excelſus Dominus: & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. 6
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & ſuper irã inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua. 7
Dominus retribuet pro me: Domine miſericordia tua in ſeculum, opera manuum tuarum ne deſpicias. 8

In finem Pſalmus Dauid. 1

Lat. CXXXVIII. Heb. CXXXIX.

DOmine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meam & reſurrectionem meam. 2
Intellexiſti cogitationes meas délonge: ſemitã meã & funiculũ meũ inueſtigaſti. 3
Et omnes vias meas prævidiſti: quia non eſt ſermo in lingua mea. 4
Ecce Domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. 5
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, & non potero ad eam. 6
Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? 7
Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Amos 9,2. 8
Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: 9
Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. 10
Et dixi, Forſitã tenebræ cõculcabũt me: & nox illuminatio mea' in deliciis meis. 11
Quia tenebræ nõ obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. 12
Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. 13
Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet' nimis. 14
Non eſt occultatum os' meum à te quod feciſti in occulto: & ſubſtãtia mea in inferioribus terræ. 15
Imperfectum meum viderũt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies' formabuntur, & nemo in eis. 16
Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt' principatus eorum. 17
Dinumerabo eos, & ſuper arenã multiplicabũtur: exurrexi, & adhuc ſum tecũ. 18
Si occideris Deus peccatores: viri ſanguinum declinate à me, 19
Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates ſuas'. 20
Nõne qui oderunt te Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? 21
Perfecto odio oderam illos: * inimici' facti ſunt mihi. 22
Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas. 23
Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna. 24

1 In finem, Pſalmus Dauid.

Lat. CXXXIX. Heb. CXL.

2 ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.
3 Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant prœlia.
4 Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum. Sup. 5,11. 13,3. Rom. 3,13
5 Cuſtodi me Dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus
6 meos: abſcõderũt ſuperbi laqueũ mihi: Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
7 Dixi Domino: Deus meus es tu, exaudi Domine vocem deprecationis meæ.
8 Domine Domine virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meũ in die belli:
9 Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.
10 Caput circuitus eorum, labor labiorum ipſorum operiet eos.
11 Cadent ſuper eos carbones: in ignem deiicies eos, in miſeriis non ſubſiſtent.
12 Vir linguoſus nõ dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.
13 Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.
14 Verumtamẽ iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cũ vultu tuo.

Pſal-

*Et MS. R. Hil. G. Verùm ab Hier. G q. H. & C. prætermittitur.

Ifa. 13, 16.

tuos 6 MS. R. Aug. G. H. C.

- 5 MS. H. C. Legitur autem ab Aug. & codicibus G.

- MS. R. Hil. G. H. C.

- MS. R. Hil. G. C.

cognoſcet 2 MS. Hil. G.

Tibi G.

die 3 C. Q. n.

confortati ſunt MS. R. Aug. G. H. C.

Deum 16. R. G. H. C. Dei ma. tate, S. Latinus intelligit.

* & MS. non inimicos R. G. H. C.

MS. Aug. H. C. O. quamuis in libris Græcis legatur, Hier. ſuperfluum dicit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Psalmus Dauid. 1

Lat. CXL. *Heb.* CXLI.

DOmine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cùm clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea ficut incenſum 2 in conſpectu tuo: eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & 3 oſtium circunſtantiæ labiis meis.

Nõ declines cor meũ in verba malitiæ, 4 ad excuſandas excuſationes in peccatis, Cũ hominibus operantibus iniquitatẽ: & non cõmunicabo cum electis eorum.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & 5 increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in be- 6 neplacitis eorum: abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.

Audient verba mea quoniã potuerunt: ſicut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper 7 terram.

Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus inferñũ: quia ad te, Dñe Domine, oculi mei, 8 in te ſperaui, nõ auferas animam meam.

Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt 9 mihi: & à ſcãdalis operantiũ iniquitatẽ.

Cadent in retiaculo eius peccatores: 10 ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

Intellectus Dauid, cùm eſſet in ſpelun- 1 ca, oratio. 1 *Reg.* 24.

Lat. CXLI. *Heb.* CXLII.

VOce mea ad Dominũ clamaui, voce 2 mea ad Dominum deprecatus ſum:

Effundo in cõſpectu ei⁹ orationẽ meã, 3 -&' tribulationẽ meã ante ipſũ ꝓnũtio.

In deficiendo ex me ſpiritum meum, 4 & tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac qua ambulabam, abſcon- derunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram, & vide- 5 bam: & non erat qui cognoſceret me.

Periit fuga à me: & non eſt qui requi- rat animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es ſpes 6 mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationem meam: quia 7 humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam, ad 8 confitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

Pſalmus Dauid, -quando perſequeba- 1 tur eum Abſalom filius eius'. 2 *Reg.* 17.

Lat. CXLII. *Heb.* CXLIII.

DOmine exaudi orationẽ meã: auribus percipe obſecrationẽ meam in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo 2 tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam 3 meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meũ.

Memor fui dierũ antiquorũ, meditatus 5 ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te, anima mea 6 ſicut terra ſine aqua tibi:

Velociter exaudi me Domine, defecit 7 ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericor- 8 diam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam in qua ambu- lem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad 9 te confugi: doce me facere voluntatem 10 tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me ‖ in 11 terram rectam': propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animã meam: 12 & in miſericordia tua diſperdes *inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulãt animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

‖ in terra recta MS. G.

* omnes MS q.

1 -Pſalmus' Dauid -aduerſus Goliath'. -H. C.

Lat. CXLIII. *Heb.* CXLIIII.

BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœliũ, & digitos meos ad bellum.

Miſericordia mea, & refugium meum: 2 ſuſceptor meus, & liberator meus: Protector meus, & in ipſo ſperaui: qui ‖ſubdit' populum meum ſub me.

‖ subdis MS. *Hier.* *ſubiiciens* *Hil.* G.H. C.

Domine, quid eſt homo, quia innotuiſti 3 ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt: ‖ dies 4 eius ſicut vmbra prætereunt.

Domine inclina cælos tuos, & deſcen- 5 de: tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruſcationẽ, & diſsipabis eos: 6 emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos:

Emitte manũ tuam de alto, eripe me, 7 & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum eſt vanitatem: & 8 dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi: in 9 pſalterio decachordo pſallam tibi.

Qui ‖das' ſalutem regibus: qui ‖redemiſti' Dauid ſeruum ‖ ſuũ' de gladio ma- 10 ligno: eripe me,

Et erue me de manu filiorum alieno- 11 rum; quorum os locutum eſt vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis:

Quorum filij ſicut ‖ nouellæ planta- 12 tiones' in iuuentute ſua.

Filiæ eorum compoſitæ: circumorna- tæ vt ſimilitudo templi.

Prompiuaria eorum plena: eructantia 13 ex hoc in illud.

Oues eorum fœtoſæ, abundantes in 14 egreſsibus ſuis: boues eorum ‖ craſſæ'.

Non eſt ruina maceriæ, neque tranſi- tus, neque clamor in plateis eorum.

Job 8,9. & 14,2.

‖ dat MS. *Aug.*

‖ redemit MS. *Aug.*

‖ ſuum MS. *Aug.* G.H.C.

‖ nouella plantatio- nis MS.

‖ nouellæ plantatæ R. *Aug.* G.

‖ *plantationes audiæ* H.

‖ craſsi MS. *Hier.* G.H.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Beatũ dixerũt populum cui hæc ſunt: 15
beatus populus cuius Dñs Deus eius.

Laudatio ipſi Dauid. 1

Lat. CXLIIII. *Heb.* CXLV.

EXaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Per ſingulos dies benedicam tibi: & 2
laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Magnus Dominus & laudabilis nimis: 3
& magnitudinis eius non eſt finis.

Generatio & generatio laudabit opera 4
tua, & potentiam tuam pronuntiabunt:

Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ 5
loquentur, & mirabilia tua narrabunt:

Et virtutem terribilium tuorum dicẽt, 6
& magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ 7
eructabunt: & ‖iuſtitia tua' exultabunt.

‖ iuſtitiam tuã 2 MS. *Hil.* Q.n.

Miſerator & miſericors Dominus: pa- 8
tiens & multum miſericors.

Suauis Dominus vniuerſis: & miſera- 9
tiones eius ſuper omnia opera eius.

Confiteantur tibi Domine omnia ope- 10
ra tua, & ſancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent, & potentiam 11
tuam loquentur:

Vt notã faciãt filiis hominũ potentiam 12
tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum regnum omnium ſecu- 13
lorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione.

Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, 14
& erigit omnes eliſos.

*Domine MS q. *Hil. Hier.*

Oculi omnium in te ſperant*: & tu das 15
eſcam illorum in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam: & imples om- 16
ne animal benedictione.

Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis: 17
& ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Propè eſt Dñs omnib. inuocãtibus eũ: 18
omnibus inuocantibus eum in veritate.

Volũtatẽ timẽtiũ ſe faciet, & deprecationẽ eorũ exaudiet, & ſaluos faciet eos. 19

Cuſtodit Dominus omnes diligentes 20
ſe: & omnes peccatores diſperdet.

Laudationem Dñi loquetur os meum: 21
& benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Hallelu-ia, ← Aggæi & Zachariæ'. 1

Lat. CXLV. *Heb.* CXLVI.

LAuda anima mea Dominum, ‖laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu fuero. 2

Nolite confidere in principibus: *in filiis hominum, ← in' quibus non eſt ſalus. 3

Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in 4
terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beat° cuius Deus Iacob adiutor ei°, ſpes 5
eius in Dño Deo ipſius: ‖qui fecit cælũ 6
& terrã, mare, & omnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, 7
facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.

Dominus ſoluit compeditos: Domi- 8
nus illuminat cæcos.

Dñs erigit eliſos, Dñs ‖diligit' iuſtos.

Dñs cuſtodit aduenas, pupillũ & viduã 9
ſuſcipiet: & ‖vias' peccatorum diſperdet.

Regnabit Dominus in ſecula De° tuus 10
Sion, in generatione & generationem.

Hallelu-ia. 1

Lat. CXLVI. *Heb.* CXLVII.

LAudate Dominum, quoniam bonus eſt' pſalmus Deo noſtro: ſit iucunda decoraque laudatio.

Aedificãs Ieruſalem Dominus: diſper- 2
ſiones Iſraëlis congregabit.

Qui ſanat contritos corde, & alligat 3
contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum: 4
& omnibus eis nomina ‖vocans'.

Magnus Dñs noſter, & magna virtus 5
eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos Dñs: humilians 6
autem peccatores vſque ad terram.

Præcinite Domino in cõfeſsione: pſal- 7
lite Deo noſtro in cithara. Qui operit 8
cælum nubibus, & parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum: ‖& 9
pullis coruorum inuocantibus eum.

Nõ in fortitudine equi voluntatẽ habe- 10
bit: nec in tibiis viri beneplacitũ erit ei:

Beneplacitũ eſt Dño ſuper timẽtes eũ, 11
& in eis qui ſperãt ſup miſericordia ei°.

Hallelu-ia.

Lat. CXLVII.

LAuda Ieruſalem Dominum, lauda 12
Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit ſeras portarum 13
tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe 14
frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ: ve- 15
lociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam 16
ſicut cinerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ‖ſuã' ſicut buccellas: 17
ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet 18
ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: 19
iuſtitias & iudicia ſua Iſraël.

Non fecit taliter omni nationi: & iu- 20
dicia ſua nõ manifeſtauit eis. Hallelu-ia.

Hallelu-ia. CXLVIII. 1

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.

‖Laudate eum omnes angeli eius: lau- 2
date eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol & luna: laudate eum 3
omnes ſtellæ & lumen.

‖Laudate eũ cæli cælorũ: & aquæ quæ 4
ſuper cælos ſunt, laudent nomen Dñi. 5

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mãdauit, & creata ſunt.

← H.C.

Sup. 103, 33 *nec MS q. ← MS. R. G H.C. *Inſuper Hil. et Hieron. non legiſſe videtur.*

Act. 14, 15. *Apoc.* 14, 7.

Statuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Statuit ea in ℣æternu', & in seculu se- 6
culi: præceptũ posuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra, dracones 7
& omnes abysi:
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus pro- 8
cellarum, quæ faciunt verbum eius:
Montes & omnes colles, ligna fructife- 9
ra, & omnes cedri.
Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & 10
volucres pennatæ:
Reges terræ, & omnes populi, princi- 11
pes, & omnes iudices terræ:
Iuuenes & virgines, senes cum iunio- 12
ribus, laudent nomẽ Domini: quia ex- 13
altatum est nomen eius solius.
Confessio eius super cælum & terram:
& ℣exaltauit' cornu populi sui. 14
Hymnus omnib⁹ sanctis ei⁹: filiis Israël
populo appropinquanti sibi. Hallelu-ia.

Hallelu-ia. CXLIX. 1

CAntate Domino canticum nouum:
laus eius in ecclesia sanctorum.
Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & 2
℣filiæ' Sion exultent in rege suo.
Laudent nomẽ eius in choro, in tym- 3
pano & psalterio psallant ei:
Quia beneplacitũ est Dño in populo 4
suo, & ℣exaltauit' mansuetos ℣in salutẽ'.
Exultabunt sancti in gloria, lætabun- 5
tur in cubilibus suis.
℣Exultationes' Dei in gutture eorũ, & 6
gladij ancipites in manibus eorum:
Ad faciendam vindictam in nationi- 7
bus, increpationes in populis:
Ad alligandos reges eorũ in compedi- 8
bus, & nobiles eorum in manicis ferreis:
Vt ℣faciãt' in eis iudiciũ cõscriptũ: glo- 9
ria hæc est omnib⁹ sanctis ei⁹. Hallelu-ia.

Hallelu-ia. CL. 1

LAudate Dñm in sanctis eius: laudate
eũ in firmamento virtutis eius.
Laudate eũ in virtutib⁹ ei⁹: laudate eũ 2
secundũ multitudinẽ magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eũ 3
in psalterio & cithara.
Laudate eũ in tympano & choro: lau- 4
date eum in chordis & organo.
Laudate eũ in cymbalis benesonanti- 5
bus, laudate eũ in cymbalis iubilationis:
omnis spiritus laudet Dñm. Hallelu-ia. 6

LIBER PROVERBIORVM, QVEM HEBRAEI MISLE APPELLANT.

CAP. I.

PARABOLAE Salomonis filij Da- 1
uid regis Israël: ad sciendã sapiẽ- 2
tiã & disciplinã, ad intelligẽda ver-
ba prudentiæ, & suscipiendã eruditionẽ 3
doctrinæ, iustitiã, & iudiciũ, & æquitatẽ:
vt detur paruulis astutia, adolescenti 4
scientia & intellectus. Audiens sapiẽs, 5
sapientior erit: & intelligẽs, gubernacula
6 possidebit. Animaduertet parabolam &
interpretationẽ, verba sapientũ, & ænig-
7 mata eorũ. ¶ Timor Dñi, principium sa- Ps. 110, 10.
pientiæ. Sapientiã atq. doctrinã stulti de- Eccl. 1, 16.
8 spiciũt. Audi fili mi disciplinã patris tui, Iob 28, 23.
9 & ne dimittas legẽ matris tuæ: vt adda-
tur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.
10 Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne
11 acquiescas eis. Si dixerint, Veni nobis- Sup. 2, 10.
cum, insidiemur sanguini, abscondamus
12 tendiculas cõtra insontẽ frustra: deglu-
tiamus eũ sicut infernus viuentẽ, & inte-
13 grũ quasi descendentẽ in lacũ. Omnem
pretiosam substantiã reperiemus, imple-
14 bimus domos nostras spoliis. Sortẽ mit-
te nobiscũ, marsupiũ vnũ sit omniũ no-
15 strũ. Fili mi ne ambules cũ eis, prohibe
16 pedẽ tuũ à semitis eorũ. ¶ Pedes enim Isa. 59, 7.
illorũ ad malũ currunt, & festinãt vt ef-
17 fundãt sanguinẽ. Frustra autem iacitur
18 rete ante oculos pennatorũ. Ipsi quoque
cõtra sanguinẽ suũ insidiãtur, & moliũ-
19 tur fraudes cõtra animas suas. Sic semi-
tæ omnis auari, animas possidentiũ ra-
20 piunt. Sapientia foris prædicat, in pla-
21 teis dat vocẽ suã: in capite turbarũ cla-
mitat, in foribus portarum vrbis profert
22 verba sua, dicẽs, Vsquequo paruuli di-
ligitis infantiã, & stulti ea quæ sibi sunt
noxia cupient, & imprudentes odibunt
23 scientiã? Cõuertimini ad correptionem
meam: en proferã vobis spiritum meum,
24 & ostendã vobis verba mea. Quia vo- Isa. 65, 11.
caui, & renuistis: extendi manũ meã, & 66, 4.
25 non fuit qui aspiceret. Despexistis om- Ier. 7, 13.
ne consiliũ meũ, & increpationes meas 35, 15.
26 neglexistis. Ego quoq. in interitu ve-
stro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id
27 quod timebatis aduenerit; Cùm irrue-
rit repentina calamitas, & interitus quasi
tempestas ingruerit: quãdo venerit su-
28 per vos tribulatio & angustia. Tunc in-
uocabunt me, & non exaudiam: manè
29 cõsurgent, & nõ inuenient me: eo quòd
exosam habuerint disciplinã, & timorem
30 Dñi non susceperint, nec acquieuerint
cõsilio meo, & detraxerint vniuersæ cor-
31 reptioni meæ. Comedẽt igitur fructus
viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.
32 auersio paruulorum interficiet eos, &
33 prosperitas stultorum perdet illos. Qui
autẽ me audierit, absq. terrore requiescet,
& abundantia perfruetur, timore malorũ
sublato.

CAP. II.

1 FIli mi, si susceperis sermones meos,
& mandata mea abscõderis penes te,
2 vt audiat sapientiam auris tua: inclina
cor tuũ ad cognoscendã prudentiam.
3 Si enim sapientiam inuocaueris, & in-
4 clinaueris cor tuũ prudentiæ: & quæsie-
ris eã quasi pecuniam, & sicut thesauros
5 effoderis illam: tunc intelliges timorem
6 Dñi, & scientiã Dei inuenies. quia Dñs
dat sapientiã, & ex ore eius prudentia &
7 scientia. Custodiet rectorũ salutem, &
8 proteget gradiẽtes simpliciter, seruãs se-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mitas iustitiæ,& vias sanctorũ custodiẽs.
Tunc intelliges iustitiã & iudiciũ,&æ- 9
quitatẽ,& omnẽ semitã bonã. Si intra- 10
uerit sapientia cor tuũ,& scientia animæ
tuæ placuerit: consilium custodiet te,& 11
prudentia seruabit te, vt eruaris à via 12
mala, ← &' ab homine qui peruersa lo-
quitur: qui relinquũt iter rectũ, & am- 13
bulant per vias tenebrosas: qui lætan- 14
tur cũ malefecerint,& exultant in rebus
pessimis: quorum viæ peruersæ sunt,& 15
infames gressus eorũ. Vt eruaris à mu- 16
liere aliena, & ab extranea quæ mollit
sermones suos, & relinquit ducẽ puber- 17
tatis suæ,& pacti Dei sui oblita est. in- 18
clinata est enim ad mortẽ domus eius, &
ad inferos semitæ ipsius. oẽs qui ingre- 19
diuntur ad eã,nõ reuertẽtur, nec appre-
hendẽt semitas vitæ. Vt ambules in via 20
bona: & calles iustorum custodias. Qui 21
enim recti sunt,habitabũt in terra,& sim
plices permanebunt in ea. ¶ Impij verò 22
de terra perdentur: & qui iniquè agunt,
auferentur ex ea. CAP. III.
FIli mi, ne obliuiscaris legis meæ, & 1
præcepta mea cor tuũ custodiat. ¶ lõ- 2
gitudinẽ enim dierũ,&annos vitæ & pa-
cẽ apponẽt tibi. Misericordia & veritas 3
te nõ deserãt, circumda eas gutturi tuo,
& describe in tabulis cordis tui: & inue- 4
nies gratiã & disciplinã bonã corã Deo
& hominibus. Habe fiduciã in Dño ex 5
toto corde tuo,& ne innitaris prudentiæ
tuæ. In omnibus viis tuis cogita illũ,& 6
ipse diriget gressus tuos. ¶ Ne sis sapiẽs 7
apud temetipsum: time Deũ,& recede à
malo. sanitas quippe erit vmbilico tuo, 8
& irrigatio ossiũ tuorũ. ¶ Honora Dñm 9
de tua substantia, & de primitiis omniũ
frugũ tuarũ*: & implebũtur horrea tua 10
saturitate,& vino torcularia tua redũda-
bunt. ¶ Disciplinã Dñi,fili mi,ne abii- 11
cias: nec deficias cùm ab eo corriperis.
quẽ enim diligit Dñs,corripit: & quasi 12
pater in filio cõplacet sibi. Beatus ho- 13
mo qui inuenit sapiẽtiam,& qui ‖ affluit
prudẽtia'. melior est acquisitio eius ne- 14
gotiatione‖ auri & argẽti,primi & puris-
simi' fructus eius. pretiosior est cunctis 15
opibus:& oĩa quæ desiderantur,huic non
valẽt cõparari. Longitudo dierũ in de- 16
xtera eius, & in sinistra illius diuitiæ &
gloria. Viæ eius viæ pulchræ, & oẽs se- 17
mitæ illius pacificæ. Lignũ vitæ est his 18
qui apprehenderint eã: & qui ‖ tenuerit
eã,beatus'. Dñs sapiẽtia fundauit terrã, 19
stabiliuit cælos prudẽtia. Sapiẽtia illius 20
eruperũt abyssi, & nubes rore cõcrescũt.
Fili mi,ne effluant hæc ab oculis tuis. 21
Custodi legẽ atque consiliũ: & erit vita 22
animæ tuæ,& gratia faucibus tuis. tunc 23
ambulabis fiduciaIiter in via tua, & pes
tu' nõ impinget. si dormieris,nõ time- 24
bis: quiesces,& suauis erit somnus tuus.
ne paueas repẽtino terrore,& irruentes 25
tibi ‖ potẽtias' impiorũ. Dñs enim erit 26
in latere tuo,& custodiet pedẽ tuũ ne ca-
27 piaris. Noli prohibere benefacere eum
28 qui potest: si vales,& ipse benefac. Nec
dicas amico tuo, Vade,& reuertere, &
29 cras dabo tibi:cũ statim possis dare. Ne
moliaris amico tuo malũ, cùm ille in te
30 habeat fiduciã. Ne cõtendas aduersus
hominẽ frustra,cùm ipse tibi nihil mali
31 fecerit. ¶ Ne æmuleris hominẽ iniustũ,
32 nec imiteris vias eius: quia abominatio
Dñi est omnis illusor,& cum simplicibus
33 sermocinatio eius. Egestas à Dño in do-
mo impij: habitacula autẽ iustorũ bene-
34 dicentur. Ipse deludet illusores, & man-
35 suetis dabit gratiã. Gloriam sapientes
possidebunt: stulterũ ‖ exultatio', igno-
minia. CAP. IIII.
1 AVdite filij disciplinã patris,& atten-
2 dite: vt sciatis prudentiã. Donum
bonũ tribuã vobis, legẽ meã ne derelin-
3 quatis. Nã & ego filius fui patris mei,
tenellus & vnigenitus corã matre mea:
4 & docebat me,atq. dicebat, Suscipiat
verba mea cor tuũ,custodi præcepta mea,
5 & viues. Posside sapientiã,posside pru-
dentiam: ne obliuiscaris, neq. declines à
6 verbis oris mei. Ne dimittas eã, & cu-
stodiet te: dilige eam, & cõseruabit te.
7 Principiũ sapiẽtiæ,posside sapientiã,&
in omni possessione tua acquire pruden-
8 tiã. arripe illã,& exaltabit te:glorifica-
9 beris ab ea,cũ eã fueris amplexat'. da-
bit capiti tuo augmẽta gratiarũ, & coro-
10 na inclyta proteget te. Audi fili mi, &
suscipe verba mea, vt multiplicẽtur tibi
11 anni vitæ. Viã sapiẽtiæ ‖ mõstrabo' tibi,
12 ‖ ducam' te per semitas æquitatis: quas
cùm ingressus fueris,nõ artabũtur gres-
sus tui,& currẽs nõ habebis offendiculũ.
13 Tene disciplinã,ne dimittas eã: custo-
14 di illã,quia ipsa est vita tua. Ne delecte-
ris in semitis impiorũ, nec tibi placeat
15 malorũ via. Fuge ab ea,nec transeas per
16 illã:declina & desere eã. nõ enim dor-
miunt nisi malefecerint:& ← nõ' rapitur
17 somnus ab eis nisi supplãtauerint. cõe-
dũt panẽ impietatis, & vinũ iniquitatis
18 bibũt. Iustorum autẽ semita,quasi lux
splendẽs,procedit & crescit vsq. ad per-
19 fectã diẽ. Via impiorũ tenebrosa: ne-
20 sciũt vbi corruãt. Fili mi, auscultа ser-
mones meos,& ad eloquia mea inclina
21 aurẽ tuã.ne recedãt ab oculis tuis,custo-
22 di ea in medio cordis tui: vita enim sũt
inueniẽtib' ea,& vniuersæ carni sanitas.
23 Omni custodia serua cor tuũ, quia ex
24 ipso vita ‖ procedit. Remoue à te os prauũ,
25 & detrahẽtia labia sint procul à te. Ocu-
li tui recta videãt,& palpebræ tuæ præce
26 dãt gressus tuos. Dirige semitã pedibus
27 tuis,& oẽs viæ tuæ stabiliẽtur. Ne decli-
nes ad dexterã,neq. ad sinistram: auerte
pedẽ tuũ à malo. ← vias enim quæ à de-
xtris sunt, nouit Dñs: pueræ verò sunt
curs' tuos,itinera aũt tua inpace ‖ ducet'.

Psal. 8.

CAP.

← 9 MS. B. H. Additur autem à C.& G.

Deut.8, 1. 30, 16.

Rom.12, 16

Tob.4,7. Luc.14, 13. *da pauperibus MS q.

Heb.12,5. Apoc.3,19.

‖ effluit prudentiã 5 MS. Q.n.

‖ argenti,& auro primo 6 MS.R.

‖ argẽti, & auri primi & purissimi. 14 MS. Q.n.

‖ tenuerint eam beati MS.R C.

‖ tenuerint eam beatus H.

‖ ruinas R. Q.n.

← R.H.C. In MS. autem & G. legimus, atque à B. expunctum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. V.

FIli mi, attẽde ad sapientiã meã, & pru-
dentię meæ inclina aurẽ tuã: vt cu-
stodias cogitationes, & disciplinam labia
tua cõseruẽt. *Fauus enim stillans la-
bia meretricis, & nitidius oleo guttur eius.
nouissima aũt illius amara quasi absin-
thiũ, & acuta quasi gladius biceps. Pe-
des eius descẽdunt in mortẽ, & ad infe-
ros gressus eius penetrãt. Per semitã vi-
tæ nõ ambulãt, vagi sunt gressus eius &
inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi
me, & ne recedas à verbis oris mei. Lõ-
gẽ fac ab ea viã tuã, & ne appropinques
foribus domus eius. Ne des alienis hono-
rẽ tuũ, & annos tuos crudeli. ne fortè
impleãtur extranei viribus tuis, & labores
tui sint in domo aliena, & gemas in no-
uissimis quãdo cõsumpseris carnes tuas
& corpus tuũ, & dicas, Cur detestatus
sum disciplinã, & increpationib. nõ ac-
quieuit cor meũ, nec audiui vocẽ docẽ-
tũ me, & magistris nõ inclinaui aurem
meã? Penè fui in omni malo, in medio
ecclesiæ & synagogæ. Bibe aquã de ci-
sterna tua, & fluẽta putei tui. Deriuen-
tur fontes tui foras, & in plateis aquas
tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint
alieni participes tui. Sit vena tua bene-
dicta, & lætare cũ muliere adolescentiæ
tuæ: cerua charissima, & gratissimus
hinnulus. hubera eius inebriẽt te in om-
ni tẽpore, in amore eius delectare iugiter.
Quare seduceris fili mi ab aliena, & fo-
ueris in sinu alterius? ‖ Respicit Dñs
vias hominis, & oẽs gressus eius cõside-
rat. Iniquitates suæ ⁊capiũt⁊ impiũ, & fu-
nib. peccatorũ suorũ ⁊cõstringitur⁊. Ipse
morietur, quia non habuit disciplinã, &
in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

CAP. VI.

FIli mi, si spopõderis ꝓ amico tuo, de-
fixisti apud extraneũ manũ tuã, il-
laqueatus es verbis oris tui, & captus ꝓ-
priis sermonib⁹. Fac ergo quod dico fi-
li mi, & temetipsum libera, quia incidi-
sti in manum proximi tui. Discurre, fe-
stina, suscita amicũ tuũ: ne dederis som
num oculis tuis, nec dormitent palpebræ
tuæ. Eruere quasi damula de manu, &
quasi auis de ⁊manu⁊ aucupis⁊. Vade ad
formicã ô piger, & considera vias eius, &
disce sapientiã: quę cũm nõ habeat du-
cẽ, nec præceptorẽ, nec principẽ, parat
in æstate cibũ sibi, & cõgregat in messe
quod comedat. ‖ Vsquequo piger dor-
mies? quãdo cõsurges è somno tuo? Pau-
lulũ dormies, paululũ dormitabis, paulu-
lũ cõseres manus vt dormias: & veniet
tibi quasi viator egestas, & pauperies
quasi vir armatus. — Si verò impiger fue-
ris, veniet vt fons messis tua, & egestas
longè fugiet à te⁊. Homo apostata, vir
inutilis, graditur ore peruerso, annuit
oculis, terit pede, digito loquitur, prauo
corde machinatur malũ, & omni tẽpore
iurgia seminat. huic extẽplò veniet ꝑ-
ditio sua, & subitò conteretur, nec habe-
bit vltrà medicinã. Sex sunt quæ odit
Dñs, & septimũ detestatur anima eius,
Oculos sublimes, Linguã mendacem,
Manus effundentes innoxiũ sanguinem,
Cor machinãs cogitationes pessimas,
Pedes veloces ad currendum in malum,
Proferentẽ mẽdacia testẽ fallacẽ, Et eũ
qui seminat inter fratres discordias. Cõ
serua fili mi præcepta patris tui, & ne di-
mittas legẽ matris tuæ. Liga ea in cor-
de tuo iugiter, & circunda * gutturi tuo.
Cũ ambulaueris, gradiãtur tecũ: cùm
dormieris, custodiãt te, & euigilãs loque-
re cũ eis. quia mandatũ lucerna est, &
lex lux, & via vitæ increpatiõ disciplinę,
Vt custodiant te à muliere mala, & à
blanda lingua extraneæ. Non cõcupis-
cat pulchritudinẽ eius cor tuũ, ne capia-
ris nutibus illius. pretiũ enim scorti vix
est vnius panis: mulier autẽ viri, pretio-
sam animã capit. Nũquid potest homo
abscondere ignẽ in sinu suo, vt vestimẽ-
ta illius nõ ardeãt? aut ambulare super
prunas, vt nõ comburantur plantę eius?
sic qui ingreditur ad mulierẽ proximi
sui, nõ erit mũdus cùm tetigerit eã. Nõ
grãdis est culpa, cũ quis furat⁹ fuerit, fu-
ratur enim vt esurientẽ impleat animã:
deprehẽsus quoq. reddet septuplũ, &
oẽm substantiã domus suę tradet, *. Qui
autẽ adulter est, ꝓpter cordis inopiã per-
det animã suã: turpitudinẽ & ignomi-
niã cõgregat sibi, & opprobriũ illius non
delebitur. quia zelus & furor viri non
parcet in die vindictæ, nec acquiescet
cuiusquã precibus, nec suscipiet pro re-
dẽptione dona plurima.

CAP. VII.

FIli mi, custodi sermones meos, & prę-
cepta mea recõde tibi. — Fili, honora
Dñm, & valebis: præter eum verò ne ti-
mueris alienũ⁊. Serua mãdata mea, &
viues: & legẽ meã quasi pupillã oculi tui.
liga ⁊eã⁊ in digitis tuis, scribe ⁊illã⁊ in ta-
bulis cordis tui. Dic sapientiæ, soror
mea es: & prudentiã voca amicã tuam,
Vt custodiat te à muliere extranea, &
ab aliena quæ verba sua dulcia facit.
De fenestra enim domus meæ per cã-
cellos prospexi, & video paruulos, con-
sidero vecordẽ iuuenẽ, qui transit per
plateas iuxta angulũ, & prope viã domus
illius graditur in obscuro, aduesperascẽ-
te die, in noctis tenebris, & caligine. Et
ecce occurrit illi mulier ornatu meretri-
cio, præparata ad ⁊ decipiendas⁊ animas,
garrula & vaga, quietis impatiẽs, nec
valens in domo consistere pedibus suis,
nũc foris, nũc in plateis, ⁊nũc iuxta an-
gulos insidians. Apprehẽsumque deosc-
culatur iuuenẽ, & procaci vultu blãditur,
dicẽs, Victimas pro salute deuoui, ho-
die reddidi vota mea. Idcirco egressa
sum in occursum tuum, desiderans te vi-
dere, & reperi. Intexui funibus lectulũ
meum,

*Ne inten deris falla- cias mulie- ris MS. B. G. Verũ in antiquis MS. R. H. & C. pars hæc nũ re- peritur.

*ea 4 MS. H. C. O- mittitur aũt à G.

*& libera- bit se MS. B. G. Ve- rùm à R. H. & C. non agno- scitur.

⁊ 14 MS. R. H. C. Desumptus est autem versus iste ex G.

⁊ea 2 MS. H.

⁊illa H.

⁊capiendas 14 MS. B.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meũ, straui tapetibus pictis ex Aegypto.
aſperſi cubile meũ myrrha, & aloẽ, & 17
cinnamómo. Veni inebriemur huberi- 18
bus, ¶ & fruamur cupitis amplexibus, do-
nec illuceſcat dies'. nõ eſt enim vir in 19
domo ſua, abiit via lõgiſſima. ſacculũ 20
pecuniæ ſecũ tulit: in die plenæ lunæ re-
uerſurus eſt in domũ ſuã. Irretiuit eum 21
multis ſermonibus, & blãditiis labiorum
protraxit illum. Statim eam ſequitur 22
quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi
agnus laſciuiẽs, & ¶ ignorãs' quòd ad vin-
cula ſtult⁹ trahatur: donec trãsfigat ſa- 23
gitta iecur eius: velut ſi auis feſtinet ad
laqueũ, & neſcit quòd de periculo animę
illius agitur. Nunc ergo fili mi, audi 24
me, & attende verbis oris mei. Ne abſ- 25
trahatur in viis illius mẽs tua: neq. de-
cipiaris ſemitis eius. multos enim vul- 26
neratos deiecit, & fortiſſimi quiq. inter-
fecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius, 27
penetrãtes ¶ interiora' mortis. CAP. VIII.

NVnquid nõ ſapiẽtia clamitat, & pru 1
dẽtia dat vocẽ ſuã? In ſummis ex- 2
celſiſq. verticib. ſupra viã, in mediis ſe-
mitis ſtãs, iuxta portas ciuitatis in ipſis 3
foribus loquitur, dicẽs, O viri ad vos 4
clamito, & vox mea ad filios hominum.
Intelligite paruuli aſtutiã, & inſipiẽtes 5
animaduertite. Audite, quoniã de rebus 6
magnis locutura ſum: & aperiẽtur labia
mea, vt recta prædicẽt. Veritatẽ medi- 7
tabitur guttur meũ, & labia mea deteſta-
buntur impiũ. Iuſti ſunt oẽs ſermones 8
mei, nõ eſt in eis prauũ quid, neq. peruer-
ſum. recti ſunt intelligentibus, & æqui 9
inueniẽtibus ſcientiã. ¶ Accipite diſci- 10
plinã meã, & nõ pecuniã: doctrinã ma-
gis, quàm aurũ eligite. Melior eſt enim 11
ſapientia cũctis- opibus' pretioſiſſimis:
& omne deſiderabile, ei nõ poteſt cõpa-
rari. Ego ſapiẽtia habito in conſilio, & 12
eruditis interſum cogitationib⁹. Timor 13
Dñi odit malũ: arrogantiã & ſuperbiã &
viã prauã, & os bilingue deteſtor. Meũ 14
eſt conſiliũ & æquitas, mea eſt prudentia,
mea eſt fortitudo. Per me reges regnãt, 15
& legũ conditores iuſta decernũt. Per 16
me principes imperant; & potẽtes decer-
nũt iuſtitiã. Ego diligẽtes me, diligo: & 17
qui manè vigilant ad me, inuenient me.
Mecũ ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuper- 18
bæ & iuſtitia. Melior eſt enim fructus 19
meus auro & lapide pretioſo, & genimi-
na mea argento electo. In viis iuſtitiæ 20
¶ ambulo', in medio ſemitarum iudicij,
vt ditem diligẽtes me, & theſauros eo- 21
rum repleam. ¶ Dominus poſſedit me 22
in initio viarum ſuarum, antequã quic-
quam faceret à principio. Ab æterno 23
ordinata ſum, & ex antiquis antequam
terra fieret. Nondum erant abyſſi, & e- 24
go iam concepta eram: necdum fontes
aquarum eruperant. Necdum montes 25
graui mole conſtiterant, ante* colles ego
parturiebar: adhuc terram non fecerat, 26
& flumina, & cardines orbis terræ.
Quando præparabat cælos, aderam: 27
quando certa lege & gyro vallabat abyſ-
ſos: quando æthera firmabat ſurſum, & 28
librabat fontes aquarum. quando cir- 29
cundabat mari terminum ſuum, & legẽ
ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos:
quando appendebat fundamenta terræ,
Cum eo erã cũcta componens: & de- 30
lectabar per ſingulos dies, ludens coram
eo omni tempore; ludens in orbe ter- 31
rarum: & deliciæ meæ, eſſe cum filiis ho-
minum. Nũc ergo filij audite me, Bea- 32
ti qui cuſtodiunt vias meas. Audite di- 33
ſciplinã, & eſtote ſapientes, & nolite ab-
iicere eam. Beatus homo qui audit me, 34
qui vigilat ad fores meas quotidie, &
obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me 35
inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſa- 36
lutẽ à Dño: qui autẽ in me peccauerit,
lædet animã ſuã. Omnes qui me oderũt,
diligunt mortem. CAP. IX.

SApientia ædificauit ſibi domũ, excî- 1
dit columnas ſeptẽ. Immolauit vi- 2
ctimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit
mẽſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vo- 3
carent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis,
Siquis eſt paruulus, veniat ad me. Et 4
inſipientibus locuta eſt: Venite, come- 5
dite panem meum, & bibite vinum quod
miſcui vobis. Relinquite infantiam, & 6
viuite, & ambulate per vias prudentiæ.
Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriã ſibi 7
facit: & qui arguit impium, ſibi maculã
generat. Noli arguere deriſorem, ne o- 8
derit te. Argue ſapientem, & diliget te.
Da ſapienti occaſionem, & addetur ei 9
ſapientia. Doce iuſtum, & feſtinabit ac-
cipere. ¶ Principium ſapientiæ, timor 10
Domini: & ſcientia ſanctorum prudẽtia.
Per me enim multiplicabũtur dies tui, 11
& addẽtur tibi anni vitæ. Si ſapiẽs fue- 12
ris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus
portabis malum. Mulier ſtulta & cla- 13
moſa, plenaq. illecebris, & nihil omnino
ſciens; ſedit in foribus domus ſuæ ſup 14
ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret 15
tranſeuntes- per' viã, & pergentes itine-
re ſuo, Quis eſt paruul⁹, declinet ad me. 16
Et vecordi locuta eſt, Aquæ furtiuæ 17
dulciores ſunt, & panis abſconditus ſua-
uior. Et ignorauit quòd ibi ſint gigan- 18
tes, & in profundis inferni conuiuæ eius.
- Qui enim applicabitur illi, deſcendet
ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea,
ſaluabitur'.

PARABOLAE SALOMONIS.
CAP. X.

FIlius ſapiens lętificat patrẽ: filius ve- 1
rò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.
Nil proderunt theſauri impietatis: iu- 2
ſtitia verò liberabit à morte.
Non affliget Dominus fame animam 3
iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.
Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: 4

manus

---

donec illuceſcat dies, & fruamur cupitis amplexibus 4 MS. H. C. G.

¶ ignorat 1 MS.

¶ neſcit R.

¶ in inferiora MS. *Hebraicè legitur: Deſcendẽtes ad penetralia mortis.*

Iob. 28, 15. Sap. 7, 9.

- 5 MS. R.

¶ ambulabo MS. R. H. C *conformiter autẽ* C. *et* G. *legit* Texius. Sap. 9, 9.

*omnes MS. R. G. *Verùm vt à Texto, ſic à* B. H. & C. *non legitur.*

Sap. 1, 7. Pſ. 110, 10 Eccl. 1, 16. Iob 28, 28.

- MS. H. C. G.

- 14 MS. R. H. C. G. *Nec à Bed. explicatur.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manus autem fortium diuitias parat.
Qui nititur mẽdaciis, hic pascit ventos, idẽ autẽ ipse sequitur aues volãtes'.
Qui cõgregat in messe, filiꝰ sapiẽs est: qui autẽ stertit æstate, filius cõfusionis.
Benedictio ‖ Dñi' super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.
Memoria iusti cum laudibus: & nomẽ impiorum putrescet.
Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus cæditur labiis.
Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.
‖ Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labiis verberabitur.
Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem.
‖ Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas.
In labiis sapientis inuenitur sapientia, & virga in dorso eius qui indiget corde.
Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusioni proximum est.
Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum.
Opus iusti, ad vitam: fructus autẽ impij, ad peccatum.
Via vitæ, custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.
Abscondunt odiũ labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est.
In multiloquio nõ deerit peccatũ: qui aũt moderatur labia sua, prudẽtissimꝰ est.
Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo.
Labia iusti erudiunt plurimos: qui aũt indocti sunt, in cordis egestate moriẽtur.
Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur ‖ eis' afflictio.
Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia.
Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur.
Quasi tẽpestas trãsiens nõ erit impius: iustus aũt quasi fundamentũ sempiternũ.
Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum*.
Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.
Expectatio iustorum lætitia: spes autẽ impiorum peribit:
Fortitudo simplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.
Iustus in æternũ nõ cõmouebitur: impij autem non habitabunt super terram.
Os iusti parturiet sapientiam, *lingua prauorum peribit.
Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruersa. CAP. XI.
STatera dolosa abominatio est apud Deũ, & põdus æquum voluntas eius.
Vbi fuerit superbia, ibi erit & cõtumelia: vbi aũt est humilitas, ibi & sapiẽtia.
Simplicitas iustorũ diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.
Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte.
Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.
Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capientur iniqui.
‖ Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio solicitorũ peribit.
Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia.
In bonis iustorũ ‖ exaltabitur' ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.
Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.
Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.
Qui ambulat fraudulẽter, reuelat arcana: q aũt fidelis est, celat ‖ amici' cõmissũ.
Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.
Affligetur malo, qui fidẽ facit pro extraneo: qui aũt cauet laqueos, securꝰ erit.
Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias.
Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit.
Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.
Clementia ‖ præparat' vitam: & sectatio malorum mortem.
Abominabile Dño cor prauũ, & volũtas eius in iis qui simpliciter ambulant.
Manus in manu non erit innocẽs malus: semen autem iustorum saluabitur.
Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
Desiderium iustorum omne bonũ est: præstolatio impiorum furor.
Alij diuidũt ppria, & ditiores fiũt: alij rapiũt nõ sua, & semper in egestate sunt.
Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoq. inebriabitur.
Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.
Bene consurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.
Qui cõfidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens foliũ germinabũt.
Qui cõturbat domũ suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapiẽti.
Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas, sapiens est.
‖ Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? CAP. XII.
QVi diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est.
Qui bonus est, hauriet* gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè ‖ agit'.
Non roborabitur homo ex impietate: & radix

Eccl. 5, 10.
Sap. 5, 15.
‖ exultabit 4 MS. R. H. C.
‖ laudabiliter egit G.
‖ animi MS H. C. G. Q. n.
‖ præparauit MS.
‖ præparabit MS.
2 Pet. 4, 18.
*sibi MS. q. R.
‖ aget H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& radix iustorum non commouebitur.
Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius quæ confusione res dignas gerit.
Cogitationes iustorum, iudicia: & cõsilia impiorum, fraudulenta.
Verba impiorum insidiãtur sanguini: os iustorum liberabit eos.
Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit.
Doctrina sua ℞noscitur vir: qui autem vanus & excors est, patebit cõtemptui.
‖ Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm glorioſus & indigens pane.
Nouit iustus iumentorũ suorum animas: viscera autem impiorum crudelia.
‖ Qui operatur terrã suã, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.
– Qui suauis est in vini moderationib., in suis munitionib. relinquit cõtumeliã'.
Desideriũ impij ℞ monimentũ est' pessimorũ: radix autem iustorum proficiet.
Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugit aũt iust' de angustia.
De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuũ suarum retribuetur ei.
Via stulti recta in oculis eius: qui autẽ sapiens est, audit consilia.
Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.
Qui qđ nouit loquitur, ℞iudex, iustitiæ est: qui aũt mẽtitur, testis est fraudulẽt'.
Est qui promittit, & quasi gladio pũgitur – ℞conscientiæ': lingua autem sapientium sanitas est.
Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.
Dolus in corde cogitãtiũ mala: qui aũt pacis ineũt cõsilia, sequitur eos gaudiũ.
Nõ cõtristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebuntur malo.
Abominatio est Dño labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.
Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam.
Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet.
Mœror in corde viri humiliabit illũ, & sermone bono lætificabitur.
Qui negligit dãnũ ꝓpter amicũ, iust' est: iter autem impiorum decipiet eos.
Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium.
In semita iustitiæ, vita: iter aũt deuiũ ducit ad mortẽ.

CAP. XIII.

FIlius sapiens, doctrina patris: qui autẽ illusor est, nõ audit cùm arguitur.
‖ De fructu oris – sui' homo satiabitur bonis: anima autẽ prævaricatorũ iniqua.
Qui custodit os suum, custodit animã suam: qui autem incõsideratus est ad loquendum, sentiet mala.
Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.
Verbũ mẽdax iustus detestabitur: impius autẽ confundit, & confundetur.
Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat.
Est quasi diues cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis diuitiis sit.
Redẽptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autẽ pauper est, increpationẽ nõ sustinet.
Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.
Inter superbos semper iurgia sunt: qui aũt agũt omnia cũ cõsilio, regũt sapiẽtia.
Substãtia festinata minuetur: quæ aũt paulatim colligitur manu, multiplicabit.
Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.
Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptũ, in pace versabitur.
– Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autẽ misericordes sunt & miserãtur'.
Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.
Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.
Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est aperit stultitiam.
Nuntius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.
Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.
Desideriũ si compleatur, delectat animã: detestãtur stulti eos qui fugiũt mala.
Qui cũ sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.
Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.
Bon' relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substãtia peccatoris.
Multi cibi in noualibus patrũ: & ℞ alis' congregantur absque iudicio.
Qui parcit virgæ *, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit.
Iust' comedit, & replet aĩam suã: vẽter aũt impiorũ insaturabilis.

CAP. XIIII.

SApiẽs mulier ædificat domũ suã: insipiens extructã quoq., manib. destruet.
‖ Ambulãs recto itinere, & timẽs Deũ, despicitur ab eo qui infami graditur via.
In ore stulti virga superbiæ: labia autẽ sapientum custodiunt eos.
Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.
Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis.
Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.
Vade contra virum stultum, & ℞ nescit' labia prudentiæ.
Sapientia callidi est intelligere viã suã: & imprudentia stultorum errans.
Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia.

Cor

– 25 MS. R. H. C. Q. n. ℞ munimẽtum Q. n.

℞ index 14 MS. H. C. G. – H. C. G. ℞ conscientia. *Hoc modo Beda, aut legisse, aut intellexisse videtur.*

Sup. 12, 14. – 12 MS. H. G. *Adiectum est autem à C.*

– 26 MS. H. C. *Versum ibi. MS. quã Latina, præcedentis dẽ Græc. habeãtur perfamiliæ sapientiæ.*

℞ alijs MS. H. C. *Textui formiter get Beda.* *sue 4 M H. C. missum autem Isaiæ 35 Eccl 36 Ieh 12.*

℞ nescio 4 MS. H. *Textui Beda.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.
Domus impiorum delebitur: tabernacula *iustorum germinabunt.
Est via quæ videtur homini iusta: noui ssima autē eius deducunt ad mortem.
Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.
Vijs suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.
Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos.
Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius'.
Sapiens timet, & declinat à malo: stultus 'transilit' & confidit.
Impatiens operabitur stultitiam: & vir 'versutus' odiosus est.
Possidebunt paruuli stultitiam, & expectabunt astuti scientiam.
Incubabunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum.
Etiam proximo suo pauper odiosus 'erit': amici verò diuitum multi.
Qui despicit proximum suum, peccat: qui autē miseretur pauperis, beatus erit.
Qui credit in Domino, misericordiam diligit'.
Errant qui operantur malum: misericordia & veritas præparant bona.
In omni opere bono' erit abundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.
Corona sapientum, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum imprudentia.
Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia versipellis.
In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes.
Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.
In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.
Qui patiēs est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.
Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.
¶ Qui calumniatur egētem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis.
In malitia sua expelletur impius: speratautem iustus in morte sua.
In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos 'quosque' erudiet.
Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum.
Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam eius inutilis sustinebit.

CAP. XV.

REsponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.
Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam.
In omni loco oculi Domini, contemplantur bonos & malos.
Lingua placabilis, lignū vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum.
Stultus irridet disciplinam patris sui: q aūt custodit increpationes, astutior fiet.
In abundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur'.
Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio.
Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.
¶ Victimæ impiorū abominabiles Domino: vota iustorum placabilia.
Abominatio est Domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.
Doctrina mala 'deserentium' viā - vitæ': qui increpationes odit, morietur.
Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum?
Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.
¶ Cor gaudēs exhilarat faciem: in mœrore animi deijcitur spiritus.
Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia.
Omnes dies pauperis, mali: secura mēs quasi iuge conuiuium.
Melius est parū cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles.
Melius est 'vocari' ad olera' cum charitate: quàm ad vitulum saginatū cū odio.
Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.
Iter 'pigrorum' quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo.
Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam.
Stultitia gaudium stulto: & vir prudēs dirigit gressus suos.
Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur.
Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus.
Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo.
Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.
Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo'.
Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.
¶ Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis a malo'.
Mens iusti 'meditabitur' 'obedientiam': os impiorum redundat malis.
Longè est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet.
Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa.
Auris quæ audit increpationes vitæ, in

*retrò 6 MS. H. C.
*f. 16, 25.
*14 MS. B. H. C.
*Sententiam istam [illegible], cum [illegible], La[illegible] quidā [illegible]ices, pro[illegible] è post [illegible]mūter[illegible] in supe[illegible] in capi[illegible] versum. [illegible]nsit, 1 [illegible]. Q.n. [illegible]rbo[illegible] o. [illegible]t 6 MS. Textus [illegible]em le[illegible] respon[illegible] H. & [illegible]erit G. [illegible]MS. R. [illegible]C in co[illegible] [illegible]nem aūt [illegible] Quinun[illegible]quiver[illegible]in. proxi[illegible]ulac ver[illegible]a: Non [illegible]erat mi[illegible]sturdiā [illegible]pē fa[illegible]ratores [illegible]lerū; ma[illegible]ccordie [illegible]em & [illegible]t apud [illegible]ratio[illegible]nes. [illegible]MS. R. [illegible].G. [illegible]17,5. [illegible]que [illegible]MS. [illegible]. [illegible]15.

Ver. 12 - MS. R. H. C. *Additur autem libris* G.
Ecc. 34, 21.
'deserenti' 5 MS. H. - 3 MS. R. H. C. G.
Inf. 17, 22.
'vocare' 4 MS. *Bedæ*, G.
'cēuinium oleris H. C.
'impiorū MS q.
- 1 MS. R. H. C. G. *Legunturautem à Bedæ.*
Inf. 6, 6.
- 16 MS. R. H. C. *Versus iste à Græcis quidem hoc loco legitur; à Latinis autem, Hebræis et Chaldæis, capite proximè sequenti.*
'meditatur MS.
'sapientiā MS. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

medio sapientum commorabitur.
Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. 32
Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas. 33

CAP. XVI.

HOminis est animam præparare, & Domini gubernare linguam. 1
Omnes viæ ‖ hominis' patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. 2
Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. 3
Vniuersa propter semetipsum operatus est Dñs: impiũ quoq. ad diẽ malum. 4
Abominatio Domini est omnis arrogans: etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens. 5
Initium viæ bonæ, ‖ facere iustitiam: accepta est autẽ apud Deum magis, quàm immolare hostias'.
‖ Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo. 6
Cùm placuerint Dño viæ hominis, inimicos quoq. eius conuertet ad pacem. 7
Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. 8
Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. 9
Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. 10
Põdus & statêra iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides ‖ seculi'. 11
Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium. 12
Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, ‖ dirigetur'. 13
Indignatio regis, nuntij mortis: & vir sapiens placabit eam. 14
In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus. 15
Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. 16
Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat viam suam. 17
Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. 18
Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. 19
Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est. 20
Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora ‖ reperiet'. 21
Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas. 22
Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam. 23
Fauus mellis composita verba, dulcedo animæ * sanitas ossium. 24
‖ Est via quæ videtur homini recta, & ‖ nouissima eius ducunt' ad mortem. 25
Anima laborantis laborat sibi, quia cõpulit eum os suum: vir ‖ impius' fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit. 26 27
Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes. 28
Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. 29
Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua ‖ perficit' malum. 30
Corona dignitatis senectus quæ in viis iustitiæ reperietur. 31
Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiũ. 32
Sortes mittuntur in sinum, sed à Dño temperantur. 33

CAP. XVII.

MElior est buccella ficca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. 1
‖ Seruus sapiẽs dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. 2
Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. 3
Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labiis mendacibus. 4
‖ Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. 5
Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum. 6
Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. 7
Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocunque se vertit, prudenter intelligit. 8
Qui celat delictum, quærit ‖ amicitias': qui altero sermone repetit, separat fœderatos. 9
Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. 10
Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. 11
Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua. 12
‖ Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. 13
Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. 14
‖ Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum. 15
Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit?
Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala'. 16
Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. 17
Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. 18
Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat ‖ os suum', quærit ruinam. 19
Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. 20
Natus est stultus in ignominiã suam: sed nec pater in fatuo lætabitur. 21

‖ Animus

hominũ 15 MS.B. Verùm Textus H. & C conformis est.
Inf. 21, 3. ← 13 MS. R.H.C. Legitur antè in codicibus G.
Sup. 15, 27.
‖ sæculi 4 MS.R.H. Q.n.
‖ diligetur R.H.C.G. Pro Textu facit Beda.
‖ percipiet MS.B. * & 5 MS. H.
Sup. 14, 12.
‖ nouissimum eius ducit 16 MS.H.C.
‖ insipiens MS.R.G. Verùm H. & C pro Textu faciunt.
‖ perficiet MS.R.H. ‖ perficit H.
Ecc. 10, 1. Inf. 13, 9.
Sup. 14, 31.
Ro. 12, 17. 1 Pet. 3, 9. 1 Thes. 5, 15. Inf. 20, 22.
Isa. 5, 23.
← 25 MS. R.H.C. Q.n.
‖ amicitia MS.H.C. G.
‖ ostium suum R. H.C.G.q.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. 22

Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. 23

In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. 24

Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum. 25

Nō est bonū, damnū inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat. 26

Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus. 27

Stultus quoq. si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. 28

CAP. XVIII.

Occasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. 1

Nō recipit stultus verba prudētiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. 2

Impius cùm in profundum venerit peccatorum, cōtemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. 3

Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. 4

Accipere personam impij - in iudicio' non est bonum, vt declines à veritate iudicij. 5

Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. 6

Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. 7

Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsq. ad interiora vētris. 8

- Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient'. 9

Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. 9

Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsam' currit' iustus, & exaltabitur. 10

Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum. 11

Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. 12

Qui prius respondet quā audiat, stultū se esse demonstrat, & cōfusione dignum. 13

Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? 14

Cor prudens possidebit scientiam: & auris sapientium, quærit doctrinam. 15

Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. 16

Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum. 17

Contradictiones cōprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. 18

Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbiū. 19

De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. 20

Mors & vita, in manu' linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. 21

Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonū, & hauriet iucunditatē à Dño. 22

- Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens'. 22

Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigidè. 23

Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit, quā frater. 24

CAP. XIX.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm - diues' torquens labia - sua &' insipiens. 1

Vbi non est scientia animæ, non est bonū: & qui festin' est pedibus, offendet. 2

Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum seruet animo suo. 3

Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere aūt & hi quos habuit seperātur. 4

Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. 5

Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. 6

Fratres hominis pauperis oderūt eum, insuper & amici procul recesserūt ab eo. 7

Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona. 8

Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit. 9

Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. 10

Doctrina viri per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi. 11

Sicut fremit' leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbā, ita & hilaritas eius. 12

Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. 13

Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. 14

Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. 15

Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui aūt negligit viam suam' mortificabitur. 16

Fœneratur Dño, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. 17

Erudi filiū tuū, ne desperes: ad interfectionē autē eius ne ponas animā tuam. 18

Qui impatiēs est, sustinebit damnum: & cùm rapuerit, aliud apponet. 19

Audi cōsilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. 20

Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit. 21

Homo indigens misericors est: & melior est pauper, quàm vir mendax. 22

Timor Dñi ad vitam: & in plenitudine cōmorabitur, absque visitatione pessimi. 23

Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. 24

Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam. 25

Qui affligit patrem, & fugit' matrem, ignominiosus est & infelix. 26

Non

Sap. 15, 13.

Eccl. 2, 14. 8, 1.

Iac. 1, 19.

MS. H. C. G.

MS. H. G. In ... reiue ... legitur: ... qui præcedit, amittit. ipsam 8 MS. G. V. ... eamque ... diuitem amittunt & C. ... ret C. ... 11, 8.

... R. B.

- 16 MS. R. H C. impius G. et Hier. enarrans cap. 19. Matthæi. Inf. 18, 6.
- 1 MS. R. H. C. G.
- 16 MS. ... sua, & ipse H. C. G.

Dan. 13, 61

viias suas 20 MS. H. G.

enim MS q. R.

in æternū MS. R. B. G. Verùm ab H & C. non legitur.

iustus MS. G. Verū R. B. H. & C. nō legunt. Inf. 26, 15. Inf. 21, 11. fugat. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non ceſſes fili audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ. 27

Teſtis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem. 28

Parata ſunt deriſoribꝰ iudicia: & malei percutientes ſtultorum corporibus. 29

CAP. XX.

LVxuriosa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit ſapiens. 1

Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eū, peccat in animā ſuam. 2

Honor eſt homini qui ſeparat ſe à cōtentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis. 3

Propter frigus piger arare noluit: mēdicabit ergo æſtate, & non dabitur illi. 4

Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri: ſed homo ſapiens exhauriet illud. 5

Multi homines miſericordes vocātur: virum autem fidelem quis inueniet? 6

Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios derelinquet. 7

Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. 8

2 Ioan. 1, 8. ‖ Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? 9

3 Reg. 8, 46. 2 Par. 6, 36. Eccl. 7, 21. Sup. 11, 1. Inf. 20, 23. ‖ Pondus, & pondus, mēſura & mēſura, vtrumq. abominabile eſt apud Deum. 10

Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſint opera eius. 11

Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrumque. 12

Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos, & ſaturare panibus. 13

Malum eſt, malū eſt, dicit omnis emptor: & cùm receſſerit, tunc gloriabitur. 14

Eſt aurum, & multitudo gemmarum: 15
*vas autem' pretioſum labia ſcientiæ.

*& vas MS B.H.C.G. Inf. 27, 13. ‖ Tolle veſtimētum eius qui fideiuſſor 16
extitit alieni, & pro extraneis auferpignus ab eo.

Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo. 17

Cogitationes conſiliis roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. 18

Exo. 22, 16. Leu. 20, 9. Mat. 25, 4. Sap. 17, 17. Rom. 12, 17. 1 Petr. 3, 9. 1 The. 5, 15. Et qui reuelat myſteria, & ambulat 19
fraudulēter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.

‖ Qui maledicit patri ſuo & matri, 20
extinguetur lucerna eius in mediis tenebris.

Hæreditas ad quā feſtinatur in principio, in nouiſsimo benedictione carebit. 21

pro malo MS. q. R. Sup. 11, 1. 20, 10. ‖ Ne dicas, Reddam malum: expecta 22
Dominum, & liberabit te.

‖ Abominatio eſt apud Dñm pōdus & 23
pondus: ſtatēra doloſa non eſt bona.

A Dño dirigūtur greſſus viri: quis aūt 24
hominum intelligere poteſt viam ſuam?

*devorare 18 MS. R. H. Q. v. Ruina eſt homini *deuotare' ſanctos: & 25
poſt, vota *retractare'.

*tractare MS. H. Q. n. Diſſipat impios rex ſapiens, & incur- 26
uat ſuper eos fornicem.

Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris. 27

Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clemētia thronus eius. 28

Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas ſenum canities. 29

Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris. 30

CAP. XXI.

SIcut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud. 1

Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus. 2

Facere *miſericordiā' & iudicium magis placet Domino, quàm victimæ. 3
*iuſtitiam R.H.C. & iuſtitiam R.H.C.

Exaltatio oculorum *eſt' dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. 4

Cogitationes robuſti ſemper in abundātia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt. 5

Qui congregat theſauros lingua mendacij, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. 6

Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. 7

Peruerſa via viri, aliena eſt: qui autem mundus eſt, rectum opus eius. 8

Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi. 9 Inſ. 25, 29.

Anima impij deſiderat malum, non miſerebitur proximo ſuo. 10

Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam. 11 Sup. 19, 25.

Excogitat iuſtus de domo impij, vt detrahat impios *a malo'. 12
*in malum 3 MS. H. C. G.

Qui obthurat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. 13

Munus abſconditum extinguit iras: & donum in ſinu indignationē maximam. 14

Gaudiū iuſto eſt facere iudiciū: & pauor operantibus iniquitatem. 15

Vir qui erranerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. 16

Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. 17

Pro iuſto *dabitur' impius: & pro rectis iniquus. 18
*datur MS. B. Eccl. 33, 14. Sup. 4.

Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & iracunda. 19

Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti: & imprudēs homo diſſipabit illud. 20

Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam & gloriā. 21 *demittit quæ R. C. Fortunam Terram Agrum MS. & R. & deſpicit H. C.

Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens, *deſtruxitque' robur fiducię eius. 22

Qui cuſtodit os ſuum, & linguā ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. 23

Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. 24

Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari: 25

tota

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est tribuet, & non cessabit.
Hostiæ impiorũ abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.
Testis mendax peribit: vir obediẽs loquetur victoriam.
Vir impius procaciter obfirmat vultũ suũ: qui autẽ rectus est, corrigit viã suam.
Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.
Equus paratur ad diem belli: Dñs autẽ salutem tribuit.

CAP. XXII.

Melius est nomen bonũ, quàm diuitiæ multæ: super argentum* & aurum, gratia bona.
Dives & pauper obuiauerũt sibi: vtriusque operator est Dominus.
Callidus videt malum, & abscondit se: innocens pertrãsiit, & afflictus est dãno.
Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ & gloria & vita.
Arma & gladij in via peruersi: custos autem animæ suæ longè recedit ab eis.
Prouerbiũ est, Adolescẽs iuxta viã suã, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.
Dives pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis.
Qui seminat iniquitatẽ, metet mala, & virga iræ suæ consummabitur.
Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.
Victoriam & honorẽ acquiret qui dat munera: animã aũt aufert accipientiũ.
Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; causæ, & contumeliæ.
Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.
Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.
Dicit piger, Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.
Fouea profunda os alienæ: cui iratus est Dominus, incidet in eam.
Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.
Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.
Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.
Vt sit in Domino fiducia tua, vnde & ostendi eam tibi hodie.
Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia: vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te.
Nõ facias violentiã pauperi, quia pauper est: neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dñs causam eius, & cõfiget eos qui confixerunt animam eius.
Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.
Noli esse cũ his q defigũt manus suas, & q vades se offerunt p debitis: si enim non habes vnde restituas, quid causæ est vt tollat operimentum* de cubili tuo?
Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.
Vidisti virũ velocẽ in opere suo? corã regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

Quando sederis vt comedas cũ principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animã tuam, ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.
Noli laborare vt diteris: sed prudentiæ tuæ pone modum. ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælum.
Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudinem arioli & cõiectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est tecum. cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos.
In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.
Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas: propinquus enim illorum fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.
Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.
Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis.
Fili mi, si sapiẽs fuerit anim° tuus, gaudebit tecũ cor meũ: & exultabunt renes mei, cùm locuta fuerint recta labia tua.
Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die: quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.
Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum.
Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola cõsumentur, & vestietur pannis dormitatio.
Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cùm senuerit mater tua.
Veritatem eme, & noli vẽdere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.
Exultat gaudio pater iusti: qui sapientẽ genuit, lætabitur in eo. gaudeat pater tu°, & mater tua, & exultet quæ genuit te.
Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro,

*tuum 4 MS.
°lectum ruum de sub te H. C.
°stratum quod sub lateribus tuis G.

Sup. 13, 11 20, 21.

Sup. 13, 24. Eccl. 30, 1.

Inf. 24, 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& quos incautos viderit interficiet.
suffosio MS. R. Q. n.
Cui vę? cuius patri væ? cui rixæ? cui fo- 29
ueæ? Cui sine causa vulnera? cui suffusio' 30
oculorum? nónne his qui commorãtur in vino, & studentcalicibus epotandis?
Ne intuearis vinũ quando flaueſcit, cũ 31
splẽduerit in vitro color eius: ingreditur blãdè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. 32
extranea MS. Textus lectioni suffragantur B. & G. vtramque admittunt H. & C. Sup. 23, 17.
Oculi tui videbunt extraneas', & cor 33
tuum loquetur peruersa.
Et eris sicut dormiens in medio mari, 34
& quasi sopitus gubernator amisso clauo:
& dices, Verberauerũt me, sed nõ dolui: 35
traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

CAP. XXIIII.

NE æmuleris viros malos, nec desi- 1
deres esse cum eis: quia rapinas 2
meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.
Sapientia ædificabitur domus, & pru- 3
dentia roborabitur. in doctrina replebũtur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. 4
Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, ro- 5
bustus & validus.
Quia cum dispositione initur bellum: 6
& erit salus vbi multa consilia sunt.
Excelsa stulto sapientia, in porta non 7
aperiet os suum.
Qui cogitat mala facere, stultus voca- 8
bitur.
Cogitatio stulti peccatum est: & abo- 9
minatio hominum detractor.
lassus 10 MS. H. C. Psal. 81, 4.
Si deseraueris lapsus' in die angustiæ: 10
imminuetur fortitudo tua.
Erue eos qui ducuntur ad mortem: & 11
qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.
Si dixeris, Vires non suppetunt: qui in- 12
spector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.
Comede fili mi mel, quia bonum est, & 13
fauum dulcissimum gutturi tuo: sic & 14
doctrina sapientiæ, animæ tuæ: quam cũ inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.
Ne insidieris, & quæras impietatem in 15
domo iusti, neque vastes requiem eius.
*in die MS. q.
Septies enim* cadet iustus, & resurget: 16
impij autem corruent in malum.
Cũ ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, 17
& in ruina eius ne exultet cor tuum: ne 18
fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.
Ne contendas cum pessimis, nec æmu- 19
leris impios: quoniam non habent fu- 20
turorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.
Time Dominum, fili mi, & regem; & 21
cum detractoribus non commiscearis: 22
quoniam repentè consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit?
Hæc quoque sapientibus. 23

Cognoscere personam in iudicio non est bonum.
Lev. 19, 15. Deut. 1, 17. 16, 19. Eccl. 42, 1. 20 MS. R. H. C.
24 Qui dicũt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus.
25 qui arguunt eum', laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio.
26 Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.
27 Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam.
28 Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labiis tuis.
29 Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciã ei: reddã vnicuiq. secũdũ opus suũ.
Sup. 24, 12.
30 Per agrũ hominis pigri transiui, & per
31 vineã viri stulti: & ecce totũ repleuerãt vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidũ destructa erat.
32 Quod cũ vidissẽ, posui in corde meo, & exẽplo didici disciplinã. Vsq; quo piger dormies? vsq; quo de sõno cõsurges'?
Sup. 6, 9. 16 MS. R. H. C.
33 Parum inquam dormies, modicũ dormitabis, pauxillum manus conseres, vt
34 quiescas: & veniet tibi quasi cursor, egestas tua, & mẽdicitas quasi vir armat'.

CAP. XXV.

HAe quoq. parabolæ Salomonis, quas trãstulerũt viri Ezechiæ regis Iuda.
2 Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem.
3 Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.
4 Aufer rubiginẽ de argẽto, & egredietur vas purissimũ: aufer impietatẽ de vultu
5 regis, & firmabitur iustitia thronus eius.
6 Ne glorioſus appareas coram rege, &
7 in loco magnorum ne steteris. melius est enim vt dicatur tibi, Ascẽde huc: quã vt humilieris coram principe.
8 Quæ viderũt oculi tui ne proferas in iurgio citò: ne postea emẽdare nõ possis, cùm dehonestaueris amicum tuum.
9 Causam tuam tracta cum amico tuo,
10 & secretum extraneo ne reueles: ne fortè insultet tibi cùm audierit, & exprobrare non cesset.
16 MS. R. H. C. Desunt ea quæ sequuntur ad finem libri, quibus tres hos addimus. *Sed mansuetudinis mæ placebit. Sap. 16, 1.
Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias*.
11 Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
12 Inauris aurea, & margaritũ fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem.
13 Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.
14 Nubes & ventus, & pluuiæ nõ sequẽtes, vir glorioſus, & promissa nõ cõplens.
15 Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.
16 Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud.
17 Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.
18 Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum

suum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

suum falsum testimonium.
Deus putridus, & pes lassus, qui sperat 19
super infideli in die angustiæ, & amit- 20
tit pallium in die frigoris.
Acetum in nithro, *qui cantat carmi-
na cordi pessimo.
Sicut tinea vestimento, & vermis li-
gno: ita tristitia viri nocet cordi'.
¶ Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: 21
si sitierit, da ei aquam bibere: prunas e- 22
nim congregabis super caput eius, & Do-
minus reddet tibi.
Ventus aquilo dissipat pluuias, & fa- 23
cies tristis linguam detrahentem.
Melius est sedere in angulo domatis, quã 24
cũ muliere litigiosa, & in domo cõmuni.
Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius 25
bonus de terra longinqua.
Fons turbatus pede, & vena corrupta, 26
iustus cadens coram impio.
Sicut qui mel multum comedit, non est 27
ei bonum: ¶ sic qui scrutator est maiesta-
tis, opprimetur à gloria.
Sicut vrbs patens & absque murorum 28
ambitu, ita vir qui non potest in loquẽdo
cohibere spiritum suum.

CAP. XXVI.

QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in 1
messe: sic indecens est stulto gloria.
*Sicut auis ad 'alta' trãsuolãs, & passer 2
quò libet vadens: sic maledictum frustrà
prolatum in quempiam superueniet.
Flagellum equo, & camus asino, & vir- 3
ga in dorso imprudentium.
Ne respondeas stulto iuxta stultitiam 4
suam, ne efficiaris ei similis.
Respondе stulto iuxta stultitiam suam, 5
ne sibi sapiens esse videatur.
Claudus pedibus, & iniquitatẽ bibens, 6
qui mittit verba per nuntium stultum.
Quomodò pulchras frustra habet clau- 7
dus tibias: sic indecens est in ore stulto-
rum parabola.
Sicut qui mittit lapidẽ in aceruũ Mer- 8
curij: ita qui tribuit insipienti honorem.
Quomodò si spina nascatur in manu 9
temulenti: sic parabola in ore stultorum.
Iudicium determinat causas: & qui im- 10
ponit stulto silentium, iras mitigat.
¶ Sicut canis qui reuertitur ad vomitũ 11
suũ, sic imprudẽs qui iterat stultitiã suã.
Vidisti hominem sapientem sibi vide- 12
ri? magis illo spem habebit insipiens.
Dicit piger, Leo est in via, & leæna in 13
itineribus: sicut ostium vertitur in car- 14
dine suo, ita piger in lectulo suo.
¶ Abscõdit piger manus sub ascella sua, 15
& laborat si ad os suum eas conuerterit.
Sapientior sibi piger videtur septem 16
viris loquentibus sententias.
Sicut qui apprehendit auribus canem, 17
sic qui transit impatiens, & commiscetur
rixæ alterius.
Sicut noxius est qui mittit sagittas, & 18
lanceas in mortem: ita vir qui fraudu- 19
lenter nocet amico suo: & cùm fuerit de-
prehensus dicit, Ludens feci.
Cùm defecerint ligna, extinguetur ig- 20
nis: & susurrone subtracto, iurgia con-
quiescunt.
¶ Sicut carbones ad prunas, & ligna ad 21 Eccl. 8, 13.
ignẽ, sic homo iracundus suscitat rixas.
Verba susurronis quasi simplicia, & 22
ipsa perueniunt ad intima ventris.
Quomodò si argẽto sordido ornare ve- 23
lis vas fictile, sic labia tumentia cum pes-
simo corde sociata.
Labiis suis intelligitur inimicus, cùm 24
in corde tractauerit dolos. quando sub- 25
miserit vocem suã, ne credideris ei: quo-
niam septẽ nequitiæ sunt in corde illius.
Qui operit odium fraudulenter, reue- 26
labitur malitia eius in *consilio'.
¶ Qui fodit foueam, incidet in eam: & 27
qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.
Lingua falsa non amat veritatem: & 28
os lubricum operatur ruinas.

CAP. XXVII.

NE glorieris in crastinum, ignorans 1
quid superuentura pariat dies.
Laudet te alienus, & non os tuum: ex- 2
traneus, & non labia tua.
¶ Graue est saxum, & onerosa arena: 3 Eccl. 22, 18
sed ira stulti vtroque grauior.
Ira non habet misericordiam, nec e- 4
rumpens furor: & impetum concitati
—spiritus' ferre quis poterit?
Melior est manifesta correptio, quàm 5
amor absconditus.
Meliora sunt vulnera diligentis, quàm 6
fraudulenta oscula odientis.
Anima saturata calcabit fauũ: ¶ & ani- 7 Iob 6, 7.
ma esuriens eriã amarũ pro dulci sumet.
Sicut auis transmigrãs de nido suo, sic 8
vir qui derelinquit locum suum.
Vnguento & variis odoribus delecta- 9
tur cor: & bonis amici consiliis anima
dulcoratur.
Amicum tuum, & amicum patris tui 10
ne dimiseris: & domum fratris tui ne in-
grediaris in die afflictionis tuæ.
Melior est vicin' iuxtà, q̃ frater procul.
Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor 11
meum, vt possim exprobranti respon-
dere sermonem.
Astutus vidẽs malum, absconditus est: 12
paruuli transeũtes sustinuerũt dispendia.
¶ Tolle vestimentũ eius qui spopondit 13 Supr. 20, 16.
p extraneo, & pro alienis aufer ei pign'.
Qui benedicit proximo suo voce grã- 14
di, de nocte consurgens maledicenti si-
milis erit.
¶ Tecta "perstillantia' in die frigoris, & 15 Supr. 19, 13.
litigiosa mulier comparantur: qui reti- 16 "pestilen-
net eam, quasi qui ventum teneat, & o- tia o.
leum dexteræ suæ "vocabit'. "euacuet
Ferrum ferro exacuitur, & homo exa- 17 o.
cuit faciem amici sui.
Qui seruat ficũ, comedet fruct' eius: & 18
qui custos est domini sui, glorificabitur.
Quo modo in aquis resplendent vul- 19
tus prospicientium, sic corda hominum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manifesta sunt prudentibus.

Eccl. 14, 10 ¶ Infernus & perditio nunquam implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles. 20

Sup. 17, 3. ¶ Quo modo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. 21

-16 MS. R.H.C.G. Legitur autem in G q. -Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam'.

Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. 22

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, 23
tuosq. greges considera: non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur 24

*tibi MS. R.B. Verũ ab H.C. & G. non additur. 1 Tim. 6, 8. *in generationem & generationem.

Aperta sunt prata, & apparuerũt herbę 25
virẽtes, & collecta sunt fœna de montib.

*ad MS. R.B.C. Subaudiuntur autem hac aut his similia in antiquis MS. & H. ¶ Agni *ad vestimentum tuum: & hœdi *agri pretium. 26

Sufficiat tibi lac caprarũ in cibos tuos, 27
& in necessaria domus tuæ: & ad victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

FVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absq. terrore erit. 1

Propter peccata terræ multi principes 2
eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

Vir pauper calumnians pauperes, si- 3
milis est imbri vehementi in quo paratur fames.

Qui derelinquũt legẽ, laudãt impium: 4
qui custodiũt, succenduntur contra eum.

Viri mali nõ cogitãt iudicũ: qui autem 5
inquirunt Dñm, animaduertunt omnia.

Sup. 19, 1. ¶ Melior est pauper ambulãs in simplicitate sua, quã dives in prauis itineribus. 6

Qui custodit legẽ, filius sapiens est: qui 7
aũt comessatores pascit, cõfundit patrẽ suũ.

Qui coacernat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. 8

Qui declinat aures suas ne audiat le- 9
gem, oratio eius erit execrabilis.

Qui decipit iustos in via mala, in in- 10
teritu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius'.

-R.H.C.G.

Sapiens sibi videtur vir dives: pauper 11
autem prudens scrutabitur eum.

In exultatione iustorum multa gloria 12
est: regnantibus impiis ruinæ hominum.

Qui abscondit scelera sua, non dirige- 13
tur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Beatus homo qui semper est pauidus: 14
qui verò mẽtis est durę, corruet in malũ.

Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps 15
impius super populum pauperem.

Dux indigens prudentia, multos oppri- 16
met per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.

Hominẽ qui calumniatur animæ san- 17
guinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustiner.

Qui ambulat simpliciter, salu° erit: qui 18
peruersis graditur viis, concidet semel.

Sup. 12, 11. Eccl. 34, 2. 19 ¶ Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate.

Sup. 20, 21. 20 Vir fidelis multum laudabitur: ¶ qui autem festinat ditari, non erit innocens.

21 Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit: iste & pro buccella panis deserit veritatem.

22 Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quòd egestas superueniet ei.

23 Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.

24 Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est.

25 Qui se iactat & dilatat, iurgia cõcitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur.

26 Qui cõfidit in corde suo, stultus est: qui autẽ graditur sapienter, ipse °laudabitur'.

27 Qui dat pauperi, nõ indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.

28 Cùm surrexerint impij, abscondentur homines: cùm illi perierint, multiplicabuntur iusti.

CAP. XXIX.

1 VIro qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.

2 In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cùm impij sumpserint principatum, gemet populus.

3 Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: ¶ qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.

4 Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam.

5 Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus °eius'.

6 Peccantem virum iniquum involuet laqueus, & iustus laudabit atq. gaudebit.

7 Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam.

8 Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem.

9 Vir sapiẽs si cum stulto contẽderit, siue irascatur, siue rideat, nõ inueniet requiẽ.

10 Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius.

11 Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum.

12 Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.

13 Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusque illuminator est Dominus.

14 Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.

15 Virga atque °correptio' tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.

16 In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt.

17 Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.

Cùm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cùm prophetia defecerit, diſsipabitur 18
populus: qui verò cuſtodit legẽ, beat⁹ eſt.
Seruus verbis non poteſt erudiri: quia 19
quod dicis intelligit, & reſpondere con-
temnit. Vidiſti hominẽ velocem ad lo- 20
quendum? ℣ſtultitia' magis ſperanda eſt,
quàm illius ℣correptio'.
Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum 21
ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.
Vir iracundus prouocat rixas: & qui 22
ad indignandum facilis eſt, erit ad pecca-
dum procliuior.
℣Superbum ſequitur humilitas, & hu- 23
milem ſpiritu ſuſcipiet gloria.
Qui cũ fure participat, odit animam 24
ſuam: adiurantem audit, & non indicat.
Qui timet hominem, citò corruet: qui 25
ſperat in Domino, ſubleuabitur.
Multi requirunt faciẽ principis, & iu- 26
dicium à Domino egreditur ſingulorum.
Abominantur iuſti virũ impiũ: & abo- 27
minantur impij ℣eos qui ⊢in' recta ſunt
via'. ⊢Verbum cuſtodiens filius, extra
perditionem erit'.

CAP. XXX.

VErba Congregantis filij Vomentis. 1
Viſio quam locutus eſt vir cum quo
eſt Deus, & qui Deo ſecum morante cõ-
fortatus, ait:
Stultiſsimus ſum virorum, & ſapien- 2
tia hominum non eſt mecum.
Non didici ſapientiam, & *noui ſcien- 3
tiam ſanctorum.
Quis aſcendit in cælũ, atq. deſcendit? 4
quis cõtinuit ſpiritũ in manib⁹ ſuis? quis
colligauit aquas quaſi in veſtimẽto? quis
ſuſcitauit oẽs terminos terræ? quod nomẽ
eſt eius, & quod nomẽ filij eius, ſi noſti?
℣Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt 5
ſperantibus in ſe: ℣ne addas quicquam 6
verbis illius, & arguaris, inueniariſque
mendax.
Duo rogaui te, ne deneges mihi ante- 7
quam moriar:
Vanitatẽ, & verba mẽdacia lõge fac à 8
me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis
mihi: tribue tantũ victui meo neceſſaria.
ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, 9
& dicã, Quis eſt Dñs? aut egeſtate com-
pulſus furer, & periurẽ nomen Dei mei.
Ne accuſes ſeruum ad dominũ ſuum, 10
ne fortè maledicat tibi, & corruas.
Generatio quæ patri ſuo maledicit, & 11
quæ matri ſuæ non benedicit.
Generatio quæ ſibi munda videtur, & 12
tamen non eſt lota à ſordibus ſuis.
Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & 13
palpebræ eius in alta ſurrectæ.
Generatio quæ pro dentibus gladios 14
habet, & commandit molaribus ſuis, vt
comedat inopes de terra, & pauperes ex
hominibus.
Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes, 15
Affer, Affer.
Tria ſunt inſaturabilia, & quartũ quod
nunquam dicit, Sufficit.
Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non 16
ſatiatur aqua: ignis verò nunquam dicit,
Sufficit.
Oculum qui ſubſannat patrem, & qui 17
deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eũ
corui de torrentibus, & comedant eum
filij aquilæ.
Tria ſunt difficilia mihi, & quartũ pe- 18
nitus ignoro.
Viam aquilæ in cælo, viã colubri ſuper 19
terram, viã nauis in medio mari, & viam
viri in ℣adoleſcentia'.
Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ 20
comedit, & tergens os ſuum dicit, Non
ſum operata malum.
Per tria mouetur terra, & quartum non 21
poteſt ſuſtinere.
Per ſeruum cùm regnauerit: per ſtultũ 22
cùm ſaturatus fuerit cibo: per odioſam 23
mulierem cùm in matrimonio fuerit
aſſumpta: & per ancillam cùm fuerit hę-
res dominæ ſuæ.
Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa 24
ſunt ſapientiora ſapientibus: formicæ 25
populus infirmus, ℣qui præparat' in meſ-
ſe cibũ ℣Gbi': lepuſculus plebs inuali- 26
da, qui collocat in petra cubile ſuum:
regem locuſta non habet, & egreditur 27
vniuerſa per turmas ſuas: ſtellio manu- 28
bus nititur, & moratur in ædibus regis.
Tria ſunt quæ bene gradiuntur, & 29
quartũ quod incedit feliciter: leo for- 30
tiſsimus beſtiarum, ad nullius pauebit
occurſum: gallus ſuccinctus lumbos: & 31
aries, ℣nec eſt ⊢rex' qui reſiſtat ei.
Et qui ſtultus ℣apparuit' poſtquam ele- 32
uatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet,
ori ⊢ſuo' impoſuiſſet manum.
Qui aũt fortiter premit hubera ad eli- 33
ciendũ lac, exprimit butyrũ: & qui vehe-
menter emungit, elicit ſanguinẽ; & qui
prouocat iras, producit diſcordias.

VERBA LAMVELIS REGIS. VISIO QVA ERVDIVIT EVM MATER SVA.

CAP. XXXI.

QVid dilecte mi, quid dilecte vteri 2
mei, quid dilecte votorũ meorum?
Ne dederis mulieribus ſubſtantiam 3
tuã, & ℣diuitias' tuas ad delendos reges.
Noli regibus ô Lamuel, noli regibus 4
dare vinum: quia nullum ſecretũ eſt vbi
regnat ebrietas. ne fortè bibãt, & obli- 5
uiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam
filiorum pauperis.
Date ſiceram mœrentibus, & vinum 6
his qui amaro ſunt animo: bibant, & 7
obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui
non recordentur amplius.
Aperi os tuum muto, & cauſis omniũ 8
filiorum qui pertranſerũt: aperi os tuũ, 9
decerne quod iuſtum eſt, & ℣iudica' ino-
pem & pauperem.
Mulierem fortem quis inueniet? pro- 10
cul, & de vltimis finibus pretium eius.

℣adoleſcẽtula 1 MS. H. Q. n.
℣quæ præparant 10 MS. H. C. G.
℣ſuum 4 MS. R. H. C.
⊢o.
℣& Rex nec eſt. H. Q. n.
℣apparuerit MS. R. B. Q. n.
⊢5 MS. H.
℣vias R. H. C.
℣vindica MS. R. Lectionis Textus volũt B. H. C. & G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Confidit in ea cor viri sui, & spoliis nō indigebit. 11
Reddet ei bonum, & nō malum, omnibus diebus vitæ suæ. 12
Quæsiuit lanam & linū, & operata est consilio manuum suarum. 13
Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum. 14
Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. 15
Considerauit agrū, & emit eū, de fructu manuum suarum plantauit vineam. 16
Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Gustauit 17 18
–& vidit' quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. 19
Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. 20
Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. 21
Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. 22
Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. 23
Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. 24
Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. 25
Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. 26
Cōsiderauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. 27
Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam. 28
Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. 29
Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominū, ipsa laudabitur. 30
Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. 31

–R.H. C. G. Nec Beda, se lediſſe oſtendit. Eſt autem eius quod præcedit, expoſitio.

ECCLESIASTES,
QVI AB HEBRAEIS COHELETH APPELLATVR.

CAP. I.

VERBA Ecclesiastæ filij Dauid regis Ierusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatū –& omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra aūt in æternū stat. Oritur sol, & occidit, & ad locū suū reuertitur: ibique renascens, gyrat per Meridiē, & flectitur ad Aquilonē: lustrās vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrāt in mare, & mare nō redūdat: ad locū vnde exeūt flumina reuertūtur, vt iterū fluāt. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurū est. Quid est quod factū est? ipsum quod faciendū est. Nihil sub sole nouū, nec valet quisquā dicere, Ecce, hoc recens est. iā enim præcessit in seculis quæ fuerūt ante nos. Non est priorū memoria: sed nec eorū quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israël in Ierusalem, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapiēter de omnibus quæ fiūt sub sole. Hāc occupationē pessimā dedit Deus filiis hominū, vt occuparētur in ea. Vidi cuncta quæ fiūt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficilè corrigūtur, & stultorū infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicēs, Ecce magnus effectus sum, & præcessi oēs sapientia, qui fuerūt ante me in Ierusalē, & mēs mea cōtēplata est multa sapiēter, & didici. Dediq. cor meum vt scirē prudentiā atq. doctrinā, erroresque & stultitiā: & agnoui quòd in his quoq. esset labor, & afflictio spiritus, eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborē.

–1 MS. Hier. H. C.G.

CAP. II.

DIxi ergo in corde meo, Vadā & affluā deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoq. esset vanitas. Risum reputaui errorē: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnē meā, vt animum meū transferrē ad sapientiā, deuitaremq. stultitiā, donec viderē quid esset vtile filiis hominū, quo facto opus est sub sole numero dierū vitæ suæ. Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. feci hortos & pomaria, & cōseui ea cūcti generis arborib⁹. Et extruxi mihi piscinas aquarū, vt irrigarem silua lignorū germinantiū: Possedi seruos, & ancillas, multamq. familiā habui: armēta quoq. & magnos ouiū greges vltra oēs qui fuerūt ante me in Ierusalem. Coaceruaui mihi argentū & aurū, & substātias regū & prouinciarū. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorū hominū, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fūdēda. Et supgressus sum opibus oēs qui ante me fuerunt in Ierusalē. sapiētia quoq. perseuerauit mecum. Et oīa quæ desiderauerūt oculi mei, nō negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparauerā: & hāc ratus sum partē meā, si vterer labore meo. Cūque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerāt man⁹ meæ, & ad labores in quib⁹ frustra sudauerā, vidi in omnibus vanitatē & afflictionē animi, & nihil permanere sub sole. Trāstui ad cōtemplandā sapientiam, erroresq. & stultitiā (quid est, insquā, homo vt sequi possit regē factorē suum?) & vidi quòd tantum præcederet

–Quod & MS. Quæ est sapientia H. C.G.

sapientia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sapiẽtia stultitiã, quantũ differt lux à tenebris. ¶ Sapientis oculi in capite eius: 14
stult⁹ in tenebris ambulat. Et didici quòd
vnus vtriusq. esset interitus. Et dixi in 15
corde meo, Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest, quòd maiorẽ sapiẽtiæ dedi operã? Locutusque cum
mente mea, animaduerti quòd hoc quoq.
esset vanitas. Non enim erit memoria 16
sapiẽtis similiter vt stulti in perpetuũ, &
futura tẽpora obliuione cũcta pariter operiẽt: moritur doctus similiter vt indo-
ctus. Et idcirco tæduit me vitæ meæ vi- 17
dentẽ mala vniuersa esse sub sole, & cunctã vanitatẽ & afflictionẽ spiritus. Rur- 18
sus detestatus sum omnẽ industriã meã,
qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredẽ post me, quẽ ignoro, v- 19
trũ sapiẽs an stultus futurus sit: & dominabitur in laboribus meis quib⁹ desudaui & solicitus fui. & est quicquã tã vanũ?
Vnde cessaui, renuntiauitq. cor meum 20
vltrà laborare sub sole. Nã cũ alius la- 21
boret in sapiẽtia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit. &
hoc⁹ ergo⁹ vanitas & magnũ malũ. Quid 22
enim proderit homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole
cruciatus est? Cũcti dies eius doloribus 23
& ærumnis pleni sunt, nec per noctẽ mẽte requiescit. & hoc nónne vanitas est?
Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona, de labo- 24
ribus suis? & hoc de manu Dei est. Quis 25
ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego?
Homini bono in cõspectu suo dedit De⁹ 26
sapientiã, & scientiã, & lætitiã: peccatori autẽ dedit afflictionẽ & curã superfluã,
vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo: sed & hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis. CAP. III.
OMnia tempus habent, & suis spatiis 1
transeunt vniuersa sub cælo.
Tempus nascendi, & tẽpus moriendi. 2
Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.
Tempus occidẽdi, & tempus sanandi: 3
tempus destruendi, & tẽpus ædificandi.
Tempus flendi, & tempus ridendi. 4
Tempus plangendi, & tempus saltandi.
Tẽp⁹ spargẽdi lapides, & tẽp⁹ colligẽdi. 5
Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.
Tẽpus acquirendi, & tempus perdẽdi. 6
Tẽpus custodiendi, & tẽpus abiiciendi.
Tẽpus scindendi, & tempus consuendi. 7
Tempus tacendi, & tempus loquendi. 8
Tempus dilectionis, & tempus odij.
Tempus belli, & tempus pacis.
Quid habet amplius homo de labore 9
suo? Vidi afflictionẽ quã dedit Deus fi- 10
liis hominum, vt distendantur in ea.
Cũcta fecit bona in tẽpore suo, & mũ- 11
dũ tradidit disputationi eorũ, vt nõ inueniat homo opus quod operatus est Deus
ab initio vsq. ad finẽ. Et cognoui quòd 12
nõ esse melius nisi lætari, & facere bene
in vita sua. Omnis enim homo qui cõ- 13
edit & bibit, & videt bonũ de labore suo,
hoc donum Dei est. Didici quòd omnia 14
opera quæ fecit Deus, perseuerẽt in perpetuũ. nõ possumus eis quicquã addere,
nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur.
Quod factũ est, ipsum permanet: quæ 15
futura sunt, iã fuerũt: & Deus instaurat
quod abiit. Vidi sub sole in loco iudicij 16
impietatẽ, & in loco iustitiæ iniquitatẽ.
Et dixi in corde meo, Iustũ & impium 17
iudicabit Deus, & tẽpus omnis rei tunc
erit. Dixi in corde meo de filiis homi- 18
nũ, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis. Idcirco vnus interitus 19
est hominis & iumẽtorũ, & æqua vtriusq.
cõditio. sicut moritur homo, sic & illa
moriũtur. similiter spirant oĩa, & nihil
habet homo iumẽto amplius. cũcta sub- 20
iacẽt vanitati. Et oĩa pergũt ad vnũ locũ: de terra facta sunt, & in terrã pariter
revertũtur. Quis nouit si spiritus filiorũ 21
Adã ascẽdat sursum, & si spiritus iumẽtorũ descẽdat deorsum? Et deprehendi 22
nihil esse melius quàm lætari hominem
in opere suo, & hanc esse partem illius.
Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

CAP. IIII.

VErti me ad alia, & vidi calũnias quæ 1
sub sole gerũtur, & lachrymas innocentiũ, & neminẽ consolatorẽ: nec posse
resistere eorũ violentiæ, cunctorũ auxilio
destitutos. Et laudaui magis mortuos, 2
quã viuẽtes: & feliciorẽ vtroq. iudicaui qui necdũ nat⁹ est, nec vidit mala quæ 3
sub sole fiũt. Rursum cõtemplatus sum 4
oẽs labores hominum, & industrias animaduerti patẽre inuidiæ proximi. & in
hoc ergo vanitas, & cura superflua est.
Stultus cõplicat manus suas, & cõedit 5
carnes suas, dicẽs: Melior est pugillus cũ 6
requie, quàm plena vtraq. manus cũ labore, & afflictione animi. Considerans 7
reperi & aliã vanitatẽ sub sole. vn⁹ est, 8
& secundũ nõ habet, nõ filiũ, nõ fratrẽ,
& tamẽ laborare nõ cessat, nec satiantur
oculi eius diuitiis: nec recogitat, dicens,
Cui laboro, & fraudo animã meã bonis?
in hoc quoq. vanitas est, & afflictio pes- 9
sima. Melius est ergo duos esse simul,
quàm vnũ: habẽt enim emolumentũ so- 10
cietatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero
fulcietur. væ soli: quia cùm ceciderit, nõ
habet subleuantem se. Et si dormierint 11
duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo
calefiet? Et si quispiã præualuerit cõtra 12
vnum, duo resistũt ei: funiculus triplex
difficilè rũpitur. Melior est puer pauper 13
& sapiẽs rege sene & stulto, qui nescit prouidere in posterũ. Quòd de carcere, cate- 14
niisq. interdũ quis egrediatur ad regnũ:
& alius nat⁹ in regno, inopia cõsumatur.
Vidi cũctos viuẽtes qui ambulant sub 15
sole cũ adolescente secũdo qui consurget
pro eo. Infinitus numerus est populi 16

resistent 1 MS. R. Hier. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omniū qui fuerūt ante eū: & qui postea futuri sunt, nō lætabūtur in eo. sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. Custodi pedē tuū ingrediēs domū Dei, & appropinqua vt audias. ¶ Multo enim melior est obediētia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. 17

1 Re. 15,22 Osee 6,6.

CAP. V.

NE temerè quid loquaris, neque cor tuū sit velox ad proferendū sermonē corā Deo. Deꝰ enim in cælo, & tu sup terram, idcirco sint pauci sermones tui. 1

Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia. 2

inuenitur 4 MS.

¶ Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed quodcūq. voueris redde. 3

Deu. 23,21.

multoq. melius est nō vouere, quàm post votū promissa nō reddere. Ne dederis os tuū vt peccare facias carnē tuā: neq. dicas corā angelo, Nō est prouidētia: ne fortè iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarū. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deū time. 4 5 6 7

Si videris calūnias egenorū, & violēta iudicia, & subuerti iustitiā in prouincia, nō mireris sup hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, & sup hos quoq. eminētiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruiēti. 8

Auarus nō implebitur pecunia: & q amat diuitias, fructū nō capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. Vbi multæ sunt opes, multi- & qui cōedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis? 9 10

- MS. R. Hier. H. G. Additur autem a C.

Dulcis est somnus operāti, siue parū, siue multū cōedat: saturitas autē diuitis nō sinit eū dormire. ¶ Est & alia infirmitas pessima, quā vidi sub sole: diuitiæ cōseruatæ in malū dñi sui. 11 12

Iob 20, 20.

Pereūt enim in afflictione pessima. generauit filiū, qui in summa egestate erit. 13

Iob 1,21. 1 Tim. 6,7.

¶ Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodò venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventū? Cūctis diebus vitæ suæ cōedit in tenebris & in curis multis, & in ærūna atq. tristitia. Hoc itaq. visum est mihi bonum vt cōedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex *labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus; & hæc est pars illius. 14 15 16 17

*omni 2 MS. Hier. H.C.G.

Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atq. substantiā, potestatemq. ei tribuit vt cōedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donū Dei. Nō enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quòd Deus occupet deliciis cor eius. 18 19

CAP. VI.

EST & aliud malū quod vidi sub sole, & quidē frequēs apud homines: Vir cui dedit Deus diuitias, & substātiam, & honorē, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatē Deus vt cōedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miseria magna est. Si genuerit quispiā cētū liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius nō vtatur bonis substātiæ suæ, sepulturaq. careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomē eius. Nō vidit solē, neq. cognouit distātiā boni & mali: etiā si duobus millibus annis vixerit, & nō fuerit perfruitus bonis: nónne ad vnū locū properāt oīa? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius nō implebitur. Quid habet amplius sapiēs à stulto? & quid pauper nisi vt pergat illuc vbi est vita? Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. Qui futurus est, iā vocatū est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & nō possit cōtra fortiorē se in iudicio cōtendere. Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Filios MS. C. H. G.

CAP. VII.

QVid necesse est homini maiora se quærere, cùm ignoret quid cōducat sibi in vita sua numero dierū peregrinationis suæ, & tēpore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eū futurū sub sole sit? ¶ Melius est nomē bonū, quàm vnguēta pretiosa: & dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domū luctus, quàm ad domū conuiuij. in illa enim finis cunctorū admonetur hominū, & viuēs cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiā vultus corrigitur animus delinquētis. Cor sapiētiū vbi tristitia est, & cor stultorū vbi lætitia. Melius est à sapiēte corripi, quàm stultorū adulatione decipi. quia sicut sonitus spinarū ardētiū sub olla, sic risus stulti. sed & hoc vanitas. Calūnia cōturbat sapientē, & perdet robur cordis illius. Melior est finis orationis, quàm principiū. Melior est patiēs arrogāte. Ne sis velox ad iracundiā: quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas, Quid putas causę est quòd priora tēpora meliora fuere quàm nūc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio. Vtilior est sapiētia cū diuitiis, & magis prodest vidētibus solē. Sicut enim protegit sapiētia, sic protegit pecunia. hoc aūt plus habet eruditio & sapiētia, quòd vitā tribuūt possessori suo. Cōsidera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quē ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malā diē præcaue. sicut enim hāc, sic & illā fecit Deus, vt nō inueniat homo cōtra eū iustas querimonias. Hæc quoq. vidi in dieb vanitatis meæ: Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tēpore in malitia sua. Noli esse iustus multùm: neq. plus sapias, quā necesse est, ne obstupescas. Ne impiè agas multū: & noli esse 12 13 14 15 16 17 18

Prouer.

Vterum MS. Hebraice legitur: Et vincet dies mortis diē natiuitatis.

stultus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

stultus, ne moriaris in tempore non tuo.
Bonū est te sustētare iustū, sed & ab 19
illo ne subtrahas manū tuā: quia qui ti-
met Deū, nihil negligit. Sapientia con- 20
fortauit sapiētē, super decē principes ci-
uitatis. Non est enim homo iustus in 21
terra, qui faciat bonū, & nō peccet. Sed 22
& cūctis sermonibus qui dicūtur, ne ac-
cōmodes cor tuū: ne fortè audias seruum
maledicentē tibi. scit enim conscientia 23
tua quia & tu crebrò maledixisti aliis.
Cūcta tētaui in sapiētia. Dixi, Sapiens 24
efficiar: & ipsa longius recessit à me
multo magis quàm erat: & alta profun- 25
ditas, quis inueniet eā? Lustraui vniuer- 26
sa animo meo, vt scirē & considerarē, &
quærerē sapientiā & rationē, & vt cog-
noscerē impietatē stulti, & errorē imprū-
dentiū: & inueni amariorē morte mu- 27
lierē, quæ laqueus venatorū est, & sagena
cor eius, vincula sunt manus illius. qui
placet Deo, effugiet illā: qui autē pecca-
tor est, capietur ab illa. Ecce hoc inue- 28
ni, dixit Ecclesiastes, vnū & alterum, vt
inuenirē rationē, quā adhuc quærit ani 29
ma mea, & nō inueni. Virum de mille v-
nū reperi, mulierē ex omnibus non inue-
ni. Solūmodo hoc inueni, quòd fecerit 30
Deus hominē rectum; & ipse se infinitis
miscuerit quæstionibus. Quis talis vt sa-
piēs est? & quis cognouit solutionē verbi?

CAP. VIII.

SApientia hominis lucet in vultu e- 1
ius, & potētissimę faciē illius cōmu-
tabit. Ego os regis obserua, & præce- 2
pta iuramēti Dei. Ne festines recedere
a facie eius, neq. permaneas in opere ma-
lo: quia omne quod voluerit faciet, & 4
sermo illius potestate plenus est: nec di-
cere ei quispiā potest, Quare ita facis?
Qui custodit præceptū, non experietur 5
quicquā mali. Tēpus & responsionē cor
sapiētis intelligit. Omni negotio tem- 6
pus est, & opportunitas, & multa hominis
afflictio: quia ignorat præterita, & fu- 7
tura nullo scire potest nuntio. Non est 8
in hominis potestate prohibere spiritum,
nec habet potestatem in die mortis, nec
finitur quiescere ingruente bello, neque
saluabit impietas impiū. Omnia hæc 9
considerauī, & dedi cor meū in cūctis o-
peribus quæ fiunt sub sole. Interdū do-
minatur homo homini in malum suum.
Vidi impios sepultos: qui etiā cùm ad- 10
huc viuerēt, in loco sancto erāt, & lauda-
bātur in ciuitate quasi iustorū operum.
sed & hoc vanitas est. Et enim quia nō 11
profertur citò cōtra malos sententia, abs-
que timore vllo filij hominū perpętrant
mala. Attamē peccator ex eo quòd cē- 12
ties facit malū, & per patientiā sustenta-
tur, ego cognoui quòd erit bonū timen-
tibus Deū qui verentur faciē eius. Non 13
sit bonū impio, nec prolōgentur dies ei,
sed quasi vmbra trāseant qui nō timent
faciem Dñi. Est & alia vanitas, quæ fit 14
super terrā. sunt iusti quibus mala pro- multa e-
ueniūt, quasi opera egerint impiorū: & ueniūt MS.
sunt impij qui ita securi sunt, quasi iu- accidit H.
storū facta habeāt. sed & hoc vanissimū G. Simili-
15 iudico. Laudaui igitur lætitiā, quòd nō ter Textui
esset homini bonū sub sole, nisi quòd cō- expositit
ederet, & biberet, atque gauderet: & hoc Chaldæus.
solū secū auferret de labore suo in dieb
vitæ suæ quos dedit ei Deus sub sole.
16 Et apposui cor meū vt scirē sapientiā, diffensio-
& intelligerē distentionē quæ versatur nem o.
in terra: est homo qui diebus & noctibus
17 somnū nō capit oculis. Et intellexi q
omniū operū Dei nullā possit homo in-
uenire rationē eorū quæ fiūt sub sole: &
quāto plus laborauerit ad quærendū, tā-
to minus inueniat: etiā si dixerit sapiēs se
nosse, nō poterit reperire. CAP. IX.
1 OMnia hæc tractaui in corde meo, vt
curiosè intelligerē: Sūt iusti, atque
sapiētes, & opera eorū in manu Dei: &
tamē nescit homo vtrū amore, an odio
2 dignus sit: sed omnia in futurū seruā-
tur incerta, eo quòd vniuersa æquè eue-
niāt iusto & impio, bono & malo, mūdo
& immūdo, immolāti victimas, & sacri-
ficia cōtemnēti. sicut bonus, sic & pecca-
tor: vt periurus, ita & ille qui verū deie-
3 rat. Hoc est pessimū inter omnia quæ
sub sole fiūt, quia eadē cunctis eueniunt.
vnde & corda filiorū hominū implentur
malitia, & cōtemptu in vita sua, & post
4 hæc ad inferos deducētur. Nemo est deducun-
qui semper viuat, & qui huius rei habeat tur 2 MS.
fiduciā: melior est canis viuus leone mor — Hier. H.
5 tuo. Viuētes enim sciunt se esse mori- G.
turos, mortui verò nihil nouerūt amplius,
nec habēt vltrà mercedē: quia obliuioni
6 tradita est memoria eorū. Amor quo-
que, & odiū, & inuidiæ simul perierunt,
nec habēt partē in hoc seculo, & in ope-
7 re quod sub sole geritur. Vade ergo, &
comede in lætitia panē tuū, & bibe cum
gaudio vinū tuū; quia Deo placent opera
8 tua. Omni tēpore sint vestimenta tua
cādida, & oleū de capite tuo nō deficiat.
9 Perfruere vita cū vxore quam diligis,
cūctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui
dati sunt tibi sub sole omni tēpore vani-
tatis tuæ. hæc est enim pars in vita, & in
10 labore tuo quo laboras sub sole. Quod-
cunq. facere potest manus tua, instanter
operare: quia nec opus, nec ratio, nec sa-
pientia, nec scientia erunt apud inferos,
11 quò tu properas. Verti me ad aliud, & aliò, vidi-
vidi sub sole, nec velocium esse cursum, que MS.
nec fortiū bellū, nec sapientiū panē, nec
doctorū diuitias, nec artificū gratiā: sed
12 tēpus, casumq. in omnibus. Nescit ho-
mo finē suū; sed sicut pisces capiūtur ha
mo, & sicut aues laqueo cōprehēduntur:
sic capiūtur homines in tēpore malo, cū
13 eis extēplo superuenerit. Hanc quoque
sub sole vidi sapientiā, & probaui maxi-
14 mam: Ciuitas parua, & pauci in ea vi-
.venit cōtra eā rex magnus, & vallauit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusque est 15
in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbē per sapientiā suā, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.
Et dicebā ego, meliorē esse sapientiam 16
fortitudine: quomodò ergo sapiētia pauperis cōtempta est, & verba eius nō sunt audita? Verba sapientium audiuntur in 17
silentio, plus quā clamor principis inter stultos. ‖ Melior est sapientia, quàm ar- 18
Sap.6,1. ma bellica: & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

MVscæ morientes perdunt suauitatē 1
vnguēti. Pretiosior est sapiētia ℵ & gloria, parua' ad tēpus stultitia. Cor sa- 2
ℵparuaque gloria o. Q.n. pientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Sed & in via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, oēs stultos æstimat. Si spiritus potestatē habētis as- 4
cēderit sup te, locū tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. Est malū quod vidi sub sole, quasi 5
per erroré egrediēs à facie principis: po- 6
situm stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in e- 7
quis: & principes ambulāres super terrā quasi seruos. ‖ Qui fodit foueā, incidet 8
Pro.26, 27. Eccl.10,8. in eā: & qui disipat sepē, mordebit eum coluber. Qui trāsfert lapides, affligetur 9
Eccl.27,29 in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrū, & hoc 10
nō vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post iuduſtriam sequetur sapientia. Si mordeat serpēs in 11
silētio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Verba oris sapientis, gratia: & 12
labia insipientis præcipitabunt eū. Initium verborū eius stultitia, & nouissimū 13
oris illius error pessimus. Stultus verba 14
multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit; & quid post se futurum sit quis ei poterit indicare? Labor stultorum affli- 15
get eos, qui nesciūt in vrbē pergere. Væ 16
tibi terra, cuius rex puer est, & cui' principes manè comedunt. Beata terra, cu- 17
ius rex nobilis est, & cuius principes vescūtur in tēpore suo, ad reficiēdum, & nō
ad luxuriā. In pigritiis humiliabitur cō- 18
tignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. In risum faciunt panē, 19
& vinum vt epulētur ℵbibentes': & pecuniæ obediūt omnia. In cogitatione tua 20
regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia ℵ & aues cæli portabunt' vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam.

CAP. XI.

MItte panem tuum super transeūtes 1
aquas: quia post tēpora multa inuenies illum. Da ℵpartē': septem, necnō 2
& octo': quia ignoras quid futurum sit mali super terrā. Si repletæ fuerint nu- 3
bes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit,
4 ibi erit. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam
5 metet. Quo modo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione cōpingantur ossa in ventre prægnātis: sic nescis opera Dei
6 qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud: & si vtrunq; simul, melius
7 erit. Dulce lumē, & delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cùm venerint,
9 ℵvanitatis arguentur' præterita. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iu-
10 dicium. Auser irā à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim & voluptas vana sunt.

CAP. XII.

1 MEmēto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tēpus afflictionis, & appropinquēt anni, de
2 quibus dicas, Nō mihi placent, antequam ℵtenebrescant' sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiā:
3 quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina:
4 Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. Excelsa quoque timebūt,
5 & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibūt in platea plangentes. Antequam rumpatur fu-
6 niculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam,
7 & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui
8 dedit illum. Vanitas vanitatū, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Cumque
9 esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas.
10 Quæsiuit verba vtilia, & cōscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.
11 Verba sapientiū sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quę per magistrorū
12 ℵcōsilium' data sunt à pastore vno. His amplius fili mi ne requiras. Faciēdi plures libros nullus est finis: frequensq; meditatio, carnis afflictio est. Finē loquē-
13 di; pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim
14 omnis homo. Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni ℵerra-to', siue bonum, siue malum sit.

ℵvíuentes Hier. H.G ℵauis cæli portabit MS.H.C.G. ℵpartes MS Textus lectioconformis est R. H.C. et G. לשבעה ונם לשמונה τοῖς ἑπτὰ καὶ τοῖς ὀκτώ

ℵvanitatis arguuntur MS. ℵtenebresc. cat. 4 Hier. ℵ 3 MS. Hier. H. C.G. ℵconcilia 3 MS. Hier. H. ℵerrato 4 MS. ℵ abscondi to R. Hier. C.Q.n.

CAN-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS, QVOD HEBRAICE DICITVR SIR HASIRIM.

CAP. I.

OSCVLETVR me ‖ oſculo oris ſui: quia meliora ſunt hubera tua vino, fragrãtia vnguẽtis optimis. Oleũ effuſum nomẽ tuũ: ideo adoleſcẽtulæ dilexerũt te. Trahe me: poſt te curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores huberũ tuorũ ſuper vinũ: recti diligunt te.

Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalẽ, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Nolite me cõſiderare q̃ fuſca ſim, quia decolorauit me ſol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodẽ vineis: vineã meã non cuſtodiui. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiã poſt greges ſodaliũ tuorũ.

Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregũ*, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorũ. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collũ tuũ ſicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuũ. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter hubera mea cõmorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis En-gaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarũ. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decõrus. Lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarũ cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.

CAP. II.

EGo flos cãpi, & liliũ cõuallium. Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem deſideraueraã, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me * in cellã vinariam, ordinauit in me charitatẽ. Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per capreas, ceruosq. cãporum, ne ſuſcitetis, neq. euigilare faciatis dilectam, quoadusq. ipſa velit. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles: Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloq. ceruorum. en ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrũ reſpiciẽs p feneſtras, proſpiciens per cancellos. ‖ Et dilectus meus loquitur mihi, Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſsit. Flores apparuerunt in terra noſtra, tẽpus putationis aduẽnit: vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos, vineæ floreẽtes dederunt odorẽ *. Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtẽde mihi faciem tuã, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decõra. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. nam vinea noſtra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloq. ceruorum ſuper montes ‖ Bethel.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctes quæſiui quẽ diligit anima mea: quæſiui illũ, & non inueni. Surgã, & circuibo ciuitatẽ: per vicos & plateas quærã quẽ ‖ diligit anima mea. ‖ quæſiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatẽ, Num quẽ ‖ diligit anima mea, vidiſtis? Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea: tenui eum: nec dimittã, donec introducã illum in domũ matris meæ, & in cubiculũ genitricis mẽæ. ‖ Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruosq. camporum, ne ſuſcitetis, neq. euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? En lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſraël: omnes tenẽtes gladios, & ad bella doctiſsimi: vniuſcuiuſq. enſis ſuper femur ſuũ propter timores nocturnos. Ferculum fecit ſibi rex Salomõ de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum, aſcenſum purpureũ: media, charitate cõſtrauit propter filias Ieruſalẽ. Egredimini, & videte filiæ Sion regẽ Salomonẽ in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die ‖ deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII.

QVàm pulchra es amica mea, quã pulchra es! Oculi tui columbarũ, abſq. eo quod intrinſecus latet. ‖ Capilli tui ſicut greges caprarũ quæ aſcenderunt de mõte Galaad. Dẽtes tui ſicut greges tõſarũ, quæ aſcenderunt de lauacro, oẽs gemellis fœtib⁹, & ſterilis nõ eſt inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquiũ tuum, dulce. Sicut fragmẽ mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. Sicut turris Dauid collũ tuum, quæ ædificata eſt cũ propugnaculis. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Vadã ad montẽ myrrhæ, & ad collẽ thuris. Tota pulchra es amica mea,

---

* Ab oſculis R.H.G.

* 1 MS. R. H. Legũtur illi verba ſua in ecclesiis G. exponũtur à D. Gregorio.

* ruorum MSq. R.

* rex MSq.

* MS. R. H. G.

* ſuũ MSq.

* propera MS. R. Q. M.

‖ Bether 4 MS. H. ‖ cõtẽplatiuã G. Similiter Textui legit Gregorius.

‖ dilexit MS. H. G. Inf. 5, 6.

‖ dilexit MS. H. G. Textus añ lectio huius eſt expoſitio. Sup. 2, 7. Inf. 8, 4.

* deſpõſionis MS.

Inf. 6, 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ca mea, & macula non est in te. Veni de 8
Libano sponsa mea, veni de Libano, ve-
ni: coronaberis de capite Amana, de ver-
tice Sanir & Hermõ, de cubilibus leonũ,
de mõtib. pardorũ. Vulnerasti cor meũ 9
soror mea sponsa, vulnerasti cor meũ in
vno oculorũ tuorũ, & in vno crine colli
tui. Quàm pulchræ sunt mãmæ tuæ so- 10
MS. ror mea sponsa! pulchriora-sunt' hubera
tua vino, & odor vnguẽtorũ' tuorũ super
omnia aromata. Fauus distillans labia 11
tua spõsa, mel & lac sub lingua tua: & o-
dor vestimentorũ tuorũ sicut odor thuris.
Hortus cõclusus soror mea spõsa, hor- 12
tus cõclusus, fons signatus. Emissiones 13
tuę paradisus malorũ punicorũ cũ pomo-
rũ fructibus. Cypri cum nardo, nardus 14
& crocus, fistula & cinnamomũ cũ vni-
uersis lignis Libani, myrrha & aloë cum
omnibus primis vnguentis. Fons horto- 15
rum: puteus aquarũ viuentiũ, quæ fluunt
impetu de Libano. Surge Aquilo, & ve- 16
ni Auster, perfla hortum meum, & fluant
aromata illius. CAP. V.
VEniat dilectus meus in hortũ suum, 1
& comedat fructũ pomorũ suorum.
Veni in hortũ meum soror mea sponsa,
messui myrrhã meã cũ aromatib. meis:
comedi fauũ cũ melle meo, bibi vinum
meũ cum lacte meo: comedite amici, &
bibite, & inebriamini charissimi. Ego 2
dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti
mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, a-
mica mea, colũba mea, immaculata mea:
quia caput meũ plenũ est rore, & cincin-
ni mei guttis noctiũ. Expoliaui me tu- 3
nica mea, quomodo induar illa? laui pe-
des meos, quomodo inquinabo illos?
Dilectus meus misit manũ suã per fora- 4
mẽ, & vẽter meus intremuit ad tactum
eius. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: 5
manus meæ stillauerũt myrrhã, & digiti
mei pleni myrrha probatissima. Pessu- 6
lum ostij mei aperui dilecto meo: at ille
declinauerat, atque transierat. Anima
mea liquefacta est, vt *locutus est: ‖ quæ-
*dilectus MS q. R. Sup. 3,2. siui, & non inueni illum: vocaui, & non
respondit mihi. Inuenerunt me custo- 7
des qui circumeunt ciuitatem: percusse-
runt me, & vulnerauerunt me: tulerunt
pallium meum mihi custodes murorum.
Sup. 2,7. 3,5,8,4. ‖ Adiuro vos filiæ Ierusalẽ, si inueneri- 8
tis dilectũ meũ, vt nũtietis ei quia amore
lãgueo. Qualis est dilectus tuus ex dile- 9
cto, ô pulcherrima mulierum? qualis est
dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti
nos? Dilectus meus cãdidus & rubicun- 10
dus, electus ex millibus. Caput ei9 aurũ 11
optimũ. Comę eius sicut elatæ palmarũ,
nigræ quasi coruus. Oculi eius sicut co- 12
lũbæ sup riuulos aquarũ, quæ lacte sunt
lotæ, & residẽt iuxta fluenta plenissima.
Genæ illius sicut areolæ aromatũ con- 13
sitæ à pigmentariis. Labia eius lilia distil-
lantia myrrham primam. Manus illius 14
tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Ven-
ter eius eburneus, distinctus sapphiris.
Crura illius columnæ marmoreæ quæ 15
fundatæ sunt super bases aureas. Species
eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur 16
illius suauissimũ, & totus desiderabilis.
talis est dilectus meus, & ipse est amicus
meus, filiæ Ierusalẽ. Quò abiit dilectus 17
tuus ô pulcherrima mulierũ? quò decli-
nauit dilectus tuus, & quęremus eũ tecũ?
CAP. VI.
DIlectus meus descendit in hortum 1
suum ad areolã "aromatum', vt pa- "aromat MS. H.G.
scatur in hortis, & lilia colligat. Ego di- 2
lecto meo, & dilectus meus mihi, qui
pascitur inter lilia. Pulchra es amica
mea, suauis & decõra sicut Ierusalẽ: ter- 4
ribilis vt castrorũ acies ordinata. Auer-
te oculos tuos à me, quia ipsi me auolare
fecerunt. ‖ Capilli tui sicut grex caprarũ, Sup. 4,1.
quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui 5
sicut grex ouiũ quæ ascenderunt de laua-
cro, oẽs gemellis fœtibus, & sterilis non
est in eis. Sicut cortex mali punici, sic 6
genæ tuæ absq. occultis tuis. Sexaginta 7
sunt reginæ, & octoginta concubinæ, &
adolescentularũ nõ est numer9. Vna est 8
columba mea, perfecta mea: vna est matri
suæ, electa genitrici suæ. Viderũt eam fi-
liæ, & beatissimã prædicauerunt: reginæ
& cõcubinæ, & laudauerunt eã. Quæ est 9
ista quæ progreditur quasi aurora cõsur-
gens, pulchra vt luna, electa vt sol, terri-
bilis vt castrorum acies ordinata? De- 10
scendi in hortũ "nucũ', vt viderem poma "meum o.
"conuallium', "& 'inspicerem si floruisset "conuall'it
vinea, & germinassent mala punica. 10 MS. Ger. H.G.
Nescisui: anima mea conturbauit me 11
propter quadrigas Aminadab. Reuertere 12
reuertere "Sunamitis': reuertere reuerte- "vt 9 MS. H.G.
re, vt intueamur te. CAP. VII. "Sulamitis
QVid videbis in "Sunamite', nisi cho- 1 5 MS. H.G.
ros castrorum? Quam pulchri sunt "Sulamite
gressus tui in calceamẽtis, filia principis? 5 MS. H.G.
Iunctura femin ũ tuorum, sicut monilia Conformiter Text.
quæ fabricata sunt manu artificis. Vm- 2 legit Graec.
bilicus tuus crater tornatilis, nunq̃ indi-
gẽs poculis. Vẽter tuus sicut aceruus tri-
tici, vallatus liliis. Duo hubera tua, sicut 3
duo hinnuli gemelli capreæ. Collum 4
tuum sicut turris ęburnea. Oculi tui sicut
piscinę in Hesebon, quæ sunt in porta fi-
liæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris
Libani, quę respicit cõtra Damascũ. Ca- 5
put tuũ vt Carmel9: & comæ capitis tui, "iũcta MS.
sicut purpura regis "vincta' canalib. Quã 6 R. Q.a.
pulchra es, & q̃ decora charissima, in de-
liciis! Statura tua assimilata est palmę, 7
& hubera tua botris. Dixi, Ascendam in 8
palmã, & apprehẽdã fructũ ei9: & erũt hu
bera tua sicut botri vineę: & odor oris tui *odor MS.
sicut *malorũ. Guttur tuũ sicut vinũ op- 9 R.C. Vaũ
timũ, dignũ dilecto meo ad potãdum, la- & Greg. H.
biisq. & ẽdtib. illius ad ruminandũ. Ego 10 & G. non
dilecto meo, & ad me cõuersio ei9. Veni 11 repetitur.
dilecte mi, egrediamur in agrũ, cõmore-
mur in villis. Manè surgam9 ad vineas, 12
videamus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi hubera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. 13

CAP. VIII.

QVis mihi det te fratrem meum, sugentem hubera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te: ¶& iam' me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducã in domum matris meæ*. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino cõdito, & mustũ malorũ granatorũ meorum. ¶Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ¶Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Quæ est ista quæ ascẽdit de deserto, deliciis affluẽs, innixa super dilectũ suũ? Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me vt signaculũ super cor tuũ, vt signaculũ super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio; lampades eius lampades ignis atq. flammarum. Aquę multæ non ¶poterũt' extinguere charitatem, nec flumina obruent illã: si dederit homo omnẽ substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil ¶despiciet' ¶eã'. Soror nostra parua, & hubera nõ habet. quid faciemus sorori nostræ in die quãdo alloquẽda est? Si murus est, ædificemus super eũ propugnacula argentea: si ostium est, compingam° illud tabulis cedrinis. Ego murus: & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit Pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui ¶Pacifici', & ducenti his qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloq. ceruorum super montes aromatum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

LIBER SAPIENTIAE.

CAPVT I.

DIligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Dño in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: ¶quoniã inuenitur ab his qui nõ tentãt illũ: apparet autẽ eis qui fidem habent in illum. peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata aũt virtus corripit insipientes. quoniã in malevolam animã nõ introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. ¶Spiritus enim sanctus' disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. ¶Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit ¶maledictum' à labiis suis: quoniã renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. 7 ¶Quoniã spiritus Dñi repleuit orbem terrarũ: & hoc quod cõtinet omnia, sciẽtiã habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, nõ potest latêre, nec præteriet illũ corripiẽs iudiciũ. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum aũt illius auditio ad ¶Deũ' veniet, ad correptionẽ iniquitatũ illius. Quoniã auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationũ non ¶abscõdetur'. Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuũ non ibit: os aũt quod mẽtitur, occĩdit animam. ¶Nolite zelare mortẽ in errore vitæ vestræ, ¶neq. acquiratis perditionẽ in operib. manuum vestrarum. Quoniam Deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ: & non est in illis ¶medicamẽtũ exterminij', nec inferorũ regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis*. Impij aũt manib. & verbis accersierũt illã': & æstimãtes illã amicã, defluxerũt, & spõsiones posuerunt ad illã: quoniã *digni sunt qui ¶sunt' ex parte illius.

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

CAP. II.

DIxerunt enim ¶cogitantes apud se' non rectè, ¶Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & nõ est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquã non fuerimus: quoniã fumus ¶flatus' est' in naribus nostris: & sermo scintillæ ad cõmouendũ cor nostrũ: ¶quia extinctus' cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër, & trãsibit vita nostra tanquã ¶vestigiũ' nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis Solis, & à calore illius aggrauata: & nomẽ nostrũ obliuionẽ accipiet per tempus, & nemo memoriã habebit operum nostrorum. ¶Vmbræ enim trãsitus est tempus nostrũ, & nõ est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. ¶Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tãquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescãt: nullũ pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo ¶vestrum' exors sit luxuriæ nostræ: vbiq. relinquam° signa lætitiæ: quoniam hęc est pars nostra, & hęc est sors*. ¶Opprimamus pauperẽ iustũ, & non parcamus viduæ, nec ¶veterano, nec reuereamur' canos multi tẽporis. Sit autẽ fortitudo nostra lex ¶iniustitiæ'. quod enim infirmũ est, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iustũ, quoniã inutilis est nobis, & cõtrarius est operib. nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Isa. 6, 3. Ier. 4, 18. ¶Dominũ 2 MS. G. ¶abscondi tur 1 MS. G. Deut. 4, 16. 13. Ezech. 18, 32, 33, 11. *φάρμακον ὀλέθρου. * iniustitia autẽ, mortis est acquisitio MS. Q.n. ¶αὐτον. * morte o. ¶sint Q.n. ¶apud se cogitantes 4 MS. G. Iob 7, 1. 14, 1. 1 Co. 15, 32 ¶afflatus MS. R. ¶ἀνακὰ. ¶qua extincta MS. G. Q.n. ¶vestigia 1 MS. G. 1 Pa. 19, 15 Isa. 22, 13. 56, 12. 1 Co. 15, 32 ¶nostrum 10 MS. G. * nostra MS q. R. Prou. 5, 11. ¶veterani reuereamur 12 MS. G. ¶iustitiæ 6 MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

famat in nos peccata disciplinæ nostræ.
Mat.27,43. Promittit se scientiam Dei habere, ‖ & 13
Ioan.7,7. filiũ Dei se nominat. ‖ Factus est nobis 14
in traductionem cogitationũ nostrarum.
Grauis est nobis etiã ad videndũ, quo- 15
niã dissimilis est aliis vita illius, & ᵛimmutatæ' sunt viæ eius. Tanquã nugaces 16
ᵛἐξηλλαγμέναι æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tãquã ab immũditiis, & præfert nouissima iustorũ, & gloriatur patrẽ se habere Deum. Videamus ergo si ser- 17
mones illius veri sint, & tentemus quæ vẽtura sunt illi, & sciemus quę erunt nouissima illius. ‖ Si enim est verus filius 18
Mat. 27,42 Dei, suscipiet illũ, & liberabit illũ de ᵘmanibus' cõtrariorum. Contumelia & tor- 19
ᵘmanu 5 MS. G. mẽto interrogemus eum, vt sciamus reuerẽtiam eius, & probemus patientiã illius. Morte turpissima condemnemus 20
Psal.21,9. Ier.11,19. eũ: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: 21
excæcauit enim illos malitia eorum. Et 22
nescierũt sacramẽta Dei, neq. mercedem sperauerũt iustitiæ, nec iudicauerunt honorẽ animarũ sanctarum. Quoniã Deus 23
Gen. 1,27. 2,7 5,1. Eccl. 17,1. Gen. 3,1. ‖ creauit hominẽ inexterminabilẽ, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.
‖ Inuidia aũt diaboli mors introiuit in 24
orbẽ terrarũ. imitãtur autem illum, qui 25
sunt ex parte illius. CAP. III.
Deut.33,3. Inf.5,4. I ‖ Vstorũ aũt animæ in manu Dei sunt, 1
ᵘmalitiæ 1 MS. —G. & non tãget illos tormentũ—ᵘmortis'.
‖ Visi sunt oculis insipientium mori: & 2
æstimata est afflictio, exitus illorum. Et 3
ab itinere iusto abierũt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: illi autẽ sunt in pace. Et si corã hominibus 4
*Et 3 MS. G. torméta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. *In paucis vexati, in 5
multis bene disponẽtur: quoniã Deus tẽtauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & 6
ᵘholocausta hostiæ 4 MS. ᵘholocaustum hostiæ G. quasi ᵘholocausti hostiã' accepit illos, & in tẽpore erit respectus illorum. ‖ Fulge- 7
Mat. 13,43 —2 MS.G. bũt—iusti', & tãquam scintillæ in'arundineto discurrẽt. ‖ Iudicabũt nationes, 8
1 Cor.6,2. & dominabũtur populis, & regnabit ᵘDominus illorũ' in perpetuũ. Qui cõfidunt 9
ᵘillorum Dominus 3 MS. G. in illo, intelligẽt veritatẽ: & fideles in dilectione acquiescẽt illi: quoniã donum & pax est electis eius. Impij autẽ secũdum 10
quæ cogitauerũt, correptionem habebũt: qui neglexerũt iustum, & à Dño receſſerunt. Sapientiã enim, & disciplinam qui 11
abiicit, infelix est: & vacua est spes illorũ, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Mulieres eorũ insensatæ sunt, & 12
nequissimi filij illorũ. Maledicta creatura eorũ: quoniam felix —est' sterilis & 13
—4 MS.G. incoinquinata, quæ nescisti thorũ in delicto, habebit fructũ in respectione animarũ sanctarũ. ‖ & spado qui non ope- 14
Isa 56,4. ratus est per manus suas iniquitatẽ, nec cogitauit aduersus ᵘDeũ' nequissima. dabitur enim illi fidei donum electum, & 15
ᵘDominũ 2 MS.G. ᵘDomini 3 MS.G. sors in templo ᵘDei' acceptissima. Bono-

rum enim laborum glorioſus est fructus, & quæ non ᵘconcidit' radix sapientiæ.
16 Filij autem adulterorum in cõsumma- ᵘconcidat 8 MS.
tione erũt, & ab iniquo thoro semen ex-
17 terminabitur. Etsi quidem longæ vitæ erũt, in nihilũ computabũtur, & sine ho-
18 nore erit nouissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, nõ habebunt spẽ, nec in die agnitionis allocutionem.
19 ᵘNationes' enim iniquæ, diræ sunt ᵘcõsummationis'. CAP. IIII. ᵘNationes 2 MS.G. ᵘ consummationes 2 MS.G.
1 O Quàm pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniã & apud Deũ no-
2 ta est, & apud homines. Cùm præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cùm se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certa-
3 minum præmium vincens. Multigena autem impiorum multitudo nõ erit vtilis, & ᵘspuria vitulamina' non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum col-
4 locabunt. ‖ Et si in ramis in tẽpore germinauerint: infirmiter posita à vẽto cõmouebuntur, & à nimietate ventorum
5 eradicabuntur. Confringentur enim rami incõsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad
6 nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.
7 Iustus aũt si morte præoccupatus fue-
8 rit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neq. annorum numero computata. cani autẽ sunt sen-
9 sus hominis; & ætas senectutis vita im-
10 maculata. ‖ Placẽs Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. ᵘadulteriq; plantationes 12 MS.G. Q.n. Ier.2,21. Mat.3,10. Hebr.11,5.
11 raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut—ne' fictio deciperet animam
12 illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & ᵘinconstantiæ' cõcupiscen-
13 tiæ trãsuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tẽpora mul-
14 ta. placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de
15 medio iniquitatum. populi autem videntes, & nõ intelligẽtes, nec ponentes in
16 præcordiis talia: Quoniam gratia Dei & misericordia *in sanctos eius, & respe-
17 ctus in electos illius. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuẽtus celerius consummata, longam vitam in-
18 iusti. Videbũt enim finẽ sapiẽtis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus,
19 & quare munierit illum Dñs. Videbunt enim, & cõtemnent eum: illos autẽ Dñs
20 irridebit. & erũt post hæc decidẽtes sine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsq ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria
21 illorum ᵘperiet'. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. —2 MS.G. ᵘinstantiæ MS q. *est 3 MS. R. Verum vt à Tres & à G. subaudiatur. ᵘperibit 3 MS.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. V.

TVnc ſtabunt iuſti in magna conſtã- 1
tia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.
Videntes turbabũtur ‖timore' horribili, 2
& mirabuntur in ſubitatione inſperatæ
ſalutis, ‖dicentes' intra ſe, pœnitentiam 3
agẽtes, & præ anguſtia ſpiritus gementes,
Hi ſunt quos habuim' aliquãdo in deriſum, & in ſimilitudinẽ im℘perij. ‖Nos 4
inſenſati vitã illorũ æſtimabam' inſaniã,
& finẽ illorũ ſine honore: –ecce' quo- 5
modo computati ſunt inter filios Dei, &
inter ſanctos ſors illorũ eſt. Ergo erra- 6
uimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumẽ nõ
luxit nobis, & Sol intelligẽtiæ nõ eſt ort' nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis 7
& pditionis, & ‖ambulauimus*' vias difficiles, viã aũt Dñi ignorauimus. Quid 8
nobis ℘fuit ſuꝑbia? aut *diuitiarũ iactãtia – quid' cõtulit nobis? ‖Tranſierũt oĩa 9
illa tamquã vmbra, & tãquã nũtius præcurrẽs: & tãquam nauis quæ pertranſit 10
fluctuantem aquã: cuius, cũ ‖præterierit', nõ eſt veſtigiũ inuenire, neq. ſemitã carinæ illius in fluctibus. aut *vt nauis quæ 11
trãſuolat' in aëre, ‖– cuius' nullũ inuenitur argumentũ itineris – illius', ſed tantũ
ſonitus alarũ verberãs leuem ventum: &
ſcindẽs per vim itineris aërẽ, cõmotis aliis trãſuolauit, & poſt hoc nullũ ſignum
inuenitur itineris illius. aut tamquã ſa- 12
gitta emiſſa in locũ deſtinatũ, diuiſus aër
continuò in ſe recluſus eſt, vt ignoretur
trãſitus illius: ſic & nos nati continuò 13
deſiuimus eſſe, & virtutis quidẽ nullum 14
ſignũ valuimus oſtendere: in malignitate
autẽ noſtra cõſumpti ſumus. Talia dixerũt in inferno hi qui peccauerũt: ‖quo- 15
niam ſpes impij tamquã lanugo eſt, quæ
à vento tollitur: & tãquam ſpuma graciliſ, quæ à procella diſpergitur: & tãquam
fumus qui à vẽto diffuſus eſt: & tãquam
memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. Iuſti aũt in perpetuũ viuẽt, & apud 16
Dñm eſt merces eorũ, & cogitatio illorũ
apud Altiſsimũ. Ideo accipiẽt regnum 17
decõris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua teget eos, &
–in' brachio ſancto ſuo defendet illos.
–‖Et' accipiet armaturã zelus illius, & 18
armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ.
‖Induet pro thorace iuſtitiã, & accipiet 19
pro galea iudiciũ ‖certũ'. ſumet ſcutum 20
inexpugnabile æquitatẽ: acuet aũt dirã 21
irã in lanceã, & pugnabit cum illo orbis
terrarũ cõtra inſenſatos. Ibunt directè 22
emiſſiones fulgurũ, & tanquã ‖à bene' curuato arcu nubiũ exterminabunt, & ad
certũ locũ inſiliẽt. Et à petroſa ira plenę 23
mittẽtur grãdines, excãdeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrent duriter.
Cõtra illos ſtabit ſpirit' virtutis, & tã- 24
quã turbo vẽti diuidet illos: & ad eremũ
perducet omnẽ terrã ‖ iniquitatis' – illorũ, & malignitas euertet ſedes potentiũ.

CAP. VI.

1 ‖MElior eſt ſapientia, quàm vires: &
2 vir prudẽs *quã fortis'. Audite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices fi-
3 niũ terræ. Præbete aures vos qui cõtinetis multitudines, & placetis vobis in
4 turbis nationũ: ‖quoniã data eſt à Dño poteſtas vobis, & virt' ab Altiſsimo, qui
interrogabit opera veſtra, & cogitationes
5 ſcrutabitur: quoniã cũ eſſetis miniſtri regni illi', nõ rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legẽ iuſtitiæ, neq. ſecundũ volũtatẽ
6 Dei ambulaſtis. Horrẽdè & citò apparebit vobis: quoniã iudiciũ duriſsimũ in
7 his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potẽtes aũt potẽter
8 tormẽta patientur. ‖Nõ enim ſubtrahet perſonã cuiuſquã ‖Deus', nec verebitur
magnitudinẽ cuiuſquã: quoniã puſillum
& magnũ ipſe fecit, & æqualiter cura eſt
9 illi de omnibus. Fortioribus aũt fortior
10 inſtat cruciatio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiã, &
11 ‖non' excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiã, iuſtẽ ‖iudicabũtur': & qui didice-
12 rint iuſta, inueniẽt quid reſpõdeãt. Cõcupiſcite ergo ſermones meos, diligite
13 illos, & habebitis diſciplinã. Clara eſt, & ‖quæ nũquam ‖marceſcit' ſapiẽtia, & facilè videtur ab his qui diligũt eã, & inue-
14 nitur ab his qui quærũt illam. ‖Præoccupat qui ſe cõcupiſcũt, vt illis ſe ‖prior'
15 oſtẽdat. Qui de luce vigilauerit ad illã, nõ laborabit: aſsidẽtẽ enim illã forib. ſuis
16 inueniet. Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt cõſummatus: & qui vigilauerit ℘pter
17 illã, citò ſecurus erit. Quoniã dignos ſe, ipſa circuit quærẽs, & in viis ‖oſtẽdet' ſe
18 illis hilariter, & in omni prouidẽtia ‖occurret' illis. Initiũ enim illi' veriſsima
19 eſt diſciplinæ cõcupiſcẽtia. Cura ‖ergo' diſciplinæ, dilectio eſt: & dilectio, cuſtodia legũ illius – eſt': cuſtoditio autẽ legũ,
20 cõſummatio incorruptionis – eſt': incor
21 ruptio aũt facit eſſe proximũ Deo. Cõcupiſcẽtia itaq. ſapiẽtiæ deducit ad regnũ
22 perpetuum. ‖Si ergo delectamini *ſedibus*, & ſceptris – ô' reges populi, diligite
23 ſapientiã, vt in perpetuũ regnetis. diligite lumẽ ſapiẽtiæ oẽs qui præeſtis popu
24 lis. Quid eſt autẽ ſapientia, & quemadmodũ facta ſit, referã: & non abſcõdam à vobis ſacraméta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponã in lucẽ ſciẽtiã illius, & nõ præteribo veritatẽ: neq. cum inuidia tabeſcẽte iter habebo: quoniam talis homo nõ erit particeps ſapiẽ-
26 tiæ. Multitudo aũt ſapientium, ſanitas – eſt' orbis terrarũ': & rex ſapiens ſtabilimentũ populi eſt. Ergo accipite diſci-
27 plinam per ſermones meos, & proderit vobis.

CAP. VII.

1 SVm quidẽ & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere ‖terreno' illi' qui prior factus eſt, & in vẽtre matris
2 figuratus ſum caro, ‖decem menſi' m tempore

Ecc. 9, 18.
1 magis 9 MS. – G. Multã MS. anne-ſunt capiti præcedenti.
Rom. 13, 1.
Deu. 10, 17
2 Par. 19, 7
Iob 34, 19.
Eccl. 35, 16
Rom. 2, 11.
Gal. 2, 6.
Eph. 6, 9.
Col. 3, 25.
Act. 10, 34.
1 Pet. 1, 17.
‖Dominus 7 MS. Q n.
‖ne 2 MS. R.
‖iuſtificabuntur 9 MS. G. Q n.
‖ἀμέλει ἐκ τοῦ ἐκκλίνειν, ‖marceſcet 4 MS.
‖priorem 2 MS.
‖oſtendit 2 MS. G.
‖occurrit G.
‖autem 1 MS. G.
– 1 MS. G.
3 Reg. 3, 9.
‖in 4 MS. G.
*perpetuis 2 MS. Verũ G. libris nõ additur.
– 4 MS. G.
– 1 MS. G.
‖terreni 1 MS. G.
Iob. 10, 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tempore, coagulatus sum in sanguine, ex
semine hominis, & delectamento somni
conuenięte. Et ego natus accepi cōmu- 3
nem aërem, & in similiter factam decidi
terram, & primā vocē similem omnibus
emisi plorans. in inuolumētis nutritus 4
sum, & curis magnis. Nemo enim ex 5
regibus aliud habuit natiuitatis initium.
Iob. 1,21. 1 Tim. 6,7. ‖Vnus ergo introitus est omnibus ad 6
vitā, & similis exitus. Propter hoc opta- 7
ui, & datus est mihi sensus: –& ' inuoca-
–1 MS. G. ui, & venit in me spiritus sapięti æ: –& ' 8
–1 MS. G. præposui illā regnis & sedibus, & diuitias
nihil esse duxi in comparatione illius.
Iob. 28,15. Prou. 8,10. ‖nec cōparaui illi lapidem pretiosum: 9
quoniā omne aurū in cōparatione illius,
arena est exigua, & tāquam lutū æstima- 10
bitur argentū in cōspectu illius. Super
salutē & speciē dilexi illā, & ‖ppposui pro
luce habere illā: quoniam inextinguibile
3 Reg. 3,13. Matt. 6,33. Ecc. 1,20. est lumē illius. ‖Venerūt aūt mihi om- 11
nia bona pariter cum illa, & innumera-
bilis honestas per manus illius, & læta- 12
tus sum in omnibus: quoniā antecedebat
me ista sapięti a, & ignorabā quoniā ho-
rum omniū mater est. Quā sine fictio- 13
ne didici, & sine inuidia cōmunico, & ho-
nestatē illius nō abscondo. Infinitus e- 14
nim thesaurus est hominib⁹: quo qui vsi
sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei,
propter disciplinæ dona commendati.
Mihi aūt dedit Deus dicere ex sentētia, 15
& præsumere ‖digna' horum quæ – mihi'
‖digne 1 MS. G. dātur: quoniam *ipse* sapięti æ dux est, &
–1 MS. G. sapientiū emēdator: in manu enim illi⁹ 16
*& 1 MS. *& G. & nos, & sermones nostri, & omnis sa-
‖scientia & disciplina' 1 MS. pientia, & operum ‖scientiæ disciplina'.
‖scientia G. Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, 17
‖virtutem 1 MS. G. scientiā verā: vt sciā dispositionem orbis
–4 MS. Q. n. terrarū, &‖virtutes' elementorū, initiū 18
‖arborum 3 MS. & cōsummationē & medietatē temporū,
‖plantarū G. vicissitudinū permutationes, & cōsum-
mationes tēporū, –morū mutationes, 19
& diuisiones temporum', anni cursus, &
stellarum dispositiones, naturas anima- 20
lium, & iras bestiarū, vim ventorū, & co-
gitationes hominū, differētias ‖virgulto-
rum', & virtutes radicū, & quæcumque 21
sunt abscōsa & improuisa, didici. omniū
enim artifex docuit me sapięti a. est e- 22
nim in illa spiritus intelligētiæ, sanctus,
vnicus, multiplex, subtilis, ‖disertus, mo-
‖mobilis, disertus 3 MS. G. bilis', incoinquinatus, certus, suauis, a-
mans bonū, acutus, qui nihil ‖verat' be- 23
‖vetet 1 MS. nefacere, humanus, benignus, stabilis,
certus, securus, omnē habēs virtutē, om-
nia prospiciēs, & qui capiat omnes ‖spi-
‖spiritus intelligibiles 6 MS. G. ritus: intelligibilis', ‖mundus, subtilis'.
Omnibus enim mobilibus mobilior est 24
sapientia: attingit aūt vbiq. propter suam
mūditiā. Vapor – est' enim virtutis Dei, 25
‖mundos, subtiles 2 MS. G. & emanatio quædā – est' claritatis omni-
potentis Dei sincera: & ideò nihil inqui-
–2 MS. natū in eam incurrit. ‖candor est enim 26
– MS. G. lucis æternæ, & speculū sine macula Dei
Heb. 1,3. maiestatis, & imago bonitatis illius. Et 27
cū sit vna, omnia potest: & ‖in se perma- ‖permanēs in se 6 MS. G.
nēs' omnia innouat, & per nationes in a-
nimas sanctas se transfert, amicos Dei &
28 prophetas constituit. Neminem enim
diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia
29 inhabitat. Est enim hæc speciosior So-
le, & super omnē dispositionē stellarum,
30 lucī cōparata inuenitur prior. Illi enim
succedit nox, sapientiam autem nō vin-
cit malitia.

CAP. VIII.

1 ATtingit ergo à fine vsq. ad finē forti-
2 ter, & disponit oīa suauiter. Hanc
amaui, & exquisiui – eā' à iuuētute mea, –2 MS. I. G.
& quęsiui spōsam mihi eam assūmere, &
3 amator factus sum formæ illius. Gene-
rositatē – illius' glorificat, contubernium
habēs Dei: sed & omniū Dns dilexit illā. –2 MS. Q.
4 doctrix enim est disciplinæ Dei, & ele-
5 ctrix operū illius. Et si diuitiæ appetū-
tur in vita: quid sapięti a locupletius, quæ
6 operatur omnia? Si aūt sensus operatur:
quis horū quę sunt, magis quā illa est ar-
7 tifex? Et si iustitiā quis diligit: ‖labores Labores huius
huius magnas habēt' virtutes: sobrietatē magnas G.
enim & prudētiā docet, & iustitiā, & vir-
tutē, quib. vtilius nihil est in vita homi-
8 nib⁹. Et si multitudinē scięti æ desiderat
quis: scit præterita, & de futuris æstimat:
scit versutias sermonum, & dissolutiones
argumētorū: signa & mōstra scit antequā
9 fiāt, & euētus temporū & seculorū. Pro-
posui ergo hanc adducere mihi ad cōiu-
uēdum: sciēs quoniā mecū cōmunicabit
de bonis; & erit allocutio cogitationis &
10 tædij mei. Habebo propter hāc claritā-
tem ad turbas, & honorē apud seniores
11 iuuenis: & acutus inueniar in iudicio,
& in cōspectu potentiū admirabilis ero,
12 – & facies principū mirabūtur me'. ta- –G.
centē me sustinebūt, & loquētē me respi-
ciēt, & sermocināte me plura, manus ori
13 suo imponēt. Prętereà habebo per hāc,
immortalitatē: & memoriā æternam his
14 qui post me futuri sunt, relinquā. Dis- ‖subiectas 5 MS.
ponā populos: & nationes mihi erūt ‖sub-
15 ditæ'. Timebūt me audiētes reges hor-
rēdi: in multitudine videbor bonus, & in
16 bello fortis. Intrans in domū meā, con- ‖eius 1 MS.
quiescā cū illa. non enim habet amaritu- ‖ipsius 7
dinē cōuersatio ‖illius', nec tędiū cōuictū MS.
17 ‖illius', sed lætitiā & gaudiū. Hæc cogi- ‖immor-
tās apud me, & commemorans in corde talitati 11
meo qm ‖immortalis' est in cogitatione MS. G.
18 ‖sapięti æ', & in amicitia illius delecta- ‖sapientia
tio bona, & in operib. manuū illius bone- 12 MS. R.
stas sine defectione, & in certamine lo- Q. n.
quelæ illius sapięti a, & pręclaritas in cō- ‖circuit
municatione sermonū ipsius: ‖circuibā' 1 MS.
19 quærēs, vt mihi illā assumerē. Puer aūt ‖possum 6
erā ingeniosus, & sortit⁹ sum aīam bonā. MS.
20 Et cū essem magis bonus, veni ad corp⁹ ‖erat sapię
21 incoinquinatū. Et vt sciui quoniā aliter tur 6 MS.
non ‖possem' esse continēs, nisi Deus det, Aug. G.
& hoc ipsum ‖erat *sapientia', scire cuius ‖summa
esset hoc donū: adij Dnm, & deprecatus MS q. R.
sum illū, & dixi ex totis præcordiis meis.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. IX.

DEus ‖patrum' meorum, & Dñe misericordiæ, qui fecisti omnia verbo 1
tuo, ‖& sapiẽtia tua cõstituisti hominẽ, 2
vt dominaretur creaturæ quæ à te facta 3
est, ‖vt' disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia, & in directione cordis
iudicium iudicet: da mihi sedium tuarũ 4
assistricẽ sapientiã, & noli me reprobare
à pueris tuis: ‖quoniã seruus tuus sum 5
ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus,
& exigui tẽporis, & minor ad intellectũ
iudicij & legũ. *Et si quis erit cõsum- 6
matus inter filios hominũ, si ab illo abfuerit sapiẽtia tua, in nihilũ cõputabitur.
‖Tu elegisti me regẽ populo tuo, & iu- 7
dicẽ filiorum tuorũ, & filiarũ: & dixisti 8
-me' ædificare templum in mõte sancto
tuo, & in ciuitate habitationis tuæ ‖altare', similitudinem tabernaculi sancti tui
quod præparasti ab initio: ‖& tecũ sa- 9
pientia-tua', quę nouit opera tua, quæ &
affuit-tunc' cùm orbẽ terrarũ faceres, &
sciebat quid esset placitum oculis tuis, &
quid directũ in præceptis tuis. Mitte illã 10
de cælis sãctis tuis & à sede magnitudinis
tuæ, vt mecũ sit & mecũ laboret, ‖vt' sciã
quid acceptũ sit apud te. scit enim illa 11
oĩa, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua
potentia. Et erũt accepta opera mea, & 12
disponã populũ tuũ iustè, & ero dignus
sediũ patris mei. ‖Quis enim hominum 13
poterit scire cõsiliũ Dei? aut quis poterit
cogitare quid velit Deus? Cogitationes 14
enim mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Corpus enim quod cor- 15
rũpitur, aggrauat animã: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitãtẽ.
Et difficilè æstimam' quæ in terra sũt: 16
& quæ in prospectu sunt, inuenimus cũ
labore. Quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit? Sensum aũt tuũ quis ‖sciet', 17
nisi tu dederis sapientiã, & miseris spiritum sanctũ tuũ de altissimis: &‖si' cor- 18
rectæ ‖sint' semitę eorũ qui sunt in terris,
& quæ tibi placent ‖didicerint' homines?
Nam per sapientiã sanati sunt, quicũq. 19
placuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

HAec, illũ qui ‖primus formatus est à 1
Deo patef orbis terrarum, cũ solus
esset creatus, custodiuit, & eduxit illum 2
à delicto suo, *&dedit illi virtutẽ cõtinẽdi
omnia. Ab hac vt recessit iniustus in ira 3
sua, ‖per iram homicidij ‖fraternitas' deperiit. Propter ‖quod' ‖cũ aqua deleret 4
terram, sanauit iterum sapientia, per cõtẽptibile lignũ iustũ gubernãs. ‖Hæc & 5
in cõsensũ ‖superbiæ' cũ se nationes ‖extulissent', sciuit iustũ, & conseruauit sine
querela Deo, & in filiis ‖misericordiam'
fortẽ custodiuit. ‖Hæc, iustũ à pereun- 6
tibus impiis liberauit, fugiẽtẽ ‖desẽdẽte igne' in pentapolim: ‖quibus' in testi- 7
monĩũ nequitiæ fumigabunda cõstat deserta terra, & ‖incerto' tẽpore fructus habentes arbores, & incredibilis animę me- 8
moria stãs figmẽtũ salis. Sapientiã enim
prætereũtes nõ tantũ in hoc lapsi sunt vt
ignorarẽt bona: sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriã, vt in his
quæ peccauerunt, nec latẽre potuissent.
Sapiẽtia aũt hos qui se obseruãt, à do- 9
loribus liberauit. ‖Hæc-autẽ', profugũ 10
iræ fratris iustũ deduxit per vias rectas,
& ostẽdit illi regnũ Dei, & dedit illi sciẽtiã sanctorũ, honestauit illũ in laboribus,
& cõpleuit labores illius. In fraude cir- 11
cumueniẽtiũ illũ affuit-illi', & honestũ 12
fecit illũ. Custodiuit illũ ab inimicis, &
à seductoribus tutauit illum, & certamen
forte dedit illi ‖vt vinceret', ‖&' sciret
quoniã omnium potentior est sapientia.
Hæc, venditũ iustũ nõ dereliquit, sed à 13
‖peccatoribus' liberauit eũ: descẽditq. cũ
illo in foueã, ‖& in vinculis non dereli- 14
quit illũ, donec afferret illi sceptrũ regni,
& potẽtiã aduersus eos qui eũ deprimebant: & mẽdaces ostendit qui maculauerunt illũ, & dedit illi claritatẽ æternam.
Hæc, populũ iustũ, & semẽ sine querela 15
liberauit à nationibus ‖quæ illũ ‖deprimebãt'. ‖Intrauit in animã serui ‖Dei', 16
& stetit cõtra reges horrendos in portẽtis
& signis. Et reddidit iustis mercedẽ la- 17
borũ suorũ, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento ‖diei', & in
luce stellarũ ‖per noctẽ'. ‖-&'transtulit 18
illos per Mare-rubrum, & trãsuexit illos
per aquã nimiã. Inimicos autẽ illorum 19
demersit in mare, & ab altitudine inferorũ eduxit illos. ‖Ideò iusti tulerũt spo- 20
lia impiorũ, ‖& decantauerũt Dñe nomen sanctũ tuũ, & victricẽ manum tuam
laudauerunt pariter. quoniam sapientia 21
aperuit os mutorũ, & linguas infantium
fecit disertas.

CAP. XI.

DIrexit opera eorũ in manibus pro- 1
phetæ sancti. Iter fecerunt per de- 2
serta, quæ nõ ‖habitabantur': & in locis
desertis fixerunt casas. ‖Steterũt cõtra 3
hostes, & de inimicis se vindicauerunt.
Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est 4
illis aqua de petra altissima, & requies
sitis de lapide duro. Per quæ enim pœ- 5
nas passi sunt inimici illorũ, -à defectione potus sui: *cùm abundarẽt filij Israël,
lætati sunt'. Per hæc, cùm illis deessent, 6
bene cũ illis actũ est. Nã pro fonte quidẽ sempiterni fluminis, humanũ sanguinẽ dedisti iniustis. Qui cũ ‖minuerẽtur' 8
in traductione infantiũ occisorũ, dedisti
illis abundantẽ aquã insperatè: ostẽdẽs 9
per sitim quæ tũc fuit, quẽadmodũ tuos
exaltares, & aduersarios illorũ necares.
Cũ enim tẽtati sunt, & quidẽ cũ mise- 10
ricordia disciplinã ‖accipiẽtes', scierunt
quemadmodũ cũ ira iudicati impij tormẽta paterẽtur. Hos quidẽ tanquã pater 11
monens probasti: illos autem tanquam

‖in certo
o.

Gen. 28,5.
10.
-1 MS.G.

-2 MS.G.

‖vincere.
‖vt 2 MS.
G.
Gen. 37,26
Act. 7,9.
‖peccato
G.
Gen. 41,40

Exo. 1,11.
‖comprimebant 5
MS.Q.n.
Exod. 5,4.
57,9.
‖Domini
6 MS.G.
‖die 2 MS.
Q.n.
‖nocte 8
MS.
-9 MS.G.
Exo. 14,22.
Psa. 77, 14
Exo. 12,35.
Exo. 15,1.
Exo. 16,1.
‖inhabitabantur
6 MS.
‖habitantur 4 MS.
Exo. 17,12
Nu. 20,11.
*in eis
MS. R.
-G.Q.n.

‖minarentur *fortè legẽdũ est.*
‖turbarentur G.
‖acceperũt
4 MS. *Textus cõformior est* G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

durus rex interrogãs cõdẽnasti. Absẽtes enim & præsentes similiter torquebãtur.
Duplex eñ illos acceperat tẽdiũ, & gemit⁹ cũ memoria præteritorũ. Cũ enim audirent per sua tormenta bene ſẽcũ agi, cõmemorati sunt Dñm, admirãtes in finẽ exitus. Quẽ enim in expositione praua *proiectũ deriserũt, in finẽ euẽtus mirati sunt: non similiter iustis ‖faciens': pro cogitationibus autẽ insensatis ‖iniquitates' illorum. ‖ Quod quidã errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinẽ mutorum animaliũ in vindictam: vt scirẽt quiã per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. ‖ Non enim impossibilis erat omnipotẽs manus tua, quæ creauit orbẽ terrarũ ex materia inuisa, immittere illis multitudinẽ vrsorũ, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas –‖aũt' ignotas bestias, aut vaporẽ igniũ spirãtes, aut fumi odorẽ proferẽtes, aut horrendas ab oculis scintillas ‖emittẽtes': quarũ non solũ læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorẽ occidere. Sed & sine his vno spiritu poterãt occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritũ virtutis tuæ: sed omnia in mẽsura & numero & pondere disposuisti. Multũ enim valere, tibi ‖soli ‖superat' semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniã tanquã momentũ statêræ, sic est ante te orbis terrarum, & tãquã gutta roris ‖antelucani', quæ descẽdit in terrã. Sed misereris omniũ, quia oĩa potes, & dissimulas peccata hominũ propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid ꝑmanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatũ nõ esset, cõseruaretur? Parcis aũt omnibus: quoniã tua sunt Dñe, qui amas animas.

CAP. XII.

QUàm bonus & suauis est Dñe spiritus tuus in omnibus! Ideoq. eos qui ‖exerrãt, partibus corripis'. & de quibus peccãt, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credãt in te Dñe. *Illos –enim' antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos *exhorruisti, quoniã odibilia opera tibi faciebant, per medicamina, & sacrificia iniusta, & filiorũ suorũ necatores sine misericordia, & comestores viscerũ hominũ, & deuoratores sanguinis, –à medio sacramento tuo', & auctores parentes animarũ inauxiliatarũ, perdere voluisti *per manus parentũ nostrorum, vt dignã ‖perciperent' peregrinationem puerorũ Dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarẽt. Nõ quia impotẽs eras in bello subiicere impios iustis, aut bestiis sæuis, aut verbo duro simul exterminare:

10 ‖ sed partibus iudicãs dabas locũ pœnitentiæ, non ignorans quoniã ‖nequã' est natio eorũ, & naturalis malitia ipsorũ, & quoniã nõ poterat mutari cogitatio illorũ in perpetuũ. ∵ Semen enim erat male-dictũ ab initio: nec timens' aliquẽ, vedicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit cõtra iudiciũ tuũ? aut quis ‖in conspectu tuo' veniet vindex iniquorũ hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? ‖Non' enim est alius Deus quã tu, ‖ cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniã non iniustè ‖iudicas' –iudiciũ'. Neque rex, neq. tyrannus in conspectu tuo ‖inquirẽt' de his quos perdidisti. Cũ ergo sis iustus, iustè oĩa disponis: ipsum quoq. qui nõ debet puniri, condẽnare, exterũ æstimas à tua virtute. Virtus enim tua, iustitiæ initiũ est, & ob hoc quòd omniũ Dñs es, omnibus te parcere facis. Virtutẽ enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horũ ‖q te nesciũt', audaciã tradu-cis. Tu aũt dominator virtutis, cũ trãquillitate iudicas, & cũ magna reuerẽtia disponis nos. subest enim tibi cũ voluеris, posse. Docuisti autẽ populũ tuũ per talia opera, quoniã oportet iustum esse & humanũ, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam –iudicans' das locũ in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos seruorũ tuorũ, & debitos morti, cũ tanta cruciasti attentione, ‖– & liberasti', dans tẽpus & locũ, per quæ possent mutari à malitia: cũ quãta diligẽtia iudicasti filios tuos, quorũ parentibus iuramẽta & cõuentiones dedisti bonarũ promissionũ? Cũ ergo das nobis disciplinã, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatẽ tuam cogitemus iudicantes: & cũ de nobis iudicatur, speremus misericordiam –tuã'.
Vnde & illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. ‖ Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantiũ insensatorũ more viuentes. Propter hoc tãquã pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis ‖& increpationibus' non sunt ‖correpti', dignũ Dei iudicium ‖experti' sunt. –In his enim quæ patiebantur, molestè ferebant': in quibus patientes indignabantur, per hæc ‖quos' putabãt deos, in ipsis cũ exterminarentur videntes, illũ quẽ olim negabant se nosse, verũ Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorũ veniet super illos.

CAP. XIII.

VAni autẽ sunt omnes homines –in' quibus nõ ‖subest' scientia Dei. ‖ & de his quę vidẽtur bona, nõ potuerũt intelligere eũ qui est, neq. operib. attẽdẽtes agnouerunt quis esset artifex: ‖ sed aut ignẽ, aut spiritũ, aut citatũ aẽrẽ, aut gyrũ stella-

*olim 2 MS.G.
‖sitientes G. Q.n. Inf. 12,24.
‖iniquitatis 5 MS. G.Q.n. Leu.26,22. Inf. 16,1. Ier.8,17.
‖& 3 MS. R.
–G.
‖fulgurantes G.
‖adest G.
‖superat 1 MS.
‖superat 3 MS.R.
‖antelucana G.
‖errant ex partibus, corripis, 2 MS. Q.n.
*Etenim 1 MS. G.
–1 MS.G. Deut.9,3. 12,29, 18, 12.
*odiens 1 MS.
–6 MS. R.
*à medio sacramẽto tuo 6 MS. R. Q.n.
‖perciperet 2 MS. G.
Exo.23,33 Deu.7,22.
‖iniqua MS.
‖expertes G.
‖in conspectu tuum MS.G.
‖nec MS. G.
1 Par.5,7.
‖inuisibili MS.G.
–G.
‖inquiret MS.G.
‖quisquis 3 MS.G. Q.n.
–3 MS.G.
‖correptione G.
–G.
–3 MS.G.
Sap.11,9 Rom.1,18
‖increptionis MS.G.
‖contemti MS.R.
Aug. in psalmum nescio quem.
‖experti Aug. G.
–G.Q.n.
‖quæ 4 MS.
–1 MS.G.
‖est 1 MS.
Rom.1,18.
Deu.4,13 17,3.

stellarũ, aut nimiã aquã, aut solẽ & lunã, rectores orbis terrarum deos putauerunt.
Quorũ si specie delectati, deos putauerunt: sciãt quãto his dominator eorũ speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si ∵ virtutẽ, & operа- eorũ' mirati sũt: intelligãt ab illis, ᵃquoniã' qui hæc ᵃfecit', fortior est illis: à magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærẽtes, & volẽtes inuenire.][Etenim cũ in operib. illius cõuersentur, inquirũt: & persuasum habẽt quoniam bona sunt quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantũ potuerũt scire, vt possent æstimare seculũ: quomodo huius Dñm nõ facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuũ hominũ, aurũ & argentum, artis inuentionem, & similitudines animaliũ, aut lapidẽ inutilẽ opus manus antiquæ.
][Aut, siquis artifex faber, de sylua lignum rectũ secuerit, & huius doctè eradat omnẽ corticem, &, arte sua vsus, diligenter fabricet vas ᵃvtile' in conuersationẽ vitæ, ᵃreliquiis' autẽ eius operis, ad præparationẽ escæ abutatur: & reliquum horũ, quod ad ᵃnullos est vsus faciat', lignum curuum, & ᵃverticibus' plenum, sculpat diligẽter per vacuitatẽ suã, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundũ faciẽs fuco colorẽ illius, & omnẽ maculã quæ in illo est perliniens*: & faciat ei dignã habitationẽ, -&' in pariete ponens illud, -&' confirmãs ferro, ne fortè cadat, ꝓspiciẽs illi, sciens quoniã non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutoriũ.
Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmũ deprecatur, & pro vita ᵃrogat mortuum', & in adiutoriũ inutilẽ inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare nõ potest: & de acquirendo, & de operando, & de omniũ rerũ euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

CAP. XIIII.

ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portãte se fragilius lignũ inuocat. Illud enim cupiditas acquirẽdi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autẽ, pater, prouidentia* gubernat: quoniam][dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitã firmissimã, ostendẽs quoniã potens es ᵃex omnib. sanare, etiã si sine rate vacua ᵃaliquis adeat mare'. Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam -&' exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeũtes mare per ratem

6 liberati sunt: ᵃSed & ab initio' cũ perirent][superbi gigãtes, spes orbis terrarum ad ratẽ confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quę manu tua erat gubernata.
7 Benedictũ est enim lignũ, per quod fit
8 iustitia.][Per manus aũt quod fit idolũ, maledictũ est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidẽ operatus est: illud autem cũ esset fragile, Deus cognominatus est.
9 Similiter autem odio sunt Deo, impius
10 & impietas eius. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur.
11 Propter hoc & *idolis nationũ ᵃnõ erit respectus': quoniam creaturę Dei in odiũ factæ sunt, & in ᵃtentationem' animabus hominum, & in muscipulã pedibus insipientium.
12 Initium enim fornicationis, -est' exquisitio idolôrum: & adinuentio
13 illorum, corruptio vitæ est. neque enim erant ab initio, neq. erunt in perpetuum.
14 Superuacuitas enim ᵃhominũ hæc adinuenit' in orbẽ terrarũ: & ideò breuis il-
15 lorũ finis est inuẽt'. Acerbo enim luctu dolẽs pater, citò sibi rapti filij fecit imaginẽ: & illũ qui tũc -quasi' homo mortu' fuerat, nunc tanquã Deũ colere cœpit, & cõstituit inter seruos suos sacra & lacri-
16 ficia. Deinde interueniẽte tẽpore, cõualescẽte iniqua cõsuetudine, hic error tanquã lex custoditus est, & tyrannorũ im-
17 perio colebãtur figmẽta. -Et' hos quos in palam homines honorare nõ poterãt, propter -hoc' quòd lõgè essent, è longinquo figura eorũ allata, euidẽtem imaginẽ regis, quẽ honorare volebant, fecerunt: vt illũ qui aberat, tãquam præsentem colerent sua solicitudine. Prouexit autẽ ad
18 horũ culturã & hos qui ignorabãt, artificis eximia diligentia. Ille enim volens
19 placere illi qui se ᵃassumpsit', elaborauit arte sua, vt similitudinẽ in melius figura-
20 ret. Multitudo autẽ -hominũ' ᵃabducta' ꝑ speciẽ operis, eũ qui ante tẽpus tanquã homo honorat' fuerat, nũc Deũ ᵃæstima-
21 uerũt'. Et hæc fuit ∵ vitæ humanæ' deceptio, quoniã aut affectui aut regib. deseruiẽtes homines, incõmunicabile nomẽ
22 lapidibus & lignis imposuerunt. Et non sufficerat ᵃerrasse' eos circa Dei scientiã, sed & in magno viuentes insciẽtiæ bello,
23 tot & tã magna mala pacẽ appellãt. Aut enim filios suos sacrificãtes, aut obscura sacrificia faciẽtes, aut insaniæ plenas vi-
24 gilias habentes; neq. vitam, neq. nuptias mũdas iam custodiunt, sed alius aliũ* per inuidiã occĩdit, aut adulterans contristat:
25 & omnia cõmixta sunt, sanguis, homicidiũ, furtũ & fictio, corruptio -&' infidelitas, turbatio, -&' periuriũ, tumultus
26 bonorũ, ᵃDei' immemoratio, animarum inq̃natio, natiuitatis immutatio, nuptiarũ inconstãtia, -inordinatio' ᵃmœchiæ &
27 impudicitiæ'. Infandorũ enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initiũ &
28 finis. Aut enim dũ lætãtur, insaniũt: aut certè vaticinãtur falsa, aut viuũt iniustè,

ᵃAb initio enim 3 MS
ᵃEt *initio enim* G.
Gen. 6,4. 7,7.
Psal. 113,8
Bar. 6,3.
Psal. 5,7.
*in 5 MS. R.G.
ᵃἐπισκοπὴ ἔσται. *visitatio erit.*
ᵃtentationes 4 MS. G.
-1 MS.G.
ᵃhominũ aduenit 2 MS. G.
-2 MS.G.
-5 MS.G.
-9 MS.
ᵃassumpserat 1 MS.
-1 MS.G.
ᵃadducta 8 MS.G.
ᵃexistimauerunt 3 MS.
∵ τῷ βίῳ
ᵃerrare 1 MS. G.
*aut G.
Ier. 7,9.
-6 MS.G.
-G.
ᵃdñi 10 MS.Q.n.
-3 MS. Q.n.
ᵃmœchia & impudicitia 7 MS.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aut peierāt citò. Dum enim confidūt in idolis quæ ſine anima ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant. Vtraq. ergo illis euenient dignè, quoniā malè ſenſerūt de Deo, attēdentes idôlis, & iurauerūt iniuſtè, in dolo cōtemnentes iuſtitiam. Non enim iurantiū eſt virtus, ſed peccātium pœna perambulat ſemper iniuſtorū præuaricationem.

CAP. XV.

TV autē Deus noſter, ſuauis & verus es, patiēs, & in miſericordia diſponēs omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinē tuā: & ſi non peccauerimus, ſcimus quoniā apud te ſumus cōputati. Noſſe enim te, conſummata iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam, & virtutē tuā, radix eſt immortalitatis. Nō enim in errorē induxit nos hominū malę artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor ſine fructu, effigies ſculpta per varios colores, cuius aſpectus inſenſato dat cōcupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiē ſine anima. Malorū amatores, digni ſunt qui ſpē habēt in talib. & qui faciūt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

Sed & figulus mollē terrā premēs laboriosè fingit ad vſus noſtros vnūquodq. vas, & de eodē luto fingit quæ mūda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt cōtraria. horū aūt vaſorū quis ſit vſus, iudex eſt figulus. Et cū labore vano Deum fingit de eodē luto: ille qui paulo antè de terra factus fuerat, & poſt puſillū reducit ſe vnde acceptus eſt, repetitus animę debitū quā habebat. Sed cura eſt illi, nō quia laboraturus eſt, nec qm̄ breuis illi vita eſt, ſed cōcertatur aurificib. & argētariis: ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, qm̄ res ſuperuacuas fingit. Cinis eſt enim cor eius, & terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior vita eius: qm̄ ignorauit qui ſe finxit, & qui inſpirauit illi animā quæ operatur, & qui inſufflauit ei ſpiritū vitalē. Sed & æſtimauerūt ludum eſſe vitā noſtrā, & cōuerſationē vitæ cōpoſitam ad lucrū, & oportere vndecunq. etiam ex malo acquirere.

Hic enim ſcit ſe ſuper oēs delinquere, qui ex terrę materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit. Omnes enim inſipiētes, & infelices ſupra modum animæ ſuperbi, ſunt inimici populi tui, & imperantes illi: quoniā omnia idôla nationum deos æſtimauerūt, quib. neq. oculorū viſus eſt ad videndū, neq. nares ad percipiendū ſpiritū, neq. aures ad audiendū, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorū pigri ad ambulandum. homo enim fecit illos: & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. Nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deū fingere. Cùm enim ſit mortalis, mortuū fingit manibus iniquis. Melior enim eſt ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit, cùm eſſet mortalis, illi autem nunquam. Sed & animalia miſerrima colunt: inſenſata enim cō-

parata his illis ſunt deteriora. Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.

CAP. XVI.

PRopter hæc & per his ſimilia paſsi ſunt dignè tormenta, & per multitudinē beſtiarum exterminati ſunt. Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamēti ſui nouū ſaporē, eſcam parās eis ortygometram: vt illi quidem concupiſcentes eſcā propter ea quæ illis oſtēſa & miſſa ſunt, etiā à neceſſaria concupiſcētia auerterētur. Hi autem in breui inopes facti, nouam guſtauerūt eſcam. Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſuperuenire interitum exercētibus tyrannidē: his autem tantū oſtēdere quemadmodū inimici eorū exterminabantur. Etenim cū illis ſuperuenit ſeua beſtiarū ira, morſibus peruerſorū colubrorū exterminabātur. Sed nō in perpetuū ira tua pmanſit, ſed ad correptionē in breui turbati ſunt, ſignum habētes ſalutis ad cōmemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuerſus eſt, nō per hoc quod videbat ſanabatur, ſed per te omniū ſaluatorē: & in hoc autē oſtēdiſti inimicis noſtris quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locuſtarum & muſcarum occiderūt morſus, & nō eſt inuēta ſanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiuſmodi exterminari. Filios autē tuos, nec draconū venenatorū vicerunt dentes. miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos. In memoria enim ſermonū tuorū examinabātur, & velociter ſaluabātur, ne in altā incidētes obliuionē, nō poſſent tuo vti adiutorio. Etenim neq. herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus Dne ſermo, qui ſanat omnia. Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis & reducis: homo autem occidit quidem per malitiā animā ſuam; & cùm exierit ſpiritus, non reuertetur; & cùm exierit ſpiritus, non reuertetur; nec reuocabit animam quæ recepta eſt. ſed tuam manum effugere impoſsibile eſt. Negantes enim te noſſe impij, per fortitudinē brachij tui flagellati ſunt nouis aquis, & grandinibus, & pluuiis peruis, & perignē cōſummati. Quod enim mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: vindex eſt enim orbis iuſtorum. Quodam enim tēpore, māſuetabatur ignis, ne cōburerētur quæ ad impios miſſa erāt animalia: ſed vt ipſi videtes ſcirēt, quoniam Dei iudicio patiūtur perſecutionem. Et quodam tēpore, in aqua ſupra virtutem ignis, exardeſcebat vndique, vt iniquę terræ nationē exterminaret. Pro quo angelorū eſca nutriſti populū tuū, & paratū panē de cælo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamētū in ſe habentē, &

omnis

---

quoque 1 MS.
autem G.
ἢ τῶν ὀμνυομένων δύναμις.
1 MS.G.
& 1 MS.
non peccabimus aūt ſcientes G. & Aug l. de fide & op. ca. 23.
10 MS.
morte o. Q.n.
habeant 1 MS.
Rom. 9, 21.
ducit ſe 8 MS.
it G q.
ibit G.
G.
6 MS.G.
eum 2 MS.
3 MS.G.
4 MS.G.
ludum 3 MS.
lutum o.
animas infantium G.
animam infantis. G q.
G.
Pſal. 113, 4. & 134, 13.
vſus G.
& Cyprianus, tum l de exhort. mart. cap. 1, tum l. 3. ad Quirinum cap. 59.
parata his illis ſunt deteriora.
aliis 4 MS.G.
aliquos 2 MS.
aliquis 4 MS.
hoc pro his MS.
hæc MS.
Sap. 11, 6.
pro quibus tuus MS.G.
Num. 11, 33.
per quem 4 MS.G.
per tua MS. G.
Exod. 14. & 15, 4.
Apoc. 20.
terrimilibantur MS.R.
Q.n.
Pſ. 106, 20.
Tuum vitæ MS. G.
Deut. 32, 39. 1 Reg. 2, 6. Tob. 13, 2.
Exod. 9, 24.
pti 4 MS. G.
ardebat MS.
ardebat 6 MS.G.
6 MS.G.
Q.n.
Exod. 16, 14. Num. 11, 7. Pſ. 77, 25. Sap. 16, 20.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnis saporis suauitatẽ. ¶ Subſtantiam enim tuã & dulcedinẽ' tuã quã in filios habes ¶ oſtẽdebas': & deſeruiens vniuſcuiuſq. volũtati, ad quod ¶quiſq.' volebat cõuertebatur. ‖ Nix autẽ & glacies ſuſtinebãt vim ignis, & nõ tabeſcebant: vt scirẽt, quoniã fructꝰ inimicorũ extermi-
nabat ignis ardẽs in grandine & *pluuia' coruſcãs. Hoc autẽ iterũ, vt nutrirentur iuſti, *etiã ſuæ virtutis oblitꝰ eſt. Creatura enim tibi factori deſeruiẽs, ¶exardeſcit' in tormentũ aduerſus iniuſtos: & le-
nior fit ad bene faciendũ pro his qui in te cõfidũt. Propter hoc & tũc-in' omnia trãsfigurata omniũ nutrici gratię ſuæ ¶deſeruiebãt', ad voluntatẽ eorũ qui ¶à' te deſiderati ſunt: vt ſcirẽt filij tui, quos dilexiſti Dñe, ‖ quoniã nõ natiuitatis fructus paſcũt homines, ſed ſermo tuus hos qui in te crediderint cõſeruat. ‖ Quod enim ab igne nõ poterat exterminari, ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactũ tabeſcebat: vt notũ omnibꝰ eſſet, quoniã oportet preuenire ſolẽ, ad ¶orientẽ' lucis te adorare. Iugrati enim ¶fides' tanquã hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua.

CAP. XVII.

MAgna-ſũt' enim iudicia tua-Dñe', & inenarrabilia-¶verba tua', propter hoc indiſciplinatę animę errauerũt.

‖ ¶Dum' enim perſuaſum habẽt iniqui, poſſe dominari ¶nationi' ſanctæ: vinculis tenebrarũ & longæ noctis compediti, inclusi ſub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ ¶iacuerũt'. Et dũ putãt ſe latere in ¶obſcuris' peccatis: tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt, pauẽtes horrendè, & cũ admiratione nimia perturbati. Neq. enim quæ cõtinebat illos ſpelũca, ſine timore cuſtodiebat: quoniã ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes-illis' apparentes, pauorẽ illis præſtabãt. Et ignis quidẽ nulla vis poterat illis lumẽ præbere, nec ſiderũ limpidæ flãmæ illuminare poterãt illã noctẽ horrendã. Apparebat autẽ illis ¶ſubitaneus' ignis, timore plenus: & timore percuſſi illius quæ non videbatur faciei, ęſtimabãt deteriora eſſe quę videbãtur: & magicæ artis appoſiti erãt deriſus, ¶& ſapientiæ' ¶gloria' correptio cũ cõtumelia'. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere ſe ab anima languẽte, hi cum deriſu pleni timore languebãt. Nã, etſi nihil illos ex monſtris perturbabat: trãſitu animaliũ & ſerpentiũ ſibilatione cõmoti, tremebundi peribãt: & aërẽ, quẽ nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre.

-Frequẽter enim præoccupant peſſima, redarguẽte cõſcientia'. Cũ ſit enim timida nequitia, dat teſtimoniũ ¶condẽnationis': ſemper enim præſumit ſæua, ¶perturbata' cõſciẽtia. Nihil enim eſt timor, niſi preſumptionis adiutoriũ, prodi-
tio cogitationis auxiliorũ. Et dum ab ¶intus' minor eſt expectatio, maiorem ¶computat' ſcientiã' eius ¶cauſæ' de qua tormẽtũ præſtat. Illi autẽ qui ¶in potẽtem vere' noctẽ, & ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperuenientẽ, eundẽ ſomnũ dormiẽtes, aliquãdo monſtrorũ exagitabantur timore, aliquãdo animæ deficiebãt traductione. ſubitaneus enim illis & inſperatus timor ſuperuenerat. Deinde ſi ¶quiſquã' ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro reclusus.

¶Si' enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut ¶agri' laborũ operarius præoccupatus-eſſet': ineffugibilẽ ſuſtinebat neceſsitatẽ. Vna enim catena tenebrarum oẽs erãt colligati. Siue ſpiritꝰ ſibilãs, aut inter ſpiſſos-arborũ' ramos auiũ ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimiũ, aut ſonus validus præcipitatarũ petrarũ, aut ludentiũ animaliũ curſus inuiſus, aut mugientiũ valida beſtiarũ vox, aut reſonãs de altiſsimis mõtibus Echo: deficiẽtes faciebãt illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & nõ impeditis operibꝰ cõtinebatur. Solis autẽ illis ſuperpoſita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ ſuperuentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erãt grauiores tenebris.

CAP. XVIII.

SAnctis aũt tuis maxima erat lux, -&' ¶horũ' quidẽ vocẽ *audiebant, ſed figurã nõ videbãt. Et quia' nõ & ipſi -per' eadẽ paſsi erãt, magnificabãt-te': & qui antè læſi erãt, ¶quia' nõ lædebantur, gratias agebãt: & vt eſſet differẽtia, ¶donũ' petebant. ‖ Propter quod ignis ardentẽ columnã ducẽ habuerunt ignotæ viæ, & ſolẽ ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerẽ tenebrarũ, qui incluſos cuſtodiebãt filios tuos, per quos incipiebat incorruptũ legis lumẽ ſeculo dari. ‖ Cũ cogitarẽt iuſtorũ occidere infãtes: & vno expoſito filio, & liberato, in traductionẽ illorũ, ‖ multitudinẽ filiorũ abſtuliſti, ‖ & pariter illos ꝑdidiſti in aqua valida. Illa enim nox antè cognita eſt à patribꝰ noſtris: vt verè ſcientes quibus iuramentis crediderũt, animæquiores eſſent. Suſcepta eſt autẽ à populo tuo ſanitas quidẽ iuſtorũ, iniuſtorũ autẽ exterminatio.

Sicut enim læſiſti aduerſarios: fic-& nos prouocans magnificaſti. Abſconsè enim ſacrificabãt iuſti pueri bonorũ, & iuſtitiæ legẽ in ¶concordiã' diſpoſuerũt: ſimiliter & bona & mala ¶recepturos' iuſtos, ¶patri omniũ' decantantes laudes.

‖ Reſonabat autẽ incõueniens inimicorũ vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorũ infantium. Simili autẽ pœna ſeruus cũ dño afflictus-eſt', & popularis homo regi ſimilia paſſus. Similiter ergo oẽs, vno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad ſepeliendũ viui ſufficiebant: quoniã

¶condemnationi 4 MS. Q.n.
¶conturbata 6 MS.
*συνεχομένη τῇ συνειδήσει.
¶intro MS. R.
¶putat 5 MS. R.
¶potentiã 12 MS. R. Q.n.
¶cauſa R.
¶in potentẽ venere o. Q.n.
¶quis 6 MS.
¶Sine G.
¶deſerti G. -G.
-4 MS. G.

Exo. 10, 23 -1 MS. G.
¶quorũ G.
*inimici MS q. R. -MS. R. -6 MS. G.
¶qm̃ MS.
¶ce Deum MS. R. Q.n.
Exo. 14, 24 Pſ. 77, 14. & 104, 39. Exo. 1, 16. & 2, 3. Exo. 12, 29 Exo. 14, 27 -4 MS. G.
¶concordia 4 MS. G.
¶percepturos 1 MS. R.
¶patrum iam 2 MS. G.
¶patrias 3 MS.
¶patri iam 3 MS.
Exo. 12, 30. -5 MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vno momento, quæ erat præclarior natio illorũ, exterminata est. De omnib⁹ enim nõ credentes propter ‖beneficia', tunc cũ primũ' fuit exterminiũ primogenitorũ; ‖ spoponderũt' populũ Dei – se' esse.

Cùm enim quietũ silentiũ contineret omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotẽs sermo tuus – exiliẽs' de cælo à regalibus sedibus, dur⁹ ‖ debellator' in mediã exterminij terrã prosiliuit, gladius acutus insimulatũ imperiũ tuũ portãs; & stans repleuit omnia morte, & vsq. ad cælũ attingebat stans in terra. Tunc continuò visus somniorũ malorũ turbauerunt illos, & timores superuenerũt insperati. Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quã moriebatur causam demonstrabat – mortis'. Visiones enim quę illos turbauerũt, ‖ hęc' prę-monebant, ne, inscij quare ‖ mala' patiebantur, perirẽt. Tetigit autẽ tunc & iustos tentatio mortis, & cõmotio in eremo facta est multitudinis: sed nõ diu permãsit ira – tua'. ‖ Properãs enim homo sine querela ‖ deprecari pro populis', proferens seruitutis suæ scutũ orationem, & per incensum deprecationẽ allegãs, restitit iræ, & finẽ imposuit necessitati: ostẽdẽs quoniã tuus est famulus. Vicit autẽ turbas, nõ in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo ‖ illum qui se vexabat' subiecit, iuramẽta parentum, & testamentũ cõmemorans. Cùm enim iã aceruatim cecidissent super alterutrũ mortui, interstitit, & amputauit impetũ, & diuisit illã quæ ad viuos ducebat viã.

‖ In veste enim podẽris, quã habebat, totus erat orbis terrarũ: & parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidũ erant sculpta, & magnificẽtia tua in diademate capitis illius scripta erat. His – autẽ' cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

CAP. XIX.

IMpiis autẽ vsq. in nouissimũ sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorũ: ‖ quoniã cùm ipsi ‖ permisissent' vt se educerẽt, & cũ magna solicitudine præmisissent illos, cõsequebãtur – illos' ‖ pœnitentiæ' ‖ actus'.

Adhuc enim inter manus habẽtes ‖ luctũ', & deplorãtes ad monumenta mortuorũ, aliã sibi assumpserunt cogitationẽ insciẽtiæ: & quos rogãtes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur.

ducebat enim illos ad hunc finẽ digna necessitas: & horũ quæ acciderant commemorationẽ amittebãt, ‖ vt quæ deerãt tormẽtis, ‖ repleret' ‖ punitio': & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi aũt nouã mortẽ inuenirẽt. Omnis enim creatura ad suũ genus ab initio refigurabatur, deseruiẽs tuis præceptis, vt pueri tui custodirẽtur illæsi. Nã nubes castra eorũ obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & ‖ in' mari rubro via sine impedimento, & cãpus germinãs de profundo nimio: per quẽ omnis natio ‖ transiuit quæ tegebatur' tua manu, videntes – tua' mirabilia – & 'mõstra. Tanquam enim equi depauerunt – escã', & tanquã agni exultauerũt, magnificantes te Dñe, qui ‖ liberasti' illos.

Memores enim erãt adhuc corũ quę in incolatu illorũ facta fuerãt, quemadmodũ pro ‖ natione' animaliũ eduxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinẽ ranarũ. ‖ Nouissimè autẽ viderũt nouã creaturã auiũ, cùm adducti cõcupiscentia postulauerũt escas epulationis. ‖ In allocutione enim desiderij, ascẽdit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus superuenerũt, nõ sine illis quæ antè facta erãt argumẽtis ‖ vim ‖ fluminũ': iustè enim patiebant̃ secũdũ suas nequitias. Etenim detestabiliorẽ in hospitalitatẽ instituerũt. alij quidẽ ignotos nõ recipiebant aduenas, alij aũt bonos hospites in seruitutẽ ‖ redigebant.'

Et nõ solùm ‖ – hæc', sed – & 'ali⁹ ‖ quidẽ' respectus illorũ ‖ erat': quoniã inuiti recipiebãt extraneos. Qui aũt cum lætitia receperũt hos, qui eisdẽ vsi erãt ‖ iustitiis', sæuissimis afflixerunt doloribus.

Percussi sunt autẽ cæcitate: ‖ sicut illi in foribus iusti, cùm subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisq. transitũ ostij sui quærebat. In se enim elementa dũ conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & oĩa suũ sonũ custodiunt: vnde ‖ æstimari' ex ipso ‖ visu certò' – potest'. Agrestia enim in aquatica cõuertebãtur: & quæcumq. erãt natantia, in ‖ terrã' trãsibãt. Ignis in aqua valebat supra suã virtutem, & aqua extinguẽtis naturæ obliuiscebatur. Flammæ ecõtrario, corruptibiliũ animaliũ nõ vexauerunt carnes coambulantiũ, nec dissoluebãt illãquę facilè dissoluebatur, sicut glacies bonã escam. In omnibus enim magnificasti populũ tuum Dñe, & honorasti, & non despexisti, in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH

PROLOGVS.

MVltorũ nobis & magnorum per legẽ & prophetas alioq. qui secuti sunt illos, sapientia demõstrata – est' : in quibus oportet laudare Israël doctrinæ & sapiẽtiæ causã: quia nõ solùm ipsos ‖ loquentes' necesse est esse peritos, sed etiã extraneos posse & ‖ discentes' & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquam se amplius dedit ad diligentiã lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horũ quæ ad doctrinã & sapientiã pertinẽt: vt desiderantes

---

‖ veneficia 2 MS. G. Q.n.
– 7 MS. G. ‖ confessi sunt Dei filium populum. G.
– 1 MS.
– 4 MS. G. ‖ bellator 4 MS. G.
– 6 MS. G. ‖ hoc MS. G
‖ malé R. G.
– 1 MS. G. Num. 16. ‖ propugnauit 3 MS. G.
‖ vexatorẽ 3 MS. G.
Exo. 28, 6.
– 1 MS. G. Exo. 12, 33. ‖ reuersi essent, 8 MS. Q.n.
Exo. 14, 5.
– 3 MS. G. ‖ pœnitentia 1 MS. G
‖ acti 2 MS. G.
‖ luctus 1 MS. G.
‖ eam quæ deerat 1 MS. G.
‖ quæ deerat 1 MS. ‖ replerent G.
‖ punitionẽ 1 MS. G.
‖ punitione 1 MS.
‖ ex 2 MS. G.
‖ Gen. 31. ‖ ceti rhinoceros 4 MS. G.
– 4 MS. G. Q.n. ‖ ducentó viri MS. ‖ centum 4 MS. R.
– 1 MS. G. ‖ legunt G. G. ‖ dicentes MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rantes discere, & illorũ periti fieri, magis magisq. attendant animo, & confirmentur ad legitimã vitã. Hortor itaq. venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionẽ facere, & veniã habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, ~ &' deficere in verborũ compositione. Nam deficiunt ~ &' verba Hebraica, quando fuerint trãslata ad alterã linguã. Nõ autem solùm hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, cæteraq. ~ aliorum' librorũ, nõ paruã habẽt differẽtiã, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno tẽporibus Ptolemæi Euergetis regis, postquam perueni in Aegyptum: & cùm multũ temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos, nõ paruæ, neque contemnendæ doctrinæ. Itaq. bonum & necessarium putaui & ipse aliquam ¶ addere' diligentiam & laborem interpretandi librũ istũ: & multa vigilia attuli doctrinã in spatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librũ istũ dare, & illis qui volunt animũ intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundùm legẽ Domini proposuerint vitam agere.

ECCLESIASTICVS.

CAP. I.

OMNIS sapientia à Dño Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. 1 Arenã maris & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? 2 Altitudinẽ cæli, & latitudinẽ terræ, & ꝓfundũ abyssi quis dimensus est? 3 Sapiẽtiã Dei præcedentẽ omnia, quis inuestigauit? 4 Prior omniũ creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. 5 Fons sapientiæ verbũ Dei in excelsis, & ingressus illius mãdata æterna. 6 Radix sapiẽtiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? ~ 7 Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationẽ ingressus illius quis intellexit'? 8 Vn⁹ est altissimus creator* omnipotens, ~ &' rex potẽs & metuendus nimis, sedẽs sup thronum illius & dominans Deus. 9 Ipse creauit illã ~ in' Spiritu sancto', & vidit, & dinumerauit, & mensus est. 10 Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnẽ carnẽ secũdũ datũ suũ, & præbuit illã diligentibus se. 11 Timor Dñi gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. 12 Timor Dñi delectabit cor, & dabit lætitiã, & gaudiũ ¶ in' longitudinem dierũ. 13 Timenti Dñm bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. 14 Dilectio Dei honorabilis sapientia. 15 Quibus autẽ apparuerit in visu, diligunt eã in visione, & in agnitione magnaliũ suorũ. ¶ 16 Initium sapientiæ, timor Dñi, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cũ electis fœminis graditur, & cũ iustis & fidelib⁹ agnoscitur. ~ 17 Timor Dñi, scientiæ religiositas. 18 Religiositas custodiet & ¶ iustificabit' cor, iucunditatẽ atq. gaudiũ dabit. 19 Timenti Dñm bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur'. 20 Plenitudo sapiẽtiæ est timere Deũ, & plenitudo à fructibus illius. 21 Omnẽ domũ illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. 22 Corona sapientiæ, timor Dñi, replens pacẽ, & salutis fructũ: & vidit, & dinumerauit eã. 23 vtraq. autem sunt dona Dei. 24 Scientiã, & intellectũ prudẽtiæ sapientia cõpartietur: & gloriã tenentiũ se, exaltat. 25 Radix sapiẽtiæ est, timere Dñm: 26 *rami ~ enim' illius longæui. ~ In thesauris sapientiæ intellectus, & sciẽtiæ religiositas; execratio autẽ peccatorib⁹ sapientia'. 27 Timor Dñi expellit peccatum. 28 nã qui sine timore est, nõ poterit iustificari: iracundia enim animositatis illi⁹, 29 subuersio illius est. Vsq. in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. 30 ~ Bonus sensus' vsq. in tempus abscondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt sensum illius. 31 In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: 32 execratio autẽ peccatori, cultura Dei. 33 Fili, concupiscẽs sapientiã, cõserua ¶ iustitiã', & De⁹ præbebit illã tibi. 34 Sapiẽtia enim & disciplina timor Dñi: & quod beneplacitũ est illi, fides & mãsuetudo, ~ & 35 adimplebit thesauros illius'. Ne sis ¶ incredibilis' timori Dñi: & ne accesseris ad illũ duplici corde. 36 Ne fueris hypocrita in cõspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. 37 Attende in illis: ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationẽ, & reuelet Deus absconsa tua, & 38 in medio synagogæ elidat te: quoniam accessisti malignè ad Dñm, & cor tuum plenũ est dolo & fallacia. 39 40

CAP. II.

FIli, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animã tuã ad tentationẽ. 1 2 Deprime cor tuũ, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tẽpore obductionis. 3 Sustine sustẽtationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. 4 Omne quod tibi applicitũ fuerit, accipe: & in dolore sustine: & in humilitate tua patientiã habe: 5 quoniã in igne probatur aurũ ~ & argẽtũ', homines verò ¶ receptibiles' in camino humiliationis. 6 Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viã tuã, & spera in illũ. Serua timorẽ illi⁹, & in illo veterascе. 7 Metuẽtes Dñm sustinete misericordiã eius: & nõ deflectatis ab illo, ne cadatis. 8 Qui timetis Dñm, credite illi: & non euacuabitur merces vestra. 9 Qui timetis Dñm, sperate in illũ: & in oblectationem veniet vobis misericordia. 10 Qui timetis Dñm, diligite illũ, & illuminabunt corda vestra. 11 Respicite filij nationes hominũ: & scitote quia nullus sperauit in Dño, & cõfusus est. 12 ¶ Quis enim ꝓmãsit in mãdatis eius, & derelictus est? aut quis in-

* & 1 MS. R. G.

~ MS. R. G.

~ G. continentque eadem quæ versus 31. & 32.

~ G.

¶ mandata G.

~ G.

¶ incredulus MS.

~ G.

¶ acceptabiles MS.

Ps. 36, 25.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uocauit eũ, & deſpexit illũ? Quoniam 13
pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate.
Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, 14
& manibus malefacientibus, & peccatori terrã ingredienti duabus viis. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo: & 15
ideo nõ protegentur ab eo. Væ his qui 16
perdiderunt ſuſtinentiã, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterũt in vias prauas. Et quid faciẽt cùm inſpicere cœperit Dñs? Qui timent Dñm, non erunt 17 18
incredibiles verbo illius: & qui diligunt illũ, conſeruabũt viã illius. Qui timent 19
Dñm, inquirent quę beneplacita ſunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius. Qui timẽt Dñm, præparabunt cor- 20
da ſua, & in cõſpectu illius ſanctificabũt animas ſuas. Qui timent Dñm, cuſtodiunt mandata illius, & patientiã habebunt vſq. ad inſpectionẽ illius, dicẽtes, 21 22
Si pœnitentiã nõ egerimus, incidemus in manus Dñi, & nõ in manus hominum.
Secundũ enim magnitudinẽ ipſius, ſic 23
& miſericordia illius cum ipſo eſt.

CAP. III.

Filij ſapiẽtiæ, eccleſia iuſtorũ: & natio illorũ, obediẽtia & dilectio. Iu- 1 2
dicium patris audite filij, & ſic facite vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrẽ 3
in filiis: & iudiciũ matris exquirens, firmauit in filios. Qui diligit Deum, exo- 4
rabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierũ exaudietur. Et 5
ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrẽ ſuã. Qui honorat patrẽ ſuũ, 6
iucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrẽ ſuũ 7
vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrẽ. Qui timet Dominũ, 8
honorat parẽtes, & quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt. In opere & ſer- 9
mone, & omni patientia honora patrem tuũ, vt ſuperueniat tibi benedictio à 10
Deo, & benedictio illius in nouiſsimo maneat. Benedictio patris firmat domos 11
filiorũ: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contume- 12
lia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio. gloria enim hominis ex hono- 13
re patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili, ſuſcipe ſenectã patris tui, & 14
nõ cõtriſtes eũ in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniã da, & ne ſpernas eũ in 15
virtute tua. eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nã pro peccato matris reſtituetur tibi bonũ, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis 16 17
commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies, ſoluẽtur peccata tua. Quã mala famę eſt qui derelinquit patrẽ: & eſt 18
maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.
Fili in manſuetudine opera tua perfice, 19
& ſuper hominum gloriam diligẽris.
Quantò magnus es, humilia te in om- 20
nibus, & coram Deo inuenies gratiam, 21
quoniã magna potentia Dei ſolius, & 22
ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcruratus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius 23
ne fueris curioſus. nõ eſt enim tibi neceſſariũ ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli 24
ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius nõ eris curioſus. Plurima e- 25
nim ſuper ſenſum hominũ oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplãtauit ſuſpicio 26
illorũ, & in vanitate detinuit ſenſus illorũ. Cor durũ habebit malè in nouiſ- 27
ſimo: & qui amat periculũ, in illo peribit. Cor ingrediẽs duas vias, nõ habebit 28
ſucceſſus, & prauus corde in illis ſcãdalizabitur. Cor nequã grauabit in do- 29
loribus, & peccator adiiciet ad peccandũ.
Synagogæ ſuperborum nõ erit ſanitas: 30
frutex enim peccati eradicabitur in illis, 31
& nõ intelligetur. Cor ſapientis intelligitur in ſapiẽtia, & auris bona audiet 32
cũ omni cõcupiſcẽtia ſapientiã. Sapiẽs cor, & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitię ſucceſſus habebit. Ignem ardentẽ extinguit aqua, & 33 34
eleemoſyna reſiſtit peccatis: & Deo ſpector eſt eius qui reddit gratiã. Meminit in poſterũ, & in tẽpore caſus ſui inueniet firmamentum. CAP. IIII.
Fili, eleemoſynã pauperis ne defrau- 1
des, & oculos tuos ne tranſuertas à 2
pauperе. Animã eſuriẽtẽ ne deſpexeris: & nõ exaſperes pauperem in inopia ſua.
Cor inopis ne afflixeris, & nõ protra- 3
has datũ anguſtianti. Rogationẽ contribulati ne abiicias: & nõ auertas faciẽ tuã 4
ab egeno. Ab inope ne auertas oculos 5
tuos propter irã: & nõ relinquas quærẽtibus tibi retro maledicere. maledicẽtis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autẽ 6
eũ qui fecit illũ. Congregationi pauperum affabilẽ te facito, & presbytero humilia animã tuã, & magnato humilia ca- 7
put tuum. Declina pauperi ſine triſtitia aurẽ tuã, & redde debitũ tuũ, & reſponde 8
illi pacificè in mãſuetudine. Libera eũ 9
qui iniuriã patitur de manu ſuperbi: & nõ acidè feras in anima tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & 10
pro viro matri illorũ: & eris tu velut filius Altiſsimi obediẽs, & miſerebitur tui 11
magis quàm mater. Sapientia filiis ſuis 12
vitã inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & 13
præibit in via iuſtitiæ. & qui illã diligit, diligit vitã: & qui vigilauerint ad illã, cõplectentur placorẽ eius. Qui te- 14
nuerint illã, vitã hæreditabũt: & quo introibit, benedicet Deus. Qui ſeruiunt 15
ei, obſequentes erunt ſancto: & eos qui 16
diligunt illam, diligit Deus. Qui audit illam, iudicabit Gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens.

*remittit 1 MS. R. G.
– G.
quoniam MS. G.
facietis 3 MS. Rab. G. Verùm, cùm à perſona tertia interpres cœperit, vera fortaſſis erit lectio quæ Textum occupat.
– G.
Exo. 20, 12 Deut. 5, 16 Mat. 15, 4. Mar. 7, 10. Ephe 6, 2. Gen. 27, 27 49, 2.
bono facto o.
Phil. 2, 3.
Pro. 15, 33.
requiem 5 MS.
pauiet MS.
pauimentum MS.
pauum cor MS. R. Rab. Q. n. intelligetur R. G.
Deus 4, 14.
& Deus protector (vel quidam, cõſpector, aut, valia, protector) Deus qui reddit (vel reddet) gratiã meminit. MS. Græc. legitur: & Dominus remunerans gratiam, meminit.
Tob. 4.
pacifici MS. G.
placidè MS.
– G.
placabilem 6 introibit 1 MS. Græc. & iſtud & præcedentia verba, ſingulari ſententiæ.
Si crediderit

Si crediderit ei, hæreditabit illã, & erũt 17
in cõfirmatione creaturæ ‖ illorũ'. quo- 18
niã in tẽtatione ambulat cũ eo, & in pri-
mis eligit eum. Timorẽ & metũ, & ℔- 19
bationẽ inducet super illum: & cruciabit
illum in tribulatione doctrinæ suæ, do-
nec tẽtet eum in cogitationibus suis, &
credat animæ illius. Et firmabit illũ, & 20
iter adducet directum ad illum, & lætifi-
cabit illum, & denudabit abscõsa sua 21
illi, & thesaurizabit super illũ scientiã &
intellectum iustitiæ. Si autẽ oberrauе- 22
rit, derelinquet eum, & tradet eũ in ma-
nus inimici sui. Fili, cõserua tẽpus, & 23
deuita à malo. Pro anima tua ne con-
fundaris dicere verum. est enim cõfusio 25
adducens peccatũ, & est cõfusio adducens
gloriã & gratiã. Ne accipias faciem ad- 26
uersus faciẽ tuã, nec aduersus animã tuã
mendacium. Ne reuerearis proximum 27
tuum in casu suo: nec retineas verbum 28
in tẽpore salutis. Non abscõdas sapientiã
tuã in decõre ‖ suo'. In lingua enim sa- 29
piẽtia dignoscitur: & sensus, & scientia,
& doctrina in verbo sensati, & firmamẽ-
tum in operibus iustitiæ. Nõ contradi- 30
cas verbo veritatis vllo modo, & de mẽ-
dacio ineruditionis tuæ cõfundere. Nõ 31
cõfũdaris cõfiteri peccata tua, & ne sub-
iicias te ‖ omni' homini ℔ peccato. No- 32
li resistere cõtra faciẽ potentis, nec cone-
ris cõtra ictũ ‖ fluuij'. ‖ Pro iustitia ago- 33
nizare ℔ anima tua, & vsq. ad mortẽ cer-
ta pro iustitia', & Deus expugnabit pro
te inimicos tuos. Noli citatus esse in 34
lingua tua: & inutilis, & remissus in ope-
ribus tuis. Noli esse sicut leo in domo 35
tua, euertẽs domesticos tuos, & opprimẽs
subiectos tibi. Non sit porrecta manus 36
tua ad accipiendũ, & ad dandũ collecta.

CAP. V.

NOli attẽdere ad possessiões iniquas, 1
& ne dixeris, Est mihi sufficiẽs vi-
ta. nihil enim proderit in tẽpore vindictæ
& obductionis. Ne sequaris in fortitu- 2
dine tua cõcupiscentiã cordis tui: & ne 3
dixeris, Quomodò potui? aut quis me
subiiciet propter facta mea? Deus enim
vindicans vindicabit. Ne dixeris, Pec- 4
caui, & quid mihi accidit triste? Altis-
simus enim est patiens *redditor. De ‖ ℔- 5
pitiato peccato' noli esse sine metu, neq.
aditeias peccatum super peccatũ. Et ne 6
dicas, Miseratio Dñi magna est, multitu-
dinis peccatorum meorum miserebitur.
Misericordia enim, & ira ab illo citò ℔- 7
ximãt, & in peccatores respicit ira illius.
Nõ tardes conuerti ad Dñm, & ne dif- 8
feras de die in diẽ. subitò enim veniet 9
ira illius, & in tempore vindictæ disper-
det te. Noli anxius esse in diuitiis iniu- 10
stis. nõ enim proderunt tibi in die obdu-
ctionis & vindictæ. ‖ Nõ ventiles ‖ te' 11
in ‖ oẽm vẽtum', & nõ eas in ‖ omnẽ viã'.
sic enim ‖ omnis' peccator ℔batur in du
plici lingua. Esto firmus in via Domini, 12
& in veritate sensus tui & scientia, & ℔-
sequatur te verbum pacis & iustitiæ.
Esto mãsuetus ad audiendum verbum 13
‖ Dei', vt intelligas: & cum sapiẽtia pro-
feras respõsum verum. Si est tibi intel- 14
lectus, respõde proximo: sin autẽ, sit ma-
nus tua sup os tuum, ne capiaris in ver-
bo indisciplinato, & confundaris. Ho- 15
nor & gloria in sermone sensati, lingua
verò imprudentis subuersio est ipsius.
Non appellẽris susurro*, & lingua tua 16
ne capiaris, & cõfundaris. Super furem 17
enim est cõfusio & pœnitẽtia, & ‖ deuo-
tatio' pessima super bilinguẽ: ‖ susurra-
tori autẽ odium, & inimicitia, & contu- 18
melia'. Iustifica pusillum, & magnum
similiter.

CAP. VI.

NOli fieri pro amico inimicus proxi- 1
mo: improperiũ enim & cõtumeliã
malus hæreditabit, & omnis peccator in- 2
uidus & bilinguis. Nõ te extollas in co- 3
gitatione animæ tuæ velut taurus: ne
fortè elidatur virtus tua per stultitiã, &
folia tua ‖ comedat', & fructus tuos ‖ per-
dat', & ‖ relinquaris' velut lignũ aridũ in
4 eremo. Anima enim nequam disperdet
qui se habet, & in gaudium inimicis ‖ dat'
illum, & deducet in sortem impiorum.
5 Verbũ dulce multiplicat amicos, & mi-
tigat inimicos: & lingua ‖ eucharis' in bo-
6 no homine ‖ abũdat'. Multi pacifici sint
tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.
7 Si possides amicũ, in tẽtatione possidе
8 eũ, & ne facilè credas ei*. Est enim a-
micus secũdùm tẽpus suũ, & nõ perma-
9 nebit in die tribulationis. Et est amicus
qui cõuertitur ad inimicitiã: & est ‖ ami-
cus' qui odiũ & rixã, & cõuitia denuda-
10 bit. Est autẽ amicus socius mẽsæ, & nõ
11 permanebit in die necessitatis. Amicus
si permanserit fixus, erit tibi quasi coæ-
qualis, & in domesticis tuis fiducialiter
12 aget. si humiliauerit se cõtra te, ‖ & à fa-
cie tua abscõderit se, vnanimem' habebis
13 amicitiã bonã. Ab inimicis tuis sepa-
14 rare, & ab amicis tuis attende. Amicus
fidelis, protectio fortis: qui autẽ inuẽnit
15 illũ, inuẽnit thesaurũ. Amico fideli nul-
la est cõparatio, & nõ est digna põdera-
tio auri & argenti cõtra bonitatẽ fidei il-
16 lius. Amicus fidelis, medicamẽtũ vitæ
& immortalitatis: & qui metuunt Dñm,
17 inueniẽt illũ. Qui timet Deum, æquè
habebit amicitiã bonã: quoniã secundũ
18 illum erit amicus illius. Fili, à iuuẽtute
tua excipe doctrinã, & vsq. ad canos in-
19 uenies sapientiã. Quasi is qui arat, &
qui seminat, accede ad eã, & sustine bo-
20 nos fructus illius. in opere enim ipsius
exiguũ laborabis, & citò edes de genera-
21 tionibus illius. Quàm aspera est nimiũ
sapientia indoctis hominibus, & nõ per-
22 manebit in illa excors. Quasi lapidis
virtus probatio erit in illis, & nõ demorà
23 bũtur proiicere illã. Sapientia enim do-
ctrinæ secundum nomẽ eſt eius, & nõ est

* in vita tua MS. R. Rab. G q.
‖ denotatio MS. R. G.
‖ deuoratio o.
- G.
‖ comedet MS.
‖ comedes G.
‖ perdet MS.
‖ perdes G.
‖ relinquẽris MS. G.
‖ sedet 1 MS. G.
‖ gratiosa 6 MS.
‖ eulalos G.
‖ abundabit MS. R. G q.
* teipsum MS. R. Rab. G.
Omittitur aũt in G q.
- MS. G.
‖ à facie tua abscõdet se. V-nanimem 2 MS. Rab. Q n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

multis manifesta. quib. autē cognita est,
permanet vsq. ad cōspectum Dei. Au- 24
di fili, & accipe cōsilium intellectus, & ne
abiicias cōsilium meū. Iniice pedē tuū 25
in cōpedes illius, & in torques illius col-
lū tuum. subiice humerū tuū, & porta 26
illā, & ne acedieris vinculis eius. In om 27
ni animo tuo accede ad illā, & in omni
virtute tua cōserua vias eius. Inuestiga 28
illā, & manifestabitur tibi, & continens
factus ne derelinquas eā. in nouissimis 29
enim inuenies requiē in ea, & cōuerte-
tur tibi in oblectationē. Et erunt tibi 30
cōpedes eius in protectionē fortitudinis,
& bases virtutis, & torques illius in sto-
lā gloriæ. decor enim vitæ est in illa, & 31
vincula illi' *alligatura salutaris. [a]Sto- 32
la' gloriæ indues eā, & coronā gratulatio-
nis [b]superpones' tibi. Fili, si attēderis mi 33
hi, dices [c]; &, si accōmodaueris animum
tuū, sapiens eris. Si inclinaueris aurem 34
tuā, excipies doctrinā: & si dilexeris au-
dire, sapiens eris. ¶ In multitudine pres-
byterorū prudētium sta, & sapientiæ il- 35
lorum ex corde cōiungere, vt omnē nar-
rationem Dei possis audire, & prouerbia
laudis nō effugiāt à te. Et si videris sen- 36
satum, euigila ad eum, & gradus ostiorū
illius exterat pes tuus. Cogitatum tuū 37
habe in præceptis Dei, & in mādatis illi'
maximē assiduus esto: & ipse dabit tibi
cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur
tibi.

CAP. VII.

NOli facere mala, & nō te apprehen- 1
dent. Discede ab iniquo, & [a]defi- 2
ciēt' mala abs te. Fili, nō semines [-] mala' 3
in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in
septuplū. Noli quærere [a]ab homine' du- 4
catum, neq. à rege cathedram honoris.
¶ Nō te iustifices ante Deū, [-] quoniam 5
agnitor cordis ipse est': & penes regē no-
li velle videri sapiēs. Noli quærere fieri 6
iudex, nisi valeas virtute irrūpere iniqui-
tates: ne fortè extimescas facie potentis,
& ponas scādalum in [a]agilitate' tua. Nō 7
pecces in [a]multitudine' ciuitatis, nec te
immittas in populū, ¶ neq. alliges du- 8
plicia peccata: nec enim in vno eris im-
munis. Noli esse pusillanimis in animo 9
tuo. exorare, & facere eleemosynam ne 10
despicias. Ne dicas, In multitudine mu- 11
nerū meorū respiciet Deus, & offerente
me Deo altissimo, munera mea suscipiet.
Nō irrideas hominē in amaritudine a- 12
nimæ: ¶ est enim qui humiliat & exaltat,
circunspector Deus. Noli [a]amare' mē- 13
dacium aduersus fratrē tuū: neq. in ami-
cū similiter facias. Noli velle mentiri 14
omne mēdacium: assiduitas enim illius
nō est bona. Noli verbosus esse in mul- 15
titudine presbyterorū, & nō iteres verbū
in oratione tua. Nō oderis laboriosa o- 16
pera, & rusticationē creatā ab Altissimo.
Non te reputes in multitudine indisci- 17
plinatorū. ¶ Memēto iræ, quoniā nō tar- 18
dabit. Humilia valdè spiritū tuū: quo- 19
niā vindicta carnis impij, ignis & vermis.
Noli prævaricari in amicum [a]pecuniā 20
differentē', neq. fratrē charissimū auro
Ophir. Noli discedere à muliere sen- 21
sata & bona, quam sortitus es in timore
Dñi: gratia enim verecundiæ illius super
aurum. ¶ Nō lædas seruū in veritate o- 22
rantē, neq. mercenarū dantē animam
suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus 23
quasi anima tua, nō defraudes illū liber-
tate, neq. inopem derelinquas illum.
Pecora tibi sunt? attēde illis: & si sunt 24
vtilia, perseuerent apud te. ¶ Filij tibi 25
sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia
illorū. Filiæ tibi sunt? serua corpus illa- 26
rū, & nō ostēdas hilarē faciē tuā ad illas.
Trade filiā, & grāde opus feceris, & ho- 27
mini sensato da illā. Mulier si est tibi se- 28
cundū animā tuā, nō proiicias illā: & o-
dibili' non credas te [a]in toto corde tuo.
¶ Honora' patrē tuū', ¶ & gemitus ma- 29
tris tuæ ne obliuiscaris. Memento quo- 30
niā nisi per illos [-] natus' nō fuisses: & re-
tribue illis, quomodo & illi tibi. In to- 31
ta anima tua time Dñm, & sacerdotes il-
lius sanctifica. In omni virtute tua dili- 32
ge eū qui te fecit: ¶ & ministros eius ne
derelinquas. Honora Deū ex tota ani- 33
ma tua, & honorifica sacerdotes, [a]- & p-
purga te cum brachiis'. Da illis partē, 34
¶ sicut mandatum est tibi, primitiarum &
purgationis: & de negligētia tua purga te
cū paucis. Datū brachiorū tuorū & sa- 35
crificium sanctificationis offeres Dño, &
initia sanctorū: & pauperi porrige ma- 36
num tuā, vt perficiatur propitiatio, & be-
nedictio tua. [a]Gratia [a]datus' in cōspectu 37
omnis viuentis, ¶ & mortuo nō [a]phibeas
gratiā. Nō desis plorātibus in consola- 38
tione, & cū lugentibus ambula. Non te 39
pigeat ¶ visitare infirmū: ex his enim in
dilectione firmaberis. In omnibus ope- 40
ribus tuis memorare nouissima tua, &
in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potēte, ne 1
forte incidas in manus illius. ¶ Nō 2
cōtendas cū viro locuplete, ne forte cō-
tra te cōstituat litē tibi. ¶ multos enim 3
perdidit aurum & argētum, & vsq. ad cor
regum extēdit, & cōuertit. Non litiges 4
cum homine linguato, & nō strues in ig-
nē illius ligna. Nō cōmunices homini 5
indocto, ne malè de progenie tua loqua-
tur. Ne despicias hominē auertentē se 6
à peccato, ¶ neq. improperes ei. memēto
quoniam omnes in [a]correptione' sumus.
¶ Ne spernas hominē in sua senectute: 7
etenim ex nobis senescūt. Noli de mor- 8
tuo inimico tuo gaudere: sciens quoniā
oēs morimur, [-] & in gaudium [a]volumus
venire'. Ne despicias narrationē pres- 9
byterorū sapientū, & in prouerbiis eorū
conuersare. ab ipsis enim disces [-] sapien- 10
tiā, &' doctrinā intellectus, & seruire ma-
gnatis sine querela. Non te prætereat 11

narratio

*fila hyacinthina 6 MS. Q. n.
[a]Stolā MS. Rab. G.
[b]impones MS. R.
[c]eam MS. q. R.
Inf. 8, 9.

[a]discedent 1 MS. -G.
[a]à domino G.
P sal. 142, 2 Eccl. 7, 17 Iob 9. 1, 20. Luc. 18, 11. 21.
-G.
[a]æquitate G.
[a]multitudinem Rab. G.
Inf. 12, 3.

1 Reg. 2, 7.
[a]arare G.

Inf. 18, 24.

[a]pecunia differentē MS. Qq.
Lev. 19, Infr. 3 Infr. 31
Inf. 30.
[a]μισῶ μέτρ.
[a] in toto corde tuo G. Sup. 18 Tob. 4, 13 -MS. Deut. 6, 5
[a]& propagato cubito. 5 MS. -G.
Lev. 2, 1. Num. 18, 19
[a]χάριν δόματος.
[a]datis MS. Rab.
Rom. 11, 15 Matt. 25, 36
Mat. 5, 25.
Inf. 31. 6.
Gal. 6, 1. 2 Cor. 2, 6
[a]corruptione.
Leu. 10, 3 -G.
[a]nolumus venire 12 MS Rab. Sup. 6, 35. -MS. Rab. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

narratio seniorum: *ipsi enim didicerunt a
patribus suis: quoniã ab ipsis disces in- 12
tellectũ, & in tẽpore necessitatis ‖ dabis'
responsum. ‖ Nõ incẽdas carbones ‖ pec- 13
catorũ arguẽs eos', & ne incẽdaris flam-
ma ignis ‖ peccatorũ illorum'. Ne cõtra 14
faciẽ stes cõtumelioſi; ne sedeat quasi in-
sidiator ori tuo. ‖ Noli fœnerari homi- 15
ni fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi
perditum habe. Non spõdeas super vir- 16
tutẽ tuã: quòd si spoponderis, quasi resti-
tuẽs cogita. Non iudices cõtra iudicem: 17
quoniam secũdum quod ‖ iustũ' est, iudi-
cat. ‖ Cũ audace non eas in via, ne fortè 18
grauet mala sua in te: ipse enim secundũ
voluntatem suã vadit, & simul cũ stultitia
illius peries. ‖ Cum iracundo non facias 19
rixã, & cum audace nõ eas in desertum:
quoniã quasi nihil est ante illũ sanguis,
& vbi nõ est adiutorium, elidet te. Cum 20
fatuis consiliũ nõ habeas. non enim pote-
runt diligere nisi quæ eis placẽt. Coram 21
extraneo ne facias cõsilium: nescis enim
quid pariet. Nõ omni homini cor tuum 22
manifestes: ne fortè inferat tibi gratiam
falsam, & conuitietur tibi.

CAP. IX.

NOn zeles mulierẽ sinus tui, ne oftẽ- 1
dat sup te malitiã doctrinæ nequã.
Non des mulieri potestatẽ animæ tuæ, 2
ne ingrediatur in virtute tua, & confun-
daris. Ne respicias mulierẽ multiuolã: 3
ne fortè incidas in laqueos illius. Cum 4
‖ saltatrice' ne assiduus sis: nec audias il-
lam, ne fortè pereas in ‖ efficacia' illius.
‖ Virginẽ ne cõspicias, ne fortè scanda- 5
lizeris in decõre illius. ‖ Ne des fornica- 6
riis animam tuam in vllo: ne perdas te, &
hæreditatẽ tuam. Noli circũspicere in 7
vicis ciuitatis, nec oberraueris in platẽis
illius. ‖ Auerte faciẽ tuã à muliere cõ- 8
pta, & ne circunspicias speciem alienam.
‖ propter speciem mulieris multi perie- 9
runt: & ex hoc cõcupiscentia quasi ignis
exardescit. Omnis mulier quæ est for- 10
nicaria, quasi sterc⁹ in via ‖ cõculcabitur.
Speciẽ mulieris alienæ multi admira- 11
ti, reprobi facti sunt. colloquium enim il-
lius quasi ignis exardescit. Cum aliena 12
muliere ne sedeas omninò, nec accũbas
cum ea super cubitum: & non alterceris 13
cũ illa in vino, ne fortè declinet cor tuum
in illam, & sanguine tuo labaris in perdi-
tionem. Ne derelinquas amicũ antiquũ: 14
nouus enim nõ erit similis illi. Vinum 15
nouũ, amicus nouus: ‖ veterascet', & cum
suauitate bibes illud. ‖ Nõ zeles gloriã, 16
& opes peccatoris: nõ enim scis quæ fu-
tura sit illius subuersio. Nõ placeat tibi 17
iniuria iniustorum, sciens quoniã vsq. ad
inferos nõ placebit impius. Lõgè abesto 18
ab homine potestatẽ habente occidẽdi, &
non suspicaberis timorem mortis. & si 19
accesseris ad illum, noli aliquid cõmitte-
re, ne fortè auferat vitã tuã. Cõmunio- 20
nẽ mortis scito: quoniã in medio laqueo-

rum ingrederis, & super doctum arma
21 ambulabis. Secundũ virtutẽ tuam caue
te à proximo tuo, & cum sapientibus &
22 prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi
conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloria-
23 tio, & in sensu sit tibi cogitatus Dei, &
omnis enarratio tua in præceptis Altissi-
24 mi. In manu artificum opera laudabun-
tur, & princeps populi in sapiẽtia sermo-
nis sui, — in sensu verò seniorũ verbum'.
25 Terribilis est in ciuitate sua homo lin-
guosus: & temerarius in verbo suo odibi-
lis erit.

CAP. X.

1 IVdex sapiẽs iudicabit populũ suum, &
2 principatus sensati ‖ stabilis' erit. ‖ Se-
cundũ iudicẽ populi, sic & ministri eius:
& qualis rector est ciuitatis, tales & inha-
3 bitãtes in ea. ‖ Rex insipiẽs perdet po-
pulũ suũ: & ciuitates inhabitabuntur per
4 sensum ‖ prudẽtium'. In manu Dei pote-
stas terræ: — & execrabilis oĩs iniquitas
gẽtiũ', & vtilẽ rectorẽ suscitabit in tẽpus
5 super illã. In manu Dei potestas homi-
nis, & super faciẽ scribæ imponet honorẽ
6 suũ. ‖ Omnis iniurię proximi ne memi-
neris, & nihil agas in operibus iniuriæ.
7 Odibilis corã Deo — est' & hominib. su-
perbia: & execrabilis omnis iniquitas gẽ-
8 tium. ‖ Regnũ à gẽte in gentẽ trãsfertur
propter iniustitias, & iniurias, & cõtume-
9 lias, & diuersos dolos. Auaro ‖ aũt' nihil
est sceleſtius. Quid ‖ superbit' terra & cinis?
10 Nihil est iniquius quã amare pecuniã.
hic enim & animã suã venalẽ habet: qm
11 in vita sua proiecit intima sua. Omnis
potẽtatus breuis vita. Languor prolixior
12 grauat medicum. Breuẽ languorẽ præcĩ-
dit medicus: sic & rex hodie est, & cras
13 morietur. Cũ enim morietur homo, hæ-
reditabit serpẽtes, & bestias, & vermes.
14 Initiũ superbiæ hominis, apostatare à
15 Deo: quoniã ab eo qui fecit illũ, recessit
cor eius. quoniã initiũ omnis peccati
est superbia: qui tenuerit illã, adimpiebi-
tur maledictis, & subuertet eũ in finem.
16 Propterea exhonorauit Dñs conuentus
17 malorũ, & destruxit eos vsq. in finẽ. Se-
des ducũ superborũ destruxit De⁹, & sedere
18 fecit mites ‖ p eis. Radices gentiũ super-
barũ arefecit De⁹, & plãtauit humiles ex
19 ipsis gẽtib⁹. Terras gẽtiũ euertit Dñs, &
20 perdidit eas vsq. ad fundamẽtũ. arefecit
ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit
21 memoriã eorũ à terra. Memoriã superbo-
rũ perdidit Deus, & reliquit memoriã
22 humiliũ sensu. Nõ est creata hominib⁹
superbia: neq. iracũdia nationi mulierũ.
23 Semen hominũ honorabitur hoc, quod
timet Deũ: semen autẽ hoc exhonorabi-
24 tur, quod præterit mãdata Dñi. In me-
dio fratrũ rector illorũ in honore: & qui
25 timẽt Dñm, erunt in oculis illius. Glo-
ria diuitũ, honoratorũ, & pauperum, ti-
26 mor Dei est: non ‖ despicere' hominẽ iu-
stum pauperem, & ‖ non' magnificare vi-
27 rum peccatorem diuitem. ‖ Magnus est'

iudex

* & MS. Rab. G. dare 2 MS. G. Rab. Prv. 26,21. peccatorũ 6. illius G. sf. 19,4. dignum MS. Rab. 6. ...n.4,8. ...v. 22,24. ...fabrice ...ligie o. ...n.6,2. ...n.5,2. ...n.5,28. ...sa.34,2. ...ie. 11,4. ...Mar. 10,15 ...ab omni... ...ctis prz... ...cutibus MS. R. ...ersus iste ...ro) cum re... ...ui proxi... ...e fœni... ...ibus ...cia eos ...iar. ...tiera... ...2 MS. ...Rab. ...9,4. ...15,10

despicias MS. ‖ noli MS. ‖ Magnus & G. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iudex, & potens est in honore: & non est maior illo qui timet Deum. ¶ Seruo sen- 28
Prou. 17,2. sato liberi seruient: & vir prudēs & disciplinatus nō murmurabit correptus, &
inscius nō honorabitur. Noli extollere 29
te in faciēdo opere tuo, & noli cūctari in
Prou. 12,9. tēpore angustiæ. ¶ Melior est qui operatur, & abūdat in omnib⁹, quā qui gloria- 30
tur, & eget pane. Fili, in mansuetudine 31
serua animā tuā, & da illi honorē secundum meritū suum. Peccantē in animā 32
suā quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantē animam suam? Pauper 33
gloriatur per disciplinā & timorē suum:
& est homo qui honorificatur propter
substantiam suam. Qui autē gloriatur 34
in paupertate, quanto magis in substātia?
& qui gloriatur in substātia, paupertatem
vereatur. CAP. XI.

Gen. 41,4. Dan. 6,3. Ioan. 7,18. Act. 12,21. 1 Re. 15,28 Esther 6,7. ᵃvalde 2 MS.R. ᵇσφόδρα G. Deu. 13,14 17,6. Pro. 18,13. ᶜsermonū 1 MS.Rab. G. ᵈcertaueris 21 MS. Q.n. 1 Tim. 6,9. Pro. 10,23. ᵉabundat MS.Rab. Iob 41,10. Iob 1,21. ← 31 MS. Rab.G q. Q n. Luc.12,19. ∴ καὶ οὐκ οἶδας ὅτις καιρὸς παρελεύσεται αὐτὸν. *illum MS R.G. ← 9 MS. Rab.G. Q.n. ᶠrelinquet MS.G. ← 5 MS. Rab. Q.n.

SAPientia humiliari exaltabit caput 1
illius, & in medio magnatorū cōsedere illū faciet. ¶ Nō laudes virū in specie 2
sua, neque spernas hominem in visu suo.
breuis in volatilibus est apis, & initium 3
dulcoris habet fructᵘ illius. ¶ In vestitu 4
ne glorieris vnquā, nec in die honoris tui
extollaris: quoniā mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & in-
uisa opera illius. ¶ Multi tyranni sede- 5
runt in throno, & insuspicabilis portauit
diadema. Multi potentes oppressi sunt 6
ᵃvalidè', & gloriosi traditi sunt in manus
alterorum. Priusquā interroges, ne vitu- 7
peres quenquā: & cū interrogaueris, corripe iustè. ¶ Priusquā audias, ne respon- 8
deas verbū, & in medio ᵇseniorū' ne adijcias loqui. De ea re, quæ te non mole- 9
stat, neᶜcerteris': & in iudicio peccātium
ne confidas. Fili, ne in multis sint actus 10
tui: ¶ & si diues fueris, nō eris immunis à
delicto. si enim secutus fueris, nō apprehēdes: & nō effugies, si p̄cucurreris. ¶ Est 11
homo laborās, & festinās, & dolēs impi': & tāto magis nōᵈabūdabit'. ¶ Est homo 12
marcidus ← in recuperatione, plus deficiēs virtute, & abundans paupertate: & 13
oculus Dei respexit illū in bono, & erexit eū ab humiliatate ipsius, & exaltauit
caput eius: & mirati sunt in illo multi, &
honorauerūt Deū. ¶ Bona & mala, vita & 14
mors, paupertas & honestas à Deo sunt.
← Sapientia & disciplina, & scientia legis 15
apud Deū. Dilectio, & viæ bonorū apud
ipsum. Error & tenebrę peccatorib. cō- 16
creata sunt: qui aūt exultāt in malis, con-
senescunt in malo'. Datio Dei perma- 17
net iustis, & p̄fectus illiᵉ successus habebit in æternū. Est qui locupletatur par- 18
cè agendo, & hæc est pars mercedis illius
in eo quod dicit: ¶ Inueni requiē mihi, 19
& nūc māducabo de bonis meis solᵉ. ∴ & 20
nescit quod tēpus prætereat*,' ← & mors
appropinquet', & ᶠrelinquat' omnia aliis,
← & morietur'. Sta in testamēto tuo, & 21
in illo colloquere, & in opere mandatorū
tuorū veterasce. Ne manseris in operib. 22
peccatorū. Confide autē in Deo, & mane
23 in ᵃloco' tuo. Facile est enim in oculis
24 Dei subitò honestare pauperem. Bene- ᵃLaboro.
dictio Dei in mercedē iusti festinat, & in
ᵃhonore' veloci processus illius fructifi- ᵃhora G.
25 cat. Ne dicas, Quid est mihi opus, &
26 quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas, Inf. 18,25
Sufficiēs mihi sum: & quid ex hoc pessimabor? ¶ In die bonorū ne immemor sis
27 malorū: & in die malorū ne immemor sis
bonorum: qm̄ facile est corā Deo in die
obitus retribuere vnicuiq. secundum vias
29 suas. Malitia horæ obliuionem facit lu-
xurię magnę, & in fine hominis denuda-
30 tio operum illius. Ante mortē ne laudes
hominē quēquā, qm̄ in filiis suis agnosci-
31 tur vir. Nō oēm hominē inducas in do-
mū tuā: multæ enim sunt insidiæ dolosi.
32 ← Sicut enim eructāt præcordia ᵃfœtē-
tiū', & sicut perdix inducitur in caueā, &
vt caprea in laqueū: sic & cor superborū,
& sicut ᵇprospector' vidēs casum proximi
33 sui. Bona enim in mala cōuertens insi-
34 diatur, & in electis imponet maculā. A
scintilla ← enim' vna augetur ignis, & ab
vno doloso augetur sanguis: homo verò
35 peccator sanguini insidiatur. Attēde ti-
bi à pestifero, fabricat enim mala: ne for-
tè inducat super te subsannationē in per-
36 petuū. Admitte ad te alienigenā, & sub-
uertet te in turbine, & abalienabit te à
ᵃvitis' propriis. CAP. XII.

ᵃfœtorium, MS. ᵇprospectator MS. Rab. ← MS.Rab. G.

1 SI bene feceris, scito cui feceris, & erit
2 gratia in bonis tuis multa. Benefac
iusto, & inuenies retributionē magnā: &
3 si nō ab ipso, certè à Dño. Non est ← e- ← MS.Rab.
nim' ei bene qui assiduus est in malis, & G.
eleemosynas non dāti: quoniā & Altissimus odio habet peccatores, & misertus
4 est pœnitētibus. ¶ Da misericordi, & ne Gal.6,10.
suscipias peccatore: & impiis & peccatorib. ᵃreddet' vindictā, custodiēs eos in diē ᵃredde.
5 vindictæ. Da bono, & nō receperis pec- Q.n.
6 catorem. Benefac humili, & non dederis
impiò: ¶ hube panes ᵃilli dare', ne in ipsis ᵃilli dari
7 potētior te sit. quam duplicia mala inue- MS.Rab.
nies in omnibus bonis, quæcunq. feceris ᵃvxor, & ne des illi
illi: quoniā & Altissimus odio habet pec- G.
8 catores, & impiis reddet vindictam. Non
agnoscetur in bonis amicus, & non absc-
9 ōdetur in malis inimicus. In bonis vi-
ri, inimici illius: in tristitia & in malitia
10 illius, amicus agnitus est. Nō credas inimico tuo in æternū. sicut enim æramen-
11 tū, æruginat nequitia illius. & si humiliatus vadat curuus, adhice animū tuū, &
12 custodi te ab illo. Non flamas illū penes te, nec sedeat ad dexterā tuā, ne cōuersus
flet in loco tuo: ne fortè cōuersus in locū
tuū, inquirat cathedrā tuā: & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermoni-
13 bus meis stimuleris. Quis miserebitur
incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis? sic & qui co-
mitatur cum viro iniquo, & obuolutus
14 est in peccatis eius. Vna hora tecum

permanebit;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

permanebit: si autem declinaueris, non supportabit. ¶ In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus, nō satiabitur sanguine: & si incurrerint tibi mala, inuenies eū illic priorē. ~In oculis suis lachrymatur inimicus', & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

CAP. XIII.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: ¶ & qui cōmunicauerit superbo, induet superbiā. Pōdus super se ℟tollet', qui honestiori se cōmunicat. Et ℟ditiori' te ne socius fueris. Quid cōmunicabit cacabus ad ollam? quādo enim se colliserint, confringetur. Diues iniustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit. Si largitus fueris, assumet te: & si nō habueris, derelinquet te. Si habes, cōuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse nō dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridēs spē dabit, narrās tibi bona, & dicet, Quid opus est tibi? Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouissimo deridebit te: & postea vidēs derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. ~Humiliare Deo, & expecta manus eius'. Attēde, ne seductus in ℟stultitiam' humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in ℟stultitiam' seducaris. Aduocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impingaris: & ne lōgè sis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne reineas ex æquo loqui cū illo: nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tētabit te, & subridens interrogabit te ℟de absconditis tuis. Immitis animus illius cōseruabit' verba tua: & non parcet de malitia, & de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniā cum subuersione tua ℟ambulas. Audiens ℟~verò' illa, ℟quasi in somnis vide: & vigilabis'. Omni vita tua dilige Deū, & inuoca illum in salute tua. ¶ Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximū sibi. Omnis caro ad similē sibi ℟cōiungetur', & omnis homo simili sui sociabitur. ℟Si' cōmunicabit lupus agno~aliquādo', sic peccator iusto. Quæ cōmunicatio ℟sancto homini' ad canem? aut quæ ℟pars' diuiti ad pauperē? Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum, sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper. Diues cōmotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cùm ceciderit, ℟expellet' & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerūt illū. humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè, & nō est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerūt, & verbū illius vsq. ad nubes perducent. pauper locutus est, & dicunt, Quis est hic? & si offenderit, subuertēt illum. Bona est substātia, cui non est peccatū in conscientia: & nequissima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciē illius, siue in bona, siue in mala. Vestigium cordis boni, & faciem bonam *difficilè inuenies, & cum labore.

CAP. XIIII.

Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui nō habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. Viro cupido & tenaci, sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo suo iniustè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illius: & si bene fecerit, ignorāter, & non volens facit: & in nouissimo ℟manifestat' malitiā suam. Nequā est oculus liuidi, & auertēs faciē suā, & despiciēs animā suā. ¶ Insatiabilis ocul' cupidi, in parte iniquitatis; non satiabitur, donec consumat arefaciēs animā suam. Oculus ℟malus ad mala: ¶ &' nō satiabitur pane, ℟indigēs & in tristitia' erit super mēsam suā. Fili, si habes, benefac tecū, & Deo dignas oblationes offer. Memor esto, quoniā mors nō ℟tardat', & testamentū inferorū ℟quia' demonstratum est tibi: testamentū enim hui' mūdi morte morietur. ¶ Ante mortem benefac amico tuo, & secundū vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula boni doni nō te prætereat. Nónne aliis relinques dolores & labores tuos in diuisione sortis? Da & accipe, & iustifica animam tuā. Ante obitū tuū operare iustitiam: quoniā nō est apud inferos inuenire cibū. ¶ Omnis caro sicut ℟fœnū ℟veterascet', & sicut foliū fructificās in arbore viridi. ¶ Alia generātur, & alia deiiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cū illo. ~Et omne opus electū iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo'. ¶ Beatus vir qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia ~sua' meditabitur: & in sensu *cogitabit circūspectionē Dei. Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistens: qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens: qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palū statuet casulam suā ad manus illius, & ℟requiescent' in casula illius bona~per ℟æuum': statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur: protegetur

*& inuentionem parabolarum MS. Græcè legitur: Vestigiū cordis in bonis, facies virens (aut hilaris:) et inuētio parabolarum, cogitatio cū labore. Inf. 19,16. 23,11.

℟manifestabit MS. G. Pro. 27,20. ro. 27,20. ℟nequam & inuidus MS. ℟& indigēs MS. Rab. G. ℟& in tristitia 3 MS Q.n. ℟tardabit MS. G. ℟quod MS Rab. Q.n. Sup 4,1. Tob. 4,7. Luc. 14,13. Isa. 40,7. Iac. 1,10. 1 Pet. 1,24. ℟vestimentum G. ℟veterascit MS. G. ~G. Psalm. 1,2. ~MS. *suo MS. R. G.

℟requiescet G. ℟eum 1 MS. ~G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet. CAP. XV.

"illud 30 MS. Rab. G q. Q. n.

1 QVi timet Deum, faciet "bona': & qui
2 continēs est iustitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate susci-
3 piet illū. Cibabit illū pane vitæ & intellectus, ‖ & aqua sapiētiæ salutaris potabit illū: & firmabitur in illo, & nō fle-
4 &etur: & cōtinebit illū, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos
5 suos, & in medio ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illū spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illū.
6 Iucunditatē & exultationē thesaurizabit super illū, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines stulti nō apprehē-
7 dēt illā, & homines sensati obuiabūt illi. homines stulti nō videbūt eā: lōgè enim
8 abest à superbia & dolo. Viri mendaces non erūt illius memores: & viri veraces
9 inuenientur in illa, & successum habebūt vsq. ad inspectionē Dei. Nō est speciosa
10 laus in ore peccatoris*: quoniam à Deo profecta est sapiētia. sapiētiæ enim – Dei' astabit laus, & in ore fideli abundabit, &
11 dominator dabit eam illi. Non dixeris, Per Deū abest. quæ enim odit ne feceris.
12 Nō dicas, Ille me implanauit: nō enim necessarij sunt ei homines impij. Omne
13 execramētum – erroris' odit Dñs, & non erit amabile timētibus eum. ‖ Deus ab
14 initio cōstituit hominē, & reliquit illum
15 in manu cōsilij sui. – Adiecit mādata &
16 præcepta sua'. ‖ si volueris mādata – "servare', conseruabūt te, & in perpetuū fidē
17 placitā facere. Appositit tibi aquam & ignē: ad quod volueris, porrige manū tuā.
18 ‖ Ante hominem vita & mors: bonū & malum; quod placuerit ei, dabitur illi:
19 quoniā multa sapientia Dei, & fortis in potentia, *videns omnes sine intermis-
20 sione. ‖ Oculi Dñi ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis.
21 Nemini mandauit impiè agere, & ne-
22 mini dedit spatium peccandi. non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. CAP. XVI.
1 NE iucūderis in filiis impiis, si multiplicētur: nec oblectēris sup ipsos,
2 si non est timor Dei in illis. Non credas
3 vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorū. Melior est enim vnus timēs Deū,
4 quàm mille filij impij. Et vtile est mori sine filiis, quā relinquere filios impios.
5 Ab vno sensato inhabitabitur patria, &
6 "à tribus impiis' deseretur. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horū audiuit auris mea. ‖ In synagoga peccātium
7 exardebit ignis, & in gente incredibili
8 exardescet ira. ‖ Nō exorauerūt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti: & non pe-
9 percit peregrinationi "illorū', & exectratus est eos præ superbia – verbi' illorum.
10 Nō misertus est illis gētem totā perdēs,
11 – &' extollētem se in peccatis suis. ‖ Et "sicut' sexcenta millia peditū qui cōgregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus
12 fuisset ceruicatus, mirū si fuisset immunis. misericordia enim & ira est cū illo.
13 "Potēs exoratio', & effundēs irā: secūdum misericordiā suā, sic correptio illius
14 hominē secundū opera sua iudicat. Non effugiet in rapina peccator, & non "retardabit' "sufferētia' misericordiā facientis.
15 Omnis misericordia faciet locū ‖ vnicuiq. secundū meritū operū suorū, & secundū "intellectū' peregrinationis ipsius.
16 Nō dicas, A Deo abscōdar, & ex sum-
17 mo quis mei memorabitur? In populo magno nō agnoscar: quæ est enim anima
18 mea in tam immēsa creatura? Ecce, cælū, & cęli cęlorū, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius
19 cōmouebuntur, mōtes simul, & colles, & fundamēta terræ: & cū cōspexerit illa
20 Deus, tremore cōcutientur. Et in omnibus his insensatū est cor: & omne cor
21 intelligitur ab illo: & vias illius quis intelligit, & procellā quā nec oculʾ videbit
22 hominis? Nā plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera iustitiæ eius quis enūtiabit? aut quis sustinebit? Lōgè enim est testamētum à quibusdā, & interroga-
23 tio "hominū' in cōsummatione est. Qui minorat corde, cogitat inania: & vir im-
24 prudēs & errans cogitat stulta. Audi me fili, & disce disciplinā sensus, & in verbis
25 meis attēde in corde tuo, & dicā in æquitate disciplinā, & scrutabor enarrare sapientiā. & in verbis meis attēde in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes
26 quas posuit Deʾ in opera sua ab initio, & in veritate enūtio scientiā eius. *In iudicio Dei opera eius ab initio, & ab institutione ipsorū distinxit partes illorum, &
27 initia eorū in gentibus suis. Ornauit in æternū opera illorū, nec esurierūt, nec laborauerūt, & nō destiterunt ab operibus
28 suis. Vnusquisq. proximū sibi nō "angu-
29 stiabit' "vsq in æternū. Nō fis incredibilis' verbo illius. Post hæc Deus in terram respexit, & impleuit illam bonis suis.
30 Anima – aūt' "omnis vitalis' "denūtiabit' ante faciē "ipsius', & "in ipsa' iterum reuersio illorum. CAP. XVII.
1 ‖ DEus creauit de terra hominem, & secundū imaginem suā fecit illum.
2 Et iterū conuertit illū in ipsam, & se-
3 cundū se vestiuit illū virtute. Numerū dierū & tēpus dedit illi, & dedit illi po-
4 testatē eorū quæ sunt super terram. Posuit timorē illius super omnē carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium.
5 ‖ Creauit ex ipso adiutoriū simile sibi: consiliū & linguā, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina
6 intellectus repleuit illos. Creauit illis scientiā spiritus, sensu impleuit cor illo-
7 rū, & mala & bona ostēdit illis. Posuit "oculū' "ipsorū' sup corda illorū ostēdere

illis

*quia non est à Domino missus MS. R. Raban. Q. n. – MS. G. – G. Gen. 1, 27. – G. Mat. 19, 17 "consetuare & MS. – 1 MS. Q. n. Iesu. 21, 8. *& MS. G. Psal. 33, 16. Heb. 4, 13. "tribus impiorum G. Inf. 21, 10. Gen. 6, 4. "I or G. – MS. G.

– MS. G. Nu. 16, 16, 31. – G. "sufferentiam MS. G q. Rom. "tribus MS. Rab. "sensus MS. Rab. G. "Nomium MS. Rab. G. "hominum MS. Rab. G. – MS. Rab. G. "oculos suos MS. "suum MS. G.

illis magnalia operū suorū, vt nomē sanctificationis collaudēt: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrēt operū eius. Addidit illis disciplinā, & legē vitæ hæreditauit illos. Testamentum æternū cōstituit cū illis, ⁊ iustitiam' & iudicia sua ostēdit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorū, & honorē vocis audierūt aures illorū, & dixit illis, Attēdite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuiq. de proximo suo. Viæ illorū corā illo sunt semper, nō sunt abscōsę ab oculis ipsius. ¶ In vnāquāq. gētē præposuit rectorē: & pars Dei, Israël, facta est ⁊ manifesta. ⁊ Et omnia opera illorū velut Sol in cōspectu Dei: & oculi ei' sine intermissione inspiciētes in viis eorum. Non sunt abscōsa testamēta ⁊per' iniquitatē illorum, & omnes iniquitates eorū in cōspectu Dei. ¶ Elemosyna viri quasi ⁊sacculus' cū ipso, & gratiā hominis quasi pupillā cōseruabit. ¶ & postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuiq. in caput ipsorū, ⁊ & conuertet' ⁊in interiores' partes terræ'. Pœnitētib. aūt dedit viā iustitiæ, & ⁊cōfirmauit' deficientes sustinere, & destinauit illis sortē veritatis. Cōuertere ad Dñm, & relinque peccata tua: precare ante faciem ⁊Dñi', & minue offendicula. Reuertere ad Dñm, & auertere ab iniustitia ⁊tua', & nimis odito execrationē: & cognosce iustitias & iudicia Dei, & sta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei. In ¶ partes vade sęculi sancti, cum viuis & dantib. cōfessionē Deo. Nō demoreris in errore impiorū, ⁊ ante mortē cōfitere'. A mortuo quasi nihil, perit ⁊ cōfessio'. Cōfiteberis viuēs, viu' & sanus cōfiteberis, & laudabis Deū, & gloriaberis in miserationib. illius. Quàm magna misericordia Dñi, & ppitiatio illius cōuertentibus ad se! Nec enim oīa possunt esse in hominib., quoniā nō est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerūt. Quid lucidi' sole? & hic ⁊defecit'. Aut quid nequi' ⁊ ⁊excogitauit' caro & sanguis? & hoc arguetur. Virtutē altitudinis cæli ipse conspicit: & omnes homines terra & cinis. CAP. XVIII.

QVi viuit in æternū, ¶ creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuict' rex in æternū. Quis sufficit enarrare ⁊opera illius? Quis enim ⁊inuestigabit' magnalia eius? Virtutem aūt magnitudinis eius quis enūtiabit? aut quis adiciet enarrare misericordiā eius? Non est minuere, neq. adiucere, nec est inuenire magnalia Dei. Cū cōsummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, operabitur. Quid est homo, & quę est gratia illius? & quid est bonū, aut quid nequā illius? ¶ Numerus dierū hominū, vt multū cētum annī: quasi ⁊gutta' aquæ ⁊maris' ⁊ deputati sunt': & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Propter hoc patiens est Deus in illis, & ⁊effundit 10 fundit' super eos misericordiā suā. Vidit præsumptionē cordis eorū quoniā mala est, & cognouit subuersionē illorū quo- 11 niā nequā est. ideò adimpleuit propitiationem suā in illis, & ostēdit eis viam 12 æquitatis. Miseratio hominis circa proximū suū: misericordia autem Dei super 13 omnē carnē. Qui misericordiā habet, docet, & erudit quasi pastor gregē suum. 14 ⁊Misereatur excipiēs' doctrinā miserationis, & qui ⁊festinant' in iudiciis eius. 15 Fili, in bonis nō des querelā, & in om 16 ni dato nō des tristitiā verbi mali. Nōne ardorē refrigerabit ros? sic & verbum 17 melius quàm datū. Nōne ecce verbum super datū bonum? ⁊sed' vtraq. cū homi- 18 ne iustificato. Stultus acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere fa- 19 cit oculos. Ante iudiciū para iustitiā tibi, & antequā loquaris disce. Ante lāguorē adhibe medicinā, & ¶ ante iudiciū interroga teipsum, & in conspectu Dei 21 inuenies propitiationē. Ante lāguorem humilia te, & in tēpore infirmitatis ostē- 22 de cōuersationem tuā. ¶ Nō impediaris orare semper, & ne ⁊vetēris' vsq. ad mortē iustificari: quoniā merces Dei manet in 23 æternū. Ante orationē præpara animā tuam, & noli esse quasi homo qui tentat 24 Deū. ¶ Memēto iræ in die cōsummationis, & tēpus retributionis in ⁊cōuersatione facies'. ¶ Memēto ⁊paupertatis' in tēpore abundātiæ, & ⁊necessitatē' pauper- 26 tatis in die diuitiarum. A mane vsq. ad vesperā ⁊immutabitur' tēpus, & hæc omnia citata in oculis Dei. Homo sapiēs in 27 omnibus ⁊metuit', & in dieb. delictorum 28 attēdet ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit 29 confessionē. Sensati in verbis & ipsi sapiēter egerunt: ⁊ & intellexerunt veritatem & iustitiā', & ⁊implorauerunt' pro- 30 uerbia & iudicia. ¶ Post cōcupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. 31 Si præstēs animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. 32 Ne oblectēris in turbis ⁊ nec in modicis': afsidua enim est cōmissio illorum. 33 Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & ⁊non' est tibi ⁊ nihil' in ⁊seculo': eris enim inuidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

1 OPerarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim 2 decidet. Vinum & ¶ mulieres apostatare 3 faciunt sapientes, & arguēt sensatos: & qui se iūgit fornicariis, erit nequam. putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplū maius, & tolletur 4 de numero anima eius. ¶ Qui credit citò, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in ānam suā, insuper habebitur. 5 Qui gaudet iniquitate, denotabitur: ⁊ & q odit correptionē, minuetur vitā' & qui odit loquacitatē, extinguit malitiā.

⁊ Qui

⁊effundet 2 MS. G. ⁊effudit MS. Rab. G q.

⁊Miseretur excipientis MS. Rab G. Q n. ⁊festinat MS. ⁊& 4 MS. G.

1 Cor. 11, 28 Luc. 18, 1. 1 The. 5, 17

⁊verearis MS Rab. ⁊expectes G. Sup 7, 18. ⁊cōuersione faciei 4 MS. Rab. G. Sup. 11, 27. ⁊temporis famis G. ⁊necessitatum 1 MS. ⁊mutatur 1 MS. G. ⁊metuet 2 MS. ⁊ G. ⁊implerāt G. Rom. 6, 13. 13. 14. ⁊nec immodicis delectēris MS. ⁊nihil G. ⁊ 1 MS. G. ⁊saeculo MS. Rab. G. 3 Reg. 11, 1. Ios. 22, 11. 22. ⁊ G q. Textus namque Regiorum Bibl. Graecus huius loco alia legit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

~G. eſtque præcedentium repetitio.

*non G.

ᵃcanis ⊕ Leu. 19,17. Mat. 18,15. Luc. 17,3.

Iacob 3,2.

~G.

ὑστερηθεὶς ἁμαρτωλῶν.

~2 MS.G.

~G.

~MS.

~1 MS. Rab.G.

*& vbi nō fuerit agnitus, antiſipabit te

1 MS.G q.

Eccl. 3,7. Inf. 32,6.

ᵘſeruabit MS.R.G.

~Qui peccat in aīam ſuā, pœnitebit: & q iucūdat in malitia, denotabitur'. Ne iteres verbū nequā & durū, & nō minoraberis. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuū: & ſi*eſt tibi delictū, noli denudare. audiet enim te, & cuſtodiet te, & quaſi defendēs peccatū odiet te, & ſic oderit tibi ſemper. Audiſti verbum aduerſus proximū tuum? cōmoriatur in te, fidēs quoniā nō te dirūpet. A facie verbi parturit fatuus, tamquā gemitus partᵘ infantis. Sagitta infixa femoriᵘcarnis': ſic verbū in corde ſtulti. ‖ Corripe amicū, ne fortè nō intellexerit, & dicat, Non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere.

Corripe proximū, ne fortè nō dixerit: & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum: ſæpe enim fit cōmiſsio. Et non omni verbo credas. eſt qui labitur lingua, ſed nō ex animo. ‖ Quis eſt enim qui nō deliquerit in lingua ſua? Corripe proximū antequā cōminēris. Et da locū timori Altiſsimi: quia omnis ſapientia timor Dei, & in illa timere Deū, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. ~Et'nō eſt ſapientia, nequitiæ diſciplina: & non eſt ᵛcogitatus peccatorū', prudētia. Eſt nequitia, & ~in' ipſa execratio: & eſt inſipiens, qui minuitur ſapiētia. Melior eſt homo qui minuitur ſapiētia, & deficiens ſenſū in timore, quā qui abūdat ſenſu, & trāſgreditur legē Altiſsimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua. Et eſt qui emittit verbū certū enarrans veritatem. Eſt qui neqter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. ~& eſt iuſtus qui ſe nimiū ſubmittit ~à'multa humilitate: & eſt iuſtus' qui inclinat faciē ~ſuā', & fingit ſe nō videre qđ ignoratū eſt:* & ſi ab imbecillitate virīū veretur peccare, ſi inuenerit tēpus malefaciēdi, malefaciet. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentiū, & ingreſſus hominis enūtiant de illo. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi: & eſt iudiciū quod non probatur eſſe bonum: & eſt tacēs, & ipſe eſt prudens.

CAP. XX.

QVàm bonū eſt arguere, quàm iraſci! & confitentē in oratione nō prohibere. Cōcupiſcētia ſpadonis deuirginabit iuuēculam: ſic qui facit per vim iudiciū iniquū. Quā bonū eſt correptum manifeſtare pœnitentiā! ſic enim effugies voluntariū peccatū. Eſt tacēs, qui inuenitur ſapiēs: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquēdum. Eſt aūt tacēs, nō habens ſenſum loquelæ: & eſt taceus, ſciēs tēpus apti temporis. ‖ Homo ſapiens tacebit vſq. ad tēpus: laſciuus aūt, & imprudens nonᵘſeruabūt'tēpus. Qui multis vtitur verbis, lædet animā ſuā: & qui poteſtatē ſibi ſumit iniuſtè, odietur. Eſt proceſsio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimētum. Eſt datū quod nō eſt vtile: & eſt datū, cuius retributio duplex.

11 Eſt propter gloriā minoratio: & eſt qui
12 ab humilitateᵘleuabit' caput. Eſt qui multa redimat modico pretio, & reſtituēs
13 ea in ſeptuplū. Sapiēs in verbis ſeipſum amabilē facit: gratiæ autē fatuorū effun-
14 dētur. Datus inſipiētis nō erit vtilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt.
15 exigua dabit, & multa improperabit: &
16 apertio oris illius inflāmatio eſt. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibi-
17 lis eſt homo huiuſmodi. Fatuo non erit
18 amicᵒ, & nō erit gratia bonis illius. qui enim edūt panē illius: falſæ linguæ ſunt.
19 Quoties, & quāti irridebūt eum? Neq. enim quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit: ſimiliter & quod non erat ha-
20 bendum. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui ~ᵘin'pauimēto ᵘcadēs': ſic caſus malorū
21 feſtinātérᵘveniēt'. Homoᵘacharis'quaſi fabula vana, in ore indiſciplinatorū aſsi-
22 dua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illā in tēpore ſuo.
23 Eſt qui vetatur peccare præ inopia, &
24 in requie ſua ſtimulabitur. Eſt qui perdet animā ſuā præ cōfuſione, ~& ab imprudenti perſona perdet eam': ~perſonæ
25 autē acceptione perdet ſe'. Eſt qui præ cōfuſione promittit amico, & lucrat' eſt
26 eū inimicū gratis. Opprobriū nequā in homine mendaciū, & in ore indiſciplinatorū aſsiduè erit. Potior fur quā aſsi-
27 duitas viri mēdacis. perditionē aūt amboh hæreditabūt. Mores hominū mēdacium ſine honore: & cōfuſio illorū, cum
29 ipſis ſine intermiſsione. Sapiēs in verbis producet ſeipſum, & homo prudens
30 placebit magnatis. ‖ Qui operatur terrā ſuā, inaltabit aceruū ᵘfrugū': ~& qui operatur iuſtitiā, ipſe exaltabitur': qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem.
31 ‖ ᵘXenia' & dona excæcāt oculos iudicū, & quaſi ᵘmutus in ore auertit' correptiones eorū.
32 ‖ Sapiētia abſcōſa & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in vtriſque?
33 Melior eſt qui celat inſipientiā ſuam, quàm homo qui abſcondit ſapientiā ſuā.

CAP. XXI.

1 FIli, ‖ peccaſti? nō adiicias iterū: ~ſed' & de priſtinis deprecare vt tibi dimittātur. Quaſi à facie colubri fuge pecca-
2 ta: & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te.
3 Dentes leonis dētes eius, interficientes
4 animas hominum. Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius nō eſt
5 ſanitas. ᵘObiurgatio' & iniuriæ annullabunt ſubſtantiā: ᵘ & domus quæ nimis locuples eſt, annullabit ſuperbia: ſic ſub-
6 ſtātia ſuperbi eradicabitur'. Deprecatio pauperis ex ore vſq. ad aures ~ᵘeius' perueniet, & iudiciū feſtinato aduenient illi.
7 Qui odit correptionē, veſtigiū eſt peccatoris: & q timet Deū, cōuertetur ad cor
8 ſuū. Notus à lōge potēs lingua audacis:
9 & ſenſat' ſcit labi ſe ab ipſo. Qui ædificat domū ſuā impēdiis alienis, quaſi qui
10 colligit lapides ſuos in hyeme. ‖ Stupa

collecta

~1 MS. Rab.
ᵘ4 G.
ᵘcadit 1 MS.
ᵘveniet 1 MS.G.
ᵘingratus 6 MS. Vet. detrahet
ᵘ~ſalſe interpretatio Græci, quā interpretiſti.
~G.
~Gq.
Prou. 17, 9 & 28, 13
ᵘſpem G.
~6.
ᵘMutus 1 MS.
Ecc. 20, 7 Deu. 19 Inf. 4 ᵘfrons in oculis tuis MS.G.
Sup. 33.
~MS.G.
ᵘCauſe ſtatio MS. Rab.Q.
ᵘSicut ſuperbia deſolabitur G.
Q n.
~1 MS.R.
ᵘDei MS. Similiter Textui in Rab. G.
Sap. 16, 7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

collecta synagoga peccantiũ, & consummatio illorũ flãma ignis. Via peccantiũ 11
‖complantata'lapidibus, &‖in finem'‖illorum'inferi, & tenebræ, & pœnæ. Qui 12
custodit iustitiã, continebit sensum eius.
Consummatio timoris Dei sapientia & 13
sensus. Nõ erudietur, qui nõ est sapiens 14
in bono. Est autẽ‖insipientia'quæ abũ- 15
dat in malo: & nõ est sensus vbi‖est'ama
ritudo. Scientia sapientis tanquam in- 16
undatio abundabit, & cõsilium illius sic-
ut fons vitæ permanet. Cor fatui quasi 17
vas cõfractũ, & omnẽ sapientiã nõ tene-
bit. Verbũ sapiens quodcunq. audierit 18
scius laudabit, &*adiiciet: audiuit luxu-
rioſus, & displicebit illi, & proiiciet illud
post dorsũ suũ. Narratio fatui quasi sar- 19
cina in via. nã in labiis sensati inuenietur
gratia. Os prudẽtis quæritur in ecclesia, 20
& verba illius cogitabunt in cordib. suis.
Tanquã domus exterminata, sic fatuo 21
sapiẽtia: & scientia insensati inenarrabi-
lia verba. Compedes in pedibus, stulto 22
doctrina, & quasi vincula manuũ super
manũ dextrã. Fatuus in risu exaltat vo- 23
cẽ suã: vir autẽ sapiens vix tacitè ridebit.
Ornamentũ aureũ prudẽti doctrina, & 24
quasi brachiale in brachio dextro. Pes 25
fatui facilis in domũ proximi: & homo
peritus confundetur à persona potentis.
Stultus à fenestra respiciet in domum: 26
vir autem eruditus foris stabit. Stultitia 27
hominis auscultare per ostium: & prudẽs
grauabitur contumelia. Labia impru- 28
dentũ stulta narrabũt: verba autẽ prudẽ-
tiũ stateræ põderabũtur. In ore fatuorũ 29
cor illorũ: & in corde sapientiũ os illorũ.
Dum maledicit impius diabolũ: male- 30
dicit ipse animã suã. Susurro coinqui- 31
nabit animã suã, & in oĩbus odietur: &‖q
permãserit', odiosus erit: tacitus & sensa-
tus honorabitur. CAP. XXII.
IN lapide ‖luteo' lapidatus est piger, & 1
loẽs loquentur super‖aspernationem'
illius. De stercore boũ lapidat⁹ est piger: 2
& oĩs qui tetigerit eum, excutiet manus.
Cõfusio patris est de filio indisciplina-
to: * filia autem * in deminoratione fiet. 3
Filia prudẽs hæreditas viro suo. nã quæ 4
confundit, in contumeliam fit genitoris.
Patrẽ & virũ confundit audax, & ab 5
impiis nõ minorabitur': ab vtrisq. autem
inhonorabitur. Musica in luctu impor- 6
tuna narratio: flagella & doctrina in omni
tẽpore‖sapiẽtia'. Qui docet fatuũ, quasi 7
qui cõglutinat testã. Qui narrat verbũ 8
nõ‖audiẽti', quasi qui excitat dormientẽ
de graui somno. Cũ dormiẽte loquitur, 9
‖q enarrat stulto sapiẽtiã: & in fine nar- 10
rationis dicit', Quis est hic? ‖ Supra mor-
tuũ plora, defecit enim lux eius: & supra
fatuũ plora, ‖deficit' enim‖sensu'. Mo- 11
dicũ plora supra mortuũ, qm̃ requieuit*.
Nequissimi enim ‖nequissima vita, sup 12
mortẽ fatui. ‖ Luctus mortui septẽ dies: 13
‖fatui aũt & impij', oẽs dies vitæ‖illorũ'.
‖ Cũ stulto ne multũ loquaris, & cũ in- 14
sensato ne abieris. Serua te ab illo, vt nõ 15
molestiam habeas, & nõ coinquinaberis
peccato illius. Deflecte ab illo, & inue- 16
nies requiẽ, & nõ acediaberis in stultitia
illius. Super plũbũ quid grauabitur? & 17
quod illi aliud nomẽ, q̃ fatuus? ‖ Arenã 18
& salẽ, & massam ferri facilius est ferre,
quã hominẽ imprudentẽ, & fatuũ, & im-
piũ. Loramentũ ligneũ colligatũ* fun- 19
damẽto ædificij nõ dissoluetur: sic & cor
confirmatũ in cogitatione cõsilij. Cogi- 20
tatus sensati in omni tẽpore — vel' metu
nõ deprauabitur. *Sicut‖palea'in ex- 21
celsis, & cæmẽta sine impensa posita cõ-
tra faciẽ vẽti nõ permanebũt: sic & cor 22
timidũ in cogitatione stulti cõtra impe-
tũ timoris non resistet. ‖Sicut' cor trepi- 23
dũ in cogitatione ‖fatui, omni' tẽpore nõ
metuet: sic — & 'qui in præceptis Dei per-
manet semper. Pungens oculũ deducit 24
lachrymas: & qui pungit cor, profert sen-
sum. Mittẽs lapidẽ in volatilia, deiiciet 25
illa: sic & qui cõuitiatur amico, dissoluit
amicitiã. Ad amicũ etsi produxeris gla- 26
dium, nõ desperes: est enim regressus‖ad
amicũ. Si‖aperuerit'os triste, nõ timeas. 27
est enim cõcordatio: excepto cõuitio, &
improperio, & superbia, & mysterij reue-
latione, & plaga dolosa, in his omnibus
effugiet amicus. Fidẽ posside cũ ‖ami- 28
co'in paupertate illi⁹, vt & in bonis illius
læteris. In tempore tribulationis illius 29
permane illi fidelis, vt & in hæreditate il-
lius cohæres sis. Ante ignẽ camini vapor 30
& fumus ignis inaltatur: sic & ante san-
guinẽ maledicta, & cõtumeliæ, & minæ.
Amicũ salutare nõ‖confundaris': à facie 31
illius non me abscondã: & si mala mihi
euenerint per illũ, — sustinebo'. Omnis 32
qui audiet, cauebit se ab eo. ‖ Quis da- 33
bit ori meo custodiã, & super labia mea
signaculũ certũ, vt non cadam ab ipsis, &
lingua mea perdat me? CAP. XXIII.
DOmine pater & dominator vitæ 1
meæ ne derelinquas me in consilio
eorũ: nec finas me cadere ‖in illa expro- 2
bratione'. Quis‖superponit'in cogitatu
meo flagella, & in corde meo doctrinam
sapientiæ, vt*ignorationibus eorum non
parcãt mihi, & nõ appareãt delicta eorũ,
& ne adincrescant ignorantiæ meæ, & 3
multiplicẽtur delicta mea, & peccata mea
abundent, & incidã in cõspectu aduersa-
riorũ — meorũ', & gaudeat inimic⁹ meus?
Dñe pater, & Deus vitę meæ, ne dere- 4
linquas me in cogitatu illorũ. Extollẽtiã 5
oculorũ meorũ ne dederis mihi, & omne
desideriũ auerte à me. Aufer à me ven- 6
tris concupiscentias, & cõcubitus cõcu-
piscentiæ ne apprehendãt me, &‖animæ
irreuerenti & infrunitæ' ne tradas me.

*plurimũ verò super vitã fatui MS. q. Gen. 50, 10 *μακρὸν δὲ κλαῦσον ἐπὶ ἀσεβοῦς, ‖illius G. Pro. 23, 9. Prou. 27, 3. *in MS. G. Q. n. — MS. G. *Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & MS. R. Q. n. ‖pali 5 MS. G. ‖Sicut ornatus ar. in par. limpido, sic & MS. Rab. ‖fatui. Omni MS. Q. n. — MS. ‖Ad amicum si G. ‖aperueris Rab. G. ‖proximo 2 MS. Rab. G. ‖cõfundar MS. Rab. G. — G. Ps. 140, 3. ‖in illam exprobrationem MS. ‖in illis MS. Rab. G. ‖superponet MS. G. ‖superponat MS. *in 1 MS. G. — 4 MS. G. ‖animo irr. & infrunito MS.

* attendenti 7 MS. Rab. ‖qui enumerat stulto, ‖ fine dicit 12 MS. Rab. Q. n. Inf. 38, 16. ‖defecit ‖ G. ‖sensus eius MS. Rab. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Doctrinā oris audite filij: & qui custo- 7
dierit illā nō periet labiis, nec *scādaliza-
bitur in operib. nequissimis. In vanitate
sua apprehēditur peccator, & superbus
& maledicus scādalizabitur in illis. ¶ Iu- 8
rationi nō assuescat os tuū; multi enim 9
casus in illa. Nominatio verò Dei nō sit 10
assidua in ore tuo, & nominib. sanctorū
nō admiscearis: quoniā nō eris immunis
ab eis. Sicut enim seruus interrogatus 11
assiduè, à liuore nō minuitur: ¶ sic omnis
iurās, & nominans, in toto à peccato non
purgabitur. Vir multū iurās implebitur 12
iniquitate, & non discedet à domo illius
plaga. Et si frustrauerit, delictū illius su- 13
per ipsum erit: & si dissimulauerit, delin-
quit dupliciter: & si in vacuū iurauerit, 14
non iustificabitur. replebitur enim retri-
butione *domus illius. Est & alia loquela 15
cōtraria morti, nō inueniatur in hæredi-
tate Iacob. Etenim à misericordib. om- 16
nia hæc auferētur, & in delictis nō volu-
tabuntur. Indisciplinatæ loquelæ non 17
assuescat os tuū: est enim in illa verbum
peccati. Memēto patris & matris tuæ, in 18
medio enim magnatorū cōsistis: ne for- 19
tè obliuiscatur te Deus in cōspectu illorū,
& assiduitate tua infatuatus, improperiū
patiaris, & maluisses nō nasci, & diē na-
tiuitatis tuæ maledicas. ¶ Homo assuetus 20
in verbis improperij, in omnib. dieb. suis
non erudietur. Duo genera abundant in 21
peccatis, & tertiū adducit irā, & perditio-
nē: Anima calida quasi ignis ardēs non 22
extinguetur, donec aliquid glutiat: & 23
homo nequā in ore carnis suæ nō desinet
donec incēdat ignē. Homini fornicario 24
omnis panis dulcis, nō fatigabitur transgrediens vsq. ad finē. Omnis homo qui 25
trāsgreditur lectū suū, cōtemnēs in animā suā, & dicēs, ¶ Quis me videt? tene- 26
bræ circundāt me, & parietes cooperiunt
me, & nemo circūspicit me: quē vereor?
delictorū meorū nō memorabitur Altis-
simus. Et nō intelligit quū oīa videt 27
oculus illius, qm̄ expellit à se timorē Dei,
huiusmodi hominis timor, & oculi ho-
minū timētes illū: & nō cognouit qm̄ 28
oculi Dñi multo plus lucidiores sunt su-
per solē, circūspicientes omnes vias ho-
minū, & profūdū abyssi, & hominū cor-
da intuentes in abscónditas partes. Dño 29
enim Deo antequā crearētur, omnia sunt
agnita: sic & post perfectum respicit oīa.
¶ Hic in platēis ciuitatis vindicabitur, & 20
quasi pullus equinus fugabitur: & vbi nō
sperauit, apprehēdetur. Et erit dedecus 31
omnibus, eò quòd nō intellexerit timorē
Dñi: Sic & mulier omnis relinquēs virū 32
suū, & statuens hereditatē ex alieno ma-
trimonio. primò enim in lege Altissimi 33
incredibilis fuit: & secūdò virū suū de-
reliquit: tertiò in adulterio fornicata est,
& ex alio viro filios statuit sibi. Hæc in 34
ecclesiā adducetur, & in filios eius respi-
cietur. Non tradent filij eius radices, & 35
rami ei nō dabūt fructū. derelinquet 36
in maledictū memoriā eius, & dedecus
illius nō delebitur. Et agnoscēt qui de- 37
relicti sunt, quoniā nihil melius est, quàm
timor Dei: & nihil dulcius, quā respicere
in mādatis Dñi. Gloria magna est sequi 38
Dñm: longitudo enim dierū assumetur
ab eo.

CAP. XXIIII.

SApientia laudabit animā suā, & in 1
Deo honorabitur, & in medio populi 2
sui gloriabitur, & in ecclesiis Altissimi
aperiet os suū, & in cōspectu virtutis il-
lius gloriabitur, & in medio populi sui 3
exaltabitur, & in plenitudine sancta ad-
mirabitur, & in multitudine electorum 4
habebit laudē, & inter benedictos benedi
cetur, dicēs, Ego ex ore Altissimi pro- 5
diui, primogenita ante omnē creaturā.
Ego feci in cęlis vt oriretur lumē indefi- 6
ciēs, & sicut nebula texi oēm terrā. Ego 7
in altissimis habitaui, & thronus meus in
colūna nubis. Gyrū cæli circuiui sola, & 8
profundū abyssi penetraui, & in fluctib.
maris ambulaui, & in omni terra steti. Et 9
in omni populo, & in omni gente pri- 10
matū habui: & omniū excellentium & 11
humiliū corda virtute calcaui: & in his
omnib. requiē quæsiui, & in hæreditate
Dñi morabor. Tunc præcepit, & dixit 12
mihi creator omniū: & qui creauit me,
requieuit in tabernaculo meo, & dixit 13
mihi, In Iacob inhabita, & in Israēl hæ-
reditare, & in electis meis mitte radices.
Ab initio ante secula creata sum, & vs- 14
que ad futurū seculū non desinā: & in ha-
bitatione sancta corā ipso ministraui. Et 15
sic in Siō firmata sum, & in ciuitate san-
ctificata similiter requieui, & in Ierusalē
potestas mea. Et radicaui in populo ho- 16
norificato, & in partes Dei mei hæredi-
tas illius, & in plenitudine sanctorū detētio
mea. Quasi cedrus exaltata sum in Li- 17
bano: & quasi cypressus in mōte Sion. 18
quasi palma exaltata sū in Cades, & quasi
plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua 19
speciosa in cāpis, & quasi platanus exaltata
sum iuxta aquā in platēis. Sicut cinna- 20
momū, & balsamū aromatizās odorem
dedi: quasi myrrha electa, dedi suauitatē
odoris: & quasi storax & galbanus, & 21
vngula, & gutta, & quasi Libanus nō inci-
sus vaporaui habitationē meā, & quasi
balsamū nō mistū odor meus. Ego quasi 22
terebinthus extendi ramos meos, & rami
mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis 23
fructificaui suauitatē odoris: & flores mei
fructus honoris & honestatis. Ego mater 24
pulchræ dilectionis, & timoris, & agni
tionis, & sanctæ spei. In me gratia om- 25
nis vitæ & veritatis, in me omnis spes
vitæ & virtutis. Transite ad me oēs qui 26
concupiscitis me, & à generationib. meis
implemini. ¶ Spiritus enim meus super 27
mel dulcis, & hæreditas mea super mel &
fauū. Memoria mea in generationes sę- 28
culorū. Qui edūt me, adhuc esurient: & 29

qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apprehendetur 3 MS. G. Exo. 20,7. Inf. 27,15. Mat. 5, 33.

Inf. 27,15.

*pessima 2 MS. Rab.

Lex. 20,10 Deu. 22,22.

2 Reg. 16,7

cessabit 2 MS. Rab — MS. Rab Isa. 29,15.

intellexit MS. R. Rab. — G.

timor illius G.

in virum suum deliquit, 1 MS. G.

qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit 30
me, nō confundetur: & qui operantur in
me, nō peccabūt. ‖ Qui elucidāt me, vi- 31
tam æternā habebūt'. Hæc omnia liber 32
vitæ, & testamētū Altissimi', ‖ & agnitio
veritatis'. Legē mādauit Moyses in prę- 33
ceptis iustitiarū, & hæreditatē domui Ia-
cob, & Israël promissiones. Posuit Da- 34
uid puero suo excitare regē ex ipso for-
tissimū, & in throno honoris sedētem in
sempiternū. ‖ Qui implet' quasi Phison 35
sapiētiam, & sicut Tigris in diebus nouo-
rū. Qui adimplet quasi Euphrátes sen- 36
sum: ‖ qui multiplicat quasi Iordanis in
tempore messis. Qui mittit disciplinam 37
sicut lucē, & assistens quasi Gehon in die
vindemiæ. Qui perficit primus scire ip- 38
sam, & infirmior non inuestigabit eam.
A mari enim [a]abūdabit' cogitatio eius, 39
& cōsilium illi' [a]in' abyssō magna. Ego 40
sapientia effudi flumina. Ego quasi tra-
mes aquæ immensæ de fluuio, ego quasi 41
fluuius [a]Dorix', & sicut aquæductus exiui
de paradiso. dixi, Rigabo hortū meum 42
plātationū, & inebriabo [a]partus' mei fru-
ctū. Et ecce factus est mihi trames abun- 43
dans, & fluuius meus appropinquauit ad
mare. quoniā doctrinā quasi antelucā- 44
num illumino omnibus, & enarrabo illā
vsq. ad longinquū. Penetrabo oēs infe- 45
riores partes terræ, & inspiciam omnes
dormientes, & illuminabo - omnes' spe-
rātes in Domino. Adhuc doctrinā quasi 46
prophetiā effundā, & relinquā illā quæ-
rentibus sapientiam, & non desinam in
progenies illorum vsq in æuum sanctum.
‖ Videte quoniam nō soli mihi labora- 47
ui, sed omnibus exquirētibus veritatem.

CAP. XXV.

IN tribus placitū est spiritui meo, quæ 1
sunt probata corā Deo & hominibus:
Concordia fratrū, & amor proximorū, 2
& vir & mulier bene sibi consentientes.
Tres species odiuit anima mea, & aggra- 3
uor valde animæ illorū, Paupere superbū: & diuitē mēdacem: & sene [a]fatuū', & 4
insensatum. - Quæ' in iuuētute tua non 5
congregasti, *quomodo in senectute tua
inuenies? Quā speciosum canitiei iudi- 6
ciū, & presbyteris cognoscere consilium!
Quā speciosa veteranis sapiētia, & [a]glo- 7
riosus' intellectus, & cōsiliū! Corona se- 8
num multa peritia: & gloria illorū timor
Dei. Nouem [a]insuspicabilia cordis' ma- 9
gnificaui, & decimū dicā in lingua homi-
nibus, Homo qui iucundatur in filiis, 10
viuēs & videns subuersionē inimicorum
suorum. ‖ Beatus qui habitat cū muliere 11
sensata, ‖ & qui lingua sua nō est lapsus,
& qui non seruiuit indignis se. Beatus 12
qui inuenit amicū verum, & qui enarrat
iustitiā auri audienti. Quā magnus qui 13
inuenit sapientiā & scientiam! sed non est
super timentem Dñm. timor Dei super 14
omnia [a]- se' superposuit.' beatus homo, 15
cui donatum est habere timorem Dei':
16 qui tenet illū, cui assimilabitur? Timor
Dei initium dilectionis eius: fidei autem
17 initium [a]agglutinandū' est ei. - Omnis
plaga tristitia cordis est: & omnis mali-
18 tia, nequitia mulieris. Et' omnē plagā, &
19 nō plagā - videbit' cordis: & omnē ne-
20 quitiā, & nō nequitiā mulieris: & omnē
obductum, & non obductum odientium:
21 & omnem vindictā, & nō vindictā ini-
22 micorum. Non est cāput nequius super
23 caput colubri: & non est ira super iram
[a]mulieris'. ‖ Cōmorari leoni & draconi
placebit, quā habitare cū muliere nequā.
24 Nequitia mulieris immutat faciē eius:
& [a]obcæcabit' vultū suum tanquā vrsus:
& quasi saccum [a]ostēdet' in medio pro-
25 ximorum eius. Ingemuit vir eius, & au-
26 diens suspirauit modicum'. Breuis om-
nis malitia super malitiā mulieris, sors
27 peccatorū cadat super illam. Sicut ascē-
sus arenosus in pedib. veterani, sic mulier
28 linguata homini quieto. Ne respicias in
mulieris speciē, & non concupiscas mu-
29 lierem in specie. Mulieris ira, & irreue-
30 rentia, & confusio magna. Mulier si pri-
31 matū habeat, cōtraria est viro suo. Cor
humile, & facies tristis, & plaga [a]mortis',
32 mulier nequam. Manus debiles, & genua
dissoluta, mulier quę nō beatificat virum
33 suum. ‖ A muliere initium factū est pec-
34 cati, & per illam omnes morimur. Non
des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec
35 mulieri nequam veniam prodeundi. Si
nō ambulauerit ad manum tuam, *- cō-
36 fundet te in conspectu inimicorum'. A
carnibus tuis abscinde illam, ne semper
te abutatur.

CAP. XXVI.

1 ‖ MVlieris bonæ beatus vir: numerus
enim annorum [a]illorum' duplex.
2 Mulier fortis oblectat virū suū, & an-
3 nos vitæ illi' in pace implebit. Pars bo-
na, mulier bona, in parte - bona' timentiū
4 Deū, dabitur viro pro factis bonis: diui-
tis aūt, & pauperis cor bonū, in omni tē-
5 pore vultus illorū hilaris. A tribus [a]ti-
muit' cor meum, & in quarto [a]facies mea
6 metuit', Delaturā ciuitatis, & collectio-
7 nem populi, & calumniā mēdacē; super
8 mortem, omnia grauia. Dolor cordis &
9 luctus, mulier zelotypa. [a]In muliere' [a]ze-
lotypa' flagellum linguæ, omnibus com-
10 municās. Sicut boum iugum quod mo-
uetur, ita & mulier nequā: qui tenet illā,
11 quasi qui apprehendit scorpionem: Mu-
lier ebriosa, ira magna: & contumelia, &
12 turpitudo illius non tegetur. Fornicatio
mulieris in extollētia oculorū, & in pal-
13 pebris illius agnoscetur. ‖ In filia non
auertente se, firma custodiam: ne inuenta
14 occasione vtatur se. Ab omni irreue-
rentia [a]oculis' caue, & ne mireris si' te ne-
15 glexerit. sicut viator sitiens, ad fontē os
aperiet, & ab omni aqua proxima bibet,
& cōtra omnē palū sedebit, & cōtra om-
nem sagittā aperiet pharetrā, donec defi-
16 ciat. Gratia mulieris sedulæ delectabit

virum

[a]agglutinatū MS. [a]ad glutinandum MS. Græcē legitur: *fides autem initium agglutinationis eius.* - G.
- G.
[a]inimici G. Prou. 21, 19
[a]obcæcat MS. G. [a]ostendit MS. R. Rab.
ἀναμέσον τῶν πλησίον αὐτοῦ ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ἀκούσας ἀνεστέναξε πικρά.
[a]cordis G. Gen. 3, 6.
* & MS. Rab.
- G.
Sup. 25, 11.
[a]illius G.
- MS. G.
ἐυλαβήθη.
προσώπῳ ἐφοβήθην.
[a]contra mulierem, & G.
[a]infideli 6 MS. Rab.
Inf. 42, 11.
[a]oculorum 2 MS. G.
[a]oculorum eius MS. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

virum suum, & ossa illius impinguabit.
Disciplina illius datum Dei est. Mulier' sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiã mulier sancta, & pudorata. Omnis aũt ponderatio non est digna cõtinentis animæ.
Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. lucerna splendens super cãdelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi' super plãtas stabilis' mulieris. Fundamenta æterna supra petram solidã, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.
In duobus contristatũ est cor meum, & in tertio iracũdia mihi aduênit, Vir bellator deficiẽs per inopiam: & vir sensatus cõtemptus: & qui trãsgreditur à iustitia ad peccatũ, Deo parauit eũ ad rhomphęã.
Duæ species difficiles & periculosę mihi apparuerũt, difficilè exuitur negotiãs à negligẽtia: & nõ iustificabitur caupo à peccatis-labiorum'. CAP. XXVII.
PRopter inopiã multi deliquerunt: ‖ & qui quærit locupletari, auertit oculũ suum. Sicut in medio cõpaginis lapidũ palus figitur: sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis'. -Cõteretur cum delinquente delictum'. Si nõ in timore Dñi tenueris te instãter, citò subuertetur dom' tua. Sicut in percussura cribri remanebit puluis': sic aporia hominis in cogitatu illius.
‖ Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. ‖ Sicut rusticatio de ligno ostẽdit fructũ illi': sic verbum ex cogitatu cordis' hominis. Ante sermonẽ nõ laudes virũ: hęc enim tentatio est hominũ. Si sequaris iustitiã, apprehẽdes illã: & indues quasi podêrẽ honoris*, & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternũ, & in die agnitionis inuenies firmamentum. ‖ Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos qui operãtur illã, reuertetur. Leo venationi insidiatur semper: sic peccata' operantib. iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nã stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorũ serua verbũ tempori: in medio autẽ cogitantiũ assiduus esto. Narratio peccantiũ odiosa, & risus illorũ in delictis' peccati. ‖ Loquela multũ iurans, horripilationẽ capiti statuet: & irreuerentia ipsius obthuratio auriũ. Effusio sanguinis in rixa superborũ: & maledictio illorũ auditus grauis.
Qui denudat arcana amici, fidẽ perdit, & non inueniet amicũ ad animum suum.
Dilige proximũ, & cõiungere fide cum illo. Quòd si denudaueris abscõsa illius, non' persequêris' posteum. Sicut enim homo qui perdit amicũ' suum; sic & qui perdit amicitiã proximi sui. Et sicut qui dimittit auẽ de manu sua: sic dereliquisti proximum tuum, & nõ eum capies. non illum sequaris, quoniã lõgè abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniã vulnerata est anima eius. vltra eũ nõ poteris colligare, & maledicti est cõcordatio.
denudare autẽ amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. ‖ Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eũ abiiciet:
in cõspectu oculorũ tuorũ cõdulcabit' os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissimè aũt peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scãdalum. Multa audiui', & non coæquaui ei, & Dñs odiet illum. Qui in altũ mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosã-dolosi' diuidet vulnera. ‖ Et qui foueam fodit, incidet in eam: -& qui statuit lapidem proximo*, offendet in eo': & qui laqueũ alij ponit, peribit in illo. Faciẽti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi.
Illusio & improperium superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectãtur casu iustorum: dolor autem cõsumet illos antequã moriantur. Ira & furor vtraq. execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum. CAP. XXVIII.
QVi vindicari vult, à Dño inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. ‖ Relinque proximo tuo nocẽti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. ‖ Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominẽ similẽ sibi non habet misericordiã: & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat irã: & propitiationẽ petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Memẽto nouissimorum, & desine inimicari.
Tabitudo' enim & mors imminent in mãdatis-eius.' Memorare timorẽ Dei, & nõ irascaris proximõ. Memorare testamẽtum Altissimi, & despice ignorãtiã proximi. Abstine te à lite, & minues peccata. homo enim iracundus incendit litẽ, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacẽ habẽtiũ immittet inimicitiã.
‖ Secũdũ enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundũ virtutẽ hominis, sic iracũdia illius erit, & secundũ substantiã suã exaltabit irã suam. Certamen festinatũ incẽdit ignẽ: & lis festinãs effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortẽ. Si sufflaueris, quasi ignis' exardebit: & si expueris super illã', extinguetur. *vtraque ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos cõmouit, & dispersit illos de gẽte in gentẽ. ciuitates muratas diuitũ destruxit, & domos magnatorũ effodit. Virtutes populorũ concidit, & gẽtes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas' eiecit, & priuauit illas laboribus suis. qũi respicit illã, nõ habebit requiẽ, nec habebit amicum in quo requiescat'.
Flagelli plaga liuorẽ facit: plaga autem

linguæ

-G.
1 Tim. 6,9.
peccatum 2 MS.G. -G.
stercus 2 MS.
Pro. 27,21.
Mat. 7,15.
excogitatus MS.G.
cor MS.
Q.n.
*illam MS.G.
Sup. 13,19.
peccatum 1 MS.G.
delicijs G.
Sup. 23,11.
Sup. 19,10. 22,27.
ne 1 MS.
perse-quaris 1 MS.G.
inimicum G.
Pro. 10,12
concal-cabit a.
audiui 1 MS.G. -2 MS. Pro. Mo. Eccl. mal. *suo MS. -G.
Deu. 32. Mat. 6. Mar. 11. Rom. 13.
Beniuo-do a. - MS. Rab.G.
Prou. 26
in fo- rillam G. illi Rab. -& MS. Rab.G.
vinis MS.
fons Rab.
habitum recusat MS. Rab.
G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

linguæ comminuet ossa. Multi ceciderũt in ore gladij, sed nõ sic quasi qui interierũt per linguã-suã'. Beatus qui tectus est à lingua nequã, qui in iracundiã illius nõ trãsiuit, & qui nõ attraxit iugũ illius, & in vinculis eius nõ est ligatus: iugũ enim illius, iugũ ferreũ est: & vinculum illius vinculũ æreũ est. Mors illi⁹, mors nequissima: & vtilis potius inferus, quàm illa. Perseuerãtia illius nõ permanebit, sed obtinebit vias iniustorũ: & in flamma sua non comburet iustos. Qui relinquit Deũ, incidẽt in illã, & exardebit in illis, & nõ extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & linguã nequã noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras-aurib⁹ tuis'. Aurũ tuũ & argentũ tuũ cõfla, & verbis tuis facito staterã, & frenos ori tuo rectos: & attẽde ne fortè labaris in lingua, & cadas in cõspectu inimicorũ insidiantiũ tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. CAP. XXIX.

QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui prævalet manu, mandata seruat. Fœnerare proximo tuo in tẽpore necessitatis illius, & iterũ redde proximo in tẽpore suo. Cõfirma verbũ, & fideliter age cũ illo: & in omni tẽpore inuenies quod tibi necessariũ est.

Multi quasi inuentionẽ æstimauerunt fœnus, & præstiterũt molestiã his qui se adiuuerunt. Donec accipiant, osculãtur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocẽ suã: Et in tẽpore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba ‖tædij' & murmurationũ, & tẽpus causabitur. si autẽ potuerit reddere, ‖-aduersabitur, solidi' vix reddet dimidiũ, & cõputabit illud quasi inuentionẽ. Sin autẽ, fraudabit illũ pecunia sua, & possidebit illũ inimicũ gratis: & cõuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi cõtumeliã. Multi-‖non' causa nequitiæ nõ fœnerati sũt, sed fraudari gratis timuerũt. Veruntamẽ super humilẽ, animo fortior esto, & pro eleemosyna nõ trahas illũ. Propter mandatum assume pauperẽ: & propter inopiam eius ne dimittas eũ vacuũ. Perde pecuniã propter fratrẽ & amicũ tuum: & non abscõdas illã sub lapide in perditionem.

‖Pone thesaurũ tuũ in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis quã aurũ.

Cõclude eleemosynã in ‖corde' pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.

‖-Eleemosyna viri quasi sacculus cũ ipso, & gratiã hominis quasi pupillã cõseruabit. & postea resurget, & retribuet illis retributionẽ, vnicuiq. in caput illorũ'. Sup scutũ potentis, & super lãceã, aduersus inimicũ tuũ pugnabit. Vir bonus fidẽ facit *proximo suo: & qui perdiderit cõfusionẽ, derelinquet sibi. Gratiã fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animã suã. ‖Repromissorẽ' fugit peccator & immũdus. Bona repromissoris sibi adscribit peccator: & ingratus sensu derelinquet liberantẽ se. -Vir repromittit de proximo suo: & cùm perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo'. Repromissio nequissima multos perdidit ‖dirigentes', & cõmouit illos quasi fluctus maris. Viros potẽtes gyrãs migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. Peccator trãsgrediẽs mandatum Dñi, incidet in promissionẽ nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudiciũ. Recupera proximũ secundùm virtutẽ tuã, & attẽde tibi ne incidas. ‖Initiũ vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentũ, & domus protegens turpitudinẽ. Melior est victus pauperis sub tegmine asserũ, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. ‖Minimũ pro magno' placeat tibi, & imꝑperiũ peregrinationis nõ audies. Vita nequã hospitãdi de domo in domum: & vbi hospitabitur, nõ fiducialiter aget, nec aperiet os. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet; Transi hospes, & orna mensam: & quæ in manu habes, ciba cæteros. Exi à facie honoris amicorũ meorũ. necessitudine domus meæ, hospitio mihi factus ‖est' frater. Grauia hæc homini habenti sensum, Correptio domus, & improperiũ fœneratoris.

CAP. XXX.

QVi diligit filiũ suũ, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & nõ palpet proximorũ ostia. ∴Qui docet' filiũ suũ, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur.

‖∴Qui docet' filiũ suũ, in zelum mittit inimicũ, & in medio amicorũ gloriabitur in illo. Mortuus est pater ei⁹, & quasi nõ est mortuus. similẽ enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lętatus est in illo: in obitu suo nõ est contristatus, nec cõfusus est corã inimicis. reliquit enim defensorẽ domus cõtra inimicos, & amicis reddentẽ gratiã. Pro animabus filiorũ colligabit vulnera sua, & super omnẽ vocẽ turbabuntur viscera eius. Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps. Lacta filiũ, & pauẽtẽ te faciet: lude cũ eo, & contristabit te. Non corrideas illi: ne doleas, & in nouissimo obstupescẽt dẽtes tui. Non des illi potestatẽ in iuuẽtute, & ne despicias cogitatus illius. ‖Curua ceruicẽ eius in iuuẽtute, & tunde latera eius dũ infans est: ne fortè induret, & nõ credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filiũ tuum, & operare in illo, ne in turpitudinẽ illius offendas. Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. Salus animę in sanctitate iustitiæ, -&' melior est omni auro & argẽto: & corpus validũ, quàm ‖sensus' immensus. Nõ est census super censum salutis corporis: & nõ est oblectamentũ super

Pro. 13,24. 33,13.
∴ὁ παιδεύων
Deut. 6,7.
∴ὁ διδάσκων
Sap. 7,25.

-G. videturque coincidere cum versu 19. & proinde desumptus esse ex altera trãslatione.
‖diligentes o.
‖delinquẽtes o.
Inf. 39,31.
‖Super minimum & magnũ 2 MS. G.
‖es o.
-MS. G.
‖census MS. R. Rab. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dan. 14,6.

Pro. 12,25. 15,13. & 17,22.

Trabefacit MS. G.

Sup. 8,3.

Qui MS. R.
*inuentus MS. R. Q. n.
*in 10 MS. G.
gloriam æternam 3 MS. G.
quis 1 MS G.
-MS. Rab. G.
simulata o.
πολλάγε
rua 1 MS.
-2 MS. G. Q. n.
Cùm viderit, ne 2 MS. G.
-G.

ſuper cordis gaudium. Melior eſt mors, quàm vita amara: & requies æterna, quã languor perſeuerãs. Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularum circũpoſitæ ſepulchro. ¶ Quid proderit libatio idôlo? nec enim manducabit, nec odorabitur: ſic qui effugatur à Dño, & portãs mercedes iniquitatis. Vidẽs oculis, & ingemiſcens, ſicut ſpado cõplectens virginẽ, & ſuſpirãs. ¶ Triſtitiam nõ des animæ tuæ, & nõ affligas temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis, hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis: & exultatio viri eſt lõgæuitas. Miſerere animæ tuæ placẽs Deo, & cõtine, & cõgrega cor tuũ in ſanctitate eius: & triſtitiã lõgè expelle à te. Multos enim occidit triſtitia, & nõ eſt vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tẽpus ſenectã adducet cogitatus. Splendidũ cor, borũ in epulis eſt: epulæ enim illius diligenter fiunt.

CAP. XXXI.

VIgilia honeſtatis trabefaciet' carnes, & cogitatus illius aufert ſomnum.
Cogitatus præſcientiæ auertit ſenſum, & infirmitas grauis ſobriã facit animã.
Laborauit dives in congregatione ſubſtantiæ, & in requie ſua replebitur bonis ſuis. Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. Qui aurũ diligit, nõ iuſtificabitur; & qui inſequitur cõſumptionẽ, replebitur ex ea. ¶ Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorũ. Lignũ offenſionis eſt aurũ ſacrificantiũ. væ illis qui ſectãtur illud, & omnis imprudẽs deperiet in illo. Beatus dives qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurũ nõ abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita ſua. Quis' probatus eſt in illo, & perfectus *eſt, & erit illi* gloria æterna'? qui' potuit tranſgredi, & nõ eſt tranſgreſſus: & facere mala, & nõ fecit. ideo ſtabilita ſunt bona illi' in Dño, & eleemoſynas illius enarrabit -omnis' Eccleſia ſanctorũ Supra menſam magnã ſediſti? non aperias ſup illã faucẽ tuã prior. Nõ dicas, ſi multa' ſunt quæ ſup illã ſunt. Memento qm̃ malus eſt oculi' nequã. Nequius oculo quid creatũ eſt? ideò ab omni facie- ſua' lachrymabitur cùm viderit. Ne' extendas manum tuã prior, & inuidia cõtaminatus erubeſcas.
Nè comprimaris in conuiuio.
Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo. Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponũtur: & nõ cùm manducas multũ, odio habearis. Ceſſa prior, cauſa diſciplinæ: & noli nimius eſſe, ne fortè offendas. Et ſi in medio multorũ ſediſti, prior illis ne extẽdas manũ tuã: nec prior poſcas bibere. Quã ſufficiẽs eſt homini erudito- vinũ' exiguũ, & in dormiẽdo nõ laborabis ab illo, & nõ ſenties dolorem.
Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito: ſomn' ſanitatis in homine parco. dormiet vſq. in manè, & anima illius cũ ipſo delectabitur. Et ſi coactus fueris in edẽdo multũ, ſurge è medio, & vome: & refrigerabit te, & nõ adduces corpori tuo infirmitatẽ. Audi me, fili, & ne ſpernas me: & in nouiſsimo inuenies verba mea. In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. ¶ Splendidũ in panibus benedicent labia multorũ, & teſtimoniũ veritatis illius fidele. In nequiſsimo pane' murmurabit ciuitas, & teſtimoniũ nequitiæ illius verũ eſt. Diligentes' in vino noli prouocare': multos enim exterminauit vinũ. Ignis probat ferrũ durũ*: ſic vinũ corda ſuperborũ arguet in ebrietate potatum. Aequa vita hominibus, vinum in ſobrietate: ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius. Quæ vita eſt quæ' minuitur vino? -Quid defraudat vitam? Mors'.
¶ Vinũ in iucunditatẽ creatũ eſt, & nõ ¶ in ebrietatẽ, ab initio. Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum.
Sanitas eſt animæ & corpori ſobri' potus. Vinũ multũ potatũ, irritationẽ, & irã, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinũ multum potatũ. Ebrietatis animoſitas, imprudẽtis offenſio, minorãs virtutẽ, & faciens vulnera. In conuiuio vini nõ arguas proximũ: & nõ deſpicias eũ in iucũditate illius: verba impropery nõ dicas illi: & non premas illũ in repetendo.

CAP. XXXII.

REctorẽ te poſuerũt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorũ habe, & ſic cõſidera', & omni cura tua explicita recumbe: vt læteris ꝓpter illos, & ornamentũ gratiæ' accipias coronã, -& dignationem' cõſequaris corrogationis'. Loquere maior natu: decet enim te. primũ verbum diligẽti' ſcientiã, & nõ impedias muſicã. ¶ Vbi auditus nõ eſt, nõ effundas ſermonem, & importunè noli extolli in ſapiẽtia tua. Gẽmula carbũculi in ornamẽto auri; & cõparatio' muſicorũ in cõuiuio vini. Sicut in fabricatione auri ſignum eſt' ſmaragdi: ſic numerus' muſicorũ in iucundo & moderato vino. Audi tacẽs, & pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix. Si bis interrogat' fueris', habeat caput' reſpõſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & -quærens'. ¶ In medio magnatorũ nõ præſumas': & vbi ſunt ſenes, nõ multũ loquaris. Ante grãdinẽ' præibit coruſcatio: & ante verecundiã præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et hora ſurgẽdi nõ te trices': prœcurre aurẽ -prior' in domũ tuã, & illic auocare', & illic lude, & age cõceptiones tuas, & nõ in delictis & verbo ſuperbo. Et ſup his omnib' benedicito Dñm qui fecit te, & inebriãti

Pro. 23,
Nequiſſimo pane G.
Delectes Rab.
Vinum moris labra. -G.
Pſ. 101,
Pro. 31,
Confidit.
Romanũ gratia G.
Diligenti MS.
Congregationis MS. Rab. -G.
Diligentis MS. Q. n.
Eccle
Sup. 20,
μεγαλ
λάλαγε. -Rab.
Iob 11,
loqui MS. R. Rab.
Ne te exiguas G.
Nonitras G.
Tetrices MS.
Ne tricis MS.
Ne fricis R.
Ne ſis velut inuus G.
-1 MS.
Inducere MS. R.
Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te ab omnibus bonis suis. Qui timet Dñm, excipiet doctrinã eius: & qui vigilauerint ad illũ, inueniẽt benedictionem.
Qui quærit legẽ, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scãdalizabitur ab ea. Qui timẽt Dñm, inueniẽt iudiciũ iustũ, & iustitias quasi lumẽ accendent. Peccator homo vitabit correptionẽ, & secundum voluntatẽ suã inueniet cõparationẽ. Vir cõsilij nõ disperdet intelligentiã, alienus & superbus nõ pertimescet timorẽ. etiã postquã fecit cũ eo sine cõsilio, & suis insectationibus arguetur. Fili, sine cõsilio nihil facias, & post factũ nõ pœnitebis.
In via ruinæ nõ eas, & nõ offendes in lapides: nec credas te viæ ¶laborioſæ', ne ponas animæ tuæ scandalũ. Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attẽde. In omni opere¶- tuo' crede- ex fide' animæ tuæ. hoc est enim conseruatio mandatorum. Qui credit Deo, attendit mãdatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

CAP. XXXIII.

TImenti Dñm nõ occurrẽt mala, sed in tentatione Deus illũ cõseruabit, & liberabit à malis. Sapiẽs nõ odit mãdata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. Qui interrogationẽ manifestat, parabit verbũ, & sic deprecatus exaudietur, & cõseruabit disciplinã, & tunc respõdebit. ¶ Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus illius. Equus emissari', sic & amicus subsannator, ¶sub omni supra seiẽte hinnit. Quare dies diẽ superat, ¶& iterũ lux lucẽ, & annus annum à sole'? ¶A' Dñi scientia separati sunt, facto sole, & præceptũ custodiẽte. Et immutauit tẽpora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horã.
Ex ipsis exaltauit & ¶magnificauit' De', & ex ipsis posuit in numerũ dierũ. Et oẽs homines, de solo, ¶ & ex terra vnde creatus est Adã. In multitudine disciplinæ ¶Dñi' separauit eos, & immutauit vias eorũ. Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit & humiliauit, & cõuertit illos à separatione ipsorũ. ¶ Quasi lutũ figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. Omnes viæ eius secundũ dispositionẽ eius: sic homo in manu illi' qui se fecit, & reddet illi secundùm iudiciũ suũ. Cõtra malũ bonũ est, & cõtra mortẽ vita: sic & cõtra virũ iustũ peccator. Et sic intuere in oĩa opera Altissimi. ¶Duo¶- cõtra' duo, & vnũ cõtra vnum.
Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores.
In benedictione Dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular.
¶Respicite qm̃ nõ mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam.
Audite me magnati,- &oẽs' populi', & rectores Ecclesiæ aurib' percipite. Filio & mulieri, fratri & amico nõ despotestatẽ super te in vita tua: & non dederis alij possessionẽ tuã: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis. Dũ adhuc superes & aspiras, nõ immutabit te omnis caro. Melius est enim vt filij tui te rogẽt, quã te respicere in manus filiorũ tuorũ.
In omnib' operib' tuis præcellẽs esto.
Ne dederis maculã in ¶gloriã tuã'. In die cõsummationis dierũ vitæ tuæ, & in tẽpore exitus tui distribue hæreditatem tuã. Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatẽ. Iugũ & lorũ curuãt collũ durũ, & -seruũ inclinãt operationes assiduæ'. Seruo maleuolo tortura & cõpedes, mitte illũ in operationẽ, ne vacet. multã enim malitiã docuit otiositas. In opera constitue eũ: sic enim cõdecet illum. Quòd si non obaudierit, curua illũ cõpedibus, & non amplifices sup omnẽ carnẽ: verùm sine iudicio nihil facias graue. ¶Si est tibi seruus *, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrẽ sic eũ tracta: quoniã in sanguine animæ cõparasti illũ. Si læseris eũ iniustè, in fugã cõuertetur: & si ¶extollens' discesserit: quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

CAP. XXXIIII.

VAna spes, & mendaciũ viro insensato: & somnia extollũt imprudentes.
Quasi qui apprehẽdit vmbrã, & persequitur ventũ: sic & qui attendit ad visa mendacia. hoc secundũ hoc visio somniorũ, ante faciẽ hominis similitudo- alterius' hominis. Ab immũdo quid mũdabitur? & à mẽdace quid verũ dicetur?
Diuinatio erroris & auguria, mẽdacia, & somnia malefacientiũ, vanitas est. Et sicut parturientis, cor tuũ phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuũ. multos enim errare fecerũt somnia, & exciderũt sperãtes in illis. Sine mendacio cõsummabitur ¶verbũ- legis', & sapientia in ore fidelis ¶cõplanabitur'. -Qui nõ est tentatus, quid scit' ? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectũ. Qui nõ est expertus, pauca recognoscit: qui autẽ in multis ¶factus' est, ¶multiplicat' malitiam.
- Qui tentatus nõ est, qualia scit? qui implanatus est, ¶abundabit nequitia'.
Multa vidi ¶enarrãdo', & plurimas verborũ cõsuetudines. Aliquoties vsq. ad mortẽ periclitatus sum horũ causa, & liberatus sum gratia Dei. Spiritus timẽtiũ Deũ ¶quæritur', -& in respectu illius ¶benedicetur'. Spes enim illorũ in saluantẽ illos, & oculi Dei in diligentes se.
Qui timet Dñm, nihil trepidabit, & nõ pauebit: quoniã ipse est spes eius. Timentis Dominum beata est anima eius.
Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? ¶Oculi Dñi super timẽtes eum, *Psal.* 32, 18

Ministerio de Educación, Cultura y Depor

¶gloria tua MS.G.
-G.
Sup.7,23.
*fidelis MS.R.
*bonus MS.Rab.
*sensatus MS Verùm codicibus G nihil horum additur.
¶tollens MS.G.
-6 MS.G.
¶lex G.
-MS. Rab.
¶complantabitur; MS.Rab.
¶consummatio G.
-G.
¶fatuus MS.
¶multiplicabit MS. Q.n.
-8 MS. Rab.Q.n.
¶abundauit neq. MS.
¶errando 1 MS.G.
¶quæretur MS.
¶vines G.
¶benedicentur MS.Rab.
-G.

protector potentiæ, firmamentũ virtutis, tegimẽ ardoris, & vmbraculũ meridiani, deprecatio offẽsionis, & adiutoriũ casus, exaltans animã, & illuminãs oculos, dãs sanitatẽ, & vitã & benedictionẽ. ‖ Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorũ. Dñs solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. ‖ Dona iniquorũ nõ probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorũ: nec in multitudine sacrificiorũ eorũ propitiabitur peccatis.

Pro.21, 27. Pro.15,8.

Qui offert sacrificiũ ex substãtia pauperũ, quasi qui victimat filiũ in cõspectu patris sui. Panis egentiũ, vita ‖pauperũ' est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panẽ, quasi qui occidit proximũ suum. ‖ Qui effundit sanguinẽ, & qui fraudẽ facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificans, & vnus destruẽs: quid ꝓdest illis, nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicẽs: cuius vocẽ exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit ‖eũ', quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciẽs, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

‖pauperis MS.R. Rab. Verùm Textus conformis est G.
Leu.19,13. Sup.7,22.
‖mortuum MS.R.
‖αὐτοῦ, ‖verbũ 24 MS.Q.n.

CAP. XXXV.

QVi cõseruat ‖legẽ', multiplicat orationẽ. ‖ Sacrificiũ ‖ salutare ⌐est' attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate: ⌐& ꝓpitiationẽ litare sacrificiis super iniustitias': & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. Retribuet gratiã qui offert similaginẽ: & qui facit misericordiã, offert sacrificiũ. Beneplacitũ est Dño recedere ab iniquitate: ⌐& deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia'. ‖ Nõ apparebis ante conspectum Dñi vacuus. Hæc enim omnia propter mãdatũ Dei fiunt. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in cõspectu Altissimi. Sacrificiũ iusti acceptũ est, & ∵memoriã eius' nõ obliuiscetur Dñs. Bono animo gloriam redde Deo: & nõ minuas primitias manuũ tuarũ. ‖ In omni dato hilarẽ fac vultũ tuũ, & in exultatione sanctifica decimas tuas.

‖ Da altissimo secundùm datũ eius, & in bono oculo ‖adinuentionẽ' facito manuũ tuarũ: quoniã Dñs retribuẽs est, & septies tantũ reddet tibi. ‖ Noli offerre munera praua, nõ enim suscipiet illa. Et noli ‖inspicere' sacrificiũ iniustũ, quoniã Dñs iudex est, ‖ & nõ est apud illum gloria personæ. ‖ Nõ accipiet Dñs personã in pauperẽ, & deprecationẽ læsi exaudiet. Non despiciet preces ‖ pupilli': nec viduã, si effundat loquelam gemitus.

Nónne lachrymæ viduæ ad maxillam descendũt, & exclamatio eius ꝓ deducentẽ eas? ⌐A maxilla enim ascendunt vsq. ad cælũ, & Dñs exauditor *delectabitur in illis'. Qui adorat Deũ in oblectatione, suscipietur. & deprecatio illius vsq. ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, nõ cõsolabitur: & nõ discedet, donec Altissimus aspiciat. Et Dñs nõ elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudiciũ: & Fortissimus non habebit in illis patientiã, ‖vt' cõtribulet dorsum ‖ipsorũ': & Gẽtibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinẽ superborum: & sceptra iniquorũ cõtribulet, donec reddat hominibus secundùm actus suos: & ‖ secundùm opera Adæ, &' secundũ præsumptionẽ ‖illius', donec iudicet iudiciũ plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa misericordia Dei: in tẽpore tribulationis quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

‖aequeosus 4 MS.Rab. G. ‖imm. cordium. ‖πράϋς ἀστός. ‖αὐτοῦ.

CAP. XXXVI.

MIserere nostri Deus omniũ, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationũ tuarũ, & immitte timorẽ tuũ super Gentes quæ nõ exquisierũt te: vt cognoscant quia nõ est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuã super Gentes alienas, vt videant potentiã tuã. Sicut enim in cõspectu eorũ sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: vt cognoscãt te, sicut & nos cognouimus quoniã nõ est De' ꝓter te Dne. Innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manũ, & brachiũ dextrũ. Excita furorẽ, & effunde irã. Extolle aduersariũ, & afflige inimicũ. Festina ∵ tẽpus', & memento finis, vt enarrẽt mirabilia tua. In ira flãmæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebẽ tuã, inueniant perditionem. Contere caput principũ, inimicorũ dicentiũ, Nõ est alius ꝓter nos. Cõgrega oẽs tribus Iacob: & cognoscant quia nõ est Deus nisi tu, vt enarrẽt magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. Miserere plebi tuæ, super quã inuocatũ est nomẽ tuũ: & Israël, ‖ quẽ coæquasti primogenito tuo. Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ieru salẽ, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populũ tuũ. Da testimoniũ ‖ quia' ab initio creaturæ tuæ sũt, & suscita ‖ precationes' quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedẽ sustinẽtibus te, vt propheræ tui fideles inueniantur: ‖ & exaudi orationes seruorũ tuorũ. ‖ Secundùm' benedictionẽ Aaron ‖da' populo tuo, & dirige nos in viã iustitiæ, & sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector sæculorũ. Omnẽ escã manducabit vẽter, & est cibus cibo melior. Fauces cõtingunt cibũ feræ, & cor ‖insensatũ' verba mendacia. Cor prauũ dabit tristitiã, & homo peritus resistet illi. Omnẽ masculum excipiet mulier: & est filia meliior filia. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem conspiscentiam hominis superducit desiderium. Si est lingua curationis, ⌐est' &

Exod.4.

‖qui 3 MS. G. ‖prædictiones MS. ‖prophetæ G. Q.n. Nu.6,24 ‖Et exaudi orationes. ‖secundũ MS.G. ‖de G. ‖sensatum MS.Rab. G. ⌐MS.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secũdùm filios hominũ. Qui posfidet mulierẽ bonã', inchoat possessionẽ: adiutoriũ secundùm illũ est, & colũnã vt' requies'. Vbi nõ est sepes, diripietur possessio: & vbi nõ est mulier, ingemiscit egens. ‖Cui' credit, qui nõ habet nidũ; & deflectẽs vbicunq. obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. CAP. XXXVII.

OMnis amicus dicet, Et ego amicitiã copulaui: sed est amicus solo nomine amicus. Nõne tristitia inest vsq. ad mortẽ? Sodalis autẽ' & amicus ad inimicitiã ‖cõuertẽtur'. O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridã malitia, & dolositate illius? Sodalis amico cõiucundatur in oblectationibus, & in tẽpore tribulationis aduersari* erit. Sodalis amico cõdolet causa vẽtris, & cõtra hostẽ accipiet scutũ. Nõ obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in ‖ operib.' tuis. Noli consiliari cũ ‖socero tuo', & à zelãtibus te abscõde cõsilium. Omnis cõsiliarius ꝓdit cõsiliũ, sed est consiliarius in semetipso. A cõsiliario serua animã tuã. priº scito quæ sit illius necessitas: & ‖ ipse enim' animo suo cogitabit'. ne fortè mittat ‖ sudẽ in terrã', & dicat tibi, Bona est via tua. & stet ecõtrario videre qd tibi eueniat. Cũ viro ‖irreligioso' tracta' de sanctitate, & cũ iniusto de iustitia*, & cũ muliere de ‖his' quæ æmulatur: cũ timido de bello, cũ negotiatore de traiectiõe, cũ emptore de vẽditione, cũ viro liuido de gratiis agẽdis, cũ impio de pietate, cũ iuhonesto de honestate, cũ operario agrario de omni opere, cũ operario annuali de cõsummatione anni, cũ seruo pigro de multa operatiõe. nõ attẽdas his in omni cõsilio.

Sed cũ viro sancto assiduus esto, quẽcunq. cognoueris obseruãtẽ timorẽ Dei, cuius anima est secũdùm animã tuam: ‖quicunq. titubauerit in tenebris, nõ cõdolebit tibi'. Et cor boni consilij statue tecum: nõ est enim tibi aliud pluris illo.

Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quàm septẽ circũspectores sedẽtes in excelso ad speculandũ. Et in his omnibus deprecare Altissimũ, vt dirigat in veritate viã tuã. Ante omnia opera verbũ verax præcedat te, & ante oẽm actum cõsilium stabile. Verbum nequam immutabit cor: ex quo' partes quatuor oriũtur, bonũ & malũ, vita & mors: & dominatrix illorũ est assidua lingua. ‖ Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est'. Qui sophisticè loquitur, odibilis est: in' omni re defraudabitur. nõ est enim illi data à Dño gratia: omni enim sapiẽtia defraudatus est. Est sapiẽs, animæ suæ sapiẽs: & fructus sensus illius laudabilis. Vir sapiẽs plebem suã erudit, & fructº sensus illius fideles sunt. Vir sapiẽs implebitur benedictionibus, & videntes illũ laudabũt. Vita viri in numero dierũ: dies aũt Israël innumerabiles sunt. Sapiens in populo hæreditabit honorẽ, & nomẽ illius erit viuẽs in æternũ. Fili, in vita tua tẽta animã tuã: & si fuerit nequã, nõ des illi potestatẽ: ‖ non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas sup oẽm escã. in multis enim escis erit infirmitas, & ‖auiditas' appropinquabit vsq. ad cholerã. Propter ‖crapulã' multi obierũt: qui aũt abstinẽs est, adiiciet vitam. CAP. XXXVIII.

HOnora medicũ ꝓpter necessitatem: etenim illum creauit Altissimus.

A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationẽ. Disciplina medici exaltabit caput illiº, & in cõspectu magnatorũ collaudabitur. Altissimº creauit de terra medicinam, & vir prudẽs non abhorrebit illã. ‖ Nõne à ligno indulcata est aqua amara ‖? * Ad agnitionẽ hominũ virtus illorũ', & dedit hominibus scientiã Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curãs mitigabit dolorẽ, ‖& vnguẽtarius faciet ‖pigmenta' suauitatis, & ‖ vnctiones' cõficiet sanitatis', & nõ cõsummabuntur opera eius. Pax enim Dei super faciẽ terræ. ‖ Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dñm, & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuũ. Da suauitatẽ & memoriã similaginis, & impingua oblationẽ, & da locũ medico. etenim illũ Dñs creauit: & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tẽpus quãdo in manº illorũ incurras: ipsi verò Dñm deprecabuntur, vt dirigat requiẽ eorũ & sanitatẽ, propter conuersationẽ illorum.

Qui delinquit in cõspectu eius qui fecit eũ, incidet in manus medici. ‖ Fili, in mortuũ produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundùm iudiciũ cõtege corpº illius, & nõ despicias sepulturã illius. Propter delaturã aũt' amarè fer luctũ illius vno die, & cõsolare propter tristitiã, & fac luctũ secundũ meritũ eius vno die, vel duobus propter detractionẽ. ‖ A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutẽ, & tristitia cordis flectit ceruicẽ. In ‖abductione' pmanet tristitia: & subsũtia inopis secũdum cor eius. Ne dederis in tristitia cor tuũ, sed repelle eã à te: & memento nouissimorũ, noli obliuiscì. neq. enim est cõuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis. Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuũ. mihi heri, & tibi hodie.

‖ In requie mortui requiescere fac memoriã eius, & cõsolare ‖illum' in exitu spiritus sui. ‖Sapientiã scribe' in tẽpore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapiẽtiã percipiet: ‖quia sapientia replebitur.

Qui' tenet aratrum, & qui gloriatur in

1 Cor. 6, 12 10, 23.

*apleſtia MS. G. ‖apleſtiam MS. G. ‖epulationem MS.

Exo. 15, 25 *& 2 MS. ‖vt cognosceretur virtus eius ab homine? G. ‖Vnguẽtarius in his faciet mixtionẽ G. ‖pigmentũ MS. Rab. ‖vnctionẽ MS. Rab.. Isa. 38, 3.

Sup. 22, 10

-7 MS. Rab. G. Q. n. Pro. 15, 13. & 17, 23. ‖ob luctione 1 MS. G Pro Textu faciunt R. Rab et Gq. 2 Re. 12, 21 -1 MS. ‖in illo G. ‖Sapientia scribæ G. ‖ Quia sapientia replebitur, qui. MS. G Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iaculo, stimulo boues agitat, & cõuersatur in operibus eorũ, & enarratio eius in filiis taurorũ. Cor suũ dabit ad versandos sulcos, & vigilia ei⁹ in sagina vaccarũ. Sic omnis faber & architectus, qui nocte tanquã diẽ trãsigit; qui sculpit ¶signaculo⁹ ¶sculptilia⁹, & assiduitas ei⁹ variat picturã: cor suũ dabit in similitudinẽ picturæ, & vigilia sua perficiet opus. Sic faber ferrarius sedẽs iuxta incudẽ, & cõsiderãs op⁹ ferri: Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur:

Vox mallei innouat aurẽ eius, & contra similitudinẽ vasis oculus eius: Cor suũ dabit in cõsummationẽ operũ, & vigilia sua ornabit ¶imperfectionẽ⁹. Sic figulus sedẽs ad opus suũ, cõuertẽs pedibus suis rotã, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, & innumera est omnis operatio eius: In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutẽ suã: Cor suũ dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacẽ. Oẽs hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiẽs est. Sine his omnibus nõ ædificatur ciuitas. Et nõ inhabitabũt, nec inambulabunt, & in ecclesiã nõ tranſilient. Sup sellã iudicis nõ sedebunt, & testamẽtum iudicij nõ intelligent, neque palã facient disciplinã & iudicium, & in parabolis nõ inuenient: sed creaturã qui cõfirmabũt, & deprecatio illorum in operatione artis ¶accommodantes animam suam, & ¶cõquirentes⁹ in lege Altissimi.

¶signacula MS. R. Rab ¶sculpturas signaculorum G.

¶in perfectionẽ MS. Rab. G.

¶Accõmodantes an. &c. 2 MS. ¶accõmodãtis 2 MS. G. Q a. ¶conquirẽtis G. -G.

CAP. XXXIX.

SApientiã omniũ antiquorũ exquiret ¹ sapiens⁹, & in prophetis vacabit. ²
Narrationẽ virorũ nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta prouerbiorũ exquiret, & in absc̃oditis parabolarũ cõuersabitur. In medio magnatorũ ministrabit, & in cõspectu præsidis apparebit. In ³ ⁴ ⁵
terrã alienigenarũ gẽtium pertrãsiet. bona enim & mala in ¶omnibus⁹ ¶tẽtabit⁹.
Cor suũ tradet ad vigilandum diluculo ad Dñm qui fecit illũ, & in cõspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum ⁶ ⁷
in oratione, & ℘ delictis suis deprecabitur. Si enim Dñs magnus voluerit, spiritu intelligẽtiæ replebit illũ: & ipse tãquã imbres mittet eloquia sapiẽtiæ suæ, & in oratione confitebitur Dño. - Et⁹ ipse diriget cõsiliũ eius & disciplinã, & in absc̃oditis suis cõsiliabitur. Ipse palã faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dñi gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiã eius, & vsq; in seculum nõ delebitur. Nõ recedet memoria ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³
eius, & nomẽ ei⁹ requiretur à generatione in generationẽ. Sapientiã eius enarrabunt gẽtes, & laudẽ eius enuntiabit ecclesia. Si permãserit, nomẽ* derelinquet plus quã mille: & si requieuerit, proderit illi. Adhuc cõsiliabor, vt enarrẽ: vt fu- ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶

-1 MS. G.

*eius o.

rore enim repletus sum. - * In voce ¶dicit⁹, O baudite me diuini fructus, & quasi rosa plãtata super riuos aquarũ fructifi- ¹⁷
cate. Quasi Libanus odorẽ suauitatis ¹⁸
habete. Florete flores, quasi liliũ, & date odorẽ, & frõdete in gratiã, & collaudate cãticum; & benedicite Dñm in opecentiã, & cõfitemini illi in voce labiorũ ¹⁹
vestrorũ, & in cãticis labiorũ, & citharis; ²⁰
& sic dicetis in cõfessione, ¶ Opera Dñi ²¹
vniuersa bona valde. ¶In verbo ei⁹ stetit aqua, sicut cõgeries: & in sermone o- ²²
ris illius, sicut exceptoria aquarũ: quoniã in præcepto ipsius ¶ placor⁹ sit, & non ²³
est minoratio in salute ipsi⁹. Opera omnis carnis corã illo, & nõ est quicquã absconditum ab oculis eius. A seculo vsq. ²⁴
in seculũ respicit, & nihil est mirabile in ²⁵
cõspectu eius. Non est dicere, Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tẽpore suo quærentur. Benedictio illius ²⁶ ²⁷
quasi ¶fluuius ¶inundabit⁹: & quo modo cataclysmus aridã inebriauit. Sic ira ipsius gẽtes quæ nõ exquisierunt eũ, hæreditabit: ¶quo modo cõuertit ãquas - in ²⁸ ²⁹
siccitatẽ⁹, & siccata est terra. Et viæ illius ¶viis illorũ⁹ directæ sunt: sic peccatoribus ³⁰
offẽsiones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis - bona ³¹
& ⁹mala. ¶Initiũ necessariæ rei vitæ hominũ, aqua, ignis, & ferrum, - sal⁹, lac, & panis similagineus, & mel, & botr⁹ vuæ, ³²
& oleũ, & vestimẽtũ. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis & peccatorib⁹ in ³³
mala cõuertentur. Sunt spiritus qui ad vindictã creati sunt, & in furore suo cõfirmauerunt tormẽta sua: in tẽpore cõ- ³⁴
summationis effundẽt virtutẽ: & furoré eius qui fecit illos, ¶cõfundẽt⁹. ¶Ignis, ³⁵
grando, ¶fames, & mors, omnia hæc ad ³⁶
vindictã creata sunt. bestiarũ dentes, & scorpij, & serpẽtes, & rõphæa vindicans ³⁷
in exterminiũ impios. In mãdatis eius ¶epulabuntur⁹, & super terrã in ¶necessitate⁹ præparabuntur, & in tẽporibus suis ³⁸
non præterient verbum. Propterea ab initio cõfirmatus sum, & ¶cõsiliatus sum, ³⁹
& cogitaui⁹, & * ¶scripta⁹ dimisi. ¶Omnia opera Dñi bona, & omne opus hora ⁴⁰
sua ¶subministrauit⁹. Nõ est dicere, Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni ⁴¹
corde & ore collaudate, & benedicite nomen Dñi.

CAP. XL.

OCcupatio magna creata est omnib. ¹
hominibus, & iugũ graue super filios Adã, à die exitus de vẽtre matris eorũ, vsq. in diẽ sepulturæ, in matrẽ omniũ. Cogitationes eorũ, & timores cor- ²
dis, adinuẽtio expectationis, & dies finitionis: ¶residẽtes⁹ super sedẽ gloriosam, ³
vsq. ad humiliatũ in terra & cinere: ab ⁴
eo qui vtitur hyacintho, & portat coronã, vsq. ad eum qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumult⁹, fluctuatio, & timor

mortis,

¶Ero. ¶ditur MS. -1 MS. G. Q a.

Genes. Mart. 17 Gen. 3.

¶plurio- MS. Rab. ¶ἐφθο- νία.

Gen. 3. 17 Ninuefan. Rab. G. Exod. 2 -7 MS. Rab Q. ¶piũ G. -G. Sap. 18 -a.

¶placabũt 1 MS. G. Isa. 40. 9 Ezec. 9. 2. Reg. 6. 5 Ioan. 14. 20 ¶Macedonas G. ¶necessitate MS. G q. G. ¶ἐς χρείαν ἐφεστῶτες ¶ἐφεστῶτες

¶in 2 MS. G. ¶scripsera G. Gen. 1. 31 ¶subministrabit 4 MS. Rab. R. G. ¶præsidẽte MS. R. ¶ἐφεστῶτε G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mortis, iracúdia perseuerãs, & cõtentio, & in tẽpore refectionis in cubili somn⁹ & ‖noctis⁹ immutat scientiã eius. Modicũ tanquã nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die ‖respectus⁹. Cõturbat⁹ est in visu cordis sui, tanquã qui euaserit in die belli. In tẽpore salutis suæ exsurrexit, & admirãs ad nullũ timorẽ cũ omni carne, ab homine vsq. ad pecus, & sup peccatores septuplum. ¶Ad hæc mors, sanguis, cõtentio, & rõphæa, oppressiões, fames, & cõtritio, & flagella: super iniquos creata sunt hæc oĩa, ¶& propter illos factus est cataclysmus. ¶Omnia enim⁹ quæ de terra sunt, in terrã cõuertentur, ¶& ‖oẽs aquæ⁹ in mare conuertentur.

Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in seculũ stabit. Substãtiæ iniustorũ sicut fluui⁹ ‖siccabũtur⁹, & sicut tonitruũ magnũ in pluuia ‖personabũt⁹. In aperiẽdo man⁹ suas, lætabit: sic præuaricatores in cõsummatione tabescẽt. Nepotes impiorũ nõ multiplicabũt ramos, & radices immũdæ super cacumẽ petræ ‖-sonãt⁹. Sup oẽm aquã viriditas, & ad orã fluminis ante omne fœnũ euelletur.

Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet.

¶Vita sibi sufficiẽtis operarij cõdulcabitur, & ‖in ea ‖inuenies⁹ thesaurũ. Filij, ‖ædificatio ciuitatis ‖cõfirmabit⁹ nomẽ, & sup ‖hãc⁹ mulier immaculata cõputabit.

Vinũ & musica lætificãt cor, & sup vtraq. dilectio sapiẽtiæ. ‖Tibiæ⁹ & psalteriũ suauẽ faciũt melodiã, & super vtraq. lingua suauis. Gratiã & speciẽ desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes. Amicus & sodalis in tẽpore cõueniẽtes, & super vtrosq. mulier cũ viro.

Fratres in adiutoriũ in tẽpore tribulationis, & sup eos misericordia liberabit.

Aurũ & argẽtũ ‖est cõstitutio pedũ⁹: & super vtrunq. cõsiliũ: beneplaciti⁹. Facultates & ‖virtutes⁹ exaltãt cor, & super hæc timor Dñi. Non est in timore Dñi minoratio, & nõ est in eo inquirere adiutoriũ. Timor Dñi sicut paradisus benedictionis, & super oẽm gloriã operuerũt illum. Fili, in tẽpore vitæ tuæ ne ‖indigeas⁹. melius est enim mori, quã ‖indigere⁹. Vir respiciẽs in mẽsam alienã, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animã suã cibis alienis. Vir autem disciplinatus, & erudit⁹ custodiet se. In ore ‖imprudẽtis⁹ ‖condulcabitur⁹ ‖inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habẽti in substãtiis suis: viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnib⁹, & adhuc valẽti accipere cibũ! O mors bonũ est iudiciũ tuũ homini indigẽti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili ‖qui perdit sapiẽtiã⁹. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ super vẽtura sunt tibi: hoc iudiciũ à Dño omni carni: & ‖quid superueniet tibi⁹ in beneplacito Altissimi? siue decẽ, siue cẽtum, siue mille anni. Nõ est enim in inferno accusatio vitæ. Filij abominationũ, sũt filij peccatorũ, & qui conuersantur secus domos impiorũ. Filiorũ peccatorũ periet hæreditas, & cũ semine illorũ assiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij, quoniã propter illum sunt in opprobrio.

Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legẽ Dñi altissimi. Et si nati fueritis, in ‖maledictione⁹ nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.

¶Oĩa quę de terra sunt, in terrã cõuertẽtur: sic impij à maledicto in pditionẽ.

Luct⁹ hominũ in corpore ipsorũ, nomẽ aũt impiorum delebitur. Curã habe de bono nomine: hoc enim magis pmanebit tibi, q̃ mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vitæ numer⁹ dierũ: bonũ aũt nomen permanebit in æuũ. Disciplinã in pace cõseruate filij. ¶sapiẽtia eñ abscõdita, & thesaurus ‖inuisus⁹, quæ vtilitas in vtrisq.? Melior est homo qui abscõdit stultitiã suã, quã homo qui abscõdit sapientiã suã. Veruntamen ‖reuertimini⁹ in his quæ procedunt de ore meo.

Non est enim bonũ oẽm ‖irreuerentiã⁹ obseruare: & nõ omnia omnib. bene placẽt in fide. Erubescite à patre & à matre de fornicatiõe: & à præsidẽte & à potẽte de mẽdacio: à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia: ‖-& ‖de⁹ loco in quo habitas: de furto, de veritate Dei, & testamẽto: de discubitu in panib⁹, & ab obfuscatiõe dati & accepti: à salutãtib. de silẽtio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersiõe vult⁹ cognati. ‖-Ne auertas faciẽ à ‖proximo tuo⁹, & ab auferẽdo partẽ, & nõ restituendo. ¶Ne respicias mulierẽ alienæ viri, & ne scruteris ancillã ei⁹, neq. steteris ad lectũ eius.

*Ab amicis de sermonib. improperij: & cũ dederis, ne improperes.

CAP. XLII.

NOn duplices sermonẽ audit⁹, de reuelatione sermonis abscõditi, & eris verè sine cõfusione, & inuenies gratiã in cõspectu omniũ hominũ: ne pro his omnibus cõfundaris. ¶& ne accipias personã, vt delinquas. De lege Altissimi, & testamẽto, & de iudicio iustificare impiũ, de verbo sociorũ & viatorũ, & de datione hæreditatis amicorũ, de æqualitate statéræ & ponderum, de acquisitione multorũ & paucorũ; de ‖corruptione⁹ emptionis & negotiatorũ, & de multa disciplina filiorũ, & seruo pessimo latus sanguinare. Sup mulierẽ nequã bonum est ‖signũ⁹. Vbi manus multæ sunt, claude: & quodcũq. trades, numera & appẽde: datũ verò, & acceptũ omne describe. De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicantur ab adolescentibus: &

‖ quæ superueniẽt tibi MS. R. Rab.
‖ qui superuenient tibi MS.
‖ quid superueniet 3 MS.
‖ quid renuis G.
‖ maledictionem G.
Sup. 40, 11.
Sup. 20, 32.
‖ occultus 3 MS. Rab.
‖ reuereremini 2 MS G.
‖ reuerentiam MS.
‖ verecundiam G.
-o.
‖ à 1 MS. G.
-G.
Mat. 5, 28.
* Caue MS q. R.
Leu. 19, 15. Deu. 1, 17. 16, 19. Pro. 24, 23. Iacobi 2, 2.
‖ correptione 10 MS. Q. n.
‖ σφραγίς

cris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eris eruditus in omnibus, & ꝓbabilis in cōſpectu omniū ‖virorū'. Filia ‖patris' abſcondita eſt, vigilia, & ſolicitudo eius aufert ſomnū, ne fortè in adoleſcētia ſua ‖adultera' efficiatur, & cū viro cōmorata odibilis fiat: nequādo polluatur in virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur: ne fortè cū viro commorata trāſgrediatur, aut certè ſterilis efficiatur.

‖Super filiā luxurioſam cōfirma cuſtodiā: nequādo faciat te in opprobriū venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & cōfundat te in multitudine populi. Omni homini noli intēdere in ſpecie: & in medio mulierū noli cōmorari. de veſtimētis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior eſt- enim' iniquitas viri, quā mulier benefaciēs, & mulier cōfundens in opprobriū. Memor ero igitur operum Dñi, & quæ vidi annuntiabo in ſermonibus Dñi opera eius. Sol illuminās per omnia reſpexit, & gloria Dñi plenū eſt opus eius.

Nónne Dñs fecit ſanctos enarrare oīa mirabilia ſua, quæ cōfirmauit Dñs omnipotēs ſtabiliri in gloria ſua? Abyſſum, & cor hominū inueſtigauit: & in aſtutia eorū excogitauit. Cognouit enim Dñs omnē ſcientiā, & inſpexit in ſignum ęui, annuntiās quæ prēterierūt & quæ ſuperuentura ſunt, reuelās veſtigia occultorū.

Nō prætерit illū omnis cogitatus, & nō abſcōdit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit: qui eſt ante ſeculū & vſq. in ſeculū, neq. adiectum eſt, neq. minuitur, & nō eget alicuius cōſilio. Quàm deſiderabilia omnia opera eius, & tanquā ‖ſcintilla' quæ eſt cōſiderare! Omnia hæc viuūt, & manēt in ſeculū, & in omni neceſsitate omnia obaudiūt ei. ‖Omnia duplicia, vnū cōtra vnū, & nō fecit quicquā deeſſe. Vniuſcuiuſq. cōfirmauit bona. Et quis ſatiabitur videns gloriā eius? CAP. XLIII.

ALtitudinis firmamētū pulchritudo ei⁹ eſt, ſpecies cæli in viſione gloriæ.

Sol in aſpectu annuntians in exitu, vas admirabile op⁹ excelſi. In meridiano exurit terrā, & in cōſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? Fornacē cuſtodiēs in operib. ardoris. tripliciter ſol exurēs mōtes, radios igneos exuſflās & refulgēs, radiis ſuis obcæcat oculos. Magnus Dñs qui fecit illū, & in ſermonib. eius feſtinauit iter. Et luna in omnib. in tēpore ſuo, oſtēſio tēporis, & ſignū æui. A luna ſignū diei feſti, luminare quod minuitur in cōſummatione. Mēſis ſecundū nomē eius eſt creſcēs mirabiliter in ‖cōſummatione'. vas caſtrorū in excelſis, in firmamēto cęli reſplēdēs- ‖glorioſe'. Species cæli gloria ſtellarū, ‖mundū' illuminās in excelſis ‖Dñs'. In verbis ‖ſanctis' ſtabūt ad iudiciū, & nō ‖deficiēt' in vigiliis ſuis.

‖Vide arcum, & benedic eum qui fecit illū: valde ſpecioſus eſt in ſplēdore ſuo.

Gyrauit cælū in circuitu gloriæ ſuæ, manus excelſi aperuerūt illū. Imperio ſuo accelerauit niuē, & accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. Propterea apti ſunt theſauri, & euolauerūt nebulæ ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit nubes, & cōfracti ſunt lapides grādinis. In cōſpectu eius cōmouebuntur montes, & in voluntate eius aſpirauit Notus. Vox tonitrui eius ‖verberauit' terrā, tēpeſtas aquilonis, & cōgregatio ſpirit⁹: -&' ſicut auis deponens ad ſedēdū, ‖aſpergit' niuē, & ſicut locuſta demergēs deſcēſus eius. Pulchritudinē cādoris eius admirabitur oculꝰ, & ſuper imbrē eius expaueſcit cor. Gelu ſicut ſalē ‖effundet' ſup terrā: & dū ‖gelauerit' fiet tāquā ‖cacumina' tribuli. Frigidus vētus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua, ſuper omnē cōgregationē aquarū requieſcet, & ſicut lorica induet ſe aquis. Et deuorabit mōtes, & exuret deſertū, & extinguet viride ſicut ‖ignē'. Medicina omniū in feſtinatione nebulæ: & ros obuiās ‖ab ardore' veniēti humilē efficiet eum'. In ſermone eius ſiluit vētus, & cogitatione ſua placauit abyſſum, & plātauit illū Dñs IESVS.

Qui nauigāt mare, enarrāt ‖pericula' eius: & audiētes auribus noſtris ‖admirabimur'. Illic præclara opera, & mirabilia: varia beſtiarū genera, & omniū pecorū, & creatura beluarū. Propter ipſum cōfirmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius cōpoſita ſunt omnia. Multa dicemus, & deficiemus in verbis; conſummatio autē ſermonū, ipſe eſt in omnib⁹.

Gloriātes ad quid valebim⁹? ipſe enim omnipotēs ſup omnia opera ſua. ‖Terribilis Dñs, & magnus vehemēter, & mirabilis potentia ipſius. Glorificantes Dñm quantumcūq. potueritis, ſuperualebit adhuc, -&' admirabilis' magnificētia eius'. Benedicentes Dñm, exaltate illum quantum poteſtis. maior enim eſt omni laude. Exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis: non enim ‖cōprehēdetis'. ‖Quis ‖videbit' eum, & enarrabit? & quis magnificabit eū ſicut eſt ab initio? Multa abſcondita ſunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius.

Omnia autē Dñs fecit, & piè agētibus dedit ſapientiā. CAP. XLIIII.

LAudemus viros glorioſos, & parētes noſtros ‖in generatione ſua'. Multam gloriam fecit Dñs magnificētia ſua à ſeculo. Dominātes in ‖poteſtatibus' ſuis homines magni virtute, & prudentia ſua prædити, -nuntiātes- in ꝓphetis ‖dignitatē' ꝓphetarū, & imperātes in ‖pſenti' populo, & virtute prudētiæ ‖populis' ſanctiſſima verba. In ‖peritia' ſua requirētes modos muſicos, & narrātes carmina ‖ſcripturarū'. Hoīes diuites in virtute pulchritudinis ſtudiū habētes: pacificātes in domib. ſuis. Oēs iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in

diebus

‖viuorū G. ‖patri G. ‖adulta Q.n.

Sup. 26, 15.

-MS. Rab. G.

‖conſummationem MS.R. -2 MS.G. ‖glorioſa MS.Rab. ‖mūdus G. ‖Domini G. ‖ſancti MS.R.G. ‖exardeſcēt 4 MS. Rab.G. Textus añt lectioni ſuffraganꝰ G q.

Gen. 9, 13.

‖ſcintillā MS.

Sup. 33, 15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diebus suis habétur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerũt nomen narrãdi laudes eorum: & sunt quorũ nõ est memoria: perierunt quasi qui nõ fuerint, & nati sunt quasi non nati, & filij ipsorum cũ ipsis. Sed illi viri misericordiæ sunt, quorũ ‖pietates nõ defuerunt': cum semine eorũ ‖permanent' bona, hæreditas ←sancta' ‖nepotes eorũ, & in testamentis stetit semẽ eorum': & filij eorũ propter illos vsq.in æternum manẽt: semẽ eorum & gloria eorũ non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomẽ eorum viuit in generationẽ & generationẽ. Sapientiã ipsorũ ‖narrent' populi, & laudem eorum ‖nuntiet' ecclesia.

‖Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gẽtibus pœnitentiã.

‖Noë inuẽtus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Ideò ‖dimissum est reliquum terræ', cùm factũ est diluuiũ. ‖Testamenta seculi posita sunt apud illũ, ne deleri possit diluuio omnis caro. ‖Abraham magnus pater multitudinis gentium, & nõ est inuentus similis illi in gloria, qui cõseruauit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo. ‖In carne eius stare fecit testamẽtum, & ‖in tentatione inuentus est fidelis. ‖Ideò iureiurãdo dedit illi ‖gloriam' in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulũ, & vt stellas exaltare semẽ eius, & hereditare illos à mari vsq.ad mare, & à flumine vsq.ad terminos terrę.

Et in Isaac eodem modo fecit propter Abrahã patrẽ eius. Benedictionẽ omniũ gentiũ ←dedit illi ←Dñs', & testamentum * confirmauit super caput Iacob.

Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatẽ, & diuisit illi partem in tribubus duodecim. ‖Et conseruauit illi homines misericordiæ, inuenientes' gratiam in oculis omnis carnis.

CAP. XLV.

‖Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Similẽ illũ fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illũ in conspectu regũ, & iussit illi corã populo suo, & ostẽdit illi gloriã suam. ‖In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illũ, & elegit eum ex omni carne. Audiuit ←enim' ←eum, &' vocem ipsius, & induxit illum in nubem. ‖Et dedit illi ‖cor ad præcepta', & legẽ vitæ & disciplinæ docere Iacob testamẽtũ suũ, & iudicia sua Israël. ‖Excelsum fecit Aaron fratrẽ eius, & similem sibi de tribu Leui: ‖statuit ei testamentũ ętернũ, & dedit illi sacerdotiũ gentis: & beatificauit illũ in gloria: ‖& circumcinxit eum zona ‖gloriæ', & induit eum stolam gloriæ, & coronauit eũ in vasis ‖virtutis'. ‖Circumpedes' & femoralia, & humerale ←‖posuit ei', & cinxit illũ tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitũ in incessu suo, auditum facere sonitum in tẽplo in memoriã filiis gẽtis suæ. ‖Stola sancta', auro, & hyacintho, & purpura, opus textile, viri sapientis, iudicio & veritate præditi: Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis in memoriã secundũ numerũ tribuũ Israël. Coronã aureã super mitram eius expressam signo sanctitatis: ←&' ‖gloria' honoris, & opus virtutis, desideria oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum nõ fuerũt talia vsq. ‖ad originẽ'. Nõ est indutus illa alienigena aliquis, sed tantùm filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tẽpus. Sacrificia ipsius ‖consumpta' sunt igne quotidie*. Cõpleuit Moyses manus eius, & vnxit illum oleo sancto. Factũ est illi in testamentũ ętернũ, & semini eius sicut dies cæli, fungi sacerdotio, & habere laudẽ, & glorificare populũ suum in nomine suo. Ipsum elegit ab omni viuẽte, offerre sacrificiũ Deo, incensum, & bonũ odorẽ, in memoriam placare pro populo suo: ←&' dedit ‖illis' in præceptis suis potestatẽ, in testamẽtis iudiciorum, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israël. ‖Quia contra illum steterũt alieni, & propter inuidiã circundederũt illũ homines in deserto, qui erãt cũ Dathã & Abiron, & congregatio Core in iracũdia. Vidit Dñs Deus, & nõ placuit illi, & cõsumpti sunt in impetu iracundiæ. Fecit illis mõstra, & cõsumpsit illos in flamma ignis. Et addidit Aaron gloriã, & dedit illi hæreditatẽ, & primitias frugũ terræ diuisit illi. Panẽ ‖←ipsis' in primis parauit in satietatẽ: nam & sacrificia Dñi edent, quę dedit illi, & semini eius. Cæterũ in terra ‖gentes' nõ hæreditabit, & pars nõ est illi in gente: ipse est enim pars eius, & hæreditas. ‖Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, *imitando eum in timore Dñi: & stare in reuerẽtia gẽtis: in bonitate & alacritate animæ suæ ‖placuit Deo' Israëli. Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorũ & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum. Et testamentũ Dauid regi filio Iessę de tribu Iuda, hæreditas ipsi & semini eius, vt daret sapientiã in cor nostrũ iudicare gentẽ suã in iustitia: ne abolerẽtur bona ipsorũ, & gloriã ipsorum in gentem eorum ętернam fecit.

CAP. XLVI.

Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in ‖prophetis', qui fuit magnus secundũ nomẽ suũ, ←‖maximus' in ‖salutẽ' electorũ Dei, expugnare insurgentes hostes, vt cõsequeretur hęreditatẽ Israël.

Quã gloriã adeptus est in tollẽdo manus suas, & iactãdo contra ciuitates rom-

* 20. ‖corã præcepta 3 MS.G. Ex.4,14. Ex.28,1. & 26. ‖iustitiæ MS. Pro Textu G. *faciunt*.

‖ἰσχύος. ‖Circumpediles MS. ‖impositit ei MS. ←G. ‖Stolam sanctam MS.Rab. ←MS.R. G. ‖gloriam MS. ‖ad orientem MS. ‖seculum G. ‖consummata MS. R. *bis* G. Lev.8,12. ←6 MS.G. ‖illi 3 MS. R.Rab.G. Num.16,1. 26,9. ‖ipsius MS R.Rab. ←G. ‖gens MS. ‖gentis G. Num.25,7. 1 Ma.2,54. *in Rab. G. ‖placauit pro G. ‖prophetiis G. ←G. ‖salute MS. G.

phæas?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

percussit MS q Rab Ios 10, 13.
An MS.
potentis 1 MS G. Num 14,6.
confringere Rab.
compescere G.
perstringere MS. Nu 14,14. Ios 14,11.
& G.
fit G q.
permanente MS. R. Rab.
Dominus 4 MS G.
potentem Rab G.
immolati MS.
Lactentis G. 1 Reg. 7,10 1 Re. 12,3. 1 Re. 28,17
hoc 3 MS Rab G.
hunc 1 MS G q. 2 Re. 11,1.
MS G.
*iuuaris Rabæn.
a saluari G. 1 Re. 17,34 2 Re. 17,49
nam MS. G.
potentiem MS.
altissimum G. 2 Reg. 18,7
1 MS. Rab G.

phræas? Quis ante illũ sic restitit? Nam 4
hostes ipse Dñs perduxit': ¶Aut'nõ in 5
iracundia eius impeditus est Sol, & vna
dies facta est quasi duo? Inuocauit Al- 6
tissimũ potentẽ in oppugnãdo inimicos
vndique, & audiuit illũ magn⁹ & sanctus
Deus in saxis grãdinis virtutis valde for-
tis. Impetũ fecit cõtra gentẽ hostilẽ, & 7
in descensu perdidit contrarios, vt co- 8
gnoscãt gentes potentiã eius, quia contra
Deũ pugnare nõ est facile. Et secut⁹ est 9
à tergo potentes', ¶& in dieb. Moysi mi-
sericordiam fecit ipse & Caleb filius Ie-
phone, stãre cõtra hostẽ, & prohibere gẽ-
tem à peccatis, & perfringere murmur
malitiæ. ¶Et ipsi duo constituti, à peri- 10
culo liberati sunt à numero sexcentorum
millũ peditũ, inducere illos in hæredita-
tem, in terrã quæ manat lac & mel. ¶Et 11
dedit Dñs ipsi Caleb fortitudinẽ, & vsq.
in senectutẽ permãsit illi virtus, vt ascẽ-
deret in excelsum terræ locum, & semen
ipsius obtinuit hæreditatem: vt viderẽt 12
omnes filij Israël quia bonũ est obsequi
sancto Deo. Et iudices singuli suo no- 13
mine, quorũ nõ est corruptũ cor, qui non
auersi sunt à Dño, vt sit' memoria il- 14
lorũ in benedictione, & ossa eorum pul- 15
lulẽt de loco suo, & nomen eorũ perma-
neat in æternũ, permanẽs' ad filios illo-
rũ sanctorũ virorũ gloria. Dilect⁹ à Dño 16
Deo suo Samuel propheta Dñi, renouauit
imperiũ, & vnxit principes in gente sua.
In lege Dñi congregationẽ iudicauit, & 17
vidit Deũ Iacob, & in fide sua probatus
est propheta. Et cognitus est in verbis 18
suis fidelis, quia vidit Deũ lucis, & in- 19
uocauit Dñm omnipotentem', in oppu-
gnãdo hostes circũstantes vndiq;, in ob-
latione viri inuiolati'. ¶Et intonuit de 20
cælo Dñs, & in sonitu magno auditã fecit
vocẽ suã, & cõtriuit principes Tyriorũ, 21
& oẽs duces Philisthiim: ¶Et ante tẽpus 22
finis vitæ suæ & seculi, testimonũ præ-
buit in cõspectu Dñi, & Christi, pecunias
& vsq. ad calciamẽta ab omni carne non
accepit, & nõ accusauit illũ homo. ¶Et 23
post hoc dormiuit, & notum fecit regi, &
ostẽdit illi finẽ vitæ suæ, & exaltauit vo-
cẽ eius de terra in prophetia delere im-
pietatem gentis. CAP. XLVII.
POst hæc' ¶surrexit Nathan propheta 1
in dieb. Dauid. Et' quasi adeps separatus 2
à carne', sic Dauid a filiis Israël.
¶Cũ leonibus lusit quasi cũ agnis: & in 3
vrsis similiter fecit sicut in agnis ouũ in
iuuentute sua. ¶Nũquid nõ occidit gigã- 4
tẽ, & abstulit opprobriũ de gẽte? In tol- 5
lendo manũ in saxo fundæ deiecit exul-
tationem Goliæ, vbi' inuocauit Dñm 6
omnipotentem', & dedit in dextera eius
tollere hominẽ fortẽ in bello, & exaltare
cornu gentis suæ. Sic in decẽ millibus
glorificauit eũ, & laudauit eũ in benedi- 7
ctionibus Dñi, in offerendo illi coronam
gloriæ. cõtriuit enim' inimicos vndiq;, 8

& extirpauit Philisthiim contrarios vsq
in hodiernũ diẽ: contriuit cornu ipsorum
9 vsq. in æternũ. In omni opere dedit cõ-
fessionem Sancto, & Excelso in verbo
10 gloriæ. De omni corde suo laudauit Do-
minũ, & dilexit Deũ qui fecit illũ, & de-
11 dit illi cõtra inimicos potẽtiam: & sta-
re fecit cantores contra altare, & in sono
12 eorũ dulces fecit modos. Et dedit in ce-
lebrationibus decus, & ornauit tempora
vsq. ad cõsummationẽ vitæ, vt laudarent
nomen sanctũ Dñi, & amplificarent ma-
13 nè Dei sanctitatem. ¶Christus' purga-
uit peccata ipsius, & exaltauit in æternũ
cornu eius: & dedit illi testamentum re-
14 gũ', & sedẽ gloriæ in Israël. Post ipsum
surrexit filius sensatus, & propter illum
deiecit omnem potentiã inimicorum'.
15 ¶Salomon imperauit in diebus pacis,
cui subiecit Deus omnes hostes, vt con-
deret domum in nomine suo, & pararet
sanctitatẽ in sempiternũ, quemadmodũ
16 eruditus est' in iuuentute sua. ¶Et im-
plet' est' quasi flumẽ sapiẽtia, & terram
17 retexit anima sua'. Et replesti in com-
parationibus ænigmata: ad insulas longè
diuulgatũ est nomen tuum, & dilectus es
18 in pace tua. In cãtilenis & prouerbiis, &
cõparationibus, & interpretationib. mi-
19 ratæ sunt terræ, & in nomine Domini
20 Dei, cui est cognomẽ, Dei Israël. ¶Col-
legisti' quasi aurichalcũ aurũ, & vt plum-
21 bum cõplesti argẽtum, & inclinasti fe-
mora tua mulieribus. Potestatem habui-
22 sti in corpore tuo: dedisti maculã in glo-
ria tua, & prophanasti semẽ tuũ, induce-
re iracundiã ad liberos tuos, & in cæte-
23 ris' stultitiã tuam, vt faceres imperium
bipartitum, & ex Ephraim imperare im-
24 periũ durum. Deus autem non derelin-
quet misericordiam suam, & non cor-
rumper, nec delebit opera sua, neq; perdet
à stirpe nepotes electi sui: & semen eius
25 qui diligit Dñm, non corrumpet. Dedit
autẽ reliquũ Iacob, & Dauid' de ipsa stir-
26 pe. Et sic habuit Salomon cum patri-
27 bus suis. Et dereliquit post se, de semi-
28 ne suo, gẽtis stultitiam, & imminutum
à prudentia, Roboam, qui auertit gentem
29 consilio suo: & Ieroboam filium Na-
bat, qui peccare fecit Israël, & dedit viam
peccãdi Ephraim, & plurima redũdaue-
30 runt peccata ipsorum. Valde auerterunt
31 illos à terra sua. Et quæsiuit omnes ne-
quitias, vsq. dum perueniret ad illos de-
fensio, & ab omnibus peccatis libera-
uit eos. CAP. XLVIII.
1 ET surrexit ¶Elias ꝓpheta, quasi ignis,
& verbũ ipsi⁹ quasi facula' ardebat.
2 Qui induxit in illos famẽ, & imitãtes'
illum inuidia sua', pauci facti sunt: non
enim poterant sustinere præcepta Dñi.
3 Verbo Dñi continuit cælũ, & deiecit
4 à se ignem terræ'. Sic amplificatus est
Elias in mirabilib. suis'. Et quis potest
5 similiter sic' gloriari tibi? ¶Qui iustu-

Iusti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

listi mortuũ ab inferis, de sorte mortis, in
verbo Dñi Dei. Qui deiecisti reges ad 6
pernicié, ← & cõfregisti facilè potentiam
ipsorum', & glorioſos [a]de lecto' suo. Qui 7
audis in Sina iudicium, & in Horeb iu-
dicia defensionis. ¶ Qui vngis reges ad 8
[a]pœnitentiã', & prophetas ← facis' succes-
sores post te. ¶ Qui receptus es in turbi- 9
ne ignis in curru equorũ igneorum. Qui 10
[a]inscriptus' es in [a]indiciis' tẽporum leni-
re iracundiam Dñi: ¶ conciliare cor patris
ad filiũ, & restituere tribus Iacob. Beati 11
sunt qui te viderũt, & in amicitia tua de-
corati sunt. nã nos vita viuimus tãtùm, 12
post mortẽ autẽ non erit tale nomen no-
strum. ¶ Elias ← [a]qui' in turbine tectus
est, & in Eliseo cõpletus est spiritus eius:
in dieb. suis non pertimuit principem, &
potẽtia nemo vicit illũ. ¶ nec superauit 14
illũ verbũ aliquod, & mortuũ prophetа-
uit corpus eius. In vita sua fecit mõstra, 15
& in morte mirabilia operatus est. In 16
omnib. istis nõ pœnituit populus, & non
recesserunt à peccatis suis vsq. dum eiecti
sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnẽ
terrã. & relicta est gẽs perpauca, & prin- 17
ceps in domo Dauid. Quidã ipsorũ fe- 18
cerunt quod placeret Deo: alij aũt multa
cõmiserunt peccata. ¶ Ezechias muniuit 19
ciuitatẽ suã, & induxit in medium ipsius
aquã, & fodit ferro rupẽ, & ædificauit [a]ad
aquã puteum'. ¶ In diebus ipsius ascen- 20
dit Sennacherib, & misit Rabsacen, &
sustulit manum suã ← cõtra illos, & extu-
lit manũ suã' in Sion, & superbus factus
est potẽtia sua. Tunc mota sunt corda, 21
& manus ipsorũ: & doluerunt quasi par-
turiẽtes mulieres. Et inuocauerunt Do- 22
minum misericordẽ, & expãdentes ma-
nus suas, extulerunt ad cælum: & sanctus
Dñs Deus audiuit citò vocem ipsorum.
[a]Non est cõmemoratus peccatorum il- 23
lorum, neq. dedit illos inimicis suis, sed
purgauit' eos in manu Isaiæ sancti pro-
phetæ. ¶ Deiecit castra Assyriorum, & 24
contriuit illos angelus Dñi. nam fecit 25
Ezechias quod placuit Deo, & fortiter
uit in via Dauid patris sui, quã mãdauit
illi Isaias propheta magnus, & fidelis in
cõspectu Dei ¶ In dieb. ipsi[a] retrò redit 26
Sol, & addidit regi vitã. Spiritu magno 27
vidit vltima, & consolatus est lugentes in
Sion, [a]vsq. in sempiternũ. Ostendit' fu- 28
tura & absconditа antequam euenirent.

CAP. XLIX.

MEmoria ¶ Iosiæ in [a] compositione' 1
odoris facta *opus pigmentarij. In 2
omni ore quasi mel indulcabitur ei[a] me-
moria, & vt musica in cõuiuio vini. Ipse 3
est directus diuinitus in [a]pœnitẽtia' gen-
tis, & tulit [a]abominationes' impietatis.
¶ Et gubernauit ad Dñm cor [a]ipsius', & 4
in diebus [a]peccatorum' corroborauit pie-
tatem. Præter Dauid, & Ezechiã, & Io- 5
siam, omnes peccatũ cõmiserunt: nam 6
reliquerunt legẽ Altissimi reges Iuda, *&
7 cõtempserunt timorem Dei. Dederunt
← enim' regnũ suum aliis, & gloriã suam
8 [a]alienigenæ' genti. ¶ Incenderunt electã
sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt
9 vias ipsius ¶ in manu Ieremiæ. Nã malè
tractauerunt illum, ¶ qui à ventre matris
cõsecratus est propheta, euertere, & eruе-
re, & perdere, & iterũ ædificare, & reno-
10 uare. ¶ Ezechiel, qui vidit conspectum
gloriæ, quã ostendit illi in curru Cheru-
11 bim. Nam cõmemoratus est inimicorũ
in imbre, *benefacere illis qui ostẽderũt
12 rectas vias. Et duodecim prophetarum
ossa pullulent de loco suo. nam corrobo-
rauerunt Iacob, & redemerunt se in fide
13 virtutis. Quomodo amplificemus ¶ Zo-
robabel? nã & ipse quasi [a]signum' in de-
14 xtera manu ← Israël': ¶ Et Iesum filium
Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt
domũ, & exaltauerũt templum sanctum
Dño, paratum in gloriam sempiternam.
15 ¶ Et Nehemias in memoria multi tẽ-
poris, qui erexit nobis muros euersos, &
stare fecit portas & seras, qui erexit do-
16 mos nostras. ¶ Nemo natus est in terra
qualis Henoch. nam & ipse receptus est à
17 terra. ¶ Et Ioseph, qui natus est homo,
princeps fratrũ, ← firmamentũ gentis, re-
18 ctor fratrũ', stabilimentũ populi: & ossa
ipsius visitata sunt, & post mortẽ prophe
19 tauerũt. ¶ Seth & ¶ Sem apud homines
gloriã adepti sunt: &, super omnẽ animã,
in origine, Adam.

CAP. L.

1 SImon ¶ Oniæ filius, sacerdos magnus,
qui in vita sua suffulsit domum, & in
2 diebus suis corroborauit tẽplum. Tem-
pli etiã altitudo ab ipso fundata est, du-
plex ædificatio & excelsi parietes templi.
3 In dieb. ipsius [a]emanauerũt' putei aqua-
rum, & quasi mare adimpleti sunt supra
4 modũ. Qui curauit gentẽ suã, & libera-
5 uit eã à perditione. Qui prævaluit am-
plificare ciuitatẽ, qui adeptus est gloriam
in cõuersatione gẽtis: [a]& ingressum' do-
6 mus [a]& atrij [a]amplificauit'. Quasi stella
matutina in medio nebulæ, & quasi luna
7 plena in dieb. suis lucet. Et quasi Sol re-
8 fulgẽs, sic ille effulsit in tẽplo Dei. Quasi
arcus refulgens inter nebulas gloriæ, &
quasi flos rosarũ in dieb. vernis, & quasi
lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi
9 thus redolẽs in dieb. æstatis. Quasi ignis
10 effulgẽs, & thus ardẽs in igne. Quasi vas
auri solidũ, ornatũ omni lapide pretioso.
11 Quasi oliua pullulans, & cypressus in
altitudinẽ se extollẽs, in accipiẽdo ipsum
stolam gloriæ, & vestiri eum cõsumma-
12 tione virtutis. In ascensu altaris sancti,
13 gloriã dedit sanctitatis amictum. In ac-
cipiendo autem partes de manu sacerdo-
14 tum, & ipse stans iuxta aram. Circa il-
lum corona fratrum: ← & [a]quasi plantatio
cedri in mõte Libano, sic circa illum ste-
terunt quasi rami palmæ, & omnes filij
15 Aaron in gloria sua. Oblatio autẽ Dñi
in manibus ipsorũ, corã omni synagoga

[a]Isaël;

---

1 MS. G. Q n. [a]Alienæ MS. Rab. G. 4 Reg. 25, 9 Ier. 1, 15. Ier. 1, 5. Exec. 1, 4.

[a]& 5 MS. Rab. G. Q n.

Aggæ. 2, 24 1 Esdr. 3, 2 Ἰησοῦ-γίς. G. 3 Esdr. 5, 5 Zach. 3, 1. Nehe. 2, 17. 7, 1. Sup. 44, 16. Ge. 41, 40. 42, 3. 45, 5, 50, 20.

1 MS. G. Gen. 4, 25. 5, 32.

1 Mac. 12, 6 2 Mach. 3. & 4.

[a]remanauerunt MS Rab. [a]diminuti sunt G. [a]& in ingressu MS. Rab [a]in egressu G. [a]velamenti G. [a]amplificatus est MS. Rab.

3 MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Israël, & cōsummationē fungens in ara, amplificare oblationē excelsi regis porrexit manum suā in libatione, & libauit de sanguine vuæ. Effudit in fundamēto altaris odorē diuinum excelso principi.

Tunc exclamauerūt filij Aarō, in tubis ductilib. sonuerūt, & auditā fecerunt vocē magnā in memoriā corā Deo. Tūc omnis popul' simul properauerūt, & ceciderūt in faciē super terrā, adorare Dñm Deū suū, & dare preces omnipotēti Deo excelso. Et amplificauerūt psallētes' in vocib. suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. Et rogauit populus Dñm excelsum in prece, vsquedū perfectus est honor Dñi, & munus suum perfecerūt. Tunc descendēs, manus suas extulit in omnē congregationē filiorum Israël dare gloriā Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari: & iterauit orationē suā, volēs ostendere virtutem Dei.

Et plus orauit' Deū omniū, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à vētre matris nostræ, & fecit nobiscum secundū suā misericordiā: det nobis iucunditatē cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israël per dies sempiternos:

credere Israël nobiscū esse Dei misericordiā, vt liberet nos in dieb. suis. Duas gentes odit anima mea; tertia aūt nō est gens — quā oderim': qui sedēt in monte Seir, & Philisthiim: & stultus populus qui habitat in Sichimis. Doctrinā sapiētiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiā de corde suo. Beat' qui in istis versatus bonis. q ponit' illa in corde suo, sapiēs erit semp. Si enim hęc fecerit, ad oīa valebit: quia lux Dei, vestigiū ei' est.

Oratio Iesu filij Sirach.

CAP. LI.

CONfitebor tibi Dñe rex, & collaudabo te Deū saluatorē meū. Cōfitebor nomini tuo: quoniā adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meū à petitione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operātium mēdaciū, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor.

Et liberasti me secundū multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escā; de manib. quærentiū animā meā, & de portis tribulationum' quæ circundederunt me: à pressura flāmæ, quæ circūdedit me, & in medio ignis nō sum æstuatus. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & à verbo mēdacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit vsq. ad mortē anima mea Dñm, & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circūdederunt me vndiq., & nō erat qui adiuuaret. Respiciēs erā ad adiutorū hominū, & nō erat.

Memorat' sum misericordiæ tuæ Dñe, & cooperationis' tuæ quę à seculo sunt': quoniā eruis sustinētes te Dñe, & liberas eos de manib. gētium. Exaltasti super terrā habitationē meā, & pro morte defluēte deprecatus sum. Inuocaui Dñm patrē Dñi mei, vt nō derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tēpore superborū sine adiutorio. Laudabo nomē tuū assiduè, & collaudabo illud in cōfessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de pditione, & eripuisti me de tēpore iniquo. Propterea cōfitebor, & laudē dicā tibi, & benedicam nomini Dñi'.

Cū adhuc iunior sum, priusquā oberrarē, quæsiui sapientiā palàm in oratione mea. Ante tempus' postulabā pro illa, & vsq. in nouissimis inquirā eā, & florebit' tanquā præcox vua. Lætatum'est cor meū in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iuuētute mea inuestigabā eam. Inclinaui modicè aurē meā, & excepi illam. Multā inueni in meipso sapiētiā, & multū profeci in ea. Danti mihi sapientiā, dabo gloriā. Cōsiliatus sum enim vt facerē illā: zelatus sum bonum, & nō cōfundar. Colluctata est anima mea in illa, & in faciēdo eā confirmatus sum. Manus meas extendi in altū, & in sapientia eius luxit anima mea', & ignorātias meas illuminauit'. Animā meā' direxi ad illā, & in agnitione inueni eā. Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc nō derelinquar. Vēter meus cōturbatus est quærēdo illā: propterea bonam possidebo possessionē. Dedit enim mihi Dñs linguā mercedem meā: & in ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & cōgregate vos in domū disciplinæ. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehemēter.

Aperui os meū, & locutus sum, Cōparate vobis sine argento*, & collū vestrū subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinā. in proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris quia modicum laboraui, & inueni mihi multā requiem. Assumite disciplinam in multo numero argēti, & copiosum aurum possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius', & non confundemini in laude ipsius'. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

PROPHETIA ISAIAE.

CAP. I.

VISIO Isaiæ filij Amos, quā vidit super Iudā & Ierusalem in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda. Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniā Dñs locutus est, Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autē spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui: Israël autē me' non cognouit, & populus meus nō intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filiis sceleratis.

dere-

¶ consummatione MS. R.

¶ Dñō MS. G. Pro Texto faciunt Rab. & G.

¶ tempus MS. G.

¶ Et delorauit Rab. ¶ defluebit tanquam præcoqua vua: lætatum, &c. 1 MS.

¶ Ex fore tanquam matutinę- sic mulcatum G.

¶ & in misericordia eius 2 MS. Q. n.

¶ ponet 2 MS.

¶ operationis MS. G. ¶ est MS. Rab. G q.

¶ multis tribulationibus MS. G.

¶ nūc orate 1 MS. G.

* Rabān. G.

* sapientiā MS. Rab. Textum autem consentit G.

* 5 MS. Hier. H. Legitur autem in editionibus G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dereliquerũt Dñm, blasphemauerũt sanctũ Israël, abalienati sũt retrorsum. Super quo percutiã vos vltrà, addẽtes præuaricationẽ? omne caput lãguidũ, & omne cor mœrẽs. A plãta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas. vulnus, & liuor, & plaga tumens: nõ est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

¶ Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succensæ igni: regionẽ vestrã corã vobis alieni deuorãt: & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Siõ vt vmbraculũ in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. ¶ Nisi Dñs exercituũ reliquisset nobis semẽ, ¶ quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Audite verbum Dñi principes Sodomorum, percipite auribus legẽ Dei nostri populus Gomorrhæ. ¶ Quò mihi multitudinem victimarũ vestrarum, dicit Dñs? *plenus sum holocausta arietũ & adipẽ pinguiũ, & sanguinẽ vitulorũ & agnorum & hircorum nolui. Cũ veniretis' ante cõspectũ meũ, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis? ne afferatis' vltrà sacrificiũ frustra: incẽsum abominatio est mihi. Neomeniã, & sabbatũ, & festiuitates alias nõ ferã, iniqui sunt cœtus vestri: calẽdas vestras, & solẽnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinẽs. Et cũ extẽderitis manus vestras, auertã oculos meos à vobis: & cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã. ¶ man' enim' vestræ sanguine plenæ sunt. ¶ Lauamini, mũdi estote, auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis; quiescite agere perssẽ, discite benefacere: quarite iudicũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defẽdite viduã. Et venite, & arguite me, dicit Domin': si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana *alba' erũt. Si volueritis, & audieritis *me', bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracũdiã prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Dñi locutũ est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nũc autẽ homicidæ. Argentum tuũ versum est in scoriã: vinũ tuum missũ est aqua. Principes tui *infideles', socij furũ. oẽs diligunt munera, sequũtur retributiones. ¶ Pupillo non iudicant: & causa viduæ nõ ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dñs Deus exercituum fortis Israël, Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriã tuã, & auferã omne stannum tuũ. Et restituã iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eã in iustitia: & conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerũt Dñm, cõsumẽtur. Cõfundentur enim ab idolis quibus sacrificauerũt: & erubescetis super hortis quos elegeratis, cũ fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat.

CAP. II.

VErbũ quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem. ¶ Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Dñi in vertice montiũ, & eleuabitur super colles: & fluent ad eũ omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicẽt, Venite & ascẽdamus ad mõtẽ Dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbũ Dñi de Ierusalẽ. Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & cõflabũt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentẽ gladium, nec exercebuntur vltrà ad prœlium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Proiecisti enim populũ tuum domum Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt. *Repleta est terra * argẽto & auro: & nõ est finis thesaurorũ eius: & repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idolis: opus manuũ suarũ adorauerunt, quod fecerũt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Dñi, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorũ: exaltabitur aũt Dñs solus in die illa. Quia dies Dñi exercituũ super omnẽ superbũ & excelsum, & super omnẽ arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan. Et super oẽs montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. Et super omnẽ turrim excelsam, & super omnem murum munitum: Et super omnes naues Thar sis, & super omne quod visu pulchrum est. Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorũ: & eleuabitur Dñs solus in die illa. Et idõla penitus conterentur. ¶ & introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Dñi, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. In die illa proiiciet homo idõla argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Dñi, & à gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terrã. Quiescite ergo ab homine

Mich. 4, 1.

*Et 2 MS. Hier. H. C. *nam G. *eius R. H. *eorum C. G.

Osee 10, 8. Luc. 23, 30. Apoc. 9, 17.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cuius spiritus in naribꝰ eius est: quia excelsus reputatus est ipse. CAP. III.

1 ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalé & à Iuda validũ & fortẽ, omne robur panis, & omne robur aquæ: 2 fortem, & virum bellatorem, iudicẽ, & prophetã, & ariolum, & senem: 3 Principẽ super quinquaginta, & honorabilẽ vultu, & cõsiliariũ, & sapiẽtem de architectis, & prudentem eloquij mystici. 4 Et dabo pueros principes eorũ, & effœminati dominabuntur eis. 5 Et irruet populus, vir ad virũ, & vnusquisq. ad proximũ suũ: tumultuabitur puer cõtra senẽ, & ignobilis contra nobilẽ. 6 Apprehẽdet enim vir fratrem suũ domesticum patris sui, *Vestimẽtũ tibi est, princeps esto noster, ruina aũt hæc sub manu tua. 7 ꝟRespondebit' in die illa, dicẽs, Non sum medicus, & in domo mea nõ est panis, neq. vestimentum: nolite constituere me principem populi. 8 Ruit enim Ierusalem, & Iudas cõcidit: quia lingua eorũ & adinuẽtiones eorũ cõtra Dñm, vt prouocarẽt oculos maiestatis eius. 9 Agnitio vultus eorũ respondit eis: & peccatũ suũ quasi Sodoma prædicauerũt, nec abscõderunt. væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. 10 Dicite iusto quoniam bene, quoniã fructum adinuentionũ suarum comedet. 11 Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. 12 populum meũ exactores sui spoliauerũt, & mulieres dominatę sunt eis. Populeꝰ, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viã gressuum tuorũ dissipant. 13 ‖Stat ad iudicandum Dñs, & stat ad iudicandos populos. 14 Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineã*, & rapina pauperis in domo vestra. 15 Quare atteritis populũ meũ, & facies pauperũ cõmolitis, dicit Dñs Deus exercituũ? 16 Et dixit Dñs, Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerũt extẽto collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebãt; ambulabant, & pedibus suis cõpositogradu incedebãt: 17 Decaluabit Dñs verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. 18 In die illa auferet Dñs ornamentũ calceamẽtorũ, & lunulas, 19 & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, 20 & annulos, & gemmas 21 in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, 22 & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. 23 Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitiũ, & pro fascia pectorali ciliciũ. 24 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prœlio. 25 Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. 26

CAP. IIII.

1 ET apprehendent septẽ mulieres virũ vnum in die illa, dicentes, Panẽ nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantũmodo inuocetur nomẽ tuum super nos, aufer opprobriũ nostrũ.
2 In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint
3 de Israël. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est
4 in vita in Ierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spi-
5 ritu iudicij & spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum Montis Siõ, & vbi inuocatus est, nubẽ per diem, & fumum & splendorẽ ignis flammantis in nocte. super omnem enim gloriam
6 protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.

CAP. V.

1 CAntabo dilecto meo canticũ patruelis mei vineæ suæ: ‖ Vinea facta est
2 dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electã, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. 3 Nunc ergo habitatores Ierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me & vineã meã.
4 Quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui vt
5 faceret vuas, & fecit labruscas? Et nunc ostendã vobis quid ego faciã vineę meę, Auferam sepẽ eius, & erit in direptionẽ: dirua maceriã ei, & erit in cõculcationẽ.
6 ‖Et ponã eam desertam: nõ putabitur, & nõ fodietur: & ascendẽt *vepres & spinæ: & nubibus mandabo ne pluant super
7 eã imbrẽ. Vinea enim Dñi exercituũ, domus Israël est: & viri Iuda, germẽ eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiã, & ecce
8 clamor. Væ, qui coniungitis domũ ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminũ loci. nunquid habitabitis vos
9 soli in medio terræ? In auribus meis sunt ꝟhæc, dicit Dominus exercituum', Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes & pulchræ, absque habitatore. Decẽ
10 enim iugera vinearũ facient lagunculam vnam, & triginta modij sementis facient
11 modios tres. Væ, qui cõsurgitis manè ad ebrietatem sectandã, & potandũ vsq. ad
12 vesperam, vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanũ, & tibia, & vinũ in cõuiuiis vestris: & opus Dñi nõ respicitis, nec opera manuum eius consideratis
13 Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiã, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius
14 siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suã, & aperuit os suũ absq. vllo termino: & descẽdẽt fortes eius, & populus eius, & sublimes glorioſiq. eius ad eũ.
15 Et incuruabitur homo, & humiliabitur

vir,

*meam MS. Hier. G.C. Verùm, & R. & H. omittitur.

*dicens, MS.G.C. Verùm, in H. non exprimitur. ꝟRespondebitque MS.R. Hier.G. At ab H. & C. coniunctio nõ additur.

Apoc.1,7.

Sup.1,7. *fugere eã MS. Hier. R.G. Verùm H. non additur.

ꝟhæc hominis exercituum MS Hier. Q.s.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vir, & oculi sublimium deprimẽtur. Et exaltabitur Dñs exercituũ in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. 16

Et pascentur agni iuxta ordinẽ suum, & deserta in hubertatem versa aduenæ comedent. Væ, qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ plaustri peccatum. Qui dicitis, Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israël, & sciemus illud. Væ, q̃ dicitis malum bonũ, & bonũ malum: ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: ponentes amarũ in dulce, & dulce in amarũ. ‖ Væ, qui sapiẽtes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Væ, qui potentes estis ad bibẽdum vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. Qui iustificatis impiũ pro muneribus, & iustitiã iusti auferetis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulã lingua ignis, & calor flãmæ exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascẽdet. Abiecerunt enim legẽ Dñi exercituũ, & eloquiũ sancti Israël blasphemauerunt.

Ideo iratus est furor Domini in populũ suum, & extẽdit manũ suam super eum, & percussit eum: & cõturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearũ. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet. Non est deficiẽs, neq. laborãs in eo: nõ dormitabit, neq. dormiet, neq. soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorũ eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonũ: & frẽdet, & tenebit prædã, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

Isa. 3,7. 5,12,16.

CAP. VI.

IN anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dñm sedentẽ super soliũ excelsum & eleuatũ: * & ea quæ sub ipso erant replebãt templum. Seraphim stabãt super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabãt faciẽ eius, & duab. velabãt pedes eius, & duabus volabant. Et ‖ clamabãt' alter ad alterũ, & ‖ dicebãt', ‖ Sãctus sanctus sanctus Dñs-Deus' exercituũ, plena est oĩs terra gloria eius. Et cõmota sunt superliminaria cardinũ à voce clamãtis, & domus repleta est fumo. Et dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito, & regẽ Dñm exercituũ vidi oculis meis. Et volauit ad me vn' de Seraphim, & in manu ei' calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, & dixit, Ecce ‖ tetigi' hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatũ tuũ mũdabitur. Et audiui vocẽ Dñi dicẽtis, Quẽ mittã? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Et dixit, Vade, & dices populo huic, ‖ Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: & oculos ei' claude: ne fortè videat oculis suis, & aurib. suis audiat, & corde suo intelligat, & cõuertatur, & sanẽ eũ. Et dixi, Vsquequo Dñe? Et dixit, Donec desolẽtur ciuitates absq. habitatore, & domus sine homine: & terra relinquet̃ deserta. Et lõgè faciet Dñs hoĩes, & multiplicabit̃ quę derelicta fuerat in medio terræ. Et adhuc in ea decimatio, & cõuertetur, & erit in ostensionẽ sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expãdit ramos suos: semẽ sanctũ erit id quod steterit in ea.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

‖ tetigit 3 MS. R. H. G.

Mat. 13,14. Mar. 4,12. Luc. 8,10. Ioh. 12,40. Act. 28,26. Rom. 11,8.

CAP. VII.

ET factũ est in diebus Achaz filij Ioathã, filij Oziæ regis Iuda, ascẽdit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israël, in Ierusalẽ, ad prœliãdũ cõtra eã: & nõ potuerũt debellare eã. Et nuntiauerũt domui Dauid, dicẽtes, Requieuit Syria super Ephraim, & cõmotũ est cor eius, & cor populi eius: sicut mouẽtur ligna syluarũ a facie venti. Et dixit Dñs ad Isaiã, Egredere in occursũ Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremũ aquæ ductus piscinæ superioris in via Agri-fullonis. Et dices ad eũ, Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionũ fumigãtiũ istorũ in ira furoris Rasin ‖ regis' Syriæ, & filij Romeliæ: eo quòd consilium inierit cõtra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes, Ascẽdamus ad Iudã, & suscitemus eũ, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiũ Tabeel. Hæc dicit Dñs Deus, Non stabit, & nõ erit istud: sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinq. anni, & desinet Ephraim esse popul': & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si nõ credideritis, nõ permanebitis.

Et adiecit Dñs loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi signũ à Dño Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz, Nõ petã, & nõ tẽtabo Dñm. Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Nũquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dñs ipse vobis signũ: ‖ Ecce, virgo cõcipiet & pariet filiũ, & ‖ vocabitur' nomen eius Emmanuel. Butyrũ & mel cõedet, vt sciat reprobare malũ, & eligere bonũ. Quia antequã sciat puer reprobare malũ, & eligere bonũ, derelinquetur terra quã tu detestaris à facie duorum regum suorum. Adducet Dñs super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies qui non

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

4 Re. 16,5.

Mat. 1,23. Luc. 1,31.

‖ vocabitis 12 MS.

‖ vocabis 11 MS.

Hier. H. G. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venerũt à diebus ſeparationis Ephráim à
Iuda cũ rege Aſſyriorũ. Et erit in die il- 18
la: ſibilabit Dñs muſcæ quæ eſt in extre-
mo fluminum Aegypti, & api quæ eſt in
terra Aſſur: & venient, & requieſcent 19
omnes in torrentib. vallíũ, & in cauernis
petrarũ, & in omnib. frutetis, & in vni-
uerſis foraminib⁹. In die illa radet Dñs 20
4 Reg. 19,33 in nouacula cõducta ‖ in his qui trans flu-
mẽ ſunt, in rege Aſſyriorũ, caput & pi-
los pedũ, & barbã vniuerſam. Et erit in 21
die illa: nutriet homo vaccã boũ, & duas
oues, & præ hubertate lactis comedet 22
butyrũ: butyrũ enim & mel manducabit
omnis qui relictus fuerit in medio terræ.
Et erit in die illa: omnis locus vbi fue- 23
rint mille vites, mille argenteis, in ſpinas
& in vepres erũt. Cũ ſagittis & arcu in- 24
gredientur illuc: vepres enim & ſpinæ e-
runt in vniuerſa terra. Et omnes mon- 25
tes qui in ſarculo ſarrientur, non veniet
illuc terror ſpinarũ & veprium, & erit in
paſcua bouis, & in conculcationẽ pecoris.

CAP. VIII.

ET dixit Dñs ad me, Sume tibi librũ 1
grandẽ, & ſcribe in eo ſtylo hominis,
Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.
Et adhibui mihi teſtes fideles Vriã ſa- 2
cerdotẽ, & Zachariã filium Barachiæ: & 3
acceſsi ad prophetiſſam, & concepit, &
peperit filium. Et dixit Dñs ad me, Voca
nomen eius Accelera-ſpolia-detrahere,
Feſtina-prædari. Quia antequam ſciat 4
puer vocare patrem ſuũ & matrẽ ſuam,
auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia
Samariæ corã rege Aſſyriorũ. Et adiecit 5
Dñs loqui ad me adhuc, dicens, Pro eo 6
quòd abiecit popul⁹ iſte aquas Siloë, quæ
vadũt cũ ſilentio, & aſſumpſit magis Ra-
ſin, & filiũ Romeliæ: propter hoc ecce 7
Dñs adducet ſup eos aquas fluminis for-
tes & multas, regẽ Aſſyriorũ, & omnem
gloriã eius: & aſcẽdet ſuper omnes riuos
eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius,
& ibit per Iudam, inundãs, & tranſiens 8
vſq. ad collũ veniet. Et erit extẽſio alarũ
eius, implẽs latitudinẽ terræ tuæ ô Em-
manuel. Congregamini populi, & vin- 9
cimini, & audite vniuerſæ procul terræ:
confortamini & vincimini, accingite vos
& vincimini. inite cõſiliũ, & diſſipabi- 10
tur: loquimini verbũ, & nõ fiet: qa nobiſ-
cũ De⁹. Hæc enim ait Dñs ad me, Sicut 11
in manu forti erudiuit me, ne irẽ in via
populi hui⁹, dicẽs, Nõ dicatis, cõiuratio. 12
oĩa enim quæ loquitur popul⁹ iſte, cõiu-
ratio eſt: & timorẽ eius ne timeatis, neq.
paueatis. Dñm exercituũ ipſum ſancti- 13
ficate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror ve-
Luce 2,34. ſter. Et erit vobis in ſanctificationẽ, ‖ In 14
Rom. 9,32. lapidẽ aũt offenſionis, & in petrã ſcãdali
1 Pet. 2,6. duabus domib. Iſraël, in laqueũ & in rui-
nã habitantib. Ieruſalem. Et offendẽt ex 15
eis plurimi, & cadent, & cõterentur, & ir-
retientur, & capiẽtur. Liga teſtimoniũ, 16
ſigna legẽ in diſcipulis meis. Et expe- 17
& abo Dñm qui abſcondit faciẽ ſuã à do-
18 mo Iacob, & præſtolabor eũ. ‖ Ecce, ego Hebr. 2,13.
& pueri mei quos dedit mihi Dñs in = 9 MS. H.
ſignum, & in portẽtum Iſraël à Dño ex- G. C.
19 erciruũ, qui habitat in mõte Sion. Et cũ
dixerint ad vos, Quærite à pythonibus,
& à diuinis qui ſtridẽt in incãtationibus
ſuis: Nunquid nõ populus à Deo ſuo re-
20 quiret = viſionẽ? ℘ vivis à mortuis? Ad = 3 MS.
legẽ magis, & ad teſtimoniũ. Quòd ſi nõ Hier. H.
dixerint iuxta verbũ hoc, nõ erit eis ma- G. C.
21 tutina lux. Et trãſibit per eã, corruet, &
eſuriet: & cùm eſurierit, iraſcetur, & ma-
ledicet regi ſuo, & Deo ſuo; & ſuſpiciet
22 ſurſum. Et ad terrã intuebitur, & ecce
tribulatio & tenebræ, diſſolutio & angu-
ſtia, & caligo perſequens, & non poterit
auolare de anguſtia ſua. CAP. IX.
1 PRimo tẽpore alleuiata eſt Terra Za- Mat. 4,15.
bulon & Terra Nephthali, & nouiſsi-
mò aggrauata eſt via maris trans Iordanẽ
2 Galilęæ ℘ Gẽtiũ. Populus qui ambulabat ℘ Gentium
in tenebris, vidit lucẽ magnã: habitantib. populus o.
in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.
3 Multiplicaſti gentem, non magnificaſti
lętitiã. Lætabũtur corã te, ſicut qui lætã-
tur in meſſe, ſicut exultant victores capta
4 præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum
enim oneris eius, & virgã humeri eius, &
ſceptrũ exactoris eius ſuperaſti, ‖ ſicut in Iudic. 7,22.
5 die Madian. Quia omnis violẽta prædatio cũ tumultu, & veſtimentũ miſtũ ſan-
guine, erit in combuſtionẽ & cibus ignis.
6 ‖ PARVVLVS enim NATVS Luc. 2,7.
eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factꝰ
eſt principatus ſuper humerũ eius: & vo-
cabitur nomẽ eius Admirabilis, conſiliarius, Deꝰ, fortis, pater futuri ſeculi, prin-
7 ceps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium
Dauid, & ſuper regnũ eius = ſedebit': vt = 9 MS. R.
cõfirmet illud, & corroboret in iudicio & Hier. H.
iuſtitia amodò & vſq. in ſempiternum. G. C.
8 zelus Dñi exercituũ faciet hoc. Verbum
miſit Dñs in Iacob, & cecidit in Iſraël.
9 Et ſciet omnis popul⁹ Ephraim, & ha-
bitãtes Samariã, in ſuperbia & magnitu-
10 dine cordis dicentes, Lateres ceciderũt,
ſed quadris lapidibus ędificabimus: ſyco-
moros ſuccideruũt, ſed cedros immutabi-
11 mus. Et eleuabit Dñs hoſtes Raſin ſuper
eum, & inimicos eius in tumultũ verret:
12 Syriã ab Oriẽte, & Philiſthiim ab Oc-
cidente: & deuorabunt Iſraël toto ore. In
omnibus his non eſt auerſus furor eius,
13 ſed adhuc manus eius extenta: & popu-
lus nõ eſt reuerſus ad percutientem ſe, &
14 Dñm exercituum non inquiſierunt. Et
diſperdet Dñs ab Iſraël caput & caudam, ℘ depreſſum
15 incuruantẽ & ℘ refrenantẽ die vna. Lon- tem MS. R.
gæuus & honorabilis, ipſe eſt caput: & Hier. Q.
prophera docẽs mendaciũ, ipſe eſt cauda.
16 Et erunt, qui beatificant populũ iſtum
ſeducentes, & qui beatificantur, præcipi-
17 tati. Propter hoc ſuper adoleſcentulis
eius nõ lætabitur Dominus: & pupillorũ
eius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius, & viduarũ nõ miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequã, & vniuersum os locutũ est stultitiã. In omnibus his nõ est auersus furor eiº, sed adhuc manº eius extenta. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprẽ & spinã vorabit: & succẽdetur in densitate saltus, & cõuoluetur superbia fumi. In ira Dñi exercituum cõturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcet. Et declinabit ad dexterã, & esuriet: & comedet ad sinistram, & nõ saturabitur: vnusquisq. carnẽ brachij sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudã. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

Vae qui cõdunt leges iniquas: & scribẽtes, iniustitiã scripserunt: vt opprimerẽt in iudicio pauperes, & vim facerẽt causę humiliũ populi mei: vt essent viduæ præda eorũ, & pupillos diriperent.

Quid facietis in die visitationis, & calamitatis delõge veniẽtis? ad cuius cõfugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriã vestrã, ne incuruemini sub vinculo, & cũ interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Væ Assur, virga furoris mei & baculº ipse est, in manu eorũ indignatio mea. Ad gentẽ fallacẽ mittã eũ, & cõtra populũ furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædã, & ponat illũ in cõculcationem quasi lutum platearũ. Ipse aũt nõ sic arbitrabitur, & cor eius nõ ita existimabit: sed ad conterẽdum erit cor eius, & ad internecionem gentiũ nõ paucarum. Dicet enim, Nunquid non principes mei simul reges sunt? Nũquid nõ vt Charcamis, sic Calano: & vt Arphad, sic Emath? nunquid non vt Damascus, sic Samaria? Quo modo inuenit manus mea regna idôli, sic & simulachra eorum de Ierusalẽ & de Samaria. Nunquid nõ sicut feci Samarię & idôlis eius, sic faciã Ierusalẽ & simulachris eius? Et erit: cùm impleuerit Dñs cũcta opera sua in monte Siõ & in Ierusalem, visitabo sup fructũ magnifici cordis regis ‖ Assur, & sup gloriã altitudinis oculorum eius. Dixit enim, In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorũ deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. Et inuenit quasi nidũ manus mea fortitudinẽ populorũ: & sicut colligũtur ouа quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui: & nõ fuit qui mouеret pennam, & aperiret os, & ganniret. Nũquid gloriabitur securis contra eũ qui secat in ea? aut exaltabitur serra cõtra eum à quo trahitur? quomodò si eleuetur virga cõtra eleuãtẽ se, & exaltetur baculus qui vtiq. lignũ est. Propter hoc mittet dominator Dñs exercituũ, in pinguibus eius tenuitatem: & subtus gloriam eius succẽsa ardebit quasi cõbustio ignis. Et erit lumẽ Israël in igne, & Sanctus eius in flamma: & succẽdetur, & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna. Et gloria saltº eiº, & carmeli eius ab anima vsq. ad carnem cõsumetur, & erit terrore profugus. Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabũtur, & puer scribet eos. Et erit in die illa: non adiiciet residuũ Israël, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo qui percutit eos: sed innitetur super Dñm sanctum Israël, ¶in veritate'. Reliquiæ' conuertẽtur, reliquiæ, inquã, Iacob ad Deũ fortẽ. ‖ Si enim fuerit populus tuus Israël quasi arena maris, reliquiæ cõuertentur ex eo, cõsummatio abbreuiata inundabit iustitiã. Cõsummationẽ enim & abbreuiationem Dñs Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit Dñs Deus exercituũ, Noli timere populus meus habitator Siõ, ab Assur: in virga percutiet te, & baculũ suũ leuabit super te in via Aegypti. Adhuc enim paululũ modicum quę, & cõsummabitur indignatio & furor meª super scelus eorum. ‖ Et suscitabit super eũ Dñs exercituũ flagellũ, ‖ iuxta plagã Madiã in Petra-Oreb, & virgã suã super mare, & leuabit eam in via Aegypti. Et erit in die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugũ eius de collo tuo, & cõputrescet iugum à facie olei. Veniet in Aiath, trãsibit in Magrõ: apud Machmas commẽdabit vasa sua. Trãsierũt cursim Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth. Migrauit Medemena: habitatores Gabim cõfortamini. Adhuc dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manũ suã super montẽ filiæ Siõ, collẽ Ierusalem. Ecce, dominator Dñs exercituũ confringet laguncũlã in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabũtur. Et subuertẽtur cõdensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

CAP. XI.

Et ‖ egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dñi, spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. & replebit eũ spiritus timoris Dñi: non secũdum visionẽ oculorũ iudicabit, neq. secũdùm auditũ aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mãsuetis terræ: ‖ & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorũ interficiet impiũ. Et erit iustitia cingulũ lumborũ eius: & fides cinctoriũ renũ eius. ‖ Habitabit lupus cũ agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascẽtur: simul requiescẽt catuli eorũ: & leo quasi bos comedet palеas. Et delectabitur

¶In veritate reliquiæ 14 MS. *In codicibus añt.* H.G *et* C. *atq.* Hier. *commentariis, ea est distinctio, quæ in Textu.*

Rom. 9,27. *Infr.* 11,11. *Infr.* 37,36. *Iudic.* 7,25

Act. 13,23.

2 *Thes.* 2,8

Inf. 65,25.

4 Re. 19,35 Ioel. 3,17. 3,18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habitabit infans ab hubere super foramine aspidis: & in ‖ cauernã manu suã mittet. Nõ nocebũt, & nõ occidẽt in vniuerso mõte sancto meo: quia repleta est terra scientia Dñi, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix Iesse, ‖ qui stat in signũ populorũ, ipsum gẽtes deprecabũtur, & erit sepulchrũ eius glorioſum. ‖ Et erit in die illa: adiiciet Dñs secũdò manũ suã ad possidendũ residuũ populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Aegypto, & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Aelã, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et leuabit signũ in nationes, & cõgregabit profugos Israël, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Et auferetur zel⁹ Ephráim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudã, & Iudas non pugnabit cõtra Ephráim. Et volabũt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Oriẽtis: Idumæa & Moab præceptũ manus eorum, & filij Ammõ obedientes erũt. Et desolabit Dñs linguã maris Aegypti, & leuabit manũ suã super flumẽ in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septẽ riuis, ita vt transeãt per eum calceati. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israëli ‖ in die illa qua ascendit de Terra Aegypti.

‖ cauernã 2 MS. Hier. H.G.
Rom. 15, 12
Sup. 10, 22.
Exo. 14, 29.

CAP. XII.

ET dices in die illa, Cõfitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & cõsolatus es me.

Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agã, & nõ timebo: quia ‖ fortitudo mea, & laus mea Dñs*, & fact⁹ est mihi in salutẽ.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et dicetis in die illa, Cõfitemini Dño, & inuocate nomẽ eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniã excelsum est nomẽ eius.

Cantate Dño, qm̃ magnificè fecit: annũtiate hoc in vniuersa terra. Exulta, & lauda habitatio Siõ: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

Exo. 15, 2. Psa. 117, 14
* Deus 10 MS. R. Hier. H. C. Pro Textu autem G. faciunt.

CAP. XIII.

ONus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. Super montẽ caliginosum leuate signũ, exaltate vocem, leuate manũ, & ingrediãtur portas duces. Ego mãdaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in mõtib⁹, quasi populorũ frequẽtiũ, vox sonitus regũ & gentiũ cõgregatarũ: Dñs exercituũ ‖ præcepit' militiæ belli, veniẽtibus de terra procul, à summitate cæli: Dñs, & vasa furoris eius, vt dispersat omnẽ terrã. Viulate, quia propè est dies Dñi: quasi vastitas à Dño veniet. Propter hoc oẽs man⁹ dissoluẽtur, & omne cor hominis cõtabescet & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebũt: vnusquisq. ad proximum suum stupebit, facies cõbustæ vultus eorũ. Ecce dies Dñi ‖ veniet', crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque, ad ponendã terrã in solitudinẽ, & peccatores eius cõterendos de ea. ‖ Quoniã stellæ cæli, & splendor earũ nõ expandẽt lumen suũ: ‖ obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splẽdebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorũ, & quiescere faciã superbiam infidelium, & arrogantiã fortiũ humiliabo.

‖ præcipit 2 MS. H. C. Textus autem cẽformis est R. Hier. & G.
‖ venit 4 MS. Hier. H.G.C.
Exec. Ioel. Mat. Mar. Luc.

Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc, cælũ turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationẽ Dñi exercituũ, & propter diẽ iræ furoris ei⁹. Et erit quasi damula fugiẽs, & quasi ouis: & nõ erit q cõgreget: vnusquisq. ad populũ suũ conuertetur, & singuli ad terrã suã fugient. Omnis qui inuẽtus fuerit, occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. ‖ Infantes eorũ allidẽtur in oculis eorũ: diripientur domus eorũ, & vxores eorũ violabuntur.

Psa. 136.

Ecce ego suscitabo sup eos Medos, qui argentũ nõ quærãt, nec aurũ velint: sed sagittis paruulos interficiẽt, & lactẽtibus vteri non miserebũtur, & super filios non parcet oculus eorum. Et erit Babylõ illa glorioſa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorũ, ‖ sicut subuertit Dñs Sodomã & Gomorrham. Nõ habitabitur vsque in finẽ, & nõ fundabitur vsq. ad generationẽ & generationẽ: nec ponet ibi tẽtoria Arabs, nec pastores requiescẽt ibi. Sed requiescẽt ibi bestiæ, & replebũtur dom⁹ eorũ draconib⁹: & habitabũt ibi struthiones, & pilosi saltabũt ibi: & respõdebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

Gen. 19, 24.

CAP. XIIII.

PROpè est vt veniat tẽpus eius, & dies ei⁹ nõ elongabũtur. Miserebitur enim Dñs Iacob, & eliget adhuc de Israël, & requiescere eos faciet sup humũ suã: adiũgetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebũt eos populi, & adducẽt eos in locũ suũ: & possidebit eos domus Israël sup terrã Dñi in seruos & ancillas: & erũt capiẽtes eos qui se ceperãt, & subiicient exactores suos. Et erit in die illa: cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura qua antè seruisti, sumes parabolã istã cõtra regẽ Babylonis, & dices, Quomodò cessauit exactor, quieuit tributum? Cõtriuit Dñs baculũ impiorũ, virgam dominãtiũ, cẽdentẽ populos in indignatione, plaga insanabili, subiicientẽ in furore gẽtes, psequẽtẽ crudeliter. Cõquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit: abietes quoq. lætatæ sunt sup te, & cedri Libani. ex quo dormisti, nõ ascẽdit qui succidat nos. Infernus subter cõturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigãtes. Oẽs principes terræ surrexerũt de solijs suis, oẽs principes nationum. Vniuersi respõdebũt, & dicẽt tibi, Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos

feros superbia tua, concidit cadauer tuū: subter te sternetur tinea, & operimentū tuū erūt vermes. Quomodo cecidisti de 12
cælo lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terrā, qui vulnerabas gētes? qui dice- 13
bas in corde tuo, In cælū conscendā, sup astra Dei exaltabo soliū meū, *sedebo in mōte testamenti, in lateribus Aquilonis.
Ascendā super altitudinē nubiū, similis 14
ero Altissimo. Verumtamē ad infernū 15
detrahēris in profundū laci. Qui te vi- 16
derint, ad te inclinabūtur, teq. prospiciēt, Nunquid iste est vir qui cōturbauit terrā, qui cōcussit regna: Qui posuit orbē 17
desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius nō aperuit carcerē? Omnes reges 18
gētiū vniuersi dormierūt in gloria, vir in domo sua. Tu autē proiectus es de sepul- 19
chro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cū his qui interfecti sunt gladio, & descēderūt ad fūdamēta laci, quasi cadauer putridū. Non habebis cōsortiū 20
neq. cū eis in sepultura: tu enim terram tuā disperdidisti, tu populū tnū occidisti: nō vocabitur in æternū semē pessimorū.
Præparate filios eius occisioni in ini- 21
quitate patrū suorū: nō cōsurgēt, nec hæreditabūt terrā, neq. implebūt faciē orbis ciuitatū. Et cōsurgā sup eos, dicit Dns 22
exercituū: & perdā Babylonis nomen, & reliquias, & germē, & ꝓgeniē: dicit Dns.
Et ponā eā in possessionē ericij, & in 23
paludes aquarū, & scopabo eam in scopa terēs, dicit Dns exercituū. Iurauit Dns 24
exercituū, dicēs, Si nō vt putaui, ita erit: & quomodo mēte tractaui, sic eueniet, 25
Vt cōterā Assyriū in terra mea, & in mōtib⁹ meis cōculcē eū, & auferetur ab eis iugū eius, & onus illius ab humero eorū tolletur. Hoc cōsiliū quod cogitaui sup 26
omnē terrā, & hæc est man⁹ extenta sup vniuersas gētes. Dns enim exercituum 27
decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extēta: & quis auertet eam? In 28
anno quo mortuus est rex Achaz, factum est on⁹ istud, Ne lætēris Philisthæa omnis tu, qm̄ cōminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semē eius absorbēs volucrem.
Et pascētur primogeniti pauperum, & 30
pauperes fiducialiter requiescēt: & interficiā in fame radicē tuā, & reliquias tuas interficiā. Vlula porta, clama ciui- 31
tas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fum⁹ veniet, & nō est qui effugiet agmē eius. Et quid respōdebi- 32
tur nuntiis gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

CAP. XV.

ONus Moab. quia nocte vastata est Ar- 1
Moab, cōticuit: quia nocte vastatus est Muros-Moab, cōticuit. Ascēdit do- 2
mus & Dibō ad excelsa in planctū: super Nabo, & super Medaba, Moab vlulabit: ‖ in cūctis capitibus eius caluitiū, & omnis barba radetur. ‖ In triuiis ei⁹ accin- 3
cti sunt sacco: super tecta ei⁹, & in plateis eius omnis vlulatus, descēdit in fletū.
Clamabit Hesebō & Eleale, vsq. Iasa audita est vox eorum. super hoc expediti Moab vlulabūt, anima eius vlulabit sibi. 4
Cor meū ad Moab clamabit, vectes ei⁹ vsq. ad Segor vitulā cōsternantē. per ascēsum enim Luith flens ascēdet, & in via Oronaim clamorē cōtritionis leuabunt. 5
Aquæ enim Nemrim desertę erūt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. Secundū magnitudinē operis 6 7
& visitatio eorū: ad torrentē salicū ducēt eos. Qm̄ circuibit clamor terminū Moab: vsq. ad Gallim vlulatus eius, & vsq. ad Puteū-Elim clamor eius. Quia aquæ 8 9
Dibō repletæ sunt sanguine: ponā enim super Dibon additamenta: his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

CAP. XVI.

EMitte agnū Dñe dominatorē terræ, de Petra deserti ad montem filiæ 1
Sion.) Et erit: sicut auis fugiēs, & pulli de nido auolantes, sic erūt filiæ Moab in 2
trāscensu Arnō. Ini cōsiliū, coge cōsiliū: pone quasi noctē vmbrā tuā in meridie: absconde fugiētes, & vagos ne pro- 3
das. Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulū eorū à facie vastatoris: finitus est enim pulvis, cōsummatus est 4
miser, defecit, qui cōculcabat terram. Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eū in veritate in tabernaculo Dauid iudicās & quærēs iudicium, & velo- 5
citer reddēs, quod iustū est. ‖ Audiuim⁹ superbiā Moab, superbus est valde: superbia eius & arrogātia ei⁹, & indignatio ei⁹ 6
plusquā fortitudo eius; ideirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit: his qui lætātur sup muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Qm̄ suburbana Hesebon 7 8
deserta sunt, & vineā Sabama dñi Gētiū exciderūt flagella eius: vsq. ad Iazer peruenerūt, errauerunt in deserto, ꝓpagines ei⁹ relictæ sunt, trāsierūt mare. Sup hoc 9
plorabo in fletu Iazer vineā Sabama: inebriabo te lachryma mea Hesebō, & Eleale: qm̄ sup vindemiā tuā, & sup messē tuā vox calcātiū irruit. Et auferetur læ- 10
titia & exultatio de Carmelo, & in vineis nō exultabit neq. iubilabit, vinū in torcularī nō calcabit qui calcare cōsueuerat: vocē calcantiū abstuli. Super hoc vēter 11
meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murū cocti lateris. Et erit: cū apparuerit quod laborauit Moab 12
super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret, & nō valebit. Hoc verbū quod locutus est Dns ad Moab ex tūc. 13
Et nūc locutus est Dns, dicēs, In tribus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur * paruus & modicus, nequaquam multus.

CAP. XVII.

ONus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus 1
lapidum

[a] vlulat 4 MS. H. C. G.
[b] conternantem 7 MS. Hier. [c] Syrienses H. C. G.
[d] reliquis 12 MS. — 10 MS. Hier. H. G. C.
* in eo sicut racemus o Desumptū videri potest ex capitis proximi sexto versu.
Ierem. 48, 29.

lapidũ in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erũt, & requiescent ibi, & nõ erit qui exterreat. Et cessabit adiutoriũ ab Ephráim, & regnũ à Damasco: & reliquiæ Syriæ, sicut gloria filiorũ Israël erunt: dicit Dñs exercituũ. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet. Et erit sicut cõgregãs in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget: & erit sicut quærẽs spicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarũ vel triũ oliuarũ in sũmitate rami, siue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dñs Deus Israël. In die illa inclinabitur homo ad factorẽ suũ, & oculi eius ad sanctũ Israël respicient: & nõ inclinabitur ad altaria quæ fecerũt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius nõ respiciet, lucos & delubra. In die illa erũt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra, & segetes quæ derelictæ sunt à facie filiorum Israël, & eris deserta. Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui nõ es recordata: propterea plãtabis plãtationẽ fidelẽ, & germẽ alienũ seminabis. In die plãtationis tuæ labrusca, & manè semen tuũ florebit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter.

Væ multitudo populorũ multorũ, vt multitudo maris sonãtis: & tumult9 turbarũ, sicut sonitus aquarũ multarũ. Sonabũt populi sicut sonitus aquarũ inundantiũ, & increpabit eũ, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo corã tẽpestate. In tẽpore vespere, & ecce turbatio: in matutino, & nõ subsistet. hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

Væ terræ cymbalo alarũ quę est trãs flumina Aethiopię, q mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gẽtẽ cõuulsam, & dilaceratã: ad populũ terribilẽ, post quẽ nõ est ali9: ad gẽtẽ expectãtẽ* & cõculcatã, cuius diripuerũt flumina terrã ei9*: Oẽs habitatores orbis qui moramini in terra, cũ elenatũ fuerit signũ in mõtibus, videbitis, & clangorẽ tubæ audietis: quia hæc dicit Dñs ad me, Quiescã, & cõsiderabo in loco meo sicut meridiana lux claraest, & sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidẽtur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindẽtur, & excutientur.

Et relinquẽtur simul auibus montiũ, & bestiis terræ: & æstate perpetua erũt sup eũ volucres, & oẽs bestiæ terræ sup illũ hyemabũt. In tẽpore illo deferetur munus Dño exercituũ à populo diuulso & dilacerato: à populo terribili, post quẽ nõ fuit alius, à gẽte expectãte, = expectante' & cõculcata, cuius diripuerunt flumina terrã eius, ad locũ nominis Dñi exercituum montem Sion.

CAP. XIX.

ONus Aegypti. Ecce Dñs ascẽdet super nubẽ leuẽ, & ingredietur Aegyptũ, & cõmouebũtur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius. Et cõcurrere faciã Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit vir cõtra fratrẽ suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum. Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo: & interrogabũt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos. Et tradam Aegyptũ in manu dominorum crudelium; & rex fortis dominabitur eorũ, ait Dñs Deus exercituũ. Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atq. siccabitur. Et deficiẽt flumina: *attenuabuntur, & siccabũtur riui aggerũ. Calamus & iuncus marcescet, nudabitur alueus riui à fõte suo: & omnis semẽtis irrigua siccabitur, arescet, & nõ erit. Et mœrebũt piscatores, & lugebũt oẽs mittẽtes in flumẽ hamũ, & expandẽtes rete sup faciẽ aquarũ emarcescẽt. Cõfundẽtur qui operabantur linũ plectẽtes, & texẽtes subtilia. Et erũt irrigua eius flaccẽtia: oẽs qui faciebãt lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes Taneos, sapiẽtes cõsiliarij Pharaonis dederũt cõsiliũ insipiẽs. quomodò dicitis Pharaoni, Filius sapientiũ ego, filius regũ antiquorũ? Vbi nũc sunt sapiẽtes tui? annuntiẽt tibi, & indicẽt quid cogitauerit Dñs exercituũ sup Aegyptũ. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerũt principes Mempheos, deceperũt Aegyptũ, angulũ populorũ ei9. Dñs miscuit in medio eius spiritũ vertiginis: & errare fecerũt Aegyptũ in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomẽs. Et non erit Aegypto opus quod faciat caput & caudã incuruantẽ & refrænantẽ. In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebũt, & timebunt à facie commotionis manus Dñi exercituũ, quã ipse mouebit super eã. Et erit Terra-Iuda Aegypto in pauorẽ: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie cõsilij Dñi exercituũ, quod ipse cogitauit super eã. In die illa erũt quinq. ciuitates in Terra-Aegypti, loquẽtes lingua Chanáan, & iurantes per Dñm exercituũ: Ciuitas solis vocabitur vna. In die illa erit altare Dñi in medio Terræ Aegypti, & titulus Dñi iuxta terminũ ei9. & erit in signũ & in testimoniũ Dño exercituũ in Terra-Aegypti. Clamabũt enim ad Dñm à facie tribulãtis, & mittet eis saluatorẽ & oppugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoscetur Dñs ab Aegypto, & cognoscẽt Aegyptij Dñm in die illa, & colẽt eũ in hostiis & in muneribus: & vota vouebũt Dño, & soluẽt. Et percutiet Dominus Aegyptũ plaga, & sanabit eã, & reuertentur ad Dominũ, & placabitur

---

lerit 7 MS. R.H.G.

infidelem MS. G. Verùm Hier. R.H. & Clectioni Textus suffragantur. Nebrun. cas MS. Q. n. multitudini to MS. R.

*expectãtem 16 MS. H. Q. n. * ad montẽ nominis Domini exercituũ, montem Sion. Pertinet autem ad huius capitis finem.

efflorebit 1 MS.

germinauit MS. Q. n. 14 MS. R. Q. n.

& in MS. C. Veron. in R. Hier. & Hanc addit.

pedamen 12 MS. pedimina H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& placabitur eis, & sanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, & seruiet Aegyptij Assur. In die illa erit Israël tertius Aegyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dñs exercituũ, dicẽs, Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuũ mearũ Assyrio, hæreditas aũt mea Israël.

CAP. XX.

IN anno quo ingressus est Tharthan in Azôtũ, cũ misisset eũ Sargon rex Assyriorũ, & pugnasset cõtra Azôtũ, & cepisset eã: in tẽpore illo locutus est Dñs in manu Isaiæ filij Amos, dicẽs, Vade & solue saccũ de lũbis tuis, & calceamẽta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus, & discalceatus. Et dixit Dñs, Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, triũ annorũ signũ & portentũ erit sup Aegyptũ & super Aethiopiã: sic minabit rex Assyriorũ captiuitatẽ Aegypti, & trãsmigrationẽ Aethiopiæ, iuuenẽ & senẽ, nudã & discalceatã, discooperiis natibus ad ignominiã Aegypti. Et timebunt, & cõfundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Et dicet habitator insulæ huius in die illa, Ecce hæc erat spes nostra, ad quos cõfugimus in auxilium, vt liberarent nos a facie regis Assyriorum: & quomodò effugere poterimus nos?

CAP. XXI.

ONus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniũt, de deserto venit, de terra horribili. Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende Aelã, obside Mede: omnẽ gemitum eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: corrui cũ audirem, cõturbatus sum cũ viderem. Emarcuit cor meũ, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculũ. Pone mẽsam, cõtẽplare in specula: comedentes & bibẽtes surgite principes, arripite clypeũ. Hæc enim dixit mihi Dñs, Vade, & pone speculatorẽ: & quodcunq. viderit, annuntiet. Et vidit currum duorũ equitũ, ascensorẽ asini, & ascensorẽ cameli: & cõtemplatus est diligenter multo intuitu. Et clamauit leo, Super speculã Dñi ego sum, stãs iugiter p diẽ: & super custodiã meã ego sum, stãs totis noctibus. Ecce, iste venit ascensor viri bigæ equitum, & respondit, & dixit, Cecidit, cecidit Babylõ, & omnia sculptilia deorũ eius cõtrita sunt in terram.

Tritura mea, & filia areæ meæ, quæ audiui a Dño exercituũ Deo Israël, annuntiaui vobis. Onus Duma. Ad me clamat rex Seir, Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit custos, Venit mane & nox: si quæritis, quærite: cõuertimini, venite. Onus in Arabia. In saltu ad vesperã dormietis, in semitis Dedanim. Occurrentes sitiẽti ferte aquã, qui habitatis terrã Austri, cũ panibus occurrite fugiẽti. A facie enim gladiorũ fugerunt, a facie gladij imminẽtis, a facie arcus extẽti, a facie grauis prœlii: quoniã hæc dicit Dñs ad me, Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur: Dñs enim Deus Israël locutus est.

CAP. XXII.

ONus vallis visionis. Quidnã quoq. tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta? clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultãs: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui* in bello. Cuncti principes tui fugerũt simul, dureq. ligati sunt: omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi, Recedite a me, amarè flebo: nolite incũbere vt cõsolemini me super vastitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis & cõculcationis & fletuum Dño Deo exercituũ in valle visionis, scrutãs murũ, & magnificus super montẽ. Et Aelam sumpsit pharetrã, currũ hominis equitis, & parietẽ nudauit clypeus. Et erũt electæ valles tuæ plenæ quadrigarũ, & equites ponẽt sedes suas in porta. Et reuelabitur operimentũ Iudæ, & videbis in die illa armamentariũ domus saltus. Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt: & cõgregastis aquas piscinæ inferioris, & domos Ierusalẽ numerastis, & destruxistis domos ad muniendũ murũ. Et lacũ fecistis inter duos muros, & aquã piscinæ veteris: & nõ suspexistis ad eũ q fecerat eã, & operatorẽ eius delõge nõ vidistis. Et vocabit Dñs Deus exercituũ in die illa ad fletũ, & ad plãctũ, ad caluitiũ, & ad cingulũ facere: & ecce, gaudiũ & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinũ, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox Dñi exercituum, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dñs Deus exercituũ. Hæc dicit Dñs Deus exercituũ; Vade, ingredere ad eũ qui habitat in tabernaculo, ad Sobnã præpositum tẽpli, & dices ad eũ, Quid tu hic? aut quasi quis hîc? quia excidisti tibi hîc sepulchrũ, excidisti in excelso memoriale diligẽter, in petra tabernaculũ tibi. Ecce, Dñs asportari te facier, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictũ sic subleuabit te. Coronãs coronabit te tribulatiõe, quasi pilã mittet te in terrã latã & spatiosã: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Dñi tui. Et expellã te de statiõe tua, & de ministerio tuo deponã te. Et erit in die illa: vocabo seruũ meũ Eliacim filiũ Helciæ, & induã illũ tunica tua, & cingulo tuo cõfortabo eum,

*tui, mortui MS.G. *Verùm quæ in Textu est lectio R. Hier. H. et C. conformis est.*

videbitis MS.R. Q.n.

ad 1 MS. R.H.C.

Sap. 2, 6. 1 Cor. 15, 32 Isa. 56, 12.

cum, & potestatē tuā dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalē, & domui Iuda. ‖ Et dabo clauē domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & nō erit qui claudat: & claudet, & nō erit qui aperiat. Et figā illum paxillum in loco fideli, & erit in solium glorię domui patris sui. Et suspēdent sup eum oēm gloriā dom⁹ patris ei⁹, vasorū diuersa genera, omne vas paruulū à vasis craterārū vsq. ad omne vas musicorum. In die illa, dicit Dns exercituū, auferetur paxill⁹ qui fixus fuerat in loco fideli: & frāgetur, & cadet, & peribit quod pepēderat in eo, quia Dns locut⁹ est. CAP. XXIII.

ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia vastata est domus vnde venire cōsueuerāt: de terra Chetim reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula: negotiatio Sidonis trāsfretātes mare, repleuerūt te. In aquis multis semē Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio gētium. Erubescę Sidō, ait enim mare, fortitudo maris, dicens, Nō parturiui, & nō peperi, & nō enutriui iuuenes, nec ad incremētum perduxi virgines. Cùm auditū fuerit in Aegypto, dolebūt cū audierint de Tyro. Transite maria, vlulate qui habitatis in insula. Nūquid nō vestra hæc est, quæ gloriabatur à dieb. pristinis in antiquitate sua? ducent eā pedes sui lōgè ad peregrinādum. Quis cogitauit hoc sup Tyrum quōdā coronatā, cui⁹ negotiatores principes, institores ei⁹ inclyti terræ? Dns exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiā omnis glorię, & ad ignominiā deduceret vniuersos inclytos terræ. Trāsi terrā tuā quasi flumē, filia maris, nō est cingulū vltrà tibi.

Manū suā extēdit super mare, cōturbauit regna: Dns mādauit aduersus Chanaan, vt cōtereret fortes eius, & dixit, Nō adiicies vltrà vt glorieris, calumniā sustinēs virgo filia Sidonis: in Cethim cōsurgēs trāsfreta, ibi quoq. nō erit requies tibi. Ecce, terra Chaldæorū talis popul⁹ nō fuit, Assur fundauit eā: in captiuitatē traduxerunt robustos eius, suffoderūt domos eius, posuerūt eā in ruinā. Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa: in obliuione eris, ô Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta aūt annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

Sume citharā, *circui ciuitatē meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequēta cāticum, vt memoria tui sit. Et erit post septuaginta annos, visitabit Dns Tyrum, & reducet eā ad merces suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciē terræ. Et erunt ᵇnegotiationes eius, & ᵇmercedes eius sanctificatæ Dño. nō cōdentur, neq. reponentur: quia his qui habitauerint corā Dño, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

Apoc 3,7. Iob 12, 14.

* & MS q.

ᵇnegotiatio 7 MS. Hier. H. G.C.

ᵇmerces (numero sing.) 1 MS. R. Hier. H. G.C.

CAP. XXIIII.

ECce, Dns dissipabit terrā, & nudabit eā, & affliget faciē eius, & dispergit habitatores eius. ‖ Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dns eius: sicut ancilla, sic dna eius: sicut emens, sic ille qui vēdit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatiōe dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dns enim locutus est verbū hoc. Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Et terra ᵃinfecta' est ab habitatorib. suis: quia trāsgressi sunt leges, mutauerūt ius, dissipauerūt fœdus sempiternū. Propter hoc maledictio vorabit terrā, & peccabūt habitatores ei⁹. ideoq; insaniēt cultores ei⁹, & relinquētur hoīes pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerūt oēs qui lætabātur corde. Cessauit gaudium tympanorū, quieuit sonit⁹ lætātiū, cōticuit dulcedo citharæ. Cū cāntico nō bibēt vinū: amara erit potio bibentib. illā. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis dom⁹ nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis: deserta est oīs lætitia: trānstatum est gaudiū terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hæc erūt in medio terræ, in medio populorum, quo modo si paucę oliuæ quę remānserunt, excutiātur ex olea, & racemi cū fuerit finita vindemia. Hi leuabūt vocē suā, atq. laudabūt: cū glorificat⁹ fuerit Dns, hinniēt de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dnm: in insulis maris nomē Dni Dei Israēl. A finib. terræ laudes audiuim⁹, gloriā iusti. Et dixi, Secretū meū mihi, secretū meū mihi, vę mihi: præuaricātes præuaricati sunt, & præuaricatiōe trāsgressorū præuaricati sunt. Formido, & fouea, & laqueus sup te qui habitator es terræ. Et erit: qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueā: & qui se explicauerit de fouea, tenebit laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cōcutiētur fūdamēta terræ. Cōfractiōe cōfringetur terra, cōtritione cōteretur terra, cōmotione cōmouebitur terra: agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculū vnius noctis: & grauabit eā iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet vt resurgat. Et erit: in die illa visitabit Dns super militiā cæli in excelso: & sup reges terræ qui sunt super terrā. Et cōgregabūtur in cōgregatione vnius fascis in lacū, & claudētur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, & cōfundetur sol, cùm regnauerit Dns exercituum in mōte Sion, & in Ierusalem, & in cōspectu senū suorum fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & cōfitebor nomini tuo: quoniā fecisti mirabilia, cogitationes antiquas

Osee 4.d

Intentio MS. Cis. Psa. 10[illegible]

Isa 42.e

fideles

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fideles amen. Quia posuisti ciuitatē in 2
tumulū, vrbē fortē in ruinā, domū alienorū: vt non sit ciuitas, & in sempiternū nō ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gētium robustarū timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculū ab æstu. spiritus enim robustorū quasi turbo impellēs parietē. Sicut æstus in siti, tumultū alienorū humiliabis: & quasi calore sub nube torrēte ramum fortiū marcescere facies.

Et faciet Dñs exercituū omnib. populis in mōte hoc, cōuiuiū pinguiū, conuiuiū vindemię pinguiū medullatorū, vindemiæ defæcatæ. Et præcipitabit in mōte isto facie vincŭli colligati sup oēs populos, & telā quā orditus est super oēs nationes. Præcipitabit mortē in sempiternū: ‖ & auferet Dñs Deus lachrymā abomni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dñs locutus est. Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste, expectauimus eū, & saluabit nos: iste Dñs, sustinuimus eū, exultabimus, & lætabimur in salutari eius. Quia requiescet manus Dñi in mōte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. Et extēdet manus suas sub eo, sicut extēdit natās ad natādum: & humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Et munimenta sublimiū murorū tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerē.

CAP. XXVI.

IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda:

Vrbs fortitudinis nostræ Siō, saluator ponetur in ea murus & antemurale.

Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.

Vetus error abiit: seruabis pacem: pacem; quia in te speravimus.

Sperastis in Dño in seculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incurvabit habitātes in excelso, ciuitatē sublimē humiliabit: humiliabit eā vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.

Et in semita iudiciorum tuorum Dñe sustinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.

Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te: cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiā discēt habitatores orbis.

Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.

Dñe, exaltetur manus tua, ‖ & non videāt: videāt, & cōfundātur zelātes populi, & ignis hostes tuos deuoret.

Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Dñe Deus noster, possederunt nos dñi absq te, tātùm in te recordemur nōis tui.

Morientes nō viuāt, gigātes nō resurgāt: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

Indulsisti gēti Domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti oēs terminos terræ.

Dñe, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Sicut quæ cōcipit, cū appropinquauerit ad partum, dolēs clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.

Cōcepimus, & quasi parturiuimus, & peperim' ‖ spiritū: salutes' nō fecimus in terra; ideonō ceciderūt habitatores terræ.

Viuēt mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tu', & terram gigantum detrahes in ruinam.

Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momētum, donec pertrāseat indignatio.

‖ Ecce enim Dñs egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatē habitatoris terræ cōtra eum: & reuelabit terra sanguinē suū, & nō operiet vltrà interfectos suos.

CAP. XXVII.

IN die illa visitabit Dñs in gladio suo duro, & grādi, & forti, super Leuiathā serpentē vectē, & super Leuiathan serpētem tortuosum, & occīdet cetum qui in mari est. In die illa vinea meri cantabit ei: Ego Dñs qui seruo eā, repentè propinabo ei: ne fortè visitetur contra eam, nocte & die seruo eā. Indignatio nō est mihi: quis dabit me spinā & veprem in prælio: gradiar super eā, succendā eā pariter? An potius tenebit fortitudinem meā, faciet pacē mihi, pacē faciet mihi?

Qui ‖ ingredietur impetu ad' Iacob, florebit & germinabit Israël, & implebunt facie orbis semine. Nunquid iuxta plagā percutientis se percussit eum? aut sicut occīdit interfectos ei', sic occisus est?

In mēsura cōtra mensurā cùm abiecta fuerit, ‖ iudicabis' eā: ‖ meditata' est in spiritu suo duro per diē æstus. Ideirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatū eius, cùm posuerit oēs lapides altaris sicut lapides cineris allisos, nō stabūt luci & delubra. Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertū: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & cōsumet summitates ei'. In siccitate messes illi' cōterētur, mulieres venientes, & docētes ‖ eas': nō est enim populus sapiēs, propterea nō miserebitur eius qui fecit eū: & qui formauit eū, nō parcet ei. Et erit: in die illa percutiet Dñs ab alueo fluminis vsq. ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini

‖ spiritum salutis MS. *Verū Textus lectio, cōsentit* R. *Hier. et* H. *Septuagintā aūt etiā Hier. teste verterunt, Spiritum salutis tuæ quem fecimus in terra.*

Mich. 1, 3.

‖ egredientur impetu à 10 MS. R.

‖ egrediuntur de radice *Hier.* Q. n.

‖ iudicabit 10 MS. R. Q. n.

‖ meditatus MS. R. *Hier.* H. C

‖ eam MS. R. *Hier.* H. ‖ eos C.

vnus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnus & vnus filij Israël. Et erit: in die illa clãgetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerãt de terra Assyriorum, & qui electi erãt de Terra-Aegyptí, & adorabunt Dñm in monte sancto in Ierusalem. 13

CAP. XXVIII.

VAe coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erãt in vertice vallis pinguissimæ, errãtes à vino. 1 Ecce validus & fortis Dñs, sicut impetus grãdinis: turbo cõfringens, sicut impetus aquarũ multarũ inundãtium, & emissarum sup terrã spatiosam. 2 Pedib. cõculcabitur corona superbiæ ebriorũ Ephraim. 3 Et erit flos decidẽs gloriæ exultatiõis eius, qui est sup verticẽ vallis pinguiũ, quasi tẽporaneum ante maturitatẽ autũni: qđ cũ aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. 4 In die illa erit Dñs exercituũ corona gloriæ, & sertũ exultationis residuo populi sui: 5 & spiritus iudicij sedẽti super iudiciũ, & fortitudo reuertẽtib. de bello ad portã. 6 Verũ hi quoq. p̃ vino nescierunt, & pre ebrietate errauerũt. sacerdos & pphęta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntẽ, ignorauerunt iudiciũ. 7 Oẽs enim mẽsę repletę sunt vomitu sordium mq., ita vt nõ esset vltrà locus. 8

Quẽ docebit scientiã? & quẽ intelligere faciet auditũ? ablactatos à lacte, auulsos ab huberibus. 9 Quia mãda remãda, mãda remãda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicũ ibi, modicum ibi. 10 ‖ In loquela eñ labij, & lingua altera loquetur ad populũ istũ: 11 Cui dixit, Hæc est requies mea, reficite lassũ, & hoc est meũ refrigeriũ: & noluerunt audire. 12 Et erit eis verbum Dñi, Mãda remãda, mãda remãda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicũ ibi, modicũ ibi: vt vadãt, & cadãt retrorsum, & cõterãtur, & illaqueentur, & capiantur. 13 Propter hoc audite verbũ Dñi viri illusores, qui dominamini super populũ meũ qui est in Ierusalẽ. 14

Dixistis enim, Percussimus fœdus cũ morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundãs cùm trãsierit, nõ veniet super nos: quia posuimus mendaciũ spẽ nostrã, & mẽdacio ptecti sumus. 15 Idcirco hęc dicit Dñs Deus, ‖ Ecce ego mittã in fundamẽtis Siõ lapidẽ, lapidẽ pbatũ, angularẽ, ptiosum, in fundamẽto fundatũ. ‖ qui crediderit, nõ festinet. 16 Et ponã in pondere iudiciũ, & iustitiã in mẽsura: & subuertet grãdo spẽ mẽdacij: & protectionẽ aquæ inundabunt. 17 Et delebitur fœdus vestrũ cũ morte, & pactũ vestrũ cũ inferno nõ stabit: flagellũ inundãs cùm trãsierit, eritis ei in cõculcationẽ. 18 Quãdocunq. pertrãsierit, tollet vos: qñ manè diluculo pertrãsibit in die & in nocte, & tãtũmodò sola vexatio intellectũ dabit auditui. 19 Coangustatũ est enim stratũ, ita vt alter decidat: & palliũ breue vtrunq. operire nõ potest. 20 ‖ Sicut enim in mõte-diuisionũ stabit Dñs: sicut ‖ in valle quæ est in Gabaõ irascetur: vt faciat opus suũ, alienum opus eius: vt operetur opus suũ, peregrinũ est' opus eius ab eo. 21 Et nũc nolite illudere, ne fortè cõstringãtur vincula vestra. cõsummationẽ enim & abbreuiationem audiui à Dño Deo exercituũ super vniuersam terrã. 22 Auribus percipite, & audite vocem meã, attendite, & audite eloquiũ meum. 23 Nunquid tota die arabit arãs vt serat, 24 scindet & sarriet humũ suã? 25 Nõne cũ adæquauerit faciẽ eius, seret gith, & cyminũ sparget, & ponet triticũ p ordinẽ, & hordeũ, & milium, & vitiã in finibus suis? 26 Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illũ. 27 Nõ enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo. 28 Panis autẽ cõminuetur: verùm nõ in perpetuũ triturãs triturabit illum, neq. vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis cõminuet eum. 29 Et hoc à Dño Deo exercituũ exiuit, vt mirabile faceret cõsilium, & magnificaret iustitiam.

CAP. XXIX.

1 VAe Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid: additus est ann9 ad annũ, 2 solẽnitates euolutæ sunt. Et circũualabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. 3 Et circundabo quasi sphærã in circuitu tuo, & iaciã contra te aggerẽ, & munimẽta ponã in obsidionẽ tuã. 4 Humiliaberis, de terra loquẽris, & de humo audietur eloquiũ tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuũ musitabit. 5 Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilãtiũ te: & sicut faucilla pertransiens multitudo eorũ qui cõtra te prævaluerunt: eritq. repẽtè cõfestim. 6 A Dño exercituũ visitabitur in tonitruo, & cõmotione terræ, & voce magna turbinis & tẽpestatis, & flãma ignis deuorantis. 7 Et erit sicut somniũ visionis nocturnæ multitudo omniũ Gẽtium, quæ dimicauerũt cõtra Ariel, & oẽs qui militauerunt, & obsederunt, & 8 prævaluerunt aduersus eã. Et sicut somniat esuriẽs & cõmedit, cùm autẽ fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiẽs & bibit, & postquã fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omniũ Gẽtium, quæ dimicauerũt contra 9 mõtem Siõ. Obstupescite, & admiramini: fluctuate, & vacillate: inebriamini, & nõ à vino: mouemini, & nõ ab ebrietate. 10 Quoniã miscuit vobis Dñs spiritũ soporis: claudet oculos vestros: pphetas & principes vestros qui vidẽt visiones, operiet. 11 Et erit vobis visio omniũ sicut verba libri signati: quẽ cùm dederint sciẽti literas, dicẽt, Lege istũ: & respondebit, Nõ possum, signatus est enim. 12 Et dabitur liber nescienti literas, dicẽtq; ut

1 Cor. 14, 21

Psal. 117, 22. Matt. 21, 42. Act. 4, 11. 1 Pet. 2, 6. Rom. 9, 33.

2 Reg. 5. 1 Par. 14. Isa. 28, 21. Gen. 38. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

turque ei, Lege: & respõdebit, Nescio literas. Et dixit Dñs, ‖ Eo quòd appropinquat popul⁹ iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autẽ eius lõgè est à me, & timuerunt me mãdato hominũ & doctrinis: Ideò, ecce ego addã vt admirationẽ faciã populo huic miraculo grandi & stupẽdo: ‖ Peribit enim sapientia à sapiẽtibus eius, & intellectus prudẽtiũ eius abscõdetur. ‖ Væ, qui profundi estis corde, vt à Dño abscõdatis cõsilium, quorũ sunt in tenebris opera, & dicunt, ‖ Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Nõ fecisti me: & figmẽtum dicat fictori suo, Nõ intelligis. Nõne adhuc in modico & in breui cõuertetur Liban⁹ in charmel, & charmel in saltũ reputabitur? Et audiẽt in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorũ videbũt. Et addẽt mites in Dño lætitiã, & pauperes homines in sancto Israël exultabũt: Qñ defecit qui prævalebat, cõsummatus est illusor, & succisi sunt oẽs qui vigilabãt super iniquitatẽ, qui peccare faciebãt homines in verbo, & arguẽtẽ in porta supplãtabant, & declinauerũt frustra à iusto. Propter hoc, hæc dicit Dñs ad domũ Iacob, qui redemit Abrahã, Nõ modò cõfundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet: sed cùm viderit filios suos, opera manuũ mearũ in medio sui sanctificãtes nomẽ meũ, & sanctificabũt sanctũ Iacob, & Deũ Israël ꝑdicabũt, & sciẽt errãtes spiritu intellectũ, & murmurãtores discẽt legem. CAP. XXX.

VAe filij desertores, dicit Dñs, vt faceretis cõsilium, & nõ ex me: & ordiremini telã, & nõ per spiritũ meum, vt adderetis peccatũ super peccatum. qui ambulatis vt descẽdatis in Aegyptũ, & os meũ nõ interrogastis, sperãtes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfusionẽ, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiã. ‖ Erãt enim in Tani principes tui, & nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt. Oẽs cõfusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit: nõ fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatẽ, sed in confusionẽ, & in opprobrium. Onus iumẽtorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volãs portãtes super humeros iumẽtorum diuitias suas, & super gibbũ camelorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit. Aegyptus enim frustrà & vanè auxiliabitur: ideò clamaui super hoc, Superbia rantùm est, quiescite. Nunc ergo' ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligẽter exara illud, & erit in die nouissimo in testimoniũ vsq. in æternum. Populus enim ad iracundiã ꝓuocãs est, & filij mẽdaces, filij nolẽtes audire legem

10 Dei. Qui dicũt vidẽtibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores. Auferte à me viã, declinate à me semitam, cesset à facie
12 nostra sanctus Israël. Propterea hæc dicit sanctus Israël, Pro eo quòd reprobastis verbũ hoc, & sperastis in calumnia & 13 in tumultu, & innixi estis super eo: propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadẽs, & requisita in muro excelso, quoniã subitò, dũ non speratur, ve-
14 niet cõtritio eius. Et cõminuetur, sicut cõteritur lagena figuli cõtritione perualida: & nõ inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.
15 Quia hæc dicit Dñs Deus *Israël, Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra. Et
16 noluistis: & dixistis, Nequaquã, sed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Et super veloces ascẽdemus: ideò velociores erũt,
17 qui persequentur vos. Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinq. fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi
18 signũ super collem. Propterea expectat Dñs vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcẽs vobis: quia De⁹ iudicij Dñs:
19 ‖ beati oẽs qui expectãt eũ. Populus enim Siõ habitabit in Ierusalẽ: plorãs nequaq̃ plorabis, miserãs miserebitur tui: ad vocẽ clamoris tui statim vt audierit, respõde-
20 bit tibi. Et dabit vobis Dñs panẽ arctũ, & aquã breuem: & nõ faciet auolare à te vltrà doctorẽ tuũ: & erũt oculi tui vidên-
21 tes præceptorẽ tuũ. Et aures tuæ audiẽt verbũ post tergum monẽtis, Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neq. ad
22 dexterã, neq. ad sinistrã. Et cõtaminabis lamĩas sculptiliũ argẽti tui, & vestimẽtũ cõflatilis auri tui, & dispges ea sicut im-
23 mũditiã mẽstruatę. Egredere, dices ei. Et dabit pluuia semini tuo, vbicũq. seminaueris in terra, & panis frugũ terrę erit huberrim⁹ & pinguis. pascetur in possessione
24 tua in die illo agn⁹ spatiosè: & tauri tui, & pulli asinorũ qui operãtur terrã, cõmistũ migma comedẽt sicut in area vẽtilatũ
25 est. Et erũt super omnẽ mõtẽ excelsum, & super omnẽ collẽ eleuatũ riui currẽtiũ aquarũ in die interfectionis multorũ cũ
26 ceciderint turres. Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septẽ dierũ in die qua alligauerit Dñs vulnus populi sui, & percussuram
27 plagæ eius sanauerit. Ecce nomen Dñi venit de lõginquo, ardẽs furor ei⁹, & grauis ad portandũ: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis de-
28 uorãs. Spiritus eius velut torrẽs inundãs vsq ad mediũ colli, ad perdẽdas gentes in nihilũ, & frenũ erroris quod erat in ma-
29 xillis populorũ. Canticũ erit vobis sicut ‖ vox' sanctificatæ solennitatis, & lætitia

*sanctus 8 MS. R. Hier. H. G. C.

Psal. 2, 13.

‖ nox 4 MS R. H. C.

cordis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cordis ficut qui pergit cum tibia, vt intret in montẽ Dñi ad fortem Iſraël. Et audi- 30
tam faciet Dñs gloriã vocis ſuæ, & terro-
rem brachij ſui oſtendet in cõminatione
furoris, & flãma ignis deuorantis: allidet
in turbine & in lapide grandinis. A voce 31
enim Dñi pauebit Aſſur virga percuſſus.
Et erit tranſitus virgæ fundatus, quam 32
requieſcere faciet Dñs ſuper eũ in tym-
panis & citharis: & in bellis præcipuis
expugnabit eos. Præparata eſt enim ab 33
heri Tophet, à rege præparata, profunda
& dilatata. Nutrimẽta eius, ignis & ligna
multa: flatus Dñi ficut torrens ſulphuris
ſuccendens eam. CAP. XXXI.
VAe qui deſcendunt in Aegyptum ad 1
auxilium, in equis ſperantes, & habẽtes fiduciã ſuper quadrigis, quia multæ
ſunt: & ſuper equitibus, quia præualidi
nimis: & nõ ſunt cõfiſi ſuper ſanctum Iſraël, & Dñm nõ requiſierũt. Ipſe aũt ſa- 2
piẽs adduxit malũ, & verba ſua nõ abſtu-
lit: & cõſurget cõtra domũ peſsimorũ, &
cõtra auxiliũ operantiũ iniquitatẽ. Ae- 3
gyptus, homo, & non Deus: & equi eorũ,
caro, & non ſpiritus. & Dñs inclinabit
manũ ſuã, & corruet auxiliator, & cadet
cui præſtatur auxiliũ, ſimulq. omnes cõ-
ſumentur. Quia hæc dicit Dñs ad me, 4
quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis
ſuper prædã ſuã, cùm occurrerit ei mul-
titudo paſtorũ, à voce eorũ nõ formida-
bit, & a multitudine eorũ nõ pauebit: ſic
deſcẽdet Dñs exercituũ, vt prælietur ſu-
per montẽ Sion, & ſuper collẽ eius. Sicut 5
aues volãtes, ſic proteget Dñs exercituũ
Ieruſalem, protegẽs & liberãs, tranſiẽs &
ſaluans. Cõuertimini ſicut in profundũ 6
receſſeratis filij Iſraël. ¶ In die enim illa 7
abiiciet vir idôla argenti ſui, & idôla auri
ſui, quæ fecerunt vobis manus veſtræ in
peccatum. Et cadet Aſſur in gladio non 8
viri, & gladius non hominis vorabit eũ,
& fugiet nõ à facie gladij, & iuuenes eius
vectigales erunt: & fortitudo eius à ter- 9
rore tranſibit, & pauebunt fugiẽtes prin-
cipes eius: dixit Dominus, cuius ignis eſt
in Sion, & caminus eius in Ieruſalem.
CAP. XXXII.
ECce, in iuſtitia regnabit rex, & prin- 1
cipes in iudicio præerunt. Et erit vir 2
ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe
à tempeſtate, ſicut riui aquarum in ſiti, &
vmbra petræ prominentis in terra deſer-
ta. Non caligabunt oculi videntium, & 3
aures audientiũ diligenter auſcultabunt.
Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam, & 4
lingua balborũ velociter loquetur & pla-
nè. Non vocabitur vltrà is qui inſipiens 5
eſt, princeps: neq. fraudulentus appella-
bitur maior. ſtultus enim fatua loque- 6
tur, & cor eius faciet iniquitatẽ, vt perfi-
ciat ſimulationẽ, & loquatur ad Dominũ
fraudulenter, & vacuã faciat animã eſu-
rientis, & potũ ſitienti auferat. Fraudu- 7
lenti vaſa peſsima ſunt: ipſe enim cogi-
tationes concinnauit ad perdendos mites
in ſermone mẽdacij, cũ loqueretur pau-
per iudiciũ. Princeps verò, ea quæ digna 8
ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces
ſtabit. Mulieres opulẽtæ ſurgite, & au- 9
dite vocẽ meã: filiæ confidentes percipite
aurib. eloquiũ meum. Poſt dies enim & 10
annũ vos cõturbabimini confidẽtes: cõ-
ſummata eſt enim vindemia, collectio
vltrà nõ veniet. Obſtupeſcite opulẽtæ, 11
conturbamini confidentes: exuite vos, &
confundimini, accingite lumbos veſtros.
Super hubera plangite, ſuper regione 12
deſiderabili, ſuper vinea fertili. Super 13
humũ populi mei ſpinæ & vepres aſcẽ-
dent: quanto magis ſuper omnes domos
gaudij ciuitatis exultãtis? Domus enim 14
dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt, te-
nebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpe-
luncas vſq. in æternũ. Gaudiũ onagrorũ 15
paſcua gregum, donec effundatur ſuper
nos ſpiritus de excelſo: & erit deſertum
in charmel: & charmel in ſaltum reputa-
bitur. Et habitabit in ſolitudine iudiciũ, 16
& iuſtitia in charmel ſedebit. Et erit o- 17
pus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilen-
tiũ, & ſecuritas vſq. in ſempiternum. Et 18
ſedebit populus meus in pulchritudine
pacis; & in tabernaculis fiduciæ, & in re-
quie opulenta. Grãdo autẽ in deſcẽſione 19
ſaltus, & humilitate humiliabitur ciui-
tas. Beati qui ſeminatis ſuper omnes a- 20
quas, immittentes pedem bouis & aſini.
CAP. XXXIII.
VAe qui prædaris, nõnne & ipſe præ- 1
daberis? & qui ſpernis, nõnne & ipſe
ſpernẽris? cùm cõſummaueris depræda-
tionẽ, deprædaberis: cùm fatigatus deſie-
ris cõtemnere, cõtemnẽris. Dñe, miſe- 2
rere noſtri: te enim expectauimus: eſto
brachiũ noſtrum in manè, & ſalus noſtra
in tempore tribulationis. A voce angeli 3
fugerũt populi, & ab exaltatione tua di-
ſperſæ ſunt gẽtes. Et cõgregabũtur ſpo- 4
lia veſtra ſicut colligitur bruchus, velut
cùm foſſæ plenæ fuerint de eo. Magni- 5
ficãtus eſt Dñs, quoniã habitauit in ex-
celſo: impleuit Sion iudicio & iuſtitia.
Et erit fides in tẽporib. tuis: diuitiæ ſa- 6
lutis ſapientia & ſcientia: timor Dñi ipſe
eſt theſaurus eius. Ecce, videres clama- 7
bũt foris, angeli pacis amarè flebũt: Diſ- 8
ſipatæ ſunt viæ, ceſſauit trãſiẽs per ſemi-
tam, irritũ factum eſt pactũ, proiecit ciui-
tates, non reputauit homines. Luxit, & 9
elanguit terra: confuſus eſt Libanus, &
obſtupuit; & factus eſt Saron ſicut deſer-
tum: & concuſſa eſt Baſan, & Carmelus.
Nunc cõſurgam, dicit Dñs: nunc exal- 10
tabor, nunc ſubleuabor. Concipietis ar- 11
dorem, parietis ſtipulã: ſpiritus veſter vt
ignis vorabit vos. Et erunt populi quaſi 12
de incendio cinis, ſpinæ congregatæ igni
comburẽtur. Audite qui longè eſtis, quæ 13
fecerim; & cognoſcite vicini fortitudinẽ
meam. Cõterriti ſunt in Siõ peccatores, 14

Sup. 2, 18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

possedit tremor hypocritas. quis poterit habitare de vobis cũ ighe deuorãte? quis habitabit ex vobis cũ ardoribus sempiternis? ¶ Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatẽ, qui proiicit auaritiã ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malũ: Iste in excelsis habitabit, munimẽta saxorũ sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.

Regẽ in decõre suo videbũt oculi eius, cernẽt terrã delonge. Cor tuum meditabitur timorẽ: ¶ vbi est literatus? vbi legis verba põderans? vbi doctor paruulorum?

Populũ imprudentẽ nõ videbis, populum alti sermonis: ita vt nõ possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapiẽtia. Respice Sion ciuitatẽ solennitatis nostræ: oculi tui videbũt Ierusalẽ habitationẽ opulentã, tabernaculum quod nequaquã trãsferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rũpentur: quia solummodo ibi magnificus est Dñs noster: locus fluuiorum riui latissimi & patentes: nõ transibit per eum nauis remigum, neq. trieris magna trãsgredietur eũ.

Dñs enim iudex noster, Dñs legifer noster, Dñs rex noster: ipse saluabit nos.

Laxati sunt funiculi tui, sed nõ præualebũt: sic erit malus tuus, vt dilatare signũ nõ queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripiẽt rapinam.

Nec dicet vicinus, Elangui. populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

CAP. XXXIIII.

Accedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius. Quia indignatio Dñi super omnes Gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem.

Interfecti eorũ proicientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor: tabescent montes à sanguine eorum. Et tabescet omnis militia cælorũ, & cõplicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorũ defluet sicut defluit foliũ de vinea & de ficu. Quoniã inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudiciũ. Gladius Dñi repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, de sanguine medullatorũ arietum: victima enim Dñi in Bosra, & interfectio magna in Terra-Edom.

Et descendẽt vnicornes cũ eis, & tauri cum potẽtibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorũ adipe pinguiũ: ¶ quia dies vltionis Dñi, annus retributionũ iudicij Sion. Et cõuertentur torrentes eius in picẽ, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardẽtem.

Nocte & die nõ extinguetur, in sempiternum ascẽdet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum nõ erit transiens per eam. Et possidebũt illã onocrotalus & ericius: & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extẽdetur super eam mẽsura, vt redigatur ad nihilũ, & perpẽdiculum in desolationẽ. Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionũ. Et occurrẽt dæmonia, onocẽtaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueã ericius, & enutriuit catulos, & circũfodit, & fouit in vmbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad alterum. Requirite diligẽter in libro Dñi, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congreuit ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsq. in æternũ possidebunt eam, in generatione & generationem habitabũt in ea.

CAP. XXXV.

Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.

Germinãs germinabit, & exultabit lætabũda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decõrem Dei nostri.

Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis, Confortamini, & nolite timere. ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos.

¶ Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabãt, orietur viror calami & iunci. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non trãsibit per eã polluus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti à Domino, conuertentur, & veniẽt in Sion cum laude; & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

CAP. XXXVI.

¶ Et factum est: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorũ super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorũ Rabsacen de Lachis in Ierusalẽ, ad regẽ Ezechiã in manu graui, & stetit in aquæ ductu piscinę superioris in via Agrifullonis. Et egressus est ad eum Eliacim

filius

pusillanimes MS. G. Q n. 19 MS. H. G.
nostet MS. G.
nos MS. R. G.
Mat. 15, 30

4 Re. 18, 13
2 Pa. 32, 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

filiꝰ Helciæ, qui erat ſuper domũ, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à cõmẽtariis. Et dixit ad eos Rabſaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriorum: Quæ eſt iſta fiducia qua confidis? aut quo cõſilio vel fortitudine rebellare diſponis? ſuper quẽ habes fiduciã, quia receſsiſti à me? Ecce, cõfidis ſuper baculũ arundineũ cõfractum iſtũ, ſuper Aegyptũ: cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eã: ſic Pharao rex Aegypti omnib. qui cõfidunt in eo. Quòd ſi reſpõderis mihi, In Dño Deo noſtro cõfidimus: nõne ipſe eſt cuiꝰ abſtulit Ezechias excelſa & altaria, & dixit Iudæ & Ieruſalẽ, Corã altari iſto adorabitis? Et nunc trade te dño meo regi Aſſyriorũ, & dabo tibi duo millia equorũ, nec poteris ex te præbere aſcenſores eorũ. Et quomodo ſuſtinebis faciẽ iudicis vnius loci ex ſeruis dñi mei minoribus? Quòd ſi cõfidis in Aegypto, in quadrigis, & in equitibꝰ: & nũc nũquid ſine Dño aſcẽdi ad terrã iſtam vt diſperderẽ eam? Dñs dixit ad me, Aſcẽde ſuper terrã iſtã, & diſperde eam. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabſacen, Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui eſt ſuper murũ. Et dixit ad eos Rabſaces, Nunquid ad dñm tuum & ad te miſit me dñs meus, vt loquerer omnia verba iſta; & non potius ad viros qui ſedẽt in muro, vt comedant ſtercora ſua, & bibant vrinã pedũ ſuorũ vobiſcũ?

Et ſtetit Rabſaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit, Audite verba regis magni, regis Aſſyriorũ. Hæc dixit rex, Non ſeducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos. Et nõ vobis tribuat fiduciã Ezechias ſuper Dño, dicẽs, Eruens liberabit nos Dñs, nõ dabitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorũ. Nolite audire Ezechiã: hæc enim dicit rex Aſſyriorum, Facite mecũ benedictionẽ, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſq. vinẽã ſuã, & vnuſquiſq. ficũ ſuam: & bibite vnuſquiſq. aquã ciſternæ ſuæ, donec veniam & tollã vos ad terrã quæ eſt vt terra veſtra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. Nec conturbet vos Ezechias, dicens, Dominus liberabit nos. Nũquid liberauerunt dij gentium vnuſquiſq. terram ſuã de manu regis Aſſyriorum? Vbi eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt Deus Sepharuaim? nũquid liberauerũt Samariã de manu mea? Quis eſt ex omnibus diis terrarũ iſtarũ, qui eruerit terrã ſuã de manu mea, vt eruat Dñs Ieruſalẽ de manu mea? Et ſiluerũt, & nõ reſponderũt ei verbũ. Mãdauerat enim* rex, dicẽs, Ne reſpõdeatis ei. Et ingreſſus eſt Eliacim filiꝰ Helciæ qui erat ſuper domũ, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph à cõmentariis, ad Ezechiam ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

*eis MS. Hier. Verũ in R. H. G. & C. non legitur.

CAP. XXXVII.

1 ET factum eſt: cùm audiſſet rex Ezechias, ſcidit veſtimenta ſua, & obuolutus eſt ſacco, & intrauit in domũ Dñi. 4 Reg. 19. 2 Par. 32.
2 Et miſit Eliacim qui erat ſuper domũ, & Sobnã ſcribã, & ſeniores de ſacerdotibus opertos ſaccis ad Iſaiam filiũ Amos
3 prophetam, & dixerũt ad eum, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemiæ dies hæc: quia venerũt filij vſq. ad partũ, & virtus non eſt
4 pariendi. Si quomodo audiat Dñs Deus tuus verba Rabſacis, quẽ miſit rex Aſſyriorũ dñs ſuus ad blaſphemãdũ Deũ viuẽtẽ, & exprobrandũ ſermonib. quos audiuit Dñs Deus tuus: leua ergo orationẽ
5 pro reliquiis quæ repertæ ſunt. Et venerunt ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiam.
6 & dixit ad eos Iſaias, Hæc dicetis dño veſtro, Hæc dicit Dñs, Ne timeas à facie verborũ quæ audiſti, quib. blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorum me. Ecce,
7 ego dabo ei ſpiritum, & audiet nũtium, & reuertetur ad terrã ſuã, & corruere eũ
8 faciam gladio in terra ſua. Reuerſus eſt autem Rabſaces, & inuenit regem Aſſyriorũ prœliantẽ aduerſus Lobnã. Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis,
9 & audiuit de Tharaca rege Aethiopiæ, dicẽtes, Egreſſus eſt vt pugnet contra te. Quod cùm audiſſet, miſit nuntios ad E-
10 zechiã, dicẽs, Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudę, loquẽtes, Nõ te decipiat Deus tuus, in quo tu cõfidis, dicens, Nõ dabitur Ie-
11 ruſalem in manũ regis Aſſyriorũ. Ecce, tu audiſti omnia quæ fecerũt reges Aſſyriorũ omnib. terris quas ſubuerterunt, &
12 tu poteris liberari? Nũquid eruerũt eos dij Gentiũ, quos ſubuerterũt patres mei, Gozã, & Harã, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thalaſſar?
13 Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuãim, Ana & Auaꝰ
14 Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & aſcendit in domum Dñi, & expandit eos
15 Ezechias corã Dño. Et orauit Ezechias
16 ad Dñm, dicens, Dñe exercituum Deus Iſraël, qui ſedes ſuper cherubim: tu es Deus ſolus omniũ regnorũ terræ, tu feci-
17 ſti cælum & terrã. Inclina Dñe aurem tuã, & audi: aperi Dñe oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sẽnacherib, quæ miſit ad blaſphemandũ Deũ viuentem.
18 Verè enim Dñe deſertas fecerunt reges
19 Aſſyriorũ terras, & regiones earum. Et dederũt deos earũ igni: nõ enim erãt dij, ſed opera manuũ hominũ, lignum & la-
20 pis, & cõminuerunt eos. Et nunc Dñe Deus noſter ſalua nos de manu eius: & cognoſcant omnia regna terræ quia tu es
21 Dñs ſolus. Et miſit Iſaias filius Amos ad Ezechiã, dicẽs: Hæc dicit Dñs Deus Iſraël, Pro quib. rogaſti me de Sennache-
22 rib rege Aſſyriorum, hoc eſt verbũ quod locutus eſt Dñs ſuper eum: Deſpexit te, & ſubſannauit te, virgo filia Sion: poſt te

caput

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

caput mouit, filia Ierusalē. Cui exprobrasti, & quē blasphemasti, & super quē exaltasti vocē, & leuasti altitudinē oculorū tuorū? Ad sanctū Israël. In manu seruorū tuorū exprobrasti Dño: & dixisti, In multitudine quadrigarū mearū ego ascēdi altitudinē montiū, iuga Libani: & succidā excelsa cedrorū eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinē summitatis eius, saltū Carmeli eius. Ego fodi, & bibi aquā, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. Nunquid nō audisti quæ olim fecerim ei? ex dieb. antiquis ego plasmaui illud: & nūc adduxi: & factū est in eradicationē colliū cōpugnantiū, & ciuitatū munitarū. Habitatores earū breuiata manu contremuerūt, & cōfusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramē pascuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequā matureſceret. Habitationem tuā, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & insaniam tuam cōtra me. Cùm fureres aduersum me, superbia tua ascēdit in aures meas: ponā ergo circulū in naribus tuis, & frenū in labiis tuis, & reducā te in viā per quā venisti. Tibi autē hoc erit signū, Comede hoc anno quæ spōtè nascūtur, & in anno secūdo pomis vescere: in anno aūt tertio seminate & metite, & plantate vineas, & comedite fructū earū. Et mittet id quod saluatū fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est, radicē deorsum, & faciet fructum sursum: quia de Ierusalē exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Sion: zelus Dñi exercituum faciet istud. Propterea hæc dicit Dñs de rege Assyriorū, Non intrabit ciuitatē hanc, & non iaciet ibi sagittā: & nō occupabit eā clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eā reuertetur, & ciuitatem hāc nō ingredietur, dicit Dñs. Et protegam ciuitatē istā, vt saluē eā propter me, & propter Dauid seruū meum. ¶ Egressus est autē angelus Dñi, & percussit in castris Assyriorū centū octoginta quinq; millia. Et surrexerunt manè, & ecce omnes cadauera mortuorū. Et egressus est, & abiit: & reuersus est Sennacherib rex Assyriorū, & habitauit in Niniue. Et factum est, cū adoraret in templo Nesroch Deum suum, Adramélech, & Saráſar filij eius percusserunt eū gladio; fugeruntque in Terrā Ararat, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XXXVIII.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq. ad mortem: & introiuit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hęc dicit Dñs, Dispone domui tuę, quia moriēris tu, & nō viues. Et cōuertit Ezechias faciem suā ad parietē, & orauit ad Dñm, & dixit, Obsecro Dñe, memēto quæso quomodò ambulauerim corā te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbū Dñi ad Isaiam, dicens, Vade, & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dñs Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuā, – &' vidi ‖lachrymas tuas'. ecce, ego adiiciā super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorū eruam te & ciuitatē istā, & protegā eam. Hoc aūt tibi erit signū à Dño, quia faciet Dñs verbū hoc quod locutus est: Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.

Scriptura Ezechiæ regis Iuda cū ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.

Ego dixi, In dimidio dierū meorū vadam ad portas inferi: quæsiui residuum annorum meorum.

Dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viuentium, non aspiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est; & conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum: præcisa est, velut à texente, vita mea: dū adhuc ordirer, succîdit me: de manè vsque ad vesperam finies me.

Sperabam vsque ad manè, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea: de manè vsque ad vesperam finies me.

Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba: attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum: Dñe vim patior, ‖respondē pro me.

Quid dicam, aut quid respōdebit mihi, cū ipse ‖fecerit'? recogitabo *omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Dñe–‖si' sic viuitur, & in talib. vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me.

Ecce, in pace amaritudo mea amarissima: tu autē eruisti animā meam vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia nō infernus cōfitebitur tibi, neq. mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notā faciet veritatem tuam.

Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Et iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.

Et dixit Ezechias, Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

CAP. XXXIX.

IN ‖tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladā rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiā: audierat enim q ægrotasset, & conualuisset. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellā aromatū, & argenti, & auri, & odoramentorū, & vnguēti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius. Non

– MS. R. H. C. Textus autē, vt hoc, & proximo loco respōdet G. ‖lachrymā tuam to MS. H.

‖sponde 1 MS. R. H. Q. n.

‖fecerim o Q. n.

*tibi o Q. n.

–7 MS.

‖sic 4 MS. Q. n.

4 Re. 20, 12

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuit verbū quod nō ostēderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

Introiuit aūt Isaias ꝓpheta ad Ezechiā regē, & dixit ei, Quid dixerūt viri isti, & vnde venerunt ad tē? Et dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. Et dixit, Quid viderūt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia quæ in domo mea sunt, viderūt: non fuit res quā non ostenderim eis in thesauris meis.

Et dixit Isaias ad Ezechiam, Audi verbum Domini exercituum: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit Dñs. Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam, Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit, Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

Consolamini consolamini populе meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalē, & aduocate eam: quoniam completa est ‖malitia' eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Dñi duplicia pro omnib peccatis suis. ‖Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria Dominī, & videbit omnis caro pariter quod os Dñi locutū est. Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? ‖Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cécidit flos, quia spiritus Dñi sufflauit in eo. Verè fœnum est populus: exiccatū est fœnum, & cécidit flos: ‖Verbum aūt ‖Dñi' nostri manet in æternū. Super montem excelsum ascende tu ‖qui' euāgelizas Sīō: exalta in fortitudine vocē tuam, ‖qui' euangelizas Ierusalē: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: ecce Dñs Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo. ‖Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quis mēsus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appēdit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statéra? ‖Quis adiuuit spiritū Dñi? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitię, & eruditiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi? Ecce, Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum statéræ reputatæ sunt: ecce, insulæ quasi puluis exiguus. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius nō sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi nō sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilū, & inane reputatæ sunt ei. ‖Cui ergo similem fecistis Deū? aut quā imaginem ponetis ei? Nūquid sculptile cōflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius? Forte lignum, & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrū quod non moueatur. Nūquid non ‖scitis'? nunquid non ‖audistis'? nūquid non annuntiatū est vobis ab initio? nunquid nō intellexistis fundaméta terræ? Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandū. Qui dat secretorū scrutatores quasi nō sint, iudices terræ velut inane fecit: ‖Etquidem' neque ‖plantatus, neq. satus, neq. radicatus in terra truncus' eorū: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulā auferet eos. Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiā eorū, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisq. eius, neq. vnū reliquū fuit. Quare dicis Iacob, & loqueris Israēl, Abscōdita est via mea à Dño, & à Deo meo iudiciū meum ‖transiuit'? Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dñs qui creauit terminos terræ: non deficiet, neq. laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso virtutē: & his qui nō sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui aūt sperant in Domino, mutabunt fortitudinē, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CAP. XLI.

Taceant ad me insulæ, & Gētes mutent fortitudinē: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudiciū propinquemus. Quis suscitauit ab Oriēte iustum, vocauit eū vt sequeretur se? dabit in cōspectu eius Gētes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerē gladio eius, * sicut stipulā vēto raptā arcui eius. Persequetur eos, trānsibit in pace, semita in pedib. eius nō apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit, vocās generationes ab exordio? Ego Dñs, ‖primus & nouissimus ego sum. Viderunt insulæ, & timuerunt, extremā terræ obstupuerūt, appropinquauerūt, & accesserunt. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur; & fratri suo dicet, Cōfortare. Cōfortauit faber ærarius, percutiēs malleo, eū qui cudebat tunc temporis, diēs, Glutino bonū est: & cōfortauit eū clauis, vt nō moueret. Et tu Israēl serue mē, Iacob quē elegi, semē Abrahā amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ,

‖militia H. Q. n. Mat. 3,3. Mar. 1,3. Luc. 1,4. Ioan. 1,23.

Eccl. 14,18 Iac. 1,10. 1 Pet. 1,24.

‖Dei MS. R.H.G.C. Matt. 5,18. 24,35. Mar. 13,31 Luc. 16,17

‖quæ 2 MS. Hier. H.Q.n. Ioan. 10,11 Ezech. 34, 23.37,24.

Ro. 11,34. 1 Cor. 2,16 Sap. 9,13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& à lõginquis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. Ne timeas, quia ego tecũ sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliat⁹ sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce cõfundẽtur & erubescẽt oẽs qui pugnãt aduersum te: erunt quasi nõ sint, & peribũt viri q̃ cõtradicũt tibi. Quæres eos, & nõ inuenies, viros rebelles tuos. erunt quasi nõ sint: & veluti cõsumptio hominis bellantis⁹ aduersum te. Quia ego Dñs Deus tuus apprehendens manũ tuam, dicensq̃ tibi, Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dñs; & redemptor tuus sanctus Israël. Ego posui te quasi plaustrũ triturãs nouũ, habẽs rostra serrantia: triturabis mõtes, & cõminues: & colles quasi puluerem pones. Vẽtilabis eos, & ventus tollet, & turbo dispergẽt eos: & tu exultabis in Dño, in sancto Israël lętaberis. Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorũ siti aruit. Ego Dñs exaudiã eos, Deus Israël nõ derelinquam eos. Aperiam in ‖supinis⁹ collibus flumina, & in medio camporũ fontes: ponã desertũ in stagna aquarũ, & terrã inuiam in riuos aquarũ. Dabo in solitudinẽ cedrũ & spinã, & myrtum, & lignũ oliuæ: ponã in deserto abietẽ, vlmũ, & buxum simul: Vt videãt, & sciãt, & recogitent, & intelligãt pariter, quia manus Dñi fecit hoc, & sanctus Israël creauit illud. Propè facite iudiciũ vestrũ, dicit Dñs: afferte, si quid fortè habetis, dixit rex Iacob. Accedant, & nuntient nobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerunt nuntiate: & ponemus cor nostrũ, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis. Annuntiate quæ vẽtura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. bene quoque aut malè, si potestis, facite: & loquamur, & videam⁹ simul. Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos. Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis: vocabit nomẽ meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcãs humum. Quis annuntiauit ab exordio, vt sciamus: & à principio, vt dicamus, Iustus es? non est neque annuntians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalẽ euãgelistã dabo. Et vidi, & non erat neq; ex istis quisquã qui iniret consilium, & interrogatus respõderet verbum. Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum, ventus & inane simulachra eorum.

CAP. XLII.

ECce ‖seruus meus, suscipiã eum: electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritũ meũ super eũ, iudicium Gẽtibus proferet. Non clamabit, neq; accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamũ quassatũ nõ cõteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legẽ eius insulæ expectabũt. Hæc dicit Dñs Deus creans cælos, & extendẽs eos: firmãs terrã, & quæ germinant ex ea: dãs flatũ populo qui est super eam, & spiritũ calcãtibus eam. Ego Dñs vocaui te in iustitia, & apprehendi manũ tuam, & seruaui te. Et ‖dedi te in fœdus populi, in lucẽ Gẽtiũ: Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctũ, de domo carceris sedẽtes in tenebris. Ego Dñs, hoc est nomẽ meũ: ‖gloriã meã alteri nõ dabo, & laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoq; ego annuntio: antequã oriãtur, audita vobis faciã. Cãtate Dño canticũ nouũ, laus eius ab extremis terræ, qui descẽditis in mare, & plenitudo ei⁹: insulæ, & habitatores earũ. Subleuetur desertũ & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montiũ clamabũt. Ponent Dño gloriam, & laudem eius in insulis nũtiabunt. Dñs sicut fortis egredietur, *sicut vir prœliator suscitabit zelũ: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos cõfortabitur. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul. Desertos faciam mõtes, & colles; & omne gramen eorũ exiccabo: & ponã flumina in insulas, & stagna arefaciã. Et ducã cæcos in viã quã nesciũt: & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciã: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. hęc verba feci eis, & nõ dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum: cõfundantur cõfusione, qui confidũt in sculptili, qui dicunt conflatili, Vos dij nostri. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndũ. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuntios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini? Qui vides multa, nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audies? Et Dñs voluit vt sanctificaret eũ, & magnificaret legẽ, & extolleret. Ipse aũt populus direptus, & vastatus: laque⁹ iuuenũ omnes, & in domib. carcerũ absconditi sunt: facti sunt in rapinã, nec est qui eruat: in direptionẽ, nec est qui dicat, Redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attẽdat, & auscultet futura? Quis dedit in direptionẽ Iacob, & Israël vastãtibus? nónne Dñs ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legẽ eius. Et effudit super eũ indignationẽ furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & nõ cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

Inf. 49,6.

Inf. 48,11.

*& 7 MS. G. Verùm R. Hier. H. & C. non addunt.

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit Dñs creãs te Iacob, & formãs te Israël: Noli timere, quia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cùm trãsieris per aquas, tecũ ero, & flumina nó operiẽt te: cũ ambulaueris in igne, nõ cõburẽris, & flãma nõ ardebit in te: Quia ego Dñs Deus tuus ſanctus Iſraël ſaluator tuus, dedi propitiationem tuá Aegyptũ, Aethiopiam & Saba pro te.
Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos ꝓ anima tua.
Noli timere, qa ego tecũ ſum: ab Oriẽte adducã ſemen tuũ, & ab Occidẽte cõgregabo te. Dicam Aquiloni, Da: & Auſtro, Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.
Et oẽm qui inuocat nomẽ meũ, in gloriá meá creaui eũ, formaui eũ, & feci eũ.
Educ foras populũ cæcũ, & oculos habẽtem: ſurdum, & aures ei ſunt. Omnes gentes congregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt tribus: quis in vobis annũtiet iſtud, & quæ prima ſunt, audire nos faciet? dẽt teſtes eorum, & iuſtificẽtur, & audiãt, & dicant, Verè. Vos teſtes mei, dicit Dñs, & ſeruus meus quem elegi: vt ſciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum. ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. ¶ Ego ſum, ego ſum Dñs, & non eſt abſq. me ſaluator. Ego annuntiaui, & ſaluaui: auditũ feci, & non fuit in vobis alienus. vos teſtes mei, dicit Dñs, & ego Deus. Et ab initio ego ipſe, & nõ eſt qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? Hæc dicit Dñs redẽptor veſter, ſanctus Iſraël, Propter vos emiſi in Babylonem, & detraxi vectes vniuerſos, & Chaldæos in nauibus ſuis gloriãtes. Ego Dñs ſanctus veſter, creans Iſraël rex veſter. Hæc dicit Dñs, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentib. ſemitam. Qui eduxit quadrigam & equum: agmen & robuſtũ, ſimul obdormierunt, nec reſurgẽt: contriti ſunt quaſi linum, & extincti ſunt. Ne memineritis priorũ, & antiqua ne intueamini.
Ecce ¶ ego facio noua, & nunc oriẽtur; vtiq. cognoſcetis ea: ponã in deſerto viã, & in inuio flumina. Glorificabit me beſtia agri, dracones & ſtruthiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in inuio, vt darem potũ populo meo, electo meo.
Populũ iſtũ formaui mihi, laudẽ meam narrabit. Nõ me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me Iſraël. Non obtuliſti mihi arietẽ holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me: nõ te ſeruire feci in oblatione, nec laborẽ tibi ꝑbui in thure. Nõ emiſti mihi argẽto calamũ, & adipe victimarũ tuarũ nõ inebriaſti me. Verũtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis, prębuiſti mihi laborẽ in iniquitatib. tuis. Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorũ non recordabor. Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul: narra ſi quid habes vt iuſtificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui prævaricati ſunt in me.
Et cõtaminaui principes ſanctos, *dedi ad internecionẽ Iacob, & Iſraël in blaſphemiam.

CAP. XLIIII.

ET nunc audi Iacob ſerue meus, & Iſraël quẽ elegi: Hæc dicit Dñs faciẽs & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſſime quẽ elegi. Effundã enim aquas ſuper ſitientẽ, & fluẽta ſuper aridã: effundã ſpiritũ meũ ſuper ſemẽ tuũ, & benedictionẽ meã ſuper ſtirpẽ tuam. Et germinabunt inter herbas quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Iſte dicet, Dñi ego ſum: & ille vocabit in nomine Iacob. & hic ſcribet manu ſua, Dño: & in nomine Iſraël aſsimilabitur. Hæc dicit Dñs rex Iſraël, & redemptor eius Dñs exercituũ, ¶ Ego primus, & ego nouiſsimus, & abſq. me nõ eſt Deus. Quis ſimilis mei? vocet & annuntiet: & ordinẽ exponat mihi, ex quo conſtitui populum antiquũ: ventura & quæ futura ſunt annuntient eis.
Nolite timere, neque conterremini: ex tũc audire te feci, & annuntiaui: vos eſtis teſtes mei. nunquid eſt Deus abſq. me, & formator quẽ ego non nouerim? Plaſtæ idôli omnes nihil ſunt, & amãtiſsima eorum nõ proderũt eis. ipſi ſunt teſtes eorũ, quia nõ vident neq. intelligũt, vt cõfundantur. Quis formauit Deũ, & ſculptile cõflauit ad nihil vtile? Ecce, omnes participes eius confundẽtur: fabri enim ſunt ex hominibus: conuenient omnes, ſtabũt & pauebũt, & cõfundẽtur ſimul. ¶ Faber ferrarius lima operatus eſt: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuę: eſuriet & deficiet, nõ bibet aquã, & laſſeſcet. Artifex lignarius extẽdit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularib⁹, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quaſi ſpecioſum hominẽ habitãtem in domo. Succĩdit cedros, tulit ilicẽ, & quercum quæ ſteterat inter ligna ſaltus: plãtauit pinum, quã pluuia nutriuit. Et facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, & calefactus eſt: & ſuccendit, & coxit panes: de reliquo autẽ operatus eſt deum, & adorauit: fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud. Mediũ eius combuſsit igni, & de medio eius carnes *comedit: coxit pulmentum, & ſaturatus eſt, & calefactus eſt, & dixit, Vah, calefactus ſum, vidi focum. Reliquũ aũt eius deũ fecit & ſculptile ſibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat, dicens, Libera me, quia Deus meus es tu. Neſcierũt, neq. intellexerũt: obliti enim ſunt, ne videãt oculi eorũ, & ne intelligant corde ſuo. Nõ recogitãt in mẽte ſua, neq. cognoſcunt, neq. ſentiunt, vt dicãt, Medietatem eius combuſsi igni, & coxi ſuper carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idôlum faciam? ante truncum ligni procidam? Pars eius cinis eſt: cor inſipiẽs adora-

Oſee 13,4.
2 Cor. 5,17
Apoc. 21,5.
* & R.H. C.G.
Ier. 30,10. 46,27.
Sup. 41,4. Inf. 48,12. Apoc. 1,8. 22,13.
Sup. 13,11.
- MS.H. C. *coxit & MS. R. Q.n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adorauit illud, & nō liberabit animā ſuā, neq. dicet, Fortè mendaciū eſt in dextera mea. Memēto horū Iacob & Iſraël, qm̄ 21
ſeruus meus es tu. formaui te, ſeruꝰ meus es tu Iſraël, nō obliuiſcaris mei. Deleui 22
vt nubē iniquitates tuas, & quaſi nebulā peccata tua: reuertere ad me, qm̄ redemi te. Laudate cæli, quoniā ‖misericor- 23
diam' fecit Dn̄s: iubilate extrema terræ: reſonate mōtes laudationē, ſalt⁹ & omne lignū eius; quoniā redemit Dn̄s Iacob, & Iſraël gloriabitur. Hæc dicit Dn̄s redē- 24
ptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego ſum Dn̄s faciēs oīa, extēdēs cælos ſolus, ſtabiliens terrā, & nullus mecum. Irrita 25
faciēs ſigna diuinorū, & ariolos in furorē vertēs. Cōuertēs ſapientes retrorſum: & ſciētiā eorū ſtultā faciēs. Suſcitās verbū 26
ſerui ſui, & cōſiliū nuntiorū ſuorum cōplens. Qui dico Ieruſalē, Habitaberis: & ciuitatib⁹ Iudæ, Aedificabimini, & deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico profundo, 27
Deſolare, & flumina tua arefaciā. Qui 28
dico Cyro, Paſtor meus es: & omnē voluntatem meam cōplebis. Qui dico Ieruſalem, Aedificaberis; & templo, Fūdaberis.

CAP. XLV.

HAec dicit Dn̄s chriſto meo Cyro, 1
cuius apprehēdi dexterā, vt ſubiiciā ante faciē eius Gētes, & dorſa regū vertā, & aperiā corā eo ianuas, & portę nō claudētur. Ego ante te ibo: & glorioſos ter- 2
ræ humiliabo: portas æreas cōterā, & veſtes ferreos cōfringā. Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorū: 3
vt ſcias quia ego Dn̄s qui voco nomē tuū Deus Iſraël. Propter ſeruū meū Iacob, 4
& Iſraël electū meū, & vocaui te *nomine tuo: aſsimilaui te, & non cognouiſti me. Ego Dn̄s, & non eſt amplius: extra 5
me nō eſt Deus: accinxi te, & nō cognouiſti me: Vt ſciāt hi qui ab ortu ſolis, & 6
qui ab occidēte, qm̄ abſq. me nō eſt. Ego Dn̄s, & non eſt alter: formans lucem, & 7
creās tenebras: faciens pacē, & creās malū: ego Dn̄s faciēs oīa hæc. Rorate cæli 8
deſuper, & nubes pluāt iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul. ego Dn̄s creaui eum. Væ 9
qui contradicit ‖ fictori' ſuo, teſta de ſamiis terræ. ‖ nunquid dicet lutum figulo ſuo, Quid facis, & opus tuū abſq. manibus eſt? Væ qui dicit patri, Quid gene- 10
ras? & mulieri, Quid parturis? Hæc di- 11
cit Dn̄s ſanctus Iſraël plaſtes eius, Vēturа interrogate me: ſuper filios meos, & ſuper opus manuū mearū mādate mihi.
Ego feci terrā: & hominem ſuper eam 12
creaui ego: manus meę tetenderūt cælos, & omni militiæ eorū mādaui. Ego ſuſ- 13
citaui eū ad iuſtitiā, & oēs vias eius dirigā: ipſe ædificabit ciuitatē meā, & captiuitatē meā dimittet, nō in pretio, neq. in munerib⁹, dicit Dn̄s De⁹ exercituū. Hæc 14
dicit Dn̄s, Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te trāſibunt, & tui erūt: Poſt te ambulabūt, vincti manicis pergēt: & te adorabūt, teq. deprecabūtur: Tantum in te eſt
15 Deus, & nō eſt abſq. te Deus. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël ſaluator.
16 Cōfuſi ſunt & erubuerunt oēs: ſimul abierunt in cōfuſionē fabricatores erro-
17 rū. Iſraël ſaluatus eſt in Dn̄o ſalute æterna: nō cōfundemini, & non erubeſcetis vſq. in ſeculū ſeculi. Quia hæc di-
18 cit Dn̄s creans cælos, ipſe Deus formans terrā, & faciēs eā, ipſe plaſtes eius: nō in vanū creauit eā: vt habitaretur formauit
19 eā. ego Dn̄s, & nō eſt alius. Non in abſcōdito locutus ſum, in loco terræ tenebroſo: nō dixi ſemini Iacob, Fruſtra quęrite me, ego Dn̄s loquēs iuſtitiā, annun-
20 tians recta. Congregamini, & venite, & accedite ſimul qui ſaluati eſtis ex Gētibus: neſcierūt qui leuant lignū ſculpturæ
21 ſuæ, & rogāt Deū nō ſaluantē. Annuntiate, & venite, & cōſiliamini ſimul: quis auditū fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? nūquid non ego Dn̄s, & non eſt vltrà Deus abſq. me? Deus iuſtus & ſal-
22 uās nō eſt præter me. Conuertimini ad me, & ſalui eritis oēs fines terræ: quia e-
23 go Deus, & nō eſt alius. In memetipſo iuraui, egredietur de ore meo iuſtitiæ verbū, & nō reuertetur: quia ‖ mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lin- *Rom. 14, 11 Phil. 2, 10.*
24 gua. Ergo in Dn̄o, dicet, meæ ſunt iuſtitiæ & imperiū: ad eū venient, & con-
25 fundētur oēs qui repugnant ei. In Dn̄o iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſraël.

CAP. XLVI.

1 COnfractus eſt Bel, cōtritus eſt Nabo: facta ſunt ſimulachra eorū beſtiis & iumētis, onera veſtra graui pondere vſq.
2 ad laſſitudinē. Cōtabuerūt, & contrita ſunt ſimul: nō potuerūt ſaluare portantē,
3 & anima eorū in captiuitatē ibit. Audite me domus Iacob, & omne reſiduū domus Iſraël, qui portamini à meo vtero,
4 qui geſtamini à mea vulua. Vſq. ad ſenectā ego ipſe, & vſq. ad canos ego portabo: ego feci, & ego ferā: ego portabo, &
5 ſaluabo. Cui aſsimilaſtis me, & adæquaſtis & cōparaſtis me, & feciſtis ſimi-
6 lē? Qui cōfertis aurū de ſacculo, & argentū ſtatēra pōderatis: cōducētes aurificē, vt faciat deū: & procidūt & adorāt.
7 ‖ Portāt illū in humeris geſtātes, & ponētes in loco ſuo, & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. ſed & cùm clamauerint ad eū, nō audiet: de tribulatione nō ſal- *Baruch. 6, 25.*
8 uabit eos. Mementote iſtud, & confundamini: redite prævaricatores ad cor.
9 Recordamini prioris ſeculi, quoniā ego ſum Deus, & nō eſt vltrà Deus, nec eſt ſi-
10 milis mei: Annuntians ab exordio nouiſſimū, & ab initio quæ necdum facta ſunt, dicēs, Conſiliū meū ſtabit, & omnis
11 volūtas mea fiet: Vocās ab Oriēte ‖ auē', *Aiuſtum o.* & de terra lōginqua virū volūtatis meæ. & locutus ſum, & adducā illud: creaui, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

faciam illud. Audite me duro corde, qui 12
longè eſtis à iuſtitia. Propè feci iuſtitiã 13
meã, nõ elõgabitur, & ſalus mea nõ morabitur. Dabo in Sion ſalutem, & Iſraëli gloriam meam.

CAP. XLVII.

DEſcende, ſede in puluere virgo filia 1
Babylõ, ſede in terra: nõ eſt ſolium filiæ Chaldæorũ, quia vltrà nõ vocaberis mollis & tenera. Tolle molã, & mole fa- 2
rinã: denuda turpitudinẽ tuã, diſcooperi humerum, reuela crura, tranſi flumina.
Nahũ 3,5. ‖ Reuelabitur ignominia tua, & vide- 3
bitur opprobriũ tuum: vltionẽ capiam, & nõ reſiſtet mihi homo. Redẽptor noſter, 4
Dñs exercituũ nomẽ illius, ſanctꝰ Iſraël.
Sede tacens, & intra in tenebras filia 5
Chaldæorũ: quia nõ vocaberis vltrà domina regnorũ. Iratus ſum ſuper populũ 6
meũ, cõtaminaui hæreditatẽ meã, & dedi eos in manu tua: nõ poſuiſti eis miſericordias: ſuper ſenẽ aggrauaſti iugũ tuum valde. Et dixiſti, In ſempiternũ ero do- 7
mina: nõ poſuiſti hæc ſuper cor tuũ, neq. recordata es nouiſsimi tui. Et nũc audi 8
hæc delicata, & habitans cõfidenter, quæ
Apoc. 18,7. dicis in corde tuo, ‖ Ego ſum, & non eſt præter me amplius: nõ ſedebo vidua, &
Inf. 51,19. ignorabo ſterilitatẽ. ‖ Venient tibi duo 9
hæc ſubitò in die vna, ſterilitas & viduitas. vniuerſa venerũt ſup te, ꝓpter multitudinẽ maleficiorũ tuorũ, & ꝓpter duritiã incãtatorũ tuorũ vehemẽtẽ. Et fi- 10
duciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti, Nõ eſt quivideat me. Sapiẽtia tua & ſciẽtia tua, hæc decepit te. Et dixiſti in corde tuo, Ego ſum, & præter me nõ eſt altera.
Veniet ſup te malũ, & neſcies ortũ eiꝰ: 11
& irruet ſuper te calamitas, quã nõ poteris expiare: veniet ſup te repẽte miſeria quã neſcies. Sta cũ incantatoribus tuis, 12
& cũ multitudine maleficiorum tuorũ in quibꝰ laboraſti ab adoleſcẽtia tua, ſi fortè quid proſit tibi, aut ſi poſsis fieri fortior.
Defeciſti in multitudine cõſiliorũ tuo- 13
rũ: ſtent, & ſaluẽt te augures cæli, qui cõtemplabãtur ſidera, & ſupputabãt menſes, vt ex eis annũtiarẽt vẽtura tibi. Ec- 14
ce, facti ſunt quaſi ſtipula, ignis cõbuſsit eos: non liberabunt animã ſuã de manu flammæ: nõ ſunt prunæ quibus calefiãt; nec focus, vt ſedeãt ad eũ. Sic facta ſunt 15
tibi in quibuſcumq. laboraueras: negotiatores tui ab adoleſcẽtia tua, vnuſquiſque in via ſua errauerunt: non eſt qui ſaluet te.

CAP. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob, qui voca- 1
mini nomine Iſraël, & de aquis Iuda exiſtis, qui iuratis in nomine Dñi, & Dei Iſraël recordamini nõ in veritate neq. in iuſtitia. De ciuitate enim ſancta vocati 2
ſunt, & ſup Deũ Iſraël conſtabiliti ſunt: Dñs exercituũ nomẽ eius. Priora ex tũc 3
annũtiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repẽte operatus ſum, & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & 4
neruus ferreꝰ ceruix tua, & frõs tua ærea.
5 Prædixi tibi ex tũc: antequã venirẽt indicaui tibi, ne fortè diceres, Idôla mea fecerũt hæc, & ſculptilia mea, & cõflatilia
6 mãdauerũt iſta. Quæ audiſti, vide oĩa: vos autẽ nũ annũtiaſtis? Audita feci tibi noua extũc, & cõſeruata ſunt quæ neſcis:
7 nũc creata ſunt, & nõ ex tũc: & ante diẽ, & non audiſti ea, ne fortè dicas, Ecce ego
8 cognoui ea. Neq. audiſti, neq. cognouiſti, neq. ex tunc aperta eſt auris tua. ſcio enim quia præuaricãs præuaricaberis, &
9 trãſgreſſorẽ ex vtero vocaui te. Propter nomen meũ lõgè faciã furorẽ meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas.
10 Ecce, excoxi te, ſed nõ quaſi argentũ,
11 elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciã, vt nõ blaſphemer:
12 ‖ & gloriã meã alteri nõ dabo. Audi me Iacob, & Iſraël quẽ ego voco: ‖ ego ipſe, Sup. 41,4 Sup. 44,6.
13 ego primus, & ego nouiſsimus. Manus quoq. mea fundauit terrã, & dextera mea mẽſa eſt cælos: ego vocabo eos, & ſtabũt
14 ſimul. Cõgregamini oẽs vos, & audite: quis de eis annuntiauit hæc? Dñs dilexit eũ, faciet voluntatẽ ſuam in Babylone, &
15 brachiũ ſuũ in Chaldæis. Ego ego locutꝰ ſum, & vocaui eum: adduxi eũ, & directa
16 eſt via eius. Accedite ad me, & audite hoc: nõ à principio in abſcõdito locutus ſum: ex tẽpore antequã fieret, ibi erã, & nũc Dñs Deus miſit me, & ſpiritus eius.
17 Hæc dicit Dñs redẽptor tuus ſanctꝰ Iſraël, Ego Dñs Deus tuus docẽs te vtilia,
18 gubernãs te in via qua ambulas. Vtinã attẽdiſſes mãdata mea: fãcta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgi-
19 tes maris, & fuiſſet quaſi arena ſemen tuũ, & ſtirps vteri tui vt lapilli eius: non interiſſet, & nõ fuiſſet attritũ nomẽ eius
Ier 51,6. 20 à facie mea. ‖ Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annũtiate: auditũ facite hoc, & efferte illud vſq. ad extrema terræ. ‖ Dicite, Rede- Exod. 17,6
21 mit Dñs ſeruũ ſuũ Iacob. Non ſitierunt Nu. 20,8
in deſerto, cùm educeret eos: ‖ aquam de Inf. 57,
petra ꝓduxit eis, & ſcidit petrã, & fluxe-
22 rũt aquæ. Nõ eſt pax impiis, dicit Dñs.

CAP. XLIX.

1 AVdite inſulæ, & attẽdite populi dé-
longe: Dñs ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meę recordatus eſt nominis Inf. 51,16
2 mei. ‖ Et poſuit os meũ quaſi gladium acutũ: in vmbra manus ſuæ ꝓtexit me, & poſuit me ſicut ſagittã electã: in pha-
3 retra ſua abſcondit me. Et dixit mihi, Seruus meus es tu Iſraël, quia in te gloriabor.
4 Et ego dixi, In vacuũ laboraui, fine cauſa, & vanè fortitudinẽ meã conſumpſi: ergo iudiciũ meũ cũ Dño, & opꝰ
5 meũ cũ Deo meo. Et nũc dicit Dñs, formãs me ex vtero ſeruũ ſibi, vt reducã Iacob ad eũ, & Iſraël nõ cõgregabit: & glorificatus ſum in oculis Dñi, & Deꝰ meus
6 factus eſt fortitudo mea. Et dixit, Parũ eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Sup. 42,6. Act. 13,47
Iacob, & fæces Iſraël cõuertẽdas. ‖ Ecce,

dedi

dedi te in lucē Gētiū, vt sis salus mea vsq. ad extremū terræ. Hæc dicit Dñs redē- 7
ptor Israël, sanctus eius, ad cōtemptibilē
animā, ad abominatā gentē, ad seruū do-
minorū: Reges videbūt, & cōsurgēt prin-
cipes, & adorabūt ꝓpter Dñm, quia fide-
lis est, & sanctū Israël qui elegit te. Hæc 8
dicit Dñs, ¶ In tēpore placito exaudiui te,
& in die salutis auxiliat⁹ sum tui: & ser-
uaui te, & dedi te in fœdus populi, vt sus-
citares terram, & possideres hæreditates
dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, 9
Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini.
Super vias pascētur, & in omnib. planis pa-
scua eorū. ¶ Nō esuriēt, neq. sitiēt, & nō 10
percutiet eos æst⁹ & sol: quia miserator eo-
rū reget eos, & ad fōtes aquarū⁴ potabit⁷
eos. Et ponā oēs mōtes meos in viā, & 11
semitæ meæ exaltabūtur. Ecce isti dē- 12
longe venient, & ecce illi ab Aquilone &
mari, & isti de terra australi. Laudate cæ- 13
li, & exulta terra, iubilate mōtes laudem:
quia cōsolat⁹ est Dñs populū suū, & pau-
perū suorū miserebitur. Et dixit Sion, 14
Dereliquit me Dñs, & Dñs oblit⁹ est mei:
Nūquid obliuisci potest mulier infantē 15
suū, vt nō misereatur filio vteri sui? & si
illa oblita fuerit, ego tamē nō obliuiscar
tui. Ecce, in manibus meis descripsi te: 16
muri tui corā oculis meis semp. Vene- 17
rūt structores tui: destruētes te, & dissi-
pantes à te exibunt. ¶ Leua in circuitu 18
oculos tuos, & vide, oēs isti cōgregati sūt,
venerūt tibi: viuo ego, dicit Dñs, quia om
nib. his velut ornamēto vestiēris, & cir-
cūdabis tibi eos quasi spōsa. Quia de- 19
serta tua & solitudines tuæ, & terra ruinæ
tuæ nūc angusta erūt pre habitatorib⁹, &
lōgē fugabūtur qui absorbebāt te. Ad- 20
huc dicēt in auribus tuis filij sterilitatis
tuæ, Angustus est mihi locus, fac spatium
mihi vt habitē. Et dices in corde tuo, 21
Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & nō
pariēs, trāsmigrata & captiua: & istos quis
enutriuit? ego destituta & sola: & isti vbi
hic erāt? Hæc dicit Dñs Deus, Ecce, le- 22
uabo ad Gētes manū meā, & ad populos
exaltabo signū meū. Et afferēt filios tuos
in vlnis, & filias tuas sup humeros por-
tabūt. Et erūt reges nutritij tui, & reginæ 23
nutrices tuæ: vultu in terra demisso ado-
rabunt te, & puluerē pedū tuorū lingent.
Et scies quia ego Dñs, sup quo nō cōfū-
dētur qui expectāt eū. Nūquid tolletur 24
a forti præda? aut quod captū fuerit à ro-
busto, saluū esse poterit? Quia hæc dicit 25
Dñs, Equidē & captiuitas à forti tolletur:
& quod ablatū fuerit à robusto, saluabit.
Eos verò qui iudicauerūt te, ego iudica-
bo, & filios tuos ego saluabo. Et ciba- 26
bo hostes tuos carnibus suis: & quasi mu-
sto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet
omnis caro, quia ego Dñs saluās te, & re-
demptor tuus fortis Iacob. CAP. L.
HAec dicit Dñs, Quis est hic liber re- 1
pudij matris vestræ, quo dimisi eā?
aut quis est creditor me⁹, cui vēdidi vos?
ecce in iniquitatibus vestris vēditi estis,
& in sceleribus vestris dimisi matrē ve-
2 strā. Quia veni, & nō erat vir: vocaui, &
nō erat qui audiret. ¶ nūquid abbreuiata
& paruula facta est man⁹ mea, vt nō pos-
sim redimere? aut nō est in me virtus ad
liberandū? Ecce, in increpatione mea de-
sertū faciā mare, ponā flumina in siccū:
cōputrescēt pisces sine aqua, & morietur
3 in siti. Induā cælos tenebris, & saccū po-
4 nā operimētū eorū. Dñs dedit mihi lin-
guā eruditā, vt sciā sustētare eū qui lassus
est, verbo: erigit manè, manè erigit mihi
5 aurē, vt audiā quasi magistrū. Dñs Deus
aperuit mihi aurē, ego autē nō contradi-
6 co; retrorsum nō abij. ¶ Corp⁹ meū dedi
percutientibus, & genas meas vellentibus:
faciē meā nō auerti ab increpantibus &
7 cōspuētib⁹*. Dñs Deus auxiliator me⁹,
ideo nō sum cōfusus: ideo posui faciem
meā, vt petrā durissimā, & scio qm̄ non
8 cōfundar. ¶ Iuxtà est qui iustificat me,
quis cōtradicet mihi? stemus simul. quis
est aduersarius meus? accedat ad me.
9 Ecce Dñs Deus, auxiliator meus: quis
est qui cōdemnet me? Ecce oēs quasi ve-
stimentū cōterentur, tinea comedet eos.
10 Quis ex vobis timēs Dñm, audiēs vo-
cē serui sui, qui ambulauit in tenebris, &
nō est lumē ei? speret in nomine Dñi, &
11 innitat̄ sup Deū suū. Ecce vos oēs accē-
dētes ignē accincti flāmis, ābulate in lu-
mine ignis vestri, & in flāmis quas suc-
cēdistis: de manu mea factū est hoc vo-
bis, in doloribus dormietis. CAP. LI.
1 AVdite me qui sequimini quod iustū
est, & quæritis Dñm: attēdite ad pe-
trā vnde excisi estis, & ad cauernam laci
2 de qua præcisi estis. Attendite ad Abra-
hā patrē vestrum, & ad Sarā quæ peperit
vos: quia vnū vocaui eū, & benedixi ei,
3 & multiplicaui eum. Consolabitur ergo
Dñs Siō, & cōsolabitur oēs ruinas eius:
& ponet desertū ei⁹ quasi delicias, & so-
litudinē eius quasi hortū Dñi. Gaudium
& lætitia inuenietur in ea, gratiarū actio,
4 & vox laudis. Attendite ad me populo
meus, & tribus mea me audite: quia lex
à me exiet, & iudiciū meū in lucē popu-
5 lorū requiescet. Propè est iustus meus,
egressus est saluator meus, & brachia mea
populos iudicabunt: me insulæ expecta-
6 bunt, & brachiū meū sustinebunt. Le-
uate in cælū oculos vestros, & videte sub
terra deorsum: quia cæli sicut fumus li-
quescēt, & terra sicut vestimētū attere-
tur, & habitatores ei⁹ sicut hæc interibūt:
¶ Salus aūt mea in sempiternū erit, & iu-
7 stitia mea nō deficiet. Audite me q̄ scī-
tis iustū, populus meus lex mea in corde
eorū: nolite timere opprobriū hominū,
8 & blasphemias eorū ne metuatis. Sicut
enim vestimentum, sic comedet eos ver-
mis: & sicut lanā, sic deuorabit eos tinea:
¶ Salus autē mea in sempiternum erit, &

Cap. 6, 2.

Inf. 59, 1. Nu. 12, 23.

Mat. 26, 67

*in me o.

Rom. 8, 33.

Psal. 36, 31 39.

Psal. 36, 31 39.

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

iustitia mea in generationes generationū.
Cōsurge,cōsurge, induere fortitudinē 9
brachiū Dñi:cōsurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorū. nunquid nō tu percussisti superbū,vulnerasti
Exo.14, 21 draconē? ¶Nūquid nō tu siccasti mare, 10
aquā abyssi vehemētis: qui posuisti ꝑ-
fundū maris viā,vt trāsirēt liberati? Et 11
nūc qui redēpti sunt à Dño,reuertētur,& veniēt in Sió laudātes, & lætitia sempiterna sup capita eorū,gaudium & lætitiā
[illegible]bunt,fugiet dolor & gemitus. Ego 12
ego ipse cōsolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali,& à filio hominis,
qui quasi fœnū ita arescet? Et oblitus 13
es Dñi factoris tui,qui tetendit cælos, & fundauit terrā: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat,
& parauerat ad perdēdū. vbi nūc est furor tribulātis? Citò veniet gradiens ad 14
aperiendū,& nō interficiet vsq. ad internecionē, nec deficiet panis eius. Ego aūt 15
sum Dñs Deus tuus,qui cōturbo mare,& intumescūt fluctus eius:Dñs exercituum
Sup.49,2. nomē meum. ¶Posui verba mea in ore 16
tuo,& in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terrā: & dicas ad Sió,Populus meus es tu. Eleuare, e- 17
leuare,cōsurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Dñi calicē iræ eius : vsq. ad fundū calicis soporis bibisti,&potastivsq.ad fęces. Nō est qui sustētet eā ex omnibus 18
filiis quos genuit: &nō est qui apprehendat manū eius ex omnibus filiis quos e-
Sup.47,9. nutriuit. ¶Duo sunt quæ occurrerūt ti- 19
bi: quis cōtristabitur super te? vastitas,& cōtritio,& fames,&gladius;quis cōsolabitur te? Filij tui proiecti sunt,dormie- 20
rūt in capite omniū viarū,sicut oryx illaqueatus:pleni indignatione Dñi,increpatione Dei tui. Idcirco audi hoc pau- 21
percula & ebria non à vino. Hæc dicit 22
dominator tuus Dñs, & Deus tuus , qui pugnabit ꝑ populo suo,Ecce tuli de manu tua calicē soporis, fundū calicis indignationis meæ, nō adiicies vt bibas illū
vltrà. Et ponā illū in manu eorū qui te 23
humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, Incuruare,vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viā transeuntibus. CAP. LII.
COnsurge,cōsurge,induere fortitudi- 1
ne tua Sió,induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalē ciuitas sancti; quia non adiiciet vltrà vt pertrāseat per te incircūcisus & immūdus. Excutere de puluere, 2
cōsurge,sede Ierusalē: solue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit 3
Dñs,Gratis venundati estis,& sine argēto redimemini. Quia hęc dicit Dñs Deꝰ, 4
Gen.46, 6. ¶In Aegyptū descendit populus meus in principio,vt colonꝰ esset ibi: & Assurabsq. vlla causa calūniatus est eū. Et nūcquid 5
mihi est hic,dicit Dñs,qm̄ ablatꝰ est populus meus gratis? Dominatores eiꝰ iniquè agunt,dicit Dñs, ¶& iugiter tota die
Rom.2,24. Exe.36,20 6 nomē meū blasphematur. Propter hoc sciet populus meꝰ nomē meū in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.
7 ¶Quā pulchri super montes pedes annuntiātis & prædicātis pacē:annuntiātis bonū,prædicātis salutē,dicētis Sió, Regnabit' Deus tuus! Vox speculatorum
8 tuorū,leuauerūt vocē, simul laudabunt: quia oculo ad oculū videbūt cùm cōverterit Dñs Sió. Gaudete,&laudate simul
9 deserta Ierusalē : quia cōsolatus est Dñs
10 populū suum, redemit Ierusalē. Parauit Dñs brachiū sanctū suū in oculis omniū Gentiū: &¶videbūt oēs fines terræ salu-
11 tare Dei nostri. Recedite,recedite,exite inde,¶pollutum nolite tangere : exite de medio eiꝰ,mūdamini qui fertis vasa Dñi.
12 Qm̄ nō in tumultu exibitis,nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dñs,
13 & cōgregabit vos Deus Israël. Ecce intelliget seruus meus,exaltabitur, & ele-
14 uabitur,& sublimis erit valde. Sicut obstupuerūt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eiꝰ
15 inter filios hominū. Iste asperget gētes multas,super ipsum cōtinebunt reges os suum:¶quia quibus non est narratum de eo,viderunt:& qui non audierunt, contemplati sunt. CAP. LIII.
1 ¶QVis credidit auditui nostro?& brachiū Dñi cui reuelatū est? Et ascēdet' sicut virgultū corā eo, & sicut radix
2 de terra sitiēti: nō est species ei , neque decor: & vidimus eū, & nō erat aspectus,
3 & desiderauimus eū: ¶Despectū,& nouissimū virorū, virū dolorum & sciēte infirmitatē : & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus
4 eū . ¶Verè lāguores nostros ipse tulit,& dolores nostros ipse portauit: &nos putauimus eū quasi leprosum, & percussum à
5 Deo & humiliatū. ¶Ipse aūt vulneratus est ꝑpter iniquitates nostras , attritus est ꝑpter scelera nostra: disciplina pacis nostrę super eū, & liuore eius sanati sumus.
6 Oēs nos quasi oues errauimus, vnusquisq.in viā suā declinauit: & posuit Dñs
7 in eo iniquitatē omniū nostrū. Oblatus est quia ipse voluit,& nō aperuit os suū: sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus corā tondēte se,obmutescet,& ¶nō
8 aperiet os suū. De angustia & de iudicio sublatus est:generationē eius quis enarrabit?quia abscissus est de terra viuē-
tiū: ꝑpter scelus populi mei percussi eū.
9 Et dabit impios ꝑ sepultura , & diuitē pro morte sua:¶ eo quòd iniquitatē non
10 fecerit, neq. dolus fuerit in ore eius. Et Dñs voluit cōterere eū in infirmitate : si posuerit ꝑ peccato animā suā, videbit semē lōgæuū,& volūtas Dñi in manu eius
11 dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in sciētia sua iustificabit ipse iustus seruꝰ meꝰ multos,
12 & iniquitates eorū ipse portabit. Ideò dispertiā ei plurimos, & fortium diuidet

spolia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

spolia, ꝓ eo quod tradidit in mortē aiam suā, ‖ & cū sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorū tulit, & ‖ pro transgressoribus rogauit. CAP. LIIII.

1 LAuda' sterilis quæ nō paris: decāta laudē, & hinni q̄ nō pariebas: quoniā multi filij desertę magis, q̄ eius q̄ habet virū, dicit Dns. 2 Dilata locū tentorij tui, & pelles tabernaculorū tuorū extēde, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. 3 Ad dexterā enim, & ad læuā penetrabis: & semē tuū Gētes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. 4 Noli timere, quia nō cōfundēris, neq. erubescas: nō em̄ te pudebit, quia cōfusionis adolescētiæ tuæ obliuiscēris, & opprobrij viduitatis tuæ nō recordaberis amplius. 5 Quia dn̄abitur tui qui fecit te, ‖ Dns exercituū nomen eius: & redēptor tu⁹ sanctus Israēl; Deus omnis terræ vocabitur. 6 Quia vt mulierē derelictam & mœrētē spiritu vocauit te Dns, & vxorē ab adolescētia abiectā: dixit De⁹ tu⁹. 7 Ad punctū in modico dereliqui te, & in miserationib. magnis cōgregabo te. 8 In mōmēto indignationis abscōdi faciē meam parūper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redēptor tuus Dns. 9 Sicut in ‖ dieb⁹ Noē istud mihi est, cui iurauī ne inducerē aquas ℣ Noē' vltrà super terrā: sic iurauī vt nō irascar tibi, & nō increpē te. 10 Mōtes enim cōmouebuntur, & colles cōtremiscēt: misericordia aūt mea nō recedet à te, & fœdus pacis meæ nō mouebitur: dixit miserator tuus Dns. 11 Paupercula tēpestate cōuulsa, absq. vlla cōsolatione. Ecce ego sternā per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, 12 & ponā iaspidē ꝓpugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & oēs terminos tuos in lapides desiderabiles: 13 ‖ Vniuersos filios tuos doctos à Dño: & multitudinē pacis filiis tuis. 14 Et in iustitia fundaberis: recede ꝓcul à calūnia, qui non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi. 15 Ecce, accola veniet, qui nō erat mecū, aduena quōdā tuus adiūgetur tibi. 16 Ecce, ego creaui fabrū suffiantē in igne prunas, & ꝓferentē vas in op⁹ suū, & ego creaui interfectorē ad disperdendū. 17 Omne vas quod fictū est cōtra te, nō dirigetur: & omnē linguā resistentē tibi in iudicio, iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum Dni, & iustitia eorum apud me, dicit Dns.

CAP. LV.

1 OMnes ‖ sitientes venite ad aquas: & q̄ nō habetis argētū, ꝓperate, emite & cōedite: ‖ venite, emite absq. argēto & absq. vlla cōmutatiōe vinū & lac. 2 Quare appēditis argētū nō in panib⁹, & laborē vestrū nō in saturitate? Audite audiētes me, & comedite bonū, & delectabitur in crassitudine anima vestra. 3 Inclinate aurē vestrā, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriā vobiscū pactū sempiternū, ‖ misericordias Dauid fideles. 4 Ecce testē populis dedi eū, ducē ac præceptorē Gētibus. 5 Ecce, gentē quam nesciebas, vocabis: & gētes quæ te nō cognouerūt, ad te currēt ꝓpter Dnm Deū tuū, & sanctū Israēl; quia glorificauit te. 6 Quærite Dnm dū inueniri potest, invocate eū dum propè est. 7 Derelinquat impius viā suā, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dnm, & miserebitur eius, & ad Deū nostrū: quoniam 8 mult⁹ est ad ignoscendū. Nō enim cogitatiōes meæ, cogitatiōes vestræ; neq. viæ 9 vestræ, viæ meæ, dicit Dns. Quia sicut exaltātur cæli à terra, sic exaltatæ sūt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ 10 à cogitationibus vestris. Et quomodo descēdit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà nō reuertit̄, sed inebriat terrā, & infūdit eā, & germinare eā facit, & dat semē 11 serēti, & panē cōedēti: Sic erit verbum meū quod egredietur de ore meo: nō reuertetur ad me vacuū, sed faciet quæcunque volui, & ꝓsperabitur in his ad quæ misi 12 illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: mōtes & colles cantabunt corā vobis laudē, & omnia ligna regionis plaudēt manu. 13 Pro saliūca ascēdet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dns nominatus in signum ęternum, quod non auferetur.

CAP. LVI.

1 HAec dicit Dns, ‖ Custodite iudiciū, & facite iustitiā: quia iuxtà est sal⁹ mea vt veniat, & iustitia mea vt reuelet- 2 tur. Beatus vir qui facit hoc, & filj⁹ hominis qui apprehēdet istud: custodiēs sabbathū ne polluat illud; custodiens manus 3 suas ne faciat omne malū. Et nō dicat filius aduenæ qui adhæret Dño, dicens, Separatiōe diuidet me Dns à populo suo. Et nō dicat Eunuchus, Ecce ego lignū a- 4 ridum. Quia hæc dicit Dns Eunuchis, Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus 5 meū: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locū, & nomē melius à filiis & filiabus: nomē sempiternū dabo eis, quod nō 6 peribit. Et filios aduenæ qui adhærent Dño, vt colāt eū, & diligāt nomē eius, vt sint ei in seruos: omnē custodientē sabbathū ne polluat illud, & tenentē fœdus 7 meum: Adducā eos in mōtem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocaustā eorū, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia ‖ domus mea, dom⁹ orationis vocabitur cunctis populis. 8 Ait Dns Deus qui cōgregat dispersos Israēl, Adhuc cōgregabo ad eū cōgregatos eius. 9 Omnes bestiæ agri venite ad deuorādum, vniuersæ bestiæ saltus. 10 Speculatores eius cæci oēs, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, vidētes vana, dormiētes 11 & amātes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: ‖ omnes in viā suā declinauerūt, vnusquisq. ad auaritiam

Sap. 1, 1.

Mat. 21, 13
Mar. 11, 17
Luc. 19, 46.

Ier. 6, 13. 8, 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ritiam suã, à summo vsq. ad nouissimũ.
Sap.2,7 Sap.2,13 ¶ Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius. 12

CAP. LVII.

IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colligũtur, quia nõ est qui intelligat: à facie ẽm malitiæ collectus est iustus. 1
Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. 2
Vos autẽ accedite huc filij auguratricis; semẽ adulteri, & fornicariæ. 3
Super quẽ lusistis? super quẽ dilatastis os, & eiecistis linguã? nunquid non vos filij scelesti, semẽ mẽdax? qui cõsolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolãtes paruulos in torrẽtib⁹, subter eminentes petras? 4 5
In partib. torrẽtis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamẽ, obtulisti sacrificiũ. nunquid super his nõ indignabor? 6
Sup mõtẽ excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. 7
Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuũ, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratũ eorũ manu aperta. 8
Et ornasti te regio vnguẽto, & multiplicasti pigmẽta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos. 9
In multitudine viç tuę laborasti: nõ dixisti, Quiescã. vitã manus tuæ inuenisti, proptereã non rogasti. Pro quo solicita timuisti, quia mẽtita es, & mei nõ es recordata, neq. cogitasti in corde tuo? quia ego tacẽs, & quasi nõ vidẽs, & mei oblita es. 10
Ego annuntiabo iustitiã tuã, & opera tua non proderunt tibi. 12
Cùm clamaueris, liberent te cõgregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autẽ fiduciã habet mei, hæreditabit terrã, & possidebit montem sanctum meũ. 13
Isa.62,10 Et dicã, ¶ Viã facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. 14
Quia hæc dicit excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctũ nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. 15
Non enim in sempiternum litigabo, neque vsque ad finem irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciã. 16
Propter iniquitatẽ auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: rabscondi-⁂à te facie meã', & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui. 17
Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi cõsolationes ipsi, & lugentibus eius. 18
Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui lõgè est & qui propè, dixit Dñs, & sanaui eum. 19
Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundãt fluctus eius in conculcationẽ & lutum. 20
¶ Non est pax impiis', dicit Dominus meus *. 21

CAP. LVIII.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã, & annuntia populo meo ¶ scelera eorũm, & domui Iacob peccata eorũ. 1 Sap.1,13
Me etenim de die in diẽ quærũt, & scire vias meas volũt: quasi gens quæ iustitiã fecerit, & iudiciũ Dei sui nõ dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volũt. 2
Quare ieunauimus, & nõ aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & oẽs debitores vestros repetitis. 3
Ecce, ad lites & cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hãc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. 4 5
¶ Nunquid tale est ieiunũ quod elegi, ꝑ diẽ affligere hominem animã suã? nũquid cõtorquere quasi circulũ caput suũ, & saccũ & cinerẽ sternere? nũquid istud vocabis ieiuniũ, & diem acceptabilẽ Dño? 6
Nonne hoc est magis ieiuniũ quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos qui cõfracti sunt liberos, & omne onus dirũpe. 7
¶ Frãge esurienti panẽ tuũ, & egenos vagosq. induc in domũ ⁂tuã', cùm videris nudũ, operi eũ, & carnẽ tuã ne despexeris. 8
Tunc erũpet quasi manè lumẽ tuũ, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciẽ tuam iustitia tua, & gloria Dñi colliget te. 9
Tunc inuocabis, & Dñs exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenã, & desieris extẽdere digitum, & loqui qã nõ ꝑdest. 10
Cùm effuderis esurienti animã tuã, & animã afflictã repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erũt sicut meridies. 11
Et requiẽ tibi dabit Dñs *semper, & implebit splẽdoribus animã tuã, & ossa tua liberabit; & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarũ, cuius nõ deficiẽt aquæ. 12
¶ Et ædificabũtur in te deserta seculorũ: fundamẽta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepiũ, auertẽs semitas in quietẽ. 13
Si auerteris à sabbatho pedẽ tuũ, facere voluntatem tuã in die sancto meo, & vocaueris sabbathũ delicatũ, & sanctum Dñi gloriosum, & glorificaueris eũ dũ nõ facis vias tuas, & nõ inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonẽ: 14
Tũc delectaberis super Dño, & sustollã te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. os enim Dñi locutum est.

CAP. LIX.

ECce, ¶ nõ est abbreuiata manus Dñi vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat: 1 2
Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deũ vestrũ, & peccata vestra abscõderũt faciẽ eius à vobis ne exaudiret. 3
¶ Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendaciũ, & lingua vestra iniquitatẽ fatur. 4
Non est qui inuocet iustitiã, neque

- 13 MS. R. Hier. Manifestationẽ meam ab eis C. ⁂faciẽ meã abeo G. atque hoc, Hier. subaudiri docet.
- Sup. 48,22 — *impiis 6 MS. Hier. H. C. In G. autem is est verborũ finis, qui in Textu.

neque est qui iudicet verè: sed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: ¶ conceperunt laboré, & pepererunt iniquitatẽ.
Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod cõfotum est, erumpet in regulum. Telæ eorũ nõ erunt in vestimentũ, neq. operientur operibus suis: opera eorũ opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorũ. ¶ Pedes eõrũ ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguiné innocentẽ: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & cõtritio in viis eorũ. Viã pacis nescierunt, & nõ est iudiciũ in gressibus eorũ. semitæ eorũ incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacẽ. Propter hoc elõgatum est iudiciũ à nobis, & nõ apprehẽdet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splẽdorẽ, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci, parietẽ, & quasi absq. oculis attrectauimꝰ: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemꝰ quasi vrsi oẽs, & quasi columbæ meditantes gememus. expectauimus iudiciũ, & non est: salutẽ, & elõgata est à nobis. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis. quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimꝰ, peccare & mentiri contra Dñm: & auersi sumus ne iremus post tergũ Dei nostri, vt loqueremur calumniã & trãsgressionẽ: concepimus, & locuti sumus de corde verba mẽdacij. Et cõuersum est retrorsum iudiciũ, & iustitia longè stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas nõ potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionẽ: & qui recessit à malo, prædæ patuit: & vidit Dñs, & malũ apparuit in oculis eiꝰ, quia nõ est iudiciũ. & vidit quia nõ est vir: & aporiatus est, quia nõ est qui occurrat: & saluauit sibi brachiũ suum, & iustitia eius ipsa cõfirmauit eum. ¶ Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimẽtis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Sicut ad vindictã quasi ad retributionẽ indignationis hostibus suis, & vicissitudinẽ inimicis suis: insulis vicẽ reddẽt. Et timebunt qui ab Occidẽte, nomen Dñi: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi fluuius violentus, quẽ spiritus Dñi cogit: ¶ & venerit Siõ redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dñs. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dñs, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dñs, à modò & vsque in sempiternum.

CAP. LX.

SVrge, illuminare Ierusalẽ: quia venit lumẽ tuum, & gloria Dñi super te orta est. Quia ecce tenebræ operiẽt terrã, & caligo populos: super te aũt orietur Dñs, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt Gẽtes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. ¶ Leua in circuitu oculos tuos, & vide: oẽs isti cõgregati sunt, venerunt tibi: filij tui délonge veniẽt, & filiæ tuæ de latere surgẽt. Tunc videbis, & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuũ, quãdo cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentiũ venerit tibi. Inundatio camelorũ operiet te, dromedarij Madiã & Epha: oẽs de Saba veniẽt, aurũ & thus deferẽtes, & laudem Dño annuntiantes. Omne pecus Cedar cõgregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meę glorificabo. Qui sunt isti, qui vt nubes volãt, & quasi colũbæ ad fenestras suas? Me enim insulæ expectãt, & naues maris in principio, vt adducã filios tuos délõge: argentũ eorum & aurum eorũ cum eis nomini Dñi Dei tui, & sancto Israël, quia glorificauit te. Et ædificabunt filij peregrinorũ muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in recõciliatione mea misertus sum tui. ¶ Et aperientur portę tuæ iugiter: die ac nocte nõ claudẽtur, vt afferatur ad te fortitudo Gẽtium, & reges earũ adducãtur. Gẽs enim & regnũ quod nõ seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabũtur. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul, ad ornandum locũ sanctificationis meæ, & locũ pedũ meorũ glorificabo. Et veniẽt ad te curui filij eorũ qui humiliauerũt te, & adorabũt vestigia pedũ tuorum oẽs qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatẽ Dñi, Siõ sancti Israël. Pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, & nõ erat qui per te transiret, ponã te in superbiã seculorũ, gaudiũ in generationẽ & generationẽ. & suges lac Gẽtium, & mamilla regum lactaberis: & scies quia ego Dñs saluãs te, & redẽptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferã aurũ, & pro ferro afferã argentũ: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponã visitationẽ tuam pacẽ, & præpositos tuos iustitiã. Nõ audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas & cõtritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. ¶ Nõ erit tibi amplius sol ad lucẽdum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dñs in lucem sempiternã, & Deus tuus in gloriam tuam. ¶ Nõ occidet vltrà sol tuus, & luna tua nõ minuetur: quia erit tibi Dñs in lucem sempiternã, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hæreditabunt terrã, germen plãtationis meę, opus manꝰ meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimã: ego Dñs in tempore eius subitò faciam istud.

Sup. 49, 28.

Apo. 21, 25.

Apo. 21, 23

Apo. 22, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. LXI.

Luc.4, 18.

1 ¶ Spiritus Dñi super me, eo quòd vnxerit Dñs me: ad annũtiandum mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiã, &
2 clausis aperrionẽ: Vt prædicarẽ annum
Mat.5,5. placabilẽ Dño, & diem vltionis Deo nostro: ¶ vt cõsolarer oẽs lugentes: Vt
3 ponerẽ lugẽtibus Siõ, & darẽ eis coronã ℣ cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabũtur in ea fortes iustitiæ, plantatio Dñi ad glori-
Sup.58, 12 ficãdum. ¶ Et ædificabunt deserta à se-
4 culo, & ruinas antiquas erigẽt, & instaurabũt ciuitates desertas, dissipatas in generationẽ & generationẽ. Et stabũt a-
5 lieni, & pascẽt pecora vestra: & filij peregrinorũ: agricolæ & vinitores vestri erũt.
6 Vos autẽ sacerdotes Dñi vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudinẽ Gentiũ comedetis, & in gloria earũ superbietis. Pro cõfusiõe v ltra duplici
7 & rubore laudabũt partẽ eorũ. ℣pter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. Quia ego Dñs dili-
8 gẽs iudiciũ, ~ &' odio habẽs rapinã in holocausto: & dabo op⁹ eorũ in veritate, &
9 fœd⁹ ℣petuũ feriã eis. Et scietin Gẽtib. semen eorũ, & germẽ eorũ in medio populorũ: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dñs. Gaudens gandebo in Dño,
10 & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circũdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. Sicut enim ter-
11 ra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic Dñs Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus.

CAP. LXII.

1 PRopter Siõ nõ tacebo, & propter Ierusalẽ non quiescã, donec egrediatur vt splẽdor iustus eius, & saluator eius vt
2 lãpas accẽdatur. Et videbunt Gẽtes iustũ tuũ, & cuncti reges inclytũ tuũ: & vocabitur tibi nomẽ nouũ, quod os Dñi ℣nominabit'. Et eris corona gloriæ in ma-
3 nu Dñi, & diadema regni in manu Dei tui. Nõ vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua nõ vocabit amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua ℣inhabitabitur'. quia cõplacuit Dño
4 in te: & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus
5 super sponsum, & gaudebit super te Deus tuus. Super muros tuos, Ierusalẽ, cõstitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum nõ tacebunt. Qui reminiscimini Dñi, ne taceatis: & ne detis silentiũ
6 ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalẽ laudẽ in terra. Iurauit Dñs in dexte-
7 ra sua, & in brachio fortitudinis suæ. Si dedero triticum tuum vltrà cibũ inimi-
8 cis tuis: & si biberint filij alieni vinum

9 tuum in quo laborasti. Quia qui cõgregabunt illud, cõedent, & laudabũt Dñm: & qui cõportant illud, bibẽt in atriis san-
10 ctis meis. Transite, transite per portas, ¶ præparate viã populo, planũ facite iter, & eligite lapides, & eleuate signũ ad Po-
11 pulos, ¶ Ecce Dñs auditum fecit in extremis terræ, ¶ dicite filiæ Siõ, Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo,
12 & opus eius coram illo. Et vocabunt eos Populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita ciuitas, & non Derelicta.

CAP. LXIII.

1 QVis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiẽs in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, &
2 ℣pugnator sum ad saluandum. ¶ Quare ergo rubrum est indumentũ tuum, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari?
3 Torcular calcaui solus, & de Gẽtib. nõ est vir mecũ: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorũ super vestimẽta mea, &
4 omnia indumẽta mea inquinaui. ¶ Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis' meæ venit. Circunspexi, & nõ
5 erat auxiliator: quæsiui, & nõ fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachiũ meũ, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.
6 Et cõculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terrã virtutẽ eorũ. Miserationũ
7 Dñi recordabor, laudem Dñi super omnib. quæ reddidit nobis Dñs, & sup multitudinẽ bonorũ domui Israël, quæ largitus est eis secũdùm indulgentiã suam, & secundùm multitudinem miserecor-
8 diarum suarum. Et dixit, Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator. In omni tribula-
9 tione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi autẽ ad iracun-
10 diã prouocauerunt, & afflixerunt spiritũ ℣sancti' eius: & cõuersus est eis in inimi-
11 cum, & ipse debellauit eos. Et recordatus est dierũ seculi Moysi~ &' populi sui: Vbi est qui ¶ eduxit eos de mari cũ pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in me-
12 dio eius spiritũ sancti sui? Qui ℣ eduxit' ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos, vt faceret
13 sibi nomẽ sempiternũ. Qui eduxit eos ℣ per abyssos, quasi equũ in deserto nõ im-
14 pingẽtem. Quasi animal in cãpo descẽdẽs, spiritus Dñi ductor eius fuit: sic adduxisti populũ tuũ, vt faceres tibi nomẽ
15 gloriæ. ¶ Attẽde de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & ~ gloriæ tuæ: vbi est zelus tu⁹, & fortitudo tua, multitudo viscerũ tuorũ, & miserationum tuarum? sus-
9 per me continuerunt se. Tu enim pater

noster,

Luc.4, 18. Spiritus Dñi super me, eo quòd vnxerit Dñs me: ad annũtiandum mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiã, & clausis aperrionẽ: Vt prædicarẽ annum placabilẽ Dño, & diem vltionis Deo nostro: ¶ vt cõsolarer oẽs lugentes: Vt ponerẽ lugẽtibus Siõ, & darẽ eis coronã ℣ cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabũtur in ea fortes iustitiæ, plantatio Dñi ad glorificãdum. ¶ Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigẽt, & instaurabũt ciuitates desertas, dissipatas in generationẽ & generationẽ. Et stabũt alieni, & pascẽt pecora vestra: & filij peregrinorũ: agricolæ & vinitores vestri erũt.

Vos autẽ sacerdotes Dñi vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudinẽ Gentiũ comedetis, & in gloria earũ superbietis. Pro cõfusiõe v ltra duplici & rubore laudabũt partẽ eorũ. ℣pter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. Quia ego Dñs diligẽs iudiciũ, ~ &' odio habẽs rapinã in holocausto: & dabo op⁹ eorũ in veritate, & fœd⁹ ℣petuũ feriã eis. Et scietin Gẽtib. semen eorũ, & germẽ eorũ in medio populorũ: omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dñs. Gaudens gandebo in Dño, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circũdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic Dñs Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis Gentibus.

CAP. LXII.

PRopter Siõ nõ tacebo, & propter Ierusalẽ non quiescã, donec egrediatur vt splẽdor iustus eius, & saluator eius vt lãpas accẽdatur. Et videbunt Gẽtes iustũ tuũ, & cuncti reges inclytũ tuũ: & vocabitur tibi nomẽ nouũ, quod os Dñi ℣nominabit'. Et eris corona gloriæ in manu Dñi, & diadema regni in manu Dei tui. Nõ vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua nõ vocabit amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua ℣inhabitabitur'. quia cõplacuit Dño in te: & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsum, & gaudebit super te Deus tuus. Super muros tuos, Ierusalẽ, cõstitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum nõ tacebunt. Qui reminiscimini Dñi, ne taceatis: & ne detis silentiũ ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalẽ laudẽ in terra. Iurauit Dñs in dexteram suam, & in brachio fortitudinis suæ. Si dedero triticum tuum vltrà cibũ inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum

CAP. LXIII.

QVis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiẽs in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, & ℣pugnator sum ad saluandum. ¶ Quare ergo rubrum est indumentũ tuum, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torcular?

Torcular calcaui solus, & de Gẽtib. nõ est vir mecũ: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorũ super vestimẽta mea, & omnia indumẽta mea inquinaui. ¶ Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis' meæ venit. Circunspexi, & nõ erat auxiliator: quæsiui, & nõ fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachiũ meũ, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

Et cõculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terrã virtutẽ eorũ. Miserationũ Dñi recordabor, laudem Dñi super omnib. quæ reddidit nobis Dñs, & sup multitudinẽ bonorũ domui Israël, quæ largitus est eis secũdùm indulgentiã suam, & secundùm multitudinem miserecordiarum suarum. Et dixit, Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi autẽ ad iracundiã prouocauerunt, & afflixerunt spiritũ ℣sancti' eius: & cõuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Et recordatus est dierũ seculi Moysi~ &' populi sui: Vbi est qui ¶ eduxit eos de mari cũ pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritũ sancti sui? Qui ℣ eduxit' ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomẽ sempiternũ. Qui eduxit eos ℣ per abyssos, quasi equũ in deserto nõ impingẽtem. Quasi animal in cãpo descẽdẽs, spiritus Dñi ductor eius fuit: sic adduxisti populũ tuũ, vt faceres tibi nomẽ gloriæ. ¶ Attẽde de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & ~ gloriæ tuæ: vbi est zelus tu⁹, & fortitudo tua, multitudo viscerũ tuorũ, & miserationum tuarum? sus-

per me continuerunt se. Tu enim pater

noster,

Sanctificetur nomen tuum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſter,& Abraham neſciuit nos,& Iſraël ignorauit nos: tu Dñe pater noſter, redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum.
Quare errare nos feciſti Dñe de viis 17
tuis: induraſti cor noſtrũ, ne timeremus te? conuertere propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Quaſi nihilũ poſſederunt populum ſanctũ tuum: hoſtes noſtri 18
cõculcauerũt ſanctificationẽ tuam. Facti 19
ſumus quaſi in principio, cùm nõ dominareris noſtri, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos. CAP. LXIIII.
VTinam dirumperes cælos,& deſcen- 1
deres: à facie tua montes defluerent;
Sicut exuſtio ignis tabeſcerẽt, aquæ ar- 2
derẽt igni, vt notũ fieret nomen tuũ inimicis tuis: à facie tua gentes turbarẽtur.
Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebi- 3
mus: deſcẽdiſti,& à facie tua montes defluxerunt. ¶ A ſeculo non audierũt, neq. 4
aurib. perceperunt: oculus nõ vidit, Deus abſq. te, quæ præparaſti expectãtibus te.
Occurriſti lætanti,& faciẽti iuſtitiã: in 5
viis tuis recordabũtur tui: ecce, tu iratus es,& peccauim⁹: in ipſis fuimus ſemper, & ſaluabimur. Et facti ſumus vt ⁹immundus⁹ omnes nos, & quaſi pãnus mẽſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: & cecidimus quaſi foliũ vniuerſi, & iniquitates 6
noſtræ quaſi vẽtus abſtulerũt nos. Non 7
eſt qui inuocet nomẽ tuum: qui cõſurgat, & teneat te: abſcõdiſti faciẽ tuã à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.
Et nũc Dñe, pater noſter es tu, nos ve- 8
rò lutũ: & figulus noſter tu, & opera manuum tuarũ omnes nos. ¶ Ne iraſcaris 9
Dñe ſatis, & ne vltrà memineris iniquitatis⁹ noſtræ⁹: ecce, reſpice, populus tuus omnes nos. Ciuitas ſancti tui facta eſt 10
deſerta, Sion deſerta facta eſt, Ieruſalem deſolata eſt. Domus ſanctificationis no- 11
ſtræ & gloriæ noſtræ, vbi laudaueruut te patres noſtri, facta eſt in exuſtionẽ ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Nũquid ſuper his contineb is 12
te Domine, tacebis & affliges nos vehementer? CAP. LXV.
¶ Quæſierunt me qui antè non inter- 1
rogabãt; inuenerunt qui non quęſierunt me. dixi, Ecce ego, ecce ego, ad Gentem quæ non inuocabat nomen meum.
Expãdi manus meas tota die ad popu- 2
lum incredulũ, qui graditur in via nõ bona poſt cogitationes ſuas: Populus qui 3
ad iracundiam prouocat me ante faciem meam ſemper: qui immolãt in hortis, & ſacrificeant ſuper lateres: qui habitãt in 4
ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem ſuillam, & ius profanum in vaſis eorum. Qui di- 5
cunt, Recede à me, nõ appropinques mihi, quia immũdus es: iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce 6
ſcriptũ eſt coram me: nõ tacebo, ſed reddam, & retribuã in ⁹ſinũ⁹ eorum iniquitates veſtras,& iniquitates patrũ veſtrorum ſimul, dicit Dñs, qui ſacrificaueruot ſuper mõtes, & ſuper colles exprobauerũt mihi, & remetiar opus eorũ primũ in
8 ſinu eorũ. Hæc dicit Dñs, Quomodo ſi inueniatur granũ in botro, & dicatur, Ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt: ſic faciã propter ſeruos meos, vt nõ diſperdã
9 totũ. Et educã de Iacob ſemen, & de Iuda poſſidentẽ mõtes meos: & hæreditabunt eam electi mei, & ſerui mei habi-
10 tabunt ibi. Et erũt campeſtria in caulas gregũ, & vallis Achor in cubile armento-
11 rum populo meo qui requiſierũt me. Et vos qui dereliquiſtis Dñm, qui obliti eſtis montẽ ſanctũ meum, qui ponitis Fortunæ mẽſam, & libatis ſuper eam, Nume-
12 rabo vos in gladio, & omnes in cęde corruetis: ¶ pro eo quòd vocaui, & non reſpõdiſtis: locutus ſum, & non audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis; & quæ
13 nolui, elegiſtis. Propter hoc hæc dicit Dñs Deus, Ecce, ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce, ſerui mei bibẽt, & vos
14 ſitietis: ⁻ Ecce, ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini⁹: Ecce ſerui mei laudabũt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contri-
15 tione ſpiritus vlulabitis. Et dimittetis nomẽ veſtrũ in iuramẽtum electis meis: & interficiet te Dñs Deus, & ſeruos ſuos
16 vocabit nomine alio. In quo qui bẽnedictus eſt ſuper terrã, benedicetur in Deo amẽ: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amẽ: quia obliuioni traditę ſunt anguſtię priores, & quia abſcõditæ ſunt ab oculis
17 noſtris. Ecce enim ego creo ¶ cælos nouos, & terrã nouã: & nõ erunt in memo-
18 ria priora, & nõ aſcendẽt ſuper cor. Sed gaudebitis & exultabitis vſq. in ſempiternũ in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ieruſalẽ exultationẽ, & populũ eius
19 gaudiũ. Et exultabo in Ieruſalẽ, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ⁹eo⁹ vltrà vox fletus & vox clamoris.
20 Non erit ibi amplius infans dierum, & ſenex qui nõ impleat dies ſuos; quoniam puer centũ annorũ morietur, & peccator
21 centũ annorũ maledictus erit. Et ædificabũt domos, & habitabũt: & plãtabunt
22 vineas, & comedẽt fructus earum. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: ſecũdum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera
23 manuũ eorũ inueterabunt ⁹electi mei⁹. Non laborabũt fruſtra, neq generabũt in conturbatione: quia ſemẽ benedictorum
24 Dñi eſt, & nepotes eorũ cũ eis. ¶ Eritq. antequam clamẽt, ego exaudiã: adhuc illis loquentibus, ego audiam. ¶ Lupus &
25 agnus paſcẽtur ſimul, & leo & bos comedent paleas, & ſerpẽti puluis panis eius: non nocebunt neque occident in omni monte ſancto meo, dicit Dominus.

CAP. LXVI.

1 HAec dicit Dñs, ¶ Cælum ſedes mea, terra aũt ſcabellũ pedum meorum:

Prou. 1,24. Ier. 7,13. Inf. 66,4.

-o.

⁹ea⁹ 2 MS. R. Hier. G neque contradicunt H. & G.

⁹electis⁹ meis 18 MS. Hier. Q.n. Pſal 31,5. Sap. 1⁹,6.

Act. 7,49.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ eſt

quæ est ista Domus quã ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?
Omnia hæc manus mea fecit, & facta 2
sunt vniuersa ista, dicit Dñs. ad quẽ autẽ respiciã, nisi ad pauperculũ, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?
Qui immolat bouẽ, quasi qui interfi- 3
ciat virũ. qui mactat pecus, quasi qui excerebret canẽ. qui offert oblationẽ, quasi qui sanguinẽ suillum offerat. qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idôlo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationib. suis anima eorũ delectata est. Vnde & ego eligã illusiones eorum: 4
Prou. 1,24. & quæ timebãt, adducã eis: quia ‖ vocaui, Ier. 7,13. & nõ erat qui respõderet: locutus sum, & Sup. 65,12. non audierunt: feceruntq. malũ in oculis meis, & quæ nolui elegerũt. Audite verbum Dñi, qui tremitis ad verbũ eius: di- 5
xerunt fratres vestri odiẽtes vos, & abijcientes propter nomẽ meum: glorificetur Dñs, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundẽtur. Vox ‖ populi de ci- 6
uitate, vox de templo, vox Dñi reddentis retributionem inimicis suis. Antequam 7
parturiret, peperit: antequã veniret partus eius, peperit masculum. Quis audi- 8
uit vnquam tale? & quis vidit huic simile? nũquid parturiet terra in die vna? aut parietur gẽs simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? Nũquid ego, qui 9
alios pãrere facio, ipse non pariam, dicit Dñs? si ego, qui generationẽ cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?
Lætamini cum Ierusalẽ, & exultate in 10
ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam,
vt sugatis, & repleamini ab hubere cõ- 11
solationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia 12
hæc dicit Dñs, Ecce ego declinabo super eam quasi fluuiũ pacis, & quasi torrẽtem inundãtem gloriã Gentium, quam sugetis: ad hubera portabimini, & super genua blandiẽtur vobis. Quomodo si cui 13
mater blãdiatur, ita ego cõsolabor vos, & in Ierusalẽ consolabimini. Videbitis, & 14
gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Dñi seruis eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce Dñs in igne ve- 15
niet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suũ, & increpationem suã in flamma ignis: quia in 16
igne Dñs diiudicabit, & in gladio suo ad omnẽ carnem, & multiplicabũtur interfecti à Dño. Qui sanctificabãtur, & mũ- 17
dos se putabant in hortis post ‖ iannã intrinsecus, qui comedebãt carnẽ suillam, & abominationẽ & murem: simul consumentur, dicit Dñs. Ego autem opera 18
eorum, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum omnibus gẽtibus & linguis: & veniẽt, & videbunt gloriã meam.
Et ponam in eis signum, & mittam ex 19
eis qui saluati fuerint, ad Gẽtes in mare, in Africam, & Lydiam tenẽtes sagittam: in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderũt gloriam meam. Et annuntiabunt 20
gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cũctis Gentibus donum Dño, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montẽ sanctum meũ Ierusalẽ, dicit Dñs, quo modo si inferãt filij Israël munus in 21
vase mundo in domũ Dñi. Et assumam ex eis in sacerdotes, & leuitas, dicit Dñs:
Quia sicut cæli noui & terra noua, 22
quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrũ, & nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, & 23
sabbathũ ex sabbatho: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus.
Et egredientur, & videbunt cadauera 24
virorũ qui præuaricati sunt in me: ‖ vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

PROPHETIA IEREMIAE.

CAP. I.

Verba Ieremiæ filij Helciæ, de sa- 1 2
cerdotib. qui fuerũt in Anathoth, in Terra-Ben-iamin. Quod factum est verbũ Dñi ad eum in dieb. Iosiæ 3
filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, vsq. ad consummationẽ vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsq. ad trãsmigrationem 4
Ierusalẽ, in mense quinto. Et factũ est 5
verbũ Dñi ad me, dicẽs, Priusquam te formarẽ in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi, à, 6
a, a, Dñe Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dñs ad me, No- 7
li dicere, Puer sum: quoniã ad omnia quæ mittã te, ibis: & vniuersa quæcunq. mandauero tibi, loquẽris. Ne timeas à facie 8
eorum: quia tecum ego sum vt eruam te, dicit Dñs. Et misit Dñs manũ suam, & 9
tetigit os meũ: & dixit Dñs ad me, ‖ Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce con- 10
stitui te hodie super Gentes, & super regna: ‖ vt euellas, & destruas, & dispergas, & dissipes, & ædifices, & plãtes. Et fa- 11
ctũ est verbũ Dñi ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgã vigilantem ego video. Et dixit Dñs ad me, Bene 12
vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciã illud. Et factum est verbũ Dñi 13
secundò ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollã succẽsam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dñs ad 14
me, ‖ Ab Aquilone pandetur malũ super omnes habitatores terræ. quia ecce ego 15
cõuocabo oẽs cognatiões regnorũ Aquilonis, ait Dñs: & venient, & ponẽt vnus-

quisque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quisque soliũ suũ in introitu portarũ Ierusalẽ, & super oẽs muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. Et loquar iudicia mea cũ eis super omnẽ malitiã eorum qui dereliquerũt me, & libauerũt diis alienis, & adorauerũt op⁹ manuũ suarũ. Tu ergo accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad eos oĩa quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorũ: nec enim timere te faciã vultum eorum.

¶ Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitã, & in columnã ferreã, & in murũ æreũ, super omnem terrã, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & *populo terræ. Et bellabũt aduersum te, & nõ præualebũt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

CAP. II.

ET factũ est verbũ Dñi ad me, dicens, Vade, & clama in auribus Ierusalẽ, dicens, Hæc dicit Dñs, Recordatus sum tui, miserás adolescẽtiam tuã, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. Sanctus Israël Dño, primitiæ frugũ eius: omnes qui deuorant eũ, delinquũt: mala veniẽt super eos, dicit Dñs. Audite verbũ Dñi domus Iacob, & omnes cognationes domus Israël: hæc dicit Dñs, ¶ Quid inuenerũt patres vestri in me iniquitatis, quia elõgauerũt à me, & ambulauerunt post vanitatẽ, & vani facti sunt? Et nõ dixerunt, Vbi est Dñs qui ascẽdere nos fecit de Terra-Aegypti: qui traduxit nos per desertũ, per terrã inhabitabilẽ & inuiam, per terrã sitis & imaginẽ mortis, per terram in qua nõ ambulauit vir, neq. habitauit homo? Et induxi vos in terrã Carmeli, vt comederetis fructum eius & optima illius: & ingressi cõtaminastis terrã meam, & hæreditatẽ meam posuistis in abominationẽ. Sacerdotes non dixerũt, Vbi est Dñs? & tenentes legem nescierũt me, & pastores præuaricati sunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idôla secuti sunt. Propterea adhuc iudicio cõtendam vobiscũ, ait Dñs: & cum filiis vestris disceptabo. Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est huiusce-modi: Si mutauit gens deos suos, & cerè ipsi nõ sunt dii: populus verò meus mutauit gloriã suam in idôlum. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehemẽter, dicit Dñs. Duo enim mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere nõ valẽt aquas. Nũquid seruus est Israël, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam? Super eum rugierũt leones, & dederũt vocẽ suam, posuerũt terrã eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. Filij quoq. Mempheos & Taphnes constuprauerunt te vsq. ad verticẽ. Nunquid non istud factũ est tibi, quia dereliquisti Dñm Deum tuũ eo tẽpore quo ducebat te per viam? Et nũc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquã turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquã fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Sciro, & vide quia malum & amarũ est reliquisse te Dominum Deum tuũ, & nõ esse timorem mei apud te: dicit Dñs Deus exercituum. A seculo cõfregisti iugum meũ, rupisti vincula mea: & dixisti, Non seruiam. ¶ In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. ¶ Ego autẽ plãtaui te vineam electam, omne semen verum. quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dñs Deus. Quomodo dicis, Non sum polluta, post Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventũ amoris sui: nullus auertet eã: omnes qui quærunt eam, nõ deficient: in menstruis eius inuenient eam. Prohibe pedem tuũ à nuditate, & guttur tuũ à situ. Et dixisti, Desperaui, nequaquã faciã: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Quomodo cõfunditur fur quãdo deprehenditur, sic confusi sunt domus Israël, ipsi & reges eorũ, principes & sacerdotes, & prophetæ eorum: dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti. ¶ verterunt ad me tergũ, & non faciem: & in tempore afflictionis suæ dicent, Surge, & libera nos. Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? surgãt, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: ¶ secundum numerũ quippe ciuitatũ tuarum erãt dij tui Iuda. Quid vultis mecũ iudicio cõtẽdere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus. Frustrà percussi filios vestros, disciplinã nõ receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra. Videte verbum Dñi, Nunquid solitudo factus sum Israëli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus, Recessimus, nõ veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. Quid niteris bonã ostendere viã tuam ad quærendam dilectionẽ, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuẽtus est sanguis animarũ pauperum & innocentum? non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ suprà memoraui. Et dixisti, Absque peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio cõtendã tecum, eo q̃ dixeris, Nõ peccaui. Quã vilis facta es nimis, iterãs vias tuas! & ab Aegypto

Inf. 3,6. Isa. 5,1.

Mat. 21,33

Inf. 31,35.

Inf. 11,13.

confun-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cõfundêris, sicut cõfusa es ab Assur. Nã & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuũ: quoniã obtriuit Dñs cõfidentiam tuã, & nihil habebis prosperũ.

CAP. III.

Vulgo dicitur, Si dimiserit vir vxorẽ suam, & recedẽs ab eo, duxerit virũ alterũ: nunquid reuertetur ad eam vltra? nũquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu aũt fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dñs*. Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarũ, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

Ergo saltẽ à modo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Nunquid irascẽris in perpetuũ, aut perseuerabis in finem? Ecce, locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et dixit Dñs ad me in diebus Iosiæ regis, ‖ Nũquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israël? abiit sibimet super omnem montẽ excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et dixi cũ fecisset hæc omnia, Ad me reuertere: & nõ est reuersa. Et vidit prẽuaricatrix soror eius Iuda, quia ꝓ eo quòd mœchata esset auersatrix Israël, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & nõ timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiã ipsa. Et facilitate fornicationis suæ cõtaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.

Et in omnibus his nõ est reuersa ad me prẽuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dñs. Et dixit Dñs ad me, Iustificauit animã suam auersatrix Israël, comparatione præuaricatricis Iudæ. Vade, & clama sermones istos cõtra Aquilonẽ, & dices, Reuertere auersatrix Israël, ait Dñs, & nõ auertam faciẽ meã à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dñs, & non irascar in perpetuum.

Verumtamen scito iniquitatẽ tuã, quia in Dñm Deum tuum præuaricata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocẽ meam nõ audisti, ait Dñs. Conuertimini filij reuertẽtes, dicit Dñs: quia ego vir vester: & assumã vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Et dabo vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia & doctrina. Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dñs: non dicent vltrà, Arca testamenti Dñi: neq; ascendet super cor, neq; recordabũtur illius, nec visitabitur, nec fiet vltrà. In tempore illo vocabunt Ierusalẽ Solium Dñi: & cõgregabuntur ad eam omnes Gẽtes in nomine Dñi in Ierusalẽ, & non ambulabũt post prauitatẽ cordis sui pessimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domũ Israël, & venient simul de terra Aquilonis ad terram quã dedi patribus vestris. Ego aũt dixi, Quomodo ponã te in filios, & tribuã tibi terrã desiderabilẽ, hæreditatẽ præclaram exercituũ Gentiũ? Et dixi, Patrẽ vocabis me, & post me ingredi nõ cessabis. Sed quo modo si contemnat mulier amatorẽ suũ, sic cõtempsit me domus Israël, dicit Dñs. Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorũ Israël: quoniã iniquã fecerunt viam suã, obliti sunt Dñi Dei sui. Conuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones vestras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dñs Deus noster. Verè mendaces erãt colles, & multitudo montiũ: verè in Dño Deo nostro salus Israël. Cõfusio comẽdit laborẽ patrũ nostrorum ab adolescẽtia nostra, greges eorũ & armenta eorũ, filios eorum & filias eorũ. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Dño Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra vsq; ad diem hanc: & nõ audiuimus vocem Dñi Dei nostri.

CAP. IIII.

Si reuertẽris Israël, ait Dñs, ad me cõuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, nõ cõmoueberis. Et iurabis, Viuit Dñs, in veritate, & in iudicio & in iustitia: & benedicent eũ Gẽtes, ipsumq; laudabũt. Hæc enim dicit Dñs viro Iuda, & *Ierusalẽ, ‖ Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circũcidimini Dño, & auferte præputia cordium vestrorũ viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & nõ sit qui extinguat, propter malitiã cogitationũ vestrarum. Annũtiate in Iuda, & in Ierusalem auditũ facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signũ in Sion. Confortamini, nolite stare, ‖ quia malũ ego adduco ab Aquilone, & contritionẽ magnã. Ascẽdit leo de cubili suo, & prædo Gẽtium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terrã tuam in solitudinẽ: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habitatore. super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate: quia non est auersa ira furoris Dñi à vobis. Et erit in die illa, dicit Dñs, Peribit cor regis, & cor principũ: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabũtur. Et dixi, Heu heu heu Dñe Deus, ergòne decepisti populũ istum & Ierusalem, dicẽs, Pax erit vobis: & ecce peruẽnit gladius vsque ad animam? In tẽpore illo dicetur populo huic & Ierusalẽ, Vẽtus vrens in viis quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandũ, & ad purgãdum. Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nũc ego* loquar iudicia mea cũ eis. Ecce, quasi nubes ascẽdet, & quasi tẽpestas currus eius: velociores

*& ego suscipiam te: 8 MS. Verùm in R. Hier. H. C. G. non legitur.

ꝓ nunc o.

stellæ o.

Sup. 2,20.

Acconuertêris MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

velociores aquilis equi illius: væ nobis,
quñ vaſtati ſumus. Laua à malitia cor 14
tuũ Ieruſalé, vt ſalua fias: vſquequo mo-
rabũtur in te cogitationes noxiæ? Vox 15
enim annuntiãtis à Dan, & notũ faciẽtis
idõlũ de mõte Ephraim. ℣Cõcitate Gẽ- 16
tes', Ecce, auditũ eſt in Ieruſalẽ cuſtodes
venire de terra lõginqua, & dare ſuper ci-
uitates Iuda vocẽ ſuã. Quaſi cuſtodes a- 17
grorũ facti ſunt ſuper eã in gyro: quia me
ad iracũdiã prouocauit, dicit Dñs. ‖Viæ 18
tuæ, & cogitationes tuæ fecerũt hæc tibi:
iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit
cor tuũ. Ventrẽ meũ, vẽtrẽ meũ doleo, 19
ſenſus cordis mei turbati ſunt in me: nõ
tacebo, quoniãvocẽ buccinæ audiuit ani-
ma mea, clamorẽ prœlij. Contritio ſu- 20
per contritionẽ vocata eſt, & vaſtata eſt
omnis terra: repentè vaſtata ſunt taber-
nacula mea, ſubitò pelles meæ. Vſque- 21
quo videbo fugientẽ, audiã vocẽ buccinæ?
Quia ſtultus populus meus me non 22
cognouit: filij inſipiẽtes ſunt, & vecordes:
ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autẽ
facere neſcierunt. Aſpexi terrã, & ecce 23
vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat
lux in eis. Vidi mõtes, & ecce mouebã- 24
tur: & oẽs colles cõturbati ſunt. Intui- 25
tus ſum, & nõ erat homo: & omne vola-
tile cæli receſſit. Aſpexi, & ecce Char- 26
melus deſertus: & oẽs vrbes eius deſtru-
ctæ ſunt à facie Dñi, & à facie iræ furo-
ris eius. Hæc enim dicit Dñs, deſerta 27
erit omnis terra, ſed tamẽ cõſummatio-
nem nõ faciã. Lugebit terra, & mœre- 28
bunt cæli deſuper: eo quòd locutus ſum,
cogitaui, & nõ pœnituit me, nec auerſus
ſum ab eo. A voce equitis, & mittentis 29
ſagittã fugit omnis ciuitas: ingreſſi ſunt
ardua, & aſcenderunt rupes: vniuerſæ vr-
bes derelictæ ſunt, & nõ habitat in eis ho-
mo. Tu autẽ vaſtata quid facies? cũ ve- 30
ſtieris te coccino, cũ ornata fueris monili
aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos: fru-
ſtra cõponẽris, cõtempſerũt te amatores
tui, animã tuã quærẽt. Vocẽ enim quaſi 31
parturiẽtis audiui, anguſtias vt puerperæ:
Vox filiæ Sion ℣inter moriẽtes, expanden-
teſque' manus ſuas: væ mihi, quia defecit
ãia mea propter interfectos. CAP. V.

CIrcuite vias Ieruſalẽ, & aſpicite, & 1
cõſiderate, & quærite in plateis eius,
an inueniatis virum faciẽtẽ iudicium, &
quærentẽ fidẽ: & propitius ero ei. Quòd 2
ſi etiam Viuit Dñs, dixerint: & hoc falsò
iurabũt. Dñe oculi tui reſpiciũt fidem: 3
percuſſiſti eos, & non doluerũt: attriuiſti
eos, & renuerunt accipere diſciplinã: in-
durauerũt facies ſuas ſupra petrã, & no-
luerunt reuerti. Ego autẽ dixi, Forſitan 4
pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam
Dñi, iudiciũ Dei ſui. Ibo igitur ad opti- 5
mates, & loquar eis: ipſi enim cognoue-
runt viã Dñi, iudiciũ Dei ſui. & ecce, ma-
gis hi ſimul confregerunt iugũ, ruperunt
vincula. Idcirco percuſſit eos leo de ſyl- 6
ua, lupus ad veſperã vaſtauit eos, pardus
vigilans ſuper ciuitates eorũ: omnis qui
egreſſus fuerit ex eis, capietur, quia mul-
tiplicatæ ſunt præuaricationes eorũ, cõ-
7 fortatæ ſunt auerſiones eorũ. Super quo
propitius tibi eſſe potero? filij tui dereli-
querũt me, & iurãt in his qui nõ ſunt dij:
ſaturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo
8 meretricis luxuriabantur. Equi amato-
res*, & emiſſarij facti ſunt: ‖Vnuſquiſq. *in fœmi-
9 ad vxorẽ proximi ſui hinniebat. ‖Nun- nas MS.
quid ſuper his nõ viſitabo, dicit Dñs? & Hier. R.
in gente tali non vlciſcetur anima mea? Q. n.
10 Aſcendite muros eius, & diſsipate, cõ- Exe. 22, 11.
ſummationẽ autẽ nolite facere: auferte Inf. 9, 9.
11 propagines eius: quia nõ ſunt Dñi. Præ-
uaricatione enim præuaricata eſt in me
domus Iſraël, & domus Iuda, ait Dñs.
12 Negauerunt Dñm, & dixerũt, ‖Non eſt Inf. 14, 13.
ipſe: neq. veniet ſuper nos malũ: gladium 27, 17.
13 & famẽ non videbimus. Prophetæ fue-
runt in ventũ-locuti', & reſponſum non -7 MS. H.
14 fuit in eis: hæc ergo euenient illis. Hæc G. C.
dicit Dñs Deus exercituum, Quia locuti
eſtis verbũ iſtud: ecce ego do verba mea
in ore tuo-℣in' ignẽ, & populũ iſtum li- -5 MS. G.
15 gna, & vorabit eos. Ecce ego adducam ℣vt C.
ſuper vos gentẽ de longinquo domus Iſ-
raël, ait Dñs: gentem robuſtã, gentẽ an-
tiquã, gentẽ cuius ignorabis linguam, nec
16 intelliges quid loquatur. Pharetra eius
17 quaſi ſepulchrũ patẽs, vniuerſi fortes. Et
comedet ſegetes tuas, & panẽ tuũ: deuo-
rabit filios tuos, & filias tuas: comedet
gregẽ tuũ, & armẽta tua: comedet vineã
tuã & ficum tuam: & cõteret vrbes mu-
nitas tuas, in quibus tu habes fiduciam,
18 gladio. Veruntamen in diebus illis, ait
Dñs, nõ faciã vos in conſummationem.
19 ‖Quòd ſi dixeritis, Quare fecit nobis Inf. 16, 10.
Dñs Deꝰ noſter hæc omnia? dices ad eos,
Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo
alieno in terra veſtra: ſic ſeruietis alienis
20 in terra non veſtra. Annũtiate hoc do-
mui Iacob, & auditũ facite in Iuda, di-
21 centes, Audi populе ſtulte, qui nõ ha-
bes cor: qui habentes oculos nõ videtis:
22 & aures, & nõ auditis. Me ergo non ti-
mebitis? ait Dominus: & à facie mea non
dolebitis? Qui poſui arenam terminum
mari, præceptum ſempiternum quod nõ
præteribit: & commouebuntur, & non
poterunt: & intumeſcent fluctus eius, &
23 non trãſibunt illud: populo autem huic
factum eſt cor incredulum & exaſperãs,
24 receſſerunt & abierũt. Et nõ dixerunt
in corde ſuo, Metuamus Dñm Deũ no-
ſtrum, qui dat nobis pluuiã temporaneã
& ſerotinã in tempore ſuo: plenitudinem
25 annuæ meſsis cuſtodientem nobis. Ini-
quitates ℣veſtræ' declinauerunt hæc: &
peccata ℣veſtra' prohibuerũt bonũ à ℣vo-
26 bis': Quia inuenti ſunt in populo meo
impij, inſidiantes quaſi aucupes, laqueos
ponentes, & pedicas ad capiendos viros.
27 Sicut decipula plena auibus, ſic domus

℣noſtræ 20 MS. R.
℣noſtra 20 MS. R.
℣nobis 20 MS. R.
Verùm H. C. & G. *Textus le Ctionem comprobãt.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eorum plenæ dolo: ideò magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt & impinguati: 28 & præterierunt sermones meos pessimè. Causam ‖ viduæ non iudicauerũt, causam pupilli nõ direxerũt, & iudiciũ pauperũ nõ iudicauerunt. Nũquid super his 29 nõ visitabo, dicit Dñs? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra: 30 prophetæ prophetabãt mẽdaciũ, & sa- 31 cerdotes applaudebãt manib. suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius? CAP. VI.

Isa. 1,23. Zach. 7,10. = 2 MS. R. Hier. H. ‖ veritatis. C.

COnfortamini filij Bẽ-iamin in me- 1 dio Ierusalẽ, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacãrem leuate vexillũ: quia malũ visum est ab Aquilone, & cõtritio magna. Speciosæ & delicatæ 2 assimilaui filiã Siõ. Ad eã venient pasto- 3 res, & greges eorũ: fixerũt in ea tẽtoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt. Sãctificate sup eã bellũ: 4 cõsurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia lõgiores factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite, & 5 ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius. Quia hæc dicit Dñs exercituũ, 6 Cædite lignũ eius, & fundite circa Ierusalẽ aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calũnia in medio eius. Sicut frigidã facit cisterna aquã suã, sic frigidã fecit malitiã suã: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga. Erudire Ierusalẽ, ne forte recedat 8 anima mea à te, ne forte ponã te desertã terrã inhabitabilẽ. Hæc dicit Dñs exer- 9 cituũ, Vsq. ad racemũ colligẽt quasi in vinea reliquias Israël: cõuerte manũ tuam, quasi vindemiator ad cartallũ. Cui lo- 10 quar? & quẽ contestabor, vt audiat? ecce, incircũcisæ aures eorũ, & audire nõ possunt: ecce verbũ Dñi factũ est eis in opprobriũ: & nõ suscipiẽt illud. Idcirco fu- 11 rore Dñi plenus sum, laboraui sustinens: effunde super paruulũ foris, & super cõsiliũ iuuenũ simul: vir enim cũ muliere capietur, senex cũ pleno dierũ. Et trãs- 12 ibũt domus eorũ ad alteros, agri & vxores pariter: qa extẽdã manũ meã sup habitãtes terrã, dicit Dñs. ‖ A minore quip- 13 pe, vsq. ad maiorẽ oẽs auaritiæ studẽt: & à propheta vsq. ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolũ. Et curabãt cõtritionẽ filiæ populi 14 mei cũ ignominia, dicentes, Pax, pax: & nõ erat pax. Cõfusi sunt, quia abomina- 15 tionẽ fecerũt: quin potius confusione nõ sunt cõfusi, & erubescere nescierunt. quã ob rẽ cadẽt inter ruẽtes: in tẽpore visitationis suæ corruẽt, dicit Dñs. Hæc dicit 16 Dñs, State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: ‖ & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt, Nõ ambulabimus. Et cõstitui super vos 17 speculatores. Audite vocẽ tubæ. Et dixerunt, Nõ audiemus. Ideò audite Gẽtes, 18 & cognosce cõgregatio, quãta ego faciam eis. Audi terra, Ecce ego ‖ adducã mala 19 sup populũ istũ, fructũ cogitationũ eius: quia verba mea nõ audierũt, & legẽ meã proiecerũt. ‖ Vt quid mihi thus de Saba 20 affertis, & calamũ suaue olentẽ de terra lõginqua? holocautomata vestra nõ sunt accepta, & victimæ vestræ nõ placuerũt mihi. Propterea hæc dicit Dñs, Ecce 21 ego dabo in populũ istũ ruinas, & ruẽt in eis patres & filij simul, vicinus & proximus, & peribunt. Hæc dicit Dominus, 22 Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. Sagittã & scutũ arripiet: crudelis est, & 23 nõ miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & sup equos ascẽdẽt, præparati quasi vir ad prœliũ, aduersũ te filia Siõ. Audiuimus famã eius, dissolutæ sunt manus 24 nostræ: tribulatio apprehẽdit nos, dolores vt parturientẽ. Nolite exire ad agros, & 25 in via ne ambuletis: qm̃ gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei ac- 26 cingere cilicio, & cõspergere cinere: luctũ vnigeniti fac tibi plãctũ amarũ, quia repẽte veniet vastator super nos. ‖ Probatorẽ dedi te in populo meo robustum: & 27 scies, & ‖ pbabis viã eorũ. Oẽs isti principes declinãtes, ambulãtes fraudulẽter, *æs & ferrũ: vniuersi corrupti sunt. De- 29 fecit sufflatoriũ, in igne cõsumptũ est plũbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorũ nõ sunt cõsumptæ. Argentũ 30 reprobum vocate eos, quia Dñs proiecit illos. CAP. VII.

‖ adducã MS. C. Isa.

VErbũ quod factũ est ad Ieremiam à 1 Dño, dicens, Sta in porta domus 2 Dñi, & prædica ibi verbum istud, & dic, Audite verbum Dñi omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominũ. Hæc dicit Dñs exercituum Deus 3 Israël, ‖ Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite cõfidere in verbis mẽdacij, 4 dicentes, Templũ Dñi, templũ Dñi, templũ Dñi est. Quoniã si bene direxeritis 5 vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudiciũ inter virũ & proximũ eius, aduenæ & pupillo & viduæ nõ feceritis calumniã, nec sanguinẽ innocentẽ effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscũ in loco isto, in terra 7 quã dedi patribus vestris à seculo & vsq. in seculũ. Ecce, vos cõfiditis vobis in 8 sermonibus mẽdacij, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mẽdaciter, libare Baalim, & ire post deos 9 alienos quos ignoratis. Et veniistis, & stetistis corã me in domo hac, in qua inuocatũ est nomẽ meũ, & dixistis, Liberati sumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes istas. ‖ Nũquid ergo spelũca 11 latronũ facta est domus ista, in qua inuocatũ est nomẽ meũ in oculis vestris? ego ecce ego sum: ego vidi, dicit Dñs. Ite ad locũ 12

nostrum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meũ in Silo, vbi habitauit nomẽ meũ à principio: & videte quæ fecerim ei ꝓpter malitiã populi mei Iſraël. & nunc quia 13
feciſtis omnia opera hæc, dicit Dñs: & locutus ſum ad vos manè conſurgẽs, & loquens, & non audiſtis: ¶ & vocaui vos, & nõ reſpõdiſtis: ¶ Faciam domui huic in 14
qua inuocatum eſt nomẽ meũ, & in qua vos habetis fiduciã: & loco quẽ dedi vobis & patrib. veſtris, ¶ ſicut feci Silo: Et 15
proiiciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim. ¶ Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudẽ & oratiõẽ, & nõ obſiſtas mihi: quia nõ exaudiã te. Nõne vides quid iſti faciũt in ci- 16 17
uitatibus Iuda, & in platéis Ieruſalem?
¶ Filij colligũt ligna, & patres ſuccendũt 18
ignẽ, & mulieres cõſpergunt adipẽ, vt faciãt placẽtas reginæ cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiã prouocẽt. Nũ- 19
quid me ad iracũdiã prouocãt, dicit Dñs? nõne ſemetipſos in cõfuſionẽ vultus ſui?
Ideò hæc dicit Dñs Deus, Ecce furor 20
meus, & indignatio mea conflatur ſuper locũ iſtũ, ſuper viros, & ſuper iumẽta, & ſuper lignũ regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccẽdetur, & nõ extinguetur. Hęc 21
dicit Dñs exercituũ Deus Iſraël, Holocautomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes. Quia nõ ſum locu- 22
tus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de Terra Aegypti, de verbo holocautomatũ & victimarum. Sed hoc verbũ præcepi eis, dicens, 23
Audite vocẽ meã, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via quã mandaui vobis, vt bene ſit vobis. Et nõ audierũt, nec inclinauerũt 24
aurem ſuã: ſed abierũt in *voluptatibus*, & in prauitate cordis ſui mali: factiq́ ſunt retrorſum & non in antè, à die qua e- 25
greſſi ſunt patres eorũ de Terra Aegypti, vſq. ad diem hanc. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas per diem, cõſurgens diluculo, & mittens. Et non audie- 26
runt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicẽ ſuam: ¶ & peius operati ſunt, quã patres eorũ. Et loquẽ- 27
ris ad eos omnia verba hæc, & nõ audiẽt te: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi. Et dices ad eos, Hæc eſt gens quæ 28
non audiuit vocem Dñi Dei ſui, nec recepit diſciplinã: periit fides, & ablata eſt de ore eorũ. Tõde capillũ tuũ, & proij- 29
ce, & ſume in directum planctum: quia proiecit Dñs, & reliquit generationẽ furoris ſui, quia fecerũt filij Iuda malũ in 30
oculis meis, dicit Dñs. Poſuerunt offendicula ſua in domo in qua inuocatum eſt nomẽ meum, vt polluerẽt eam: & ædi- 31
ficauerũt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennõ: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quę nõ pręcepi nec cogitaui in corde meo. Ideò ecce dies veniẽt, 32
dicit Dñs, & nõ dicetur ampliꝰ, Topheth, & Vallis filij Ennom: ſed Vallis interfectionis: & ſepelient in Topheth, eo quòd 33
non ſit locus. Et erit morticinũ populi huius in cibos volucribus cæli, & beſtiis 34
terræ, & non erit qui abigat. ¶ Et quieſcere faciã de vrbibus Iuda, & de platéis Ieruſalẽ vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocẽ ſponſi & vocẽ ſponſæ: in deſolatione enim erit terra. *Exo.26,13.*

CAP. VIII.

IN illo tempore, ait Dñs, eiicient oſſa 1
regis Iuda, & oſſa principũ eiꝰ, & oſſa ſacerdotũ, & oſſa prophetarũ, & oſſa eorum qui habitauerunt Ieruſalẽ, de ſepul- 2
chris ſuis: Et expandent ea ad ſolem, & lunam, & omnẽ militiã cæli quæ dilexerũt, & quibus ſeruierũt, & poſt quæ ambulauerũt, & quæ quæſierũt & adoraueruntt: nõ colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciẽ terræ erunt.
Et eligẽt magis mortẽ quàm vitã omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſsima in vniuerſis locis quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit Dñs exercituum. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs, 4
Nunquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? Quare ergo 5
auerſus eſt populus iſte in Ieruſalẽ auerſione contẽtioſa? Apprehenderũt mendacium, & noluerũt reuerti. Attendi, & au- 6
ſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiã ſuper peccato ſuo, dicẽs, Quid feci? Omnes cõuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus im- 7
petu vadẽs ad prœlium. Miluus in cælo cognouit tẽpus ſuum: turtur & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: populus autẽ meus non cognouit iu- 8
dicium Dñi. Quomodo dicitis, Sapiẽtes nos ſumus, & lex Dñi nobiſcum eſt? verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax 9
Scribarum. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt: verbũ enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.
Propterea dabo mulieres eorũ exteris, 10
agros eorum hæredibus: quia ¶ à minimo vſq. ad maximũ omnes auaritiã ſequuntur: à propheta vſq. ad ſacerdotem cuncti 11
faciũt mendacium. Et ſanabãt cõtritionem filiæ populi mei ad ignominiã, dicẽtes, Pax, pax: cùm nõ eſſet pax. Confuſi 12
ſunt, quia abominationem fecerũt: quinimo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierũt: idcirco cadẽt inter corruẽtes, in tẽpore viſitationis ſuæ corruẽt, 13
dicit Dñs. Congregãs cõgregabo eos, ait Dñs: nõ eſt vua in vitib. & non ſunt ficus in ficulnea, foliũ defluxit: & dedi eis quæ 14
prætergreſſa ſunt. Quare ſedemus? conuenite, & ingrediamur ciuitatẽ munitã, & ſileamus ibi: quia Dñs Deus noſter ſilere nos fecit, & potũ dedit nobis aquã fellis: 15
peccauimus enim Dño. ¶ Expectauimus pacẽ, & nõ erat bonũ: tempus medelæ, & 16
ecce formido. A Dã auditus eſt fremitus equorũ eius, à voce hinnituũ pugnatorũ eius cõmota eſt omnis terra. & venerũt, *Iſa.56,11. Sup. 6,13.* *Inf. 14,19.*

regum & MS.R.H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& deuorauerunt terram, & plenitudinem
eius: vrbē & habitatores eius. Quia ec- 17
ce ego mittā vobis serpētes regulos, qui-
bus nō est incantatio: & mordebunt vos,
ait Dñs. dolor meus super dolorē, in me 18
cor meū mœrēs. Ecce, vox clamoris fi- 19
liæ populi mei de terra lōginqua, Nūquid
Dñs nō est in Sion: aut rex eius nō est in
ea? Quare ergo me ad iracundiā concita-
uerūt in sculptilibus suis, & in vanitatib.
alienis? Transiit messis, finita est æstas: 20
& nos saluati non sumus. Super cōtri- 21
tione filiæ populi mei cōtritus sum & cō-
tristatus, stupor obtinuit me. Nunquid 22
resina nō est in Galaad? aut medicus non
est ibi? quare igitur non est obducta cica-
trix filiæ populi mei? CAP. IX.

QVis dabit capiti meo aquam, & ocu- 1
lis meis fōtē lachrymarū: & plorabo
die ac nocte interfectos filiæ populi mei?
Quis dabit me in solitudine diuersoriū 2
viatorū, & derelinquā populū meū, & re-
cedā ab eis? quia oēs adulteri sunt, * cœ-
* & MS q. R. tus prævaricatorum. Et extēderunt lin- 3
guā suam quasi arcū mēdacij & nō veri-
tatis: cōfortati sunt in terra, quia de malo
ad malū egressi sunt, & me nō cognouerūt, dicit Dñs. Vnusquisq. se à proximo 4
suo custodiat, & in omni fratre suo non
habeat fiduciā: quia omnis frater supplā-
tās supplātabit, & omnis amicus fraudu-
lenter incedet. Et vir fratrē suū deride- 5
bit, & veritatē nō loquētur: docuerūt enī
linguā suā loqui mēdaciū: vt iniquè age-
rēt, laborauerunt. Habitatio tua in me- 6
dio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit
Dñs. Propterea hæc dicit Dñs exercituū, 7
Ecce ego cōflabo, & ꝓbabo eos: quid enī
aliud faciā à facie filiæ populi mei? Sa- 8
gitta vulnerās lingua eorū, dolum locuta
Psal.27,3. est. ¶ in ore suo pacē cū amico suo loqui-
Sup.5,9. tur, & occultè ponit ei insidias. ¶ Nun- 9
quid super his nō visitabo, dicit Dñs? aut
in gentē huiusmodi nō vlciscetur anima
mea? Super mōtes assumā fletū ac lamē- 10
tū, & super speciosa deserti planctū: qm
incēsa sunt, eo quòd nō sit vir pertrāsiēs:
& nō audierunt vocē possidētis: à volu-
cre cæli vsq. ad pecora trāsmigrauerūt &
recesserunt. Et dabo Ierusalē in aceruos 11
arenæ, & cubilia draconū: & ciuitates Iu-
da dabo in desolationē, eo ꝙ nō sit habi-
tator. Quis est vir sapiens qui intelligat 12
hoc, & ad quē verbū oris Dñi hat vt an-
nuntiet istud, quare perierit terra, & exu-
sta sit quasi desertum, eo quòd nō sit qui
pertranseat? Et dixit Dñs, Quia dereli- 13
querūt legē meā quā dedi eis, & non au-
dierūt vocem meā, & nō ambulauerūt in
ea: & abierūt post prauitatē cordis sui, 14
& post Baalim, quod didicerūt à patrib.
suis: Idcirco hæc dicit Dñs exercituum 15
Iuf.23,15. Deꝰ Israël, ¶ Ecce ego cibabo populū istū
absinthio, & potū dabo eis aquam fellis.
Et dispergā eos in Gētib. quas nō nouē- 16
runt ipsi & patres eorū: & mittā post eos
17 gladium, donec consumantur. Hæc dicit
Dñs exercituū*, Contēplamini, & vocate
lamētatrices, vt veniāt: & ad eas quæ sa-
18 piētes sunt, mittite, & ꝓperēt: festinēt,
& assumant super nos lamentū: deducant
oculi nostri lachrymas, & palpebræ no-
19 stræ defluāt aquis. Quia vox lamēratio-
nis audita est de Sion, Quomodo vastati
sumus & cōfusi vehemēter? quia dereli-
quimus terrā, qm ⁊dejecta⁊ sunt taberna-
20 cula nostra. Audite ergo mulieres ver-
bū Dñi: & ⁊assumat auris vestra⁊ fermo-
nē oris eius: & docete filias vestras lamē-
tū: & vnaquæque proximā suā plāctum:
21 quia ascēdit mors per fenestras nostras,
ingressa est domos nostras, disperdere
22 paruulos de foris, iuuenes de plateis. Lo-
quere, Hæc dicit Dñs, Et cadet mortici-
nū hominis quasi stercus super faciē re-
gionis, & quasi fœnū post tergū metētis,
23 & non est qui colligat. Hæc dicit Dñs:
¶ Nō glorietur sapiens in sapientia sua, &
non glorietur fortis in fortitudine sua, &
24 nō glorietur dives in diuitiis suis: sed in
hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse
me, quia ego sum Dñs qui facio misericordiā & iudiciū & iustitiā in terra: hæc
25 enim placent mihi, ait Dñs. Ecce dies
venient, dicit Dñs, & visitabo super om-
nem qui circuncisum habet præputium,
26 super Aegyptum, & super Iudā, & su-
per Edom, & super filios Ammon, & su-
per Moab, & super omnes qui attōsi sunt
in comā, habitātes in deserto: quia omnes
gentes habent præputium, omnis autem
domus Israël incircuncisi sunt corde.

CAP. X.

1 AVdite verbum quod locutus est Dñs
2 super vos domus Israël. Hæc dicit
Dñs, Iuxta vias Gentiū nolite discere: &
à signis cæli nolite metuere, quæ timent
3 gentes: quia leges populorū vanæ sunt:
quia lignū de saltu præcīdit opus manus
4 artificis in ascia. ¶ Argēto & auro deco-
rauit illud: clauis & malleis compegit, vt
5 non dissoluatur. In similitudinē palmæ
fabricata sunt, & nō loquētur: portata tol
lētur, quia incedere nō valent. nolite ergo
timere ea, quia nec malè possunt facere,
6 nec bene. ¶ Non est similis tui Dñe: ma-
gnus es tu, & magnū nomē tuū in forti-
7 tudine. ¶ Quis nō timebit te ô rex gen-
tiū? tuū est enim decus: inter cunctos sa-
piētes Gentiū, & in vniuersis regnis eorū
8 nullꝰ est similis tui. Pariter insipientes &
fatui probabūtur: doctrina vanitatis eorū
9 lignū est. Argētum inuolutū de Tharsis
affertur, & aurū de Ophaz: opus artificis,
& manus ærarij: hyacinthus & purpura
indumētum eorū. opus artificū vniuersa
10 hæc. Dñs aūt Deus verus est: ipse Deus
viuēs, & rex sempiternꝰ. ab indignatione
eius cōmouebitur terra: & nō sustinebūt
11 Gētes cōminationē eiꝰ. Sic ergo dicetis
eis, Dij qui cælos & terrā nō fecerūt, pe-
reant de terra & de his quæ sub cælo sunt.

¶ Qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbẽ in sapiẽtia sua, & prudentia sua extẽdit cælos. 12
Ad vocẽ suam dat multitudinẽ aquarũ in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: ¶ fulgura in pluuiã facit, & educit ventũ de thesauris suis. 13
Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculptili: qm̃ falsum est quod conflauit, & nõ est spiritus in eis. 14
Vana sunt, & opus risu dignũ: in tẽpore visitationis suæ peribunt. 15
Nõ est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israël virga hæreditatis eius: Dñs exercituum nomẽ illi. 16
Cõgrega de terra cõfusionem tuã, quæ habitas in obsidione. 17
quia hæc dicit Dñs, Ecce, ego longè proiiciã habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt ~non~ inueniantur. 18
Væ mihi super cõtritione mea, pessima plaga mea. Ego autẽ dixi, Planè hæc infirmitas mea est, & portabo illam. 19
Tabernaculũ meũ vastatũ est, oẽs funiculi mei dirupti sunt: filij mei exierunt à me, & nõ subsistunt: nõ est qui extẽdat vltrà tentoriũ meum, & erigat pelles meas. 20
Quia stultè egerũt pastores, & Dñm non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. 21
Vox auditionis ecce venit, & cõmotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinẽ, & habitaculũ draconum. 22
Scio Dñe quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. 23
¶ Corripe me Dñe, veruntamen in iudicio: & nõ in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. 24
¶ Effunde indignationẽ tuam super Gentes quæ non cognouerunt te, & sup prouincias quæ nomẽ tuũ nõ inuocauerũt: quia comederũt Iacob, & deuorauerunt eum, & cõsumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt. 25

CAP. XI.

VErbũ quod factũ est à Dño ad Ieremiã, dicẽs, 1
Audite verba pacti huius, 2
& loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalẽ, & dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Maledictus vir qui nõ audierit verba pacti huius, 3
quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocẽ meã, & facite oĩa quæ præcipio vobis: & eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in Deũ: 4
Vt suscitẽ iuramentũ quod iuraui patribus vestris daturũ me eis, terrã fluentẽ lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respõdi, & dixi, Amẽ Dñe. 5
Et dixit Dñs ad me, Vociferare oĩa verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalẽ, dicẽs: Audite verba pacti huius, & facite illa: 6
quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de Terra-Aegypti vsq. ad diẽ hãc: manè cõsurgens contestatus sum, & dixi, Audite vocẽ meam. 7
& nõ audierũt, nec inclinauerũt aurẽ suam: sed abierũt vnusquisq. in prauitate cordis sui mali: & induxi sup eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerẽt, & non fecerunt. 8
Et dixit Dñs ad me, Inuenta est cõiuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalẽ. 9
Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. & hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis: irritũ fecerũt domus Israël, & domus Iuda pactũ meum quod pepigi cũ patribus eorum. 10
Quã obrẽ hæc dicit Dñs, Ecce, ego inducã super eos mala, de quibus exire nõ poterũt: & clamabũt ad me, & nõ exaudiã eos. 11
Et ibũt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalẽ, & clamabũt ad "eos" quibus libant, & nõ saluabũt eos in tẽpore afflictionis eorum. 12
¶ Secũdùm numerũ enim ciuitatũ tuarum erãt dij tui Iuda: & secundùm numerũ viarũ *Ierusalẽ posuisti aras cõfusionis, aras ad libandũ Baalim. 13
¶ Tu ergo noli orare p̃ populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationẽ: quia nõ exaudiã in tempore clamoris eorũ ad me, in tẽpore afflictionis eorũ. 14
Quid est quòd dilectus me~ in domo mea fecit scelera multa? nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas in quib~ gloriata es? 15
Oliuã huberẽ, pulchrã, fructiferã, speciosam vocauit Dñs nomẽ tuũ: ad vocẽ loquelæ, grãdis exarsit ignis in ea, & cõbusta sunt fruteta eius. 16
Et Dñs exercituum qui plãtauit te, locutus est super te malũ: pro malis domus Israël & domus Iuda, quæ fecerũt sibi ad irritãdum me, libantes Baalim. 17
Tu autẽ Dñe demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostẽdisti mihi studia eorũ. 18
Et ego quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad victimã; & nõ cognoui quia cogitauerũt super me cõsilia, ~dicẽtes~, Mittamus lignũ in panẽ eius, & eradamus eũ de terra viuẽtiũ, & nomẽ eius nõ memoretur ampli~. 19
Tu autẽ Dñe Sabaoth, qui iudicas iustè, ¶ & probas renes & corda, videã vltionẽ tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. 20
Propterea hæc dicit Dñs ad viros Anathoth, qui quærunt animã tuã, & dicunt, Non prophetabis in nomine Dñi, & non morieris in manibus nostris. 21
Propterea hæc dicit Dñs exercituũ, Ecce, ego visitabo sup eos: iuuenes moriẽtur in gladio; filij eorũ & filiæ eorũ moriẽtur in fame. 22
Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malũ super viros Anathoth, annum visitationis eorum. 23

CAP. XII.

IVstus quidẽ tu es Dñe, si disputẽ tecũ: verũtamen iusta loquar ad te: 1
¶ Quare via impiorũ prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? 2
Plantasti eos, & radicẽ miserũt: proficiunt, & faciũt fructũ: prope es tu ori eorũ, & longè à renibus eorum. 3
Et tu Dñe nosti me, vidisti me, & probasti cor meũ tecũ: cõgrega eos quasi gregẽ ad victimã, & sanctifica eos in die occisionis. 4
Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiã habitantiũ

" deos 4 MS. R. Hier. H. G. C. Sup. 2,28.
*tuarum MS q. R. Sup. 7,16. Inf. 14,11.
~ 9 MS. Hier. H. Additum est autem à C. & G. Inf. 17,10. 20,12.
Iob 21,7. Hab. 1,13.

Ministério de Educación, Cultura y Deporte

in ea? consumptũ est animal, & volucre: qm̃ dixerunt, Nõ videbit nouissima nostra. Si cum peditibus currẽs laborasti: quomodo cõtendere poteris cũ equis? cũ aũt in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? Nã & fratres tui & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerũt aduersum te, & clamauerũt post te plena voce: ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona. Reliqui domũ meam, dimisi hæreditatẽ meã: dedi dilectã animã meã in manũ inimicorũ eius. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit cõtra me vocẽ, ideò odiui eã. Nũquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totũ? venite, congregamini oẽs bestiæ terræ, properate ad deuorãdũ. Pastores multi demoliti sunt vineã meã, conculcauerũt partẽ meã: dederũt portionẽ meã desiderabilem in desertũ solitudinis. Posuerũt eam in dissipationem, luxitq. super me. desolatione desolata est omnis terra: quia null⁹ est qui recogitet corde. Super omnes vias deserti venerũt vastatores, quia gladius Dñi deuorabit ab extremo terrę vsq. ad extremũ eius: nõ est pax vniuersæ carni. Seminauerũt triticũ, & spinas messuerunt: hæreditatẽ acceperũt, & nõ eis proderit: confundemini à fructibus vestris, propter irã furoris Dñi. Hæc dicit Dñs aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangũt hæreditatẽ, quã distribui populo meo Israël: Ecce, ego euellã eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum.

Et cùm euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatẽ suã, & virũ in terrã suam. Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurẽt in nomine meo, Viuit Dñs, sicut docuerunt populum meũ iurare in Baal: ędificabũtur in medio populi mei. Quòd si non audierint, euellam gentem illam euulsione & perditione, ait Dominus.

CAP. XIII.

HAec dicit Dñs ad me, Vade, & posside tibi lumbare lineũ, & pones illud super lumbos tuos, & in aquã nõ inferes illud. Et possedi lũbare iuxta verbũ Dñi, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo Dñi ad me secundò, dicens: Tolle lũbare quod possedisti, quod est circa lũbos tuos, & surgẽs vade ad Euphratẽ, & absconde ibi illud in foramine petræ. Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dñs. Et factũ est post dies plurimos, dixit Dñs ad me, Surge, vade ad Euphratẽ: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderã illud: & ecce, cõputruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicẽs, Hæc dicit Dñs, Sic putrescere faciã superbiã Iuda, & superbiã Ierusalẽ multã; Populũ istũ pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui: abierũtq. post deos alienos, vt seruirent eis, & adorarẽt eos: & erũt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptũ est. Sicut enim adhæret lũbare ad lũbos viri, sic agglutinaui mihi omnẽ domũ Israël, & omnẽ domũ Iuda, dicit Dñs: vt essent mihi in populũ, & in nomen, & in laudẽ, & in gloriam: & nõ audierũt. Dices ergo ad eos sermonẽ istũ, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Omnis lagũcula implebitur vino. Et dicẽt ad te, Nunquid ignoramus quia omnis lagũcula implebitur vino? Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges q̃ sedẽt de stirpe Dauid super thronũ eius, & sacerdotes, & prophetas, & oẽs habitatores Ierusalẽ, ebrietate: & dispergã eos virũ à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dñs: nõ parcã, & nõ cõcedã: neq. miserebor vt nõ dispердã eos. Audite, & auribus percipite, Nolite elevari, quia Dñs locutus est. Date Dño Deo vestro gloriã antequã contenebrescat, & antequam offendãt pedes vestri ad mõtes caliginosos: expectabitis lucẽ, & ponet eã in vmbrã mortis, & in caliginem. Quòd si hoc nõ audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ: plorãs plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex Dñi. Dic regi & dominatrici, Humiliamini, sedete: quĩ descẽdit de capite vestro corona gloriæ vestræ. Ciuitates Austri clausæ sunt, & nõ est qui aperiat: translata est omnis Iuda trãsmigratione perfecta. Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytũ tuũ? Quid dices cùm visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. nunquid non dolores apprehendẽt te, quasi mulierẽ parturientem? Quòd si dixeris in corde tuo, Quare venerũt mihi hæc? ‖ Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Si mutare potest æthiops pellẽ suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. Et disseminabo eos quasi stipulam quę vento raptatur in deserto. Hæc sors tua parsq. mẽsuræ tuæ à me, dicit Dñs: quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. vnde & ego nudaui femora tua contra faciẽ tuã, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: sup colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me: vsquequo adhuc?

Isa. 15.

CAP. XIIII.

QVod factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã de sermonibus siccitatis. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerũt, & obscuratę sunt in terra, & clamor Ierusalẽ ascendit. Maiores miserũt minores suos ad aquã

venerũt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venerũt ad hauriẽdũ, nõ inuenerũt aquã, reportauerũt vasa sua vacua: cõfusi sunt & afflicti, & operuerũt capita sua. Pro- 4
pter terræ vastitatẽ, quia nõ venit pluuia in terrã, cõfusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nã & cerua in agro peperit, 5
& reliquit: quia nõ erat herba. Et onagri steterũt in rupibus, traxerũt ventum quasi dracones, defecerũt oculi eorũ, quia nõ erat herba. Si iniquitates nostræ re- 7
spõderint nobis: Dñe fac ꝓpter nomẽ tuũ, qm̃ multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. Expectatio Israël, saluator 8
eius in tẽpore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinãs ad manendũ? Quare futur⁹ 9
es velut vir vagus, vt fortis qui nõ potest saluare? tu autẽ in nobis es Dñe, & nomẽ tuũ inuocatũ est sup̃ nos, ne derelinquas nos. Hæc dicit Dñs populo huic, qui di- 10
lexit mouere pedes suos, & nõ quieuit, & Dño nõ placuit: Nunc recordabitur iniquitatũ eorũ, & visitabit peccata eorum.
Et dixit Dñs ad me, ‖ Noli orare ꝓ po- 11
pulo isto in bonũ. Cũ ieiunauerint, non 12
exaudiã preces eorũ: & si obtulerint holocautomata & victimas, nõ suscipiã ea: qm̃ gladio & fame & peste cõsumã eos.
Et dixi, A, a, a, Dñe De⁹, Prophetæ di- 13
cunt eis, ‖ Nõ videbitis gladiũ, & fames nõ erit in vobis, sed pacẽ verã dabit vobis in loco isto. Et dixit Dñs ad me, 14
Falsõ prophetæ vaticinantur in nomine meo: ‖ nõ misi eos, & nõ præcepi eis, neq. locutus sum ad eos: visionẽ mendacẽ, & diuinationẽ ⁊ fraudulentã⁊, & seductionẽ cordis sui prophetãt vobis. Idcirco hæc 15
dicit Dñs de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego nõ misi, dicentes, Gladius & fames nõ erit in terra hac: In gladio & fame cõsumẽtur prophetæ illi.
Et populi quibus prophetãt, erũt pro- 16
iecti in viis Ierusalẽ præ fame & gladio, & nõ erit qui sepeliat eos; ipsi & vxores eorũ, filij & filiæ eorũ, & effundã sup̃ eos malũ suũ. Et dices ad eos verbũ istud, 17
‖ Deducãt oculi mei lachrymã per noctẽ & diẽ, & nõ taceant: qm̃ cõtritione magna cõtrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehemẽter. Si egressus fuero 18
ad agros, ecce, occisi gladio: & si introiero in ciuitatẽ, ecce, attenuati fame. Propheta ⁊ namq. &⁊ sacerdos abierũt in terrã quã ignorabãt. Nunquid proiiciẽs abiecisti 19
Iudã? aut Siõ abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? ‖ expectauimus pacẽ, & non est bonũ: & tẽpus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus Dñe impietates no- 20
stras, ⁊ iniquitates⁊ patrũ nostrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in oppro- 21
briũ ꝓpter nomẽ tuũ, neque facias nobis cõtumeliã solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritũ facias fœdus tuũ nobiscũ. Nũquid 22
sunt in sculptilibus Gẽtiũ qui pluãt? aut cæli possunt dare imbres? nónne tu es Dns Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc. CAP. XV.
1 ET dixit Dñs ad me, Si steterit Moyses & Samuel corã me, nõ est anima mea ad populũ istũ: eiice illos à facie mea, &
2 egrediãtur. Quòd si dixerint ad te, Quò egrediemur? dices ad eos, Hæc dicit Dñs, ‖ Qui ad mortẽ, ad mortẽ: & qui ad gladiũ, ad gladiũ: & qui ad famẽ, ad famem: Zach. 11, 9.
3 & qui ad captiuitatẽ, ad captiuitatẽ. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dñs; Gladiũ ad occisionẽ, & canes ad lacerandũ & volatilia cæli, & bestias terræ
4 ad deuorandũ & dissipandũ: & dabo eos in feruorẽ vniuersis regnis terræ; ‖ propter Manasseh filiũ Ezechiæ regis Iuda, 4 Reg. 21, 11
5 sup̃ omnib⁹ quę fecit in Ierusalẽ. Quis enim miserebitur tui Ierusalẽ? aut quis cõtristabitur pro te? aut quis ibit ad ro-
6 gandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit Dñs: retrorsum abiisti: & extendã manũ meã super te, & interficiã te: laboraui rogans. Et dispergã eos ventilabro
7 in portis terræ: interfeci & disperdidi populũ meũ, & tamẽ à viis suis nõ sunt reuersi. Multiplicatæ sunt mihi viduæ ei⁹
8 super arenã maris: induxi eis sup̃ matrẽ adolescẽtis vastatorẽ meridie: misi super
9 ciuitates repentè terrorẽ. Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, ‖ occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: cõ- Amos 8, 9.
fusa est, & erubuit: & residuos ei⁹ in gladiũ dabo in cõspectu inimicorũ eorũ, ait
10 Dñs. Væ mihi mater mea: quare genuisti me virũ rixæ, virũ discordiæ in vniuersa terra? nõ fœneraui, nec fœnerauit
11 mihi quisquã. oẽs maledicũt mihi. Dicit Dñs, Si nõ reliquiæ tuæ in bonũ, si nõ occurri tibi in tempore afflictionis, & in tẽpore tribulationis aduersus inimicum.
12 Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab
13 Aquilone, & æs? Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionẽ dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus termi-
14 nis tuis. Et adducã inimicos tuos de terra quã nescis: quia ignis succensus est in Rom. 10, 19 Deu. 32, 22.
15 furore meo; super vos ardebit. Tu scis Dñe, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me: noli in patiẽtia tua suscipere me: scito qm̃ sus-
16 tinui ꝓpter te opprobriũ. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factũ est mihi verbũ tuũ in gaudiũ & in lætitiam cordis mei: qm̃ inuocatũ est nomẽ tuum
17 sup̃ me Dñe Deus exercituũ. ‖ Nõ sedi in cõcilio ludentiũ, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebã, qm̃ cõmi- Psal. 1, 1. 25, 4.
18 natione replesti me. ‖ Quare factus est dolor me⁹ perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi Inf. 30, 15.
19 mẽdaciũ aquarũ infideliũ. Propter hoc hæc dicit Dñs, Si conuertẽris, cõuertã te, & ante faciẽ meã stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris, conuertẽtur ipsi ad te, & tu nõ cõuertẽris ad Sup. 1, 18. 6, 27.
20 eos. ‖ Et dabo te populo huic in murũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

æreum, fortẽ: & bellabũt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecũ ſum vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dñs. Et liberabo te de manu peſsimorũ, & redimã te de manu fortium. 21

CAP. XVI.

ET factũ eſt verbũ Dñi ad me, dicens, 1
Nõ accipies vxorẽ, & nõ erunt tibi 2
filij & filiæ in loco iſto. Quia hæc dicit 3
Dñs ſuper filios & filias, qui generãtur in loco iſto, & ſuper matres eorum quæ genuerũt eos: & ſuper patres eorũ, de quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac: Mortibus ægrotationum morientur: nõ plangentur, & nõ ſepelientur, in ſterquiliniũ ſuper faciẽ terræ erunt: & gladio & fame cõſumentur: & erit cadauer eorũ in eſcã volatilibus cæli, & beſtiis terræ. Hæc 4
enim dicit Dñs, Ne ingrediaris domũ cõuiuij, neq. vadas ad plangendũ, neq. cõſoleris eos: quia abſtuliſti pacẽ meã à populo iſto, dicit Dñs, miſericordiã & miſerationes. Et morientur grãdes, & par- 5
ui in terra iſta: non ſepelientur neq. plãgentur, & nõ ſe incident, neq. caluitium fiet pro eis. Et nõ frangẽt inter eos lu- 6
genti panẽ ad conſolandũ ſuper mortuo: & nõ dabunt eis potũ calicis ad cõſolandũ ſuper patre ſuo & matre. Et domum 7
cõuiuij nõ ingrediaris, vt ſedeas cũ eis, & comedas, & bibas: quia hæc dicit Dñs 8
exercituũ Deus Iſraël, Ecce, ego auferã de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocẽ gaudij, & vocẽ lætitię, vocẽ ſponſi & vocẽ ſponſæ. Et cùm annun- 9
tiaueris populo huic omnia verba hęc, & dixerint tibi, ‖ Quare locutus eſt Dñs ſuper nos omne malum grande iſtud? quæ iniquitas noſtra? & quod peccatum noſtrũ quod peccauimus Dño Deo noſtro? 10

Sup.7,26.

Dices ad eos, Quia dereliquerunt me 11
patres veſtri, ait Dñs: & abierũt poſt deos alienos, & ſeruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legẽ meam
Sup.5,10. nõ cuſtodierunt. ‖ Sed & vos peius ope- 12
rati eſtis, quàm patres veſtri. ecce enim ambulat vnuſquiſq. poſt prauitatẽ cordis ſui mali, vt me nõ audiat. Et eiiciã 13
vos de terra hac, in terram quã ignoratis vos, & patres veſtri: & ſeruietis ibi diis
Iuſ.23,7. alienis die ac nocte, qui nõ dabunt vobis requiẽ. ‖ Propterea ecce dies veniũt, di- 14
cit Dñs, & nõ dicetur vltrà, Viuit Dñs qui eduxit filios Iſraël de Terra-Aegypti:
ſed, Viuit Dñs, qui eduxit filios Iſraël 15
de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas eieci eos: & reducã eos in terram ſuã, quã dedi patribus eorum. Ecce, ego 16
mittã piſcatores multos, dicit Dñs, & piſcabũtur eos: & poſt hæc mittã eis multos venatores, & venabuntur eos de omni mõte, & de omni colle, & de cauernis petrarũ. Quia oculi mei ſuper oẽs vias 17
eorũ: nõ ſunt abſconditæ à facie mea, & nõ fuit occultata iniquitas eorũ ab oculis meis. Et reddã primùm duplices iniqui- 18
tates, & peccata eorũ: quia contaminauerũt terrã meã in morticinis idolorum ſuorũ, & abominationibus ſuis impleue- 19
runt hæreditatẽ meam. Dñe fortitudo mea, & robur meũ, & refugiũ meũ in die tribulationis: ad te Gẽtes veniẽt ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium poſſederũt patres noſtri, vanitatẽ quę eis 20
nõ profuit. Nunquid faciet ſibi homo 21
deos, & ipſi nõ ſunt dij? Idcirco ecce ego oſtendã eis per vicẽ hanc, oſtendã eis manũ meã, & virtutẽ meã; & ſcient quia nomen mihi Dñs.

CAP. XVII.

PEccatum Iuda ſcriptũ eſt ſtylo ferreo 1
in vngue adamantino, exaratũ ſuper latitudinẽ cordis eorũ, & in cornib⁹ ara- 2
rũ eorũ. Cùm recordati fuerint filij eorũ ararũ ſuarũ, & lucorũ ſuorũ, lignorumq.
frondentiũ in montibus excelſis, ſacri- 3
ficantes in agro: fortitudinem tuã & oẽs theſauros tuos in direptionẽ dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finibus tuis. Et relinquêris ſola ab hære- 4
ditate tua, quã dedi tibi, & ſeruire te faciã inimicis tuis in terra quã ignoras: quã ignẽ ſuccendiſti in furore meo, vſq. in
æternũ ardebit. Hæc dicit Dñs, ‖ Male- 5
dict⁹ homo qui cõfidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ ſuum, & à Dño recedit
cor ei⁹. ‖ Erit enim quaſi myricę in de- 6
ſerto, & nõ videbit cùm venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in
terra ſalſuginis & inhabitabili. Bene- 7
dictus vir qui cõfidit in Dño, & erit Dñs
fiducia eius. ‖ Et erit quaſi lignũ quod 8
tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorẽ mittit radices ſuas: & nõ timebit cùm venerit æſtus. Et erit foliũ ei⁹ viride, & in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitũ, nec aliquando deſinet facere fructum.
Prauum eſt cor⁹ hominis' & inſcruta- 9
bile: quis cognoſcet illud? Ego Dñs 10
ſcrutãs cor, & probans renes: qui do vnicuiq. iuxta viã ſuã, & iuxta fructum adinuentionũ ſuarũ. Perdix fouit quæ nõ 11
peperit: fecit diuitias, & nõ in iudicio: in dimidio dierũ ſuorum derelinquet eas, & in nouiſsimo ſuo erit inſipiens. Solium 12
gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ. Expectatio Iſraël 13
Dñe, omnes qui te derelinquunt, cõfundentur: recedentes à te, in terra ſcribentur: quoniã dereliquerunt venã aquarum
viuentiũ Dñm. Sana me Dñe, & ſana- 14
bor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniã laus mea tu es. Ecce, ipſi dicũt ad me, 15
Vbi eſt verbum Dñi? veniat. Et ego nõ 16
ſum turbatus, te paſtorẽ ſequẽs: & diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectũ in conſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formi- 17
dini, ſpes mea tu in die afflictionis. Cõfundantur qui me pſequuntur, & nõ cõfundar ego: paueãt illi, & nõ paueã ego: 18
induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc di- 19
cit Dominus ad me, Vade, & ſta in porta

filiorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

filiorũ populi per quã ingrediuntur reges Iuda,& egrediuntur, & in cunctis portis Ieruſalẽ: & dices ad eos, Audite verbũ Dñi reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Ieruſalẽ qui ingredimini per portas iſtas. Hæc dicit Dñs, Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare põdera in die ſabbathi: nec inferatis per portas Ieruſalẽ. Et nolite eiicere onera de domibus veſtris in die ſabbathi,& omne opus nõ facietis: ſanctificate diẽ ſabbathi, ſicut præcepi patrib. veſtris. Et nõ audierũt, nec inclinauerũt auré ſuã: ſed indurauerunt ceruicé ſuã, ne audirent me, & ne acciperẽt diſciplinã. Et erit: ſi audieritis me, dicit Dñs, vt nõ inferatis onera per portas ciuitatis huiꝰ in die ſabbathi: & ſi ſanctificaueritis diẽ ſabbathi, ne faciatis in eo omne opus. Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, ſedẽtes ſuper ſoliũ Dauid,& aſcẽdẽtes in curribus & equis, ipſi & principes eorũ, viri Iuda, & habitatores Ieruſalẽ: & habitabit ciuitas hæc in ſempiternũ.

Et veniẽt de ciuitatib. Iuda, & de circuitu Ieruſalẽ, & de terra Ben-iamin, & de cãpeſtribus, & de mõtuoſis,& ab Auſtro, portantes holocauſtũ, & victimã, & ſacrificiũ, & thus, & inferẽt oblationẽ in domũ Dñi. Si autẽ nõ audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbathi,& ne portetis onus,& ne inferatis per portas Ieruſalem in die ſabbathi: ſuccendã ignem in portis eius,& deuorabit domos Ieruſalẽ, & non extinguetur. CAP. XVIII.

VErbũ quod factum eſt ad Ieremiã à Dño, dicens, Surge, & deſcende in domũ figuli, & ibi audies verba mea. Et deſcẽdi in domũ figuli, & ecce, ipſe faciebat opus ſuper rotã. Et diſſipatũ eſt vas quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis: cõuerſuſq., fecit illud, vas alterum; ſicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factũ eſt verbũ Dñi ad me, dicẽs, ‖ Nunquid ſicut figulus iſte, nõ poterovobis facere, domus Iſraël? ait Dñs, ecce, ſicut lutũ in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſraël. Repẽtè loquar aduerſum gentẽ & aduerſus regnũ, ‖ vt eradicem & deſtruã & diſperdã illud. Si pœnitentiã egerit gẽs illa à malo ſuo qđ locutꝰ ſum aduerſus eã: agã & ego pœnitentiã ſuper malo quod cogitaui vt facerẽ ei. Et ſubitò loquar de gẽte & de regno, vt ædificẽ & plãtem illud. Si fecerit malũ in oculis meis, vt nõ audiat vocẽ meã: pœnitentiã agã ſuper bono quod locutus ſum vt facerẽ ei. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalẽ, dicẽs, Hæc dicit Dñs, ‖ Ecce, ego fingo cõtra vos malũ, & cogito cõtra vos cogitationẽ: ‖ reuertatur vnuſquiſq. à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra. Qui dixerunt, Deſperauimus: poſt cogitatiões enim noſtras ibimus, & vnuſquiſq. pranitatẽ cordis ſui mali faciemꝰ. Ideò hæc dicit Dñs, Interrogate Gẽtes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſraël? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli poſſunt aquæ erũpẽtes frigidæ & defluẽtes? Quia obliꝰ eſt mei populus meus, fruſtra libãtes, & impingentes in viis ſuis, in ſemitis ſeculi, vt ambularẽt per eas in itinere nõ trito: ‖ vt fieret terra eorũ in deſolationẽ, & in ſibilum ſempiternũ: omnis qui prẽterierit per eã, obſtupeſcet, & mouebit caput ſuũ. Sicut vẽtus vrens diſpergã eos corã inimico: dorſum, & nõ faciẽ oſtendã eis in die perditionis eorũ. Et dixerũt, Venite, & cogitemus contra Ieremiã cogitationes: nõ enim peribit lex à ſacerdote, neq. cõſiliũ à ſapiẽte, nec ſermo à ꝓpheta. venite, & ꝑcutiamus eũ lingua, & nõ attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attẽde Dñe ad me, & audi vocem aduerſariorũ meorũ. Nunquid redditur pro bono malũ, quia foderũt foueã animæ meæ? Recordare quòd ſteterim in cõſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorum in famẽ, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorum abſq. liberis, & viduæ: & viri earũ interficiãtur morte: iuuenes eorũ cõfodiantur gladio in prœlio. Audiat clamor de domib. eorũ; adduces eñ ſuper eos latronẽ repentè: quia foderũt foueã, vt caperẽt me, & laqueos abſconderunt pedibus meis.

Inf. 19,8. 49,13.50. 13.

Tu autẽ Dñe ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatũ eorum à facie tua non deleatur: fiant coruentes in conſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis. CAP. XIX.

HAec dicit Dñs, Vade, & accipe lagunculam figuli teſteã à ſenioribus populi, & à ſenioribus ſacerdotũ: Et egredere ad vallẽ filij Ennõ, quæ eſt iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te. Et dices, Audite verbum Dñi reges Iuda, & habitatores Ieruſalem: hæc dicit Dñs exercituum, Deꝰ Iſraël, Ecce, ego inducã afflictionem ſuper locum iſtum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius: Eo quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locũ iſtũ: & libauerũt in eo diis alienis, quos neſcierũt ipſi, & patres eorũ, & reges Iuda: & repleuerũt locũ iſtũ ſanguine innocẽtũ. Et ædificauerũt excelſa Baalim ad cõburendos filios ſuos igni in holocauſtũ Baalim: quæ nõ præcepi, nec locutus ſum, nec aſcẽderunt in cor meũ. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dñs: & nõ vocabitur amplius locus iſte, Topheth, & Vallis filij Ennom, ſed Vallis occiſiõis. Et diſſipabo cõſilium Iuda & Ieruſalẽ in loco iſto: & ſubuertã eos gladio incõſpectu inimicorũ ſuorũ, & in manu quærẽtiũ aĩas eorũ: & dabo cadauera eorum eſcam volatilibus cæli, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sup. 18, 6. Inf. 49, 13. & 50, 13.

dens terræ. ¶ Et pouã ciuitatẽ hãc, in stuporẽ, & in sibilũ: omnis qui præterierit per eã, obstupescet, & sibilabit super vniuersa plagã eius. Et cibabo eos carnibus filiorũ suorũ, & carnibus filiarum suarũ: & vnusquisq. carnẽ amici sui cõedet in obsidiõe, & in angustia in qua cõcludẽt eos inimici eorũ, & qui quærũt animas eorũ. Et conteres lagunculã in oculis virorũ qui ibunt tecũ. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs exercituum, Sic conterã populum istum & ciuitatem istam, sicut cõteritur vas figuli quod non potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelientur, eo quòd non sit alius locus ad sepeliendũ. Sic faciã loco huic, ait Dñs, & habitatoribus eius: & ponã ciuitatem istã sicut Topheth. Et erunt domus Ierusalem & domus regũ Iuda sicut locus Topheth, immundæ: oẽs domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.

Venit autẽ Ieremias de Topheth, quò miserat eum Dñs ad prophetandum, & stetit in atrio domus Dñi, & dixit ad omnem populum: Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël, Ecce, ego inducã super ciuitatem hãc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam: quoniã indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui cõstitutus erat princeps in domo Dñi, Ieremiã prophetantẽ sermones istos. Et percussit Phassur Ieremiã prophetã, & misit eum in neruum, quod erat in porta Bẽ-iamin superiori, in domo Dñi. Cumq. illuxisset in crastinũ, eduxit Phassur Ieremiã de neruo. & dixit ad eũ Ieremias, Nõ Phassur vocauit Dñs nomẽ tuum, sed pauorem vndiq. Quia hæc dicit Dñs, Ecce, ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruẽt gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonẽ, & percutiet eos gladio.

Et dabo vniuersam substantiã ciuitatis huius, & omnẽ laborem eius, omneque pretiũ, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorũ: & diripient eos, & tollẽt, & ducẽt in Babylonẽ.

Tu autẽ Phassur, & omnes habitatores domus tuę ibitis in captiuitatẽ, & in Babylonẽ venies, & ibi morieris: ibiq. sepelieris tu, & omnes amici tui quibus prophetasti mendaciũ. Seduxisti me Dñe, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatẽ clamito: & factus est mihi sermo Dñi in opprobriũ, & in derisum tota die. Et dixi, Nõ recordabor eius, neq. loquar vltrà in nomine illius. & factus est in corde meo quasi ignis exæstuãs, claususq. in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorũ, & terrorẽ in circuitu, Persequimini, & persequamur eũ: ab omnibus viris qui erãt pacifici mei, & custo iẽtes latus meũ: si quo modo decipiatur, & præualeam, & aduersus eũ, & consequamur vltionẽ ex eo. Dñs aũt mecũ est quasi bellator fortis: ideirco qui persequũtur me, cadẽt, & infirmi erũt: cõfundẽtur vehemẽter, ¶ quia nõ intellexerunt opprobriũ sempiternũ quod nunquã delebitur. Et tu Dñe exercituum ¶ probator iusti, qui vides renes & cor: videã quæso vltionem tuã ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. Cãtate Dño, laudate Dñm: quia liberauit animã pauperis de manu malorũ. ¶ Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annũtiauit patri meo, dicẽs, Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eũ. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit Dñs, & nõ pœnituit eũ: audiat clamorem manè, & vlulatũ in tẽpore meridiano: qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrũ, & vulua eius cõceptus æternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderẽ laborẽ & dolorẽ, & cõsumerẽtur in cõfusione dies mei?

CAP. XXI.

VERbũ quod factum est ad Ieremiã à Dño, quãdo misit ad eũ rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniã filium Maasiæ sacerdotem, dicens, Interroga pro nobis Dñm, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si fortè faciat Dñs nobiscũ secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedeciæ: Hæc dicit Dñs Deus Israël, Ecce, ego conuertã vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis & Chaldæos, qui obsidẽt vos in circuitu murorũ: & cõgregabo ea in medio ciuitatis huius. Et debellabo ego vos in manu extẽta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grãdi. Et percutiã habitatores ciuitatis huius: homines & bestiæ pestilentia magna morientur. Et post hoc, ait Dñs, dabo Sedeciã regẽ Iuda, & seruos eius, & populũ eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorũ eorũ, & in manu quærentiũ animã eorũ: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur. Et ad populum hunc dices, Hæc dicit Dñs, Ecce, ego do corã vobis viã vitæ, & viam mortis. ¶ Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui aũt egressus fuerit, & trãsfugerit ad Chaldæos, qui obsidẽt vos, viuet, & erit ei ãia sua quasi spolium. Posui emi facie meã

Inf. 38, 2.

super

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

superciuitatē hanc in malū, & nō in bonum, ait Dñs: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eā igni. Et domui regis Iuda, Audite verbū Dñi. Dom⁹ Dauid, hæc dicit Dñs, ¶ Iudicate manè iudiciū, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succēdatur, & nō sit qui extinguat propter malitiā studiorum vestrorū. Ecce, ego ad te habitatricē vallis solidæ atq. cāpestris, ait Dñs: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super vos iuxta fructū studiorū vestrorū, dicit Dñs: & succendā ignē in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius. CAP. XXII.

HAec dicit Dñs: Descēde in domum regis Iuda, & loquēris ibi verbum hoc, & dices, Audi verbū Dñi rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit Dñs, ¶ Facite iudiciū & iustitiā: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenā, & pupillū, & viduā nolite cōtristare, neq. opprimatis iniquè: & sanguinē innocentē ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud: ingrediēturper portas domus huius reges sedētes de genere Dauid super thronum eius, & ascēdentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorū. Quòd si nō audieritis verba hæc: in memetipso iuraui, dicit Dñs, quia in solitudinē erit dom⁹ hæc. Quia hæc dicit Dñs sup domū regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si nō posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. Et sanctificabo super te interficientē virū & arma eius: & succidēt electas cedros tuas, & præcipitabūt in ignē. Et pertrāsibūt gētes multæ per ciuitatē hāc: & dicet vnusquisq. proximo suo, ¶ Quare fecit Dñs sic ciuitati huic grādi? Et respondebūt, Eo q dereliquerint pactū Dñi Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint eis. Nolite flere mortuū, neq. lugeatis super eum fletu: plāgite eū qui egreditur, quia nō reuertetur vltrà, nec videbit terrā natiuitatis suæ. Quia hæc dicit Dñs ad Sellū filiū Iosiæ regē Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto. Nō reuertetur huc amplius: sed in loco ad quē trāstuli eum, ibi morietur, & terrā istā nō videbit amplius. Væ qui ædificat domū suā in iniustitia, & cœnacula sua nō in iudicio: amicum suū opprimet frustra, & mercedē eius nō reddet ei. Qui dicit, Aedificabo mihi domum latā, & cœnacula spaciosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitq. sinopide. Nunquid regnabis, quoniā confers te cum altero? pater tuus nunquid nō comēdit & bibit, & fecit iudicium & iustitiā tūc cùm bene erat ei? Iudicauit causā pauperis & egeni in bonū suū: nūqd nō ideò quia cognouit me, dicit Dñs?

Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis. Propterea hęc dicit Dñs ad Ioacim filium Iosiæ regē Iuda, Non plangēt eum, Væ frater & væ soror: nō concrepabūt ei, Væ dñe, & væ inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalē. Ascende Libanū, & clama: & in Basan da vocē tuā, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te in abundantia tua: dixisti, Non audiā: hæc est via tua ab adolescentia tua, quia nō audisti vocē meā: Oēs pastores tuos pascet vētus, & amatores tui in captiuitatē ibūt: & tunc cōfundēris, & erubesces ab omni malitia tua. Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo cōgemuisti cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis? Viuo ego, dicit Dñs: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellā eū. Et dabo te in manu quærentiū animā tuā, & in manu quorū tu formidas faciē, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorū. Et mittā te & matrē tuā quę genuit te, in terrā alienā, in qua nati nō estis, ibiq. moriemini: & in terrā ad quā ipsi leuāt animā suā, vt reuertantur illuc: nō reuertētur. Nūquid vas fictile atq. contritum vir iste Iechonias? nūquid vas absq. omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semē eius, & proiecti in terrā quā ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi sermonē Dñi. Hęc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilē, virum qui in diebus suis nō prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda. CAP. XXIII.

¶ VAe pastoribus qui disperdūt & dilacerāt gregem pascuæ meæ, dicit Dñs. Ideo hæc dicit Dñs Deus Israël ad pastores qui pascūt populū meū, Vos dispersistis gregē meū, & eiecistis eos, & nō visitastis eos: ecce, ego visitabo super vos malitiā studiorū vestrorum, ait Dñs. Et ego cōgregabo reliquias gregis mei de omnib. terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertā eos ad rura sua; & crescēt & multiplicabūtur. Et suscitabo super eos pastores, & pascēt eos: * nō formidabūt vltrà, & nō pauebūt: & nullus quęretur ex numero, dicit Dñs. ¶ Ecce, dies veniunt, dicit Dñs: & suscitabo Dauid germē iustū: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit cōfidēter: & hoc est nomen qd vocabunt eū, Dñs iustus noster. ¶ Propter hoc ecce dies veniūt, dicit Dñs, & nō dicent vltrà, Viuit Dñs, qui eduxit filios Israël de Terra-Aegypti: Sed, ¶ Viuit Dñs qui eduxit & adduxit semen domus

Exe. 13, 3. 34. 2.

* & 7 MS. H. G. C.

Isa. 4, 2. 40, 11. 45, 8 Inf. 33, 14. Exe. 34, 11 24.

Dan. 9, 24. Ioan. 1, 45.

illius 1 MS. H. G. C.

Sup. 16, 14 Deu. 33. 28.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Israël de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas ejecerã eos illuc: & habitabunt in terra sua. Ad prophetas, Contritũ est cor meum in medio mei, cõtremuerũt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie Dñi, & à facie verborũ sanctorũ eius. Quia adulteris repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorũ malus, & fortitudo eorũ dissimilis. Propheta nãq. & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malum eorũ, ait Dñs. Idcirco via eorũ erit quasi lubricũ in tenebris: impellẽtur enim, & corruent in ea: afferã enim super eos mala, annum visitationis eorũ, ait Dñs. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatẽ: & prophetabãt in Baal, & decipiebãt populũ meũ Israël. Et in prophetis Ierusalẽ vidi similitudinẽ adulterantium, & iter mendacij: & cõfortauerũt manus pessimorũ, vt nõ conuerteretur vnusquisq. à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. Propterea hæc dicit Dñs exercituũ ad prophetas, ‖ Ecce, ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalẽ egressa est pollutio super oẽm terrã. Hæc dicit Dñs exercituũ, ‖ Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionẽ cordis sui loquuntur, non de ore Dñi. Dicunt his qui blasphemant me, Locutus est Dñs, ‖ Pax erit vobis. & omni qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, Nõ veniet super vos malum. Quis enim affuit in cõsilio Dñi, & vidit & audiuit sermonem eius? quis cõsideauit verbũ illius, & audiuit? ‖ Ecce, turbo Dñicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpẽs: super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor Dñi, vsq. dũ faciat, & vsq. dum cõpleat cogitationẽ cordis sui. in nouissimis diebus intelligetis cõsilium eius. ‖ Non mittebã prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in cõsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo: auertissem vtiq. eos à via sua mala, & à cogitationib. suis pessimis. Putãsne Deus è vicino ego sum, dicit Dñs? & nõ Deus dẽlõge? Si occultabitur vir in abscõditis: & ego nõ videbo eũ, dicit Dñs? nunquid nõ cælũ & terram ego impleo, dicit Dñs? Audiui quæ dixerũt prophetæ, prophetãtes in nomine meo mẽdaciũ, atq. dicẽtes, Somniaui, somniaui. Vsquequo istud est in corde prophetarũ vaticinãtium mẽdaciũ, & prophetãtium seductiones cordis sui? Qui volũt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum quæ narrat vnusquisq. ad proximũ suũ: sicut obliti sunt patres eorũ nominis mei propter Baal. propheta qui habet somniũ, narret somnium: & qui habet sermonem meũ, loquatur sermonẽ meũ verè. quid paleis ad triticũ, dicit Dñs? Nũquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dñs: & quasi malleus cõterens petrã? Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dñs: qui furãtur verba mea vnusquisq. à proximo suo. Ecce ego ad prophetas, ait Dñs: qui assumũt linguas suas, & aiunt, Dicit Dñs. Ecce, ego ad prophetas somniãtes mẽdaciũ, ait Dñs: qui narrauerunt ea, & seduxerũt populũ meũ in mendacio suo, & in miraculis suis: cùm ego nõ misissem eos, nec mandassem eis; qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dñs. Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicẽs, Quod est onus Dñi? dices ad eos, Vt quid vobis onus? piciã quippe vos, dicit Dñs. Et propheta & sacerdos, & populus qui dicit, Onus Dñi: visitabo super virũ illũ, & super domũ eius. Hæc dicetis vnusquisq. ad proximum & ad fratrẽ suũ, Quid respondit Dñs? Et quid locutus est Dñs? Et onus Dñi vltrà non memorabitur: quia onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis, Dñi exercituum Dei nostri. Hæc dices ad prophetam, Quid respondit tibi Dñs? & quid locutus est Dñs? Si autem onus Dñi dixeritis: propter hoc hęc dicit Dñs, Quia dixistis sermonẽ istum, Onus Dñi: & misi ad vos, dicens, Nolite dicere Onus Dñi: Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquã vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea. ‖ Et dabo vos in opprobriũ sempiternum, & in ignominiã æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

CAP. XXIIII.

Ostendit mihi Dñs: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Dñi, posti quã transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã filiũ Ioacim regẽ Iuda, & principes eius, & fabrũ, & inclusorẽ de Ierusalẽ, & adduxit eos in Babylonẽ. Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt solent ficus esse primi tẽbebat nimis: vt solent ficus esse primi tẽporis. & calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterãt, eo quòd essent malæ. Et dixit Dñs ad me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Ficus, ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde; quæ comedi nõ possunt, eo quòd sint malæ. Et factum est verbũ Dñi ad me, dicens, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Sicut ficus hæ bonæ: sic cognoscam trãsmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in Terrã Chaldæorũ, in bonum. Et ponam oculos meos sup eos ad placãdũ: & reducã eos in terrã hãc: & ędificabo eos, & nõ destruã: & plãtabo eos, & nõ euellam. Et dabo eis cor, vt sciant me, quia ego sum Dñs: ‖ & erũt mihi in populũ, & ego ero eis in Deũ: quia reuertẽtur ad me in toto corde suo. ‖ Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ: hęc dicit Dñs, sic dabo Sedeciã regẽ Iuda, & princi-

adulteriis MS. Text⁹ lectio conformis est R. Hier. H. G. & C.

- 7 MS. Hier. H. G. C.

adulteriũ 15 MS. Hier. Q. n.

Sup. 9, 15.

Inf. 27, 9. 29, 8.

Sup. 5, 12. 14, 13.

Inf. 30, 14.

egreditur 6 MS. G. C.

Sup. 14, 14. Inf. 27, 15. & 29, 9.

Ministerio de Educación Cultura y Deporte

& principes eius, & reliquos de Ierusalē, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in Terra Aegypti. Et dabo eos in 9
vexationem, afflictionemq. omnibus regnis terræ: in opprobriū, & in parabolā, & in prouerbiū, & in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eieci eos. ¶ Et 10
mittā in eis gladiū, & famem, & pestem: donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum. CAP. XXV.
VErbum quod factū est ad Ieremiam 1
de omni populo Iudæ in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus prim⁹ Nabuchodonosor regis Babylonis.) ¶ Quod' locutus est Ieremias 2
propheta ad omnem populū Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens,
A tertiodecimo anno Iosiæ filij Amon 3
regis Iuda vsq. ad diem hanc, ille tertius & vicesimus annus; factū est verbū Dñi ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgēs & loquēs: & non audistis. Et 4
misit Dñs ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgēs diluculo, mittēsque: & non audistis, neq. inclinastis aures vestras vt audiretis, cùm diceret, ¶ Reuertimini 5
vnusquisq. à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra quā dedit Dñs vobis, & patrib. vestris, à seculo & vsq. in seculū. Et nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, 6
adoretisq. eos: neq. me ad iracundiā prouocetis in operibus manuum vestrarū, & nō affligam vos. Et nō audistis me, dicit 7
Dñs, vt me ad iracūdiam prouocaretis in operibus manuum vestrarū, in malū vestrum. Propterea hæc dicit Dñs exercituū, Pro eo quòd nō audistis verba mea, 8
ecce ego mittā, & assumā vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dñs, & Nabuchodonosor regē Babylonis seruū meū: & adducā eos super terrā istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponā eos in stuporē & in sibilū, & in solitudines sempiternas. Perdamq. ex eis vocē gaudij & vocē lætitiæ, vocē sponsi & vocē, sponsæ, vocem molæ, & lumē lucernæ. ¶ Et erit vniuersa ter- 11
ra hæc in solitudinem & in stuporem: & seruiēt omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. ¶ Cumq. impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regē Babylonis, & super gentē illā, dicit Dñs, iniquitatē eorū, & super terrā Chaldæorum: & ponā illam in solitudines sempiternas. Et adducā super terram illā om- 13
nia verba mea quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptū est in libro isto, quæcūq. prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes: Quia seruierūt eis cùm 14
essent gentes multæ & reges magni: & reddā eis secūdum opera eorū, & secundū facta manuū suarum. Quia sic dicit Dñs 15
exercituū Deus Israël, Sume calicē vini furoris huius de manu mea; & propina-

bis de illo cunctis gentibus ad quas ego
16 mittam te. Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij quē ego mittam
17 inter eos. Et accepi calicē de manu Domini, & propinaui cūctis gentib. ad quas
18 misit me Dñs; Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius: vt darē eos in solitudinē, & in stuporem, & in sibilū, & in maledictionem, sicut est
19 dies ista: Pharaoni regi Aegypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni po-
20 pulo eius, & vniuersis generaliter: cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthiim, & Ascalonis, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti,
21 & Idumææ, & Moab, & filiis Ammon:
22 Et cūctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidōnis: & regibus terræ insularū
23 qui sunt trans mare. Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attōsi sunt in
24 comam. Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant
25 in deserto; Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regi-
26 bus Medorū: cunctis quoq. regib Aquilonis de prope & de longe, vnicuiq. cōtra fratrē suū: & omnibus regnis terræ, quæ super faciē eius sunt: & rex Sesach bibet
27 post eos. & dices ad eos, Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israël, Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neq. surgatis, à facie gladij quem ego mittam inter vos.
28 Cumq. noluerint accipere calicem de manu tua vt bibāt, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituū, Bibētes bibetis:
29 ¶ quia ecce, in ciuitate in qua inuocatū est nomē meū, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? nō eritis immunes. gladiū enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dñs
30 exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: ¶ Dñs de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocē suam: rugiēs rugiet super decōrem suū: celeusma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores
31 terræ. Peruēnit sonitus vsq. ad extremā terræ: Quia iudiciū Dño cū gentibus: iudicatūr ipse cū omni carne, impios tradi-
32 di gladio, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs exercituū, Ecce, afflictio egredietur de gēte in gentem: & turbo magnus egredietur à
33 summitatibus terræ. Et erunt interfecti Dñi in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: nō plangentur, & nō colligentur, neq. sepelientur: in sterquilinium
34 super faciem terræ iacebunt. Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia cōpleti sunt dies vestri, vt interficiamini: & dissipationes
35 vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab
36 optimatibus gregis. Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatū gregis: quia
37 vastauit Dñs pascua eorum. Et conticuerūt arua pacis à facie iræ furoris Dñi.

1 Pet. 4, 17.

Ioel 3, 16. Amos 1, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dere-

Dereliquit quasi leo vmbraculũ suum, 38
quia facta est terra eorũ in desolationem
à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris
Domini. CAP. XXVI.
IN principio regni Ioacim filij Iosię re- 1
gis Iuda, factũ est verbũ istud à Dño,
dicens, Hæc dicit Dñs, Sta in atrio do- 2
mus Dñi, & loquêris ad omnes ciuitates
Iuda, de quibus veniunt, vt adorẽt in do-
mo Dñi, vniuersos sermones quos ego
mãdaui tibi vt loquaris ad eos: noli sub-
trahere verbum; si fortè audiãt & con- 3
uertatur vnusquisque à via sua mala: &
pœniteat me mali quod cogito facere eis
propter malitiã studiorũ eorũ. Et dices 4
ad eos, Hæc dicit Dñs, Si non audieritis
me vt ambuletis in lege mea quam dedi
vobis; vt audiatis sermones seruorum 5
meorũ Prophetarũ, quos ego misi ad vos
de nocte cõsurgens, & diriges, & nõ audi-
1 Reg. 4,2. 10. stis: ‖ Dabo domũ istã sicut Silo, & vr- 6
bem hãc dabo in maledictionẽ cũctis gẽ-
tibus terræ. Et audierunt sacerdotes, & 7
prophetæ, & omnis populus Ieremiã lo-
quentẽ verba hæc in domo Dñi. Cumq. 8
complesset Ieremias loquens omnia quæ
præceperat ei Dñs, vt loqueretur ad vni-
uersum populũ: apprehenderunt eum sa-
cerdotes, & prophetæ, & omnis populus,
dicẽs, Morte morìatur. Quare prophe- 9
tauit in nomine Dñi, dicẽs, Sicut Silo e-
rit domus hæc: & vrbs ista desolabitur;
eo quòd non sit habitator: Et cõgregatus
est omnis populus aduersus Ieremiam in
domo Dñi. Et audierunt principes Iuda 10
verba hæc: & ascenderunt de domo regis
in domũ Dñi, & sederũt in introitu por-
tæ domus Dñi nouæ. Et locuti sunt sa- 11
cerdotes & prophetæ ad principes, & ad
omnẽ populũ, dicentes, Iudicium mortis
est viro huic: quia prophetauit aduersus
ciuitatẽ istam, sicut audistis auribus ve-
stris. Et ait Ieremias ad omnes princi- 12
Sup. 25,12. 2 Par. 36,22 1 Esd. 1,1. & 6,3. 3 Esd. 1,57 & 2,1. & 6,24. 6 sup. 7,3. pes, & ad vniuersum populũ, dicẽs, ‖ Dñs
misit me vt prophetarẽ ad domũ istã, &
ad ciuitatẽ hanc omnia verba quæ audi-
stis. ‖ Nunc ergo bonas facite vias ve- 13
stras, & studia vestra, & audite vocẽ Dñi
Dei vestri: & pœnitebit Dñm mali quod
locutus est aduersum vos. Ego aũt ecce 14
in manibus vestris sum: facite mihi quod
bonum & rectum est in oculis vestris.
Veruntamẽ scitote & cognoscite quòd 15
si occideritis me, sanguinẽ innocentẽ tra-
detis contra vosmetipsos, & cõtra ciuita-
tem istam, & habitatores eius. in veritate
enim misit me Dñs ad vos, vt loquerer in
auribus vestris omnia verba hæc. Et di- 16
xerũt principes, & omnis populus ad sa-
cerdotes & ad ꝓphetas. Nõ est viro huic
iudiciũ mortis: quia in nomine Dñi Dei
nostri locutus est ad nos. Surrexerũt er- 17
go viri de senioribus terræ: & dixerũt ad
omnẽ cœtũ populi, loquẽtes: Michæas 18
de Morasti fuit propheta in diebus Eze-
chiæ regis Iuda; & ait ad omnẽ populum
Iudæ, dicens, Hæc dicit Dñs exercituum:
‖ Siõ quasi ager arabitur: & Ierusalem in
aceruum lapidũ erit: & mons domus * in Mich. 3,12 * Domus MS q. * sanctuarij C.
19 excelsa syluarum. Nunquid morte con-
demnauit eũ Ezechias rex Iuda, & omnis
Iuda? nunquid nõ timuerũt Dñm, & de-
precati sunt faciẽ Dñi: & pœnituit Dñm
mali quod locutus fuerat aduersum eos?
Itaq. ‖ nos facimus * malum grande contra ‖ nos fa-cimus Q.
20 animas nostras. Fuit quoq. vir prophe-
tans in nomine Dñi Vrias filius Semei
de Cariath-iarim: & prophetauit aduer-
sus ciuitatem istam, & aduersus terrã hãc
21 iuxta omnia verba Ieremiæ. Et audiuit
rex Ioacim, & omnes potentes, & prin-
cipes eius verba hæc: & quęsiuit rex inter-
ficere eũ. Et audiuit Vrias, & timuit, fu-
22 gitq;, & ingressus est Aegyptũ. Et misit
rex Ioacim viros in Aegyptũ, Elnathã fi-
liũ Achobor, & viros cũ eo in Aegyptũ.
23 Et eduxerũt Vriã de Aegypto: & adduxerunt eũ ad regẽ Ioacim, & percussit eũ
gladio: & proiecit cadauer eius in sepul-
24 chris vulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt
non traderetur in manus populi, & interficerent eum. CAP. XXVII.
1 IN principio regni Ioacim filij Iosiæ
regis Iuda, factũ est verbũ istud ad Iere-
2 miã à Dño, dicẽs, Hæc dicit Dñs ad me,
Fac tibi vincula & catenas: & pones eas
3 in collo tuo. Et mittes eas ad regem E-
dom, & ad regem Moab, & ad regẽ filiorũ
Ammon, & ad regẽ Tyri, & ad regẽ Sido-
nis: in manu nuntiorũ qui venerũt Iеru-
4 salẽ ad Sedeciã regẽ Iuda. Et præcipies
eis vt ad dños suos loquantur: Hæc dicit
Dñs exercituũ Deus Israël, Hæc dicetis
5 ad dños vestros, Ego feci terrã, & homi-
nes, & iumẽta, quæ sunt super faciẽ ter-
ræ, in fortitudine mea magna, & in bra-
chio meo extẽto: & dedi eã ei qui placuit
6 in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi
omnes terras istas in manu Nabuchodo-
nosor regis Babylonis serui mei: insuper
7 & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Et
seruiẽt ei omnes gẽtes, & filio eius, & fi-
lio filij eius: donec veniat tempus terræ
eius & ipsius: & seruiẽt ei gentes multæ
8 & reges magni. Gẽs autẽ & regnũ quod
nõ seruierit Nabuchodonosor regi Baby-
lonis, & quicunq. nõ curuauerit collũ suũ
sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in
fame, & in peste visitabo super gentẽ il-
lam, ait Dñs: donec cõsumam eos in ma- Sup. 21,10. Ier. 29,8.
9 nu eius. ‖ Vos ergo nolite audire ꝓphe-
tas vestros, & diuinos, & somniatores, &
augures, & maleficos, qui dicũt vobis, Nõ
10 seruietis regi Babylonis. Quia mẽdaciũ
prophetant vobis: vt longè vos faciant de
terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis.
11 Porrò gens quæ subiecerit ceruicẽ suã
sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei:
dimittã eã in terra sua, dicit Dñs: & colet
12 eam, & habitabit in ea. Et ad Sedeciam
regẽ Iuda locutus sum secundum omnia

verba

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verba hæc, dicens, Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dñs ad gentẽ quæ seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarũ dicentiũ vobis, Nõ seruietis regi Babylonis: quia mẽdaciũ ipsi loquũtur vobis. ¶ Quia nõ misi eos, ait Dñs: & ipsi prophetãt in nomine meo mẽdaciter: vt eiiciãt vos, & pereatis tam vos, quàm prophetæ qui vaticinãtur vobis. Et ad sacerdotes, & ad populum istũ locutus sum, dicens, Hæc dicit Dñs, Nolite audire verba prophetarũ vestrorũ, qui ꝓphetãt vobis, dicẽtes, Ecce, vasa Dñi reuertẽtur de Babylone nunc citò, mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinẽ? Et si prophetæ sunt, & est verbũ Dñi in eis: occurrãt Dño exercituũ, vt non veniãt vasa quæ derelicta fuerãt in domo Dñi, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonẽ. Quia hæc dicit Dñs exercituũ ¶ ad colũnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorũ, quæ remãserunt in ciuitate hac: quæ nõ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, ¶ cũ trãsferret Iechoniã filiũ Ioacim regẽ Iuda de Ierusalẽ in Babylonẽ, & oẽs optimates Iuda & Ierusalẽ. Quia hæc dicit Dñs exercituũ Deus Israël ad vasa quæ derelicta sunt in domo Dñi, & in domo regis Iuda & Ierusalẽ: ¶ In Babylonem trãsferẽtur, & ibi erũt vsq. ad diẽ visitationis suæ, dicit Dñs: & afferri faciã ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII.

ET factũ est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mẽse quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo Dñi corã sacerdotibus, & omni populo, dicẽs, Hæc dicit Dñs exercituũ Deus Israël, Cõtriui iugũ regis Babylonis. Adhuc duo anni dierũ, & ego referri faciã ad locũ istum omnia vasa domus Dñi quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & trãstulit ea in Babylonẽ. Et Iechoniã filiũ Ioacim regẽ Iuda, & omnẽ trãsmigrationẽ Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonẽ, ego conteram ad locũ istũ, ait Dñs: conterã enim iugũ regis Babylonis. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiã prophetãm in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo Dñi. & ait Ieremias ꝓpheta, Amen, sic faciat Dñs: suscitet Dñs verba tua quæ prophetasti: vt referantur vasa in domũ Dñi, & omnis trãsmigratio de Babylone ad locũ istũ. Verumtamen audi verbũ hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi. Prophetæ qui fuerũt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt super terras multas, & super regna magna, de prœlio & de afflictione, & de fame. Propheta qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbũ eius, scietur propheta quem misit Dñs in veritate. Et tulit Hananias propheta catenã de collo Ieremiæ prophetæ, & cõfregit eam. Et ait Hananias in cõspectu omnis populi, dicens, Hæc dicit Dñs, Sic confringã iugũ Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentiũ. Et abiit Ieremias propheta in viã suã. Et factum est verbũ Dñi ad Ieremiã, postquã cõfregit Hananias propheta catenã de collo Ieremiæ prophetæ, dicẽs, Vade, & dices Hananiæ, Hæc dicit Dñs, Catenas ligneas cõtriuisti: & facies ꝑ eis catenas ferreas. Quia hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël, Iugũ ferreũ posui super collũ cũctarũ Gentiũ istarũ, vt seruiãt Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruiẽt ei: insuper & bestias terræ dedi ei. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiã prophetã, Audi Hanania: non misit te Dñs, & tu confidere fecisti populũ istũ in mẽdacio. Idcirco hæc dicit Dñs: Ecce, ego mittã te à facie terræ: hoc anno morieris: aduersum enim Dñm locutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mẽse septimo.

CAP. XXIX.

ET hæc sunt verba libri quę misit Ieremias propheta de Ierusalẽ ad reliquias seniorũ transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnẽ populũ quẽ traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalẽ in Babylonẽ: postquã egressus est Iechonias rex, & dña, & eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ierusalẽ: in manu Elasa filij Saphã, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regẽ Babylonis in Babylonẽ, dicens, Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël omni transmigrationi quã trãstuli de Ierusalẽ in Babylonẽ, Aedificate domos, & habitate: & plãtate hortos, & comedite fructum eorũ. Accipite vxores, & generate filios & filias: & date filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariãt filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero. Et quærite pacẽ ciuitatis ad quã trãsmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dñm: quia in pace illius erit pax vobis. Hæc enim dicit Dñs exercituũ Deus Israël: ¶ Nõ vos seducant prophetæ vestri qui sunt in medio vestrũ, & diuini vestri: & ne attẽdatis ad somnia vestra quæ vos somniatis: Quia falsò ipsi ꝓphetãt vobis in nomine meo: & nõ misi eos, dicit Dñs. ¶ Quia hæc dicit Dñs, Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbũ meũ bonũ, vt reducã vos ad locũ istũ. Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dñs, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finẽ & patientiam.

quem] MS. Hier. Similiter Textus vulgatus & G.

Supra 14, 13. 23, 16. 27, 9

R. H. C. Additur autem MS. & G.

Supra 25, 12. & 26, 22. 2 Par. 36, 21. 1 Esdr. 1, 1 Dan. 9, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis 12
me, & ego exaudiá vos. Quæretis me, 13
& inuenietis: cùm quæsieritis me in toto
corde vestro. Et inueniar à vobis, ait 14
3 Esd. 1,47 Dñs: & reducá captiuitatẽ vestrã: & con-
gregabo vos de vniuersis gentibus, & de
cũctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dñs:
& reuerti vos faciá de loco ad quẽ trans-
migrare vos feci. Quia dixistis, ‖Susci- 15
‖Suscitauit 1 MS. H. G. C. tabit' nobis Dñs prophetas in Babylone:
Quia hæc dicit Dñs ad regẽ qui sedet 16
sup soliũ Dauid, & ad oẽm populũ habi-
tatorẽ vrbis huius, ad fratres vestros, qui
nõ sunt egressi vobiscũ in trãsmigratio-
Sup. 24,10 nem: Hæc dicit Dñs exercituũ, ‖ Ecce, 17
Sup. 24,8. mittã in eos gladiũ, & famẽ, & pestẽ: ‖ &
ponam eos quasi ficus malas, quæ come-
di nõ possunt, eo quòd pessimæ sint. Et 18
persequar eos in gladio, & in fame, & in
pestilentia: & dabo eos in vexationẽ vni-
uersis regnis terræ: in maledictionẽ, & in
stuporẽ, & in sibilũ, & in opprobriũ cun-
ctis Gentibus ad quas ego eieci eos: Eo 19
quòd nõ audierint verba mea, dicit Dñs:
quæ misi ad eos per seruos meos prophe-
tas de nocte cõsurgens & mittens: & non
audistis, dicit Dñs. Vos ergo audite ver- 20
bum Dñi omnis trãsmigratio, quã emisi
de Ierusalẽ in Babylonẽ. Hæc dicit Dñs 21
exercituũ Deus Israël ad Achab filium
Coliæ, & ad Sedeciã filium Maasiæ, qui
prophetant vobis in nomine meo men-
daciter, Ecce, ego tradã eos in manũ Na-
buchodonosor regis Babylonis: & per-
cutiet eos in oculis vestris. Et assume- 22
tur ex eis maledictio omni trãsmigratio-
ni Iudæ quæ est in Babylone, dicentium,
Ponat te Dñs sicut Sedeciam, & sicut A-
chab quos frixit rex Babylonis in igne,
pro eo quòd fecerint stultitiã in Israël, 23
& mœchati sunt in vxores amicorũ suo-
rum, & locuti sunt verbũ in nomine meo
mẽdaciter quod nõ mãdaui eis. ego sum
iudex & testis, dicit Dñs. Et ad Semeiã 24
Nehelamitẽ dices: Hęc dicit Dñs exer- 25
cituum, Deus Israël, Pro eo quòd misisti
in nomine tuo libros ad omnẽ populum
qui est in Ierusalẽ, & ad Sophoniã filium
Maasiæ sacerdotẽ, & ad vniuersos sacer-
dotes, dicẽs, Dñs dedit te sacerdotẽ pro 26
Ioiade sacerdote: vt sis dux in domo Dñi
super omnẽ virũ arreptitiũ & prophetã-
tem, vt mittas eũ in neruũ & in carcerẽ.
Et nunc quare nõ increpasti Ieremiam 27
Anathothitẽ, qui prophetat vobis? Quia 28
sup hoc misit in Babylonẽ ad nos, dicẽs,
Longũ est: ædificate domos, & habitate:
& plãtate hortos, & comedite fructũ eo-
rum. Legit ergo Sophonias sacerdos li- 29
brum istũ in auribus Ieremiæ prophetæ.
Et factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã, di- 30
cens: Mitte ad omnẽ trãsmigrationem, 31
dicẽs, Hæc dicit Dñs ad Semeiã Nehela-
mitẽ: Pro eo quòd prophetauit vobis Se-
meias, & ego nõ misi eũ: & fecit vos cõ-
fidere in mendacio: ideirco hæc dicit 32
Dñs, Ecce, ego visitabo sup Semeiã Ne-
helamiten, & super semen eius: nõ erit ei
vir sedens in medio populi huius, & non
videbit bonum quod ego faciam populo
meo, ait Dominus: quia prævaricationẽ
locutus est aduersus Dominum.

CAP. XXX.

1 HOc verbũ quod factũ est ad Ieremiã
2 à Dño, dicẽs, Hæc dicit Dñs Deus
Israël, dicẽs: Scribe tibi omnia verba quę
3 locutus sum ad te, in libro. Ecce enim
dies veniũt, dicit Dñs, & cõuertã cõuer-
sionẽ populi mei Israël & Iudæ, ait Dñs:
& cõuertã eos ad terrã quã dedi patribus
4 eorũ, & possidebũt eam. Et hæc verba
quę locutus est Dñs ad Israël & ad Iudã:
5 Quoniã hæc dicit Dñs, Vocem terroris
6 audiuimus: formido, & nõ est pax. In-
terrogate, & videte si generat masculus:
quare ergo vidi omnis viri manũ super
lumbũ suũ, quasi parturientis, & cõuersæ
7 sunt vniuersæ facies in auruginẽ? ‖ Væ, Ioel 2,
quia magna dies illa, nec est similis eius: Amos
tẽpusq. tribulationis est Iacob, & ex ipsa Soph.
8 saluabitur. Et erit in die illa, ait Domi- Isa.
nus exercituũ: conterã iugũ eius de collo
tuo, & vincula eius dirumpã, & non do-
9 minabũtur ei ampli⁹ alieni: sed seruiẽt
Dño Deo suo, & Dauid regi suo quem
10 susciabo eis. ‖ Tu ergo nõ timeas ser- Isa.
ue meus Iacob, ait Dñs, neq. paueas Israël: 44,2.
quia ecce ego saluabo te de terra longin- Ier.
qua, & semẽ tuũ de terra captiuitatis eo-
rum: & reuertetur Iacob, & quiescet, &
cũctis affluet bonis, & nõ erit quem for-
11 midet: Quoniã tecũ ego sum, ait Dñs,
vt saluẽ te. faciã enim cõsummationẽ in
cũctis Gẽtibus in quib. dispersi te: te aũt
nõ faciã in cõsummationẽ: sed castigabo
te in iudicio, vt nõ videaris tibi innoxi⁹.
12 Quia hæc dicit Dñs: Insanabilis fra-
13 ctura tua, pessima plaga tua. Nõ est qui
iudicet iudiciũ tuũ ad alligandũ: curatio-
14 num vtilitas nõ est tibi. Omnes amato-
res tui obliti sunt tui, teq. non quærent.
‖ plaga enim inimici percussi te castiga- Sup.
tione crudeli: ‖ propter multitudinẽ ini- Sup.
quitatis tuæ dura facta sunt peccata tua.
15 ‖ Quid clamas super cõtritione tua? In- Sup.
sanabilis est dolor tuus: ‖ propter multi- Sup.
tudinem iniquitatis tuæ, & propter dura
16 peccata tua feci hæc tibi. Propterea oẽs
qui comedũt te, deuorabũtur: & vniuersi
hostes tui in captiuitatẽ ducentur: & qui
te vastãt, vastabũtur, cũctosq. prædatores
17 tuos dabo in prædã. Obducã enim cica-
tricẽ tibi, & à vulneribus tuis sanabo te,
dicit Dñs. Quia electã vocauerũt te Siõ,
Hæc est quæ non habebat requirentem.
18 Hæc dicit Dñs, Ecce, ego conuertam
cõuersionẽ tabernaculorũ Iacob, & tectis
eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in
excelso suo, & templũ iuxta ordinẽ suũ
19 fundabitur. Et egredietur de eis laus,
voxq. ludentiũ: & multiplicabo eos, & nõ
minuẽtur: & glorificabo eos, & nõ atte-

nuabun-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nuabũtur. Et erũt filij ei⁹ sicut à princi- 20
pio, & cœtus eius corã me permanebit: &
visitabo aduersum oẽs qui tribulant eũ.
Et erit dux eius ex eo: & princeps de 21
medio eius producetur: & applicabo eũ,
& accedet ad me. quis enim iste est, qui
applicet cor suũ, vt appropinquet mihi,
ait Dñs? Et eritis mihi in populũ: & ego 22
ero vobis in Deũ. Ecce, turbo Dñi furor
egrediẽs, procella ruẽs: in capite impiorũ
cõquiescet. Nõ auertet irã indignationis 24
Dñs: donec faciat & compleat cogitatio-
nem cordis sui. in nouissimo dierũ intel-
ligetis ea.

CAP. XXXI.

IN tẽpore illo, dicit Dñs, Ero Deus vni- 1
uersis cognationibus Israël, & ipsi erũt
mihi in populum. Hæc dicit Dñs, Inue- 2
nit gratiã in deserto populus qui reman-
serat gladio: vadet ad requiẽ suã Israël.
Longè Dñs apparuit mihi: Et in chari- 3
tate perpetua dilexi te, ideo attraxi te,
miserãs. Rursumq. ædificabo te, & ædi- 4
ficaberis virgo Israël: adhuc ornaberis
tympanis tuis, & egredieris in choro lu-
dentiũ. Adhuc plãtabis vineas in mõti- 5
bus Samariæ: plãtabũt plãtãtes, & donec
tempus veniat, nõ vindemiabũt: Quia 6
erit dies in qua clamabunt custodes * in
mõte Ephraim, ‖ Surgite, & ascendamus
in Sion ad Dñm Deũ nostrũ. Quia hæc 7
dicit Dñs, Exultate in lætitia Iacob, &
hinnite contra caput Gentiũ: personate,
& canite, & dicite: Salua Dñe populũ tuũ
reliquias Israël. Ecce, ego adducã eos de 8
terra Aquilonis, & cõgregabo eos ab ex-
tremis terræ: inter quos erunt cæcus &
claudus, & prægnãs & pariẽs simul, cœ-
tus magnus reuertẽtiũ huc. In fletu ve- 9
nient: & in ᵘmisericordia' reducã eos: &
adducã eos per torrẽtes aquarũ in via re-
cta, & nõ impingẽt in ea: quia factus sum
Israëli pater, & Ephraim primogenitus
meus est. Audite verbũ Dñi Gentes, & 10
annuntiate in insulis quæ procul sunt, &
dicite, Qui dispersit Israël, congregabit
eũ: & custodiet eũ sicut pastor gregẽ suũ.
Redemit enim Dñs Iacob, & liberabit 11
eũ de manu potẽtioris. Et veniẽt, & lau- 12
dabunt in mõte Siõ: & cõfluent ad bona
Dñi sup frumẽto, & vino, & oleo, & fœtu
pecorũ & armẽtorum: eritq. anima eorũ
quasi hortus irriguus, & vltrà nõ esuriẽt.
Tũc lætabitur virgo in choro, iuuenes & 13
senes simul: & cõuertã luctũ eorũ in gau-
diũ, & cõsolabor eos, & lætificabo à do-
lore suo. Et inebriabo animã sacerdotũ 14
pinguedine: & populus meus bonis meis
adimplebitur, ait Dñs. Hæc dicit Dñs, 15
‖ Vox in excelso audita est lamẽtationis,
luctus & fletus Rachel plorãtis filios suos:
& nolẽtis cõsolari super eis, quia nõ sunt.
Hęc dicit Dñs, Quiescat vox tua à plo- 16
ratu, & oculi tui à lachrymis: qa est mer-
ces operi tuo, ait Dñs, & reuertentur de
terra inimici. Et est spes nouissimis 17
tuis, ait Dñs, & reuertẽtur filij ad termi-
nos suos. Audiẽs audiui Ephraim trãs- 18
migrantẽ, Castigasti me, & eruditus sum
quasi iuuẽculus indomitus. cõuerte me,
& cõuertar: quia tu Domin⁹ Deus meus.
Postquã enim cõuertisti me, egi pœni- 19
tentiã: & postquã ostẽdisti mihi, percussi
femur meũ. Cõfusus sum, & erubui, qm
sustinui opprobriũ adolescẽtiæ meæ. Si 20
filius honorabilis mihi Ephraim, si puer
delicatus: quia ex quo locutus sum de eo,
adhuc recordabor eius. Idcirco cõturbata
sunt viscera mea super eũ: miserãs mise-
rebor eius, ait Dñs. Statue tibi speculã, 21
pone tibi amaritudines: dirige cor tuũ in
viã rectã, in qua ambulasti: reuertere vir-
go Israël, reuertere ad ciuitates tuas istas.
Vsquequo deliciis dissoluẽris filia vaga? 22
quia creauit Dñs nouũ sup terrã: FOE-
MINA CIRCVNDABIT VIRVM.
Hæc dicit Dñs exercituũ Deus Israël, 23
Adhuc dicẽt verbũ istud in terra Iuda, &
in vrbib. eius, cùm cõuertero captiuitatẽ
eorũ, Benedicat tibi Dñs pulchritudo iu-
stitiæ, mons sanctus: & habitabunt in eo 24
Iudas, & oẽs ciuitates eius simul: agrico-
læ & minantes greges. Quia inebriaui 25
animã lassam: & omnẽ animã esurientẽ
saturaui. Ideo quasi de somno suscitat⁹ 26
sum: & vidi, & somnus me⁹ dulcis mihi.
Ecce, dies veniũt, dicit Dñs: & semina- 27
bo domũ Israël & domum Iuda semine
hominũ, & semine iumẽtorum. Et sicut 28
vigilaui super eos vt euellerem, & de-
molirer, & dissiparem, & disperderem,
& affligerẽ: sic vigilabo super eos vt ædi-
ficem, & plãtẽ, ait Dñs. In dieb. illis nõ 29
dicẽt vltrà, ‖ Patres comederũt vuã acer-
bã, & dẽtes filiorũ obtupuerũt. Sed v- 30
nusquisq. in iniquitate sua morietur: oĩs
homo qui comederit vuã acerbã, obstu-
pescent dentes eius. Ecce, dies venient, 31
dicit Dñs: & feriã domui Israël & domui
Iuda fœdus nouũ: nõ secundũ pactum 32
quod pepigi cum patribus ᵘvestris' in die
qua apprehendi manũ eorũ, vt educerem
eos de Terra-Aegypti: pactũ quod irritũ
fecerunt, & ego dominatus sum eorum,
dicit Dñs. Sed hoc erit pactũ quod feriã 33
cũ domo Israël post dies illos, dicit Do-
minus: ‖ Dabo legem meam in viscerib.
eorũ, & in corde eorum scribam eam: &
ero eis in Deum, ‖ & ipsi erunt mihi in
populũ. Et non ᵘdocebit' vltrà vir pro- 34
ximum suum, & vir fratrem suũ, dicens,
ᵘCognosce' Dñm. omnes enim cogno-
scent me à minimo eorum vsque ad ma-
ximũ, ait Dñs: ‖ quia propitiabor iniqui-
tati eorũ, & peccati eorũ nõ memorabor
amplius. Hæc dicit Dñs qui dat solẽ in 35
lumine diei, ordinẽ lunę & stellarũ in lu-
mine noctis: qui turbat mare, & sonant
fluctus eius, Dñs exercituum nomen illi.
Si defecerint leges istę coram me, dicit 36
Dñs: tunc & semẽ Israël deficiet, vt non
sit gens coram me cunctis diebus. Hæc 37
dicit Dñs, Si mensurari potuerint cæli

Exec. 18,2.

Heb. 8,8.

ᵘeorum ð MS. H.G. C.

Heb. 10,16

Sup. 24,7. ᵘdocebunt MS. Hier. H.G.C. ᵘCognoscite 10 MS Hie. H.C. *Textus autem Hieronymi cõsentit* R. & G.

Act. 10,43.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſurſum, & inueſtigari fundamenta terræ deorſum: & ego abiiciã vniuerſum ſemẽ Iſraël, propter omnia quæ fecerunt, dicit Dñs. Ecce, dies veniunt, dicit Dñs: & ædificabitur ciuitas Dño à turre Hanameel vſq. ad portã anguli. Et exibit vltrà ᵘnormam MS. R. Q. n. ᵘnorma' menſuræ in cõſpectu eius ſuper collẽ Gareb: & circuibit Goatha, & omnẽ vallẽ cadauerũ, & cineres, & vniuersã regionẽ mortis, vſq. ad torrẽtẽ Cedrõ, & vſq. ad angulũ portæ equorũ Oriẽtalis: ſanctũ Dñi nõ euelletur, & nõ deſtruetur vltrà in perpetuum.

CAP. XXXII.

VErbum quod factũ eſt ad Ieremiã à Dño in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipſe eſt annus decimus octauus Nabuchodonoſor. Tũc exercitus regis Babylonis obſidebat Ieruſalem: & Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauſerat enim eũ Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo ciuitatem iſtam in manu regis Babylonis, & capiet eam? Et Sedecias rex Iuda nõ effugiet de manu Chaldæorũ: ſed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cũ ore illius, & oculi eius oculos illius videbũt.

Et in Babylonẽ ducet Sedeciã: & ibi erit donec viſitẽ eũ, ait Dñs. ſi autẽ dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperũ habebitis. Et dixit Ieremias, Factũ eſt verbum Dñi ad me, dicẽs: Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicẽs, Eme tibi agrũ meũ q̃ eſt in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei ſecũdũ verbũ Dñi ad veſtibulum carceris, & ait ad me, Poſſide agrũ meũ q̃ eſt in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi cõpetit hæreditas, & tu propinquus es vt poſſideas. Intellexi autẽ quòd verbũ Dñi eſſet. Et emi agrũ ab Hanameel filio patrui mei qui eſt in Anathoth: & appẽdi ei argentũ ſeptẽ ſtatẽres, & decẽ argẽteos. Et ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes: & appendi argentum in ſtatẽra. Et accepi librum poſſeſſionis ſignatũ, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. Et dedi librũ poſſeſſionis Baruch filio Neri filij Maaſiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis teſtiũ qui ſcripti erãt in libro emptionis, in oculis oĩum Iudæorũ q̃ ſedebãt in atrio carceris. Et præcepi Baruch corã eis, dicens, Hæc dicit Dñs exercituũ Deus Iſraël, Sume libros iſtos, librũ emptionis hũc ſignatũ, & librũ hũc qui aperᵗᵒ eſt: & pone illos in vaſe fictili, vt p̃manere poſſint diebus multis. Hæc enim dicit Dñs exercituum Deus Iſraël, Adhuc poſſidebũtur domus, & agri, & vineæ in terra iſta. Et oraui ad Dñm poſtquã tradidi librũ poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens, Heu, heu, heu, Dñe Deus: ecce tu feciſti cælũ & terrã in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: nõ
18 erit tibi difficile omne verbũ: ‖ Qui facis miſericordiã in millib. & reddis iniquitatẽ patrũ in ſinũ filiorũ eorum poſt eos, Fortiſsime, magne, & potens, Dñs
19 exercituũ nomẽ tibi. Magnus cõſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper oẽs vias filiorũ Adã: vt reddas vnicuiq. ſecũdũ vias ſuas, & ſecũ-
20 dũ fructũ adinuentionũ eius. Qui poſuiſti ſigna & portenta in Terra Aegypti vſq. ad diẽ hãc, & in Iſraël, & in hominib.
21 & feciſti tibi nomẽ ſicut eſt dies hęc. Et eduxiſti populũ tuũ Iſraël de Terra Aegypti, in ſignis, & in portẽtis, & in manu robuſta, & in brachio extẽto, & in terrore
22 magno. Et dediſti eis terrã hãc, quã iuraſti patrib. eorũ vt dares eis, terrã fluẽtẽ
23 lacte & melle. Et ingreſſi ſunt, & poſſederũt eã; & non obedierũt voci tuæ, & in lege tua nõ ambulauerũt: oĩa quæ mãdaſti eis vt facerẽt, nõ fecerũt: & euenerunt
24 eis oĩa mala hæc. Ecce munitiones exſtructę ſunt aduersũ ciuitatẽ, vt capiatur: & vrbs data eſt in manᵘ Chaldæorũ, ᵏqui prœliãtur aduerſus eã à facie gladij, & famis, & peſtilẽtiæ: & quęcunq. locutus es,
25 acciderunt, vt tu ipſe cernis. Et tu dicis mihi Dñe Deus, Eme agrũ argẽto, & adhibe teſtes: cũ vrbs data ſit in manᵘ Chal-
26 dæorũ? Et factũ eſt verbũ Dñi ad Ere-
27 miã, dicẽs, Ecce, ego Dñs Deᵘ vniuerſæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne
28 verbum? Propterea hæc dicit Dñs, Ecce, ego tradã ciuitatẽ iſtã in manᵘ Chaldæorũ, & in manᵘ regis Babylonis, & capiẽt
29 eã. Et veniẽt Chaldæi prœliãtes aduerſum vrbẽ hãc, & ſuccẽdẽt eã igni, & cõburent eã, & domos, in quarũ domatibus ſacrificabãt Baal, & libabant diis alienis
30 libamina ad irritãdũ me. Erãt enim filij Iſraël & filij Iuda iugiter facientes malũ in oculis meis ab adoleſcẽtia ſua: filij Iſraël qui vſq. nunc exacerbãt me in opere
31 manuũ ſuarũ, dicit Dñs. Quia in furore, & in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerũt eã, vſq. ad diẽ iſtã, qua auferẽt de cõſpectu meo.
32 Propter malitiã filiorũ Iſraël & filiorũ Iuda, quã fecerũt ad iracũdiã me prouocantes, ipſi & reges eorũ, principes eorũ, & ſacerdotes eorũ, & prophetæ eorũ, viri
33 Iuda & habitatores Ieruſalẽ. ‖ Et verterũt ad me terga & nõ facies: cũm docerẽ eos diluculo & erudirẽ, & nollẽt audire vt
34 acciperẽt diſciplinã. ‖ Et poſuerũt idola ſua in domo, in qua inuocatũ eſt nomen
35 meum, vt polluerẽt eã. Et ædificauerũt excelſa Baal, quę ſunt in valle filij Ennõ: vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod nõ mãdaui eis, nec aſcendit in cor meũ, vt facerẽt abominationẽ hãc, &
36 in peccatũ deducerẽt Iudã. Et nũc propter iſta, hæc dicit Dñs Deᵘ Iſraël ad ciuitatẽ hanc, de qua vos dicitis q̃ tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fame, & in peſte. Ecce, ego congregabo 37
eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos
in furore meo, & in ira mea, & in indi-
gnatione grãdi: & reducã eos ad locũ iſtũ,
& habitare eos faciam confidenter. Et 38
erunt mihi in populum, & ego ero eis in
Deũ. ¶ Et dabo eis cor vnũ, & viã vnã, 39
vt timeãt me vniuerſis diebº: & bene ſit
eis, & filiis eorũ poſt eos. Et feriã eis pa- 40
ctum ſempiternũ; & nõ deſinã eis bene-
facere: & timorẽ meũ dabo in corde eo-
rũ, vt nõ recedãt à me. Et lætabor ſuper 41
eis, cùm bene eis fecero: & plãtabo eos in
terra iſta in veritate in toto corde meo &
in tota anima mea. Quia hæc dicit Dñs, 42
Sicut adduxi ſuper populũ iſtum omne
malũ hoc grande: ſic adducam ſuper eos
omne bonũ quod ego loquor ad eos. Et 43
poſſidebũtur agri in terra iſta: de qua vos
dicitis quòd deſerta ſit, eo q̃ nõ reman-
ſerit homo & iumentũ, & data ſit in ma-
nus Chaldæorũ. Agri emẽtur pecunia, 44
& ſcribẽtur in libro, & imprimetur ſignũ,
& teſtis adhibebitur: in terra Ben-iamin,
& in circuitu Ieruſalẽ, in ciuitatib. Iuda,
& in ciuitatib. mõtanis, & in ciuitatibus
campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Au-
ſtrũ ſunt: quia conuertã captiuitatẽ eorũ,
ait Dominus. CAP. XXXIII.

ET factũ eſt verbũ Dñi ad Ieremiã ſe- 1
cundò, cũ adhuc clauſus eſſet in atrio
carceris, dicẽs, Hæc dicit Dñs qui factu- 2
rus eſt, ‖ & 'formatur' illud, & paraturus,
Dñs nomẽ ei'. Clama ad me, & exaudiã 3
te: & annũtiabo tibi grãdia, & firma quæ
neſcis. Quia hæc dicit Dñs Deus Iſraël 4
ad domos vrbis huius, & ad domos regis
Iuda quæ deſtructæ ſunt, & ad munitio-
nes, & ad gladium venientiũ vt dimicẽt 5
cum Chaldæis, & impleant eas cadaueri-
bus hominũ, quos percuſſi in furore meo
& in indignatione mea, abſcondens faciẽ
meã à ciuitate hac propter omnem ma-
litiã eorum. Ecce, ego obducã ‖ eis' cica- 6
tricẽ & ſanitatẽ, & curabo eos: & reuela-
bo illis deprecationem pacis & veritatis.
Et conuertã conuerſionẽ Iuda, & con- 7
uerſionem ‖ Ieruſalem': & ædificabo eos
ſicut à principio. Et emundabo illos ab 8
omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt
mihi: & propitius ero cunctis iniquitati-
bus eorũ in quibus deliquerunt mihi, &
ſpreuerunt me. Et erit mihi in nomen, 9
& in gaudium, & in laudem, & in exul-
tationẽ cunctis gẽtibus terræ quæ audie-
rint omnia bona quæ ego facturus ſum
eis: & pauebunt, & turbabuntur in vni-
uerſis bonis, & in omni pace quã ego fa-
ciam eis. Hæc dicit Dñs, Adhuc audie- 10
tur in loco iſto (quem vos dicitis eſſe de-
ſertũ, eo quòd nõ ſit homo nec iumentũ:
in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalẽ, quæ
deſolatæ ſunt abſq; homine, & abſq; ha-
bitatore & abſq; pecore) vox gaudij & 11
vox lætitiæ, vox ſponſi & vox ſpõſæ, vox
dicentium, Cõfitemini Dño exercituum,
quoniã bonus Dñs, qm̃ in æternũ miſeri-
cordia eius: & portantiũ vota in domũ
Dñi. reducã enim conuerſionẽ terræ ſicut
12 à principio, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs
exercituũ, Adhuc erit in loco iſto deſerto
abſq. homine, & abſq. iumento, & in cũ-
ctis ciuitatibus eius, habitaculum paſto-
13 rum accubantiũ gregum. In ciuitatibus
mõtuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus,
& in ciuitatibus quæ ad Auſtrũ ſunt: &
in terra Ben-iamin, & in circuitu Ieruſa-
lẽ, & in ciuitatibus Iuda adhuc trãſibunt
greges ad manum numerantis, ait Dñs.
14 ¶ Ecce dies veniẽt, dicit Dñs: & ſuſcita- *Sup. 23,5.*
bo verbum bonum quod locutus ſum ad
15 domũ Iſraël & ad domũ Iuda. In die-
bus illis, & in tempore illo germinare fa-
ciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iu-
16 dicium & iuſtitiã in terra. In diebus illis
ſaluabitur Iuda, & ‖ Ieruſalem habitabit
confidenter: & ‖ hoc eſt nomẽ quod voca-
17 bunt eum', Dñs iuſtus noſter. Quia hæc
dicit Dñs, Nõ interibit de Dauid vir, qui
18 ſedeat ſuper thronũ domus Iſraël. Et de
ſacerdotib. & de Leuitis non interibit vir
à facie mea, qui offerat holocautomata,
& incẽdat ſacrificium, & cædat victimas
19 omnibus diebus. Et factum eſt verbum
20 Dñi ad Ieremiã, dicens, Hæc dicit Dñs,
Si irritum poteſt fieri pactũ meum cum
die, & pactũ meũ cũ nocte, vt nõ ſit dies
21 & nox in tempore ſuo: Et pactũ meum
irritũ eſſe poterit cũ Dauid ſeruo meo, vt
nõ ſit ex eo filius qui regnet in throno e-
ius, & Leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei.
22 Sicut ienumerari nõ poſſunt ſtellæ cęli,
& metiri arena maris: ſic multiplicabo
ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas mini-
23 ſtros meos. Et factum eſt verbũ Dñi ad
24 Ieremiam, dicens: Nunquid non vidiſti
quid populus hic locutus ſit, dicens, Duæ
cognationes, quas elegerat Dñs, abiectæ
ſunt: & populũ meũ deſpexerũt, eo quòd
25 nõ ſit vltrà gẽs corã eis. Hæc dicit Dñs,
Si pactũ meũ inter diẽ & noctem, & le-
26 ges cælo & terræ non poſui: equidem &
ſemẽ Iacob, & Dauid ſerui mei proiiciã,
vt nõ aſſumam de ſemine eius principes
ſeminis Abrahã, Iſaac, & Iacob. reducam
enim conuerſionẽ eorũ, & miſerebor eis.

CAP. XXXIIII.

1 VErbũ quod factũ eſt ad Ieremiam à
Domino, quando Nabuchodonoſor
rex Babylonis, & omnis exercitus eius,
vniuerſaq. regna terræ quæ erant ſub po-
teſtate manus eius, & omnes populi bel-
labãt cõtra Ieruſalẽ, & contra omnes vr-
2 bes eius, dicẽs, Hæc dicit Dñs Deus Iſ-
raël, Vade, & loquere ad Sedeciã regem
Iuda: & dices ad eũ, Hæc dicit Dñs, Ecce,
ego tradã ciuitatẽ hãc in manus regis Ba-
3 bylonis, & ſuccẽdet eam igni. Et tu non
effugies de manu eius: ſed cõprehenſione
capiẽris, & in manu eius tradẽris: & ocu
li tui oculos regis Babylonis videbunt, &
os eius cũ ore tuo loquetur, & Babylonẽ

‖ Iſraël MS. Rab. ‖ hoc eſt quod vocabit eam 11 MS. H. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

introibis. Attamen audi verbū Domini 4
Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dñs ad te,
Nō moriêris in gladio, ſed in pace mo- 5
riêris, & ſecundū combuſtiones patrum
tuorum regum priorum qui fuerunt ante
te, ſic comburent te: & Væ Dñe, plangêt
te: quia verbum ego locutus ſum, dicit
Dominus. Et locutus eſt Ieremias pro- 6
pheta ad Sedeciam regem Iuda vniuerſa
verba hæc in Ieruſalem. Et exercitus 7
regis Babylonis pugnabat contra Ieruſa-
lem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ
reliquæ erant cōtra Lachis, & cōtra Azé-
cha: hæ enim ſupererant de ciuitatibus
Iuda, vrbes munitæ. Verbum quod fa- 8
ctum eſt ad Ieremiam à Dño, poſtquam
percuſſit rex Sedecias fœdus cum omni
populo in Ieruſalē, prædicans, Vt dimit- 9
teret vnuſquiſq. ſeruū ſuū, & vnuſquiſq.
ancillam ſuam, Hebræū & Hebræā libe-
ros: & nequaquā dominarentur eis, id eſt
in Iudæo & fratre ſuo. Audierunt ergo 10
oēs principes, & vniuerſus populus, qui
ierāt pactum, vt dimitteret vnuſquiſq.
ſeruū ſuum & vnuſquiſq. ancillam ſuam
liberos, & vltrà nō dominarentur eis. au-
dierūt igitur, & dimiſerunt. Et conuerſi 11
ſunt deinceps: & retraxerūt ſeruos & an-
*6 MS.H. cillas *ſuas', quos dimiſerant liberos, &
G.C. ſubiugauerūt in famulos & famulas. Et 12
factum eſt verbū Dñi ad Ieremiā à Dño,
dicens, Hæc dicit Dñs Deus Iſraël, Ego 13
percuſſi fœdus cū patribus veſtris in die
qua eduxi eos de Terra-Aegypti, de do-
Exo. 21,2. mo ſeruitutis, dicens: ‖ Cū cōpleti fue- 14
Deu. 15,12 rint ſeptē anni, dimittat vnuſquiſq. fratrē
ſuum Hebræum, qui venditus eſt ei, &
ſeruiet tibi ſex annis: & dimittes eum à
te liberum. & nō audierunt patres veſtri
me, nec inclinauerūt aurē ſuam. Et con- 15
uerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectū
eſt in oculis meis, vt prædicaretis liberta-
tem vnuſquiſq. ad amicū ſuum: & iniſtis
pactum in cōſpectu meo, in domo in qua
inuocatum eſt nomen meum ſuper eam.
Et reuerſi eſtis, & cōmaculaſtis nomen 16
meū: & reduxiſtis vnuſquiſq. ſeruū ſuū,
& vnuſquiſq. ancillā ſuā quos dimiſeratis
vt eſſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubi-
ugaſtis eos vt ſint vobis ſerui & ancillæ.
Propterea hęc dicit Dñs, Vos non audi- 17
ſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſ-
quiſq. fratri ſuo, & vnuſquiſq. amico ſuo:
ecce ego prędico vobis libertatē, ait Dñs,
ad gladiū, ad peſtem, & ad famē: & dabo
vos in commotionē cunctis regnis terræ.
Et dabo viros qui præuaricantur fœdus 18
meū, & nō obſeruauerunt verba fœderis,
quib. aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitu-
lum quem conciderunt in duas partes, &
tranſierunt inter diuiſiones eius, Princi- 19
pes Iuda & principes Ieruſalem, eunuchi
& ſacerdotes, & omnis populus terrę, qui
trāſierūt inter diuiſiones vituli: Et dabo 20
eos in manus inimicorū ſuorū, & in ma-
nus quærentiū animā eorū: & erit morti-
cinū eorū in eſcā volatilib. cæli & beſtiis
21 terræ. Et Sedeciā regē Iuda & principes
eius dabo in manus inimicorū ſuorum, &
in manus quærentium animas eorum, &
in manus exercituū regis Babylonis, qui
22 receſſerunt à vobis. Ecce, ego præcipio,
dicit Dominus, & reducam eos in ciuita-
tem hanc, & prœliabūtur aduerſus eam,
& capient eam, & incendent igni: & ciui-
tates Iuda dabo in ſolitudinem, eo quòd
non ſit habitator. CAP. XXXV.
1 VErbū quod factum eſt ad Ieremiam
à Dño in diebus Ioacim filij Ioſiæ
2 regis Iuda, dicēs, Vade ad domū Recha-
bitarum: & loquere eis, & introduces eos
in domū Dñi in vnā exedrā theſaurorū,
3 & dabis eis bibere vinum. Et aſſumpſi
Iezoniam filium Ieremię filij Habſanię,
& fratres eius, & omnes filios eius, & vni-
4 uerſam domum Rechabitarum. Et in-
troduxi eos in domum Domini, ad gazo-
phylacium filiorum Hanan filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazo-
phylacium principum, ſuper theſaurum
Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſti-
5 buli. Et poſui coram filiis domus Re-
chabitarum ſcyphos plenos vino, & cali-
6 ces: & dixi ad eos, Bibite vinum. Qui
reſponderunt, Non bibemus vinum: quia
Ionadab filius Rechab, pater noſter, præ-
cepit nobis, dicens, Non bibetis vinum
vos & filij veſtri vſque in ſempiternum.
7 Et domum non ædificabitis, & ſemen-
tem non ſeretis, & vineas nō plantabitis,
nec habebitis: ſed in tabernaculis habi-
tabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis
diebus multis ſuper faciem terræ in qua
8 vos peregrinamini. Obediuimus ergo
voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri,
in omnib. quæ præcepit nobis: ità vt nō
biberemus vinum cunctis diebus noſtris
nos & mulieres noſtræ, filii & filiæ no-
9 ſtræ: & nō ædificaremus domos ad ha-
bitandū: & vineā & agrū & ſementē non
10 habuimus: ſed habitauimus in taberna-
culis, & obedientes *fuimus' iuxta omnia *aſſerint
quę præcepit nobis Ionadab pater noſter. & MS.H.
11 Cū aūt aſcēdiſſet Nabuchodonoſor rex G.C.
Babylonis ad terrā noſtrā, dixim⁹, Veni-
te, & ingrediamur Ieruſalē à facie exer-
citus Chaldęorū, & à facie exercit⁹ Syriæ:
12 & māſimus in Ieruſalē. Et factū eſt ver-
13 bum Dñi ad Ieremiā, dicens, Hæc dicit
Dñs exercituum Deus Iſraël, Vade, &
dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalē,
Nunquid non recipietis diſciplinam, vt
14 obediatis verbis meis, dicit Dñs? Præ-
ualuerūt ſermones Ionadab filij Rechab,
quos præcepit filiis ſuis vt non biberent
vinum: & non biberūt vſq. ad diem hanc,
quia obedierunt præcepto patris ſui: ego
autē locutus ſum ad vos, de mane cōſur-
15 gēs & loquēs, & nō obediſtis mihi. Mi-
ſiq. ad vos omnes ſeruos meos prophe-
tas, conſurgens diluculo, mittensq. & di-
cēs: ‖ Conuertimini vnuſquiſq. à via ſua
peſsimā,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peſsima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos, neq. colatis eos, & habitabitis in terra quã dedi vobis & patribus veſtris: & nõ inclinaſtis aurem veſtram, neq. audiſtis me. Firmauerunt igit filij Ionadab filij Rechab præceptũ patris ſui quod præceperat eis: populus autẽ iſte nõ obediuit mihi. Idcirco hæc dicit Dñs exercituũ, Deus Iſraël: Ecce ego adducã ſuper Iudã & ſuper oẽs habitatores Ieruſalẽ vniuerſam afflictionem quã locutus ſum aduerſum illos, eò quòd locutus ſum ad illos, & nõ audierũt: vocaui illos, & nõ reſponderũt mihi. Domui aũt Rechabitarũ dixit Ieremias: Hęc dicit Dñs exercituũ Deus Iſraël, Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis oĩa mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis:

Propterea hæc dicit Dñs exercituum Deus Iſraël, Nõ deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtãs in cõſpectu meo cunctis diebus.

CAP. XXXVI.

ET factum eſt in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda: factũ eſt verbũ hoc ad Ieremiã à Dño, dicẽs: Tolle volumẽ libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſraël & Iudã, & aduerſum oẽs gentes: à die qua locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diẽ hanc: Si fortè audiente domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſq. à via ſua peſsima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorũ. Vocauit ergo Ieremias Baruch filiũ Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Dñi, quos locut⁹ eſt ad eũ, in volumine libri. & præcepit Ieremias Baruch, dicẽs, Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domũ Dñi. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Dñi, audiẽte populo in domo Dñi in die ieiunij: inſuper & audiente vniuerſo Iuda qui veniũt de ciuitatibus ſuis, leges eis: Si fortè cadat oratio eorũ in cõſpectu Dñi, & reuertatur vnuſquiſq. à via ſua peſsima: qm̃ magn⁹ furor & indignatio eſt, quam locutus eſt Dñs aduerſus populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta oĩa quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones Dñi in domo Dñi.

Factũ eſt autẽ in anno quinto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædicauerũt ieiuniũ in cõſpectu Dñi omni populo in Ieruſalẽ, & vniuerſæ multitudini quæ cõfluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalẽ. Legitq. Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Dñi in gazophylacio Gamariæ filij Saphã ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ domus Dñi, audiente omni populo. Cumq; audiſſet Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnes ſermones Dñi ex libro: deſcendit in domum regis ad gazophylacium ſcribæ: & ecce, ibi oẽs principes ſedebãt, Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphã, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi principes. Et nuntiauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, legentẽ Baruch ex volumine in auribus populi. Miſerunt itaq. oẽs principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ, filij Chuſi, dicẽtes, Volumẽ ex quo legiſti audiente populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumẽ in manu ſua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eũ, Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorũ. Igitur cũ audiſſent oĩa verba, obſtupuerunt vnuſquiſq. ad proximũ ſuũ, & dixerũt ad Baruch, Nuntiare debemus regi omnes ſermones iſtos. Et interrogauerunt eũ, dicentes, Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autẽ eis Baruch, Ex ore ſuo loquebatur quaſi legẽs ad me oẽs ſermones iſtos: & ego ſcribebã in volumine atramẽto. Et dixerũt principes ad Baruch, Vade, & abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regem in atriũ: porrò volumen cõmendauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ: & nũtiauerũt audiente rege oẽs ſermones. Miſitq. rex Iudi, vt ſumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente rege, & vniuerſis principibus qui ſtabãt circa regem. Rex autẽ ſedebat in domo hiemali in menſe nono: & poſita erat arula corã eo plena prunis. Cumq. legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ: & projecit in ignẽ qui erat ſup arulã: donec conſumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et nõ timuerunt, neq. ſciderunt veſtimenta ſua rex, & oẽs ſerui eius qui audierũt vniuerſos ſermones iſtos. Veruntamẽ Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerũt regi ne cõbureret librũ: & non audiuit eos. Et præcepit rex Ieremeel filio Amẽlech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt cõprehenderent Baruch ſcribã, & Ieremiã prophetã: abſcondit autem eos Dñs. Et factũ eſt verbũ Dñi ad Ieremiã ꝓphetã, poſtquã cõbuſſerat rex volumẽ, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicẽs: Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo oẽs ſermones priores, q erãt in primo volumine, quod cõbuſsit Ioacim rex Iuda. Et ad Ioacim regẽ Iuda dices, Hæc dicit Dñs, Tu combuſsiſti volumẽ illud, dicẽs, Quare ſcripſiſti in eo annuntiãs, Feſtin⁹ veniet rex Babylonis, & vaſtabit terrã hãc: & ceſſare faciet ex illa hominem & iumentum? Propterea hæc dicit Dñs cõtra Ioacim regẽ Iuda, Nõ erit ex eo qui ſedeat ſuper ſoliũ Dauid: & cadauer ei⁹ proiicietur ad æſtũ per diẽ, & ad gelu per noctem. Et

legente H.G.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

visitabo cõtra eũ, & cõtra semen eius,& cõtra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos & super habitatores Ierusalẽ, & super viros Iuda omne malum quod locutus sum ad eos: & nõ audierũt.

32 Ieremias autem tulit volumẽ aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ oẽs sermones libri, quẽ cõbusserat Ioacim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multo plures, quàm ante à fuerant.

CAP. XXXVII.

4 Reg. 4,15 2 Par. 36,10 3 Esd. 1,47

1 ET regnauit Rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioacim : quẽ constituit regẽ Nabuchodonosor rex Babylonis in Terra Iuda: 2 Et nõ obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis Dñi quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. 3 Et misit rex Sedecias Iuchal filiũ Selemiæ, & Sophoniã filiũ Maasiæ sacerdotẽ ad Ieremiã prophetam, dicens, Ora pro nobis Dñm Deũ nostrũ. 4 Ieremias aũt liberè ambulabat in medio populi. nõ enim miserãt eũ in custodiã carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto : & audiẽtes Chaldæi qui obsidebãt Ierusalẽ, huiuscemodi nuntiũ, recesserũt ab Ierusalẽ. 5 Et factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã prophetã, dicẽs, 6 Hæc dicit Dñs Deꝰ Israël, Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxiliũ, reuertetur in terrã suam in Aegyptũ. 7 & redient Chaldæi, & bellabũt cõtra ciuitatẽ hãc: & capient eã, & succẽdent eã igni. 8 Hæc dicit Dñs, Nolite decipere animas vestras, dicentes, Euntes abibunt, & recedẽt à nobis Chaldæi; quia nõ abibũt. 9 Sed & si percusseritis omnẽ exercitũ Chaldæorũ q prœliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati : singuli de tentorio suo cõsurgẽt, & incendẽt ciuitatẽ hãc igni. 10 Ergo cùm recessisset exercitꝰ Chaldæorũ ab Ierusalẽ propter exercitũ Pharaonis, 11 Egressus est Ieremias de Ierusalẽ vt iret in Terrã-Beniamin, & diuideret ibi possessionẽ in cõspectu ciuiũ. 12 Cũq; perueniisset ad portã Ben-iamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ: & apprehendit Ieremiã prophetã, dicẽs, Ad Chaldæos profugis. 13 Et respondit Ieremias, Falsum est, nõ fugio ad Chaldæos. Et nõ audiuit eũ: sed cõprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eũ ad principes. 14 Quam ob rem irati principes cõtra Ieremiã, cæsum eũ miserunt in carcerẽ qui erat in domo Ionathan scribæ. ipse enim præpositus erat sup carcerẽ. 15 Itaq. ingressus est Ieremias in domũ laci & in ergastulũ : & sedit ibi Ieremias diebus multis. 16 Mittens autẽ Sedecias rex tulit eũ: & interrogauit eum in domo sua abscõditè, & dixit, Putásne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias, Est. Et ait, In manus regis Babylonis tra-

17 dẽris. Et dixit Ieremias ad regẽ Sedeciã, Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domũ carceris? 18 Vbi sunt prophetæ vestri qui prophetabãt vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis super vos, & super terrã hãc? 19 Nunc ergo audi obsecro, dñe mi rex, Valeat deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas in domũ Ionathã scribæ, ne moriar ibi. 20 Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in vestibulo carceris : & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec cõsumerentur omnes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in vestibulo carceris.

CAP. XXXVIII.

1 AVdiuit autẽ Saphatias filius Mathã, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias loquebatur ad 2 omnem populũ, dicens, Hæc dicit Dñs, ‖ Quicunque manserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peste: q autẽ profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes & viuens. 3 Hæc dicit Dñs, Tradendo tradẽ ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eã. 4 Et dixerũt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iste : de industria enim dissoluit manus virorũ bellantium, qui remanserũt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquẽs ad eos iuxta verba hæc: siquidẽ homo iste nõ quærit pacẽ populo huic, sed malum. 5 Et dixit rex Sedecias, Ecce ipse in manibꝰ vestris est: nec enim fas est regẽ vobis quicquã negare. 6 Tulerũt ergo Ieremiã, & proiecerũt eũ in lacũ Melchiæ filij Amélech qui erat in vestibulo carceris : & submiserũt Ieremiã in ‖funibus in lacũ in quo non erat aqua, sed lutũ. descẽdit itaq. Ieremias in cœnũ. 7 Audiuit autẽ Abdemélech Aethiops vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiã in lacũ: porrò rex sedebat in porta Ben-iamin. 8 Et egressus est Abde-mélech de domo regis, 9 & locutꝰ est ad regẽ, dicẽs, Dñe mi rex, malefecerũt viri isti oĩa quæcũq. perpetrarũt cõtra Ieremiã prophetã, mittentes eũ in lacũ, vt moriatur ibi fame. nõ sunt enim panes vltrà in ciuitate. 10 Præcepit itaq. rex Abde-mélech Aethiopi, dicens, Tolle tecũ hinc triginta viros, & leua Ieremiã prophetã de lacu, antequã moriatur. 11 Assumptis ergo Abde-melech secũ viris, ingressus est domũ regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos & antiqua*quæ cõputruerãt: & submisit ea ad Ieremiã in lacũ p funiculos. 12 Dixitq. Abde-mélech Aethiops ad Ieremiã, Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manũ tuarũ, & ‖super funes. fecit ergo Ieremias sic. 13 Et extraxerũt Ieremiã funibus, & eduxerũt eum de lacu. mansit autẽ Ieremias in vestibulo carceris. 14 Et misit rex Sedecias: & tulit

ad Ie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad se Ieremiá prophetá ad ostiú tertium qđ erat in domo Dñi: & dixit rex ad Ieremiá, Interrogo ego te sermonẽ, ne abscondas à me aliquid. Dixit autẽ Ieremias ad Sedeciam, Si annuntiauero tibi, nunquid nõ interficies me? & si consiliú dedero tibi, nõ me audies. Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicẽs, Viuit Dñs qui fecit nobis animã hãc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorú istorú qui quærunt animã tuã Et dixit Ieremias ad Sedeciã, Hæc dicit Dñs exercituũ Deus Israël, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc nõ succẽdẽt igni: & saluus eris tu, & domus tua. Si autem nõ exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorũ, & succendẽt eã igni: & tu nõ effugies de manu eorũ. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiá, Solicitus sum propter Iudæos, q. transfugerũt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorũ, & illudãt mihi. Respõdit autẽ Ieremias, Nõ te tradẽt. audi quæso vocẽ Dñi, quã ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd si nolueris egredi: iste est sermo quem ostendit mihi Dñs: Ecce oẽs mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicẽt, Seduxerũt te, & prævaluerũt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recessserunt à te. Et oẽs vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatẽ hãc comburet igni. Dixit ergo Sedecias ad Ieremiá, Nullus sciat verba hæc, & non morieris. Si autẽ audierint principes quia locutus sum tecũ; & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus sis cũ rege, ne celes nos, & nõ te interficiemus: & quid locutus est tecũ rex: Dices ad eos, Prostraui ego preces meas corã rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathã, & ibi morerer. Venerunt ergo oẽs principes ad Ieremiá, & interrogauerũt eũ: & locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsq. ad diem quo capta est Ierusalẽ: & factum est vt caperetur Ierusalem.

CAP. XXXIX.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mẽse decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalẽ, & obsidebãt eã. Vndecimo autẽ anno Sedeciæ, mense quarto, [h] quinta' mẽsis aperta est ciuitas. Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Sereser, Semegar-nabu, Sar-sachim, Rabsares, Neregel, Serésser, Reb-mag, & oẽs reliqui principes regis Babylonis. Cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda, & oẽs viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viã horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viã deserti. Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorũ: & cõprehenderũt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinę, & captũ adduxerũt ad Nabuchodonosor regẽ Babylonis in Reblàtha, quæ est in Terra-Emath: & locutus est ad eũ iudicia. Et occîdit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occîdit rex Babylonis. Oculos quoq. Sedeciæ eruit: & vinxit eum cõpedibus, vt duceretur in Babylonẽ. Domũ quoq. regis, & domũ vulgi succẽderunt Chaldæi igni: & murũ Ierusalẽ subuerterunt. Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfugerãt ad eum, & superfluos vulgi qui remanserãt, trãstulit Nabuzardan magister militũ in Babylonẽ. Et de plebe pauperũ, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militũ in Terra-Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa. Præceperat autẽ Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magistro militũ, dicẽs: Tolle illũ, & pone sup eũ oculos tuos, nihilq. ei mali facias: sed vt voluerit, sic facias ei. Misit ergo Nabuzardã princeps militiæ, & [i] Nabusezbaz' & Rab-sares, & Neregel, & Serésser, & Reb-mag, & oẽs optimates regis Babylonis, miserunt, & tulerũt Ieremiã de vestibulo carceris, & tradiderũt eũ Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, vt intraret in domũ, & habitaret in populo. Ad Ieremiã autẽ factus fuerat sermo Dñi, cũ clausus esset in vestibulo carceris, dicẽs, Vade, & dic Abdemélech Aethiopi, dicens, Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël, Ecce, ego inducã sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonũ: & erunt in conspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait Dñs: & non tradẽris in manus virorum quos tu formidas: Sed eruẽs liberabo te, & gladio nõ cades: sed erit tibi anima tua in salutẽ, quia in me habuisti fiduciam, ait Dñs.

[h] Nabu & Sesban o.
[i] Nabusazban 1 MS. H. C. G.

CAP. XL.

SErmo qui factus est ad Ieremiam à Dño, postquã dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eũ vinctũ catenis in medio omnium qui migrabant de Ierusalẽ & Iuda, & ducẽbãtur in Babylonẽ. Tollẽs ergo princeps militiæ Ieremiá, dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, & adduxit: & fecit Dñs sicut locut' est; quia peccastis Dño, & nõ audistis vocẽ eius, & factus est vobis sermo hic. Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponã oculos meos super te. si autem displicet tibi venire

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mecum in Babylonē, reſide: ecce omnis terra in cōſpectu tuo eſt, quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge.
Et mecū noli venire: ſed habita apud Godoliā filiū Ahicā filij Saphā, quē præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumq. placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoq. ei magiſter militiæ cibaria, & munuſcula, & dimiſit eū. Venit autē Ieremias ad Godoliā filiū Ahicā in Maſphath: & habitauit cū eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. Cumque audiſſent oēs principes exercitus, qui diſperſi fuerāt per regiones, ipſi & ſocij eorū, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliā filiū Ahicā terræ; & quòd cōmendaſſet ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ qui nō fuerant trāſlati in Babylonē: Venerūt ad Godoliā in Maſphath & Iſmahel filiꝰ Nathaniæ, & Iohanā, & Ionathā filij Caree, & Sareas filiꝰ Thanehumeth, & filij Ophi qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & viri eorū. Et iurauit eis Godolias filius Ahicā filij Saphan, & comitibus eorū, dicēs, Nolite timere ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis.
4 Re. 25,24.
Ecce ego habito in Maſphath, vt reſpōdeā præcepto Chaldæorū, qui mittuntur ad nos: vos autē colligite vindemiam, & meſſem & oleū, & cōdite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris quas tenetis. Sed & oēs Iudæi qui erant in Moab,
a finibus o.
& in aꝰ filiis' Ammō, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus, audito quòd dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præpoſuiſſet ſup eos Godoliā filiū Ahicā filij Saphā: reuerſi ſunt inquam oēs Iudæi de vniuerſis locis ad quæ profugerāt, & venerūt in terrā Iuda ad Godoliā in Maſphath: & collegerunt vinū, & meſſem multā nimis. Iohanan autē filius Caree, & oēs principes exercitus, q diſperſi fuerāt in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath. Et dixerunt ei, Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filiū Nathaniæ percutere animā tuam. Et nō credidit eis Godolias filius Ahicā. Iohanan autē filius Caree dixit ad Godoliā ſeorſum in Maſphath, loquens, Ibo, & percutiā Iſmahel filium Nathaniæ nullo ſciente: ne interficiat animam tuā, & diſsipentur oēs Iudæi qui congregati ſunt ad te, & peribūt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filiū Caree, Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

CAP. XLI.

ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regali, & optimates regis, & decē viri cū eo, ad Godoliā filiū Ahicam in Maſphath: & cōederūt ibi panes ſimul in Maſphath. Surrexit autē Iſmahel filius Nathaniæ, & decē viri qui cū eo erant, & percuſſerūt Godoliā filiū Ahicā filij Saphan gladio, & interfecerūt eū, quē præfecerat rex Babylonis terræ. Oēs quoq. Iudæos qui erāt cū Godolia in Maſphath, & Chaldæos qui reperti ſunt ibi, & viros bellatores percuſsit Iſmahel. Secundo autē die poſtquā occiderat Godoliā nullo adhuc ſciente, venerūt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri: raſi barba, & ſciſsis veſtibus, & ſqualentes: & munera & thus habebāt in manu, vt offerrent in domo Dñi. Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in occurſum eorū de Maſphath, incedēs & plorās ibat: cùm aūt occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliā filiū Ahicā. Qui cùm veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipſi & viri qui erant cum eo.
Decē autē viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmahel, Noli occidere nos: quia habemꝰ theſauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et ceſſauit: & nō interfecit eos cum fratribus ſuis. Lacus autē in quem proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorū quos percuſsit propter Godoliā, ipſe eſt quē fecit rex Aſa, propter Baaſa regē Iſraël: ipſum repleuit Iſmahel filius Nathanię occiſis.
Et captiuas duxit Iſmahel oēs reliquias populi, qui erāt in Maſphath: filias regis, & vniuerſum populū qui remanſerat in Maſphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicā. Et cepit eos Iſmahel filius Nathaniæ: & abiit, vt trāſiret ad filios Ammō.
Audiuit autē Iohanan filius Caree, & oēs principes bellatorū qui erant cū eo, omne malū quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ. Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarēt aduerſum Iſmahelem filiū Nathaniæ: & inuenerunt eum ad aquas multas quæ ſunt in Gabaon.
Cumq. vidiſſet omnis populus qui erat cū Iſmahel, Iohanan filiū Caree, & vniuerſos principes bellatorū qui erant cum eo, lætati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus, quem ceperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſusq. abiit ad Iohanā filium Caree. Iſmahel autem filius Nathaniæ fugit cū octo viris à facie Iohanā, & abiit ad filios Ammō. Tulit ergo Iohanan filius Caree, & oēs principes bellatorum qui erāt cū eo, vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerāt ab Iſmahel filio Nathaniæ de Maſphath, poſtquā percuſsit Godoliā filiū Ahicā: fortes viros ad prœliū, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaō. Et abierūt, & ſederūt peregrinātes in Chamaam, quæ eſt iuxta Beth-lehē: vt pergerēt, & introirēt Aegyptū à facie Chaldæorū: timebāt enim eos, quia percuſſerat Iſmahel filius Nathaniæ Godoliā filiū Ahicā, quē præpoſuerat rex Babylonis in Terra Iuda.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XLII.

ET accesserũt oẽs principes bellatorũ, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius ℟Osaiæ', & reliquũ vulgus à paruo vsq. ad magnũ: Dixeruntq. ad Ieremiã prophetã, Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora ℣ pro nobis ad Dñm Deũ tuũ pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur: Et annuntiet nobis Dñs Deus tuus viã per quã pergamus, & verbũ quod faciamus. Dixit autẽ ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dñm Deũ vestrũ secundũ verba vestra, omne verbum quodcunq. respõderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquã. Et illi dixerũt ad Ieremiã, Sit Dñs inter nos testis veritatis & fidei, si nõ iuxta omne verbũ in quo miserit te Dñs Deus tuus ad nos, sic faciemus. Sive bonũ est, siue malũ, voci Dñi Dei nostri ad quẽ mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis cùm audierim⁹ vocẽ Dñi Dei nostri. Cùm autẽ cõpleti essent decẽ dies, factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã.

Vocauitque Iohanã filiũ Caree, & oẽs principes bellatorũ, qui erãt cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnũ. Et dixit ad eos, Hæc dicit Dñs Deus Israël, ad quẽ misistis me, vt ℣ prosternerẽ preces vestras in conspectu eius, Si quiescẽtes manseritis in terra hac, ℣ ædificabo vos, & nõ destruã; plantabo, & non euellã: iam enim placatus sum sup malo quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dñs: quia vobiscũ sum ego, vt saluos vos faciã, & eruã de manu eius. Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciã in terra vestra. Si aũt dixeritis vos, Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocẽ Dñi Dei nostri, dicentes, Nequaquã, sed ad Terrã-Aegypti pergemus: vbi non videbimus bellũ, & clangorẽ tubæ nõ audiemus, & famẽ nõ sustinebimus: & ibi habitabimus.

Propter hoc nũc audite verbũ Dñi reliquiæ Iuda, Hæc dicit Dñs exercituum, Deus Israël: Si posueritis faciẽ vestrã, vt ingrediamini Aegyptũ, & intraueritis vt ibi habitetis; gladius quẽ vos formidatis, ibi cõprehẽdet vos in Terra-Aegypti: & fames pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Omnesq. viri, qui posuerint faciẽ suã vt ingrediantur Aegyptũ, vt habitẽt ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferã super eos. Quia hæc dicit Dñs exercituum, Deus Israël, Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic cõflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Aegyptũ: & eritis in iusiurandũ, & in stuporẽ, & in maledictũ & in opprobriũ: & nequaquã vltrà videbitis locũ istũ. Verbũ Dñi super vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Aegyptũ: sciẽtes scietis quia obtestat⁹ sum vos hodie, quia decepistis animas vestras. vos enim misistis me ad Dñm Deũ ℟nostrũ' dicentes, Ora pro nobis ad Dñm Deũ nostrũ, & iuxta omnia quæcũq. dixerit tibi Dñs Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie, & nõ audistis vocẽ Dñi Dei vestri sup vniuersis pro quibus misit me ad vos. Nũc ergo scientes scietis quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quẽ voluistis intrare vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

FActũ est autẽ, cùm cõplesset Ieremias loquẽs ad populũ vniuersos sermones Dni Dei eorũ, ℣ quibus miserat eũ Dñs Deus eorum ad illos, omnia verba hæc: dixit Azarias filius ℟Iosiæ', & Iohanan filius Caree, & oẽs viri superbi, dicẽtes ad Ieremiã, Mẽdaciũ tu loqueris: nõ misit te Dñs Deus noster, dicens, Ne ingrediamini Aegyptũ, vt habitetis illic. Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorũ, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonẽ. Et nõ audiuit Iohanã fili⁹ Caree, & omnes principes bellatorũ, & vniuersus populus, vocẽ Dñi vt manerẽt in Terra-Iuda: Sed tollẽs Iohanã fili⁹ Caree, & vniuersi principes bellatorũ vniuersos reliquiarũ Iuda, qui reuersi fuerãt de cũctis Gentib. ad quas fuerãt antè dispersi, vt habitarẽt in Terra-Iuda: viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & oẽm animã quã reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cũ Godolia filio Ahicã filij Saphan: & Ieremiã prophetã & Baruch filiũ Neriæ: Et ingressi sunt Terrã-Aegypti, quia nõ obedierũt voci Dñi: & venerunt vsq. ad Taphnis. Et factus est sermo Dñi ad Ieremiã in Taphnis, dicẽs, Sume lapides grãdes in manu tua, & abscondes eos in crypta quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Iudæis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël: Ecce, ego mittã, & assumã Nabuchodonosor regẽ Babylonis seruũ meũ: & ponã thronũ eius super lapides istos quos abscondi, & statuet soliũ suum super eos. Veniensque percutiet Terrã-Aegypti: quos in mortẽ, in mortẽ; & quos in captiuitatẽ, in captiuitatẽ; & quos in gladiũ, in gladiũ. Et succendet ignẽ in delubris deorum Aegypti, & cõburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra-Aegypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. Et cõteret statuas dom⁹ Solis quæ sunt in Terra-Aegypti: & delubra deorũ Aegypti, comburet igni.

CAP. XLIIII.

VErbum quod factũ est ad Ieremiã, ad oẽs Iudæos qui habitabãt in Terra-Aegypti, habitãtes in Magdalo, & in

℣ vestrum 5 MS. R. H. G. C.

℟Osaiæ 4 MS. H. G. C.

℟Osiæ 4 MS. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Taphnis, & in Mẽphis, & in terra Phatures, dicẽs, Hæc dicit Dñs exercituum De⁹ Iſraël, Vos vidiſtis omne malũ iſtud quod adduxi ſuper Ieruſalẽ, & ſuper oẽs vrbes Iuda: & ecce deſertæ ſunt hodie, & nõ eſt in eis habitator: Propter malitiã quã fecerunt, vt me ad iracundiã prouocarẽt, & irẽt, & ſacrificarent, & colerent deos alienos quos neſciebãt & illi & vos & patres veſtri. Et miſi ad vos oẽs ſeruos meos prophetas de nocte cõſurgens, mittensq;, & dicẽs, Nolite facere verbũ abominationis huiuſcemodi quã odiui. Et nõ audierunt, nec inclinauerunt aurẽ ſuã vt conuerterentur à malis ſuis, & nõ ſacrificarent diis alienis. Et cõflata eſt indignatio mea & furor meus: & ſuccẽſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in platẽis Ieruſalẽ: & verſæ ſunt in ſolitudinẽ & vaſtitatẽ ſecundum diẽ hanc. Et nunc hæc dicit Dñs exercituum Deus Iſraël, Quare vos facitis malũ grãde hoc cõtra animas veſtras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquã reſiduũ: Prouocãtes me in operib. manuum veſtrarũ, ſacrificãdo diis alienis in Terra Aegypti, in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis, & ſitis in maledictionẽ & in opprobriũ cunctis gẽtib. terræ? Nunquid obliti eſtis mala patrũ veſtrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala vxorũ veſtrarũ, quę fecerũt in Terra Iuda, & in regionibus Ieruſalẽ? Non ſunt mundati vſq; ad diẽ hãc: & nõ timuerũt, & non ambulauerunt in lege Dñi, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus veſtris. Ideo hæc dicit Dñs exercituum Deus Iſraël, ‖ Ecce ego ponã faciẽ meã in vobis in malũ: & diſperdã oẽm Iudã. Et aſſumam reliquias Iudę, qui poſuerũt facies ſuas vt ingrederẽtur Terrã Aegypti, & habitarẽt ibi: & cõſumẽtur oẽs in Terra Aegypti: cadent in gladio & in fame: & cõſumẽtur à minimo vſq; ad maximũ, in gladio & in fame morientur: & erũt in iuſiurandum, & in miraculũ, & in maledictionẽ, & in opprobriũ. Et viſitabo habitatores terræ Aegypti, ſicut viſitaui ſuper Ieruſalẽ; in gladio, & fame, & peſte. Et non erit qui effugiat, & ſit reſidu⁹ de reliquijs Iudæorũ qui vadunt vt peregrinẽtur in Terra Aegypti: & reuertantur in Terrã Iuda ad quã ipſi eleuãt animas ſuas, vt reuertãtur & habitent ibi. nõ reuertẽtur niſi qui fugerint. Reſpõderunt autẽ Ieremiæ oẽs viri ſciẽtes q̃ ſacrificarẽt vxores eorum diis alienis: & vniuerſæ mulieres quarũ ſtabat multitudo grãdis: & oĩs populꝰ habitantiũ in Terra Aegypti in Phatures, dicẽtes, Sermonẽ quẽ locutus es ad nos in nomine Dñi nõ audiemus ex te: ‖ ſed faciẽtes faciemꝰ omne verbũ quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemꝰ reginę cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecimꝰ nos & patres noſtri, reges noſtri & principes noſtri in vrbib. Iuda, & in platẽis Ieruſalẽ: & ſaturati ſumus panib. & bene nobis erat, malumq;. nõ vidimus. Ex eo aũt tẽpore quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame cõſumpti ſumus. Quod ſi nos ſacrificamꝰ reginæ cæli, & libamus ei libamina: nũquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendũ eã, & libãdum ei libamina? Et dixit Ieremias ad oẽm populũ, aduerſum viros, & aduerſum mulieres, & aduerſum vniuerſam plebẽ, qui reſpõderant ei verbũ, dicens, Nũquid nõ ſacrificiũ quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda & in platẽis Ieruſalẽ vos & patres veſtri, reges veſtri & principes veſtri & populus terræ, horũ recordatus eſt Dñs, & aſcẽdit ſuper cor eius? Et nõ poterat Dñs vltrà portare propter malitiã ſtudiorũ veſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis: & facta eſt terra veſtra in deſolationẽ, & in ſtuporẽ, & in maledictũ, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc. Propterea quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis Dño: & nõ audieritis vocẽ Dñi, & in lege & in præceptis & in teſtimoniis eius nõ ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc. Dixit aũt Ieremias ad oẽm populũ & ad vniuerſas mulieres, Audite verbũ Dñi omnis Iuda, qui eſtis in Terra-Aegypti: Hęc inquit Dñs exercituũ Deus Iſrael, dicẽs, Vos & vxores veſtræ locuti eſtis ore veſtro, & manib. veſtris impleſtis, dicẽtes, Faciamus vota noſtra quæ vouimus, vt ſacrificem⁹ reginæ cæli, & libem⁹ ei libamina. impleſtis vota veſtra, & opere ppetraſtis ea. Ideo audite verbũ Dñi oĩs Iuda, qui habitatis in Terra-Aegypti, Ecce ego iuraui in noĩe meo magno, ait Dñs: quia nequaquã vltrà vocabit nomẽ meũ ex ore omnis viri Iudæi, dicentis, Viuit Dñs De⁹, in omni Terra-Aegypti. ‖ Ecce ego vigilabo ſup eos in malũ, & nõ in bonũ: & conſumentur oẽs viri Iuda, qui ſunt in Terra-Aegypti, gladio & fame, donec penitus cõſumãtur. Et qui fugerint gladiũ, reuertẽtur de Terra-Aegypti in Terrã Iuda viri pauci: & ſciẽt oẽs reliquiæ Iuda ingredientiũ Terrã-Aegypti, vt habitẽt ibi, cuius ſermo cõpleat, meus, an illorũ. Et hoc vobis ſignũ, ait Dñs, quòd viſitẽ ego ſup vos in loco iſto: vt ſciatis quia verè cõplebuntur ſermones mei cõtra vos in malũ. Hæc dicit Dñs: Ecce ego tradã Pharaonẽ Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentiũ animã illius: ſicut tradidi Sedeciã regem Iuda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui, & quærẽtis animã eius. CAP. XLV.

1 VErbũ quod locutus eſt Ieremias pheta ad Baruch filium Neriæ, cùm ſcripſiſſet

*bnius quã odi 2 MS. -24 MS. Rab. Verũ in R.H.G. & C. legitur.

- 8 MS. H.G.

*eorum 6 MS.R. Verũ Textus lectio conformis eſt H. & C.

Amos 9,4. Iuſt. 27.

*ſuper 4 MS.R.H. G.C.

Sup. 7,18

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicēs: Hæc dicit Dñs Deꝰ Israël ad te Baruch, Dixisti, Væ misero mihi, quoniā addidit Dñs dolorē dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiē nō inueni. Hæc dicit Dñs: Sic dices ad eum, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plātaui, ego euello, & vniuersam terrā hāc. Et tu quæris tibi grandia? noli querere. quia ecce ego adducā malū sup oēm carnē, ait Dñs: & dabo tibi animam tuā in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

CAP. XLVI.

QVod factū est verbum Dñi ad Ieremiā pphetā contra Gētes ad Aegyptū aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuiū Euphratē in Charcāmis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda.

Præparate scutū & clypeū, & procedite ad bellū. Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. Quid igitur? vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorū cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror vndiq., ait Dñs. Nō ¶fugiat' velox, nec saluari se putet fortis: Ad Aquilonē iuxta flumē Euphratē victi sunt, & ruerūt. Quis est iste, qui quasi flumē ascēdit: & veluti fluuiorum, intumescunt gurgites eius? Aegyptus, fluminis instar ascēdit, & velut flumina mouebūtur fluctus eius: & dicet, Ascendēs operiā terrā: perdā ciuitatē, & habitatores eius. Ascēdite equos, & exultate in curribus, & procedāt fortes, Aethiopia & Libyes tenētes scutum, & Lydj arripientes, & iacientes sagittas. Dies autē ille Dñi Dei exercituū dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Dñi Dei exercituū in Terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten.

Ascēde in Galaad, & tolle resinā virgo filia Aegypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas nō erit tibi. Audierunt Gētes ignominiā tuā, & vlulatus tuus repleuit terrā: quia fortis impegit in fortē, & ambo pariter cōciderunt. Verbum quod locutus est Dñs ad Ieremiā pphetā, sup eo quòd vēturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus Terrā Aegypti: Annūtiate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Mēphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ p circuitum tuum sunt. Quare cōputruit fortis tuus? nō stetit: quoniā Dñs subuertit eū. Multiplicauit ruētes, ceciditq. vir ad proximū suum: & dicēt, Surge, & reuertamur ad populū nostrum, & ad terrā nationis nostræ, à facie gladij colūbæ.

Vocate nomen Pharaonis regis Aegypti tumultum, adduxit tēpus. Viuo ego (inquit rex, Dñs exercituū nomen eius) quoniā sicut Thabor in mōtibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Mēphis in solitudinē erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. Vitula elegās atq. formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. Mercenarij quoq. eius qui versabantur in medio eiꝰ, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt; quia dies interfectionis eorū venit super eos, tempus visitationis eorum. Vox eius quasi æris sonabit; quoniā cū exercitu properabunt, & cū securibus venient ei, quasi cædētes ligna. Succiderunt saltum eius, ait Dñs, qui supputari nō potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. Confusa est filia Aegypti, & tradita in ¶manum' populi Aquilonis.

Dixit Dñs exercituum, Deus Israël, Ecce, ego visitabo sup tumultū Alexādriæ, & super Pharaonē, & super Aegyptū, & super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonē, & super eos qui cōfidunt in eo. Et dabo eos in ¶manum' quærētiū animā eorum, & in ¶manum' Nabuchodonosor regis Babylonis, & in ¶manū' seruorū eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dñs. ¶ Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israël: quia ecce ego saluū te faciā de lōginquo, & semē tuū de terra captiuitatis suæ: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & nō erit qui exterreat eū.

Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dñs: quia tecum ego sum, quia ego consumā cunctas gentes ad quas eieci te: te verò nō consumā, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

CAP. XLVII.

QVod factū est verbū Dñi ad Ieremiā prophetā cōtra Palæsthinos, antequā percuteret Pharao Gazam, Hæc dicit Dñs, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundās: & operiēt terrā & plenitudinem eius, vrbē & habitatores eius: clamabūt homines, & ¶vlulabunt oēs habitatores' terræ, à strepitu pōpæ armorū, & bellatorū eius, à cōmotione quadrigarū eius, & multitudine rotarū illius. Nō respexerunt patres filios manibus dissolutis, pro aduentu diei in quo vastabuntur oēs Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis. depopulatus est enim Dñs Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. Venit calui tiū super Gazā: cōticuit Ascalō, & reliquiæ vallis eorū, vsquequo cōcidēris. O mucro Dñi? vsquequo nō quiesces? Ingredere in vaginā tuā: refrigerare, & sile. Quomodo quiescet cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

¶manus 8 MS. G. Textus autē conformis est H. et C.

¶manus 8 MS. R. Rab. Lectio Textꝰ cōsimilis est H. C. et G. Isa. 43, 1. 44, 2. Sup. 30, 10.

¶vlulabit omnis habitator 3 MS. Rab. H. Textui aūt cōformiter legūt G. & C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XLVIII.

AD Moab. Hæc dicit Dñs exercituũ Deus Iſraël, Væ ſuper Nabo, quoniã vaſtata eſt & cõfuſa: capta eſt Cariathaim: cõfuſa eſt fortis, & tremuit. Nõ eſt vltrà exultatio in Moab cõtra Heſebon: cogitauerũt malũ, Venite, & diſperdamus eã de gente. ergo ſilens cõticeſces, ſequeturq; te gladius. Vox clamoris de Oronáim: vaſtitas, & cõtritio magna. Contrita eſt Moab: annuntiate clamorẽ parvulis eius. Per aſcẽſum enim Luith plorans aſcendet in fletu: quoniã in deſcenſu Oronáim hoſtes vlulatũ cõtritionis audierunt, Fugite, ſaluate animas veſtras: & ‖eritis quaſi myricæ in deſerto. ‖Pro eo enim quòd habuiſti fiduciã in munitionib. tuis, & in theſauris tuis, tu quoq. capiẽris: & ibit Chamos in tranſmigrationẽ, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. Et veniet prædo ad oẽm vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur: & peribunt valles, & diſsipabuntur cãpeſtria: quoniã dixit Dñs, Date florẽ Moab, quia florẽs egredietur: & ciuitates eius deſertæ erunt & inhabitabiles. Maledictus qui facit opus Dñi fraudulẽter: & maledictus qui ꝓhibet gladiũ ſuũ à ſanguine. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fæcibus ſuis: nec trãsfuſus eſt de vaſe in vas, & in trãſmigrationẽ nõ abiit: idcirco permãſit guſtus eius in eo, & odor eius nõ eſt immutatus. Propterea ecce dies veniũt, dicit Dñs: & mittã ei ordinatores & ſtratores lagũcularũ, & ſternẽt eũ: & vaſa eius exhauriẽt, & lagũculas eorũ collidẽt. Et confundetur Moab à Chamos, ‖ſicut cõfuſa eſt domus Iſraël à Beth-el, in qua habebat fiduciã. Quomodo dicitis, ‖Fortes ſumus, & viri robuſti ad prœliandũ? Vaſtata eſt Moab, & ciuitates illius ᵃſuccẽderunt: & electi iuuenes eius deſcenderũt in occiſionẽ: ait rex, Dñs exercituũ nomẽ eius. Propè eſt interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurrat nimis. Cõſolamini eũ oẽs qui eſtis in circuitu eius, & vniuerſi qui ſcitis nomẽ eius: dicite, Quomodo cõfracta eſt virga fortis, baculus glorioſus? Deſcẽde de gloria, & ſede in ſiti habitatio filiæ Dibõ: quoniã vaſtator Moab ᵃaſcẽdet ad te, ᵃdiſsipabit munitiones tuas. In via ſta, & ꝓſpice habitatio Aroër: interroga fugientẽ: & ei qui euaſit dic, Quid accidit? Cõfuſus eſt Moab, quoniã victus eſt: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnoo qm̃ vaſtata eſt Moab. Et iudiciũ venit ad terrã cãpeſtrẽ: ſup Helõ, & ſup Iaſa, & ſuper Mepháath, & ſup Dibõ, & ſuper Nabo, & ſuper domũ Deblatháim, & ſup Cariathaim, & ſup Beth-gamul, & ſuper Beth-maon, & ſuper Carioth, & ſuper Boſra: & ſuper oẽs ciuitates terræ Moab, quę longè & propè ſunt. Abſciſſum eſt cornu Moab, & brachiũ eius cõtritũ eſt, ait Dñs. Inebriate eũ, quoniam contra Dñm erectus eſt: & allidet manũ Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum etiã ipſe: fuit enim in deriſum tibi Iſraël: quaſi inter fures reperiſtes eũ. ꝓpter verba ergo tua quæ aduerſum illũ locutus es, captiuus ducẽris. Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & eſtote quaſi columba nidificãs in ſummo ore foraminis. Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperbus eſt valde: ſublimitatẽ eius & arrogantiã, & ſuperbiã, & altitudinem cordis eius. Ego ſcio, ait Dñs, iactantiã eius: & quòd nõ ſit iuxta eã virtus eius, nec iuxta quod poterat conata ſit facere. Ideo ſuper Moab eiulabo, & ad Moab vniuerſam clamabo, ad viros muri fictilis lamentãtes. De plãctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: ꝓpagines tuæ trãſierũt mare, vſq. ad mare Iazer peruenerũt: ſuper meſſem tuã, & vindemiã tuã prædo irruit. ‖Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo & de Terra Moab: & vinũ de torcularibus ſuſtuli: nequaquã calcator vuæ ſolitum celeuſma cantabit. De clamore Heſebõ vſq. Eleale & Iaſa, dederunt vocẽ ſuã: a Segor vſq. ad Oronáim ᵃvitulã ᵃcõternantẽ: aquæ quoq. Nẽrim peſsimæ erũt. Et auferã de Moab, ait Dñs, offerentẽ in excelſis, & ſacrificantẽ diis eius. Propterea cor meũ ad Moab quaſi tibia *reſonabit: & cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitũ tibiarũ: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierũt. ‖Omne enim caput calui tiã, & omnis barba raſa erit: in cũctis manib⁹ colligatio, & ſuper omne dorſum cilicium. Sup omnia tecta Moab, & in platẽis eius omnis plãctus: quoniã cõtriui Moab ſicut vas inutile, ait Dñs. Quomodo victa eſt, & vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicẽ Moab, & cõfuſus eſt? eritq. Moab in deriſum & in exemplũ omnib. in circuitu ſuo. Hæc dicit Dñs, Ecce quaſi aquila volabit, & extendet alas ſuas ad Moab. Capta eſt Carioth, & munitiones comprehenſæ ſunt: & erit cor fortium Moab in die illa, ſicut cor mulieris parturientis. Et ceſſabit Moab eſſe populus: qm̃ cõtra Dñm gloriatus eſt. Pauor & fouea & laqueus ſuper te ô habitator Moab, dicit Dñs. ‖Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueã: & qui cõſcenderit de fouea, capietur laqueo: adducã enim ſuper Moab annũ viſitationis eorum, ait Dñs. In vmbra Heſebon ſteterunt de laqueo fugiẽtes: quia ignis egreſſus eſt de Heſebõ, & flãma de medio Sion: & deuorauit partẽ Moab, & verticẽ filiorũ tumultus. Væ tibi Moab, periſti populę Chamos: quia cõprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatẽ. Et conuertã captiuitatẽ Moab in nouiſsimis diebus, ait Dñs.

Hucuſque iudicia Moab.

CAP. XLIX.

AD filios Ammon. Hæc dicit Dñs, Nunquid non filij ſunt Iſraël? aut hæres

3 Re. 12, 16 20. Iſa. 16, 6.

ᵃaſcenderunt 14 MS. R. H. *Alias legitur ſucciderũt; atq. & hoc vox Hebræa ſignificat,* ᵃaſcendit (*præt. tẽp.*) 2 MS. H. G. C. ᵃdiſsipauit 1 MS. H. C. ᵃeuertẽs G.

Sup. 17, 6. Sup. 17, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom, Gad; & populus eius in vrbib. eius habitauit? Ideò ecce dies 2
veniũt, dicit Dñs: & auditum faciã super Rabbath filiorũ Ammon fremitũ prœlij, & erit in tumultũ' dissipata, filiæq. eius igne succendentur, & possidebit Israël possessores suos, ait Dñs. Vlula Hesebõ, 3
quoniã vastata est Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs: plãgite & circuite per sepes: quoniã Melchom in trãsmigrationem ducetur, sacerdotes eius, & principes eius simul. Quid gloriaris in 4
vallibus? defluxit vallis tua filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas, Quis veniet ad me? Ecce ego indu- 5
cam super te terroré, ait Dñs Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui cõgreget fugiẽtes. Et 6
post hæc reuerti faciã *captiuos filiorum Ammon, ait Dñs. Ad Idumæã. Hæc dicit Dñs exercituum: Nũquid nõ vltrà est 7
sapiẽtia in Themã? Periit consiliũ à filijs: inutilis facta est sapiẽtia eorũ. Fugite, & 8
terga vertite, descẽdite in voraginẽ habitatores Dedan: quoniã perditionem Esau adduxi super eũ, tẽpus visitationis eius.
Si vindemiatores venissent super te, nõ 9
reliquissent racemũ: si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi. Ego verò 10
discooperui Esau, reuelaui abscõdita eius, & celari nõ poterit: vastatũ est semẽ eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit.
Relinque pupillos tuos: ego faciam eos 11
viuere: & viduæ tuæ in me sperabunt.
Quia hæc dicit Dñs, Ecce, quibus non 12
erat iudiciũ vt biberẽt calicem, bibentes bibẽt: & tu quasi innocẽs relinquẽris? nõ eris innocẽs, sed bibens bibes. Quia per 13
memetipsum iuraui, dicit Dñs, quòd in solitudinẽ, & in opprobriũ, & in desertũ, & in maledictionem erit Bosra: & omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. ¶ Auditũ audiui à Dño, & lega- 14
tus ad Gentes missus est, Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prœlium. Ecce enim paruulũ dedi te in 15
Gentibus, cõtemptibilem inter homines.
Arrogantia tua decepit te, & superbia 16
cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinẽ collis. ¶ cum exaltaueris quasi aquila nidũ tuũ, inde detrahã te, dicit Dñs. Et erit Idu- 17
mæa deserta: omnis qui trãsibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius. ¶ Sicut subuersa est Sodoma & Go- 18
morrha & vicinæ eius, ait Dñs: nõ habitabit ibi vir, & nõ incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo ascẽdet de super- 19
bia Iordanis ad pulchritudinẽ robustam: quia subitò currere faciã eum ad illã: & quis erit electus quem præponam ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? ¶ & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium Dñi 20
quod iniit de Edom; & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Themã. Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculũ eorum.
A voce ruinæ eorum cõmota est terra: 21
clamor in Mari-rubro auditus est vocis eius. Ecce quasi aquila ascẽdet & auo- 22
labit: & expandet alas suas super Bosran: & erit cor fortiũ Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturiẽtis. Ad Damascũ. 23
Cõfusa est Emath & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ solicitudine quiescere non potuit. Dissoluta est Damascus, versa est in 24
fugam, tremor apprehẽdit eam: angustia & dolores tenuerũt eam quasi parturientem. Quomodo dereliquerũt ciuitatem 25
laudabilem, vrbẽ lætitiæ? Ideò cadẽt iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri prœlij cõticescent in die illa, ait Dñs exercituũ. Et succendã ignẽ in muro Da- 26
masci, & deuorabit mœnia Ben-adad.
Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ per- 27
cussit Nabuchodonosor rex Babylonis, hæc dicit Dñs, Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis. Taber- 28
nacula eorũ, & greges eorũ capiẽt: pelles eorũ, & omnia vasa eorũ, & camelos eorum tollẽt sibi: & vocabũt super eos for- 29
midinẽ in circuitu*. Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete qui habi- 30
tatis Asor, ait Dñs: iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consiliũ, & cogitauit aduersum vos cogitationes.
Consurgite, & ascendite ad gentẽ quie- 31
tam, & habitantem confidenter, ait Dñs; nõ ostia, nec vectes eis: soli habitant. Et 32
erũt cameli eorũ in direptionẽ, & multitudo iumentorũ in prædã: & dispergã eos in omnẽ ventũ, qui sunt attõsi in comã: & ex omni confinio eorũ adducã interitũ super eos, ait Dñs. Et erit Asor in habi- 33
taculũ draconũ, deserta vsq. in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eã filius hominis. Quod factũ est verbũ Dñi ad 34
Ieremiã propherã aduersus Aelã, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens,
Hæc dicit Dñs exercituũ, Ecce ego cõ- 35
fringã arcũ Aelã, & sumam fortitudinem eorum. Et inducã super Aelam quatuor 36
vẽtos à quatuor plagis cæli: & ventilabo eos in omnes vẽtos istos: & nõ erit gẽs ad quã nõ perueniãt profugi Aelam. Et pa- 37
uere faciã Aelam corã inimicis suis, & in cõspectu quærentiũ animã eorũ: & adducam super eos malũ, iram furoris mei, dicit Dñs: & mittam post eos gladiũ, donec 38
consumã eos. Et ponam solium meum in Aelã, & perdã inde reges & principes, 39
ait Dñs. In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Aelam, dicit Dñs.

CAP. L.

VErbũ quod locutus est Dñs de Ba- 1
bylone, & de terra Chaldæorum in 2
manu Ieremiæ prophetæ. Annũciate in Gentibus, & auditũ facite, leuate signũ;

*eius o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prædicate, & nolite celare: dicite, Capta
est Babylon, confusus est Bel, victus est
Merodach, confusa sunt sculptilia eius,
superata sunt idôla eorũ. Quoniã ascẽ- 3
dit cõtra eam gens ab Aquilone, quæ po-
net terrã eius in solitudinẽ: & nõ erit qui
habitet in ea, ab homine vsq; ad pecus, &
moti sunt, & abierũt. In dieb. illis, & in 4
tẽpore illo, ait Dñs, venient filij Israël, ipsi
& filij Iuda simul: ambulantes & flentes
properabũt, & Dñm Deum suũ quærent.
In Siõ interrogabũt viã, huc facies eo- 5
rũ: venient, & apponẽtur ad Dñm fœdere
sempiterno, quod nulla obliuione delebi-
tur. Grex perditus fact⁹ est popul⁹ meus: 6
pastores eorũ seduxerũt eos, fecerunt̃que
vagari in montibus: de monte in collem
trãsierunt, obliti sunt cubilis sui. Omnes 7
qui inuenerũt, comederunt eos: & hostes
eorum dixerunt, Non peccauimus: pro eo
quòd peccauerũt Dño decori iustitiæ, &
expectationi patrũ eorũ Dño. Recedite 8
de medio Babylonis, & de terra Chal-
dæorũ egredimini: & estote quasi hœdi
ante gregẽ. Quoniã ecce ego suscito, & 9
adducã in Babylonẽ congregationẽ Gen-
tiũ magnarũ de terra Aquilonis: & præ-
parabũtur aduersus eã, & inde capietur:
sagitta eius quasi viri fortis interfectoris,
nõ reuertetur vacua. Et erit Chaldæa in 10
prædã: omnes vastãtes eã replebũtur, ait
Dñs. Quoniã exultatis, & magna loqui- 11
mini, diripientes hæreditatem meam:
quoniam effusi estis sicut ᵛvitulus⁹ super
herbam, & mugistis sicut tauri. Confusa 12
est mater vestra nimis, & adæquata pul-
ueri, quæ genuit vos: ecce nouissima erit
in Gẽtibus, *deserta, inuia, & arens. Ab 13
ira Dñi nõ habitabitur, sed redigetur tota
in solitudinẽ: omnis qui trãsibit per Ba-
bylonem, stupebit, & sibilabit super vni-
uersis plagis eius. Præparamini contra 14
Babylonẽ per circuitũ omnes qui inten-
ditis arcũ, debellate eã, nõ parcatis iacu-
lis: quia Dño peccauit. Clamate aduer- 15
sus eã, vbiq; dedit manũ, ceciderunt fun-
damenta eius: destructi sunt muri eius,
quoniã vltio Dñi est. vltionẽ accipite de
ea: sicut fecit, facite ei. Disperdite sato- 16
rẽ de Babylone, & tenentẽ falcẽ in tem-
pore messis: à facie gladij colũbæ vnus-
quisq; ad populũ suum cõuertetur, & sin-
guli ad terrã suã fugient. Grex dispersus 17
Israël, leones eiecerũt eũ: primus come-
dit eũ rex Assur: iste nouissimus exossa-
uit eũ Nabuchodonosor rex Babylonis.
Propterea hæc dicit Dñs exercituum 18
Deus Israël, Ecce, ego visitabo regẽ Ba-
bylonis, & terrã eius: sicut visitaui regem
Assur: & reducã Israël ad habitaculum 19
suum: & pascetur ᵛCarmelus⁹ & Basan, &
in mõte Ephraim & Galaad saturabitur
anima eius. In diebus illis & in tẽpore 20
illo, ait Dñs, quæretur iniquitas Israël, &
nõ erit: & peccatũ Iuda, & non inuenie-
tur: quoniã propitiꝰ ero eis quos reliquе-
ro. Super terrã dominãtium ascende, & 21
super habitatores eius visita, dissipa, &
interfice quæ post eos sunt, ait Dñs: &
fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Vox 22
belli in terra, & contritio magna. Quo- 23
modo cõfractus est, & contritus malleus
vniuersæ terræ? quomodo versa est in de-
sertũ Babylon in Gentibus? Illaqueaui 24
te, & capta es Babylon, & nesciebas: in-
uenta es & apprehẽsa, quoniã Dñm pro-
uocasti. Aperuit Dñs thesaurũ suum, & 25
protulit vasa iræ suæ: qm̃ opus est Dño
Deo exercituum in terra Chaldæorum.
Venite ad eã ab extremis finibus, ape- 26
rite vt exeãt qui conculcent eã: tollite de
via lapides, & redigite in aceruos, & in-
terficite eam: nec sit quicquã reliquum.
Dissipate vniuersos fortes eius, descẽ- 27
dãt in occisionem: væ eis, quia venit dies
eorũ, tempus visitationis eorũ. Vox fu- 28
gientium, & eorũ qui euaserunt de Terra
Babylonis: vt annũtient in Siõ vltionem
Dñi Dei nostri, vltionẽ templi eius. An- 29
nuntiate in Babylonẽ plurimis omnibus
qui tendũt arcum: cõsistite aduersus eam
per gyrũ, & nullus euadat: reddite ei se-
cundum opus suum: iuxta omnia quę fe-
cit, facite illi: quia cõtra Dñm erecta est,
aduersum sanctum Israël. Idcirco cadẽt 30
iuuenes eius in platẽis eius: & omnes vi-
ri bellatores eius cõticescẽt in die illa, ait
Dñs. Ecce ego ad te superbe, dicit Dñs 31
Deus exercituum: quia venit dies tuus,
tempus visitationis tuæ. Et cadet super- 32
bus, & corruet, & nõ erit qui suscitet eũ:
& succendã ignem in vrbibus eius, & de-
uorabit omnia in circuitu eius. Hæc di- 33
cit Dñs exercituum, Calumniã sustinent
filij Israël & filij Iuda simul: omnes qui
ceperunt eos, tenẽt, nolũt dimittere eos.
Redemptor eorũ fortis, Dñs exercituũ 34
nomẽ eius, iudicio defendet causam eo-
rum, vt exterreat terrã, & cõmoueat ha-
bitatores Babylonis. Gladius ad Chal- 35
dæos, ait Dñs, & ad habitatores Babylo-
nis, & ad principes, & ad sapientes eius.
Gladius ad diuinos eiꝰ, qui stulti erũt: 36
gladius ad fortes illius, qui timebunt.
Gladius ad equos eius, & ad currus eiꝰ, 37
& ad omne vulgꝰ quod est in medio eius:
& erunt quasi mulieres: gladius ad the-
sauros eius, qui diripientur. Siccitas su- 38
per aquas eius erit, & arescent: quia terra
sculptilium est, & in portẽtis gloriantur.
propterea habitabunt dracones cũ fa- 39
tuis ficariis: & habitabunt in ea struthio-
nes: & non inhabitabitur vltrà vsque in
sempiternũ, nec extruetur vsq; ad genera-
rationẽ & generationẽ. ‖Sicut subuer- 40
tit ᵛDñs⁹ Sodomã & Gomorrham, & vi-
cinas eius, ait Dñs: non habitabit ibi vir,
& nõ incolet eã filiꝰ hominis. Ecce po- 41
pulus venit ab Aquilone: & gens magna,
& reges multi cõsurgent à finibus terræ.
Arcum & scutũ apprehendent: crude- 42
les sunt & immisericordes: vox eorum
quasi

ᵛvituli MS R. G. Numero singulari legunt Rab. H. & C. ᵛ& MS q. R.

ᵛ Carmelũ 9 MS. Rab. H.G.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quasi mare sonabit, & super equos ascẽdent: sicut vir paratus ad prœliũ contra te filia Babylon. Audiuit rex Babylonis 43
famã eorũ, & dissolutæ sunt manus eius: angustia apprehẽdit eũ, dolor quasi parturiẽtem. Ecce quasi leo ascẽdet de su- 44
perbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustam: quia subitò currere faciã eũ ad illã: & quis erit electus quẽ proponã ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & ‖ quis est iste pastor qui resistat 45
vultui meo? Propterea audite cõsilium Dñi quod mẽte concepit aduersum Babylonẽ: & cogitationes eius quas cogitauit super terrã Chaldæorum, Nisi detraxerint eos paruuli gregũ, nisi dissipatum fuerit cũ ipsis habitaculũ eorũ. A vo- 46
ce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

CAP. LI.

HAec dicit Dñs, Ecce, ego suscitabo 1
super Babylonẽ & super habitatores eius, qui cor suũ leuauerũt cõtra me, quasi ventũ pestilentem. Et mittam in 2
Babylonẽ ventilatores, & ventilabũt eã, & demoliẽtur terrã eius: quoniã venerũt super eam vndiq; in die afflictionis eius.
Non tendat qui tẽdit arcũ suum, & nõ 3
ascendat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiã eius.
Et cadẽt interfecti in terra Chaldæorũ, 4
& vulnerati in regionibus eius. Quo- 5
niã nõ fuit viduatus Israël & Iuda à Deo suo Dño exercituũ: terra aũt eorũ repleta est delicto à sancto Israël. Fugite de 6
medio Babylonis, ‖&' saluet vnusquisq. animã suam: nolite tacere super iniquitatem eius: quoniã tempus vltionis *est a' Dño, vicissitudinẽ ipse retribuet ei.
Calix aureus Babylon in manu Dñi, 7
inebriãs omnẽ terrã: de vino eius biberũt Gentes, & ideo cõmotæ sunt. ‖ Subitò 8
cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinã ad dolorẽ eius, si fortè sanetur. Curauimus Babylonẽ, & 9
nõ est sanata: derelinquamus eã, & eam[9] vnusquisq. in terrã suã: quoniã peruẽnit vsq. ad cælos iudicium eius, & eleuatũ est vsq. ad nubes. Protulit Dñs iustitias no- 10
stras: venite & narremus in Sion opus Dñi Dei nostri. Acuite sagittas, implete pha- 11
retras: suscitauit Dñs spiritũ regũ Medorum: & cõtra Babylonẽ mens eius est vt perdat eam, quoniam vltio Dñi est, vltio templi sui. Super muros Babylonis le- 12
uate signũ, augete custodiã: leuate custodes, præparate insidias: qa cogitauit Dñs, & fecit quæcunq. locutus est cõtra habitatores Babylonis. Quæ habitas super 13
aquas multas, locuples in thesauris: venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. ‖ Iu- 14
rauit Dñs exercituũ per animam suam, Quoniã replebo te hominib. quasi bruchо, & super te celeusma cantabitur.
‖ Qui fecit terrã in fortitudine sua, & 15
præparauit orbem in sapiẽtia sua, & prudentia sua extendit cælos. Dante eo vo- 16
cem multiplicantur aquæ in cælo: ‖ qui leuat nubes ab extremo terræ, ‖ fulgura in pluuiã fecit: & produxit ventũ de thesauris suis. Stultus factus est omnis ho- 17
mo à scientia: cõfusus est omnis conflator in sculptili: quia mẽdax est cõflatio eius, nec est spiritus in eis. Vana sunt opera, 18
& risu digna, in tempore visitationis suæ peribunt. Nõ sicut hæc, pars Iacob: quia 19
qui fecit omnia ipse est, & Israël sceptrũ hæreditatis eius: Dñs exercituũ nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli, & ego 20
collidã in te Gentes, & disperdã in te regna: Et collidã in te equũ, & equitẽ ei[9]: 21
& collidã in te currũ, & ascensorẽ eius: Et collidam in te virũ & mulierem, & 22
collidã in te senẽ & puerum, & collidam in te iuuenẽ & virginẽ: Et collidam in 23
te pastorẽ & gregẽ eius, & collidam in te agricolam & iugales eius, & collidã in te 24
duces & magistratus. Et reddã Babyloni, & cũctis habitatorib. Chaldææ omne malum suũ quod fecerunt in Sion, in o- 25
culis vestris, ait Dñs. Ecce, ego ad te mons pestifer, ait Dñs, qui corrũpis vniuersam terrã: & extendã manum meam super te, & euoluã te de petris, & dabo te 26
in montem cõbustionis. Et non tollent de te lapidẽ in angulũ, & lapidẽ in fundamẽta, sed perditus in æternum eris, ait 27
Dñs. Leuate signũ in terra: clãgite buccina in ‖ Gẽtibus': sanctificate super eam Gentes: annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate cõtra eã Taphsar, adducite equũ quasi bruchũ aculeatum. Sanctificate contra eam 28
Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamq. terrã potestatis eius. Et cõmouebitur terra, & 29
conturbabitur: quia euigilabit cõtra Babylonem cogitatio Dñi, vt ponat Terram Babylonis deserta & inhabitabilẽ. Cessauerunt fortes Babylonis à prœlio, ha- 30
bitauerunt in præsidiis: deuoratũ est robur eorũ, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt
vectes eius. Currens obuiã currenti ve- 31
niet: & nuntius obuius nuntianti: vt annuntiet regi Babylonis quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum:
& vada præoccupata sunt, & paludes 32
incensa sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. Quia hæc dicit Dñs exer- 33
cituũ, Deus Israël, Filia Babylonis quasi area, tempus triturę eius: adhuc módicũ,
& veniet tẽpus messionis ei[9]. Comẽdit 34
me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane: absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suũ teneritudine mea, & eiecit me.
Iniquitas aduersum me, & caro mea 35
super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus sup habitatores Chaldææ, dicit Ierusalẽ. Propterea hæc dicit Dñs, 36
Ecce ego iudicabo causam tuã, & vlciscar

*a' mõtibus o

vltio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vltionẽ tuã: & desertũ faciã mare eius, & ficcabo venam eius. Et erit Babylon in 37
tumulos, habitatio draconum : stupor & sibilus, eo quòd nõ sit habitator. Simul 38
vt leones rugiẽt, excutient comas veluti catuli leonũ. In calore eorũ ponã potus 39
eorũ: & inebriabo eos, vt sopiãtur, & dormiãt somnũ sempiternũ, & nõ cõsurgãt, dicit Dñs. Deducam eos quasi agnos ad 40
victimã, *quasi arietes cũ hædis. Quomodo capta est Sesach, & cõprehensa est 41
inclyta vniuersę terrę? quomodo facta est in stuporẽ Babylon inter Gentes? Ascẽdit super Babylonem mare: multitudine 42
fluctuũ eius operta est. Factæ sunt ciuitates eius in stuporẽ : terra inhabitabilis 43
& deserta, terra in qua nullus habitet, nec ‖trãseat' per eã filius hominis. Et visitabo super Bel in Babylone, & eiiciam 44
quod absorbuerat de ore eius; & nõ confluent ad eũ vltrà Gentes, siquidẽ & murus Babylonis corruet. Egredimini de 45
medio eius popul⁹ meus: vt saluet vnusquisq. animã suã ab ira furoris Dñi. Et 46
ne fortè mollescat cor vestrũ, & timeatis auditũ qui audietur in terra : & veniet in anno auditio, & post hũc annũ auditio: & iniquitas in terra, & dominator sup dominatorẽ. Propterea ecce dies veniunt, 47
& visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. Et 48
laudabũt super Babylonẽ cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia ab Aquilone veniẽt ei prædones, ait Dñs. Et quomodo 49
fecit Babylon vt caderẽt occisi in Israël: sic de Babylone cadẽt occisi in vniuersa terra. Qui fugistis gladiũ, venite, 50
nolite stare : recordamini procul Dñi, & Ierusalẽ ascẽdat super cor vestrũ. Confusi sum⁹, quoniã audiuimus opprobriũ: 51
operuit ignominia facies nostras : qa venerũt alieni super sanctificationẽ domus Dñi. Propterea ecce dies veniunt, ait 52
Dñs: & visitabo super sculptilia ‖eius', & in omni terra eius mugiet vulneratus. Si 53
ascẽderit Babylon in cælũ, & firmauerit in excelso robur suũ: à me veniẽt vastatores eius, ait Dñs. Vox clamoris de Ba- 54
bylone, & cõtritio magna de Terra-Chaldæorũ: quoniã vastauit Dñs Babylonẽ, 55
& perdidit ex ea vocẽ magnã: & sonabũt fluctus eorũ quasi aquæ multæ: dedit sonitũ vox eorũ: Quia venit super eã, id 56
est super Babylonẽ prædo, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorũ: quia fortis vltor Dñs reddens retribuet.
Et inebriabo principes eius, & sapiẽtes 57
eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius : & dormiẽt somnũ sempiternũ, & nõ expergiscẽtur, ait rex, Dñs exercituũ nomẽ eius. Hæc dicit Dñs exercituum, Murus Babylonis ille ‖latissimus' 58
suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne cõburẽtur, & labores populorum ad nihilũ, & gentiũ in ignem deficient &
59 disperibunt. Verbũ quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ, cùm pergeret cũ Sedecia rege in
60 Babylonẽ, in anno quarto regni eius: Sa-raias autẽ erat princeps prophetiæ. Et scripsit Ieremias omne malũ quod venturũ erat super Babylonẽ, in libro vno:
61 omnia verba hæc quæ scripta sunt contra Babylonẽ. Et dixit Ieremias ad Saraiã, Cùm veneris in Babylonẽ, & videris, &
62 legeris omnia verba hæc, dices, Dñe tu locutus es cõtra locũ istũ vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitu-
63 do. Cumq. cõpleueris legere librũ istũ, ligabis ad eũ lapidẽ, & proiicies illum in
64 mediũ Euphraten: & dices, Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis quã ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusq. verba Ieremiæ.

CAP. LII.

1 Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cũ regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalẽ: & nomẽ matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna.
2 Et fecit malũ in oculis Dñi, iuxta om-
3 nia quæ fecerat Ioacim. Quoniã furor Dñi erat in Ierusalẽ & in Iuda, vsquequo proiiceret eos à facie sua : & recessit Se-
4 decias à rege Babylonis. ‖Factũ est aũt in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mẽsis: vẽnit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalẽ, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam muni-
5 tiones in circuitu. Et fuit ciuitas obsessa, vsq. ad vndecimũ annũ regis Sedeciæ.
6 Mẽse autẽ quarto, nona mẽsis, obtinuit fames ciuitatẽ: & nõ erãt alimẽta populo
7 terræ. Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntq. de ciuitate nocte per viam portæ quæ est inter duos muros, & ducit ad hortũ regis (Chaldæis obsidentibus vrbẽ in gyro) & abierunt per viã quæ ducit in erẽmum.
8 Persecutus est aũt Chaldæorũ exercitus regẽ : & apprehẽderũt Sedeciã in deserto, quod est iuxta Iericho : & omnis
9 comitatus eius diffugit ab eo. Cumq. cõprehendissent regẽ, adduxerũt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eũ iudicia.
10 Et iugulauit rex Babylonis filios Sedecię in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos
11 Sedeciæ eruit, & vinxit eũ cõpedibus, & adduxit eũ rex Babylonis in Babylonẽ: & posuit eũ in domo carceris vsq. ad diẽ
12 mortis eius. In mẽse autẽ quinto, decima mensis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis: vẽnit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat
13 coram rege Babylonis in Ierusalẽ. Et incẽdit domũ Dñi, & domum regis, & omnes domos Ierusalẽ, & omnẽ domũ ma-
14 gnam igne cõbussit. Et totum murum

Ierą-

*& 10 MS. Rab. G. Verũ in R. H. & C. non additur.

‖ transiet 4 MS. R. H. C.

‖ Babylonis MS q. R. Rab.

‖ altissimus MS. Rab. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ierusalē per circuitū destruxit cūctus exercitus Chaldæorū qui erat cū magistro militiæ. De pauperibus autē populi, & 15
de reliquo vulgo quod remāserat in ciuitate, & de perfugis qui transfugerant ad regem Babylonis, & cæteros de multitudine: trāstulit Nabuzardan princeps militiæ. De pauperibus verò terræ reliquit 16
Nabuzarda princeps militiæ in vinitores & agricolas. Colūnas quoq. æreas, quæ 17
erāt in domo Dñi, & bases, & mare æneū quod erat in domo Dñi, cōfregerūt Chaldæi: & tulerūt omne æs eorum in Babylonē. Et lebetes, & creagras, & psalteria, 18
& phialas, & mortariola, & oīa vasa ærea quæ in ministerio fuerant, tulerunt: Et 19
hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & cādelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea; & quotquot argentea, argentea: tulit magister militiæ,
Colūnas duas, ~ &' mare vnū, *vitulos 20
duodecim æreos, qui erāt sub basib. quas fecerat rex Salomō in domo Dñi: nō erat pondus æris omnium horū vasorū. De 21
colūnis autē, decē & octo cubiti altitudinis erāt in colūna vna: & funiculus duodecim cubitorū circuibat eā: porrò grossitudo eius, quatuor digitorū: & intrinsecus caua erat. Et capitella super vtrāq. 22
ærea: altitudo capitelli vnius, quinq. cubitorū: & retiacula, & malogranata super coronā in circuitu, oīa ærea. *Similiter colūnę secūdæ & malogranata'. Et fuerūt 23
malogranata nonaginta sex depēdētia: & oīa malogranata centū, retiaculis circūdabātur. Et tulit magister militiæ Saraiā 24
sacerdotē primū, & Sophoniā sacerdotē secundū: & tres custodes vestibuli. Et de 25
ciuitate tulit eunuchū vnū, qui erat præpositus super viros bellatores: & septē viros de his qui videbāt faciē regis, qui inuenti sunt in ciuitate: & scribā principē militū, qui probabat tyrones: & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt
in medio ciuitatis. Tulit autem eos Na- 26
buzardā magister militiæ: & duxit eos ad regē Babylonis in Reblātha. Et percus- 27
sit eos rex Babylonis: & interfecit eos in Reblātha in terra Emath: & trāslatus est Iuda de terra sua. Iste est populus quem 28
trāstulit Nabuchodonosor: In anno septimo, Iudæos tria millia & viginti tres.
In anno octauodecimo Nabuchodono- 29
sor de Ierusalē animas octingētas triginta duas. In anno vicesimotertio Nabucho- 30
donosor, transtulit Nabuzardan magister militię animas Iudęorū septingētas quadraginta quinq;. omnes ergo animæ, quatuor millia sexcētę. Et factū est in trice- 31
simo septimo anno trāsmigrationis Ioachin regis Iuda, duodecimo mēse, vicesimaquinta mēsis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachin regis Iudæ: & eduxit eū de domo carceris. Et locut' est cū eo bona: & po- 32
suit thronū ei' sup thronos regū qui erāt
33 post se in Babylone. Et mutauit vestimēta carceris eius, & cōedebat panē corā
34 eo semp cunctis dieb. vitæ suæ. Et cibaria ei', cibaria perpetua dabātur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsq;, ad diē mortis suæ cūctis dieb' vitæ eius.

THRENI, ID EST LAMENTATIONES IEREMIAE, QVAE HEBRAICE CINOTH INSCRIBVNTVR.

~ Et factū est, postquā in captiuitatē redactus est Israēl, & Ierusalē deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit': ~ MS. H. Q. n.

1 QVOMODO sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina Gentiū? princeps prouinciarum facta est sub tributo. *Aleph.*

2 ‖ Plorās plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: nō est qui cōsoletur eā ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerūt eā, & facti sunt ei inimici. *Beth. Iere. 13, 1.*

3 Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. *Ghimel.*

4 Viæ Sion lugēt, eo quòd nō sint qui veniāt ad solēnitatē: Oēs portæ ei' destructæ: sacerdotes eius gemētes: virgines ei' squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. *Daleth.*

5 Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dñs locutus est super eā propter multitudinem iniquitatū eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. *He.*

6 Et egressus est à filia Siō omnis decor eius: facti sunt principes ei' velut arietes nō inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. *Vau.*

7 Recordata est Ierusalē dierū afflictionis suæ, & præuaricationis, omniū desiderabiliū suorū quæ habuerat à diebus antiquis cùm caderet populus eius in manu hostili, & nō esset auxiliator: viderunt eā hostes, & deriserunt sabbatha eius. *Zain.*

8 Peccatum peccauit Ierusalē, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabāt eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum. *Heth.*

9 Sordes eius in pedib. eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorē: vide Dñe afflictionē meam, quoniam erectus est inimicus. *Teth.*

10 Manum suā misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gētes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. *Iod.*

11 Omnis populus eius gemēs, & quærēs panem: dederunt pretiosa quæq. pro cibo ad refocillandā animā: vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis. *Caph.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Lamed. O vos omnes qui trãsitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniã vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. 12

Mem. De excelso misit ignẽ in ossibus meis, & eruditit me: expandit rete pedib. meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. 13

Nun. Vigilauit iugũ iniquitatũ mearũ: in manu eius cõuolutæ sunt, & impositio collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dñs in manũ de qua non potero surgere. 14

Samech. Abstulit oẽs magnificos meos Dñs de medio mei: vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dñs virgini filiæ Iuda. 15

Ain. *Ier. 14, 17.* *Inf. 2, 18.* ¶ Idcirco ego plorãs, & oculus meus deducẽs aquas: quia lõgè factus est à me cõsolator, cõuertẽs animã meam: facti sunt filij mei perditi, qm̃ inualuit inimicus. 16

Phe. Expãdit Siõ manus suas, nõ est qui cõsoletur eã: mãdauit Dñs aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalẽ quasi polluta menstruis inter eos. 17

Sadi. Iustus est Dñs, quia os eius ad iracũdiã prouocaui. audite obsecro vniuersi populi, & videte doloré meũ: virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. 18

Coph. Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me: sacerdotes mei & senes mei in vrbe cõsumpti sunt: quia quæ fierunt cibũ sibi, vt refocillarent animam suam. 19

Res. Vide Dñe quoniã tribulor, conturbatus est vẽter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniã amaritudine plena sum: foris ℵinterficit' gladius, & domi mors similis est. 20

ℵinterfecit 9 MS. ℵorbauit H.C.G. Sin.

Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui cõsoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meũ, lætati sunt, quoniã tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. 21

Thau. Ingrediatur omne malũ eorũ corã te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens. 22

CAP. II.

Aleph. QVomodo obtexit caligine in furore suo Dñs filiã Siõ: proiecit de cælo in terrã inclytã Israël, & non est recordatus scabelli pedum suorũ in die furoris sui? 1

Beth. Præcipitauit Dñs nec pepercit, oĩa speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terrã: polluit regnum, & principes eius. 2

Ghimel. Cõfregit in ira furoris omne cornu Israël: auertit retrorsum dexterã suã à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. 3

Daleth. Tetendit arcũ suum quasi inimicus, firmauit dexterã suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. 4

He. Factus est Dñs velut inimicus: præcipitauit Israël, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatũ & humiliatã. 5

Ver.

Et dissipauit quasi hortũ tentoriũ suũ: demolitus est tabernaculũ suũ: obliuioni tradidit Dñs in Siõ festiuitatẽ & sabbathũ: & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem. 6

Zai.

Repulit Dñs altare suũ, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manus inimici muros turrium eius: vocem dederũt in domo Domini, sicut in die solenni. 7

Heth.

Cogitauit Dñs dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculũ suũ, & nõ auertit manũ suã à perditione: luxitq. antemurale, & murus pariter dissipatus est. 8

Teth.

Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius; regem eius & principes eius in Gentibus: non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. 9

Iod.

Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: cõsperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terrã capita sua virgines Ierusalem. 10

Caph.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. 11

Lamed.

Matribus suis dixerũt, Vbi est triticum & vinum? cùm deficerẽt quasi vulnerati in platẽis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas in ℵsinu' matrum suarum. 12

Mem. H.C.G.

Cui cõparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalẽ? cui exæquabo te, & cõsolabor te virgo filia Siõ? magna est enĩ velut mare cõtritio tua: quis medebitur tui? 13

Nun.

Prophetæ tui viderũt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatẽ tuã, vt te ad pœnitentiã prouocarent: viderũt aũt tibi assumptiones falsas & eiectiones. 14

Sin.

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viã: sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiã Ierusalem, Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decõris, gaudium vniuersæ terræ? 15

Phe.

Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt, ℵDeuorabimus': en ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. 16

Sade.

¶ Fecit Dñs quæ cogitauit, complenit sermonẽ suum quẽ præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. 17

Coph.

Clamauit cor eorũ ad Dñm super muros filiæ Sion: ¶ Deduc quasi torrentẽ lachrymas per diem & noctem: nõ des requiem tibi, neq. taceat pupilla oculi tui. 18

Resch.

Cõsurge, lauda in nocte in principio vigiliarũ: effunde sicut aquã cor tuum ante conspectũ Dñi: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorũ tuorũ qui defecerũt in fame in capite omnium cõpitorum. 19

Vide Dñe, & considera quẽ vindemia-

20

uerit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uerfis ita, ergone comedent mulieres fructum fuũ, paruulos ad mẽſuram palmæ? ſi 'occiditur' in ſanctuario Domini ſacerdos & propheta?

21 Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfeciſti in die furoris tui: percuſſiſti, nec miſertus es.

22 Vocaſti quaſi ad diẽ ſolennem, qui terrerẽt me de circuitu, & nõ fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinquere'tur: quos educaui & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.

CAP. III.

1 EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.

2 Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

3 Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.

4 Veteſtam fecit pellẽ meam & carnem meam, contriuit oſſa mea.

5 Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore.

6 In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.

7 Circumædificauit aduerſum me, vt nõ egrediar: aggrauauit compedem meum.

8 Sed & cùm clamauero & rogauero, excluſit orationem meam.

9 Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit.

10 Vrſus inſidians factus eſt mihi: leo in 'abſconditis'.

11 Semitas meas ſubuertit, & confregit me: poſuit me deſolatam.

12 Tetendit arcũ ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.

13 Miſit in renib. meis filias pharetrę ſuæ.

14 Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota diẽ.

15 Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſinthio.

16 Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

17 Et repulſa eſt *anima mea, oblitus ſum bonorum.

18 Et dixi, Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.

19 Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, abſinthij & fellis.

20 Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

21 Hoc recolens in corde meo, 'ideo' ſperabo.

22 Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

23 'Noui' diluculo, multa eſt fides tua.

24 Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

25 Bonus eſt Dominus ſperãtibus in eum, animæ quærenti illum.

26 Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.

27 Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.

28 Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit *ſuper ſe. *ſe MS. Iod.

29 Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. Q.n. Iod.

30 Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis. Iod.

31 Quia non repellet in ſempiternũ Dñs. Caph.

32 Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundũ multitudinem miſericordiarum ſuarum. Caph.

33 Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum: Caph.

34 Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ, Lamed.

35 Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi, Lamed.

36 Vt peruerteret hominẽ in iudicio ſuo, Dominus ignorauit. Lamed.

37 ¶ Quis eſt iſte qui dixit vt fieret, Domino non iubente? Mem.

38 ¶ Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala nec bona? Amos 3,6. Mem.

39 Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis? Amos 3,6. Mem.

40 Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. Nun.

41 Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos. Nun.

42 Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Nun.

43 Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec peperciſti. Samech.

44 Oppoſuiſti nubẽ tibi, ne trãſeat oratio. Samech.

45 Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorum. Samech.

46 Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici. Phe.

47 Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio & contritio. Phe.

48 Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. Phe.

49 Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quòd non eſſet requies, Ain.

50 Donec reſpiceret & videret Dominus de cælis. Ain.

51 Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Ain.

52 Venatione ceperũt me quaſi auem inimici mei gratis. Sadi.

53 Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me. Sadi.

54 Inundauerunt aquæ ſuper caput meũ: dixi, Perij. Sadi.

55 Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouiſſimo. Coph.

56 Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo, & clamoribus. Coph.

57 Appropinquaſti in die quando inuocauite te: dixiſti, Ne timeas. Coph.

58 Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. Res.

59 Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum. Res.

60 Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me. Res.

61 Audiſti opprobrium eorum Domine, Sin.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnes cogitationes eorũ aduersum me:
Sin. Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die. 62
Sin. Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum. 63
Thau. Reddes eis vicem Domine, iuxtà opera manuum suarum. 64
Thau. Dabis eis scutũ cordis laborem tuum. 65
Thau. Persequêris in furore, & conteres eos sub cælis Domine. 66

CAP. IIII.

Aleph. QVomodo obscuratũ est aurũ, mutatus est color optim⁹, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite oĩum platearũ? 1
Beth. Filij Siõ inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figulĩ? 2
Ghimel. Sed & lamiæ nudauerũt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. 3
Daleth. Adhæsit lingua lactẽtis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. 4
He. Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. 5
Vau. Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum ‖ quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. 6
Ge.19,24 Ier.49,16
Zain. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores: 7
Heth. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum. 8
Teth. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. 9
Iod. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei. 10
Caph. Compleuit Dñs furorem suum, effudit irã indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius. 11
Lamed. Non crediderũt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem: 12
Mem. Propter peccata prophetarũ eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. 13
Nun. Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt sanguine: cumque non pollent*, tenuerunt lacinias suas. 14
*intrare o
Samech. Recedite polluti, clamauerũt eis, recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt & commoti: dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt habitet in eis. 15
Phe. Facies Dñi diuisit eos, non addet vt respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. 16
Ain. Cùm adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrũ vanum, cùm respiceremus attẽti ad gentem quæ saluare* non poterat. 17
*nos MS. q.R.
Sadi. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. 18
19 Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.
20 Spiritus oris nostri Christus Dñs captus est in peccatis nostris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus.
21 Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in Terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atq. nudaberis.
22 Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

ORATIO IEREMIAE.
CAPVT V.

1 REcordare Dñe quid acciderit nobis: intuere & respice oprobrium nostrũ.
2 Hæreditas nostra versa est ad alienos:
3 domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ
4 quasi viduæ. Aquã nostrã pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus.
5 Ceruicibus nostris minabamur, lassis
6 non dabatur requies. Aegypto dedimus manum, & Assyriis: vt saturaremur pane.
7 Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
8 Serui dominati sunt nostri: nõ fuit qui
9 redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie
10 gladij in deserto. Pellis nostra, quasi clibanus, exusta est à facie tẽpestatũ famis.
11 Mulieres in Sion humiliauerũt, &
12 virgines in ciuitatib. Iuda. Principes manu suspensi sunt: facies senũ nõ erubuerunt.
13 Adolescentibus impudicè abusi sunt: &
14 pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentiũ.
15 Defecit gaudiũ cordis nostri: versus
16 est in luctũ chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus.
17 Propterea mœstum factum est cor nostrũ, ideo cõtenebrati sunt oculi nostri,
18 Propter montẽ Siõ quia disperiit: vul-
19 pes ambulauerũt in eo. Tu autẽ Dñe in æternũ permanebis, soliũ tuũ in generatione & generationẽ. Quare in perpetuũ
20 oblivisceris nostri? derelinques nos in lõ-
21 gitudine dierum? ‖ Cõuerte nos Dñe ad te, & conuertemur: innoua dies nostros,
22 sicut à principio. Sed proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

PROPHETIA BARVCH.
CAP. I.

1 ET hæc verba libri quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ in
2 Babylonis, in anno quinto, in septimo die

mensis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

menſis, in tempore quo ceperũt Chaldæi Ieruſalẽ, & ſuccẽderunt eã igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis ad librũ: & ad aures potentiũ filiorũ regũ, & ad aures preſbyterorum, & ad aures populi, à minimo vſq. ad maximũ eorũ omniũ habitãtium in Babylonia, ad flumen Sodi. Qui audientes plorabãt, & ieiunabant, & orabãt in cõſpectu Dñi. Et collegerũt pecuniã, ſecundũ quod potuit vniuſcuiuſq. manus: & miſerũt in Ieruſalẽ ad Ioacim filium Helciæ filij Salon ſacerdotẽ, & ad ſacerdotes, & ad omnẽ populũ qui inuẽti ſunt cũ eo in Ieruſalẽ, cùm 'acciperet' vaſa tẽpli Dñi quę ablata fuerant de tẽplo, reuocare in Terrã Iuda decima die menſis Siban, vaſa argentea quæ fecit Sedecias filius Ioſiæ rex Iuda, poſtea quã cepiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniã, & principes, & 'vinctos, &' potentes, & populũ terræ ab Ieruſalẽ, & duxit eos *in Babylonem. Et dixerũt, Ecce, miſimus ad vos pecunias, de quib. emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad arã Dñi Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorũ ſicut dies cæli ſuper terrã: & vt det Dñs virtutẽ nobis, & illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiã in cõſpectu eorum. Et pro nobiſipſis orate ad Dñm Deũ noſtrũ: quia peccauimus Dño Deo noſtro, & nõ eſt auerſus furor eius à nobis vſq. in hũc diẽ. Et legite librũ iſtũ, quẽ miſimus ad vos recitari in templo Dñi, in die ſolemni, & in die opportuno: & dicetis, ‖ Dño Deo noſtro iuſtitia: nobis autẽ confuſio faciei noſtræ, ſicut eſt dies hæc, omni Iuda & habitãtibus in Ieruſalem, Regibus noſtris, & principibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris, & prophetis noſtris, & patribus noſtris. ‖ Peccauimus ante Dominũ Deũ noſtrũ, & nõ credidimus, diffidentes in eũ: & nõ fuimus ſubiectibiles illi, & nõ audiuimus vocẽ Dñi Dei noſtri, vt ambularemus in mãdatis eius quæ dedit nobis. A die qua eduxit patres noſtros de Terra-Aegypti, vſq. ad diẽ hanc eramus incredibiles ad Dñm Deũ noſtrũ: & diſſipati receſsimus, ne audiremus vocẽ ipſius. ‖ Et adhæſerunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ conſtituit Dñs Moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit patres noſtros de Terra-Aegypti, dare nobis terrã fluẽtem lac & mel, ſicut hodierna die. Et nõ audiuimus vocem Dñi Dei noſtri ſecũdum omnia verba prophetarũ quos miſit ad nos, -& ad iudices noſtros': & abiuimus vnuſquiſq. in enſum cordis noſtri maligni, operari diis alienis, faciẽtes mala ante oculos Dñi Dei noſtri.

CAP. II.

1 PRopter quod ſtatuit Dñs Deus noſter verbũ ſuũ quod locutus eſt ad nos, & ad iudices noſtros qui iudicauerunt *Iſraël, & ad reges noſtros, & ad principes
2 noſtros, & ad omnem Iſraël, & Iuda: vt adduceret Dñs ſup nos mala magna quæ nõ ſunt facta ſub cælo quemadmodũ facta ſunt in Ieruſalẽ, ‖ ſecundùm quę ſcripta ſunt in lege Moyſi, vt manducaret
3 homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ.
4 Et dedit eos ſub manu regũ omniũ qui ſunt in circuitu noſtro in improperiũ & in deſolationẽ, & in omnibus populis in
5 quibus nos diſperſit Dñs. Et facti ſumus ſubtus, & nõ ſupra: quia peccauimus Dño Deo noſtro, non obaudiendo voci ipſius.
6 ‖ Dño Deo noſtro iuſtitia: nobis autem & patribus noſtris cõfuſio faciei, ſicut eſt
7 dies hæc. Quia locutus eſt Dñs ſup nos omnia mala hæc quæ venerũt ſuper nos:
8 & nõ ſumus deprecati faciem Dñi Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſquiſq. noſtrũ
9 à viis noſtris peſsimis. Et vigilauit Dñs in malis, & adduxit ea ſuper nos: quia iuſtus eſt Dñs in omnib. operibus ſuis quæ
10 mandauit nobis: & nõ audiuimus vocẽ ipſius, vt iremus in præceptis Dñi quæ
11 dedit ante faciẽ noſtram. ‖ Et nunc Dñe Deus Iſraël, qui eduxiſti populũ tuum de Terra-Aegypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi
12 nomẽ ſicut eſt dies iſte: peccauimus, impiè egimus, iniquè geſsimus Dñe Deus
13 noſter, in omnibus iuſtitiis tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gentes, vbi diſperſiſti nos.
14 Exaudi Dñe preces noſtras, & orationes noſtras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiã ante faciẽ eorũ qui
15 nos abduxerũt: vt ſciat omnis terra quia tu es Dñs Deus noſter, & quia nomẽ tuũ inuocatũ eſt ſuper Iſraël, & ſuper genus
16 ipſius. ‖ Reſpice Dñe de domo ſancta tua in nos, & inclina aurẽ tuã, & exaudi
17 nos. ‖ Aperi oculos tuos, & vide: quia ‖ nõ mortui qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, da-
18 bũt honorẽ & iuſtificationem Dño: ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine -mali', & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriẽs dat tibi
19 gloriã & iuſtitiã Dño. Quia nõ ſecundũ iuſtitias patrũ noſtrorum nos fundimus -preces, & petimus' miſericordiam ante
20 cõſpectũ tuũ Dñe Deus noſter: ſed quia miſiſti irã tuã, & furorẽ tuũ ſup nos, ſicut locutus es in manu puerorũ tuorũ pro-
21 phetarũ, dicẽs, Sic dicit Dñs, ‖ Inclinate humerũ veſtrũ, & ceruicẽ veſtrã, & opera facite regi Babylonis: & ſedebitis in
22 terra quã dedi patribus veſtris. Quòd ſi non *audieritis vocẽ Dñi Dei veſtri operari regi Babyloniæ: defectionẽ veſtrã faciã de ciuitatib. Iuda, & à foris Ieruſalẽ,

*in MS q.

Deu. 28, 53.

Sup. 1, 15.

Dan. 9, 15.

Deu. 26, 15. Iſa. 63, 15. 64, 9. Pſ. 115, 17.

-1 MS. G.

-10 MS. G.

Ier. 27, 8. 11.

*feceritis nec MS. R. Verùm in G. codicibus nõ legitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& auferā à vobis vocē iucunditatis, & 23
vocē gaudij, & vocē sponsi, & vocē sponsę,
& erit omnis terra sine vestigio ab inha-
bitātibus eam. & nō audierūt vocē tuā, 24
vt operarentur regi Babylonis: & statuisti
verba tua quæ locutus es in manib⁹ pue-
rorū tuorū ꝓphetarū, vt trāsferrētur ossa
regū nostrorū & ossa patrū nostrorum de
loco suo, & ecce proiecta sunt in calore 25
solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in
doloribus pessimis, in fame, & in gladio,
& in emissione. Et posuisti templū, in 26
quo inuocatū est nomē tuū in ipso, sicut
hæc dies, ꝓpter iniquitatē domus Israël,
& domus Iuda. Et fecisti in nobis Dñe 27
Deus noster secundùm omnē bonitatem
tuā, & secundū omnē miserationē tuā il-
lā magnā: sicut locut⁹ es in manu pueri 28
tui Moysi in die qua præcepisti ei scribe-
Leu. 26,14. re legē tuā corā filiis Israël, dicens, ¶ Si 29
Deu. 28,15 nō audieritis vocē meam, multitudo hæc
magna cōuertetur in minimā inter Gen-
tes, quò ego eos dispergā: quia scio quòd 30
me nō audiet populus. populus est enim
dura ceruice: & cōuertetur ad cor suū in
terra captiuitatis suæ: & scient quia ego 31
sum Dñs Deus eorum, & dabo eis cor, &
intelligēt: & aures, & audient. Et lauda- 32
bunt me in terra captiuitatis suæ, & me-
mores erūt nominis mei. Et auertent se 33
à dorso suo duro, & à malignitatibus suis:
quia reminiscētur viā patrū suorū q̄ pec-
cauerūt in me. Et reuocabo illos in ter- 34
rā quā iuraui patrib. eorū Abrahā, Isaac,
& Iacob, & dominabūtur eius: & multi-
plicabo eos, & nō minorabuntur. Et sta- 35
tuā illis testamentū alterū sempiternum,
vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in
populū: & nō mouebo amplius populum
meum filios Israël à terra quā dedi illis.

CAP. III.

ET nunc Dñe omnipotēs, Deus Israël, 1
anima in angustiis, & spiritus anxius
clamat ad te: audi Dñe, & miserere, quia 2
Deus es misericors, & miserere nostri:
quia peccauimus antē te. Quia tu sedes 3
in sempiternū, & nos peribimus in æuū?
Dñe omnipotēs, Deus Israël, audi nunc 4
orationē mortuorū Israël, & filiorū ipso-
rū, qui peccauerūt ante te, & nō audierūt
vocē Dñi Dei sui, & agglutinata sunt no-
bis mala. Noli meminisse iniquitatū pa- 5
trū nostrorū, sed memento manus tuæ &
nominis tui in tempore isto: quia tu es 6
Dñs Deus noster, & laudabimus te Dñe:
quia propter hoc dedisti timorē tuū in 7
cordibus nostris, & vt inuocemus nomen
tuū, & laudemus te in captiuitate nostra,
quia conuertimur ab iniquitate patrum
nostrorū qui peccauerūt ante te. Et ecce 8
nos in captiuitate nostra sumus hodie;
quia nos dispersisti in improperium, & in
maledictū, & in peccatū, secundū oēs ini-
quitates patrū nostrorū qui recesserūt à te
Dñe Deus noster. Audi Israël mandata 9
vitæ: auri⁹ percipe, vt sciatis prudentiā.

10 Quid est Israël quòd in terra inimico-
11 rum es? inueteraſti in terra aliena, coin-
quinatus es cū mortuis: deputatus es cū
12 descēdentibus in infernum. Dereliquisti
13 fontē sapiētiæ. nā si in via Dei ambula-
ſſes, habitasses vtiq. in pace super terram.
14 Disce vbi sit prudētia, vbi sit virt⁹, vbi
sit intellectus: vt scias simul vbi sit lon-
giturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen
15 oculorū, & pax. Quis inuenit locū eius?
16 & quis intrauit in thesauros eius? Vbi
sunt principes Gentiū, & qui dominātur
17 sup bestias quæ sunt super terrā? qui in
18 auibus cæli ludūt, qui argentū thesau-
rizāt, & aurū in quo cōfidūt homines, &
nō est finis acquisitionis eorū? qui argen-
tū fabricāt & soliciti sunt, nec est inuen-
19 tio operū illorū? exterminati sunt, & ad
inferos descēderūt, & alij loco eorum ex-
20 urrexerūt. Iuuenes viderūt lumē, & ha-
bitauerūt super terrā: viā autē disciplinæ
21 ignorauerunt, neq. intellexerūt semitas
eius, neq. filij eorū susceperunt eā, à facie
22 ipsorum longè facta est: non est audita in
Terra-Chanaā, neq. visa est in Theman.
23 Filij quoq. Agar qui exquirūt prudētiā
quæ de terra est, negotiatores terræ, &
Theman, & fabulatores, & exquisitores
prudētiæ & intelligētiæ: viā autē sapien-
tiæ nescierunt; neq. cōmemorati sunt se-
24 mitas ei⁹. O Israël, quàm magna est do-
mus Dei, & ingēs locus possessionis eius!
25 Magn⁹ est, & nō habet finē: excelsus &
26 immēsus. Ibi fuerūt gigantes nominati
illi qui ab initio fuerunt, statura magna,
27 scientes bellum. Nō hos elegit Dñs, neq.
viā disciplinæ inuenerūt: propterea per-
28 ierūt. Et qm̄ nō habuerūt sapientiā, in-
29 terierūt propter suā insipientiam. Quis
ascēdit in cælū & accepit eam, & deduxit
30 eā de nubibus? Quis transfretauit mare,
& inuenit illā, & attulit illā super aurum
31 electū? Nō est qui possit scire vias eius,
32 neq. qui exquirat semitas eius: sed qui
scit vniuersa, nouit eā, & adinuenit eam
prudentia sua: qui præparauit terram in
æterno tēpore, & repleuit eā pecudibus &
33 quadrupedibus: qui emittit lumē, & va-
dit: & vocauit illud, & obedit illi in tre-
34 more. Stellæ autē dederūt lumen in cu-
35 stodiis suis, & lætatæ sunt: vocatę sunt,
& dixerūt, Adsumus: & luxerunt ei cum
36 iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus
noster, & non æstimabitur alius aduersus
37 eū. Hic adinuenit omnē viā disciplinæ,
& tradidit illā Iacob puero suo, & Israël
38 dilecto suo. Post hæc in terris visus est,
& cum hominibus conuersatus est.

CAP. IIII.

1 HIc liber mādatorū Dei, & lex quę est
in æternū: oēs qui tenēt eam, perue-
nēt ad vitā: qui autē dereliquerunt eā, in
2 mortem. Cōuertere Iacob, & apprehēde
eā, ambula per viā ad splendorē ei⁹ cōtra
3 lumē eius. Ne tradas alteri gloriā tuā, &
4 dignitatē tuā genti alienæ. Beati sumus
Israël

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Israël: quia quæ Deo placent, manifesta
sunt nobis. Animæquior esto populus 5
Dei, memorabilis Israël: venũdati estis 6
Gẽtibus, nõ in ꝓditionẽ: sed ꝓpter quod
in ira Dei ad iracundiã ꝓuocastis Dñm,
traditi estis aduersariis. Exacerbastis e- 7
nim eũ qui fecit vos, Deũ ẽternũ, immo-
lãtes dæmoniis, & nõ Deo. Oblíti enim 8
estis eum qui nutriuit vos, & cõtristastis
nutritẽ vestrã Ierusalẽ. Vidit enim ira- 9
cundiã à Deo veniẽtẽ vobis, & dixit: Au-
dite ᵛᵉ cõfines Siõ, adduxit enim mihi Deꝰ
luctũ magnũ: vidi enim captiuitatẽ po- 10
puli mei, filiorũ meorũ & filiarum, quam
superduxit illis æternus. Nutriui enim 11
illos cũ iucunditate: dimisi autẽ illos cũ
fletu & luctu. Nemo gaudeat super me 12
viduã & desolatã: à multis derelicta sum
ꝓpter peccata filiorũ meorũ, quia decli-
nauerũt à lege Dei. Iustitias autẽ ipsius 13
nescierũt, nec ambulauerũt per vias mã-
datorũ Dei, neq. per semitas veritatis eiꝰ
cũ iustitia ingressi sunt. Veniãt cõfines 14
Siõ, & memorentur captiuitatẽ filiorũ &
filiarũ mearũ, quã superduxit illis æter-
nus. Adduxit enim sup illos gẽtẽ de lõ- 15
ginquo, gẽtẽ improbã, & alterius linguæ:
qui nõ sunt reuerĩti senẽ, neq puerorũ 16
miserti sunt; & adduxerũt dilectos viduę,
& à filiis vnicã desolauerũt. Ego autẽ 17
quid possum adiuuare vos? Qui enim 18
adduxit super vos mala, ipse vos eripiet
de manibꝰ inimicorũ vestrorũ. Ambu- 19
late filij, ambulate: ego enim derelicta sũ
sola. Exui me stola pacis, indui autẽ me 20
sacco obsecrationis; & clamabo ad Altis-
simũ in diebꝰ meis. Animæquiores esto- 21
te filij, clamate ad Dñm, & eripiet vos de
manu principum inimicorũ. Ego enim 22
speraui in æternũ salutẽ vestrã: & venit
mihi gaudiũ à sancto super misericordia,
quæ veniet vobis ab æterno salutari no-
stro. Emisi enim vos cũ luctu & plora- 23
tu: reducet autẽ vos mihi Dñs cũ gaudio
& iucũditate in sempiternũ. Sicut enim 24
viderunt vicinæ Siõ captiuitatẽ vestrã à
Deo: sic videbũt & in celeritate salutem
vestrã à Deo, quæ superueniet vobis cũ
honore magno, & splẽdore æterno. Filij 25
patiẽter sustinete irã, quæ superuenit vo-
bis: persecutus est enim te inimicus tuꝰ,
sed citò videbitis perditionẽ ipsius: & su-
per ceruices ipsius ascẽdes. Delicati mei 26
ambulauerũt vias asperas: ducti sunt e-
nim vt grex direptus ab inimicis. Ani- 27
mæquiores estote filij, & proclamate ad
Dñm: erit enim memoria vestra ab eo
qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus 28
vester vt erraretis à Deo: decies tantùm
iterũ cõuertẽtes requiretis eũ. Qui enim 29
induxit vobis mala, ipse rursum adducet
vobis sempiternã iucunditatẽ cũ salute
vestra. Animæquior esto Ierusalẽ: ex- 30
hortatur enim te qui te nominauit. No- 31
strẽtes peribũt, qui te vexauerũt: & q̃ gra-
tulati sunt in tua ruina, puniẽtur. ciui- 32
tates quibus seruierũt filij tui, puniẽtur:
& quæ accepit filios tuos. Sicut enim 33
gauisa est in tua ruina, & lætata est in ca-
su tuo: sic cõtristabitur in sua desolatio-
ne. Et amputabitur exultatio multitu- 34
dinis eius, & gaudimoniũ eius erit in lu-
ctũ. Ignis enim superueniet ei ab æter- 35
no in lõgiturnis diebus, & habitabitur à
dæmoniis in multitudine tẽporis. ¶ Circ- 36 Infr. 5,5.
cũspice Ierusalẽ ad Orientẽ, & vide iu-
cunditatẽ à Deo tibi veniẽtẽ. Ecce enim 37
veniunt filij tui quos dimisisti dispersos:
veniunt collecti ab Oriente vsq. ad Oc-
cidentẽ, in verbo sancti gaudentes in ho-
norem Dei. CAP. V.

EXue te Ierusalẽ stola luctus & vexa- 1
tionis tuæ: & indue te decõre & ho-
nore eius quæ à Deo tibi est sempiterna
gloria. Circũdato te diploide à Deo iu- 2
stitiæ, & impone mitrã capiti tuo hono-
ris æterni. Deus enim ostendet splẽdo- 3
rẽ suũ in te, qui sub cælo est. Nominabi-
tur enim tibi nomẽ tuũ à Deo in sem-
piternum, Pax iustitiæ & honor pietatis.
Exurge Ierusalem, & sta in excelso: & 5 Sup. 4,36.
¶ circũspice ad Orientẽ, & vide collectos
filios tuos ab Oriẽte sole vsq. ad Occi-
dentẽ, in verbo sancti gaudẽtes Dei me-
moria. Exierũt enim abs te pedibꝰ du- 6
cti ab inimicis: adducet autẽ illos Dñs
ad te portatos in honorẽ sicut filios regni.
Cõstituit enim Deus humiliare omnẽ 7
montẽ excelsum, & rupes perẽnes, & cõ-
ualles replere in equalitatẽ terræ: vt am-
bulet Israël diligenter in honorem Dei.
Obumbrauerũt autẽ & syluæ, & omne 8
lignũ suauitatis Israël mãdato Dei. Ad- 9
ducet enim Deus Israël cũ iucũditate in
lumine maiestatis suæ cũ misericordia &
iustitia quæ est ex ipso. CAP. VI.

Exemplar epistolæ quã misit Ieremias 1 abᵃ abductos 14 MS. R. Q. n.
abᵃ abducẽdos' captiuos in Babyloniã à
Rege Babyloniorum, vt annunciaret illis
secundũ quod præceptum est illi à Deo.
PRopter peccata quæ peccastis ante 1 Iere. 25, 9.
Deũ, abducemini in Babyloniã capti-
ui à Nabuchodonosor rege Babyloniorũ. Ingressi itaq. in Babylonẽ, eritis ibi 2
annis plurimis & tẽporibus longis vsque
ad generationes septẽ: post hoc autẽ edu- 3 Isa. 44, 10. 46, 6. 7.
cã vos inde cũ pace. ¶ Nũc autẽ videbi-
tis in Babylonia deos aureos & argẽteos,
& lapideos & ligneos in humeris portari,
ostentantes metũ Gẽtibus. Videte ergo 4
ne & vos similes efficiamini factis alie-
nis, & metuatis, & metus vos capiat in
ipsis. Visa itaq. turba de retro & ab ante 5
adorantes, dicite in cordibus vestris, Te
oportet adorari Dñe. Angelꝰ enim meus 6
vobiscũ est: ipse autẽ exquiram animas
vestras. Nam lingua ipsorũ polita à fa- 7
bro, ipsa etiã inaurata & inargẽtata falsa
sunt: & nõ possunt loqui. Et sicut vir- 8
gini amanti ornamenta: ita accepto auro
fabricati sunt. Coronas certè aureas ha- 9
bẽt sup capita sua dij illorum: vnde sub-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

trahunt ſacerdotes ab eis aurũ & argẽtũ, & erogãt illud in ſemetipſis. Dant autẽ 10
& ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornãt: & iterũ cũ receperint illud à meretricib⁹, ornãt deos ſuos. Hi autẽ nõ liberantur 11
ab ærugine & tinea. Opertis autem illis 12
veſte purpurea, extergũt faciẽ ipſorũ propter puluerẽ domus, qui eſt plurimus inter eos. Sceptrum autẽ habet vt homo, 13
ſicut iudex regionis, qui in ſe peccantem nõ interficit. Habet etiã in manu gladiũ 14
& ſecurim: ſe autẽ de bello & à latronibus nõ liberat. Vnde vobis notũ ſit quia
nõ ſunt dij. Nõ ergo ‖ veneremini' eos. 15
Sicut enim vas hominis cõfractũ inutile efficitur: tales ſunt & dij illorũ. Cõſtitutis illis in domo, oculi eorũ pleni ſunt 16
puluere à pedibus introeuntiũ. Et ſicut 17
alicui qui regẽ offendit, circũſeptæ ſunt ianuæ, aut ſicut ad ſepulchrũ adductum mortuum: ita tutantur ſacerdotes oſtia clauſuris & ſeris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accẽdunt illis, & qui- 18
dẽ multas, ex quib⁹ nullã videre poſſunt: ſunt autẽ ſicut trabes in domo. Corda 19
verò eorũ dicũt elingere ſerpentes qui de terra ſunt, dũ cõedunt eos & veſtimentũ ipſorũ, & nõ ſentiũt. Nigræ fiunt facies 20
eorum à fumo, qui in domo fit. Supra 21
corpus eorũ, & ſupra caput eorũ volant noctuæ & hirundines, & aues etiã, ſimiliter & cattæ. Vnde ſciatis quia non ſunt 22
dij. Ne ergo timueritis eos. Aurũ etiam 23
quod habẽt, ad ſpeciẽ eſt. Niſi aliquis exterſerit æruginẽ, nõ fulgebũt: neq. enim
dũ conflarentur, ſentiebant. ‖ Ex omni 24
pretio empta ſunt, in quibus ſpiritus nõ ineſt ipſis. Sine pedibus ‖ in humeris 25
portãtur, oſtentãtes ignobilitatẽ ſuã hominibus. Cõfundãtur etiã qui colunt ea.
Propterà ſi ceciderint in terrã, à ſemet- 26
pſis nõ cõſurgunt: neq. ſi quis eũ ſtatuerit rectũ, per ſemetipſum ſtabit: ſed ſicut mortuis ‖ munera eorũ' illis apponẽtur.
Hoſtias illorũ vendũt ſacerdotes ipſo- 27
rum, & abutuntur: ſimiliter & mulieres eorũ decerpentes, neq. infirmo, neq. mẽdicanti aliquid impertiũt, de ſacrificiis 28
eorũ fœtę & menſtruatæ cõtingũt. Sciẽtes itaq. ex his quia non ſunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocantur dij? Quia 29
mulieres apponũt diis argẽteis & aureis, & ligneis: & in domibus eorũ ſacerdo- 30
tes ſedẽt, habẽtes tunicas ſciſſas, & capita & barbã raſam, quorũ capita nuda ſunt.
Rugiũt autẽ clamãtes cõtra deos ſuos, 31
ſicut in cœna mortui. Veſtimenta eorũ 32
auferũt ſacerdotes, & veſtiũt vxores ſuas & filios ſuos. Neq. ſi quid mali patiun- 33
tur ab aliquo, neq. ſi quid boni, poterunt retribuere: neq. regẽ cõſtituere poſſunt, neq. auferre. Similiter neq. dare diui- 34
tias poſſunt, neque malum retribuere. Si quis illis votũ vouerit, & nõ reddiderit: neq. hoc requirũt. Hominẽ à morte nõ 35
liberãt, neq. infirmũ à potẽtiori eripiũt.

36 Hominẽ cæcũ, ad viſum nõ reſtituunt: de neceſsitate hominem nõ liberabunt.
37 Viduæ nõ miſerebũtur, neq. orphanis
38 benefaciẽt. Lapidibus de monte ſimiles ſunt dij illorũ, lignei & lapidei, & aurei & argẽtei. Qui autẽ colũt ea, cõfundentur.
39 Quomodo ergo æſtimandũ eſt, aut di-
40 cendũ illos eſſe deos? Adhuc enim ipſis Chaldæis nõ honorãtibus ea: qui cũ audierint mutũ nõ poſſe loqui, offerunt il-
41 lud ad Bel, poſtulãtes ab eo loqui: quaſi poſsint ſentire qui nõ habẽt motũ: & ipſi cùm intellexerint, relinquẽt ea: ſenſum
42 enim nõ habẽt ipſi dij illorũ. Mulieres autẽ circũdatę funibus, in viis ſedẽt, ſuc-
43 cendẽtes oſſa oliuarũ. Cùm autẽ aliqua ex ipſis attracta ab aliquo tranſeũte dormierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat quòd ea non ſit digna habita, ſicut ipſa,
44 neq. funis eius diruptus ſit. Omnia autem quæ illis fiunt, falſa ſunt. Quomodo æſtimandũ aut dicẽdũ eſt illos eſſe deos?
45 A fabris aũt & ab aurificibus facta ſũt. Nihil aliud erũt, niſi id quod volunt eſſe
46 ſacerdotes. Aurifices etiã ipſi qui ea faciũt, nõ ſunt multi tẽporis. Nũquid ergo poſſunt ea quæ fabricata ſunt ab ipſis,
47 eſſe dij? Reliquerũt autẽ falſa & oppro-
48 briũ poſtea futuris. Nã cũ ſuperuenerit illis prœliũ, & mala: cogitãt ſacerdotes ‖ poſt ſe', vbi ſe abſcondant cum illis.
49 Quomodo ergo ſentiri debeant, qm̃ dij ſunt, qui nec de bello ſe liberãt, neque de
50 malis ſe eripiunt? Nã cùm ſint lignea, & inaurata, & inargentata, ſcietur poſtea quia falſa ſunt, ab vniuerſis gẽtibus & regibus: quæ manifeſta ſunt quia nõ ſunt dij, ſed opera manuũ hominũ, & nullum
51 Dei opus cũ illis. Vnde ergo notũ eſt, quia nõ ſunt dij, ſed opera manuum ho-
52 minũ, & nullũ Dei opus in ipſis eſt? Regẽ regioni nõ ſuſcitant, neq. pluuiã ho-
53 minibus dabũt. Iudiciũ quoq. nõ diſcernent, neq. regiones liberabũt ab iniuria: quia nihil poſſunt, ſicut corniculæ inter
54 mediũ cæli & terræ. Etenim cùm inciderit ignis in domũ deorũ ligneorum, & argenteorũ, & aureorũ, ſacerdotes quidẽ ipſorũ fugiẽt, & liberabuntur: ipſi verò
55 ſicut trabes in medio cõburentur. Regi autẽ & bello nõ reſiſtent. Quomodo ergo æſtimandũ eſt, aut recipiendum quia dij
56 ſunt? Nõ à furibus, neq. à latronibus ſe liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargẽtati, quibus iniqui fortiores
57 ſunt. Aurũ & argẽtũ, & veſtimentũ quo operti ſunt, auferẽt illis, & abibũt, nec ſi-
58 bi auxiliũ ferẽt. Itaq. melius eſt eſſe regẽ oſtẽtantẽ virtutẽ ſuã: aut vas in domo vtile, in quo gloriabit qui poſsidet illud: vel oſtiũ in domo, quod cuſtodit quæ in
59 pace ſunt: quã falſi dij. Sol quidẽ & luna, ac ſidera, cùm ſint ſplẽdida & emiſſa
60 ad vtilitates, obaudiũt. Similiter & fulgur cùm apparuerit, perſpicuum eſt: idipſum autem & ſpiritus in omni regione

ſpirat.

Ieremias 10,6,7.
Sup. 6,3.
‖ timueritis MS. G.
‖ humerio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

spirat. Et nubes quibus cū imperatum 61
fuerit à Deo perambulare in vniuersum
orbē, perficiūt quod imperatum est eis.
Ignis etiā missus désuper vt consumat 62
montes & syluas, facit quod præceptū est
ei. Hęc autē, neq. speciebus, neque virtu- 63
tibus vni eorū similia sunt. Vnde neq.
existimandū est, neq. dicendum illos esse
deos, quādo nō possunt neque iudiciū iu-
dicare, neque quicquā facere hominib⁹.
Scientes itaq. quia nō sunt dij, ne ergo 64
timueritis eos. Neq. enim regibus ma- 65
ledicēt, neq. benedicēt. Signa etiā in cæ- 66
lo Gētibus nō ostēdunt, neq. vt sol luce-
bunt, neq. illuminabūt vt luna. Bestiæ 67
meliores sunt illis, quę possūt fugere sub
tectū, ac prodesse sibi. Nullo itaq. mo- 68
do nobis est manifestum quia sunt dij:
propter quod ne timeatis eos. Nā sicut 69
in cucumerario formido nihil custodit:
ita sunt dij illorū lignei, & argētei, & in-
aurati. Eodē modo & in horto spina al- 70
ba, supra quā omnis auis sedet. Similiter
& mortuo proiecto in tenebris similes
sunt dij illorū lignei, & inaurati, & inar-
gētati. A purpura quoque & marmore, 71
quæ supra illos teneāt, scietis itaq. quia
nō sunt dij. Ipsi etiā postremò comedū-
tur, & erunt opprobriū in regione. Me- 72
lior est homo iust⁹ qui nō habet simula-
chra: nam erit longè ab opprobriis.

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAP. I.

FT factum est in tricesimo anno, in 1
quarto, in quinta mēsis, cùm essem
in medio captiuorū ‖ iuxta fluuium
Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones
Dei. In quinta mensis, ipse est annus 2
quintus transmigrationis regis Ioachin,
factū est verbū Dñi ad Ezechielē filiū 3
Buzi sacerdotē in terra Chaldæorū, ‖ se-
cus flumē Chobar: & facta est super eum
ibi manus Dñi. Et vidi, & ecce ventus 4
turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes
magna, & ignis inuoluens, & splendor in
circuitu ei⁹: & de medio ei⁹ quasi species
electri, id est, de medio ignis: & ex me- 5
dio eius similitudo quatuor animaliū: &
hic aspectus eorum, similitudo hominis
in eis. Et quatuor facies vni: & qua- 6
tuor pennæ vni. Et pedes eorum pedes 7
recti, & plāta pedis eorū quasi planta pe-
dis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris
cādētis. Et man⁹ hominis sub pēnis eo- 8
rū in quatuor partibus: & facies & pēnas
p quatuor partes habebāt. Iūctæq. erāt 9
pēnæ eorū alteri⁹ ad alterū. non reuerte-
bātur cū incederēt: sed vnūquodq. ante
faciē suā gradiebatur. Similitudo autē 10
vult⁹ eorū, facies hominis: & facies leo-
nis à dextris ipsorū quatuor: facies autē
bouis, à sinistris ipsorū quatuor: & facies
aquilę désup' ipsorū quatuor. Et facies 11
eorū, & pēnę eorū extētę désup: duę pē-
næ singulorū iūgebātur, & duæ tegebant
12 corpora eorū: & vnūquodque eorū corā
facie sua ambulabat: vbi erat impet⁹ spi-
ritus, illuc gradiebātur: nec reuertebātur
13 cū ambularēt. Et similitudo animaliū,
& aspectus eorū quasi carbonū ignis ar-
dentiū, & quasi aspectus lāpadarū. Hæc
erat visio discurrēs in medio animalium,
splēdor ignis, & de igne fulgur egrediens.
14 Et animalia ibāt, & reuertebātur in si-
15 militudinē fulguris coruscātis. Cumq.
aspicerē animalia, apparuit rota vna sup
terrā iuxta animalia, habens qnatuor fa-
16 cies. & aspectus rotarū, & opus earum,
quasi visio maris: & vna similitudo ipsa-
rū quatuor: & aspect⁹ earū & opera, quasi
17 sit rota in medio rotæ. Per quatuor par-
tes earū eūtes ibāt: & nō reuertebātur cū
18 ambularēt. Statura quoq. erat rotis, &
altitudo, & horribilis aspectus: ‖ & totū Inf. 9, 12.
corpus oculis plenū in circuitu ipsarum
19 quatuor. Cūq. ambularēt animalia, am-
bulabāt pariter & rotæ iuxta ea: & cū ele-
uarētur animalia de terra, eleuabātur si-
20 mul & rotæ. Quocūq. ibat spirit⁹, illuc
eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabātur,
sequentes eū. Spiritus enim vitæ erat in
21 rotis. Cū eūtibus ibāt, & cū stātib. sta-
bāt: & cū eleuatis à terra, pariter eleuabā-
tur & rotæ, sequētes ea: quia spiritus vitę
22 erat in rotis. Et similitudo super capita
animaliū, firmamēti, quasi aspectus cry-
stalli horribilis, & extēti super capita eo-
23 rū désuper. Sub firmaméto autē pennæ
eorū rectæ alterius ad alterū: vnūquodq.
duabus alis velabat corpus suū, & alterū
24 similiter velabatur. Et audiebā sonū a-
larū, quasi sonū aquarū multarum, quasi
sonū sublimis Dei cū ambularent, quasi
sonus erat multitudinis vt sonus castro-
rū. cūq. starēt, demittebātur pēnæ eorū.
25 Nā cū fieret vox sup firmamētū quod
erat super caput eorū, stabant, & submit-
26 tebāt alas suas: Et super firmamentum
qđ erat imminēs capiti eorū, quasi aspe-
ctus lapidis sapphiri similitudo throni: &
sup similitudinē throni, similitudo quasi
27 aspectus hominis désuper. Et vidi qua-
si speciē electri, velut aspectum ignis in-
trinsecus eius per circuitū: à lūbis ei⁹ &
désuper, & à lūbis eius vsq. deorsum, vidi
quasi speciē ignis splēdentis in circuitu.
28 Velut aspectū arcus cùm fuerit in nu-
be in die pluuiæ, hic erat aspectus splen-
doris per gyrum. CAP. II.

1 HAec visio similitudinis gloriæ Dñi.
& vidi, & cecidi in faciē meā, & au-
diui vocem loquētis. Et dixit ad me, Fili
hoīs sta super pedes tuos, & loquar tecū.
2 Et ingressus est in me spirit⁹ postq̄ lo-
cutus est mihi, & statuit me supra pedes
3 meos: & audiui loquētē ad me, & dicē-
tē, Fili hoīs, mitto ego te ad filios Israël, * ipsi & 1
ad Gentes apostatrices, quæ recesserunt à MS. Hier.
me: *patres eorū prævaricati sunt pactū H. G. C.
4 meū vsq. ad diē hāc. Et filij dura facie &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deꝰ,
Si fortè vel ipsi audiãt, & si fortè quiescãt, quoniã domꝰ exasperãs est: & scient quia ꝓpheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neq. sermones eorũ metuas: qm̃ increduli & subuersores sunt tecũ, & cũ scorpionib. habitas. verba eorũ ne timeas, & vultꝰ eorũ ne formides: quia domus exasperans est.
Loquêris ergo verba mea ad eos, si fortè audiãt, & quiescãt: quoniã irritatores sunt. Tu aũt fili hominis audi quæcũq. loquor ad te: & noli esse exasperãs sicut domus exasperatrix est: aperi os tuũ, & comede quæcunq. ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber: & expãdit illũ corã me, ‖ qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erãt in eo lamentationes, & carmen, & væ.

Apo. 5, 1.

CAP. III.

ET dixit ad me, Fili hominis quodcũq. inueneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israël.
Et aperui os meũ, & cibauit me volumine illo: & dixit ad me, Fili hominis vẽter tuus comedet, & viscera tua cõplebũtur volumine isto, qđ ego do tibi. ‖ Et comedi illud: & factũ est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me, Fili hominis vade ad domum Israël, & loquêris verba mea ad eos. Nõ enim ad populũ ꝓfundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domũ Israël: neq. ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguę, quorum nõ possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirẽt te. Domus aũt Israël nolũt audire te: quia nolũt audire me. oĩs quippe domꝰ Israël attrita frõte est, & duro corde. Ecce, dedi faciẽ tuã valẽtiorẽ facieb. eorũ, & frontẽ tuã duriorẽ frõtib. eorũ. Vt adamãtẽ & vt silicẽ dedi faciẽ tuã: ne timeas eos, neque metuas â facie eorũ: quia domus exasperãs est. Et dixit ad me, Fili hoĩs, oẽs sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo, & auribꝰ tuis audi: & vade, ingredere ad trãsmigrationẽ ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices eis, Hæc dicit Dñs Deus: si fortè audiãt & quiescãt. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocẽ commotionis magnę, Benedicta gloria Dñi de loco suo. & vocẽ alarũ animaliũ percutientium alterã ad alterã, & vocẽ rotarũ sequentiũ animalia, & vocẽ commotionis magnæ. Spiritus quoq. leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Dñi erat mecum, cõfortãs me. Et veni ad trãsmigrationẽ ad Aceruũ nouarũ frugũ, ad eos qui habitabãt iuxta flumẽ Chobar: & sedi vbi illi sedebãt: & mãsi ibi septẽ dieb. mœrẽs in medio eorũ. Cũ aũt pertrãsissent septẽ dies, factũ est verbũ Dñi ad me, dicens, ‖ Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israël: & audies de ore meo verbũ, & annũtiabis eis ex me. Si dicente me ad impiũ, Morte morieris: nõ annũtiaueris ei, neq. locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Si aũt tu annũtiaueris impio, & ille nõ fuerit cõuersꝰ ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidẽ in iniquitate sua morietur, tu aũt animã tuã liberasti. Sed & si cõuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatẽ: ponã offendiculũ corã eo, ipse morietur: quia nõ annuntiasti ei, in peccato suo morietur, & nõ erũt in memoria iustitiæ eiꝰ quas fecit: sanguinẽ verò eiꝰ de manu tua requirã. Si aũt tu annũtiaueris iusto vt nõ peccet iustꝰ, & ille nõ peccauerit: viuẽs viuet, quia annũtiasti ei, & tu animã tuã liberasti. Et facta est super me manus Dñi, & dixit ad me, Surgẽs egredere in cãpum, & ibi loquar tecũ. Et surgẽs egressꝰ sum in cãpũ: & ecce ibi gloria Dñi stabat, quasi gloria ‖ quã vidi iuxta fluuiũ Chobar: & cecidi in faciẽ meã. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me sup pedes meos: & locutꝰ est mihi, & dixit ad me, Ingredere, & includere in medio domꝰ tuæ. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabũt te in eis: & non egredieris in medio eorũ. Et linguã tuã adhęrere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperãs est. Cùm autẽ locutus fuero tibi, aperiã os tuum, & dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

Inf. 33, 7.

CAP. IIII.

ET tu fili hominis, sume tibi laterẽ, & pones eũ corã te: & describes in eo ciuitatẽ Ierusalẽ. Et ordinabis aduersus eã obsidionẽ, & ædificabis munitiones, & cõportabis aggerẽ, & dabis contra eã castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginẽ ferreã, & pones eã *mu rũ ferreũ inter te & inter ciuitatẽ: & obfirmabis faciẽ tuã ad eã, & erit in obsidionẽ, & circundabis eã: signũ est domui Israël. Et tu dormies super latus tuũ sinistrũ, & pones iniquitates domus Israël super eo numero dierũ quibus dormies super illud, & assumes *iniquitatẽ eorũ. Ego aũt dedi tibi annos iniquitatis eorũ, numero dierũ trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatẽ domꝰ Israel. Et cùm cõpleueris hæc, dormies super latus tuũ dexterum secundò: & assumes ‖ iniquitatẽ domꝰ Iuda quadraginta diebus diẽ pro anno, diẽ, inquã, pro anno dedi tibi. Et ad obsidionẽ Ierusalẽ cõuertes faciẽ tuã, & brachiũ tuũ* erit extensum: & prophetabis aduersus eã. Ecce, circundedi te vinculis: & nõ te cõuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ. Et tu sume tibi frumentũ, & hordeũ, & fabã, & lentẽ, & mi-

*in MS. R.

*iniquitates MS. G. C. Numero cõsentiunt legũt Hier. & H. Nu. 14, Numerum autem MS. Hier. dissentium H. vehementiũ G. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum, & vicia: & mittes ea in vas vnū, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies superlat⁹ tuū: trecētis & nonaginta diebus comedes illud. Cibus aūt tuus quo vescēris, erit in pondere viginti sicles in die: à tēpore vsq. ad tēpus cōedes illud. Et aquā in mēsura bibes, sēxtā partē hin: à tēpore vsq ad tēpus bibes illud. Et quasi subcinericiū hordeaceū comedes illud: & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorū.

Et dixit Dñs, Sic comedent filij Israēl panē suū pollutū inter gētes ad quas eiciā eos. Et dixi, Ah, ab, ah, Dñe De⁹, ecce anima mea nō est polluta, & morticinū, & laceratū à bestiis nō comedi ab infantia mea vsq. nūc, & non est ingressa in os meū omnis caro immūda. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimū boū ℔ sterc. humanis: & facies panē tuū in eo.

Et dixit ad me, Fili hominis, ‖ ecce ego cōterā baculū panis in Ierusalē: & cōedēt panē in pondere, & in solicitudine: & aquā in mēsura, & in angustia bibēt:

Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisq. ad fratrē suū, & cōtabescant in iniquitatibus suis. CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium acutū, radentē pilos: & assumes eū, & duces per caput tuū, & per barbā tuā: & assumes tibi statēram pōderis, & diuides eos. Tertiā partē igni cōbures in medio ciuitatis, iuxta cōpletionē dierum obsidionis: & assumes tertiā partē, & cōcides gladio in circuitu eius: tertiā verò aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruū numerū: & ligabis eos in summitate pallij tui.

Et ex eis rursum tolles, & proicies eos in medio ignis, & cōbures eos igni: & ex eo egredietur ignis in oēm domū Israēl.

Hæc dicit Dñs Deus, Ista est Ierusalē, in medio Gentiū posui eā, & in circuitu eius terras. Et cōtempsit iudicia mea, vt plus esset impia quā Gētes: & præcepta mea vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerūt, & in præceptis meis nō ambulauerūt. Idcirco hæc dicit Dñs Deus, Quia superastis Gētes quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis nō ambulastis, & iudicia mea nō fecistis, & iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu vestro sunt, non⁹ estis operati: Ideò hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego ad te, & ipse ego faciā in medio tui iudicia in oculis Gētium: & faciā in te quod nō feci, & quib. similia vltrà nō faciā propter omnes abominationes tuas. Ideò patres comedēt filios in medio tui, & filij comedēt patres suos: & faciā in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in oēm ventum. Idcirco viuo ego, dicit Dñs Deus, Nisi pro eo quòd sanctū meū violasti in omnib. offensionib. tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoq. confringā, & nō parcet oculꝰ meus, & non miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiā verò partē tuā in omnē ventū dispergā, & gladiū euaginabo post eos. Et cōplebo furorē meū, & requiescere faciā indignationē meā in eis, & cōsolabor: & scient quia ego Dñs locutus sum in zelo meo, cū impleuero indignationē meā in eis. Et dabo te in desertū & in opprobriū gētibus quę in circuitu tuo sunt, in cōspectu omnis prætereūtis. Et eris opprobriū & blasphemia, exēplū & stupor in Gētibus quæ in circuitu tuo sunt, cū fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ: Ego Dñs locutus sum: Quando mitsero sagittas famis pessimas in eos quæ erunt mortiferæ, & quas mittā vt disperdā vos: & famē cōgregabo super vos, ‖ & conterā in vobis baculū panis. Et immittā in vos famem & bestias pessimas, vsq. ad internecionē: & pestilētia & sanguis transibunt per te, & gladiū inducā super te. ego Dñs locutus sum. CAP. VI.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicēs, Fili hominis pone faciē tuā ad mōtes Israēl: & prophetabis ad eos: & dices, ‖ Montes Israēl audite verbum Dñi Dei: Hæc dicit Dñs Deus montibus & collibus, rupib. & vallibus, Ecce, ego inducā super vos gladiū, & disperdā excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringētur simulachra vestra: & deiiciam interfectos vestros ante idōla vestra. Et dabo cadauera filiorū Israēl ante faciem simulachrorum vestrorū: & dispergā ossa vestra circū aras vestras in omnib. habitationibus vestris. Vrbes desertæ erūt, & excelsa demolientur. & dissipabūtur: & interibūt aræ vestræ, & cōfringētur: & cessabūt idōla vestra, & cōterentur delubra vestra, & delebūtur opera vestra. Et cadet interfectus in medio vestri: & scietis quia ego sum Dñs. Et relinquā in vobis eos qui fugerint gladiū in Gētib⁹, cū dispersero vos in terris. Et recordabūtur mei liberati vestri in Gentib. ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorū fornicās & recedens à me, & oculos eorū fornicātes post idōla sua; & displicebunt sibimet super malis quæ fecerāt in vniuersis abominationibus suis. Et scient quia ego Dñs nō frustra locutus sum vt facerem eis malum hoc. Hæc dicit Dñs Deus, Percute ᵃmanū tuā⁹, & allide pedē tuum, & dic Heu, ad oēs abominationes malorū domus Israēl: ᵇ quia⁹ gladio, fame, & peste ruituri sunt. Qui longè est, peste morietur: qui aūt propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur: & cōplebo indignationem meā in eis. Et scietis quia ego Dñs, cùm fuerint interfecti vestri in medio idolorū vestrorum in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis

Ref. 4, 16. Inf. 14, 13.

Inf. 36, 2.

ᵃ manu tua ℣ MS. R. Hier. H. G. C.
ᵇ qui 15 MS. Hier. ectionem vtramque admittunt H. & C.

summitatibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſummitatibus montium,& ſubtus omne lignũ nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercũ frõdoſam, locũ vbi accenderunt thura redolẽtia vniuerſis idólis ſuis. Et 14 extẽdã manũ meã ſuper eos: & faciã terrã deſolatã & deſtitutã à deſerto Deblátha in omnib.habitationib.eorũ: & ſciẽt quia ego Dñs.

CAP. VII.

ET factus eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs, 1
Et tu fili hominis, hæc dicit Dñs 2
Deus terræ Iſraël, Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Nunc finis 3
ſuper te, & immittã furorẽ meũ in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponã cõtra te oẽs abominationes tuas. Et nõ parcet 4
oculus meus ſup te, & nõ miſerebor: ſed vias tuas ponã ſuper te, & abominatiões tuæ in medio tui erũt: & ſcietis quia ego Dñs. Hæc dicit Dñs Deꝰ, Afflictio vna, 5
afflictio ecce venit. finis venit, venit finis, euigilauit aduerſum te: ecce venit. 6
Venit [a]contritioꝰ ſuper te, qui habitas in 7
terra: venit tẽpus, propè eſt dies occiſionis, & nõ gloriæ montiũ. Nũc de propinquo effundã irã meã ſuper te, & cõplebo furorẽ meũ in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponã tibi omnia ſcelera tua: Et nõ parcet oculus meus, nec 9
miſerebor: ſed vias tuas imponã tibi, & abominationes tuæ in medio tui erũt: & ſcietis quia ego ſum Dñs percutiẽs. Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt [b]cõtritioꝰ, 10
floruit virga, germinauit ſuperbia. Iniquitas ſurrexit in virga impietatis: nõ ex eis, & nõ ex populo, neq.ex ſonitu eorũ: & nõ erit requies in eis. Venit tempus, 12
appropinquauit dies: qui emit, nõ lætẽ: & qui vẽdit, nõ lugeat: quia ira ſup omnẽ populũ eius. Quia qui vendit, ad id 13
quod vẽdidit non reuertetur: & adhuc in vinẽtibus vita eorũ. viſio enim ad omnẽ multitudinẽ eius nõ regredietur: & vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur.
Canite tuba, præparẽtur oẽs, & nõ eſt 14
qui vadat ad prœliũ: ira enim mea ſuper [c]vniuerſum populũ eius. Gladius foris: 15
& peſtis & fames intrinſecus: qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilẽtia & fame deuorabũtur. Et ſaluabũtur qui fugerint ex eis: & erũt in mõtibus quaſi colũbæ conualliũ oẽs trepidi, vnuſquiſque in iniquitate ſua. Oẽs 17
manus diſſoluẽtur, & omnia genua fluẽt aquis. Et accingẽt ſe ciliciis, & operiet 18
eos formido: & in omni facie cõfuſio, & in vniuerſis capitib.eorũ caluitiũ. Argentũ eorũ foras proiicietur, & aurũ eo- 19
rum in ſterquiliniũ erit. Argentũ eorũ & aurũ eorũ nõ valebit liberare eos in die furoris Dñi. Animã ſuã nõ ſaturabũt, & vẽtres eorũ nõ implebũtur: quia ſcãdalũ iniquitatis eorũ factũ eſt. Et ornamẽtũ 20
moniliũ ſuorũ in ſuperbiã poſuerunt, & imagines abominationũ ſuarũ & ſimulachrorum fecerũt ex eo: ꝓpter hoc dedi eis illud in immunditiã: & dabo illud in 21
manus alienorũ ad diripiendũ, & impiis terræ in prædã, & contaminabunt illud.
Et auertã faciẽ meã ab eis, & violabũt 22
arcanũ meũ: & introibũt in illud emiſſarij, & cõtaminabũt illud. Fac cõclu- 23
ſionẽ: quoniã terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et 24
adducã peſſimos de Gẽtibus, & poſſidebũt domos eorũ: & quieſcere faciã ſuperbiã potẽtiũ, & poſſidebũt ſanctuaria eorũ. Anguſtia ſuperueniẽte requirẽt pa- 25
cẽ, & nõ erit. Cõturbatio ſup cõturba- 26
tionẽ veniet, & auditꝰ ſup auditũ: & quẽrẽt viſionẽ de ꝓpheta, & lex pibit à ſacerdote, & cõſiliũ à ſenioribꝰ. Rex lugebit, 27
& princeps induẽt mœrore, & manꝰ populi terræ cõturbabũtur. Secũdũ viã eorũ faciã eis, & ſecũdũ iudicia eorũ iudicabo eos: & ſciẽt quia ego Dñs.

CAP. VIII.

ET factum eſt in anno ſexto, in ſexto 1
mẽſe, in quinta mẽſis: ego ſedebã in domo mea, & ſenes Iuda ſedebãt coram me, & cẽcidit ibi ſup me manꝰ Dñi Dei.
Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectꝰ 2
ignis: ab aſpectu lũborũ eius & deorſum, ignis: & à lũbis eius, & ſurſum, quaſi aſpectus ſplẽdoris, vt viſio electri. Et e- 3
miſſa ſimilitudo manꝰ apprehẽdit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter terrã & cælũ: & adduxit me in Ieruſalẽ in viſione Dei, iuxta oſtiũ interius quod reſpiciebat ad Aquilonem, vbi erat ſtatutũ idôlũ zeli ad ꝓuocãdã æmulationẽ. Et ecce ibi gloria Dei Iſraël ſe- 4
cundũ viſionẽ quã viderã in campo. Et 5
dixit ad me, Fili hoĩs, leua oculos tuos ad viã Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viã Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idôlũ zeli in ipſo introitu. Et 6
dixit ad me: Fili hominis, putáſne vides tu quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſraël facit hîc, vt procul recedã à ſanctuario meo? & adhuc cõuerſus videbis abominationes maiores.
Et introduxit me ad oſtiũ atrij: & vi- 7
di, & ecce foramẽ vnũ in pariete, Et dixit ad me, Fili hominis fode parietẽ. Et 8
cũ fodiſſem parietẽ, apparuit oſtiũ vnũ.
Et dixit ad me, Ingredere, & vide abo- 9
minatiões peſſimas, quas iſti faciũt hîc.
Et ingreſſus vidi, & ecce oĩs ſimilitudo 10
reptiliũ, & animaliũ, abominatio, & vniuerſa idôla domus Iſraël, depicta erant in pariete in circuitu per totũ. Et ſeptua- 11
ginta viri de ſenioribꝰ domꝰ Iſraël, & Iezonias filius Saphã ſtabat in medio eorũ, ſtantiũ ante picturas: & vnuſquiſq.habebat thuribulũ in manu ſua: & vapor nebulæ de thure conſurgebat. Et dixit ad 12
me, Cernis [d]vides' fili hominis quæ ſeniores domꝰ Iſraël faciũt in tenebris, vnuſquiſq. in abſcõdito cubilis ſui: dicũt enim, Nõ videt Dñs nos, dereliquit Dñs terrã.
Et dixit ad me, Adhuc cõuerſus videbis 13
abominationes maiores quas iſti faciũt.
Et introduxit me ꝓ oſtiũ portę domus 14

Dñi,

[a] cõfractio 7 MS. [b] cõtractio MS. Hier.

[b] cõfractio 4 MS. [b] cõtractio MS. Hier.

[c] omnem multitudinem 3 MS. Hier. H.G

Iſa. 15,2. Ier. 48,37. Pro. 11,4. Soph. 1,18. Eccl. 5, 10. 13.

[d] videtis MS. H.G. C.

Dan. 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dñi, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebāt plāgentes Adonidem. Et dixit ad me, Certè vidisti fili 15
hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit 16
me in atriū domus Dñi interius: & ecce in ostio templi Dñi inter vestibulū & altare, quasi viginti quinq. viri dorsa habētes contra templū Dñi, & facies ad Orientē: & adorabant ad ortum Solis. Et dixit ad 17
me, Certè vidisti fili hominis: nūquid leue est hoc domui Iuda, vt facerēt abominationes istas quas fecerunt hic: quia replētes terrā iniquitate, cōuersi sunt ad irritandū me? & ecce applicāt ramū ad nares suas. Ergo & ego faciā in furore: nō 18
parcet oculus meus, nec miserebor: & cū clamauerint ad aures meas voce magnā, non exaudiam eos. CAP. IX.

ET clamauit in aurib. meis voce ma- 1
gna, dicēs, Appropinquauerūt visitationes vrbis, & vnusquisq. vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex 2
viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonē: & vnusquisq. vas interitus in manu eius: vir quoq. vn⁹ in medio eorū vestit⁹ erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterūt iuxta altare æreū:
Et gloria ℣Dñi' Israël assumpta est de 3
cherub, quæ erat super eum ad limē domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentariū scriptoris habebat in lūbis suis. Et dixit Dñs ad eū, Transi 4
per mediā ciuitatē in medio Ierusalē: ‖ & signa thau super frōtes virorū gementiū & dolentiū super cūctis abominationibus quæ fiūt in medio eius. Et illis dixit au- 5
diēte me, Trāsite p ciuitatē sequētes eū, & percutite: nō parcat oculus vester, neq. misereamini. Senē, adolescētulū & vir- 6
ginem, ℣paruulos' & mulieres interficite vsq. ad internecionē: omnē aūt super quē videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erāt ante faciem domus.
Et dixit ad eos, Contaminate domū, & 7
implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebāt eos qui erant in ciuitate. Et cæde cōpleta remāsi ego: 8
ruiq. super faciē meā, & clamās aio, Heu, heu, heu Dñe Deus; ergone disperdes omnes reliquias Israël, effundens furorem tuū super Ierusalē? Et dixit ad me, Ini- 9
quitas domus Israël & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerūt enim, Dereliquit Dñs terrā, & Dñs nō videt. Igitur & meus nō parcet ocu- 10
lus, neq. miserebor: viā eorū super caput eorū reddam. Et ecce, vir qui erat indu- 11
tus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respōdit verbum, dicens, Feci sicut præcepisti mihi. CAP. X.

ET vidi, & ecce in firmamento quod 1
erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis so-
2 lij, apparuit super ea. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarū quæ sunt subtus ℣cherubim': & imple manū tuā prunis ignis quę sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem Ingressusq. est in cōspectu meo:
3 cherubim autē stebāt à dextris domus cùm ingrederetur vir, & nubes impleuit
4 atriū interius. Et eleuata est gloria Dñi dēsuper cherub ad limē domus: & repleta est domus nube, & atriū repletum est
5 splēdore gloriæ Dñi. Et sonitus alarum cherubim audiebatur vsq. ad atriū exterius, quasi vox Dei omnipotētis loquen-
6 tis. Cumq. præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarū quæ sunt inter cherubim: ingres-
7 sus ille stetit iuxta rotā. Et extēdit cherub manū de medio cherubim, ad ignem qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius qui indutus erat li-
8 neis: qui accipiēs egressus est. Et apparuit in cherubim similitudo manus ho-
9 minis subtus pēnas eorū. & vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnū, & rota alia iuxta cherub vnū: species aūt rotarū erat quasi vi-
10 sio lapidis chrysolithi. & aspectus earū similitudo vna quatuor: quasi sit rota in
11 medio rotæ. Cumq. ambularēt, in quatuor partes gradiebātur: ‖ & nō reuertebantur ambulātes, sed ad locū ad quē ire declinabat quæ prima erat, sequebantur
12 & cæteræ, nec cōuertebātur. ‖ Et omne corpus earū, & colla, & manus, & pēnæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu
13 quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit
14 volubiles, audiēte me. Quatuor aūt facies habebat vnū: facies vna, facies cherub: & facies secūda, facies hoīs: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aqui-
15 læ. Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuiū Chobar.
16 Cūq. ambularēt cherubim, ibāt pariter & rotæ iuxta ea: & cū eleuarēt cherubim alas suas, vt exaltarētur de terra, nō resi-
17 debāt rotæ, sed & ipsæ iuxta erāt. Stātibus illis, stabāt: & cū eleuatis eleuabātur.
18 spirit⁹ enim vitę erat in eis. Et egressa est gloria Dñi à limine tēpli: & stetit sup cherubim.
19 Et eleuātia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoq. subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ dom⁹ Dñi orientalis; & gloria Dei Israël erat sup ea.
20 Ipsum est animal ‖ quod vidi subter Deum Israël iuxta fluuiū Chobar: & intellexi qa
21 cherubim essent. Quatuor *vult⁹ vni, & quatuor alę vni: & similitudo man⁹ hoīs
22 sub alis eorū. Et similitudo vultuū eorū, ipsi vult⁹ quos videram iuxta fluuiū Chobar, & intuit⁹ eorū, & impetus singulorū ante faciē suam ingredi. CAP. XI.

1 ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portā domus Dñi orientalem,

℣Cherub 1 MS. Hier. H. C. Similiter Texui legūt G.

—12 MS. H.G. Additum est autem à C. Sup. 1, 18.

Sup. 1, 1, 3.

*quatuor 4 MS. R. Hieron. H. C. Textus cōformis est codicibus G.

quæ re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ respicit a Solis ortũ: & ecce, in introitu portæ viginti quinq. viri: & vidi in medio eorũ Iezoniã filiũ Azur, & Pheltiam filiũ Banaiæ, principes populi. Dixitq. ad me, Fili hominis, hi sunt viri qui cogitãt iniquitatẽ, & tractãt cõsiliũ pessimũ in vrbe ista: dicẽtes, Nónne dudũ ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus Dñi, & dixit ad me, Loquere, Hæc dicit Dñs, Sic locuti estis domus Israël, & cogitationes cordis vestri ego noui.

Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. Propterea hæc dicit Dñs Deus: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educã vos de medio eius. Gladiũ metuistis, & gladiũ inducã sup vos, ait Dñs Deus. Et eiiciã vos de medio eius, daboq. vos in manum hostiũ, & faciã in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finib. Israël iudicabo vos, & scietis quia ego Dñs. Hæc nõ erit vobis in lebetẽ, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finib. Israël iudicabo vos. Et scietis quia ego Dñs: quia in præceptis meis nõ ambulastis, & iudicia mea nõ fecistis, sed iuxta iudicia gẽtiũ, quę in circuitu vestro sunt, estis operati. Et factũ est, cũ ꝓphetarẽ, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciẽ meã clamãs voce magna, & dixi: Heu, heu, heu Dñe Deus: cõsummationẽ tu facis reliquiarũ Israël? Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens, Fili hominis, fratres tui *viri ꝓpinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi quib. dixerũt habitatores Ierusalẽ, Lõge recedite à Dño, nobis data est terra in possessionẽ. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Quia lõgè feci eos in Gẽtibus, & qa dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationẽ modicam in terris ad quas venerũt. Propterea loquere, Hæc dicit Dñs Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quib. dispersi estis: daboq. vobis humũ Israël.

Et ingredientur illuc, & auferẽt oẽs offensiones, cũctasq. abominationes eius de illa. ¶ Et dabo eis cor vnũ, & spiritũ nouũ tribuã in viscerib. eorũ: & auferã cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor carneum: Vt in præceptis meis ambulẽt, & iudicia mea custodiãt, faciãtq. ea: ¶ & sint mihi in populũ, & ego sim eis in Deum.

Quorũ *cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horũ viã in capite suo ponã, dicit Dñs Deus. Et eleuauerũt cherubim alas suas, & rotæ cũ eis: & gloria Dei Israël erat sup ea. Et ascẽdit gloria Dñi de medio ciuitatis, stetitq. super montẽ qui est ad Orientẽ vrbis. Et spiritus leuauit me, adduxitq. *in Chaldæã ad trãsmigrationem, in visione in spiritu Dei: & sublata est à me visio quã viderã.

Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Dñi quæ ostenderat mihi.

*fratres tui MS. H.C.

Ier. 31, 33. Inf. 18, 32. 36, 26.

Inf. 24, 7. Heb. 8, 10.

*a me MS. Hier. R. H.G.C. Q.n.

*me 4 MS. H.G.C.

CAP. XII.

1 ET factus est sermo Dñi ad me, dicẽs:
2 Fili hominis in medio domus exasperãtis tu habitas: qui oculos habẽt ad videndũ, & nõ vidẽt: & aures ad audiendũ, & nõ audiũt: quia domus exasperans
3 est. Tu ergo fili hominis, fac tibi vasa trãsmigrationis, & transmigrabis per diẽ corã eis: trãsmigrabis autẽ de loco tuo ad locũ alterũ in cõspectu eorũ, si forte aspiciãt: quia domus exasperãs est. Et effe-
4 res foras vasa tua quasi vasa *trãsmigrãtis* per diẽ in conspectu eorũ: tu aũt egredieris vespere coram eis, sicut egreditur
5 migrans? Ante oculos eorũ perfode tibi
6 parietẽ: & egredieris per eum. In cõspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferẽris: faciẽ tuã velabis, & nõ videbis terrã: quia portentũ dedi te domui
7 Israël. Feci ergo sicut præceperat mihi*: vasa mea protuli quasi vasa *trãsmigrãtis* per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu
8 eorum. Et factus est sermo Dñi manè ad
9 me, dicens, Fili hominis nũquid nõ dixerũt ad te domus Israël domus exasperans, Quid tu facis? Dic ad eos, Hæc di-
10 cit Dñs Deus: Super ducẽ onus istud, qui est in Ierusalẽ; & super omnẽ domũ Is-
11 raël, quæ est in medio eorum. Dic, Ego portentũ vestrũ: quomodo feci, sic fiet illis; in trãsmigrationẽ, & in captiuitatem
12 ibunt. Et dux qui est in medio eorũ, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietẽ perfodiẽt, vt educãt eũ: faciem eius operietur, vt nõ videat oculo terrã.
13 ¶ Et extendã retemeũ sũper eum, & capietur in sagena mea: & adducã eum in Babylonẽ in terrã Chaldæorũ: & ipsam
14 nõ videbit, ibiq. morietur. Et omnes qui circa eum sunt, præsidiũ eius & agmina eius dispergã in omnẽ ventũ: & gladium
15 euaginabo post eos. Et scient quia ego Dñs, quãdo dispersero illos in Gẽtibus, &
16 dissẽminauero eos in terris. Et relinquã ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia: vt enarrẽt omnia scelera eorum in Gẽtibus ad quas ingredientur: &
17 scient quia ego Dñs. Et factus est sermo
18 Dñi ad me, dicens, Fili hominis, panem tuũ in cõturbatione comede: sed & aquã
19 tuã in festinatione & mœrore bibe. Et dices ad populum terræ, Hæc dicit Dñs Deus ad eos qui habitãt in Ierusalem in terra Israël, Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitatẽ omniũ qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nũc habitãtur, desolatæ erũt, terraq. deserta: & scie-
20 tis quia ego Dñs. Et fact*est sermo Dñi
21 ad me, dicẽs, Fili hominis, quod est pro-
22 uerbiũ istud vobis in terra Israël? dicentiũ, In longum differẽtur dies, & peribit
23 omnis visio. Ideo dic ad eos, Hæc dicit

Dominus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominus Deus, Quiescere faciã prouerbiũ istud, neq. vulgo dicetur vltrà in Israël: & loquere ad eos quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis.
Non enim erit vltrà omnis visio cassa, neq. diuinatio ambigua in medio filiorũ Israël. Quia ego Dñs loquar: & quodcunq. locutus fuero verbũ, & fiet, nõ prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperãs loquar verbũ, & faciam illud, dicit Dñs Deus. Et factus est sermo Dñi ad me, dicẽs: Fili hominis, ecce domus Israël dicẽtium, Visio quã hic videt, in dies multos: & in tẽpora lõga iste prophetat. Propterea dic ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus: verbũ quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

CAP. XIII.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicẽs: Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israël, qui prophetãt: & dices prophetãtibus de corde suo, Audite verbũ Dñi, Hæc dicit Dñs Deus, ‖ Væ prophetis insipientibus: qui sequũtur spiritũ suũ, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israël erãt. Non ascẽdistis ex aduerso, neq. opposuistis murum pro domo Israël: vt staretis in prœlio in die Dñi. Vidẽt vana, & diuinãt mẽdacium, dicentes, Ait Dñs: cùm Dñs non miserit eos: & perseuerauerũt cõfirmare sermonem. Nũquid non visionẽ cassam vidistis, & diuinationẽ mendacẽ locuti estis? & dicitis, Ait Dñs: cùm ego nõ sim locutus. Propterea hæc dicit Dñs Deꝰ, Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dñs Deus: Et erit manus mea super prophetas qui vident vana, & diuinant mendaciũ: in concilio populi mei nõ erunt, & in scriptura domus Israël nõ scribẽtur, nec in terram Israël ingrediẽtur: & scietis quia ego Dñs Deus: Eo quòd deceperint populũ meũ, dicẽtes, Pax, & non est pax: & ipse ædificabat parietẽ, illi aũt liniebant eum luto absq. paleis. Dic ad eos qui liniunt absq. temperatura, quòd casurus sit: erit enim imber inundãs, & dabo lapides prægrãdes desuper irruẽtes, & ventũ procellæ dissipantem. Siquidẽ ecce cecidit paries: nũquid nõ dicetur vobis, Vbi est litura quã linistis? Propterea hæc dicit Dñs Deus, Et erũpere faciam spiritũ tempestatũ in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionẽ. Et destruã parietem quẽ linistis absq. temperamento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dñs.
Et cõplebo indignationẽ meã in pariete, & in his qui liniunt eum absq. tẽperamẽto, dicamq. vobis, Nõ est paries, & nõ sunt qui liniũt eũ. Prophetæ Israël qui prophetãt ad Ierusalẽ, & vidẽt ei visionẽ pacis: & nõ est pax, ait Dñs Deus. Et tu fili hominis, pone faciem tuã cõtra filias populi tui, quæ ꝓphetãt de corde suo: & vaticinare super eas, & dic, Hæc dicit Dñs Deꝰ: Væ ᵃqui' cõsuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciũt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, viuificabãt animas eorũ. Et violabant me ad populũ meũ, propter pugillũ hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ nõ moriũtur, & viuificarent animas quæ nõ viuũt, mentiẽtes populo meo credẽti mẽdaciis. Propter hoc hæc dicit Dñs Deꝰ, Ecce, ego ad puluillos vestros quib. vos capitis animas volãtes: & dirũpam eos de brachiis vestris: & dimittã animas quas vos capitis, animas ad volãdum. Et dirumpã ceruicalia vestra, & liberabo populũ meum de manu vestra, neq. erũt vltrà in manib. vestris ad prædandũ: & scietis quia ego Dñs. Pro eo ꝙ mœrere fecistis cor iusti mẽdaciter, quẽ ego nõ cõtristaui: & cõfortastis manꝰ impij, vt nõ reuerteretur à via sua mala, & viueret: propterea vana nõ videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruã populũ meũ de manu vestra: & scietis quia ego Dñs.

ᵃquæ R. Hier. H. G. C.

CAP. XIIII.

1 ET venerũt ad me viri seniorũ Israël,
2 & sederunt coram me. Et factus est
3 sermo Dñi ad me, dicẽs, Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalũ iniquitatis suæ statuerũt cõtra faciem suã: nunquid interrogatus respondebo eis?
4 Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hęc dicit Dñs Deus, Homo homo de domo Israël, qui posuerit immũditias suas in corde suo, & scandalũ iniquitatis suæ statuerit contra faciẽ suã, & venerit ad prophetã interrogans per eũ me: ego Dñs respõdebo ei in
5 multitudine immunditiarũ suarum: Vt capiatur domus Israël in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idõlis suis.
6 Propterea dic ad domũ Israël, Hæc dicit Dñs Deus, Conuertimini, & recedite ab idõlis vestris, & ab vniuersis cõtaminationibus vestris auertite facies vestras.
7 Quia homo homo de domo Israël, & de proselytis quicunque aduena fuerit in Israël, si alienatus fuerit à me, & posuerit idõla sua in corde suo, & scandalũ iniquitatis suæ statuerit cõtra faciẽ suam, & venerit ad prophetã vt interroget per eũ
8 me: ego Dñs respondebo ei per me. Et ponã faciẽ meã super hominẽ illũ, & faciam eũ in exemplũ & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dñs. ‖ Et propheta cùm
9 errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dñs decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illũ, & delebo
10 eũ de medio populi mei Israël. Et portabunt iniquitatẽ suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ

S ꝓp. 13, 3.

erit:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erit: Vt nō erret vltrà dom⁹ Iſraël à me, 11
neq. polluatur in vniuerſis præuaricationibus ſuis: ſed ſint mihi in populū, & ego ſim eis in Deū, ait Dñs exercituum. Et 12
factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens: Fili 13
hoīs, terra cū peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricās, extēdā manum meam
Sup. 4, 16. 5, 16. ſuper eā, ‖ & cōteram virgā panis eius: & immittā in eam famē, & interficiā de ea hominē & iumentum. Et ſi fuerint tres 14
viri iſti in medio ei⁹, Noë, Daniel, & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabūt animas ſuas, ait Dñs exercituū. Quòd ſi & beſtias peſ- 15
ſimas induxero ſuper terrā, vt vaſtē eam; & fuerit inuia, eo quòd nō ſit pertranſiēs propter beſtias: Tres viri iſti ſi fuerint 16
in ea, viuo ego, dicit Dñs Deus, quia nec filios nec filias liberabūt: ſed ipſi ſoli liberabūtur, terra aūt deſolabitur. Vel ſi 17
gladiū induxero ſuper terrā illā, & dixero gladio, Trāſi per terrā: & interfecero de ea hominē & iumētum: Et tres viri iſti 18
fuerint in medio ei⁹: viuo ego, dicit Dñs Deus, non liberabūt filios neq. filias: ſed ipſi ſoli liberabūtur. Si aūt & peſtilentiā 19
immiſero ſuper terrā illā, & effudero indignationē meā ſuper eā in ſanguine, vt auferā ex ea hominē & iumentū: Et 20
Noë, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dñs Deus, quia filiū & filiam non liberabunt: ſed ipſi iuſtitia ſua liberabūt animas ſuas. Quoniā hæc 21
dicit Dñs Deus, Quòd & ſi quatuor iudicia mea peſsima, gladiū, & famem, ac beſtias malas, & peſtilentiā immiſero in Ieruſalē, vt interficiam de ea hominē & pecus: Tamē relinquetur in ea ſaluatio 22
educēti ū filios & filias: ecce ipſi egrediētur ad vos, & videbitis viā eorū & adinuētiones eorū: & cōſolabimini ſup malo quod induxi in Ieruſalem, in omnib. quæ importaui ſuper eā. Et cōſolabūtur vos, 23
cùm videritis viam eorū & adinuentiones eorū: & cognoſcetis quòd nō fruſtra fecerim omnia quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

ET factus eſt ſermo Dñi ad me, dicēs, 1
Fili hominis, quid fiet de ligno vitis 2
ex omnibus lignis nemorū, quæ ſunt inter ligna ſyluarū? Nūquid tolletur de ea 3
lignū, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunq. vas? Ecce, igni datū eſt in eſcā, vtramq. 4
partē eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillā: numquid vtile erit ad opus? Etiā cùm eſſet integrum, 5
nō erat aptū ad opus: quātò magis cū illud ignis deuorauerit & cōbuſſerit, nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit 6
Dñs Deus, Quo modo lignum vitis inter ligna ſyluarū quod dedi igni ad deuorandum, ſic ‖ tradā habitatores Ieruſalē. Et 7
‖ tradidi ⁹ MS. H.G. C. ponā faciē meā in eos: de igne egredientur, & ignis conſumet eos: & ſcietis quia ego Dñs, Cùm poſuero faciē meā in eos, & dedero terrā inuiam & deſolatā: eò 8
quòd præuaricatores extiterint, dicit Dñs Deus.

CAP. XVI.

ET factus eſt ſermo Dñi ad me, dicēs, 1
Fili hominis, notas fac Ieruſalem 2
abominationes ſuas, & dices, Hæc dicit Dñs Deus Ieruſalē: Radix tua & generatio tua de Terra-Chanáan: pater tuus A- 3
morrhæus, & mater tua Chetæa. Et quādo nata es, in die ortus tui nō eſt preciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutē, nec ſale ſalita, nec inuoluta pā- 4
nis. Nō pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciē terræ in abiectio- 5
ne animæ tuæ, in die qua nata es. Trāſiens aūt per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo: & dixi tibi cū eſſes in ſanguine tuo, Viue. dixi, inquam, tibi, in ſanguine 6
tuo viue. Multiplicatā quaſi germē agri dedi te: & multiplicata es, & grādis effecta, & ingreſſa es, & peruenisti ad mundū muliebrē: vbera tua intumuerūt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confu- 7
ſione plena. Et trāſiui per te, & vidi te: & ecce tēpus tuū, tēpus amātium: & expandi amictū meum ſuper te, & operui ignominiā tuā. Et iuraui tibi, & ingreſſus 8
ſum pactū tecū, ait Dñs Deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emūdaui ſan- 9
guinē tuū ex te: & vnxi te oleo. Et veſtiui te diſcoloribus, & calceaui te hya- 10
cintho: & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus. Et ornaui te ornamēto, & dedi armillas in manibus tuis, & torquē cir- 11
ca collū tuum. Et dedi inaurē ſuper os tuū, & circulos aurib. tuis, & coronā de- 12
cōris in capite tuo. Et ornata es auro & argēto, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus: ſimilā & mel & oleum 13
comediſti, & decōra facta es vehementer nimis: & profeciſti in regnū. Et egreſſum eſt nomē tuū in Gentes propter ſpeciē tuā: quia perfecta eras in decōre meo, quem poſuerā ſuper te, dicit Dñs Deus.
Et habens fiduciā in pulchritudine tua 15
fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornicationē tuā omni tranſeūti, vt eius 16
fieres. Et ſumēs de veſtimētis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde cōſuta: & fornicata es ſuper eis, ſicut nō eſt factū, neq. 17
futurū eſt. Et tuliſti vaſa decōris tui, de auro meo atq. argēto meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imagines maſculinas, & for- 18
nicata es in eis. Et ſumpſiſti veſtimēta tua multicoloria, & ‖ operuiſti illas⁹: & oleū meū, & thymiama meū poſuiſti corā 19
eis. Et panē meū quē dedi tibi, ſimilā, & oleū, & mel, quib. enutriui te, poſuiſti in cōſpectu eorū in odorem ſuauitatis, & 20
factū eſt, ait Dñs Deus. Et tuliſti filios tuos & filias tuas quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad deuorandum. Nunquid 21
parua eſt fornicatio tua? Immolaſti filios meos, & dediſti, illos conſecrans, eis. 22
Et poſt omnes abominationes tuas & fornicationes*, non es recordata dierum

‖ operuiſti illas⁹ MS. H.G. C.

* adoleſcen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adolescentiæ tuæ, quãdo eras nuda & cõfusione plena, cõculcata in sanguine tuo.
Et accidit post omnem malitiã tuã (væ væ tibi, ait Dñs Deus) & ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulũ in cũctis plateis. Ad omne caput viæ ædificasti signũ prostitutionis tuæ: & abominabilẽ fecisti decorẽ tuũ: & diuisisti pedes tuos omni trãseũti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et fornicata es cũ filiis Aegypti vicinis tuis magnarũ carniũ: & multiplicasti fornicationẽ tuã ad irritandum me. Ecce, ego extendã manũ meã super te, & auferã iustificationẽ tuã: & dabo te in animas odiẽtiũ te filiarũ Palæsthinarũ, quæ erubescũt in via tua scelerata.
Et fornicata es in filiis Assyriorum, eo quòd necdum fueris expleta: & postquã fornicata es, nec sic es satiata. Et multiplicasti fornicationẽ tuã in Terra-Chanaan cũ Chaldæis: & nec sic satiata es.
In quo mũdabo cor tuũ, ait Dñs Deus; cũ facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? Quia fabricasti lupanar tuũ in capite omnis viæ, & excelsum tuũ fecisti in omni platea: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretiũ, sed quasi mulier adultera quæ super virũ suũ inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autẽ dedisti mercedes cũctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndiq. ad fornicandũ tecũ. Factumq. est in te cõtra consuetudinẽ mulierũ in fornicationibus tuis, & póst te nõ erit fornicatio: in eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes nõ accepisti, factũ est in te contrariũ. Propterea meretrix audi verbũ Dñi.
Hæc dicit Dñs Deus: Quia effusum est æs tuũ, & reuelata est ignominia tua in fornicationib⁹ tuis super amatores tuos, & super idõla abominationum tuarũ in sanguine filiorũ tuorum quos dedisti eis:
Ecce, ego cõgregabo oẽs amatores tuos quibus cõmista es, & omnes quos dilexisti cum vniuersis quos oderas: & cõgregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuã corã eis, & videbũt omnẽ turpitudinẽ tuam. ¶ Et iudicabo te iudiciis adulterarũ & effundentiũ sanguinẽ: & dabo te in sanguinẽ furoris & zeli. Et dabo te in manus eorum, & destruẽt lupanar tuum: & demolientur prostibulum tuum: & denudabũt te vestimentis tuis, & auferent vasa decõris tui: & derelinquent te nudã plenamq. ignominia: Et adducẽt super te multitudinẽ, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. ¶ Et cõburẽt domos tuas igni, & faciẽt in te iudicia in oculis mulierum plurimarũ: & desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te: & quiescam, nec irascar amplius. Eo quòd nõ fueris recordata dierũ adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dñs Deus, & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. Ecce, omnis qui dicit vulgo prouerbiũ, in te assumet illud, dicens, Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virũ suum, & filios suos: & soror sororũ tuarũ es tu, quæ proiecerunt viros suos & filios suos: mater vestra Chetæa, & pater vester Amorrhæus. Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius quæ habitant ad siniſtram tuã: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. Sed nec in viis earũ ambulasti, neq. secũdũ scelera earũ fecisti pauxillũ minus: penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis. Viuo ego, dicit Dñs Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Ecce ¶ hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundãtia, & otiũ ipsius & filiarũ eius: & manũ egeno & pauperi nõ porrigebant. Et eleuatæ sunt, & fecerũt abominationes corã me: & abstuli eas sicut vidisti. Et Samaria dimidiũ peccatorũ tuorũ nõ peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationib. tuis, quas operata es. Ergo & tu porta confusionem tuã, quę vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agẽs ab eis: iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu cõfũdere, & porta ignominiã tuã, quæ iustificasti sorores tuas. Et cõuertam restituẽs eas cõuersione Sodomorũ cũ filiabus suis, & cõuersione Samarię & filiarũ eius: & cõuertã reuersionẽ tuam in medio earũ, vt portes ignominiam tuã, & cõfundaris in omnib⁹ quę fecisti, cõsolãs eas. Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatẽ suã: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatẽ suã: & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram. Non fuit autẽ Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbię tuę, antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tẽpore in opprobriũ filiarũ Syriæ, & cunctarũ in circuitu tuo filiarũ Palęsthinarũ, quæ ambiunt te per gyrum: scelus tuũ & ignominiã tuã tu portasti, ait Dñs Deus. Quia hæc dicit Dñs Deus, Et faciã tibi sicut despexisti iuramentũ, vt irritũ faceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactũ sempiternũ.
Et recordaberis viarum tuarũ, & confundẽris: cùm receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus, vt recorderis & confundaris, & nõ sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus.

Ge. 18, 19.

vidi 2 MS. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XVII.

ET factum est verbum Dñi ad me, dicens, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolā ad domū Israël, & dices, Hæc dicit Dñs Deus, Aquila grandis magnarū alarū, longo membrorū ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanū, & tulit medullam cedri. Summitatem frōdium eius auulsit: & transportauit eā in Terram-Chanaan, in vrbe negotiatorū posuit illā. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine: vt firmaret radicē super aquas multas, in superficie posuit illud. Cumq; germinasset, creuit in vineā latiorē, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices ei° sub illa erāt. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisq; plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eā, palmites suos extēdit ad illā, vt irrigaret eā de areolis germinis sui. *In terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet fructū, vt sit in vineā grādē. Dic, Hæc dicit Dñs De°, Ergone prosperabitur? nōne radices eius euellet, & ªfruct" ei° distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & nō in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus? Ecce, plātata est: ergone prosperabitur? nónne cū tetigerit eā ventus vrēs siccabitur, & in areis germinis sui arescet? Et factū est verbū Dñi ad me, dicēs, Dic ad domum exasperantē, Nescitis quid ista signi ficēt? Dic, Ecce, venit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regē, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonē. Et tollet de semine regni, ferietq. cum eo fœdus; & ab eo accipiet iusiurādum, sed & fortes terræ tollet: Vt sit regnum humile, & nō eleuetur, sed custodiat pactū eius, & seruet illud. Qui recedēs ab eo, misit nuntios ad Aegyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid prosperabitur, vel consequetur salutē, qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit Dñs Deus, quoniā in loco regis qui constituit eū regē, cuius fecit irritū iuramētum, & soluit pactū quod habebat cū eo, in medio Babylonis morietur. Et nō in exercitu grandi, neq. in populo multo faciet cōtra eum Pharao prœlium: in iactu aggeris, & in extructione vallorū, vt interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus, & ecce dedit manū suā: & cùm omnia hæc fecerit, nō effugiet. Propterea hæc dicit Dñs Deus: Viuo ego, quoniā iuramentū quod sprevit, & fœdus quod prævaricatus est, ponā in caput eius. ‖ Et expādā super eū rete meū, & cōprehēdetur in sagena mea: & adducā eū in Babylonē, & iudicabo eū ibi in prævaricatione qua despexit me.

*Quæ MS q.

ªfructum 5 MS. Hier. H. G. C.

Sup. 12, 13. Inf. 32, 3.

Et omnes profugi eius cū vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnē ventū dispergentur: & scietis quia ego Dñs locutus sum. Hæc dicit Dñs De°, Et sumā ego de medulla cedri sublimis, & ponā: de vertice ramorum eius tenerū distringā, & plantabo super montem excelsum & eminentem. In monte sublimi Israël plantabo illud, & erumpet in germē, & faciet fructū, & erit in cedrū magnā: & habitabūt sub ea omnes volucres & vniuersum volatile, sub vmbra frondiū eius nidificabit. Et sciēt omnia ligna regionis, quia ego Dñs humiliaui lignū sublime, & exaltaui lignū humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignū aridū. Ego Dominus locutus sum, & feci°.

CAP. XVIII.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicēs, Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbiū istud in terra Israël? dicentes, ‖ Patres cōederunt vuam acerbam, & dentes filiorum ªobstupescunt"? Viuo ego, dicit Dñs Deus, si erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbiū in Israël. Ecce oēs ánimæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et vir, si fuerit iustus, & fecerit iudiciū & iustitiā, in montibus non comederit, & oculos suos nō leuauerit ad idōla domus Israël: & vxorē proximi sui nō violauerit, & ad mulierē menstruatam nō accesserit: Et hominē nō cōtristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, ‖ panē suū esurienti dederit, & nudū operuerit vestimento: Ad vsurā nō cōmodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manū suā, & iudiciū verū fecerit inter virū & virū: *in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatē: hic iustus est, vita viuet, ait Dñs Deus. Quòd si genuerit filiū latronē effundentē sanguinē, & fecerit vnū de istis: & hæc quidē omnia nō faciētē, sed in mōtib. comedētē, & vxorē proximi sui polluentē: Egenū & pauperem cōtristantē, rapientē rapinas, pignus nō reddentem, & ad idōla leuantē oculos suos, abominationē facientē: Ad vsurā dantē, & amplius accipientē: nūquid viuet? non viuet: cū vniuersa hæc detestāda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Quòd si genuerit filiū, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & nō fecerit simile eis: super montes nō comederit, & oculos suos nō leuauerit ad idōla domus Israël, & vxorē proximi sui nō violauerit: Et virū non cōtristauerit, pignus nō retinuerit, & rapinā nō rapuerit, panē suū esurienti dederit, & nudū operuerit vestimento: A pauperis iniuria auerterit manū suā; vsuram & superabūdantiā nō acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate

Ier. 31, 29. Ezech. 18, 2.

*18 MS. G. Trem. Hier. & Caet. addit.

patris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patris sui, sed vita viuet. Pater eius quia 18
calūniatus est, & vim fecit fratri, & malū operatus est in medio populi sui: ecce
mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis, 19
Quare nō portabit filius iniquitatē patris? Videlicet, quia filius iudiciū & iustitiam operat⁹ est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita. ¶ Anima quæ 20
peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater nō portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eū erit, & impietas impii erit super eum.
Si autem impius egerit pœnitētiam ab 21
omnib. peccatis suis quæ operatus est, & custodierit oīa præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiā: vita viuet, & non morietur. Omniū iniquitatū eius quas o- 22
peratus est, nō recordabor: in iustitia sua quā operatus est, viuet. ¶ Nunquid vo- 23
luntatis meæ est mors impij, dicit Dñs Deus, & non vt cōuertatur a viis suis, & viuat? Si aūt auerterit se iustus à iustitia 24
sua, & fecerit iniquitatē secundū oēs abominationes quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, nō recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur.
¶ Et dixistis, Non est æqua via Dñi. Au- 25
dite ergo domus Israël, Nūquid via mea nō est æqua, & nō magis viæ vestræ praue sunt? Cùm enim auerterit se iustus à 26
iustitia sua, & fecerit iniquitatē, morietur in eis: in iniustitia quā operatus est, morietur. Et cū auerterit se impius ab im- 27
pietate sua quā operatus est, & fecerit iudiciū & iustitiā: ipse animā suā viuificabit. Cōsiderans enī, & auertēs se ab om- 28
nibus iniquitatib. suis quas operatus est, vita viuet & nō morietur. Et dicūt filij 29
Israël, Nō est æqua via Dñi. Nūquid viæ meæ nō sunt æquæ, domus Israël, & non magis viæ vestræ praue? Idcirco vnum- 30
quenq. iuxta vias suas iudicabo domus Israël, ait Dñs Deus. ¶ Conuertimini, & agite pœnitentiā ab omnibus iniquitatibus vestris: & nō erit vobis in ruinā iniquitas. Proiicite à vobis omnes⁹ præua- 31
ricationes⁹ vestras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouū, & spiritum nouū: & quare moriemini domus Israël?
¶ Quia nolo mortē morientis, dicit Do- 32
minus Deus: reuertimini, & viuite.

CAP. XIX.

ET tu assume planctū super principes 1
Israël, & dices, Quare mater tua 2
leæna inter leones cubauit, in medio leūculorū enutriuit catulos suos? Et eduxit 3
vnū de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædā, hominēq. comedere.
Et audierunt de eo Gentes, & nō absq. 4
vulneribus suis ceperūt eum: & adduxerūt eū in catenis in Terrā-Aegypti. Quę 5
cū vidisset quoniā infirmata est, & perist expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonē cōstituit eum. Qui incedebat 6
inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare:
Didicit viduas facere, & ciuitates eorū 7
in desertū adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius.
Et cōuenerūt aduersus eū Gētes vndiq. 8
de prouinciis, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earū captus est.
Et miserunt eū in caueā, in catenis adu- 9
xerūt eū ad regē Babylonis: miserūtq. eū in carcerē, ne audiretur vox eius vltrà
super montes Israël. Mater tua quasi vi- 10
nea in sanguine tuo super aquam plātata est: fructus eius, & frōdes eius creuerūt ex
aquis multis. Et factæ sunt ei virgæ so- 11
lidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes: & vidit altitudinē suam in multitudine palmitum
suorum. Et euulsa est in ira, in terramq. 12
proiecta: ¶ & vētus vrēs siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ
roboris eius: ignis comēdit eam. Et nūc 13
transplātata est in desertū, in terra inuia
& sitienti. Et egressus est ignis de virga 14
ramorum eius, qui fructū eius comedit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrū dominantiū. Planctus est, & erit in planctū.

CAP. XX.

ET factū est in anno septimo, in quin- 1
to, in decima mēsis: venerunt viri de senioribus Israël vt interrogarent Dñm,
& sederunt corā me. Et factus est sermo 2
Domini ad me, dicens, Fili hominis loquere senioribus Israël, & dices ad eos, 3
Hæc dicit Dñs Deus, Nunquid ad interrogādum me vos venistis? viuo ego quia
non respondebo vobis, ait Dñs Deus. Si 4
iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrū eorum ostende eis. Et
dices ad eos: Hæc dicit Dñs Deus, In die 5
qua elegi Israël, & leuaui manū meā pro stirpe dom⁹ Iacob, & apparui eis in Terra-Aegypti, & leuaui manū meā pro eis,
dicens, Ego Dñs Deus vester: in die illa 6
leuaui manū meā pro eis, vt educerē eos de Terra-Aegypti, in terram quā prouideram eis, fluētem lacte & melle, quæ est
egregia inter oēs terras. Et dixi ad eos, 7
Vnusquisq. offēliones oculorū suorū abiiciat, & in idolis Aegypti nolite pollui:
ego Dñs Deus vester. Et irritauerūt me, 8
noluerūtq. me audire: vnusquisq abominationes oculorū suorū non proiecit, nec idōla Aegypti reliquerūt: & dixi vt effūderē indignationē meā super eos, & implerē irā meā in eis, in medio Terræ-Aegypti. Et feci propter nomē meū, vt nō 9
violaretur corā Gētibus, in quarū medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerē eos de Terra-Aegypti. Eieci ergo eos 10
de Terra-Aegypti, & eduxi eos in deser- 11
tū. ¶ Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostēdi eis, quæ faciēs homo, viuet in
eis. Insuper & ¶ sabbatha mea dedi eis, 12
vt essent signū inter me & eos: & scirent
quia ego Dñs sanctificans eos. Et irrita- 13

Osee 13,15

Leu. 18,5. Rom. 10,5. Exo 20,8. 31,13. Deu. 5,12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uerũt me dom⁹ Iſraël in deſerto, in præceptis meis nõ ambulauerunt, & iudicia
Gal. 3,12. mea proiecerũt, ‖ quæ faciẽs homo viuet
Exo. 16,28. in eis: ‖ & ſabbatha mea violauerunt vehementer. dixi ergo vt effunderẽ furorem meũ ſuper eos in deſerto, & cõſumerem eos. Et feci propter nomẽ meũ, ne vio- 14
laretur corã Gẽtibus de quibus eieci eos in cõſpectu earũ. Ego igitur leuaui ma- 15
nũ meã ſuper eos in deſerto, ne inducerẽ eos in terrã quã dedi eis fluẽtem lacte & melle, præcipuã terrarũ omnium: Quia 16
iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerũt, & ſabbatha mea violauerũt: poſt idola enim cor eorũ gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper 17
eos, vt nõ interficerẽ eos: nec conſumpſi eos in deſerto. Dixi autẽ ad filios eorum 18
in ſolitudine, In præceptis patrũ veſtrorũ nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini.
Ego Dñs De⁹ veſter, in præceptis meis 19
ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea. Et ſabbatha mea ſanctificate, vt 20
ſint ſignũ inter me & vos: ‖ & ſciatur³ quia ego ſum Dñs Deus veſter. Et exacerba- 21
uerũt me filij, * in præceptis meis nõ ambulauerũt: & iudicia mea nõ cuſtodierũt, vt facerẽt ea: quæ cũ fecerit homo, viuet in eis: & ſabbatha mea violauerunt: & comminatus ſum vt effunderẽ furorem meũ ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto. Auerti aũt manũ meã, 22
& feci propter nomen meũ, vt nõ violaretur corã Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterũ leuaui manũ meã 23
in eos in ſolitudine, vt diſpergerẽ illos in nationes, & ventilarẽ in terras: eo quòd 24
iudicia mea nõ feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbatha mea violaſſent, & poſt idola patrũ ſuorum fuiſſent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta 25
nõ bona, & iudicia in quibus nõ viuent:
Et pollui eos in muneribus ſuis cùm 26
offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta ſua: & ſcient quia ego Dñs.
Quamobrem loquere ad domũ Iſraël 27
fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Adhuc & in hoc blaſphemauerũt me patres veſtri, cũ ſpreuiſſent me contemnẽtes: & induxiſſem eos in terrã 28
ſuper quã leuaui manum meã vt darem * eis: viderunt omnẽ collem excelſum, & omne lignũ nemoroſum, & immolauerunt ibi victimas ſuas: & dederunt ibi irritationẽ oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuę, & libauerunt libationes ſuas. Et dixi ad eos, Quid eſt 29
excelſum ad quod vos ingredimini? & vocatũ eſt nomen eius Excelſum, vſq. ad hãc diem. Propterea dic ad domũ Iſraël, 30
Hæc dicit Dñs Deus, Certè in via patrũ veſtrorũ vos polluimini, & poſt offendicula eorũ vos fornicamini. Et in obla- 31
tione donorũ veſtrorũ, cũ traducitis filios veſtros per ignẽ, vos polluimini in omnibus idolis veſtris vſq. hodie: & ego reſpõdebo vobis domus Iſraël? Viuo ego, dicit Dñs Deus, quia non reſpondebo vobis.
Neq. cogitatio mẽtis veſtrę fiet, dicẽtiũ, 32
Erimus ſicut Gẽtes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo 33
ego, dicit Dñs Deus, qm̃ in manu forti, & in brachio extẽto, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et educã vos de popu- 34
lis: & cõgregabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, in manu valida & in brachio extẽto, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et adducã vos in deſertũ populorũ, 35
& iudicabor vobiſcũ ibi facie ad faciem.
Sicut iudicio cõtẽdi aduerſũ patres veſtros in deſerto Terræ-Aegypti: ſic iudi- 36
cabo vos, dicit Dñs*. Et ſubiiciã vos ſcep- 37
tro meo, & inducã vos in vinculis fœderis. Et eligã de vobis tranſgreſſores & 38
impios, & de terra incolatus eorũ educã eos, & in terrã Iſraël nõ ingredientur: & ſcietis quia ego Dñs. Et vos domus Iſ- 39
raël, Hęc dicit Dñs De⁹, Singuli poſt idola veſtra ambulate, & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc nõ audieritis me, & nomẽ meũ ſanctũ polluëritis vltrà in muneribus veſtris, & in idolis veſtris: in mõte ſancto 40
meo, in mõte excelſo Iſraël, ait Domin⁹ Deus, ibi ſeruiet mihi oĩs domus Iſraël, oẽs, inquã, in terra in qua placebũt mihi, & ibi quærã primitias veſtras, & initium decimarũ veſtrarũ in omnib. ſanctificationib⁹ veſtris. In odorẽ ſuauitatis ſuſ- 41
cipiã vos, cũ eduxero vos de populis, & cõgregauero vos de terris in quas diſperſi eſtis: & ſanctificabor in vobis in oculis nationũ. Et ſcietis quia ego Dñs, cũ in- 42
duxero vos ad terrã Iſraël, in terrã ꝓ qua leuaui manũ meã, vt darẽ eã patrib⁹ veſtris. Et recordabimini ibi viarũ veſtra- 43
rũ, & omniũ ſcelerũ veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis: & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris quas feciſtis. Et ſcietis quia ego 44
Dñs, cũ benefecero vobis propter nomen meũ, & non ſecundũ vias veſtras malas, neq. ſecundũ ſcelera veſtra peſſima domus Iſraël, ait Dñs Deus. Et factus eſt 45
ſermo Dñi ad me, dicens, Fili hominis, 46
pone faciẽ tuã contra viã Auſtri, & ſtilla ad Aphricũ, & propheta ad ſaltũ agri meridiani. Et dices ſaltui meridiano, Audi 47
verbum Dñi: hæc dicit Dñs Deus, Ecce, ego ſuccendã in te ignẽ, & cõburam in te omne lignũ viride, & omne lignum aridũ: nõ extinguetur flamma ſuccenſionis: & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſq. ad Aquilonem. Et videbit vni- 48
uerſa caro quia ego Dominus ſuccendi eam, nec extinguetur. Et dixi, Ah, ah, 49
ah, Domine Deus: ipſi dicũt de me, Nunquid non per parabolas loquitur iſte?

CAP. XXI.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me,
2 dicens: Fili hominis, pone faciẽ tuã ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, &

propheta

Gal. 3,12. Exo. 16,28.

a & ſciatis 3 MS. R. a *ad ſciendum*, H. G. C.
* & MS. R. *Verùm* Hier. H. & C. *non additur.*
* illam 3 MS. H. G. C.

* Deut 6 MS. R. H. C. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propheta cõtra humum Iſraël: Et dices terræ Iſraël, Hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego ad te, & eiiciã gladiũ meũ de vagina ſua, & occidã in te iuſtũ & impium. Pro eo autẽ quòd occidi in te iuſtũ & impiũ, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnẽ carnẽ ab Auſtro vſque ad Aquilonẽ: Vt ſciat omnis caro quia ego Dñs eduxi gladiũ meũ de vagina ſua irrevocabilẽ. Et tu fili hominis ingemiſce in cõtritione lumborũ, & in amaritudinibus ingemiſce corã eis. Cumq. dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniverſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluẽt aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dñs Deꝰ.

Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens, Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dñs Deus, Loquere, Gladius gladius exacutꝰ eſt & limatus. Vt cædat victimas exacutus eſt, vt ſplendeat limatus eſt: qui moues ſceptrũ filij mei, ſuccidiſti omne lignũ. Et dedi eũ ad leuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficiẽtis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſraël qui fugerãt: gladio traditi ſunt cũ populo meo, idcirco plaude ſuper femur: quia ꝓbatus eſt, & hoc cùm ſceptrũ ſubuerterit, & nõ erit, dicit Dñs Deꝰ.

Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu' ad manũ, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorũ: hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorũ dedi cõturbationẽ gladij acuti & limati ad fulgendũ, amicti ad cædẽ. Exacuere, vade ad dexterã, ſiue ad ſiniſtram, quocũq. faciei tuæ eſt appetitus. Quin & ego plaudã manu ad manũ, & implebo indignationem meã: ego Dñs locutus ſum. Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens, Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egrediẽtur ambo': & manu capiet conjectura, in capite viæ ciuitatis cõiciet. Viã pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorũ Ammõ, & ad Iudã in Ieruſalẽ munitiſſimã. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarũ viarũ, diuinationẽ quærens, cõmiſcens ſagittas: interrogauit idõla, exta cõſuluit. Ad dexterã eius facta eſt diuinatio ſup Ieruſalẽ, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde: vt eleuet vocẽ in vlulatu, vt ponat arietes cõtra portas, vt cõportet aggerem, vt ædificet munitiones. Eritq. quaſi conſulens fruſtra oraculũ in oculis eorum, & ſabbathorũ otiũ imitãs: ipſe autẽ recordabitur iniquitatis ad capiendũ. Idcirco hæc dicit Dñs Deus: Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis prævaricationes veſtras, & apparuerunt peccata veſtra in omnibꝰ cogitationibus veſtris: ꝓ eo, inquã, quòd recordati eſtis, manu capiemini. Tu autẽ profane impie dux Iſraël, cuius venit dies in tẽpore iniquitatis præfinita: Hæc dicit Dominus Deus, Aufercidarim, tolle coronam: nónne hæc eſt quæ humilẽ ſubleuauit, & ſublimẽ humiliauit? Iniquitatẽ, iniquitatẽ, iniquitatẽ ponã eam: & hoc nõ factũ eſt, donec veniret cuius eſt iudiciũ, & tradã ei. Et tu fili hominis, ꝓpheta, & dic, Hæc dicit Dñs Deus ad filios Ammon, & ad opprobriũ eorũ: & dices, Mucro mucro euagina te ad occidendũ: lima te vt interficias, & fulgeas. Cùm tibi viderẽtur vana, & diuinarentur mẽdacia, vt dareris ſuper colla vulneratorũ impiorum, quorum venit dies in tẽpore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginã tuã: in loco' in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundã ſuper te indignationẽ meam: in igne furoris mei ſufflabo in te, daboq. te in manus hominũ inſipientiũ & fabricantiũ interitum. Igni eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradẽris: quia ego Dñs locutus ſum.

in locum. MS Hi ex, Q. a.

CAP. XXII.

ET factũ eſt verbũ Dñi ad me, dicens, Et tu fili hominis, nónne iudicas, nonne iudicas ciuitatẽ ſanguinũ? & oſtẽdes ei oẽs abominationes ſuas, & dices, Hæc dicit Dñs Deus, Ciuitas effundens ſanguinẽ in medio ſui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idõla cõtra ſemetipſam, vt polluereꝰ. In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt, deliquiſti: & in idõlis tuis quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tẽpus annorum tuorũ: propterea dedi te opprobriũ Gentibus, & irriſionẽ vniverſis terris. Quæ iuxta ſunt & quæ procul à te, triumphabũt de te: ſordida, nobilis, grãdis interitu. Ecce principes Iſraël ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te, ad effundendũ ſanguinẽ. Patrẽ & matrẽ cõtumeliis affecerũt in te, aduenã calumniati ſunt in medio tui, pupillũ & viduã cõtriſtauerunt apud te: Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendũ ſanguinẽ, & ſup montes comederunt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. ‖ Verecũdiora patris diſcooperuerũt in te, immunditiã meaſtruatæ humiliauerũt in te. ‖ Et vnuſquiſq. in vxorẽ proximi ſui operatus eſt abominationẽ, & ſocer nurũ ſuã polluit nefariè, frater ſororẽ ſuã filiam patris ſui oppreſsit in te. Munera acceperũt apud te ad effundendũ ſanguinẽ: vſurã, & ſuperabundantiã accepiſti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meiq. oblita es, ait Dñs Deus. Ecce, cõploſi manꝰ meas ſuper auaritiã tuã quã feciſti, & ſup ſanguinẽ qui effuſus eſt in medio tui. Nũquid ſuſtinebit cor tuũ, aut prævalebunt manus tuæ in diebus quos ego faciã tibi?

Leu. 18, 7.

Ezec. 5, 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ego Dñs locutus sum, & faciã. Et dispergã te in nationes, & vẽtilabo te in terras, & deficere faciã immunditiam tuã à te. 15

Et possidebo te in cõspectu Gentiũ: & scies quia ego Dñs. Et factũ est verbum Dñi ad me, dicens, Fili hominis, versa est mihi domus Israël in scoriam: oẽs isti æs, & stannũ, & ferrũ, & plumbũ in medio fornacis; scoria argenti facti sunt. 16 17 18

Propterea hæc dicit Dñs Deꝰ, Eo quòd versi estis omnes in scoriã, propterea ecce ego cõgregabo vos in medio Ierusalem, 19

congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succendã in ea ignẽ ad conflandũm. sic cõgregabo in furore meo & in ira mea, & requiescã: & cõflabo vos. Et cõgregabo vos, & succendã vos in igne furoris mei, & cõflabimini in medio eius. Vt cõflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis quia ego Dñs, cũ effuderim indignationẽ meã super vos. 20 21 22

Et factũ est verbũ Dñi ad me, dicens, 23

Fili hominis, dic ei, Tu es terra immũda, & nõ cõpluta in die furoris. Coniuratio prophetarũ in medio eius: sicut leo rugiẽs rapiensq. prædã, animas deuorauerunt, opes & pretiũ acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. 24 25

Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerũt sanctuaria mea: inter sanctum & profanum nõ habuerũt distãtiã; & inter pollutũ & mundũ nõ intellexerũt: & à sabbathis meis auerterũt oculos suos, & coinquinabar in medio eorũ. 26

Mich. 3, 11 Sopho. 3, 3.

‖ Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædã: ad effundendũ sanguinẽ, & ad perdendas animas, & auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius liniebãt eos absq. tẽperamento, videntes vana, & diuinantes eis mẽdaciũ, dicẽtes, Hæc dicit Dñs Deus: cùm Dñs nõ sit locutus. ‖ Populi terræ calumniabantur calumniã, & rapiebãt violenter: egenum & pauperẽ affligebãt, & aduenã opprimebãt calumnia absq. iudicio. Et quæsiui de eis virũ q interponeret sepẽ, & staret oppositus cõtra me pro terra, ne dissiparẽ eã: & nõ inueni. Et effudi super eos indignationẽ meã, *in igne iræ meæ cõsumpsi eos: viã eorũ in caput eorũ reddidi, ait Dñs Deus. 27 28 29 30 31

~3 MS. G. ‖ ei MS. Textus autẽ consonat R. H. & C. ‖ populum terræ calumniabãtur calumnia 4 MS. G. Q. n. * & MS q. R.

CAP. XXIII.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicẽs, 1

Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerũt. Et fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescẽtia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt hubera earũ, & fractæ sunt mammæ pubertatis earũ. Nomina autẽ earũ Oolla maior; & Ooliba soror eius ~minor': & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earũ nomina, Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba. 2 3 4

~7 MS. R. Hier. H. C. G q.

Fornicata est igitur super me Oolla, & insanuit in amatores suos, in Assyrios propinquãtes, vestitos hyacintho, principes, & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equites, ascensores equorum. 5 6

Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum vniuersos: & in omnibus in quos insaniuit, in immunditiis eorũ polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, nõ reliquit: nã & illi dormierunt cum ea in adolescẽtia eius, & illi cõfregerũt hubera pubertatis eius, & effuderunt fornicationẽ suã super eã. Propterea tradidi eã in manus amatorũ suorũ, in manus filiorũ Assur, super quorũ insaniuit libidinẽ. ‖ Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerũt in ea. 7 8 9 10

Quod cùm vidisset soror eius Ooliba, plusquam illa insaniuit libidine: & fornicationẽ suã super fornicationẽ sororis suæ ad filios Assyriorũ præbuit impudẽter, ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus q vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quòd polluta esset via vna ambarũ. Et auxit fornicationes suas: cumq. vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorũ expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorũ, formã ducũ omniũ, similitudinẽ filiorũ Babylonis terræq. Chaldæorũ in qua orti sunt: Insaniuit super eos cõcupiscẽtia oculorũ suorũ, & misit nuntios ad eos in Chaldæã. Cumq. venissent ad eã filij Babylonis ad cubile mammarũ, polluerũt eã stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoq. fornicationes suas, & discooperuit ignominiã suã: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescẽtiæ suæ, quibus fornicata est in Terra-Aegypti. Et insaniuit libidine super cõcubitũ eorũ, quorũ carnes sunt vt carnes asinorũ: & sicut fluxus equorũ fluxus eorũ. Et visitasti scelus adolescẽtiæ tuæ, quãdo subacta sunt in Aegypto hubera tua, & cõfractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

Propterea Ooliba, hæc dicit Dñs Deꝰ, Ecce, ego suscitabo omnes amatores tuos cõtra te, de quibus satiata est anima tua: & cõgregabo eos aduersum te in circuitu, 22

Filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrannosque, & principes oẽs filios Assyriorũ, iuuenes forma egregios, principes & magistratus vniuersos, pringia, duces & magistratus vniuersos, principes principũ, & nominatos ascensores equorũ. Et veniẽt sup te instructi curru & rota, *multitudo populorum: lorica & clypeo & galea armabuntur cõtra te vndique: & dabo coram eis iudiciũ, & iudicabunt te iudiciis suis. Et ponã zelũ meũ in te, quẽ exercent tecũ in furore: nasum tuum & aures tuas præcident: & quæ remãserint, gladio cõcidẽt: ipsi filios tuos & 23 24 25

* & MS. H. G. C. Q. n.

filias

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

filias tuas capiēt, & nouissimū tuū deuorabitur igni. Et denudabūt te vestimē- 26
tis tuis, & tollēt vasa gloriæ tuæ. Et re- 27
quiescere faciā scelus tuū de te, & fornicationē tuā de Terra-Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti nō recordaberis amplius. Quia hæc dicit Dñs 28
Deus, Ecce ego tradā te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua; Et agent tecū in odio: & 29
tollēt oēs labores tuos, & dimittēt te nudā & ignominia plenā, & reuelabitur ignominia fornicationū tuarū, scelus tuum & fornicationes tuæ. Fecerunt hæc tibi 30
quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earū. In via sororis 31
tuæ ambulasti, & dabo calicē ei⁹ in manu tua. Hæc dicit Dñs Deus, Calicē so- 32
roris tuæ bibes profundū & latū: eris in derisum & in subsannationē quæ est capacissima. Ebrietate & dolore replebe- 33
ris: ℣ calice⁹ mœroris & triſtitiæ, ℣ calice⁹ sororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & 34
epotabis vsq. ad fæces, & fragmēta eius deuorabis; hubera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dñs Deus. Propterea 35
hæc dicit Dñs Deus, Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuū, tu quoq. porta scelus tuum, & fornicationes tuas.
Et ait Dñs ad me, ℣ dicēs⁹, Fili homi- 36
nis, nunquid iudicas Oollam & Oolibam, & annuntias eis scelera earū? Quia ad- 37
ulteratę sunt, & sanguis in manib⁹ earū, & cum idolis suis fornicatæ sunt: insup & filios suos, quos genuerūt mihi, obtulerūt eis ad deuorandū. Sed & hoc fece- 38
rūt mihi, Polluerūt sanctuariū meum in die illa, & sabbatha mea profanauerunt.
Cumq. immolarent filios suos idolis 39
suis, & ingrederētur sanctuariū meum in die illa, vt polluerēt illud: etiā hæc fecerūt in medio domus meæ. Miserunt ad 40
viros venientes de lōgè, ad quos nuntium miserāt; itaq. ecce venerūt: quibus te lauisti, & circūliniſti stibio oculos tuos, & ornata es mūdo muliebri. Sedisti in le- 41
cto pulcherrimo, & mēsa ornata est ante te: thymiama meū, & vnguentū meū posuisti super eā. Et vox multitudinis exul- 42
tātis erat in ea: & in viris qui de multitudine hominū adducebātur, & veniebāt de deserto, posuerūt armillas in manibus eorū, & coronas speciosas in capitibus eorū. Et dixi ei quę attrita est in 43
adulteriis, Nūc fornicabitur in fornicatione sua etiā hæc. Et ingressi sunt ad 44
eā quasi ad mulierē meretricē: sic ingrediebātur ad Oollā & ad Oolibā mulieres nefarias. Viri ergo iusti sunt: ℣ hi iudi- 45
cabūt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundētiū sanguinē: quia adulteræ sunt, & sanguis in manib⁹ earū *. Hæc enim 46
dicit Dñs Deus, Adduc ad eas multitudinē, & trade eas in tumultū & in rapinā;
Et lapidētur lapidibus populorū, & cō- 47
fodiantur gladiis eorū: filios & filias earū interficiēt, & domos earū igne succendēt.
Et auferā scelus de terra, & discēt oēs 48
mulieres ne faciāt secūdū scel⁹ earū. Et 49
dabūt scelus vestrū sup vos, & peccata idolorū vestrorū portabitis: & scietis quia ego Dñs Deus. CAP. XXIIII.
ET factū est verbū Dñi ad me in anno 1
nono, in mēse decimo, decima-die⁹ 2
mensis, dicens, Fili hominis, scribe tibi nomē diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalē hodie.
Et dices per prouerbiū ad domū irrita- 3
tricē parabolam, & loquēris ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Pone ollā: pone inquā, 4
& mitte in eā aquā. Cōgere frusta eius in eā, omnē partē bonā, femur & armū, 5
electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, cōpone quoq. strues ossiū sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea 6
hæc dicit Dñs Deus, Væ ciuitati sanguinū, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius nō exiuit de ea: p partes & per partes suas eiice eā, nō cecidit super eā sors.
Sanguis enim eius in medio eius est, 7
super limpidissimā petrā effudit illū: nō effudit illū super terram, vt posset operiri 8
puluere. Vt superinducerē indignationē meā, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinē eius super petrā limpidissimā, ne 9
operireť. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Væ ciuitati sanguinū, cuius ego grandem 10
faciā pyrā. Cōgere ossa quæ igne succendā: cōsumentur carnes, & coquetur vniuersa cōpositio, & ossa tabescent. Pone 11
quoq. eā super prunas vacuā, vt incalescat & liquefiat æs eius: & cōflетur in medio eius inquinamentū eius, & consumatur 12
rubigo eius. Multo labore sudatū est, & nō exiuit de ea nimia rubigo ei⁹, neq per 13
ignē. Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & nō es mūdata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciā indignationē meā in 14
te. Ego Dñs locutus sum, ℣ Veniet⁹, & faciā; nō transeā, nec parcā, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones 15
tuas iudicabo te, dicit Dñs. Et factū est 16
verbū Dñi ad me, dicēs, Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorū in plaga: & nō planges, neq. plorabis, neq. fluēt lachrymæ tuæ. Ingemisce 17
tacēs, mortuorū luctū nō facies: corona tua circūligata sit tibi, & calceamēta tua erūt in pedib⁹ tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentiū cōedes. Locutus 18
sum ergo ad populū manè, & mortua est vxor mea vespere: feciq. manè sicut prę-
ceperat mihi. Et dixit ad me populus, 19
Quare nō indicas nobis quid ista significent quæ tu facis? Et dixi ad eos, Sermo 20
Domini factus est ad me, dicens, Lo- 21
quere domui Israël: Hęc dicit Dominus Deus, Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super

℣ 15 MS. Hier. H. G. C.

℣ Venit 4 MS. Hier. H. C. Textus consentit G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quo pauet amma veſtra: & filij veſtri & filiæ veſtræ quas reliquiſtis, gladio cadẽt.
Et facietis ſicut feci, Ora amictu nõ ve- 22
labitis, & cibos lugentiũ non comedetis.
Coronas habebitis in capitibus veſtris, 23
& calceamẽta in pedibus: non plangetis neq. flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſq. gemet ad fratrẽ ſuũ. Eritq. Ezechiel vobis in portentũ: 24
iuxta omnia quæ fecit, facietis cùm venerit iſtud: & ſcietis quia ego Dñs Deus.
Et tu fili hominis, ecce in die qua tollã 25
ab eis fortitudinẽ eorũ, & gaudiũ dignitatis, & deſideriũ oculorũ eorũ ſup quo requieſcũt animæ eorũ, filios & filias eorũ: In die illa cùm venerit fugiẽs ad te, 26
vt annũtiet tibi: In die inquã illa aperietur os tuũ cũ eo qui fugit, & loquêris, & nõ filebis vltrà: eríſq. eis in portentum, & ſcietis quia ego Dominus.

CAP. XXV.

ET factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens, 1
Fili hominis, pone faciẽ tuã cõtra 2
filios Ammõ: & prophetabis de eis. Et 3
dices filiis Ammon, Audite verbum Dñi Dei: Hæc dicit Dñs Deus, Pro eo quòd dixiſti Euge euge, ſuper ſanctuariũ meũ, quia pollutũ eſt: & ſuper terram Iſraël, qm̃ deſolata eſt: & ſuper domũ Iuda, qm̃ ducti ſunt in captiuitatẽ: Idcirco * ego 4
tradã te filiis orientalibus in hæreditatẽ, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas: & ipſi bibent lac tuum. Daboque 5
Rabbath in habitaculũ camelorũ, & filios Ammon in cubile pecorũ: & ſcietis quia ego Dñs. Quia hæc dicit Dñs Deus, Pro 6
eo quòd plauiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper terrã Iſraël: idcirco ecce ego extendã manũ 7
meã ſuper te, & tradã te in direptionem Gentiũ, & interficiã te de populis, & perdã de terris, & conterã: & ſcietis' quia 8
ego Dñs. Hæc dicit Dñs Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce, ſicut oẽs Gentes, domus Iuda: idcirco ecce 9
ego aperiã humerũ Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquã eius, & de finib⁹ ei⁹ inclytas terræ Beth-ieſimoth, & Beelmeon, & Cariathãim, Filiis' Orientis 10
cum filiis Ammõ, & dabo eã in hæreditatẽ: vt nõ ſit vltrà memoria filiorũ Ammõ in Gentibus. Et in Moab faciã iu- 11
dicia: & ſcient quia ego Dñs. Hæc di- 12
cit Dñs Deus, Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem, vt ſe vindicaret de filiis Iuda, peccauitq. delinquẽs, & vindictã expetiuit de eis: Idcirco hæc dicit Dñs De⁹, 13
Extendã manũ meã ſuper Idumæam, & auferã de ea hominẽ & iumentũ, & faciã eã deſertã ab Auſtro: & qui ſunt in Dedan, gladio cadent. Et dabo vltionẽ 14
meã ſup Idumæã per manũ populi mei Iſraël: & facient in Edom iuxta irã meã & furorẽ meũ: & ſcient vindictã meam, dicit Dñs Deus. Hæc dicit Dñs Deus, 15
Pro eo quòd fecerunt Palæſthini vindictam, & vlti ſe ſunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres:
propterea hæc dicit Dñs Deus, Ecce 16
ego extendã manũ meã ſuper Palæſthinos, & interficiã interfectores, & perdam reliquias maritimę regionis: faciamq. in 17
eis vltiones magnas arguens in furore: & ſcient quia ego Dñs, cùm dẽdero vindictã meam ſuper eos.

CAP. XXVI.

ET factũ eſt in vndecimo anno, prima 1
mẽſis, factus eſt ſermo Dñi ad me, 2
dicens, Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ieruſalẽ: Euge, confracta ſunt portæ populorũ, conuerſa eſt ad me: implebor, deſerta eſt. Propterea hæc dicit 3
Dñs Deus, Ecce ego ſup te Tyre, & aſcẽdere faciã ad te gentes multas, ſicut aſcẽdit mare fluctuans. Et diſſipabũt mu- 4
ros Tyri, & deſtruent turres eius: & radã puluerẽ eius de ea, & dabo eã in limpidiſsimã petrã. Siccatio ſagenarũ erit in 5
medio maris, quia ego locutus ſum, ait Dñs Deus: & erit in direptionẽ Gẽtibus.
Filiæ quoq. eius quæ ſunt in agro, gla- 6
dio interficiẽtur: & ſciẽt quia ego Dñs.
Quia hæc dicit Dñs De⁹, Ecce ego ad- 7
ducã ad Tyrũ Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ab Aquilone regẽ regũ, cũ equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, popu-
loq. magno. Filias tuas quę ſunt in agro, 8
gladio interficiet: & circundabit te munitionibus, & cõportabit aggerẽ in gyro: & eleuabit cõtra te clypeũ. Et vineas & 9
arietes tẽperabit in muros tuos, & turres
tuas deſtruet in armatura ſua. Inunda- 10
tione equorũ eius operiet te puluis eorũ: à ſonitu equitũ & rotarũ & curruũ mouebuntur muri tui, cùm egreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitũ vrbis diſ-
ſipatæ. Vngulis equorũ ſuorũ cõculcabit oẽs plateas tuas: populũ tuum gladio 11
cædet, & ſtatuæ tuæ nobiles in terrã corruent. Vaſtabunt opes tuas, diripiẽt ne- 12
gotiationes tuas: & deſtruẽt muros tuos, & domos tuas præclaras ſubuertẽt: & lapides tuos, & ligna tua & puluerẽ tuũ in
medio aquarũ ponẽt. ¶ Et quieſcere fa- 13
ciã multitudinẽ canticorũ tuorũ, & ſonitus cithararũ tuarũ nõ audietur amplius.
Et dabo te in limpidiſsimã petrã, ſicca- 14
tio ſagenarũ eris, nec ædificaberis vltrà: quia ego *locut⁹ ſum, ait Dñs De⁹. Hæc 15
dicit Dñs Deus Tyro, Nunquid nõ à ſonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorũ cũ occiſi fuerint, in medio tui cõ-
mouebũtur inſulæ? Et deſcendẽt de ſe- 16
dibus ſuis oẽs principes maris: & auferẽt exuuias ſuas, & veſtimẽta ſua varia abiicient, & induẽtur ſtupore, in terra ſedebunt, & attoniti ſuper repentino caſu tuo
admirabuntur? Et aſſumentes ſuper te 17
lamentum, dicent tibi, Quomodo periſti quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuiſti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant vniuerſi?

Nunc

*ecce 2 MS.R.H. G.C.

ſcies 6 MS.Hier. H.G.C.

filios 8 MS.Q.a.

Ins.

*Domi MS.H.C

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nũc stupebũt naues in die pauoris tui: & turbabũtur insulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te. Quia hæc dicit Dñs Deus, Cùm dedero te vrbẽ desolatã sicut ciuitates quæ nõ habitãtur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ: Et detraxero te cũ his qui descẽdunt in lacũ ad populũ sempiternũ, & collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his qui deducũtur in lacũ, vt nõ habitẽris, porrò cũ dedero gloriã in terra viuentium: In nihilũ redigã te, & non eris, & requisita nõ inueniẽris vltrà in sempiternũ, dicit Dñs Deus.

CAP. XXVII.

ET factũ est verbũ Dñi ad me, dicens, Tu ergo fili hominis, assume super Tyrũ lamentũ: & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiãti populorũ ad insulas multas, Hæc dicit Dñs Deus, O Tyre, tu dixisti, Perfecti decõris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerũt decõrẽ tuũ: abietibus de Sanir extruxerũt te cũ omnib. tabulatis maris: cedrum de Libano tulerũt, vt facerent tibi malũ. Quercus de Basan dolauerũt in remos tuos: & trãstra tua fecerunt tibi ex ebore Indicõ, & prætoriola de insulis Italiæ. Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velũ, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentũ tuũ. Habitatores Sidõnis & Aradij fuerunt remiges tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui. Senes Giblij & prudẽtes eius habuerũt nautas ad ministeriũ variæ supellectilis tuæ: oẽs naues maris & nautæ earũ fuerunt in populo negotiationis tuæ. Persæ, & Lydij, & Libyes erãt in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeũ & galeã suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cũ exercitu tuo erãt sup muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspẽderunt in muris tuis per gyrũ: ipsi cõpleuerunt pulchritudinẽ tuã. Carthaginenses negotiatores tui, à multitudine cunctarũ diuitiarũ: argẽto, ferro, stãno, plumboq. repleuerunt nundinas tuas. Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo. De domo Thogormæ, equos, & equites, & mulos adduxerũt ad forũ tuũ. Filij Dedan negotiatores tui: insulæ multæ negotiatio manũ tuæ: dẽtes eburneos & hebeninos cõmutauerũt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus ppter multitudinẽ operũ tuorũ, gẽmã & purpurã, & scutulata, & byssum, & fericũ, & chodchod ppposuerũt in mercatu tuo. Iuda & terra Israël ipsi institores tui in frumento primo: balsamũ, & mel, & oleũ, & resinã ppposuerunt in nũdinis tuis. Damascenus negotiator tuus in multitudine operũ tuorũ, in multitudine diuersarũ opũ, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrũ fabrefactũ: stacte, & calamus in negotiatione tua. Dedã institores tui in tapetibus ad sedendũ. Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cũ agnis, & arietibꝰ, & hœdis venerũt ad te negotiatores tui. Vẽditores Saba, & Reema ipsi negotiatores tui: cũ vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso & auro, quod ppposuerũt in mercatu tuo. Harã, & Chẽne, & Eden, negotiatores tui Saba: Assur, & Chelmad vẽditores tui. Ipsi negotiatores tui multifariam inuolucris hyacinthi, & polymitorũ, gazarũq. pretiosarũ, quæ obuolutæ & astrictæ erãt funibus: cedros quoq. habebãt in negotiationib. tuis. Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis multis adduxerũt te remiges tui: vẽtus auster cõtrinit te in corde maris. Diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentũ tuũ, nautæ tui & gubernatores tui qui tenebãt supellectilẽ tuã, & populo tuo prçerãt: viri quoq. bellatores tui qui erãt in te, cũ vniuersa multitudine tua quæ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruinæ tuæ. A sonitu clamoris gubernatorũ tuorũ cõturbabuntur classes: Et descendent de nauibus suis oẽs qui tenebãt remum: nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt: Et eiulabunt super te voce magna, & clamabũt amarè: & superiaciẽt puluerẽ capitibus suis, & cinere cõspergẽtur. Et radẽt super te caluitiũ, & accingentur ciliciis: & plorabũt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. Et assumẽt super te carmen lugubre, & plãgent te, Quæ est vt Tyrus, quę obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationũ tuarũ de mari, implesti populos multos: in multitudine diuitiarũ tuarũ, & populorũ tuorum ditasti reges terræ: Nunc cõtrita es à mari, in profundis aquarũ opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderũt. Vniuersi habitatores insularũ obstupuerũt super te: & reges earum oẽs tempestate percussi mutauerunt vultus. Negotiatores populorum sibilauerunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicẽs, Fili hominis dic principi Tyri, Hæc dicit Dñs Deꝰ, Eo ꝙ eleuatũ est cor tuũ, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cùm sis homo, & nõ Deus; & dedisti cor tuũ quasi cor Dei. Ecce sapiẽtior es tu Daniele: omne secretũ nõ est abscõditũ à te. In sapientia *& prudẽtia tua fecisti tibi fortitudinẽ: & acquisisti aurũ & argentum in thesauris tuis. In multitudine sapientię tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem:

*tua 2 MS. H.G.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tudinē: & eleuatū est cor tuum in robore tuo. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Eo 6
quòd eleuatū est cor tuū quasi cor Dei:
idcirco ecce ego adducā sup te alienos 7
robustissimos Gentiū: & nudabunt gladios suos sup pulchritudinē sapiētię tuę,
& polluēt decorē tuū. Interficiēt & de- 8
trahēt te: & morieris in interitu occisorū in corde maris. Nūquid dicēs loquēris, Deus ego sum, corā interficientib. te: 9
cùm sis homo, & nō Deus, in manu occidētiū te? Morte incircūcisorū morieris 10
in manu alienorū: quia ego locutus sum,
ait Dñs Deus. Et factus est sermo Dñi 11
ad me, dicens, Fili hominis, leua plāctū 12
sup regē Tyri: & dices ei, Hæc dicit Dñs
Deus, Tu signaculū similitudinis plenus
sapiētia, & perfectus decore. In deliciis 13
paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus
operimentū tuū: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbūculus, & smaragd⁹: aurū
opus decoris tui: & foramina tua, in die
qua cōditus es præparata sunt. Tu che- 14
rub extētus & ꝓtegēs, & posui te in mōte sancto Dei, in medio lapidū ignitorum
ambulasti. Perfectus in viis tuis à die 15
cōditionis tuę: donec inuēta est iniquitas
in te. In multitudine negotiationis tuæ 16
repleta sunt interiora tua iniquitate, &
peccasti: & eieci te de mōte Dei, & perdidi te ô cherub ꝓtegēs, de medio lapidū
ignitorū. Et elevatū est cor tuū in decō- 17
re tuo: perdidisti sapientiā tuā in decōre tuo, in terrā ꝓieci te: ante faciē regū dedite, vt cernerēt te. In multitudine ini- 18
quitatū tuarū, & iniquitate negotiatiōis
tuæ polluisti sanctificationē tuā: ꝓducā
ergo ignē de medio tui qui comedat te, &
dabo te in cinerē super terrā in cōspectu
omniū videntiū te. Oēs qui⁹ viderint⁹ 19
te in Gētibus, obstupescēt super te: nihili
factus es, & nō eris in perpetuū. Et fa- 20
ctus est sermo Dñi ad me, dicēs, Fili ho- 21
minis, pone faciē tuā cōtra Sidōnem: &
prophetabis de ea, & dices, Hæc dicit 22
Dñs Deus, Ecce ego ad te Sidō, & glorificabor in medio tui: & scient quia ego
Dñs cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. Et immittā ei pesti- 23
lentiā & sanguinē in platēis eius: & corruēt interfecti in medio eius gladio ꝓ circuitū: & sciēt quia ego Dñs. Et nō erit 24
vltrà domui Israël offendiculū amaritudinis, & spina dolorē inferēs vndiq; ꝓ circuitū eorū qui aduersantur eis: & scient
quia ego Dñs De⁹. Hæc dicit Dñs De⁹, 25
Quādo cōgregauero domū Israël de populis in quib. dispersi sunt, sanctificabor
in eis corā Gētibus: & habitabūt in terra
sua quā dedi seruo meo Iacob. Et ha- 26
bitabunt in ea securi: & ædificabunt domos, & plātabunt vineas, & habitabunt
cōfidēter, cùm fecero indicia in omnib.
qui aduersantur eis per circuitū: & sciēt
quia ego Dominus Deus eorum.

Cognouerint R.H.G.C.

CAP. XXIX.

1 IN anno decimo, *undecimo' mēse, *vo-
decima'-die' mēsis, factū est verbum
2 Dñi ad me, dicēs, Fili hominis, pone fa-
ciē tuā cōtra Pharaonē regē Aegypti: &
ꝓphetabis de eo, & de Aegypto vniuersa.
3 Loquere, & dices, Hæc dicit Dñs Deus,
Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco
magne, qui cubas in medio fluminū tuorū: & dicis, Meus est fluuius, & ego feci
4 memetipsum. Et ponā frenū in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum
tuorū squamis tuis: & extrahā te de medio fluminū tuorū, & vniuersi pisces tui
5 squamis tuis adhærebūt. Et ꝓiciā te in
desertū, & oēs pisces fluminis tui: super
faciē terræ cades, nō colligēris, neq. cōgregaberis: bestiis terræ, & volatilib. cæli
6 dedi te ad deuorādū. Et scient oēs habitatores Aegypti quia ego Dñs: ꝓ eo quòd
fuisti baculus arundineus domui Israël.
7 Quādo apprehēderunt te manu, & cōfractus es, & laceraſti oēm humerū eorū:
& innitētibus eis super te, cōminut⁹ es,
8 & dissoluisti oēs renes eorū. Propterea
hæc dicit Dñs De⁹, Ecce ego adducā superte gladiū: & interficiā de te hominē
9 & iumentum. Et erit terra Aegypti in
desertū & in solitudinē: & scient quia ego
Dñs: ꝓ eo quòd⁹ dixeris⁹, Fluuius meus
10 est, & ego feci eū. Idcirco ecce ego ad te,
& ad flumina tua: daboq. Terrā Aegypti
in solitudines, gladio dissipatam, à turre
Syenes, vsque ad terminos Aethiopiæ.
11 Nō pertrāsibit eā pes hominis, neq. pes
iumēti gradietur in ea: & nō habitabitur
12 quadraginta annis. Daboq. Terrā Aegypti desertā in medio terrarū desertarū,
& ciuitates eius in medio vrbiū subuersarū, & erūt desolatæ quadraginta annis:
& dispergā Aegyptios in nationes, & vē-
13 tilabo eos in terras. Quia hæc dicit Dñs
Deus, Post finē quadraginta annorū cōgregabo Aegyptū de populis in quib. di-
14 sperſi fuerāt. Et reducā captiuitatē Aegypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis suæ: & erūt ibi in
15 regnū humile: inter cætera regna erit
humillima, & nō eleuabitur vltrà super
nationes, & imminuā eos ne imperēt gē-
16 tibus. neq. erunt vltrà domui Israël in
cōfidentia, docētes iniquitatē, vt fugiant
& sequantur eos: & scient quia ego Dñs
17 Deus. Et factū est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mēsis: factū est
18 verbū Dñi ad me, dicens, Fili hominis,
Nabuchodonosor rex Babylonis seruire
fecit exercitū suū seruitute magna aduersus Tyrū: omne caput decaluatum, & oīs
humer⁹ depilat⁹ est: & merces nō est redita ei, neq. exercitui eius de Tyro, ꝓ ser-
uitute qua seruiuit mihi aduersus eam.
19 Propterea hæc dicit Dñs Deus: Ecce, ego dabo Nabuchodonosor regē Babylonis in Terra-Aegypti: & accipiet multitudinē ei⁹, & deprædabit manubias ei⁹,

& diripiet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius. Et operi quo seruiuit adversus eā, dedi ei Terrā Aegypti: ꝓ eo ꝙ laborauerunt mihi, ait Dñs Deus. In die illo pullulabit cornu domui Israēl, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & scient quia ego Dñs. CAP. XXX.

ET factū est verbū Dñi ad me, dicens, Fili hominis, ꝓpheta & dic, Hęc dicit Dñs Deus, Vlulate, væ væ diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies Dñi: dies nubis, tēpus Gētium erit. Et veniet gladius in Aegyptū: & erit pauor in Aethiopia, cū ceciderint vulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illi⁹, & destructa fundamēta ei⁹. Aethiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquū vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis, cum eis gladio cadēt. Hæc dicit Dñs Deus, Et corruēt fulciētes Aegyptū, & destruetur superbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadēt in ea, ait Dñs Deus exercituū. & dissipabūtur in medio terrarū desolatarū, & vrbes eius in medio ciuitatū ♮ desertarū erūt. Et sciēt quia ego Dñs, cū dedero ignē in Aegypto, & attriti fuerint oēs auxiliatores ei⁹. In die illa egrediētur nūtij à facie mea in trierib. ad cōterēdā Aethiopiæ cōfidentiā, & erit pauor in eis in die Aegypti: quia absq. dubio veniet. Hæc dicit Dñs Deus, & cessare faciā multitudinē Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipse & populꝰ eius cū eo fortissimi Gētiū adducētur ad dispdēdā terrā: & euaginabūt gladios suos sup Aegyptū, & implebūt terrā interfectis. Et faciā alueos fluminū aridos, & tradā terrā in manus pessimorū: & dissipabo terrā & plenitudinē eius in manus alienorum ego Dñs locutus sum.

Hæc dicit Dñs Deus, Et disperdā simulachra, & cessare faciā idola de Memphis: & dux de Terra-Aegypti non erit amplius: & dabo terrorē in Terra-Aegypti. Et dispērdā terrā Phatures, & dabo ignē in Taphnis, & faciā iudicia in Alexandria. Et effundā indignationem meā super Pelusiū robur Aegypti, & interficiā multitudinē Alexādriæ; & dabo ignē in Aegypto: quasi parturiēs dolebit Pelusiū, & Alexādria erit dissipata, & in Mēphis angustiæ quotidianę. Iuuenes Heliopoleos, & Pubasti gladio cadēt, & ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies, cū cōtriuero ibi sceptra Aegypti, & defecerit in ea superbia potētiæ eius: ipsam nubes operiet, filiæ aūt ei⁹ in captiuitatē ducētur. Et iudicia faciā in Aegypto: & sciēt quia ego Dñs. Et factum est in vndecimo anno, in primo mēse, in septima mēsis, factū est verbum Dñi ad me, dicēs, Fili hoīs, brachiū Pharaonis regis Aegypti cōfregi: & ecce nō est obuolutū, vt reuinueretur ei sanitas, vt ligaret pānis, & fasciret linteolis, & recepto robore posset tenere gladiū. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego ad Pharaonem regē Aegypti, & cōminuā brachiū eius forte, sed cōfractū: & deiiciā gladiū de manu eius: & dispergā Aegyptū in Gētibus, & vētilabo eos in terris. Et cōfortabo brachia regis Babylonis, daboq. gladiū meū in manu eius: & cōfringā brachia Pharaonis, & gemēt gemitib. interfecti corā facie eius. Et cōfortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis cōcidēt: & sciēt quia ego Dñs, cū dedero gladiū meū in manū regis Babylonis, & extēderit eū super Terrā-Aegypti. Et dispergā Aegyptū in nationes, & vētilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus. CAP. XXXI.

ET factū est in anno vndecimo, tertio mēse, vna mēsis, factū est verbū Dñi ad me, dicēs, Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius, Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrꝰ in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusq. altitudine, & inter cōdensas frōdes eleuatū est cacumē eius. Aquæ nutrierūt illū, abyssus exaltauit illū: flumina eius manabāt in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Proptrea eleuata est altitudo eius sup omnia ligna regiōis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius pre aquis multis. Cumq. extendisset vmbrā suā, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli, & sub frōdib. eius genuerunt oēs bestiæ saltuū, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentiū plurimarū. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorū suorū: erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri qō fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abieres nō adæquauerunt summitatem eius, & platani nō fuerūt equæ frōdibus illius: omne lignū paradisi Dei nō est assimilatū illi, & pulchritudini eius. Quoniā speciosum feci eū, & multis cōdensisq. frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erāt in paradiso Dei. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Pro eo quòd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatē suā virentē atq. cōdensam, & eleuatū est cor eius in altitudine sua: Tradidi eū in manꝰ fortissimi gentiū, faciēs faciet ei: iuxta impietatē eiꝰ eieci eū. Et succīdēt eū alieni & crudelissimi nationū, & proiciēt eū sup mōtes, & in cunctis cōuallib. corruēt rami eiꝰ, & cōfringētur arbusta eiꝰ in vniuersis rupib. terræ: & recedent de vmbraculo eius oēs populi terræ, & relinquēt eum. In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli, & in ramis eiꝰ fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. Quā ob rē nō eleuabūtur in altitudine sua oīa ligna aquarū, nec ponēt sublimitatem suā inter nemorosa atque frōdosa, nec stabūt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur

aquis:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aquis : quia oēs traditi sunt in mortē ad terrā vltimā in medio filiorū hominum ad eos qui descēdunt in lacū. Hæc dicit Dñs Deus, In die quādo descēdit ad inferos, induxi luctū, operui eū abyssō : & prohibui flumina eius, & coërcui aquas multas: cōtristatus est super eū Libanus, & omnia ligna agri cōcussa sunt. A sonitu ruinæ eius cōmoui Gētes, cū deducerē eū ad infernū cum his qui descēdebāt in lacū: & cōsolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atq. præclara in Libano, vniuersa quæ ᵃirrigabātur aquis. Nā & ipsi cum eo descēdent ad infernum ad interfectos gladio: & brachiū vniuscuiusq. sedebit sub vmbraculo eius in medio nationū. Cui assimilatus es ô inclyte atq. sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cū lignis voluptatis ad terrā vltimā: in medio incircuncisorum dormies, cū eis qui interfecti sunt gladio. ipse est Pharao, & omnis multitudo eius: dicit Dñs Deus.

ᵃirrigantur ς MS. R.

CAP. XXXII.

ET factū est, duodecimo anno, in mēse duodecimo, in vna mēsis, factum est verbū Dñi ad me, dicens, Fili hominis, assume lamentum super Pharaonē regē Aegypti, & dices ad eū; Leoni Gentiū assimilat⁹ es, & draconi qui est in mari: & vēnilabas cornu in fluminib. tuis, & cōturbabas aquas pedib. tuis, & cōculcabas flumina earum. Propterea hæc dicit Dñs Deus, ℣ Expandā super te rete meum in multitudine populorū multorū, & extrahā te in sagena mea. Et ᵖiiciā te in terrā, super faciē agri abiiciā te: & habitare faciā sup te omnia volatilia cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas sup mōtes, & implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super mōtes, & valles implebuntur ex te. Et operiā cū extinct⁹ fueris, cælos: & nigrescere faciā stellas eius: solē nube tegā, & luna nō dabit lumē suū. Omnia luminaria cæli mœrere faciā super te: & dabo tenebras sup terrā tuā, dicit Dñs Deus. * Et irritabo cor populorū multorū, cū induxero cōtritionē tuā in Gentib. super terras quas nescis. Et stupescere faciā super te populos multos, & reges eorū horrore nimio formidabunt sup te⁺, cū volare cœperit gladius meus super facies eorū: & obstupescent repentè singuli pro anima sua in die ruinæ ᵗᵘᵃᵉ ᵗᵘᵃᵉ. Quia hæc dicit Dñs Deus, Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladiis fortiū deiiciā multitudinē tuā, inexpugnabiles oēs Gētes hæ: & vastabunt superbiā Aegypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdā omnia iumēta eius quæ erāt sup aquas plurimas: & nō cōturbabit eas pes hominis vltrà, neque vngula iumētorū turbabit eas. Tūc purissimas reddā aquas eorū, & flumina eorū quasi oleū adducā, ait Dñs Deus: Cū dedero Terrā-Aegypti desolatā: desereturq. autē terra à plenitudine sua, quando percussero oēs habitatores eius: & scient quia ego Dñs. Planctus est, & plangent eū: filiæ Gentiū plangēt eum, super Aegyptū, & super multitudinē eius plāgent eū, ait Dñs Deus. Et factū est in duodecimo anno, in quintadecima mēsis, factū est verbū Dñi ad me, dicēs, Fili hominis, cane lugubre super multitudinē Aegypti: & detrahe eā ipsam, & filias gentiū robustarū ad terrā vltimā cū his qui descēdunt in lacū. Quo pulchrior es? descende, & dormi cū incircūcisis. In medio interfectorū gladio cadēt: gladius datus est, attraxerūt eā, & oēs populos eius.

Sup. 12, 13. 17, 20.

Isa. 13, 10. Ioel 2, 10. 3, 15. Mat. 14, 29

*cùm ceciderint vulnerati rui in medio terræ, ait Dñs Deus MS. Q. n. *propter vniuersas iniquitates quas operatus es MS. Q. n. ᵗᵘᵃᵉ MS. R. Hier. H. G. C.

Loquētur ei potentissimi robustorū de medio inferni, qui cū auxiliatoribus eius descenderūt, & dormierunt incircuncisi, interfecti gladio. Ibi Assur, & oīs multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius: oēs interfecti, & qui ceciderunt gladio. Quorū data sunt sepulchra in nouissimis lacis: & facta est multitudo ei⁹ per gyrū sepulchri eius: vniuersi interfecti, cadentesq. gladio, qui dederāt quòdā formidinem in terra viuentium. Ibi Aelā, & omnis multitudo eius per gyrū sepulchri sui. omnes hi interfecti, ruētesque gladio, qui descēderunt incircuncisi ad terrā vltimā: qui posuerunt terrorem suū in terra viuētium, & portauerunt ignominiā suā cum his qui descēdunt in lacum. In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchrum illius. omnes hi incircuncisi, interfectiq. gladio: dederunt enim terrorē suū in terra viuētium, & portauerūt ignominiā suā cum his qui descēdunt in lacum, in medio interfectorū positi sunt. Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchra illius. omnes hi incircuncisi, interfectiq. & cadētes gladio: quia dederūt formidinē suā in terra viuentium. Et nō dormient cum fortibus, cadentibusq. & incircuncisis qui descenderunt ad infernum cum armis suis: & posuerūt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorū : quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircuncisorum conterēris, & dormies cū interfectis gladio. Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio: & qui cū incircuncisis dormierūt, & cū his qui ᵘdescenderunt⁹ in lacum. Ibi principes Aquilonis oēs & vniuersi venatores: qui deducti sunt cum interfectis, pauēres, & in sua fortitudine cōfusi: qui dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerūt cōfusionem suā cum his qui descēdunt in lacum. Vidit eos Pharao, & cōsolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharao, & omnis

ᵘ MS. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnis exercitus ei⁹, ait Dñs Deus: quia 32
dedit' terrorē suū' in terra vinētium, & dormiuit in medio incircunciſorū cū interfectis gladio, Pharao & oīs multitudo eius: ait Dñs Deus. CAP. XXXIII.
ET factū est verbū Dñi ad me, dicens, 1
Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra cū induxero super eā gladiū, & tulerit populus terrę virū vnū de nouiſsimis ſuis, & cōſtituerit eū ſuper ſe ſpeculatorē: Et ille viderit gladiū venientē ſuper terrā, & cecinerit buccina, & annūtiauerit populo: Audiēs aūt quiſquis ille eſt, ſonitū buccinæ, & non ſe obſeruauerit, veneritq. gladius, & tulerit eum: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonū buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi aūt ſe cuſtodierit, animā ſuā 'ſaluabit'.
Quòd ſi ſpeculator viderit gladiū venientē, & non inſonuerit buccina: & populus ſe nō cuſtodierit, veneritq. gladius, & tulerit de eis animā: ille quidē in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinē aūt eius de manu ſpeculatoris requiram. ¶ Et tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraēl: audiens ergo ex ore meo ſermonē, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impiū, Impie, morte morieris: non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à vita ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinē aūt eius de manu tua requiram.
Si aūt annūtiante te ad impiū vt à viis ſuis cōuertatur, nō fuerit cōuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animā tuam liberaſti. Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſraēl, Sic locuti eſtis, dicentes, Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo viuere poterimus? ¶ Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dñs Deus: nolo mortē impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini à viis veſtris peſsimis: & quare moriemini domus Iſraēl? Tu itaq. fili hominis dic ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti nō liberabit eū in quacunq. die peccauerit: & impietas impij nō nocebit ei, in quacunq. die cōuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacunque die peccauerit.
Etiā ſi dixero iuſto quòd vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatē: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq. iudiciū & iuſtitiā, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamq. reddiderit, in mādatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquā iniuſtū: vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quę peccauit, nō imputabūtur ei: iudiciū & iuſtitiā fecit, vita viuet. Et dixerūt filij populi tui, Nō eſt æqui pōdus via Dñi, & ipſorum via iniuſta eſt.
Cùm enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua, feceritq. iniquitates: morietur in eis.
Et cùm receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq. iudiciū & iuſtitiā: viuet in eis. ¶ Et dicitis, Non eſt recta via Dñi. Vnūquemq. iuxta vias ſuas iudicabo de vobis, domꝰ Iſraēl. Et factū est in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta mēſis trāſmigrationis noſtræ, venit ad me qui fugerat de Ieruſalē, dicēs, Vaſtata eſt ciuitas. Manus aūt Dñi facta fuerat ad me veſpere, antequā veniret qui fugerat: aperuitq. os meū donec veniret ad me manè, & aperto ore meo nō ſilui amplius.
Et factū est verbū Dñi ad me, dicens,
Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his, ſup humū Iſraēl, loquētes aūt, Vnus erat Abrahā, & hæreditate poſſedit terrā: nos aūt multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſsionē. Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immūditias veſtras, & ſanguinē funditis: nunquid terrā hæreditate poſsidebitis? Stetiſtis in gladiis veſtris, feciſtis abominationes, & vnuſquiſq vxorem proximi ſui polluit: & terrā hæreditate poſsidebitis.
Hæc dices ad eos, Sic dicit Dñs Deus, Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadēt: & qui in agro eſt, beſtiis tradetur ad deuorandū: qui aūt in præſidiis & ſpeluncis ſunt, peſte morientur. Et dabo terrā in ſolitudinē, & in deſertum, & deficiet ſuperba fortitudo eius: & deſolabūtur montes Iſraēl, eo quòd nullus ſit qui per eos tranſeat. Et ſcient quia ego Dñs, cū dedero terrā eorū deſolatā & deſertam propter vniuerſas abominationes ſuas quas operati ſunt. Et tu fili hominis: filij populi tui qui loquūtur de te iuxta muros, & in oſtiis domorū; & dicunt vnus ad alterū, vir ad proximū ſuum loquentes, Venite, & audiamus quis ſit ſermo egrediens à Dño. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedēt coram te populus meus: & audiunt ſermones tuos, & nō faciūt eos: quia in canticū oris ſui vertūt illos, & auaritiā ſuam ſequitur cor eorum. Et es eis quaſi carmē muſicū, quod ſuaui dulciq. ſono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.
Et cùm venerit quod prędictū eſt (ecce enim venit) tūc ſciēt quòd ꝓphetes fuerit inter eos. CAP. XXXIIII.
ET factū est verbū Dñi ad me, dicens;
Fili hominis propheta de paſtorib. Iſraēl: propheta, & dices paſtoribus, Hæc dicit Dñs Deus, ¶ Væ paſtoribus Iſraēl, qui paſcebant ſemetipſos: nōne greges à paſtoribus paſcūtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſum erat, occidebatis: gregē autē meū nō paſcebatis. Quod infirmū fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotū, non ſanaſtis: quod confractū est non alligaſtis, & quod abiectū est nō reduxiſtis, & quod perierat nō

32 18 18 19 19 20 20 21 21 22 22 23 23 24 24 25 25 26 26 27 27 28 28 29 29 30 30 31 31 32 32 33 33 1 1 2 2 3 3 4 4

Sup. 18, 25.

Ier. 23, 1.
Sup. 13, 3.

quæſiſtis:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cũ potentia. Et dispersæ sunt oues 5
meæ, eo q̃ non esset pastor: & factæ sunt
in deuorationẽ omniũ bestiarum agri, &
dispersæ sunt. Errauerunt greges mei in 6
cunctis mõtibus, & in vniuerso colle ex-
celso: & super omnẽ faciem terræ dispersi
sunt greges mei: & non erat qui require-
ret, non erat, inquam, qui requireret.
Propterea pastores audite verbũ Dñi, 7
Viuo ego, dicit Dñs Deus, quia pro eo 8
quòd facti sunt greges mei in rapinam, &
oues meæ in deuorationẽ omniũ bestia-
rũ agri, eo quòd nõ esset pastor (neq. enim
quæsierũt pastores mei gregem meũ: sed
pascebant pastores semetipsos, & greges
meos nõ pascebant) propterea pastores 9
audite verbũ Dñi, Hæc dicit Dñs Deus: 10
Ecce ego ipse super pastores, requirã gre-
gẽ meũ de manu eorũ, & cessare faciam
eos vt vltrà nõ pascãt gregẽ*, nec pascant
amplius pastores semetipsos: & liberabo
gregẽ meũ de ore eorũ, & nõ erit = vltrà
eis in escam. Quia hæc dicit Dñs Deus, 11
‖ Ecce, ego ipse requirã oues meas, & vi-
sitabo eas. Sicut visitat pastor gregẽ suũ 12
in die q̃n fuerit in medio ouiũ suarũ dis-
sipatarũ: sic visitabo oues meas, & libe-
rabo eas de omnib. locis in quib. dispersæ
fuerãt in die nubis & caliginis. Et educã 13
eas de populis, & cõgregabo eas de terris,
& inducã eas in terrã suã: & pascã eas in
mõtibus Israël, in riuis, & in cũctis sedi-
bus terræ. In pascuis huberrimis pascã 14
eas, & in mõtib. excelsis Israël erunt pa-
scua earũ: ibi requiescẽt in herbis viren-
tibus, & in pascuis pinguibus pascentur
sup mõtes Israël. Ego pascã oues meas: 15
& ego eas accubare faciã, dicit Dñs Deus.
Quod perierat, requirã: & quod abiectũ 16
erat, reducam: & quod confractũ fuerat,
alligabo: & quod infirmũ fuerat, consoli-
dabo: & quod pingue & forte, custodiã:
& pascã illas in iudicio. Vos aũt greges 17
mei, hęc dicit Dñs Deus, Ecce ego iudico
inter pecus & pecus, arietũ & hircorum,
Nõne satis vobis erat pascua bona de- 18
pasci? insuper & reliquias pascuarũ ve-
strarũ cõculcastis pedibus vestris: & cùm
purissimã aquã biberetis, reliquam pedi-
bus vestris turbabatis. Et oues meæ his 19
quæ cõculcata pedibus vestris fuerãt, pa-
scebãtur; & quæ pedes vestri turbauerãt,
hæc bibebant. Propterea hæc dicit Dñs 20
Deus ad vos, Ecce, ego ipse iudico inter
pecus pingue & macilẽtum. Pro eo quòd 21
lateribus, & humeris impingebatis, &
cornibus vestris vẽtilabatis omnia infir-
ma pecora, donec dispergerentur foras:
saluabo gregẽ meum, & nõ erit vltrà in 22
rapinã, & iudicabo inter pecus & pecus.
‖ ET SVSCITABO SVPER 23
EAS PASTOREM VNVM, qui
pascat eas, ‖ seruũ meum Dauid: ipse pa-
scet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego 24
aũt Dñs ero eis in Deum: & seruus meus
Dauid princeps in medio eorũ: ego Dñs
25 locutus sum. Et faciam cum eis pactum
pacis, & cessare faciã bestias pessimas de
terra: & qui habitant in deserto, securi
26 dormient in saltibus. Et ponam eos in
circuitu collis mei benedictionem: & de-
ducam imbrem in tempore suo, *pluuiæ *Ez.34.
27 benedictionis erunt. Et dabit lignum a- R.
gri fructum suum, & terra dabit germen
suum, & erunt in terra sua absque timo-
re: & sciẽt quia ego Dñs, cùm contriuero
catenas iugi eorũ, & eruero eos de manu
28 imperãtium sibi. Et nõ erũt vltrà in ra-
pinã in Gentibus, neq. bestiæ terræ deuo-
rabũt eos: sed habitabũt cõfidenter absq.
29 vllo terrore. Et suscitabo eis germẽ no-
minatũ: & nõ erũt vltrà imminuti fame
in terra, neq. portabũt vltrà opprobrium
30 Gentiũ. Et sciẽt quia ego Dñs Deus eo-
rum cũ eis, & ipsi populus meus domus
31 Israël: ait Dñs Deus. ‖ Vos autẽ greges Ioh.
mei, greges pascuæ meæ homines estis: & 14
ego Dñs Deus vester, dicit Dñs Deus.

CAP. XXXV.

1 ET factus est sermo Dni ad me, dicẽs,
2 Fili hominis, pone faciẽ tuã aduer-
sum montem Seir, & prophetabis de eo,
3 & dices illi, Hæc dicit Dñs Deus: Ecce
ego ad te mons Seir, & extẽdam manum
meã super te, & dabo te desolatũ atq. de-
4 sertũ. Vrbes tuas demoliar, & tu deser-
5 tus eris: & scies quia ego Dñs. Eo quòd
fueris inimicus sempiternus, & cõclu-
seris filios Israël in manus gladij in tem-
pore afflictionis eorũ, in tẽpore iniquita-
6 tis extremæ: Propterea viuo ego, dicit
Dñs Deus, quoniã sanguini tradam te, &
sanguis te persequetur: & cũ sanguinem
7 oderis, sanguis persequetur te. Et dabo
montẽ Seir desolatũ atq. desertũ: & aufe-
8 ram de eo euntẽ & redeũtem. Et imple-
bo mõtes eius occisorũ suorũ: in collibus
tuis, & in vallibus tuis, atq. in torrẽtibus
9 interfecti gladio cadent. In solitudines
sempiternas tradã te, & ciuitates tuę non
habitabũtur: & scietis quia ego Dominus
10 = Deus?. Eo quòd dixeris, Duæ gẽtes, & H.C.
duæ terræ meæ erunt, & hæreditate pos-
11 sidebo eas; cùm Dñs esset ibi: Propterea
viuo ego, dicit Dñs Deus, quia faciã iu-
xta iram tuã, & secũdum zelũ tuũ quem
fecisti odio habens eos: & notus efficiar
12 per eos cũ te iudicauero. Et scies quia
ego Dñs audiui vniuersa opprobria tua
quæ locutus es de mõtibus Israël, dicens,
13 Deserti, nobis ad deuorãdũ dati sunt. Et
insurrexistis sup me ore vestro, & dero-
gastis aduersum me verba vestra: ego au-
14 diui. Hæc dicit Dñs Deus, Lætante vni-
15 uersa terra, in solitudinẽ te redigã. Sicu-
ti gauisus es super hæreditatẽ domus Is-
raël, eo q̃ fuerit dissipata, sic faciam tibi:
dissipata eris mõs Seir, & Idumæa oĩs: &
sciẽt quia ego Dñs.

CAP. XXXVI.

1 TV autẽ fili hominis, propheta super
mõtes Israël, & dices, ‖ Montes Is- Sup.
rael

Cmeũ MS. R. Hier. G. Verùm H. Cr. C non addunt.
=1 MS. H. C. G. q. Isa. 33.

Ioh. 1, 45. 10, 11. Isa. 40, 18. Dan. 9, 24. & 25. Ose. 3, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ræl audite verbũ Dñi: Hæc dicit Dñs 2
Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vo-
bis, Euge, altitudines sempiternæ in hæ-
reditatẽ datæ sunt nobis: propterea 3
ticinare, & dic, Hæc dicit Dñs Deus, Pro
eo quòd desolati estis, & conculcati per
circuitũ, & facti in hæreditatem reliquis
Gẽtibus, & ascẽdistis super labiũ linguæ,
& opprobriũ populi: propterea montes 4
Israël audite verbũ Dñi Dei, Hæc dicit
Dñs Deus mõtibus, & collibus, torrenti-
bus, vallibusq;, desertis, & parietinis; &
vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt
& subsannatæ à reliquis gẽtibus per cir-
cuitũ. Proptereà hæc dicit Dñs Deus, 5
Quoniã in igne zeli mei locutus sum de
reliquis gẽtibus, & de Idumæa vniuersa,
quæ dederũt terrã meã sibi in hæreditatẽ
cũ gaudio, & toto corde, & ex animo: &
ejecerũt eã vt vastarẽt: idcirco vatici- 6
nare super humũ Israël, & dices mõtibus
& collibus, iugis & vallibus, Hæc dicit
Dñs Deus: Ecce ego in zelo meo, & in fu-
rore meo locutus sum, eo quod cõfusio-
nem gẽtium sustinueritis. Idcirco hæc 7
dicit Dñs Deus, Ego leuaui manũ meã,
vt Gẽtes quæ in circuitu vestro sunt, ipse
confusionẽ suam portẽt. Vos aũt mon- 8
tes Israël ramos vestros germinetis, &
fructũ vestrũ afferatis populo meo Israël:
propè enim est vt veniat: Quia ecce ego 9
ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini,
& accipietis sementẽ. Et multiplicabo 10
in vobis homines, omnẽq. domũ Israël:
& habitabuntur ciuitates, & ruinosa in-
staurabuntur. Et replebo vos homini- 11
bus, & iumentis: & multiplicabuntur, &
crescẽt: & habitare vos faciã sicut à prin-
cipio, bonisq. donabo maioribus quàm
habuistis ab initio: & scietis quia ego
Dñs. Et adducã super vos homines po- 12
pulũ meũ Israël, & hæreditate possidebũt te: & eris eis in hæreditatẽ, & nõ ad-
des vltrà vt absq. eis sis. Hæc dicit Dñs 13
Deus, Pro eo quod dicũt de vobis, Deuo-
ratrix hominũ es, & suffocans gentẽ tuã:
Propterea homines non comedes am- 14
plius, & gentẽ tuã non necabis vltrà, ait
Dñs Deus: nec auditam faciã in te am- 15
plius cõfusionẽ Gentiũ, & opprobriũ po-
pulorũ nequaquã portabis, & gẽtem tuã
non amittes amplius, ait Dñs Deus. Et 16
factum est verbũ Dñi ad me, dicẽs: Fili 17
hominis, domus Israël habitauerunt in
humo suã, & polluerunt eã in viis suis, &
in studiis suis: iuxta immunditiam men-
struæ facta est via eorũ coram me. Et 18
effudi indignationẽ meam super eos pro
sanguine quẽ fuderũt super terram, & in
idolis suis polluerunt eam. Et dispersi 19
eos in Gentes, & ventilati sunt in terras:
iuxta vias eorũ, & adinuẽtiones eorũ iu-
dicaui eos. ¶ Et ingressi sunt ad gentes 20
ad quas introierũt, & polluerunt nomen
sanctũ meũ, cũ diceretur de eis, Populus
Dñi iste est, & de terra eius egressi sunt.
21 Et pepercì nomini sancto meo, quod
polluerat domus Israël in Gentibus ad
22 quas ingressi sunt. Idcirco dices domui
Israël, Hæc dicit Dñs Deus, Non propter
vos ego faciã, domus Israël, sed propter
nomẽ sanctũ meũ quod polluistis in gẽ-
23 tibus ad quas intrastis. Et sanctificabo *Inf. 39,28.*
nomẽ meũ magnũ, quod pollutũ est inter
Gẽtes, quod polluistis in medio earũ: vt
sciãt Gẽtes quia ego Dñs, ait Dñs exer-
cituũ, cũ sanctificatus fuero in vobis co-
24 rã eis: Tollã quippe vos de Gẽtibus, &
cõgregabo vos de vniuersis terris, & ad-
25 ducã vos in terrã vestrã. Et effundã su-
per vos aquã mundã, & mũdabimini ab
omnib. inquinamentis vestris, & ab vni-
26 uersis idõlis vestris mundabo vos. ¶ Et *Sup. 11, 19.*
dabo vobis cor nouum, ¶ & spiritũ nouũ *Inf. 39. 29.*
ponã in medio vestri: & auferã cor lapi-
deum de carne vestra, & dabo vobis cor
27 carneũ. Et spiritũ meũ ponã in medio
vestri: & faciã vt in præceptis meis am-
buletis, & iudicia mea custodiatis & ope-
28 remini. Et habitabitis in terra quã dedi
patribus vestris: & eritis mihi in popu-
29 lũ, & ego ero vobis in Deũ. Et saluabo
vos ex vniuersis inquinamẽtis vestris: &
vocabo frumentũ, & multiplicabo illud,
30 & nõ imponã vobis famẽ. Et multipli-
cabo fructũ ligni, & genimina agri: vt nõ
portetis vltrà opprobriũ famis in Genti-
31 bus. Et recordabimini viarũ vestrarum
pessimarũ, studiorumq. non bonorum: &
displicebunt vobis iniquitates vestræ &
32 scelera vestra. Non propter vos ego fa-
ciã, ait Dñs Deus, notũ sit vobis: cõfun-
dimini & erubescite sup viis vestris, do-
33 mus Israël. Hæc dicit Dñs Deus, In die
qua mũdauero vos ex omnibus iniquita-
tibus vestris, & inhabitari fecerõ vrbes,
34 & instauratæ fuerint ruinosa: Et terra deserta
fuerit exculta, quæ quondã erat desolata
35 in oculis omnis viatoris, dicent, Terra
illa inculta, facta est vt hortus voluptatis:
& ciuitates desertæ, & destitutæ atq; suf-
36 fossæ, munitę sederunt. Et sciẽt Gentes
quæcumque derelictæ fuerint in circuitu
vestro, quia ego Dñs ædificaui dissipata,
plantauiq. inculta, ego Dñs locutus sum
37 & fecerim. Hæc dicit Dñs Deus, Adhuc
in hoc mueniẽt me domus Israël, vt fa-
ciã eis: Multiplicabo eos sicut gregẽ ho-
38 minũ, vt gregẽ sanctũ, vt gregem Ieru-
salẽ in solennitatibus eius: Sic erunt ci-
uitates desertæ, plenæ gregibus hominũ:
& scient quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

1 FActa est super me manus Dñi, & e-
duxit me in spiritu Dñi: & dimisit me
in medio campi qui erat plenus ossibus,
2 Et circũduxit me per ea in gyro: erant
autẽ multa valde super faciẽ cãpi, siccaq.
3 vehemẽter. Et dixit ad me, Fili homi-
nis, putásne viuẽt ossa ista? Et dixi, Dñe
4 Deus, tu nosti. Et dixit ad me, Vatici-
nare de ossib. istis: & dices eis, Ossa arida

audite

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

audite verbũ Dñi. Hæc dicit Dñs Deus ossibus his, Ecce, ego intromittã in vos spiritum, & viuetis: Et dabo super vos neruos, & succrescere faciã sup vos carnes, & superextendã in vobis cutẽ: & dabo vobis spiritũ, & viuetis: & scietis quia ego Dñs. Et prophetaui sicut præceperat mihi: factus est aũt sonitus prophetãte me, & ecce cõmotio: & accesserũt ossa ad ossa, vnũquodq. ad iũcturam suã. Et vidi, & ecce sup ea nerui, & carnes ascẽderũt: & extẽta est in eis cutis desuper, & spiritũ nõ habebãt. Et dixit ad me, Vaticinare ad spiritũ, vaticinare fili hoĩs, & dices ad spiritũ, Hæc dicit Dñs Deus: A quatuor vẽtis veni spiritus: & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: steterũtq. super pedes suos exercitus grãdis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israël est: ipsi dicunt, Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscisi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deꝰ, Ecce ego aperiã tumulos vestros, & educã vos de sepulchris vestris populus meus: & inducã vos in terrã Israël. Et scietis quia ego Dñs, cũ aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populo meus: Et dedero spiritũ meũ in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciã super humũ vestram: & scietis quia ego Dñs locutꝰ sum, & feci, ait Dñs Deus. Et factus est sermo Dñi ad me, dicẽs, Et tu fili hominis, sume tibi lignũ vnũ: & scribe super illud, Iudæ & filiorũ Israël sociorũ eiꝰ. & tolle lignũ alterũ, & scribe super illud, Ioseph lignũ Ephraim, & cũctæ domus Israël, sociorumq. eius.

Et adiunge illa, vnũ ad alterũ tibi in lignũ vnũ: & erũt in vnionẽ in manu tua.

Cũ aũt dixerint ad te filij populi tui loquẽtes, Nonne indicas nobis quid in his tibi velis? loquẽris ad eos, Hæc dicit Dñs Deꝰ, Ecce, ego assumã lignũ Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribꝰ Israël quæ sunt ei adiũctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciã eas in lignũ vnum: & erũt vnũ in manu eius. Erunt aũt ligna super quæ scripseris in manu tua, in oculis eorũ. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus: Ecce, ego assumam filios Israël de medio nationũ ad quas abierũt: & cõgrecabo eos vndiq., & adducã eos ad humũ suã. ‖ Et faciã eos in gentẽ vnã in terra in montibus Israël, & rex vnus erit omnium imperãs: & nõ erũt vltrà duæ gẽtes, nec diuidẽtur amplius in duo regna. Neq. polluẽtur vltrà in idolis suis & abominationib. suis, & cunctis iniquitatib. suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus in quib. peccauerũt, & emũdabo eos: & erũt mihi populus, & ego ero eis Deus. ‖ Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnꝰ erit omnium eorũ: in iudiciis meis ambulabũt, & mãdata mea custodient, & faciẽt ea. Et habitabũt super terrã quã dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerũt patres vestri: & habitabũt super eã ipsi, & filij eorũ, & filij filiorũ eorum, vsq. in sempiternũ: & Dauid seruus meus princeps eorũ in perpetuũ. Et percutiã illis fœdus pacis, ‖ pactũ sempiternũ erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationẽ meam in medio eorũ in perpetuũ. Et erit tabernaculũ meum in eis: & ero eis Deus, & ipsi erũt mihi populus. Et scient Gentes quia ego Dñs sanctificator Israël cùm fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo Dñi ad me, dicẽs, Fili hominis pone faciẽ tuã contra ‖ Gog ~ &' terrã Magog, principẽ capitis Mosoch & Thubal: & vaticinare de eo, & dices ~ ad eũ', Hæc dicit Dñs Deus, Ecce, ego ad te Gog principẽ capitis Mosoch & Thubal, & circũagam te, & ponã frenũ in maxillis tuis: & educã te & omnẽ exercitũ tuũ, equos & equites vestitos loricis vniuersos, multitudinẽ magnã hastã & clypeũ arripientiũ & gladiũ. Persæ, Aethiopes, & Libyes cũ eis, omnes scutati & galeati. Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogorma latera Aquilonis, & totũ robur eius; populiq. multi tecũ. Præpara & instruere, & omnẽ multitudinẽ tuam quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præceptum. Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorũ venies ad terram quæ reuersa est à gladio, & cõgregata est de populis multis, ad mõtes Israël, qui fuerũt deserti iugiter: hæc de populis educta est, & habitabũt in ea cõfidenter vniuersi. Ascendẽs aũt quasi tẽpestas venies & quasi nubes, vt operias terrã tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hæc dicit Dñs Deus, In die illa ascẽdẽt sermones super cor tuũ, & cogitabis cogitationẽ pessimã: & dices, Ascendã ad terrã absq. muro: veniã ad quiescẽtes habitãtesq. secure: hi omnes habitãt sine muro, vectes & portæ nõ sunt eis: Vt diripias spolia, & inuadas prædã, vt inferas manũ tuã super eos qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populũ, qui est cõgregatus ex Gẽtibus, qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terræ. Saba, & Dedã, & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicẽt tibi, Nunquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ad diripiendã prædã cõgregasti multitudinẽ tuã, vt tollas argentum & aurũ, & auferas supellectilẽ atq. substantiã, & diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hæc dicit Dñs Deus, nũquid nõ in die illo, cũ habitauerit populus meus Israël confidẽter, scies? Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi tecũ, ascẽsores equorum vniuersi,

cœtus

Ioã. 10.

Sup. 34, 23. Ioã. 1, 45. 10, 11. Isa. 40, 11. Ier. 23, 5. Dan. 9, 24. 25.

Isa. 13, 5. Psa. 109, 3. & 146, 10.

Inf. 3, 4. 24, 1. Apoc. 20, 7. 1 MS. Hier. H. C. Addit. autem in exemplaribus G. 1 MS. H. G. C. Legitur autem in G.

cœtus magnus, & exercitus vehemens.
Et ascendes super populum meũ Israël 16
quasi nubes, vt operias terrã. In nouissimis diebus eris, & adducã te super terrã meã: vt sciant Gẽtes me, cũ sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. Hæc 17
dicit Dñs Deus, Tu ergo ille es de quo locutus sum in dieb. antiquis in manu seruorũ meorũ prophetarũ Israël, qui prophetauerunt in diebus illorũ temporũ, vt adducerẽ te sup eos. Et erit in die illa; 18
in die aduẽtus Gog super terrã Israël, ait Dñs Deus, ascẽdet indignatio mea in furore meo: Et in zelo meo, in igne iræ 19
meę locut⁹ sum: Quia in die illa erit cõmotio magna super terrã Israël: ‖ & cõ- 20
mouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super humũ, cũctiq. homines qui sunt sup facie terrę: & subuertentur montes, & cadent sepes, & oĩs murus corruet in terrã. Et conuocabo 21
aduersus eũ in cũctis mõtibus meis gladium, ait Dñs Deus: gladius vniuscuiusq. in fratrẽ suũ dirigetur. Et iudicabo eũ 22
pestẽ, & sanguine, & imbre vehemẽti, & lapidibus immẽsis: ignẽ, & sulphur pluã super eũ, & super exercitũ eius, & super populos multos qui sunt cũ eo. Et ma- 23
gnificabor, & sanctificabor: & not⁹ ero in oculis multarũ gentiũ, & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXIX.

TV autẽ fili hominis, vaticinare ad- 1
uersum Gog, & dices, Hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego super te ‖ Gog principem capitis Mosoch & Thubal: & circumagã 2
te, ‖ & seducam' te, & ascendere te faciã de lateribus Aquilonis: & adducã te super montes Israël. Et percutiã arcũ tuũ 3
in manu sinistra tua: & sagittas tuas de manu dextera tua deiiciã. Super mõtes 4
Israël cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt tecum: feris, auibus, omniq. volatili, & bestiis terræ dedi te ad deuorãdũ. Super faciem agri cades: quia 5
ego locutus sum, ait Dñs Deus. Et im- 6
mittã ignẽ in Magog, & in his qui habitãt in insulis confidenter: & scient quia ego Dñs. Et nomẽ sanctũ meum notũ faciã 7
in medio populi mei Israël, & nõ polluã nomẽ sanctũ meũ amplius: & scient Gẽtes quia ego Dñs sanctus Israël. Ecce 8
venit, & factũ est, ait Dñs Deus: hæc est dies de qua locutus sum. Et egrediẽtur 9
habitatores de ciuitatibus Israël, & succendẽt & cõburẽt arma, clypeũ & hastas, arcũ & sagittas, & baculos, manus, & cõtos: & succendent ea igni septem annis. 10
Et nõ portabũt ligna de regionibus, neq. succidẽt de saltibus: quoniã arma succendent igne, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerãt, & diripiẽt vastatores suos, ait Dñs Deus. Et erit in die illa: dabo 11
Gog locũ nominatũ sepulchrũ in Israël: vallẽ viatorũ ad Orientẽ maris, quæ obstupescere faciet prætereũtes: & sepeliẽt
ibi Gog, & omnem multitudinẽ eius, & 12
vocabitur Vallis multitudinis Gog. Et sepeliẽt eos domus Israël, vt mũdẽt terrã 13
septẽ mẽsibus. Sepeliet autẽ eũ omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificat⁹ sum, ait Dñs Deus.
Et viros iugiter cõstituent lustrãtes terram qui sepeliant, & requirãt eos qui remanserant super faciẽ terræ, vt emundẽt eã: post mensẽs autẽ septẽ quærere incipient. Et circuibunt peragrãtes terram: 14
cumq. viderint os hominis, statuẽt iuxta illud titulũ, donec sepeliant illud pollinctores in Valle multitudinis Gog. Nomẽ 15
autẽ ciuitatis Amona, & mũdabunt terrã.
Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dñs De⁹, 16
Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cũctisq. bestiis agri, Cõuenite, properate, cõcurrite vndiq. ad victimã meã quã ego immolo vobis, victimã grãdẽ super mõtes Israël: vt comedatis carnẽ, & bibatis 17
sanguinẽ. Carnes fortiũ cõedetis, & sanguinẽ principũ terræ bibetis: arietũ, agnorũ, & hircorũ, taurorumq. & altiliũ, & 18
pinguium omniũ. Et cõedetis adipẽ in saturitatẽ, & bibetis sanguinẽ in ebrietatẽ, de victima quã ego immolabo vobis: 19
& saturabimini super mensam meã de equo, & equite forti, & de vniuersis viris 20
bellatoribus, ait Dñs Deus. Et ponã gloriã meã in Gẽtibus: & videbũt oẽs gẽtes iudiciũ meũ quod fecerim, & manũ meã 21
quã posuerim super eos. Et sciẽt domus Israël quia ego Dñs Deus eorũ à die illa 22
& deinceps. Et scient Gentes quoniã in 23
iniquitate sua capta fit domus Israël: eò quòd dereliquerint me, & absconderim faciem meã ab eis; & tradiderim eos in man⁹ hostiũ, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immunditiã eorũ & scelus 24
feci eis, & abscondi faciem meã ab illis.
Propterea hæc dicit Dñs Deus, Nũc re- 25
ducã captiuitatẽ Iacob, & miserebor omnis domus Israël: & assumam zelum pro
nomine sancto meo. Et portabũt cõfu- 26
sionẽ suã, & omnẽ præuaricationem qua præuaricati sunt in me, cũ habitauerint in terra sua confidenter neminẽ formidantes: Et reduxero eos de populis, & 27
cõgregauero de terris inimicorũ suorũ, & sanctificatus fuero in eis in oculis gentiũ
plurimarũ. ‖ Et sciẽt quia ego Dñs Deus 28 Sup. 36, 23.
eorũ, eo quòd transtulerim eos in nationes; & congregauerim eos super te[rram] suam, & nõ dereliquerim quenquã [ex] 29
ibi. Et nõ abscondã vltrà faciem [meam] ab eis, ‖ eo quòd effuderim spiritũ [meum] Sup. 36, 16.
super omnem domum Israël, ait Dominus Deus.

CAP. XL.

IN vicesimo quinto anno transmigra- 1
tionis nostræ, in exordio anni, decima mẽsis, quartodecimo anno, postquã percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est sup me manus Dñi, & adduxit me illuc.
In visionibus Dei adduxit me in terram 2
Israël, & dimisit me sup montẽ excelsum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nimis: ſuper quē erat quaſi ædificiū ciuitatis vergentis ad Auſtrū. Et introduxit 3
me illuc: & ecce vir, cui⁹ erat ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu ei⁹, & calamus mēſurę in manu eius: ſtabat aūt in porta. Et locut⁹ eſt ad me idē 4
vir, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuū in omnia quæ ego oſtendā tibi: quia vt oſtendātur tibi adductus es huc: annūtia omnia quæ tu vides, domui Iſraël. Et ecce murus 5
forinſecus in circuitu domus vndiq. & in manu viri calamus mēſuræ ſex cubitorū & palmo: & mēſus eſt latitudinē ædificij calamo vno, altitudinē quoq. calamo vno. Et venit ad portam quæ reſpiciebat 6
viā orientalē, & aſcendit per gradus eius: & menſus eſt limē portæ calamo vno latitudinē, id eſt, limē vnū calamo vno in latitudine: Et thalamum vno calamo 7
in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos, quinque cubitos: & limen portæ iuxta veſtibulū portæ intrinſecus, calamo vno. Et menſus eſt veſti- 8 9
bulū portæ octo cubitorū, & frontē eius duobus cubitis: veſtibulū autē portæ erat intrinſecus. Porrò thalami portæ ad viā 10
Orientalē, tres hinc & tres inde: mēſura vna triū, & mēſura vna frōtiū ex vtraq. parte. Et menſus eſt latitudinē liminis 11
portæ decē cubitorū: & longitudinē portæ tredecim cubitorū: Et marginē ante 12
thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinque. thalami autē, ſex cubitorū erant hinc & inde. Et menſus eſt portā 13
à tecto thalami, vſq. ad tectū eius, latitudinem viginti quinq. cubitorū: oſtiū cōtra oſtiū. Et fecit frontes per ſexaginta 14
cubitos: & ad frontē atriū portæ vndique per circuitū. Et ante faciem portæ quæ 15
pertingebat vſq. ad faciē veſtibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos. Et fe- 16
neſtras obliquas in thalamis & in frōtibus eorū quæ erāt intra portā vndiq. per circuitū: ſimiliter autē erant & in veſtibulis feneſtræ per gyrum intrinſecus, & ante frontes pictura palmarū*. Et edu- 17
*cælata 23 MS. R. Q. n.
xit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentū ſtratū lapide in atrio per circuitū: triginta gazophylacia in circuitu pauimēti. Et pauimentū in 18
fronte portarū ſecundū longitudinē portarū erat inferius. Et menſus eſt latitu- 19
dinē à facie portæ inferioris vſq. ad frōtē atrij interioris extrinſecus, centū cubitos ad Orientē & ad Aquilonē. Portā quoq. 20
quæ reſpiciebat viā Aquilonis atrij exterioris, menſus eſt tā in longitudine quàm in latitudine. Et thalamos eius tres hinc 21
& tres inde: & frontem eius & veſtibulū eius ſecundum menſuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinē viginti quinq. cubitorum. Feneſtræ autē eius, & veſtibulū, & 22
ſculpturæ ſecundum menſurā portæ quæ reſpiciebat ad Orientē: & ſeptē graduum erat aſcenſus eius, & veſtibulum ante eā.
Et porta atrij interioris contra portam 23
Aquilonis, & Orientalē: & menſus eſt à porta vſq. ad portā centum cubitos. Et 24
eduxit me ad viā auſtralem, & ecce porta quæ reſpiciebat ad Auſtrum: & menſus eſt frontē eius, & veſtibulum eius iuxta 25
mēſuras ſuperiores. Et feneſtras eius & veſtibula in circuitu, ſicut feneſtras cæteras: quinquaginta cubitorū lōgitudine, 26
& latitudine vigintiquinq. cubitorū. Et in gradibus ſeptē aſcendebatur ad eā: & veſtibulū ante fores eius: & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in frōte eius. Et porta atrij interioris in via 27
auſtrali: & mēſus eſt à porta vſq. ad portam in via auſtrali, centū cubitos. Et in- 28
troduxit me in atriū interius ad portam auſtralem: & menſus eſt portā iuxta mēſuras ſuperiores. Thalamū eius, & fron- 29
tem eius, & veſtibulū eius eiſdē menſuris: & feneſtras eius, & veſtibulū eius in circuitu quinquaginta cubitos lōgitudinis, & latitudinis vigintiquinq. cubitos.
Et veſtibulū per gyrum lōgitudine vi- 30
gintiquinq. cubitorū, & latitudine quin- 31
que cubitorū. Et veſtibulū ei⁹ ad atriū exterius, & palmas eius in fronte: & octo gradus erant quibus aſcendebatur per eā.
Et introduxit me in atriū interius per 32
viā orientalē: & menſus eſt portā ſecun- 33
dum menſuras ſuperiores. Thalamum eius, & frontē eius, & veſtibulū eius ſicut ſuprà: & feneſtras eius, & veſtibula eius in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorū, & latitudine vigintiquinq. cu- 34
bitorū. Et veſtibulū eius, id eſt atrij exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus eius. Et introduxit me ad portā quæ re- 35
ſpiciebat ad Aquilonē: & menſus eſt ſecundū menſuras ſuperiores. Thalamum 36
eius, & frontem eius, & veſtibulum eius, & feneſtras eius per circuitū, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine
viginti quinque cubitorum. Et' veſti- 37
bulum eius reſpiciebat ad atrium exterius: & cęlatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus eius. Et per ſingula gazophylacia 38
oſtium in frontibus portarum: ibi lauabant holocauſtū. Et in veſtibulo portæ, 39
duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde: vt immoletur ſuper eas holocauſtū, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus ex- 40
terius quod aſcendit ad oſtium portæ quæ pergit ad Aquilonē, duæ menſæ: & ad latus alterū ante veſtibulū portæ, duæ menſæ. Quatuor menſæ hinc, & qua- 41
tuor menſæ inde: per latera portæ octo mēſæ erāt ſuper quas immolabāt. Qua- 42
tuor autē menſæ ad holocauſtū, de lapidibus quadris extructæ: lōgitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vni⁹: ſuper quas ponēt vaſa in quibus immo-

latur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

latur holocaustum & victima. Et labia 43
earū palmi vnius, reflexa intrinsecus per
circuitū: super mensas autē, carnes obla-
tionis. Et extra portam interiorē gazo- 44
phylacia cantorū in atrio interiori, quod
erat in latere portæ respicientis ad Aqui-
lonē: & facies eorū contra viā australem,
vna ex latere portę Orientalis quæ respi-
ciebat ad viā Aquilonis. Et dixit ad me, 45
Hoc est gazophylaciū quod respicit viā
meridianā, sacerdotū erit qui excubāt in
custodiis templi. Porrò gazophylacium 46
quod respicit ad viā Aquilonis, sacerdotū
erit qui excubāt ad ministeriū altaris. isti
sunt filij Sadoc, qui accedūt de filiis Leui
ad Dūm, vt ministrent ei. Et mensus est 47
atriū longitudine centū cubitorū, & lati-
tudine centū cubitorū per quadrū: & al-
tare ante faciē templi. Et introduxit me 48
in vestibulū templi: & mensus est vesti-
bulū quinque cubitis hinc, & quinq. cu-
bitis inde: & latitudinē portæ trium cu-
bitorū hinc, & triū cubitorū inde. Lon- 49
gitudinem autem vestibuli, viginti cubi-
torū: & latitudinē vndecim cubitorum,
& octo gradibus ascendebatur ad ‖eam'.
Et columnæ erāt in frontibus: vna hinc,
& altera inde.

CAP. XLI.

ET introduxit me in templum, & mē- 1
sus est frontes sex cubitos latitudinis
hinc, & sex cubitos latitudinis inde, lati-
tudinē tabernaculi. Et latitudo portæ, 2
decē cubitorū erat: & latera portæ quinq.
cubitis hinc, & quinque cubitis inde: &
mensus est longitudinē eius quadraginta
cubitorū, & latitudinē viginti cubitorū.
Et introgressus intrinsecus, mensus est 3
in frōte portæ, duos cubitos: & portā, sex
cubitorū: & latitudinē portæ, septē cubi-
torum. Et mensus est lōgitudinem eius 4
viginti cubitorū, & latitudinē viginti cu-
bitorū, ante faciē templi: & dixit ad me,
Hoc est sanctū sanctorum. Et mēsus est 5
parietē domus sex cubitorū: & latitudinē
lateris, quatuor cubitorū vndiq. per cir-
cuitū domus. Latera aūt, latus ad latus, 6
bis triginta tria: & erant eminentia quæ
ingrederentur per parietē domus, in late-
ribus per circuitū, vt continerent, & non
attingerēt parietē templi. Et platea erat 7
in rotundū, ascendēs sursum per cochleā,
& in cœnaculū tēpli deferebat per gyrū:
idcirco latius erat tēplū in superioribus:
& sic de inferioribus ascēdebatur ad su-
periora, in mediū. Et vidi in domo alti- 8
tudinē per circuitū, fūdata latera ad mē-
surā calami sex cubitorū spatio: & lati- 9
tudinem per parietem lateris forinsecus
quinq. cubitorum: & erat interior domus
in lateribus domus. Et inter gazophyla- 10
cia latitudinē viginti cubitorū in circuitu
dom' vndiq. & ostiū lateris ad orationē: 11
ostiū vnū ad viā Aquilonis, & ostiū vnū
ad viā Australem: & latitudinem loci ad
orationē, quinq. cubitorū in circuitu. Et 12
ædificiū quod erat separatū, versumq. ad
viā respicientem ad mare, latitudinis se-
ptuaginta cubitorū. paries autē ædificij,
quinq. cubitorū latitudinis per circuitū:
13 & lōgitudo eius, nonaginta cubitorū. Et
mensus est domus longitudinem, cētum
cubitorū: & quod separatū erat ædificiū,
& parietes eius, longitudinis centū cubi-
14 torum. Latitudo aūt ante faciē domus: &
eius quod erat separatū contra Oriētem,
15 centum cubitorum. Et mēsus est longi-
tudinē ædificij contra faciē eius quod e-
rat separatū ad dorsum: ethecas ex vtraq.
parte centū cubitorū: & templū interius,
16 & vestibula atrij. Limina & fenestras
obliquas, & ethecas in circuitu per tres
partes, cōtra vniuscuiusq. limē, stratumq.
ligno per gyrum in circuitu: terra autem
vsq. ad fenestras, & fenestræ clausæ super
17 ostia. Et vsq. ad domū interiorē, & forin-
secus: ‖per' omnē parietē in circuitu in- ‖ & 1 MS. R.
18 trinsecus, & forinsecus, ad mēsuram. Et ‖ & ad H. C. G.
fabrefacta cherubim & palmæ: & palma
inter cherub & cherub, duasq. facies ha-
19 bebat cherub. Faciē hominis iuxta pal-
mam ex hac parte, & faciem leonis iuxta
palmā ex alia parte: expressam per omnē
20 domum in circuitu. De terra vsq. ad su-
periora portæ, cherubim & palmæ cæla-
21 tæ erāt in pariete tēpli. Limē, quadran-
gulū: & facies sanctuarij, aspectus contra
22 aspectū. Altaris lignei triū cubitorū alti-
tudo: & lōgitudo eius, duorū cubitorū: &
anguli eius, & longitudo eius, & parietes
eius lignei. Et locutus est ad me, Hæc est
23 mensa coram Dño. Et duo ostia erāt in
24 tēplo, & in sanctuario. Et in duob. ostiis
ex vtraq. parte bina erant ostiola, quæ in
seinuicē plicabātur: bina enim ostia erāt
25 ex vtraq. parte ostiorū. Et cælata erāt in
ipsis ostiis templi cherubim, & sculptura
palmarū, sicut in parietib. quoq. expressa
erāt: quamobrē & grossiora erāt ligna in
26 vestibuli fronte forinsecus. Superquæ
fenestræ obliquæ, & similitudo palmarū
hinc atq. inde in humerulis vestibuli: se-
cundum latera domus, latitudinemque
parietum.

CAP. XLII.

1 ET eduxit me in atrium exterius per
viā ducentē ad Aquilonē, & introdu-
xit me in gazophylaciū, quod erat cōtra
separatū ædificiū & cōtra ædem vergen-
2 tē ad Aquilonem. In facie lōgitudinis,
centū cubitos ostij Aquilonis: & latitudi-
3 nis quinquaginta cubitos: cōtra viginti
cubitos atrij interioris, & cōtra pauimē-
tum stratū lapide atrij exterioris, vbi erat
4 porticus iuncta porticui triplici. Et ante
gazophylacia deambulatio decē cubitorū
latitudinis, ad interiora respiciēs viæ cu-
biti vnius. Et ostia eorum ad Aquilonē:
5 Vbi erant gazophylacia in superioribus
humiliora: quia supportabant porticus
quæ ex illis eminebāt de inferioribus, &
6 de mediis ædificij. Triftega enim erāt, &
nō habebāt columnas, sicut erant colūnæ
atriorū: propterea eminebant de inferio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior, secundũ gazophylacia, quæ erãt in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorum. Quia lõgitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris, quinquaginta cubitorũ: & longitudo ante faciẽ tẽpli, centũ cubitorũ. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingrediẽtiũ in ea de atrio exteriori: In latitudine periboli atrij, quod erat contra viã Oriẽtalẽ, in faciẽ ædificij separati, & erant ante ædificiũ gazophylacia. Et via ante faciẽ eorũ iuxta similitudinẽ gazophylaciorum, quæ erãt in via Aquilonis: secundũ longitudinẽ eorũ, sic & latitudo eorũ: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secũdum ostia gazophylaciorum quę erant in via respiciẽte ad Notum: ostiũ in capite viæ, quæ via erat ante vestibulũ separatũ per viam Orientalẽ ingrediẽtibus. Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificiũ separatũ: hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescũtur sacerdotes qui appropinquãt ad Dñm in sancta sanctorũ. ibi ponẽt sancta sanctorũ, & oblationẽ pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. Cùm aũt ingressi fuerint sacerdotes, nõ egrediẽtur de sanctis in atriũ extẽrius: & ibi reponẽt vestimenta sua in quibus ministrãt, quia sancta sunt: vestientur q. vestimẽtis aliis, & sic procedẽt ad populum. Cumq. cõplesset mensuras domus interioris, eduxit me per viã portæ quæ respiciebat ad viã Orientalẽ: & mensus est eam vndiq. per circuitum. Mensus est autẽ contra ventum Orientalem calamo mensuræ: quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. Et mensus est cõtra ventum Aquilonis quingẽtos calamos, in calamo mẽsurę per gyrum. Et ad ventũ australẽ mensus est quingẽtos calamos, in calamo mẽsurę per circuitũ. Et ad ventũ Occidentalẽ mẽsus est quingẽtos calamos, in calamo mensuræ. Per quatuor ventos mẽsus est murum eius vndiq. per circuitum, longitudinẽ quingentorum cubitorum, & latitudinẽ quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

CAP. XLIII.

ET duxit me ad portã quæ respiciebat ad viã Orientalẽ. Et ecce gloria Dei Israël ingrediebatur per viã Orientalẽ: & vox erat ei quasi vox aquarũ multarũ, & terra splẽdebat à maiestate eius. ‖ Et vidi visionẽ secũdum speciẽ quã videram, quãdo venit vt disperderet ciuitatem: & species secũdum aspectum ‖ quẽ videram iuxta fluuiũ Chobar: & cecidi super faciẽ meã. Et maiestas Dñi ingressa est tẽplũ per viã portæ quæ respiciebat ad Oriẽtẽ.

Sup. 9,1.

Sup. 1.1,3.

Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atriũ interius: & ecce repleta erat gloria Dñi domus. Et audiui loquẽtẽ ad me de domo, & vir stabat iuxta me. Et dixit ad me: Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorũ, vbi habito in medio filiorũ Israël in æternũ: & nõ polluẽt vltrà domus Israël nomen sanctum meũ, ipsi, & reges eorũ in fornicationibus suis, & in ruinis regũ suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suũ iuxta limẽ meũ, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomẽ sanctũ meum in abominationibus quas fecerunt: propter quod cõsumpsi eos in ira mea. Nũc ergo repellant procul fornicationẽ suã, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorũ semper. Tu aũt fili hominis, ostẽde domui Israël tẽplũ, & cõfundãtur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam, & erubescãt ex omnibus quæ fecerũt: Figuram domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnẽ descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cũctumq. ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum: vt custodiãt omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Ista est lex domus in summitate montis, Omnis finis eius, in circuitu sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus. Istæ aũt mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitũ & palmum: in sinu eius erat cubitus & cubitus in latitudine: & definitio eius vsq. ad labium eius, in circuitu, palmus vnus. hæc quoq. erat fossa altaris. Et de sinu terræ vsq. ad crepidinẽ nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vni: & à crepidine minore vsq. ad crepidinẽ maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius. Ipse autẽ ariel quatuor cubitorum: & ab ariel vsq. ad sursum, cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in lõgitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulatum ęquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorũ longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circuitum: gradus aũtẽ eius versi ad Oriẽtem. Et dixit ad me, Fili hominis, hęc dicit Dñs Deus, Hi sunt ritus altaris, in quacũq. die fuerit fabricatum: vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotib. & Leuitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dñs Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius, pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronã in circuitu: & mundabis illud, & expiabis. Et tolles vitulũ qui oblatus fuerit pro peccato: & cõbures eũ in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. Cumque

Ornis finis R. Hiru C. Nun fragulum gauth.

comple-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

compleueris expians illud, offeres vitulũ de armento immaculatũ, & arietẽ de grege immaculatũ. Et offeres eos in cõſpectu Dñi: & mittent ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerent eos holocauſtũ Dño. Septẽ diebus facies hircũ pro peccato quotidie: & vitulũ de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerẽt. Septem diebus expiabũt altare, & mundabunt illud: & implebũt manum eius. Expletis autẽ diebus, in die octaua & vltrà, facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dñs Deus.

CAP. XLIIII.

ET cõuertit me ad viã portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem: & erat clauſa. Et dixit Dñs ad me, Porta hæc, clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quĩ Dñs Deus Iſraël ingreſſus eſt per eã, eritque clauſa principi. Princeps ipſe ſedebit in ea, vt cõedat panẽ corã Dño: per viã portæ veſtibuli ingredietur, & per viã eius egredietur. Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conſpectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Dñi domum Dñi: & cecidi in faciẽ meã. Et dixit ad me Dñs: Fili hominis, pone cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi oĩa quæ ego loquor ad te de vniuerſis ceremoniis domus Dñi, & de cũctis legibus eius: & pones cor tuũ in viis templi, per oẽs exitus ſanctuarij. Et dices ad exaſperãtem me domũ Iſraël, Hæc dicit Dñs Deus, Sufficiãt vobis oĩa ſcelera veſtra, domꝰ Iſraël: eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde & incircunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domũ meam: & offertis panes meos, adipem & ſanguinẽ: & diſſoluitis pactum meum in omnibus ſceleribus veſtris. Et nõ ſeruaſtis præcepta ſanctuarij mei: & poſuiſtis cuſtodes obſeruationũ mearũ in ſanctuario meo vobiſmetipſis. Hæc dicit Dñs Deus, Omnis alienigena incircunciſus corde, & incircunciſus carne, non ingredietur ſanctuariũ meũ, omnis filius alienus qui eſt in medio filiorum Iſraël. Sed & Leuitæ qui longè receſſerunt à me in errore filiorum Iſraël, & errauerunt à me poſt idõla ſua, & portauerũt iniquitatem ſuam: Erũt in ſanctuario meo ædituĩ, & ianitores portarũ domus, & miniſtri domus: ipſi mactabunt holocauſta, & victimas populi: & ipſi ſtabũt in cõſpectu eorũ, vt miniſtrẽt eis. Pro eo quòd miniſtrauerũt illis in cõſpectu idolorũ ſuorũ, & facti ſunt domui Iſraël in offendiculũ iniquitatis: idcirco leuaui manum meam ſuper eos, ait Dñs Deus, & portauerunt iniquitatẽ ſuam: & nõ appropinquabũt ad me, vt ſacerdotio fungãtur mihi, neq. accedẽt ad omne ſanctuariũ meum iuxta ſancta ſanctorũ: ſed portabũt cõfuſionem ſuã, & ſcelera ſua quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus, in omni miniſterio eius, & in vniuerſis quæ fient in ea. Sacerdotes autẽ *Leuitæ filij Sadoc, qui cuſtodierũt ceremonias ſanctuarij mei, cùm errarent filij Iſraël à me, ipſi accedent ad me, vt miniſtrẽt mihi: & ſtabunt in conſpectu meo, vt offerãt mihi adipẽ & ſanguinem, ait Dñs Deus. Ipſi ingredientur ſanctuariũ meũ, & ipſi accedẽt ad mẽſam meã, vt miniſtrẽt mihi, & cuſtodiant ceremonias meas. Cũq. ingredientur portas atrij interioris, veſtibus lineis induẽtur: nec aſcẽdet ſuper eos quicquã laneũ, quãdo miniſtrant in portis atrij interioris & intrinſecus. Vittæ lineæ erũt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorũ, & nõ accingẽtur in ſudore. Cũq. egredientur atriũ exterius ad populũ, exuent ſe veſtimẽtis ſuis in quibus miniſtrauerãt, & reponẽt ea in gazophylacio ſanctuarij, & veſtiẽt ſe veſtimentis aliis: & nõ ſanctificabũt populũ in veſtibus ſuis. Caput autẽ ſuũ nõ radẽt, neq. comã nutriẽt: ſed tondẽtes attondent capita ſua. Et vinũ nõ bibet omnis ſacerdos, quãdo ingreſſurus eſt atriũ interius. ‖ Et viduã, & repudiatam nõ accipient vxores, ſed virgines de ſemine domus Iſraël: ſed & viduã, quæ fuerit vidua à ſacerdote, accipient. Et populũ meũ docebunt quid ſit inter ſanctũ & pollutum: & inter mundũ & immũdum oſtẽdent eis. Et cùm fuerit cõtrouerſia, ſtabũt in iudiciis meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus ſolẽnitatibus meis cuſtodiẽt, & ſabbatha mea ſanctificabunt. Et ad mortuũ hominẽ nõ ingrediẽtur, ne polluantur: niſi ad patrẽ & matrẽ, & filiũ & filiã, & fratrẽ & ſororẽ quæ alterũ virũ nõ habuerit: in quibus contaminabũtur. Et poſtquam fuerit emundatus, ſeptẽ dies numerabuntur ei. Et in die introitus ſui in ſanctuariũ ad atrium interius vt miniſtret mihi in ſanctuario, offeret pro peccato ſuo, ait Dñs Deus. Nõ' ‖ erit autẽ eis hæreditas, ego hæreditas eorũ: & poſſeſſionẽ nõ dabitis eis in Iſraël, ego enim poſſeſſio eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipſi comedent: & omne votũ in Iſraël, ipſorũ erit. ‖ Et primitiua omniũ primogenitorũ, & oĩa libamẽta ex omnibus quę offeruntur, ſacerdotũ erũt: & primitiua ciborũ veſtrorũ dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionẽ domui ſuæ'. ‖ Omne morticinũ, & captũ à beſtia de auibus & de pecoribus, non comedent ſacerdotes.

*& 3 MS. Ab H. antem, C. & G. nec non R. & Hier. non addiderunt.

-6 MS. R. H. G. C.

Deut. 18, 1. Num. 18, 20.

Exo. 22, 29.

tuæ R. H. G. C.

Leu. 22, 8.

CAP. XLV.

CVmq. cœperitis terrã diuidere ſortitò, ſeparate primitias Dño ſanctificatum de terra longitudine vigintiquinq. millia, & latitudine decẽ millia: ſanctificatũ erit in omni termino eiꝰ per circuitũ. Et erit ex omni parte ſanctificatũ quingẽtos per quingẽtos, quadrifariã per circuitũ: & quinquaginta cubitis in ſuburbana eius per gyrum. Et à menſura iſta menſurabis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mẽſurabis longitudinem vigintiquinque millium, & latitudinẽ decem milliũ, & in ipſo erit tẽplũ, ſanctũq. ſanctorum. Sanctificatũ de terra erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij, qui accedũt ad miniſterĩ Dñi: & erit eis locus in domos, & in ſanctuariũ ſanctitatis. Vigintiquinque autẽ millia longitudinis, & decẽ millia latitudinis erũt Leuitis, qui miniſtrant domũi: ipſi poſsidebũt viginti gazophylacia. Et poſſeſsionẽ ciuitatis dabitis quinq. millia latitudinis, & lõgitudinis vigintiquinque millia, ſecundũ ſeparationem ſanctuarij, omni domui Iſraël. Principi quoq. hinc & inde, in ſeparationem ſanctuarij, & in poſſeſsionẽ ciuitatis, contra faciẽ ſeparationis ſanctuarij, & cõtra faciẽ poſſeſsionis vrbis: à latere Maris vſq. ad Mare, & à latere Orientis vſq. ad Orientẽ: Longitudinẽ autem iuxta vnamquamq. partem à termino Occidẽtali vſq. ad terminum Oriẽtalem. De terra erit ei poſſeſsio in Iſraël: & nõ depopulabuntur vltrà principes populũ meũ: ſed terrã dabunt domui Iſraël ſecũdum tribus eorum. Hæc dicit Dñs Deus, Sufficiat vobis principes Iſraël: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudiciũ & iuſtitiã facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo, ait Dñs Deus.

Statêra iuſta, & ephi iuſtũ,, & batus iuſtus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnius mẽſuræ erũt: vt capiat decimã partẽ cori batus, & decimã partẽ cori ephi: iuxta mẽſurã cori erit ęqua libratio eorũ.

Exo. 30,11 Leu. 27,25. Num. 3,47.

¶ Siclus aũt, viginti obolos habet: Porrò viginti ſicli, & vigintiquinque ſicli, & quindecim ſicli, mnã faciunt. Et hę ſunt primitiæ quas tolletis: ſextã partem ephi de coro frumẽti, & ſextã partem ephi de coro hordei. Menſura quoq. olei, batus olei, decima pars cori eſt: & decẽ bati, corum faciũt: quia decẽ bati implẽt corum.

Et arietẽ vnũ de grege ducẽtorũ de his quæ nutriũt Iſraël in ſacrificiũ, & in holocauſtũ, & in pacifica, ad expiãdum pro eis, ait Dñs Deus. Omnis populus terrę tenebitur primitiis his principi in Iſraël.

Et ſuper principẽ erunt holocauſta, & ſacrificiũ, & libamina in ſolennitatibus, & in Calẽdis, & in ſabbathis, in vniverſis ſolennitatibus domus Iſraël. ipſe faciet pro peccato ſacrificiũ, & holocauſtum, & pacifica, ad expiandum pro domo Iſraël.

Hæc dicit Dñs Deus, In primo menſe, vna menſis ſumes vitulũ de armẽto immaculatũ, & expiabis ſanctuariũ. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit ꝑ peccato: & ponet in poſtibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portę atrij interioris. Et ſic facies in ſeptima menſis pro vnoquoq. qui ignorauit, & errore deceptus eſt, & ‖ expiabis pro domo. In primo menſe, quartadecima die menſis erit vobis Paſchæ ſolẽnitas: ſeptẽ dieb. azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro ſe & pro vniuerſo populo terræ, vitulum pro peccato. Et in ſeptẽ dierum ſolennitate faciet holocauſtũ Dño ſeptẽ vitulos, & ſeptẽ arietes immaculatos quotidie ſeptẽ diebus: & pro peccato hircũ caprarũ. Et ſacrificium ephi per vitulũ, & ephi per arietem faciet: & olei hin per ſingula ephi. Septimo mẽſe, quintadecima die mẽſis in ſolennitate faciet ſicut ſuprà dicta ſunt per ſeptẽ dies: tam pro peccato, quàm pro holocauſto, & in ſacrificio, & in oleo.

‖ expiabis MS q.R.

CAP. XLVI.

Hæc dicit Dñs Deus, Porta atrij interioris, quæ reſpicit ad Oriẽtẽ, erit clauſa ſex diebus in quibus opus fit: die autẽ ſabbathi aperietur, ſed & in die Calendarũ aperietur. Et intrabit princeps per viã veſtibuli portæ déforis, & ſtabit in limine portæ: & faciẽt ſacerdotes holocauſtũ eius, & pacifica eius: & adorabit ſuper limẽ portæ, & egredietur: porta aũt nõ claudetur vſq. ad veſperam. Et adorabit populus terræ ad oſtiũ portæ illius in ſabbathis & in Calendis coram Dño. Holocauſtũ autẽ hoc offeret princeps Dño: in die ſabbathi ſex agnos immaculatos, & arietẽ immaculatum. Et ſacrificiũ ephi per arietẽ: in agnis autẽ ſacrificiũ quod dederit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. In die aũt Calẽdarum vitulũ de armẽto immaculatũ: & ſex agni, & arietes immaculati erunt. Et ephi per vitulũ, ephi quoq. per arietem faciet ſacrificium: de agnis autẽ, ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. Cũq. ingreſſurus eſt princeps, per viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per eãdem viã exeat. Et cũ intrabit populus terræ in cõſpectu Dñi in ſolẽnitatibus: qui ingreditur per portã Aquilonis, vt adoret, egrediatur ꝑ viã portæ meridianæ: porrò qui ingreditur per viã portæ meridianæ, egrediatur per viã portæ Aquilonis: non reuertetur per viã portę per quã ingreſſus eſt, ſed eregione illius egredietur. Princeps autẽ in medio eorum cũ ingrediẽtibus ingredietur, & cũ egrediẽtibus egredietur. Et in nundinis, & in ſolennitatibus erit ſacrificiũ ephi per vitulũ, & ephi per arietem: de agnis aũt erit ſacrificium ſicut inuenerit manꝰ eius: & olei hin, per ſingula ephi. Cùm autẽ fecerit princeps ſpontaneũ holocauſtũ, aut pacifica voluntaria Dño: aperietur ei porta quæ reſpicit ad Orientẽ, & faciet holocauſtũ ſuum, & pacifica ſua, ſicut fieri ſolet in die ſabbathi: & egredietur, claudeturq. porta poſtquã exierit. Et agnũ eiuſdẽ anni immaculatũ, faciet holocauſtũ quotidie Dño: ſemper manè faciet illud. Et faciet ſacrificiũ ſuper eo cata mane mane ſextam partẽ ephi: & de oleo tertiã patrẽ hin, vt miſceatur ſimilę: ſacrificium Dño legitimũ, iuge atq. perpetuum. Faciet agnũ & ſacrificiũ, & oleũ cata mane mane: holocauſtũ ſempiternũ. Hæc dicit Dñs Deꝰ,

Si dederit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si dederit princeps[9] donũ' alicui de filiis
suis: hæreditas eius, filiorũ suorum erit,
possidebũt eã hæreditariè. Si autem de- 17
derit legatũ de hæreditate sua vni seruo-
rũ suorũ: erit illius vsq. ad annũ remis-
sionis, & reuertetur ad principẽ: hæredi-
tas autẽ eius filiis eius erit. Et nõ acci- 18
piet princeps de hæreditate populi p vio-
lentiã, & de possessione eorũ: sed de pos-
sessione sua hæreditatẽ dabit filiis suis:
vt nõ dispergat̃ populus me[9] vnusquisq.
à possessione sua. Et introduxit me per 19
ingressum qui erat ex latere portæ in ga-
zophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quæ
respiciebãt ad Aquilonẽ: & erat ibi locus
versũs ad Occidẽtẽ. Et dixit ad me, Iste 20
est locus vbi coquẽt sacerdotes pro pec-
cato, & p delicto: vbi coquẽt sacrificiũ, vt
nõ efferãt in atriũ exterius', & sanctifi-
cetur populus. Et eduxit me in atrium 21
exterius, & circumduxit me per quatuor
angulos atrij: & ecce, atriolũ erat in an-
gulo atrij, atriola singula p angulos atrij.
In quatuor angulis atrij atriola dispo- 22
sita; quadraginta cubitorũ per longũ, &
triginta per latũ: mẽsuræ vnius quatuor
erant. Et paries per circuitum ambiens
quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erãt
subter porticus per gyrum. Et dixit ad 23
me, Hæc est domus culinarũ in qua co-
quent ministri domus Domini victimas
populi.

CAP. XLVII.

ET cõuertit me ad portã dom[9], & ecce 1
aquę egrediebãtur subter limẽ dom[9]
ad Orientẽ: facies enim domus respicie-
bat ad Orientẽ: aquæ autẽ descendebãt
a latus tẽplidextrũ ad Meridiẽ altaris.
Et eduxit me per viã portæ Aquilonis, 2
& conuertit me ad viã foras portã exte-
riorẽ, viã quæ respiciebat ad Orientẽ: &
ecce aquæ redundantes à latere dextro.
Cùm egrederetur vir ad Orientẽ, qui 3
habebat funiculũ in manu sua, & mẽsus
est mille cubitos: & traduxit me p aquã
vsq. ad talos. Rursumq. mẽsus est mil- 4
le, & traduxit me per aquã vsq. ad genua:
& mensus est mille, & trãduxit me per 5
aquã vsq. ad renes. Et mensus est mille,
torrentẽ quẽ nõ potui pertrãsire: qm̃ in-
cremuerãt aquæ profundi torrẽtis qui nõ
potest trãsuadari. Et dixit ad me, Certè 6
vidisti fili hominis. Et eduxit me, & cõ-
uertit ad ripã torrentis. Cumq. me cõ- 7
uertissem, ecce in ripa torrẽtis ligna mul-
ta nimis ex vtraq. parte. Et ait ad mẽ, 8
Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos
Aboli Orientalis, & descẽdũt ad plana de-
serti, intrabũt mare, & exibunt, & sana-
buntur aquæ. Et omnis anima viuens 9
quæ serpit, quocũq. venerit torrẽs, viuet:
& erũt pisces multi satis postquã venerint
illuc aquæ istæ, & sanabuntur: & viuent
omnia ad quæ venerit torrẽs. Et stabũt su- 10
per illa piscatores, ab Engaddi vsque ad
Engallim siccatio sagenarũ erit: plurimę
species erũt piscium eius, sicut pisces maris
magni, multitudinis nimiæ: in littoribus 11
autẽ eius, & in palustribus nõ sanabũtur,
quia in salinas dabuntur. Et sup torrẽtẽ 12
orietur in ripis eius ex vtraq. parte om-
ne lignũ pomiferũ: non defluet folium
ex eo, & nõ deficiet fructus eius: per sin-
gulos mẽses afferet primitiua, quia aquæ
eius de sanctuario egredientur: & erunt
fructus eius in cibũ, & folia ei[9] ad medi-
cinã. Hæc dicit Dñs Deus, Hic est ter- 13
minus in quo possidebitis terrã in duo-
decim tribubus Israël: ‖ quia Ioseph du- 14
plicẽ funiculũ habet. Possidebitis autẽ
eã singuli æquè vt frater suus: ‖ sup quã
leuaui manũ meã vt darẽ patrib[9] vestris:
& cadet terra hæc vobis in possessionẽ.
Hic est autẽ terminus terræ: ad plagam 15
Septẽtrionalẽ, à mari magno via Hetha-
lon, veniẽtibus Sedáda, Emath, Bero- 16
tha, Sabarim, quæ est inter terminũ Da-
masci & cõfiniũ Emath, domus Tichon
quæ est iuxta terminum Auran. Et erit 17
terminus à Mari vsq. ad atriũ Enon ter-
minus Damasci, & ab Aquilone ad Aqui-
lonem, *terminus Emath: plaga Septen- 18
trionalis. Porrò plaga Oriẽtalis de me-
dio Auran, & de medio Damasci, & de
medio Galaad, & de medio terræ Israël,
Iordanis disterminãs ad mare Oriẽtale,
metiemini etiã plagã Orientalẽ. Plaga 19
autẽ australis meridiana, à Thamar vsque
ad aquas cõtradictionis Cades: & torrens
vsq. ad mare magnũ: & hæc est plaga ad
Meridiẽ australis. Et plaga Maris, mare 20
magnũ à cõfinio p directũ, donec venias
Emath: hæc est plaga Maris. Et diuide- 21
tis terrã istã vobis per tribus Israël: &
mittetis eã in hæreditatẽ vobis, & adue-
nis qui accesserint ad vos, q̃ genuerint fi-
lios in medio vestrũ: & erũt vobis sicut
indigenæ inter filios Israël: vobiscũ di-
uident possessionem in medio tribuum
Israël. In tribu autem quacumq. fuerit 23
aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait
Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

ET hæc nomina tribuũ à finib[9] Aqui- 1
lonis iuxta viã Hethalõ pergentibus
Emath, atriũ Enã terminus Damasci ad
Aquilonẽ iuxta viã Emath. Et erit ei pla- 2
ga Oriẽtalis Mare, Dan vna. Et ad ter-
minũ Dã, à plaga Oriẽtali vsq. ad plagam
Maris, Aser vna: & sup terminũ Aser, 3
a plaga Oriẽtali vsq. ad plagã Maris, Ne-
phthali vna. Et sup terminũ Nephtha- 4
li, à plaga Oriẽtali vsq. ad plagã Maris,
Manasse vna. Et sup terminũ Manasse, 5
à plaga Oriẽtali vsq. ad plagã Maris, E-
phraim vna. Et super terminũ Ephraim 6
à plaga Orientali vsq. ad plagã Maris, Ru-
bẽ vna. Et super terminũ Rubẽ, à plaga 7
Orientali vsq. ad plagã Maris, Iuda vna.
Et super terminũ Iuda, à plaga Orien- 8
tali vsq. ad plagam Maris, erunt primitiæ
quas separabitis, vigintiquinq. millibus
latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ
partes à plaga Orientali vsq. ad plagam
Maris:

[9] fructiferũ 4 MS.
[9] cuius fructus comeditur H. G. C.
Gen. 48, 22
Gen. 12, 7 12, 16.
*& 8 MS. H. G. C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Maris: & erit sanctuariũ in medio eius.
Primitiæ quas separabitis Dño: longitudo vigintiquinq. millibus, & latitudo decẽ millibus. Hæ autem erũt primitiæ sanctuarij sacerdotũ: ad Aquilonẽ longitudinis vigintiquinq. millia, & ad Mare latitudinis decẽ millia, sed & ad Orientẽ latitudinis decẽ millia, & ad Meridiẽ lõgitudinis vigintiquinq. millia: & erit sanctuariũ Dñi in medio eius. Sacerdotibus sanctuariũ erit de filiis Sadoc, qui custodierũt ceremonias meas, & nõ errauerũt cùm errarẽt filij Israël, sicut errauerũt & Leuitæ. Et erũt eis primitiæ de primitiis terrę sanctũ sanctorũ, iuxta terminũ Leuitarũ. Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotũ viginti quinq. millia lõgitudinis, & latitudinis decẽ millia. Omnis longitudo, viginti & quinq. milliũ, & latitudo decẽ milliũ. Et nõ venundabũt ex eo, neq. mutabunt, neq. transferentur primitiæ terrę, quia sanctificatę sũt Dño.
Quinque millia autẽ quæ supersunt in latitudine per viginti quinq. millia, pfana erũt vrbis in habitaculũ, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mensuræ eius: Ad plagã Septentrionalẽ, quingenta & quatuor millia: & ad plagã Meridianam, quingẽta & quatuor millia: & ad plagã Orientalẽ, quingenta & quatuor millia: & ad plagã Occidentalẽ, quingẽta & quatuor millia. Erunt autẽ suburbana ciuitatis, ad Aquilonẽ ducẽta quinquaginta, & ad Meridiẽ ducẽta quinquaginta, & ad Orientẽ ducẽta quinquaginta millia, & ad Mare ducẽta quinquaginta. Quod autẽ reliquũ fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij, decẽ millia in Orientẽ, & decẽ millia in Occidentẽ, erũt sicut primitię sanctuarij: & erũt fruges eius in panes his qui seruiũt ciuitati. Seruiẽtes aũt ciuitati, operabũtur ex omnibus tribub⁹ Israël. Oẽs primitiæ, viginti quinq. milliũ, p viginti quinq. millia in quadrũ, separabuntur in primitias sanctuarij, & in possessionẽ ciuitatis. Quod aũt reliquũ fuerit, principis erit ex omni parte primitiarũ sanctuarij, & possessionis ciuitatis eregione vigintiquinq. milliũ primitiarũ vsq. ad terminũ Orientalẽ: sed & ad Mare eregione vigintiquinq. milliũ vsq. ad terminũ maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuariũ tẽpli in medio eius. De possessione autẽ Leuitarũ, & de possessione ciuitatis in medio partiũ principis erit: *in' terminũ Iuda, & *in' terminũ Bẽ-iamin, & ad principem pertinebit. Et reliquis tribubus, A plaga Orientali vsq. ad plagã Occidentalẽ, Ben-iamin vna. Et contra terminũ Bẽ-iamin, à plaga Orientali vsq. ad plagã Occidẽtalẽ, Simeõ vna. Et sup terminũ Simeonis, à plaga Orientali vsq. ad plagã Occidentalẽ, Issachar vna. Et super terminũ Issachar, à plaga Oriẽtali vsq. ad plagã Occidentalẽ, Zabulon vna. Et sup terminũ Zabulõ, à plaga Oriẽtali vsq. ad plagam Maris, Gad vna. Et sup terminũ Gad, ad plagã Austri in Meridiẽ: & erit finis de Thamar, vsq. ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnũ. Hæc est terra quã mittetis in sortẽ tribubus Israël: & hæ partiones earũ, ait Dñs Deus. Et hi egressus ciuitatis: A plaga Septẽtrionali quingẽtos & quatuor millia mensurabis. Et portæ ciuitatis ⁂ omnib⁹ tribubus' Israël: portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagã Orientalẽ, quingẽtos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Bẽ-iamin vna, porta Dã vna. Et ad plagã Meridianã, quingẽtos & quatuor millia metieris: ⁂ porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagã Occidentalẽ, quingentos & quatuor millia: & portæ eorũ tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthali vna. Per circuitũ, decẽ & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dñs ibidem.

*inter 8 MS.R.H. G.C.

DANIELIS PROPHETIA.

CAP. I.

1 ANNO tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obse-
2 dit eã: & tradidit Dñs in manu ei⁹ Ioacim regẽ Iudæ, & partẽ vasorum domus Dei: & asportauit ea in terrã Sennaar, in domũ dei sui, & vasa intulit in domum
3 thesauri dei sui. Et ait rex Asphenez præposito eunuchorũ, vt introduceret de filiis Israël, & de semine regio, & tyrannorũ,
4 Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos sciẽtia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguã Chaldæorũ.
5 Et cõstituit eis rex annonã per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, po-
6 stea starẽt in cõspectu regis. Fuerũt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, Ana-
7 nias, Misaël, & Azarias. Et imposuit eis præpositus eunuchorũ, nomina: Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach: Misaëli, Mi-
8 sach: & Azariæ, Abdenago. Proposuit autẽ Daniel in corde suo, ne polluerẽtur de mẽsa regis, neq. de vino potus eius: & rogauit eunuchorũ præpositũ ne contra-
9 minaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiã & misericordiã in cõspectu prin-
10 cipis eunuchorũ. Et ait princeps eunuchorũ ad Danielẽ, Timeo ego dñm meũ regẽ, qui constituit vobis cibum & potũ: qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coæquis vestris, condemnabitis caput meum regi.
11 Et dixit Daniel ad Malasar, quẽ cõstituerat princeps eunuchorũ sup Danielẽ,

Ananiam,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ananiã, Miſaelẽ, & Azariã, Tenta nos 12
obſecro ſeruos tuos diebus decẽ, & dẽtur
nobis legumina ad veſcendum, & aqua
ad bibẽdum: & cõtemplare vultus no- 13
ſtros, & vultus puerorũ qui veſcũtur ci-
bo regio: & ſicut videris, facies cũ ſeruis
tuis. Qui audito ſermone huiuſcemodi, 14
tẽtauit eos diebus decẽ. Poſt dies autẽ 15
decẽ apparuerunt vultus eorũ meliores &
corpulẽtiores præ omnib. pueris qui ve-
ſcebãtur cibo regio. Porrò Malaſar tol- 16
lebat cibaria, & vinũ potus eorũ: dabatq.
eis legumina. Pueris autẽ his dedit De⁹ 17
ſcientiã & diſciplinã in omni libro & ſa-
piẽtia: Danieli autẽ intelligentiã omniũ
viſionũ & ſomniorũ. Cõpletis itaq. die- 18
bus, poſt quos dixerat rex vt introduce-
rentur: introduxit eos præpoſitus eunu-
chorum in conſpectu Nabuchodonoſor.
Cũq. eis locut⁹ fuiſſet rex, nõ ſunt inuẽ- 19
ti tales de vniuerſis, vt Daniel, Ananias,
Miſael, & Azarias: & ſteterunt in cõſpe-
ctu Regis. Et omne verbum ſapiẽtiæ & 20
intellectus quod ſciſcitat⁹ eſt ab eis Rex,
inuenit in eis decuplũ ſuper cũctos ario-
los & magos qui erant in vniuerſo regno
eius. ¶ Fuit autẽ Daniel vſq. ad annum 21
primum Cyri regis. CAP. II.

IN anno ſecundo regni Nabuchodono- 1
ſor vidit ¶ Nabuchodonoſor ſomniũ, &
cõterritus eſt ſpiritus eius, & ſomniũ ei⁹
fugit ab eo. *Præcepit ¶ autẽ' rex, vt cõ- 2
uocarẽtur arioli, & magi, & malefici, &
Chaldæi: vt indicarẽt regi ſomnia ſua:
qui cũ veniſſent, ſteterunt corã rege. Et 3
dixit ad eos rex, Vidi ſomnium: & mente
cõfuſus ignoro quid viderim. Reſpõde- 4
runtq. Chaldęi regi Syriacè, Rex in ſem-
piternũ viue: dic ſomniũ ſeruis tuis, & in-
terpretationẽ eius indicabimus. Et re- 5
ſpõdens rex ait Chaldæis, Sermo receſſit
à me: niſi indicaueritis mihi ſomniũ &
cõiecturam eius, peribitis vos, & domus
veſtræ publicabũtur. Si autẽ ſomniũ & 6
cõiecturam eius narraueritis: præmia, &
dona, & honorẽ multũ accipietis à me.
ſomniũ igitur, & interpretationẽ ei⁹ in-
dicate mihi. Reſpõderunt ſecundò, atq. 7
dixerunt, Rex ſomniũ dicat ſeruis ſuis, &
interpretationẽ illius indicabimus. Re- 8
ſpõdit rex, & ait, Certè noui quòd tẽpus
redimitis, ſciẽtes q̃ receſſerit à me ſermo.
Si ergo ſomniũ nõ indicaueritis mihi, 9
vna eſt de vobis ſentẽtia, quòd interpre-
tationẽ quoq. fallacẽ & deceptione plenã
cõpoſueritis, vt loquamini mihi donec
tẽpus pertrãſeat. Sõnium itaq. dicite mi-
hi, vt ſciã quòd interpretationẽ quoque
eius verã loquamini. Reſpõdentes ergo 10
Chaldæi corã rege, dixerũt, Nõ eſt homo
ſuper terrã, qui ſermonẽ tuũ, Rex, poſsit
implere: ſed neq. regũ quiſquã magnus
& potẽs, verbũ huiuſcemodi ſciſcitatur
ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo.
Sermo enim quẽ tu quæris, Rex, grauis 11
eſt: nec reperietur quiſquã qui indicet il-
lum in cõſpectu regis: exceptis diis, quo-
rum non eſt cum hominibus cõuerſatio.
Quo audito, rex in furore & in ira ma- 12
gna p̃cepit, vt perirẽt oẽs ſapiẽtes Baby-
lonis. Et egreſſa ſentẽtia, ſapiẽtes inter- 13
ficiebant: q̃rebãturq. Daniel, & ſocij ei⁹,
vt perirẽt. Tũc Daniel requiſiuit de lege 14
atq. ſentẽtia ab Arioch principe militiæ
regis, qui egreſſus fuerat ad interficiẽdos
ſapiẽtes Babylonis. Et interrogauit eũ 15
qui à rege poteſtatẽ acceperat, quam ob
cauſam tã crudelis ſententia à facie regis
eſſet egreſſa. Cùm ergo rẽ indicaſſet A- 16
rioch Danieli, Daniel ingreſſus rogauit
regẽ vt tẽpus daret ſibi ad ſolutionẽ in-
dicandã regi. Et ingreſſus eſt domũ ſuã: 17
Ananiæq. & Miſaëli, & Azariæ ſociis
ſuis, indicauit negotiũ: vt quæreret mi- 18
ſericordiã à facie Dei cæli ſuper ſacra-
mẽto iſto, & nõ perirent Daniel & ſocij
eius, cum cæteris ſapientibus Babylonis.
Tunc Danieli myſteriũ per viſionẽ no- 19
ctẽ reuelatũ eſt: & benedixit Daniel Deũ
cæli, & locutus ait, ¶ Sit nomẽ Dñi be- 20 Pſa. 122, 2.
nedictũ à ſeculo & vſq. in ſeculum: quia
ſapiẽtia & fortitudo eius ſunt. Et ipſe 21
mutat tẽpora & ętates: trãsfert regna atq.
cõſtituit: dat ſapientiã ſapiẽtibus, & ſciẽ-
tiã intelligẽtibus diſciplinã. Ipſe reue- 22
lat profunda & abſcõdita: & nouit in te-
nebris cõſtituta: & lux cum eo eſt. Tibi 23
Deus patrũ ¶ meorũ' confiteor, teq. laudo:
quia ſapiẽtiã & fortitudinẽ dediſti mihi:
& nũc oſtẽdiſti mihi quæ rogauimus te,
quia ſermonem Regis aperuiſti nobis.
Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch 24
quẽ cõſtituerat Rex, vt perderet ſapiẽtes
Babylonis, ſic ei locutus eſt, Sapiẽtes Ba-
bylonis ne perdas: introduc me in cõſpe-
ctu regis; & ſolutionẽ regi narrabo. Tũc 25
Arioch feſtinus introduxit Danielem ad
Regẽ, & dixit ei, Inueni hominẽ de filiis
trãſmigrationis Iudæ, qui ſolutionẽ regi
annuntiet. Reſpõdit Rex, & dixit Da- 26
nieli cuius nomẽ erat Baltaſſar, Putáſne
verè potes mihi indicare ſomnium quod
vidi, & interpretationẽ eius? Et reſpon- 27
dẽs Daniel corã Rege, ait, Myſteriũ quod
rex interrogat, ſapiẽtes, magi, & arioli, &
aruſpices nequeũt indicare regi: Sed eſt 28
Deus in cælo reuelãs myſteria, qui indi-
cauit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ vẽ-
tura ſunt in nouiſsimis tẽporibus. Som-
niũ tuum & viſiones capitis tui in cubili
tuo, huiuſcemodi ſunt: Tu rex cogitare 29
cœpiſti in ſtratu tuo, quid eſſet futurum
poſt hæc: & qui reuelat myſteria, oſtẽdit
tibi quæ vẽtura ſunt. Mihi quoq. nõ in 30
ſapiẽtia quæ eſt in me plus quã in cũctis
viuẽtibus, ſacramentũ hoc reuelatũ eſt:
ſed vt interpretatio regi manifeſta fieret,
& cogitationes mẽtis tuæ ſcires. Tu rex 31
videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grãdis:
ſtatua illa magna & ſtatura ſublimis ſta-
bat cõtra te, & intuit⁹ eius erat terribilis.
Hui⁹ ſtatuę caput ex auro optimo erat. 32

¶ noſtrorũ MS. R. Hier. G q. Pro Textu faciunt C. & G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pectus autē & brachia de argento, porrò vēter & femora ex ære: tibiæ autē ferreæ, pedū quædā pars erat ferrea, quædā autē fictilis. Videbas ita, donec abscisꝰ 34
est lapis de mōteꝰ sine manibus: & percussit statuā in pedibus eius ferreis & fictilibus, & cōminuit eos. Tunc cōtrita 35
sunt pariter ferrū, testa, æs, argētū & aurū, & redacta quasi in fauillā æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento: nullusq. locus inuentus est eis: lapis autē qui percusserat statuā, factus est mōs magnus, & impleuit vniuersam terrā. hoc est somnium. 36
Interpretationē quoq. eius dicemus corā te, rex. Tu rex regū es: & Deꝰ cæli regnū 37
& fortitudinē & imperium & gloriā dedit tibi: & omnia in quib. habitāt filij hominū & bestiæ agri, volucres quoq. cæli 38
dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa cōstituit. tu es ergo caput aureū.
Et post te cōsurget regnū aliud minus te: & regnū tertiū aliud æreū, quod im- 39
perabit vniuersæ terræ. Et regnū quar- 40
tū erit velut ferrū. quomodo ferrū comminuit & domat omnia: sic cōminuet & cōteret omnia hæc. Portò quia vidisti 41
pedū & digitorum partē testeā figuli, & partē ferreā: regnū diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrū mistum testæ ex luto.
Et digitos pedū ex parte ferreos & ex 42
parte fictiles: ex parte regnū erit solidum, & ex parte cōtritum. Quod autē vidisti 43
ferrū mistū testæ luto, cōmiscebūtur quidē humano semine, sed non adhærebūt sibi, sicuti ferrū misceri nō potest testæ. In dieb. autē regnorū illorū suscita- 44
bit Deus cæli regnū quod in æternum nō dissipabitur, & regnū eius alteri populo nō tradetur: cōminuet autē, & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternū. Secundū quod vidisti, quòd 45
de mōte abscissus est lapis sine manibus, & cōminuit testā, & ferrū, & æs, & argētum, & aurum, Deus magnus ostēdit regi quæ vētura sunt postea. & verum est somniū, & fidelis interpretatio eiꝰ. Tūc 46
rex Nabuchodonosor cēcidit in faciem suā, & Danielē adorauit: & hostias, & incēsum præcepit vt sacrificarent ei. Lo- 47
quēs ergo rex, ait Danieli, Verè Deus vester, Deus deorū est, & Dūs regum, & reuelans mysteria: quoniā tu potuisti aperire hoc sacramentū. Tunc rex Danielē 48
in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & cōstituit eum principē super omnes prouincias Babylonis: & præfectū magistratuū super cunctos sapiētes Babylonis. Daniel autē postula- 49
uit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: Daniel autem erat in foribus regis.

CAP. III.

NAbucho donosor rex fecit statuā au- 1
reā altitudine cubitorū sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eā in

2 cāpo Dura prouinciæ Babylonis. Itaq. Nabuchodonosor rex misit ad cōgregandos satrapas, magistratuꝰ, & iudices, duces, & tyrānos, & præfectos, omnesq. principes regionū, vt cōuenirēt ad dedicationē statuæ quā erexerat Nabuchodonosor
3 rex. Tūc cōgregati sunt satrapæ, magistratus & iudices, duces & tyrāni, & optimates qui erāt in potestatibus cōstituti, & vniuersi principes regionū, vt cōuenirēt ad dedicationem statuæ quā erexerat Nabuchodonosor rex. stabāt autē in cōspectu statuæ quā posuerat Nabuchodo-
4 nosor rex, & præco clamabat valenter, Vobis dicitur populis, tribubꝰ, & linguis,
5 In hora qua audieritis sonitū tubæ & fistulæ & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadētes adorate statuā aureā quā
6 cōstituit Nabuchodonosor rex. Si quis autē nō prostratus adorauerit, eadē hora
7 mittetur in fornacē ignis ardentis. Post hæc igitur statim vt audierunt oēs populi sonitū tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij, symphoniæ, & omnis generis musicorū: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerūt statuā auream quam cōstituerat Nabuchodonosor rex.
8 Statimq. in ipso tēpore accedentes viri
9 Chaldæi accusauerunt Iudæos: dixeruntq. Nabuchodonosor regi, Rex in æ-
10 ternū viue. tu rex, posuisti decretum, vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorū, prosternat se, & adoret statuā aureā.
11 Si quis autem nō procidens adorauerit,
12 mittatur in fornacē ignis ardētis. Sunt ergo viri Iudæi, quos cōstituisti sup opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contēpserunt, rex, decretū tuū: deos tuos nō colūt, & statuā
13 aureā quā erexisti nō adorāt. Tūc Nabuchodonosor in furore & in ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in
14 conspectu regis. Pronuntiansq. Nabuchodonosor rex, ait eis, Veréne Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos nō colitis, & statuā aureā quā cōstituiꝰ nō ado-
15 ratis? Nūc ergo si estis parati, quacunq. hora audieritis sonitū tubę, fistulę, citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, omnisq. generis musicorū, prosternite vos, & adorate statuā quā feci: quòd si nō adoraueritis, eadē hora mittemini in fornacē ignis ardētis: & quis est Deus qui e-
16 ripiet vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor, Nō oportet nos de
17 hac re respōdere tibi. Ecce enim Deꝰ noster quē colimus, potest eripere nos de camino ignis ardētis, & de manibus tuis, ó
18 rex, liberare. Quòd si noluerit, notū sit tibi, rex, quia deos tuos nō colimꝰ, & statuā auream quā erexisti nō adoramꝰ. Tūc
19 Nabucho-

-6 MS. R. C. *Expressum est aut & hoc loco, à G. quod versu 45. omnes habent.*

Vtestæ 25 MS. Q n.

Verexit MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatꝰ est sup Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit vt succenderet fornax septuplũ quã succẽ-
di cõsueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedib. Sidrach, Misach, & Abdenago mitterẽt eos in fornacẽ ignis ardẽtis. Et cõfestim viri illi vincti cũ braccis suis, & tiaris, & calceamẽtis, & vestib., missi sunt in mediũ fornacis ignis ardẽtis. nã iussio regis vrgebat: fornax aũt succẽsa erat nimis. Porrò viros illos qui miserãt Sidrach, Misach & Abdenago, interfecit flãma ignis. Viri aũt hi tres, id est, Sidrach, Misach & Abdenago, ceciderũt in medio camino ignis ardentis, colligati: *Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.*

Et ambulabãt in medio flãmæ laudãtes Deũ, & benedicẽtes Dño. Stans aũt Azarias orauit sic, aperiensq. os suum in medio ignis, ait, Benedictus es Dñe Deꝰ patrũ nostrorũ, & laudabile & glorioſum nomẽ tuum in secula: quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatẽ sanctã patrũ nostrorũ Ierusalẽ: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & iniquè egimus recedẽtes à te: & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimꝰ sicut præceperas nobis vt bene nobis esset. omnia ergo quæ induxisti sup nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti: & tradidisti nos in manibus inimicorũ nostrorũ iniquorũ & pessimorũ, prævaricatorũq;, & regi iniusto & pessimo vltra oẽm terrã. Et nũc nõ possumꝰ aperire os: cõfusio & opprobriũ facti sumus seruis tuis, & his qui colũt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomẽ tuũ, & ne dissipes testamentũ tuũ: neq. auferas misericordiã tuã à nobis propter Abrahã dilectũ tuũ, & Isaac seruũ tuũ, & Israël sanctũ tuũ: quibus locutus es, pollicẽs quòd multiplicares semẽ eorũ sicut stellas cæli, & sicut arenã, quæ est in littore maris. quia Dñe imminuti sumus plus quã oẽs gẽtes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et nõ est in tẽpore hoc princeps, & dux, & ꝓpheta, neq. holocaustũ, neq. sacrificiũ, neq. oblatio, neque incẽsum, neq. locus primitiarũ corã te, vt possimus inuenire misericordiã tuã: sed in animo cõtrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietũ & taurorũ, & sicut in millib. agnorũ pinguiũ: sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quñ non est cõfusio cõfidentib. in te. Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuã. Ne cõfundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinẽ tuã, & secundũ multitudinẽ misericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilib. tuis, & da gloriã nomini tuo Dñe: & cõfundantur oẽs qui ostendunt seruis tuis mala, cõfundantur in omni potentia, & robur eorũ cõteratur: & sciant quia tu es Dñs Deus solus, & glorioſus super orbẽ terrarũ. Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha & stupa & pice & malleolis, & effundebatur flãma sup fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & erupit, & incẽdit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis. Angelus autẽ Dñi descendit cum Azaria & sociis eius in fornacẽ: & excussit flammã ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantem, & nõ tetigit eos omnino ignis, neq; contristauit, nec quicquam molestiæ intulit.

Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt & glorificabant & benedicebant Deum in fornace, dicentes,

Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorum, & laudabilis, *& superexaltatus in secula. & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum & laudabile & superexaltatum in omnibus seculis.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & superglorioſus in secula.

Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis & ‖superexaltatꝰ in secula.

Benedictus es qui intueris abyssos, ‖ & sedes super cherubim, & laudabilis & superexaltatus in secula.

Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in secula.

‖ Benedicite omnia opera Dñi Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

‖ Benedicite angeli Dñi Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

‖ Benedicite cæli Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt, Domino; laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes virtutes Dñi Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

‖ Benedicite sol & luna Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite stellæ cæli Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnis imber & ros Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnis spiritus – Deiꝰ Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite ignis & æstus Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite frigus & ‖æstas² Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite rores & pruina Dñ[o], laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite gelu & frigus Dño, laudate & superexaltate eum in secula.

*&gloriosus MS. R. Hier. Verũ *in G. codidibus non additur.*

‖superglorioſus 2 MS. G. *Psal.* 79, 2. 98, 1.

Psa. 144, 10

Psa. 102, 20 124, 2.

Psal. 68, 45 148, 4.

Psal. 148, 3

– 7 MS. G. ‖æstus 3 MS. ‖cauma 4 MS. *Græcis est καύσων, id est cauma siue æstus.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Benedicite glacies & niues Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 70
Benedicite noctes & dies Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 71
Benedicite lux & tenebræ Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 72
Benedicite fulgura & nubes Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 73
Benedicat terra Dñm, laudet & superexaltet eum in secula. 74
Benedicite montes & colles Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 75
Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino, laudate & superexaltate eum in secula. 76
Benedicite fontes Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 77
Benedicite maria & flumina Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 78
Benedicite cete, & omnia quæ mouẽtur in aquis Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 79
Benedicite omnes volucres cæli Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 80
Benedicite oẽs bestiæ & pecora Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 81
Benedicite filij hominum Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 82
Benedicat Israël Dñm, laudet & superexaltet eum in secula. 83
Benedicite sacerdotes Dñi Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 84
Benedicite serui Dñi Dño, laudate & superexaltate eum in secula. 85
Benedicite spiritus & animæ iustorũ Dño, laudate & supexaltate eũ in secula. 86
Benedicite sancti & humiles corde Dño, laudate & supexaltate eũ in secula. 87
Benedicite Anania, Azaria, Misaël Dño, laudate & superexaltate eũ in secula: qa eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardẽtis flãmæ, & de medio ignis eruit nos. 88
Cõfitemini Dño, quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. 89
Benedicite omnes religiosi Dño Deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius. 90
Hucusque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.
Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis, Nõne tres viros misimus in mediũ ignis cõpeditos? Qui respõdẽtes regi, dixerũt, Verè rex. Respondit & ait, Ecce ego video quatuor viros soluros, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. Tũc accessit Nabuchodonosor ad ostiũ fornacis ignis ardẽtis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq. egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Et cõgregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis, 91 92 93 94

*rex MS. R. Hier. G. Verũ à C. põ legitur.

contẽplabãtur viros illos, qũ nihil potestatis habuissẽt ignis in corporib. eorũ, & capillus capitis eorũ non esset adustus, etiã saraballa eorũ nõ fuissent immutata, 95 & odor ignis nõ trãsisset per eos. Et erũpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus eorũ, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit angelũ suũ, & eruit seruos suos qui crediderũt in eũ: & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarent 96 omnẽ Deũ, excepto Deo suo. A me ergo positũ est hoc decretũ, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcũq. locuta fuerit blasphemiã contra Deũ Sidrach, Misach & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur. neque enim est alius Deus 97 qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago in pro- 98 uincia Babylonis. NABVCHODONOSOR rex, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vni- 99 uersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus ex- 100 celsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnũ eius regnum' sempiternũ, ‖ & potestas eius in generatione & generationẽ. CAP. IIII.

1 EGo Nabuchodonosor quietus erã in domo mea, & florens in palatio meo.
2 somniũ vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in stratu meo, & visiones
3 capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositũ est decretũ, vt introducerẽtur in cõspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionẽ somnij indicarẽt
4 mihi. Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somniũ narraui in cõspectu eorũ: & solutionem eius
5 non indicauerunt mihi: donec collega ingressus est in cõspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar secundũ nomẽ dei mei, qui habet spiritũ deorũ sanctorum in semetipso: & somniũ corã ipso locut' sum.
6 Baltassar princeps ariolorũ, quoniam' ego scio quòd spiritũ sanctorũ deorũ habeas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi: visiões somniorũ meorũ quas vidi, & solutionem earum narra.
7 Visio capitis mei in cubili meo, Videbã, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo
8 eius nimia. Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingẽs cælũ: aspectus illius erat vsq. ad terminos vniuersæ ter-
9 ræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea. subter eã habitabãt animalia & bestiæ, & in ramis eius cõuersabãtur volucres cæ-
10 li: & ex ea vescebatur oĩs caro. Videbã, in visione capitis mei super stratũ meũ, & ecce vigil & sanctus de cælo descẽdit:
11 Clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arboré, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiãt bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres

de ramis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de ramis eius. Verùtamen germẽ radicũ 12
eius in terra ſinite, & alligetur vinculo
ferreo & æreo in herbis quę foris ſunt, &
rore cæli tingatur, & cũ feris pars eius in
herba terræ. Cor eius ab humano com- 13
mutetur, & cor feræ detur ei: & ſeptem
tẽpora mutẽtur ſuper eum. In ſententia 14
vigilũ decretũ eſt, & ſermo ſanctorum, &
petitio: donec cognoſcãt viuẽtes quoniã
dominatur Excelſus in regno hominũ; &
cuicunq. voluerit, dabit illud, & humilli-
mum hominẽ cõſtituet ſuper eum. Hoc 15
ſomniũ vidi ego Nabuchodonoſor rex: tu
ergo Baltaſſar interpretationẽ narra feſtinus: quia omnes ſapiẽtes regni mei nõ
queũt ſolutionẽ edicere mihi: tu aũt poteſ, quia ſpiritus deorũ ſanctorũ in te eſt.
Tunc Daniel, cuius nomẽ Baltaſſar, cœ- 16
pit intra ſemetipſum tacit⁹ cogitare quaſi
vna hora: & cogitationes ei⁹ conturbabãt
eum. Reſpondens autẽ rex ait, Baltaſſar,
ſomniũ & interpretatio eius nõ cõturbẽt
te. Reſpondit Baltaſſar, & dixit, Dñe mi,
ſomniũ his qui te oderũt: & interpretatio
eius hoſtibus tuis ſit. Arboré quã vidiſti 17
ſublimẽ atq. robuſtã, cuius altitudo per-
tingit ad cælũ, & aſpectus illius in omnẽ
terrã: & rami eius pulcherrimi, & fru- 18
ctus ei⁹ nimius, & eſca omniũ in ea, ſub-
ter eam habitãtes beſtiæ agri, & in ramis
eius commorantes aues cæli: Tu es rex, 19
qui magnificatus es, & inualuiſti: & ma-
gnitudo tua creuit, & peruẽnit vſque ad
cælũ, & poteſtas tua in terminos vniuer-
ſæ terræ. Quòd autẽ vidit rex vigilem, 20
& ſanctum deſcendere de cælo, & dicere,
Succidite arboré, & diſſipate illã, attamẽ
germẽ radicum eius in terra dimittite, &
vinciatur ferro & ære in herbis foris, &
rore cæli cõſpergatur, & cum feris ſit pa-
bulũ eius, donec ſeptẽ tempora mutẽtur
ſuper eũ: Hęc eſt interpretatio ſentẽtiæ 21
Altiſſimi, quæ peruenit ſuper dñm meũ
regẽ, Eiiciẽt te ab hominibus, & cũ be- 22
ſtiis ferisq. erit habitatio tua, ‖ & fœnum
vt bos comedes, & rore cæli infundẽris:
ſeptẽ quoq. tẽpora mutabuntur ſuper te,
donec ſcias q dominetur Excelſus ſuper
regnũ hominum, & cuicũq. voluerit det
illud. Quòd aũt præcepit vt relinquere- 23
tur germen radicũ eius, id eſt arboris: re-
gnũ tuũ tibi manebit poſtquã cognoueris
poteſtatẽ eſſe cæleſtem. Quã ob rẽ rex, 24
conſiliũ meũ placeat tibi, ‖ & peccata tua
eleemoſynis redime, & iniquitates tuas
miſericordiis pauperũ: forſitan ignoſcet
delictis tuis. Omnia*venerũt ſuper Na- 25
buchodonoſor regem. Poſt finẽ mẽſium 26
duodecim, in aula Babylonis deambula-
bat. Reſpõditq. rex, & ait, Nõne hæc eſt 27
Babylõ *magna quã ego ædificaui in do-
mũ regni, in robore fortitudinis meæ, &
in gloria decõris mei? Cumq. ſermo ad- 28
huc eſſet in ore regis, vox de cælo ruit,
Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, Regnũ
*tranſibit à te, & ab hominibus eiiciẽt 29
te, & cum beſtiis*feris erit habitatio tua: *&ᵃ MS.R.
fœnũ quaſi bos comedes, & ſeptẽ tẽpora Hier. Q.n.
mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd
dominetur Excelſus in regno hominũ, &
30 cuicunq. voluerit det illud. Eadem hora
ſermo cõpletus eſt ſuper Nabuchodono-
ſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœ-
nũ vt bos comedit, & rore cæli corp⁹ eius
infectũ eſt: donec capilli eius in ſimilitu-
dinẽ aquilarum creſcerẽt, & vngues eius
31 quaſi auium. Igitur poſt finem dierũ ego
Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum
leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi:
& Altiſſimo benedixi, & viuentẽ in ſem-
piternũ laudaui, & glorificaui: ‖ quia po- Sup. 3, 100.
teſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnũ Inf. 7, 14.
32 eius in generatione & generatione: Et
omnes habitatores terræ apud eũ in ni-
hilũ reputati ſunt: iuxta voluntatem enim
ſuã facit tam in virtutibus cæli quàm in
habitatoribus terræ: & nõ eſt qui reſiſtat
33 manui eius, & dicat ei, Quare feciſti? In
ipſo tempore ſenſus meus reuerſus eſt ad
me, & ad honorẽ regni mei, decoremq; ue
perueni: & figura mea reuerſa eſt ad me:
& optimates mei, & magiſtratus mei re-
quiſierunt me, & in regno meo reſtitutus
ſum: & magnificentia amplior addita eſt
34 mihi. Nũc igitur ego Nabuchodonoſor
laudo, & magnifico, & glorifico regẽ cæli:
quia omnia opera eius vera, & viæ eius
iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt
humiliare. CAP. V.

1 BAlſaſar rex fecit grãde cõuiuiũ opti-
matibus ſuis mille: & vnuſquiſq. ſe-
2 cundũ ſuã bibebat ætatẽ. Præcepit ergo
iam temulẽtus vt afferrẽtur vaſa aurea &
argẽtea quę aſportauerat Nabuchodono-
ſor pater eius de tẽplo quod fuit in Ieru-
ſalem: vt biberent in eis rex & optimates
3 eius, vxoresq. eius & cõcubinæ. Tũc al-
lata ſunt vaſa aurea*quæ aſportauerat de *& argen-
templo quod fuerat in Ieruſalẽ: & bibe- tea 14 MS.
runt in eis rex & optimates eius, vxores G. Verùm
4 & cõcubinæ illius. Bibebant vinum, & R. Hier. &
laudabant deos ſuos aureos & argenteos, C. non ad-
5 æreos, ferreos, ligneosq. & lapideos. In dunt.
eadẽ hora apparuerũt digiti, quaſi manus
hominis ſcribẽtis contra candelabrum in
ſuperficie parietis aulæ regię: & rex aſpi-
6 ciebat articulos manus ſcribentis. Tunc
facies regis cõmutata eſt, & cogitationes
eius conturbabãt eũ: & compages renum
eius ſoluebãtur, & genua eius ad ſeinuicẽ
7 collidebãtur. Exclamauit itaq. rex for-
titer vt introducerẽt magos, Chaldęos, &
aruſpices. Et proloquẽs rex ait ſapiẽtibus
Babylonis, Quæcunq. legerit ſcripturam
hanc, & interpretationẽ eius manifeſtam
mihi fecerit, purpura veſtietur, & torquẽ
aureã habebit in collo, & tertius in regno
8 meo erit. Tunc ingreſſi omnes ſapiẽtes
regis nõ potuerũt nec ſcripturam legere,
9 nec interpretationẽ indicare regi. Vnde
rex Balſaſar ſatis conturbatus eſt, & vul-
tus illius immutatus eſt: ſed & optimates

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius turbabãtur. Regina autẽ pro re quæ 10
acciderat regi & optimatibus eius, domũ
cõuiuij ingressa est: & proloquẽs ait, Rex
in æternũ viue: non te conturbẽt cogita-
tiones tuæ, neque facies tua immutetur.
Est vir in regno tuo, qui spiritũ deorum 11
sanctorũ habet in se: & in dieb. patris tui
scientia & sapiẽtia inuẽtæ sunt in eo: nam
& rex Nabuchodonosor pater tuus prin-
cipẽ magorũ, incantatorũ, Chaldæorũ, &
aruspicũ cõstituit eum, pater inquã tuus
ô rex: quia spiritus amplior, & pruden- 12
tia, intelligẽtiaque; interpretatio somnio-
rum, & ostẽsio secretorũ, ac solutio liga-
torũ inuẽtæ sunt in eo, hoc est in Danie-
le: cui rex posuit nomen Baltassar: nunc
itaq. Daniel vocetur, & interpretationem
narrabit. Igitur introductus est Daniel 13
corã rege. Ad quem præfatus rex ait, Tu
es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quẽ
adduxit pater meus rex de Iudæa? Au- 14
diui de te quoniã spiritũ deorũ habeas:
& scientia intelligentiaq. ac sapientia am-
pliores inuẽtæ sunt in te. Et nũc intro- 15
gressi sunt in cõspectu meo sapiẽtes ma-
gi, vt scripturã hãc legerẽt, & interpreta-
tionẽ eius indicarẽt mihi: & nequiuerũt
sensum huius sermonis edicere*. Porrò 16
ego audiui de te quòd possis obscura in-
terpretari, & ligata dissoluere: si ergo va-
les scripturã legere, & interpretationem
eius indicare mihi, purpura vestiẽris, &
torquẽ aureã circa collũ tuum habebis, &
tertius in regno meo princeps eris. Ad 17
quæ respõdens Daniel, ait corã rege, Mu-
nera tua sint tibi, & dona domus tuæ al-
teri da: scripturã autẽ legã tibi, rex, & in-
terpretationẽ eius ostẽdam tibi. O rex, 18
Deus altissimus regnũ & magnificentiã,
gloriã & honorẽ dedit Nabuchodonosor
patri tuo. Et propter magnificentiã quã 19
dederat ei, vniuersi populi, tribus & lin-
guæ tremebant, & metuebant eum. quos
volebat, interficiebat: & quos volebat,
percutiebat: & quos volebat, exaltabat:
& quos volebat, humiliabat. Quãdo aũt 20
eleuatũ est cor eius, & spiritus illius ob-
firmatus est ad superbiã, depositus est de
solio regni sui, & gloria eius ablata est:
& à filiis hominũ eiectus est, sed & cor 21
eius cũ bestiis positũ est, & cũ onagris erat
habitatio eius: fœnũ quoq. vt bos come-
debat, & rore cæli corpus eius infectum
est: donec cognosceret q̃ potestatẽ habe-
ret Altissimus in regno hominũ, & quẽ-
cunq. voluerit suscitabit super illud. Tu 22
quoq. filius eius Balthasar, non humiliasti
cor tuũ, cũ scires hæc omnia: sed aduer- 23
sum dominatorẽ cæli eleuatus es: & vasa
domus eius allata sunt coram te: & tu, &
optimates tui, & vxores tuæ, & cõcubinæ
tuæ vinũ bibistis in eis: deos quoq. argẽ-
teos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosq.
& lapideos qui nõ vidẽt, neq. audiũt, neq.
sentiũt, laudasti: porrò Deũ qui habet fla-
tum tuũ in manu sua & omnes vias tuas,
24 non glorificasti. Idcirco ab eo missus est
articulus manus, qui scripsit hoc quod ex-
25 aratum est. Hæc est autẽ scriptura quæ
digesta est: MANE, THECEL,
26 PHARES. Et hæc est interpretatio
sermonis. MANE: numerauit Deus
27 regnũ tuũ, & compleuit illud. THE-
CEL: appẽsus es in statêra, & inuentus
28 es minus habẽs. PHARES: diuisum
est regnum tuum, & datum est Medis &
29 Persis. Tunc iubẽte rege indutus est Da-
niel purpura, & circũdata est torques au-
rea collo eius: & prædicatũ est de eo quòd
30 haberet potestatẽ tertius in regno*. Ea-
dem nocte interfectus est Balthasar rex
31 Chaldæus. Et Darius Medus successit
in regnum, annos natus sexagintaduos.

CAP. VI.

1 PLacuit ‖ Dario, & cõstituit super re-
gnũ satrapas centum viginti, vt essent
2 in toto regno suo. Et super eos, princi-
pes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt
satrapæ illis redderẽt rationẽ, & rex non
3 sustineret molestiam. Igitur Daniel su-
perabat omnes principes & satrapas: quia
spiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex
cogitabat cõstituere eum super omne re-
4 gnum: vnde principes & satrapæ quæ-
rebãt occasionẽ vt inuenirent Danieli ex
latere regni: nullamq. causam & suspi-
cionẽ reperire potuerunt, eo quòd fidelis
esset, & omnis culpa & suspicio nõ inue-
5 niretur in eo. Dixerũt ergo viri illi, Non
inueniemus Danieli huic aliquã occasio-
6 nẽ, nisi fortè in lege Dei sui. Tunc prin-
cipes & satrapæ surripuerunt regi, & sic
locuti sunt ei, Dari rex, in æternum viue.
7 consiliũ inierũt omnes principes regni,
magistratus & satrapæ, senatores & iudi-
ces, vt decretũ imperatoriũ exeat, & edi-
ctũ, Vt omnis qui petierit aliquã petitio-
nẽ à quocunq. deo & homine, vsq. ad tri-
ginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum
8 leonum. Nũc itaq. rex cõfirma sentẽtiã,
& scribe decretũ: vt nõ immutetur quod
statutũ est à Medis & Persis, nec præua-
9 ricari cuiquam liceat. Porrò rex Darius
10 proposuit edictũ, & statuit. Quod cùm
Daniel cõperisset, id est cõstitutam legẽ,
ingressus est domum suam: & fenestris
apertis in cœnaculo suo, cõtra Ierusalem
tribus temporibus in die flectebat genua
sua, & adorabat, confitebaturque coram
Deo suo sicut & antè facere consueuerat.
11 Viri ergo illi curiosiùs inquirentes, in-
uenerũt Danielẽ orantẽ, & obsecrantem
12 Deũ suum. Et accedẽtes locuti sunt regi
super edicto: Rex, nũquid non cõstituisti
vt omnis homo qui rogaret quẽquam de
diis & hominib. vsq. ad dies triginta, nisi
te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad
quos respondens rex, ait, Verus est sermo
iuxta decretũ Medorum atq. Persarum,
13 quod prævaricari nõ licet. Tunc respon-
dentes dixerunt coram rege, Daniel de fi-
liis captiuitatis Iudæ, non curauit de lege
tua &

* mihi 16 MS. G. Verùm Hier. & C. non legunt.

Sup. 4, 22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tua & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diē orat obsecratione sua. Quod verbū cū audisset rex, satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor, vt liberaret eum, & vsq. ad occasum solis laborabat vt erueret illū. Viri aūt illi intelligētes regē, dixerūt ei, Scito, rex, quia lex Medorū atq. Persarū est, vt omne decretū quod cōstituerit rex, nō liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielē, & miserunt eū in lacum leonum. Dixitq. rex Danieli, Deus tuus quē colis semper, ipse liberabit te. Allatusq. est lapis vnus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatū suorum, nequid fieret cōtra Danielem. Et abiit rex in domū suam, & dormiuit incoenatus, cibiq. non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonū perrexit: appropinquansq. lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum, Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putasne valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi respondens ait, Rex in æternum viue, ¶ Deus meus misit angelum suū, & cōclusit ora leonū, & nō nocuerūt mihi: quia coram eo iustitia inuēta est in me: sed & coram te, rex, delictū nō feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielē præcepit educi de lacu: eductusq. est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo. Iubente aūtē rege adducti sunt viri illi qui accusauerūt Danielē: & in lacū leonū missi sunt, ipsi & filij, & vxores eorū: & nō peruenerūt vsq. ad pauimētum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorū cōminuerēt. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitātibus in vniuersa terra, P A X vobis multiplicetur. A me constitutū est decretū, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscāt, & paueant Deū Danielis. ipse est enim Deus viuens & æternus in secula: & regnū eius nō dissipabitur, & potestas eius vsq. in æternū. Ipse liberator atq. saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielē de lacu' leonū. ¶ Porrò Daniel perseuerauit vsq. ad regnum Darij, regnumq. Cyri Persæ.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28

CAP. VII.

1 ANno primo Balsasar regis Babylonis, Daniel somniū vidit: visio autē capitis eius in cubili suo: & somniū scribēs, breui sermone cōprehēdit: summatimq. pāringēs, ait, Videbā in visione mea nocte, & ecce quatuor vēti cæli pugnabāt in mari magno. Et quatuor bestiæ grandes 3 ascēdebāt de mari diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspiciebā donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hoīs datū est ei. Et 5 ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: & tres ordines erāt in ore eius, & in dētib. eius, & sic dicebāt ei, Surge, comede carnes plurimas. Post hęc aspiciebā, & ecce 6 alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quatuor sup se: & quatuor capita erāt in bestia, & potestas data est ei. Post 7 hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedēs atq. cōminuēs, & reliqua pedib. suis conculcans: dissimilis aūt erat cæteris bestiis quas viderā ante eā, & ha- 8 bebat cornua decē. Cōsiderabā cornua, & ecce cornu aliud paruulū ortum est de medio eorū: & tria de cornib. primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi, quasi oculi hoīs erāt in cornu isto, & os loquēs in- 9 gētia. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierū sedit: vestimētū eius candidū quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana mūda: thronus eius, flāmę ignis: 10 rotæ eius, ignis accēsus. Fluuius igneus rapiduſq. egrediebatur à facie eius. ¶ millia milliū ministrabant ei, & decies millies cēcena millia assistebāt ei: iudiciū sedit, 11 & libri apti sunt. Aspiciebā propter vocē sermonū grādiū, quos cornu illud loquebatur: & vidi qm interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditū esset ad cō- 12 burendū igni. aliarū quoq. bestiarū ablata esset potestas: & tēpora vitæ cōstituta essent eis vsq. ad tēpus & tēpus. Aspi- 13 ciebā ergo in visione noctis, & ecce cum nubib. cæli quasi filius hoīs veniebat, & vsq. ad antiquū dierū peruenit: & in cōspectu eius obtulerūt eū. Et dedit ei po- 14 testatē, & honorē, & regnū: & oēs populi, tribus, & linguæ ipsi seruiēt: ¶ potestas eius, potestas æterna quæ nō auferetur, & 15 regnū eius quod nō corrūpetur. Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei cōturbauerūt 16 me. Accessi ad vnū de assistentibus, & veritatē quærebā ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationē sermonū, 17 & docuit me, Hæ quatuor bestiæ magnæ: quatuor sunt regna, quæ cōsurgēt de 18 terra. Suscipiēt aūt regnū sancti Dei altissimi: & obtinebūt regnū vsq. in seculū 19 & seculū seculorū. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dētes & vngues eius ferrei: comedebat & cōminuebat, & reliqua pedibus 20 suis cōculcabat. & de cornib. decē quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderāt tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os 21 loquēs grādia, & maius erat cæteris. Aspiciebā, & ecce cornu illud faciebat bellū 22 aduersus sanctos, & prævalebat eis: donec venit antiquus dierū, & iudiciū dedit sanctis excelsis, & tempus aduenit, & 23 regnū obtinuerūt sancti. Et sic ait, Bestia quarta, regnū quartum erit in terra,

Apoc. 5, 11.

Luc. 1, 33. Mich. 4, 7. Sup. 3, 100 4, 31.

quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod maius erit omnib. regnis, & deuorabit vniuersam terram, & cõculcabit, & cõminuet eã. Porrò cornua decẽ ipsius 24
regni, decem reges erũt: & alius cõsurget post eos, & ipse potẽtior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones cõ- 25
tra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi cõteret: & putabit quòd possit mutare tempora & leges, & tradẽtur in manu eius vsq. ad tẽpus & tẽpora & dimidium tẽporis. Et iudiciũ sedebit, vt auferatur 26
potẽtia, & cõteratur, & dispereat vsq. in finẽ. Regnũ aũt, & potestas, & magnitu- 27
do regni quæ est subter omne cælũ, detur populo sanctorũ Altissimi: ‖ cuius regnũ, regnũ sempiternũ est, & oẽs reges seruiẽt ei & obedient. Hucusq. finis verbi. Ego 28
Daniel multũ cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum autem in corde meo cõseruaui.

Isa. 9,7. Sup. 14.

CAP. VIII.

ANno tertio regni Balsasar regis, vi- 1
sio apparuit mihi. Ego Daniel, post 2
id quod viderã in principio, vidi in visione mea, cũ essem in Susan castro quod est in Aelã regione: vidi aũt in visione esse me super portã Vlai. Et leuaui oculos 3
meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludẽ, habẽs cornua excelsa, & vnũ excelsius altero atque succrescens. Postea
vidi arietẽ cornibus ventilantẽ *contra 4
Occidẽtem, & cõtra Aquilonẽ, & contra Meridiẽ: & omnes bestiæ nõ poterãt resistere ei, neq. liberari de manu eius: fecitq. secundum voluntatẽ suã, & magnificatus est. Et ego intelligebã: ecce autẽ hircus 5
capratũ veniebat ab Occidẽte super faciẽ totius terræ, & non tangebat terrã: porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsq. ad arietẽ illũ cor- 6
nutũ, quẽ viderã stantẽ ante portã, & cucurrit ad eũ in impetu fortitudinis suæ.
Cumq. appropinquasset prope arietem, 7
efferatus est in eũ, & percussit arietẽ: & cõminuit duo cornua eius, & nõ poterat aries resistere ei: cũq. eũ misisset in terrã, cõculcauit, & nemo quibat liberare arietẽ de manu eius. Hircus aũt caprarũ 8
magnus factus est nimis: cumq. creuisset, fractũ est cornu magnũ, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor vẽtos cæli. De vno autẽ ex eis egressum 9
est cornu vnũ modicũ: & factũ est grande cõtra Meridiẽ, & cõtra Orientẽ, & contra fortitudinẽ. Et magnificatũ est vsq. ad 10
fortitudinẽ cæli: & deiecit de fortitudine & de stellis, & cõculcauit eas. Et vsq. ad 11
principẽ fortitudinis magnificatũ est: & ab eo tulit iuge sacrificiũ, & deiecit locũ sanctificationis eius. Robur aũt datum 12
est *cõtra iuge sacrificiũ propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui vnũ de san- 13
ctis loquentẽ: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquẽti, Vsquequo visio, & iuge sacrificiũ, & peccatũ desolationis quæ
facta est: & sanctuariũ, & fortitudo con- 14
culcabitur? Et dixit ei, Vsq. ad vesperã & mane, *duo millia trecẽti: & mũdabi- 15
tur sanctuariũ. Factũ est aũt cũ viderem ego Daniel visionẽ, & quærerẽ intelligẽtiam: ecce stetit in conspectu meo quasi 16
species viri. Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait: ‖ Gabriel fac intelligere istũ visionẽ. Et venit, & stetit 17
iuxta vbi ego stabam: cumq. veniisset, puẽs corrui in faciẽ meã, & ait ad me, Intellige fili hominis, quoniãin tẽpore finis
cõplebitur visio. Cumq. loqueretur ad 18
me, collapsus sum pronus in terrã: & tetigit me, & statuit me in gradu meo: dixitq. mihi, Ego ostendã tibi quæ futura 19
sunt in nouissimo maledictionis: quoniã habet tẽpus finẽ suũ. Aries quẽ vidisti 20
habere cornua, rex Medorũ est atq. Persarũ. Porrò hircus caprarũ: rex Græcorũ est. & cornu grande quod erat inter o- 21
culos eius, ipse est rex primus. Quòd aũt fracto illo surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gẽte eius cõsurgent, sed 22
nõ in fortitudine eius: Et post regnum eorũ cùm creuerint iniquitates, cõsurget rex impudẽs facie, & intelligẽs propositiones. & roborabitur fortitudo eius, sed 23
nõ in viribus suis: & suprà quã credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & popu- 24
lum sanctorũ secundũ voluntatẽ suam; & dirigetur dolus in manu eius: & cor suũ magnificabit, & in copia rerũ omniũ occidet plurimos: & cõtra principẽ principũ cõsurget, & sine manu cõteretur. Et 25
visio vespere & manè, quæ dicta est, vera est: tu ergo visionẽ signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel langui, & 26
ægrotaui per dies: cumq. surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & nõ erat qui interpretaretur. 27

*contra Orientem & o.

*ciuitate MS. Q. n.

*ei MS q. Hier.

CAP. IX.

IN anno primo ‖ Darij filij Assueri de 1
semine Medorũ, qui imperauit super regnũ Chaldæorũ: Anno vno regni eius, 2
ego Daniel intellexi in libris ‖ numerum annorum de quo factus est sermo Dñi ad Ieremiã propketã, vt cõplerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Et 3
posui faciẽ meã ad Dñm Deũ meũ rogare & deprecari in ieiuniis, sacco & cinere. Et oraui Dñm Deũ meũ, & con- 4
fessus sum, & dixi, ‖ Obsecro Dñe Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiã diligẽtibus te, & custodien- 5
tibus mãdata tua. ‖ Peccauimus, iniquitatẽ fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinauimus à mandatis tuis ac
iudiciis. Nõ obediuimus seruis tuis pro- 6
phetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniq. populo terræ. Tibi 7
Dñe iustitia: nobis aũt cõfusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalẽ & omni Israël, his qui propè sunt,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos ꝓpter iniquitates eorũ, in quibus peccauerunt in te. Dñe, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris qui peccauerunt: Tibi autẽ Dño Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus ate, & nõ audiuimus vocẽ Dñi Dei nostri vt ambularemus in lege eius, quã posuit nobis per seruos suos prophetas. Et oĩs Israël prꝛuaricati sunt lẽgẽ tuã, & declinauerũt ne audirẽt vocem tuã: & stillauit super nos maledictio & detestatio quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos & super principes nostros qui iudicauerũt nos, vt superinduceret in nos magnum malum quale nunquã fuit sub omni cælo, secũdũ quod factũ est in Ierusalẽ. Sicut scriptũ est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & nõ rogauim⁹ faciẽ tuã Dñe Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatib. nostris, & cogitaremus veritatẽ tuã.

Et vigilauit Dñs sup malitiã, & adduxit eã super nos: iustus Dñs Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit: non enim audiuim⁹ vocẽ eius. ‖ Et nũc Dñe Deus noster ‖ qui eduxisti populũ tuũ de Terra-Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomẽ secundũ diẽ hãc, peccauimus, iniquitatẽ fecim⁹. Dñe in omnẽ iustitiã tuam auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à mõte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrũ nostrorũ, Ierusalẽ & populus tuus in opprobriũ sunt omnibus per circuitum nostrũ. Nunc ergo exaudi Deus noster orationẽ serui tui, & preces eius: & ostẽde faciẽ tuã super sanctuariũ tuũ quod desertũ est ꝓpter temetipsum.

Inclina Deus meus aurem tuã, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationẽ nostrã, & ciuitatẽ super quã inuocatum est nomẽ tuum: neq. enim in iustificationib. nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

Exaudi Dñe, placare Dñe: attẽde & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomẽ tuũ inuocatum est super ciuitatẽ & super populũ tuũ. Cũq. adhuc loquerer, & orarẽ, & cõfiterer peccata mea & peccata populi mei Israël, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro mõte sancto Dei mei, Adhuc me loquente in oratione, ecce vir ‖ Gabriel quem viderã in visione à principio, citò volans tetigit me in tẽpore sacrificij vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitq;: Daniel, nunc egressus sum vt docerẽ te, & intelligeres. Ab exordio precũ tuarũ egressus est sermo: ego autẽ veni vt indicarẽ tibi, quia vir desideriorũ es: tu *autẽ animaduerte sermonẽ, & intellige visionẽ. ‖ Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuũ & sup vrbẽ sanctã tuã, vt cõsummetur prꝛuaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & ‖ prophetia⁹: ‖ & vngatur Sanctus sanctorum.

Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterũ ędificetur Ierusalẽ, vsq. ad Christũ ducẽ, hebdomades septẽ & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia tẽporũ. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eũ negaturus est. Et ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce venturo: & finis eius vastitas, & post finẽ belli statuta desolatio. Cõfirmauit autẽ pactũ multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ: ‖ & erit in tẽplo abominatio desolationis: & vsq. ad consummationẽ & finẽ perseuerabit desolatio. CAP. X.

ANno tertio * Cyri regis Persarum, verbũ reuelatum est Danieli cognomẽto Baltassar, & verbũ verũ, & fortitudo magna: intellexitq. sermonẽ, intelligẽtia enim est opus in visione. In dieb⁹ illis ego Daniel lugebã triũ hebdomadarũ diebus, panẽ desiderabilẽ nõ cõedi, & caro & vinũ nõ introierunt in os meum, sed neq. vnguẽto vnctus sum: donec cõplerentur triũ hebdomadarũ dies. Die autẽ vicesima & quarta mẽsis primi erã iuxta fluuium magnũ, qui est Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lãpas ardẽs: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candẽtis: & vox sermonũ eius vt vox multitudinis. Vidi autẽ ego Daniel solus visionẽ: porrò viri qui erant mecum, nõ viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerũt in absconditum. Ego autẽ relictus solus vidi visionẽ grandẽ hãc: & nõ remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquã viriũ. Et audiui vocẽ sermonum eius: & audiens iacebã cõsternatus super faciẽ meam, & vultus meus hęrebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearũ. Et dixit ad me, Daniel vir desideriorũ intelligeverba quę ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nũc enim sum missus ad te. Cumq. dixisset mihi sermonem istũ, steti tremẽs. Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuũ ad intelligendũ, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos. Princeps aũt regni Persarũ restitit mihi viginti & vno dieb. & ecce Michaël vnus de principib. primis venit in adiutoriũ meũ, & ego remãsi ibi iuxta regem

*prophetes 6 MS. H.G 9.

Exe. 37,24.

Mat. 24,15

*regni MS 9.R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Persarũ. Veni autẽ vt docerẽ te quæ vẽ- 14
tura sunt populo tuo in nouissimis dieb.
qm̃ adhuc visio in dies. Cumq. loquere- 15
tur mihi huiũsce modi verbis, deieci vul-
tum meũ ad terrã, & tacui. Et ecce quasi 16
similitudo filij hominis tetigit labia
mea: & aperiens os meũ locutus sum, &
dixi ad eũ q stabat cõtra me: Dñe mi, in
visione tua dissolutæ sunt cõpages meæ,
& nihil in me remãsit virtũ. Et quomo- 17
do poterit seruus Dñi mei loqui cũ Dño
meo? nihil in me remansit virium, sed &
halitus me⁹ intercluditur. Rursum ergo 18
tetigit me, quasi visio hominis, & cõfor-
tauit me, & dixit, Noli timere vir desi- 19
deriorũ, pax tibi: cõfortare, & esto robu-
stus. Cumq. loqueretur mecũ, cõualui, &
dixi, Loquere Dñe mi, quia confortasti
me. Et ait, Nunquid scis quare venerim 20
ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduer-
sum principẽ Persarũ. cũ ergo egrederer,
apparuit princeps Græcorũ veniens. Ve- 21
runtamẽ annũtiabo tibi quod expressum
est in scriptura veritatis: & nemo est adi-
uror meus in omnibus his, nisi Michaël
princeps vester.

CAP. XI.

EGo autẽ ab anno primo Darij Medi 1
stabã vt cõfortaretur & roboraretur.
Et nũc veritatẽ annũtiabo tibi. Ecce ad- 2
huc tres reges stabũt in Persida, & quar-
tus ditabitur opibus nimiis super oẽs: &
cum inualuerit diuitiis suis, concitabit
omnes aduersum regnũ Græciæ. Surget 3
verò rex fortis, & dominabitur potestate
multa: & faciet quod placuerit ei. Et cũ 4
steterit, cõteretur regnũ eius, & diuidetur
in quatuor vẽtos cæli: sed nõ in posteros
eius, neq. secundũ potentiã illius qua do-
minatus est. lacerabitur enim regnũ eius
etiã in externos, exceptis his. Et cõfor- 5
tabitur rex Austri, & de principibus eius:
prævalebit super eũ, & dominabitur di-
tione. multa enim dominatio eius. Et 6
post finẽ annorũ fœderabuntur: filiaque
regis Austri veniet ad regẽ Aquilonis fa-
cere amicitiã, & nõ obtinebit fortitudinẽ
brachij, nec stabit semẽ eius: & tradetur
ipsa, & qui adduxerunt eã, adolescentes
eius, & qui confortabãt eã in tẽporibus.
Et stabit de germine radicũ eius plãta- 7
tio: & veniet cũ exercitu, & ingredietur
puinciã regis Aquilonis: & abutetur eis,
& obtinebit. Insuper & deos eorum & 8
sculptilia, vasa quoq. pretiosa argenti &
auri, captiua ducet in Aegyptũ: ipse præ-
ualebit aduersus regẽ Aquilonis. Et in- 9
trabit in regnum rex Austri, & reuertetur
ad terrã suã. Filij autẽ eius prouocabũ- 10
tur, & cõgregabunt multitudinẽ exerci-
tuum plurimorũ: & veniet properans &
inundãs: & reuertetur & concitabitur, &
cõgredietur cũ robore eius. Et prouo- 11
catus rex Austri egredietur, & pugnabit
aduersus regem Aquilonis, & præparabit
multitudinẽ nimiã, & dabitur multitudo
in manus eius. Et capiet multitudinẽ, & 12
exaltabitur cor ei⁹, & deiiciet multa mil-
13 lia: sed nõ prævalebit. Cõuertetur enim
rex Aquilonis, & præparabit multitudinẽ
multo maiorẽ quã prius: & in fine tẽpo-
rum annorumq. veniet properans cũ ex-
14 ercitu magno & opibus nimiis. ¶ Et in Isa. 19.
tẽporib. illis multi consurgent aduersus t Mac. 1.
regẽ Austri: filij quoq. prævaricatorũ po-
puli tui extollẽtur vt impleãt visionẽ, &
15 corruẽt. Et veniet rex Aquilonis, & cõ-
portabit aggerẽ, & capiet vrbes munitis-
simas: & brachia Austri nõ sustinebũt, &
cõsurgẽt electi ei⁹ ad resistendũ, & nõ erit
16 fortitudo. Et faciet veniẽs super eũ iu-
xta placitum suũ, & nõ erit qui stet cõtra
faciẽ eius: & stabit in terra inclyta, & cõ-
17 sumetur in manu eius. Et ponet faciem
suã vt veniat ad tenẽdũ vniuersum regnũ
eius, & recta faciet cũ eo: & filiã fœmina-
rũ dabit ei, vt euertat illud: & nõ stabit,
18 nec illius erit. Et conuertet faciẽ suã ad
insulas, & capiet multas: & cessare faciet
principẽ opprobrij sui, & opprobriũ eius
19 cõuertetur in eũ. Et cõuertet faciẽ suã
ad imperiũ terræ suæ, & impinget, & cor-
20 ruet, & nõ inuenietur. Et stabit in loco
eius vilissimus, & indignus decore regio:
& in paucis diebus cõteretur, nõ in furo-
21 re nec in prælio. Et stabit in loco eius
despectus, & nõ tribuetur ei honor regi⁹:
& veniet clã, & obtinebit regnũ in frau-
22 dulẽtia. Et brachia pugnantis expugna-
buntur à facie eius, & cõterẽtur: insuper
23 & dux fœderis. Et post amicitias, cũ eo
faciet dolum: & ascendet, & superabit in
24 modico populo. Et abundantes & hube-
res vrbes ingredietur: & faciet quæ non
fecerunt patres eius, & patres patrum
eius: rapinas & prædam & diuitias eo-
rũ dissipabit, & contrà firmissimas cogi-
tationes inibit: & hoc, vsq. ad tempus.
25 Et cõcitabitur fortitudo eius & cor e-
ius aduersum regẽ Austri in exercitu ma
gno: & rex Austri prouocabitur ad bellũ
multis auxiliis & fortibus nimis: & non
stabunt, quia inibunt aduersus eũ cõsilia.
26 Et cõedentes pauẽ cũ eo, cõterent illũ,
exercitusq. eius opprimetur: & cadẽt in-
27 terfecti plurimi. Duorũ quoq. regũ cor
erit vt malefaciant, & ad mensam vnam
mendacium loquentur, & nõ proficient;
28 quia adhuc finis in aliud tempus. Et re-
uertetur in terrã suã cũ opibus multis: &
cor eius aduersum testamentũ sanctũ, &
29 faciet, & reuertetur in terrã suã. Statuto
tẽpore reuertetur, & veniet ad Austrum:
30 & nõ erit priori simile nouissimum. Et
venient super eum trieres, & Romani, &
percutietur, & reuertetur, & indignabitur
cõtra testamentum sanctuarij, & faciet:
reuerteturq;, & cogitabit aduersum eos
qui dereliquerunt testamentũ sanctuarij.
31 Et brachia ex eo stabũt, & polluẽt san-
ctuariũ fortitudinis, & auferent iuge sa-
crificiũ: & dabũt abominationẽ in deso-
32 lationẽ: Et impij in testamentũ simula-

bunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bunt fraudulẽter: populus autẽ sciẽs Deũ
suũ, obtinebit & faciet. Et docti in po- 33
pulo docebũt plurimos: & ruẽt in gladio
& in flãma & in captiuitate & in rapina
dierum. Cumq. corruerint, subleuabũtur 34
auxilio paruulo: & applicabũtur eis plu-
rimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, 35
vt conflentur: & eligantur & dealbentur
vsq. ad tẽpus præfinitũ: quia adhuc aliud
tẽpus erit. Et faciet iuxta voluntatẽ suã 36
rex, & eleuabitur & magnificabitur ad-
uersus omnẽ deũ: & aduersus Deũ deorũ
loquetur magnifica, & dirigetur, donec
cõpleatur iracũdia. perpetrata quippe est
definitio. Et Deũ patrũ suorũ nõ repu- 37
tabit: & erit in cõcupiscentiis fœminarũ,
nec quẽquam deorũ curabit: quia aduer-
sum vniuersa cõsurget. Deũ autẽ Mao- 38
zim in loco suo venerabitur: & Deũ quẽ
ignorauerũt patres eius colet auro, & ar-
gẽto, & lapide pretioso, rebusq. pretiosis.
Et faciet vt muniat Maozim cũ Deo a- 39
lieno quẽ* cognouit, & multiplicabit glo-
riam, & dabit eis potestatẽ in multis, &
terrã diuidet gratuito. Et in tẽpore præ- 40
finito præliabitur aduersus eũ rex Austri:
& quasi tẽpestas veniet cõtra illũ rex A-
quilonis in curribus & in equitibus & in
classe magna: & ingredietur terras, & cõ-
teret, & pertrãsiet. Et introibit in terrã 41
gloriosam, & multi corruẽt: hæ autẽ solæ
saluabuntur de manu eius, Edõ, & Moab,
& principiũ filiorũ Ammon. Et mittet 42
manũ suã in terras: & Terra-Aegypti nõ
effugiet. Et dominabitur thesaurorũ au- 43
ri & argenti, & in omnibus pretiosis Ae-
gypti: per Libyã quoq. & Aethiopiã trãs-
ibit. Et fama turbabit eũ ab Oriẽte & ab 44
Aquilone: & veniet in multitudine ma-
gna vt cõterat & interficiat plurimos. Et 45
figet tabernaculũ suũ Apadno inter ma-
ria, super montẽ inclytum & sanctum: &
veniet vsq. ad summitatem eius, & nemo
auxiliabitur ei.

CAP. XII.

IN tempore autẽ illo cõsurget Michael 1
princeps magnus, qui stat pro filiis po-
puli tui: & veniet tẽpus quale nõ fuit ab
eo ex quo gẽtes esse cœperunt vsq. ad tẽ-
pus illud. Et in tẽpore illo saluabitur po-
pulus tuus, omnis qui inuẽtus fuerit scri-
ptus in libro. Et multi de his qui dor- 2
miunt in terræ puluere, euigilabũt: ‖ alij
in vitã æternã, & alij in opprobriũ vt vi-
deant semper. Qui autem docti fuerint, 3
‖ fulgebunt quasi splendor firmamẽti: &
qui ad iustitiã erudiũt multos, quasi stel-
lę in perpetuas æternitates. Tu aũt Da- 4
niel claude sermones, & signa librũ vsq.
ad tempus statutũ: plurimi pertrãsibunt,
& multiplex erit scientia. Et vidi ego Da- 5
niel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus
hinc super ripam fluminis, & alius inde
ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui 6
erat indutus lineis, qui stabat super aquas
fluminis, Vsquequo finis horũ mirabiliũ?
Et audiui virum qui indutus erat lineis, 7
qui stabat super aquas fluminis, ‖ cũ ele- Apoc. 10, 5.
uasset dexterã & sinistrã suã in cælum, &
iurasset per viuẽtem in æternum, quia in
tẽpus & tẽpora, & dimidium tẽporis. Et
cùm cõpleta fuerit dispersio manus po-
8 puli sancti, cõplebũtur vniuersa hæc. Et
ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Dñe
9 mi, quid erit post hæc? Et ait, Vade Da-
niel: quia clausi sunt, signatiq. sermones
10 vsq. ad prefinitũ tẽpus. Eligẽtur & deal-
babũtur, & quasi ignis probabũtur mul-
ti: & impiè agent impij, neque intelligent
11 omnes impij, porrò docti intelligẽt. Et à
tẽpore cùm ablatũ fuerit iuge sacrificiũ,
& posita fuerit abominatio in desolatio-
12 nem: dies mille, ducẽti nonaginta. Bea-
tus qui expectat & peruenit vsq. ad dies
13 mille trecẽtos trigintaquinque. Tu au-
tem vade ad præfinitum: & requiescęs, &
stabis in sorte tua, in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo vo-
lumine legimus.

Quæ sequuntur vsque ad finem libri, de
Theodotionis editione translata sunt.

CAP. XIII.

1 ET erat vir habitãs in Babylone, & no-
2 mẽ ei Ioacim: & accepit vxorẽ nõie
Susannã filiam Helciæ, pulchrã nimis, &
3 timentẽ Deum. parẽtes enim illius cùm
essent iusti, erudierũt filiam suã secũdum
4 Legem Moysi. Erat autem Ioacim diues
valde, & erat ei pomariũ vicinum domui
suæ: & ad ipsum confluebant Iudæi, eo
5 quòd esset honorabilior omnium. Et cõ-
stituti sunt duo senes iudices in illo an-
no, de quib. locutus est Dñs, Quia egres-
sa est iniquitas de Babylone à senioribus
iudicibus, qui videbãtur regere populũ.
6 Isti frequentabant domum Ioacim, &
veniebãt ad eos omnes qui habebant iu-
7 dicia. Cùm autẽ populus reuertisset per
meridiẽ, ingrediebatur Susanna, & deam-
8 bulabat in pomario viri sui. Et videbãt
eã senes quotidie ingrediẽtẽ & deambu-
lantẽ: & exarserũt in cõcupiscentiã eius:
9 & euerterũt sensum suũ, & declinaue-
runt oculos suos vt nõ viderẽt cælũ, neq.
10 recordarẽtur iudiciorũ iustorũ. Erãt er-
go ambo vulnerati amore eius, nec indi-
11 cauerũt sibi vicissim dolorẽ suum: eru-
bescebãt enim indicare sibi cõcupiscen-
12 tiã suã, volẽtes cõcumbere cũ ea: & ob-
seruabãt quotidie sollicitiùs videre eam.
13 Dixitq. alter ad alterum, Eamus domũ,
quia hora prãdij est. Et egressi recesserũt
14 à se. Cũq. reuertissent, venerunt in vnũ:
& scisscitãtes ab inuicem causam, cõfessi
sunt cõcupiscentiã suã: & tunc in cõmu-
ni statuerunt tempus, quãdo eam possent
15 inuenire solam. Factũ est autẽ, cùm ob-
seruarẽt diem aptum, ingressa est aliquã-
do sicut heri & nudiustertius, cũ duabus
solis puellis, voluitq. lauari in pomario:
16 æstus quippe erat. & non erat ibi quis-
quam, præter duos senes absconditos, &
17 contemplantes eam. Dixit ergo puellis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia
pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt 18
ſicut præceperat: clauſerũtq. oſtia poma-
rij, & egreſſæ ſunt per poſticũ vt afferrẽt
quæ iuſſerat. neſciebantq. ſenes intus eſſe
abſconditos. Cùm autem egreſſæ eſſent 19
puellæ, ſurrexerũt duo ſenes, & accurre-
rũt ad eã, & dixerunt, Ecce, oſtia poma- 20
rij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos
in concupiſcentia tui ſumus: quã ob rem
aſſentire nobis, & cõmiſcere nobiſcum.
quòd ſi nolueris, dicemus contra te te- 21
ſtimoniũ, quòd fuerit tecũ iuuenis, & ob
hãc cauſam emiſeris puellas à te. Inge- 22
muit Suſanna, & ait, Anguſtiæ ſunt mihi
vndiq. ſi enim hoc egero, mors mihi eſt:
ſi aũt nõ egero, nõ effugiã manus veſtras.
Sed melius eſt mihi abſq. opere incidere 23
in manus veſtras, quàm peccare in cõſpe-
ctu Dñi. Et exclamauit voce magna Su- 24
ſanna: exclamauerũt autẽ & ſenes aduer-
ſus eã. Et cucurrit vn⁹ ad oſtia pomarij, 25
& aperuit. Cùm ergo audiſſent clamorẽ 26
famuli domus in pomario, irruerunt per
poſticũ, vt viderẽt quidnã eſſet. Poſtquã 27
autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui
vehemẽter: quia nũquã dictus fuerat ſer-
mo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt
dies craſtina. Cumq. veniſſet populus ad 28
Ioacim virũ eius, venerunt & duo preſ-
byteri pleni iniqua cogitatione aduerſus
Suſannã, vt interficerẽt eam. Et dixerũt 29
corã populo, Mittite ad Suſannã filiã Hel
ciæ vxorẽ Ioacim. Et ſtatim miſerũt. Et 30
venit cum parẽtibus, & filiis, & vniuerſis
cognatis ſuis. Porrò Suſanna erat delica- 31
ta nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi 32
iuſſerunt vt diſcooperiretur (erat enim
cooperta) vt vel ſic ſatiarẽtur decõre ei⁹.
Flebãt igitur ſui, & oẽs qui nouerãt eã. 33
Cõſurgentes aũt duo presbyteri in me- 34
dio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper
caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cælũ: 35
erat enim cor eius fiduciã habẽs in Dño.
Et dixerũt presbyteri, Cũ deambulare- 36
mus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hęc cum
duabus puellis: & clauſit oſtia pomarij,
& dimiſit à ſe puellas. Venitq́ue ad eam 37
adoleſcens qui erat abſcõditus, & concu-
buit cum ea. Porrò nos cùm eſſemus in 38
angulo pomarij, videntes iniquitatem, cu-
currimus ad eos, & vidimus eos pariter
cõmiſceri. Et illum quidẽ nõ quiuimus 39
comprehẽdere, quia fortior nobis erat, &
apertis oſtiis exiliuit: hanc aũt cùm ap- 40
prehẽdiſſemus, interrogauimus qui ſnam
eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis.
hui⁹ rei teſtes ſumus. Credidit eis mul- 41
titudo quaſi ſenibus & iudicibus populi,
& cõdemnauerũt eã ad mortem. Excla- 42
mauit aũt voce magna Suſanna, & dixit,
Deus æterne, qui abſconditorũ es cogni-
tor, qui noſti omnia antequã fiãt, tu ſcis 43
quoniã falſum teſtimoniũ tulerunt cõtra
me: & ecce morior, cũ nihil horũ fecerim
quæ iſti malitioſè cõpoſuerunt aduerſum
me. Exaudiuit autem Dñs vocem eius. 44
Cũq. duceretur ad mortẽ, ſuſcitauit Dñs 45
ſpiritũ ſanctũ pueri iunioris, cuius nomẽ
Daniel: Et exclamauit voce magna, 46
Mundus ego ſum à ſanguine huius. Et 47
conuerſus omnis populus ad eum, dixit,
Quis eſt iſte ſermo quem tu locutus es?
Qui cũ ſtaret in medio eorũ, ait: Sic fa- 48
tui filij Iſraël, nõ iudicãtes, neq; qd̃ verũ
eſt cognoſcẽtes, cõdemnaſtis filiã Iſraël?
Reuertimini ad iudiciũ, quia falſum te- 49
ſtimoniũ locuti ſunt aduerſus eam. Re- 50
uerſus eſt ergo populus cũ feſtinatione;
& dixerũt ei ſenes, Veni, & ſede in me-
dio noſtrũ, & indica nobis: quia tibi Deus
dedit honorẽ ſenectutis. Et dixit ad eos 51
Daniel, Separate illos ab inuicẽ procul, &
diiudicabo eos. Cùm ergo diuiſi eſſent 52
alter ab altero, vocauit vnũ de eis, & di-
xit ad eum, Inueterate dierũ malorũ, nũc
venerũt peccata tua quæ operabaris pri⁹:
iudicans iudicia iniuſta, innocẽtes op- 53
primens, & dimittens noxios, ℣ dicente
Dño, Innocẽtem & iuſtũ non interficies.
Nunc ergo ſi vidiſti eã, dic ſub qua ar- 54
bore videris eos colloquẽtes ſibi. Qui ait,
Sub ſchino. Dixit aũt Daniel, Rectè mẽ- 55
titus es in caput tuũ: Ecce enim angelus
Dei acceptã ſentẽtia ab eo, ſcindette me-
dium. Et amoto eo iuſſit venire aliũ, 56
& dixit ei, Semen Chanãan, & nõ Iuda,
ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſub-
uertit cor tuũ: ſic faciebatis filiabus Iſ- 57
raël, & illæ timẽtes loquebãtur vobis: ſed
non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatẽ veſtrã.
Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore cõ- 58
prehẽderis eos loquẽtes ſibi. Qui ait, Sub
prino. Dixit autẽ ei Daniel, Rectè mẽti- 59
tus es & tu in caput tuũ: manet enim an-
gelus Dñi, gladiũ habens, vt ſecet te me-
diũ, & interficiat vos. Exclamauit itaq. 60
omnis cœtus voce magna, & benedixerũt
Deũ qui ſaluat ſperãtes in ſe. Et cõſur- 61
rexerũt aduerſus duos presbyteros (cõuin-
cerat em̃ eos Daniel ex ore ſuo falſũ di-
xiſſe teſtimoniũ) fecerũtq. eis ſicut malè
egerãt aduerſus proximũ, vt facerẽt ſe- 62
cundũ legẽ Moyſi: & interfecerũt eos, &
ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.
Helcias autẽ & vxor eius laudauerunt 63
Deũ pro filia ſua Suſanna cũ Ioacim ma-
rito eius, & cognatis omnib. quia nõ eſſet
inuẽta in ea res turpis. Daniel aũt factus 64
eſt magnus in cõſpectu populi à die illa,
& deinceps. Et rex Aſtyages appoſitus 65
eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Per-
ſes regnum eius.

CAP. XIIII.

Erat autẽ Daniel cõuiua regis, & ho- 1
noratus ſuper oẽs amicos eius. Erat 2
quoq. idõlum apud Babylonios nomine
Bel: & impẽdebãtur in eo p̃ dies ſingulos,
ſimilæ artabæ duodecim, & oues quadra-
ginta, viniq. amphoræ ſex. Rex quoque 3
colebat eũ, & ibat per ſingulos dies ado-
rare eũ: porrò Daniel adorabat Deũ ſuũ.
Dixitq́ue ei rex, Quare non adoras Bel?

Qui

Qui respõdẽs, ait ei, Quia nõ colo idõ-
la manufacta, sed viuentẽ Deũ qui crea-
uit cælũ & terrã, & habet potestatẽ om-
nis carnis. Et dixit rex ad eũ, Nõ vide-
tur tibi esse Bel viuẽs Deus? An nõ vides
quanta cõedat & bibat quotidie? Et ait
Daniel arridẽs, Ne erres rex. iste est enim
intrinsecus luteus, & forinsecus æreus,
neq. cõẽdit aliquãdo. Et iratus rex vo-
cauit sacerdotes eius, & ait eis, Nisi dixe-
ritis mihi, quis est qui comedat impensas
has, moriemini. Si autẽ ostenderitis qm̃
Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia
blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel re-
gi, Fiat iuxta verbũ tuũ. Erant autẽ sa-
cerdotes Bel septuaginta, exceptis vxo-
ribus & parnulis & filiis. Et venit rex cũ
Daniele in tẽplũ Belis. Et dixerũt sacer-
dotes Belis, Ecce nos egredimur foras: &
tu rex pone escas, & vinũ misce, & clau-
de ostiũ, & signa annulo tuo: & cùm in-
gressus fueris manè, nisi inueneris omnia
cõesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel
qui mentitus est aduersum nos. ᵍCon-
temnebãt' autẽ, quia fecerant sub mensa
absconditũ introitũ, & per illũ ingredie-
bãtur semper, & deuorabãt ea. Factũ est
igitur, postquã egressi sunt illi, & rex po-
suit cibos ante Bel, præcepit Daniel pue-
ris suis, & attulerũt cinerẽ, & cribrauit p
totũ tẽplũ corã rege: & egressi clauserũt
ostiũ; & signantes annulo regis abierunt.
Sacerdotes autẽ ingressi sunt nocte, iu-
xta cõsuetudinẽ suã, & vxores, & filij eo-
rũ: & cõederũt oña, & biberũt. Surrexit
autẽ rex primo diluculo, & Daniel cũ eo.
Et ait rex, Saluáne sunt signacula Da-
niel? Qui respõdit, Salua, rex. Statimq.
cùm aperuisset ostiũ, intuitᵒ rex mẽsam,
exclamauit voce magna, Magnus es Bel,
& non est apud te dolus quisquam. Et
risit Daniel: & tenuit regẽ, ne ingredere-
tur intrò: & dixit, Ecce pauimentũ, ani-
maduerte cuius vestigia sint hæc. Et di-
xit rex, Video vestigia virorũ, & mulie-
rũ, & infantiũ. Et iratus est rex. Tũc ap-
prehendit sacerdotes, & vxores, & filios
eorũ: & ostenderũt ei abscõdita ostiola p
quæ ingrediebantur, & cõsumebant quæ
erãt sup mẽsam. Occidit ergo illos rex,
& tradidit Bel in potestatẽ Danielis: qui
subuertit eũ, & tẽplũ eius. Et erat draco
magnus in loco illo, & colebãt eũ Baby-
lonij. Et dixit rex Danieli, Ecce, nunc
nõ potes dicere quia iste nõ sit Deus vi-
uẽs: adora ergo eũ. Dixitq Daniel, Dñm
Deũ meũ adoro: quia ipse est Deᵘ viuẽs*:
Tu autem rex da mihi potestatẽ, & in-
terficiã draconẽ absq. gladio & fuste. Et
ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picẽ,
& adipẽ, & pilos, & coxit pariter: fecitq.
massas; & dedit in os draconis, & diruptus
est draco. Et dixit*: Ecce quem colebatis.
Quod cùm audissent Babylonij, indi-
gnati sunt vehementer: & congregati ad-
uersum regẽ, dixerunt, Iudæus factus est
rex: Bel destruxit, draconẽ interfecit, &
sacerdotes occîdit. Et dixerũt cũ venis-
sent ad regẽ, Trade nobis Danielẽ, alio-
quin interficiemus te & domũ tuã. Vi-
dit ergo rex quòd irruerẽt in eum vehe-
mẽter: & necessitate compulsus tradidit
eis Danielẽ. Qui miserũt eũ in lacũ leo-
nũ, & erat ibi diebus sex. Porrò in lacu
erãt leones septẽ, & dabãtur eis duo cor-
pora quotidiè, & duæ oues: & tunc non
data sunt eis, vt deuorarent Danielem.
Erat autẽ Habacuc ꝓpheta, in Iudæa,
& ipse coxerat pulmentum, & intriuerat
panes in alueolo: & ibat in cãpũ, vt ferret
messoribus. Dixitq angelus Dñi ad Ha-
bacuc, Fer prandiũ quod habes, in Baby-
lonẽ Danieli, qui est in lacu leonum. Et
dixit Habacuc, Dñe, Babylonẽ nõ vidi, &
lacũ nescio. ℣ Et apprehendit eũ ange-
lus Dñi in vertice eius, & portauit eum
capillo capitis sui, posuitq. eũ in Baby-
lonẽ super lacum in impetu spiritus sui.
Et clamauit Habacuc, dicẽs, Daniel*,
tolle prandiũ quod misit tibi Deus. Et
ait Daniel, Recordatus es enim mei Deᵘ,
& non dereliquisti ᵍdiligentes' te. Sur-
gensq. Daniel cõẽdit. Porrò angelus Dñi
restituit Habacuc confestim in loco suo.
Venit ergo rex die septimo, vt lugeret
Danielẽ: & venit ad lacũ, & introspexit,
& ecce Daniel sedens*. Et exclamauit
voce magna rex, dicens, Magnus es Dñe
Deus Danielis. Et extraxit eum*. Por-
rò illos qui perditionis eius causa fuerãt,
intromisit in lacum, & deuorati sunt in
momento coram eo.

Exec. 8, 3.

ᵍserue Dei MS. R. Hier.
*Daniel G.
ᵍquærẽtes 1 MS. G. Q n.
*in medio leonum MS. q. R. Hier.
*de lacu leonum. MS. q. R. Hier.

LIBER OSEE PROPHETAE.

CAP. I.

1 VERBVM Dñi quod factũ est ad Osee filiũ Beeri in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, Ezechiæ regũ Iu-
da, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis
2 Israël. Principiũ loquẽdi Dño in Osee: & dixit Dñs ad Osee, Vade, sume tibi vxorẽ fornicationũ, & fac' filios forni-
cationũ: quia fornicãs fornicabitur terra
3 à Dño. Et abiit, & accepit Gomer filiã Debeláim: & cõcepit, & peperit ei filiũ.
4 Et dixit Dñs ad eum, Voca nomẽ eius Iezrahel: qm̃ adhuc modicũ, & visitabo sanguinẽ Iezrahel super domum Iehu, &
5 quiescere faciã regnũ domus Israël. Et in illa die cõterã arcũ Israël in valle Iez-
6 rahel. Et cõcepit adhuc, & peperit filiã. Et dixit ei, Voca nomẽ eius Absq. misе-
ricordia: quia nõ addã vltrà misereri do-
mui Israël, sed obliuione obliuiscar eorũ.
7 Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Dño Deo suo: & nõ saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in
8 equitibᵘ. Et ablactauit eã quę erat Absq. misericordia. Et cõcepit, & peperit filiũ.
9 Et dixit, Voca nomẽ eiᵘ, Nõ populus meus: quia vos non populus meus, & ego

-6 MS. R. Hier. H. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*Deus MS. G q. Q.n. Rom.9,16.

non ero vester*. Et erit numerus filiorũ 10
Israël quasi arena maris quæ sine mẽsura
est, & nõ numerabitur. ¶ Et erit: in loco 11
vbi dicetur eis, Nõ popul⁹ me⁹ vos: dicẽt
eis, Filij Dei viuẽtis. Et cõgregabuntur 12
filij Iuda, & filij Israël pariter: & ponent
sibimet caput vnũ, & ascendent de terra:
quia magnus dies Iezrahel. CAP. II.
Dicite fratribus vestris, Popul⁹ meus: 1
& sorori vestræ, Misericordiã cõse-
cuta. Iudicate matrẽ vestrã, iudicate: qm 2
ipsa nõ vxor mea, & ego nõ vir eius. au-
ferat fornicationes suas à facie sua, & ad-
ulteria sua de medio huberũ suorũ: Ne 3
fortè expoliẽ eã nudã, & statuã eã secun-
dum diẽ natiuitatis suæ: & ponã eã quasi
solitudinẽ, & statuã eã velut terrã inuiã,
& interficiã eã siti. Et filiorũ illius non 4
miserebor: qm filij fornicationum sunt,
quia fornicata est mater eorũ, confusa 5
est quæ cõcepit eos: quia dixit, Vadã post
amatores meos, qui dãt panes mihi & a-
quas meas, lanã meã & linũ meũ, oleum
meũ & potũ meũ. Propter hoc ecce ego 6
sepiã viã tuã spinis, & sepiã eã maceria,
& semitas suas nõ inueniet. Et sequetur 7
amatores suos, & non apprehẽdet eos: &
quæret eos, & nõ inueniet: & dicet, Va-
dã, & reuertar ad virũ meũ priorẽ: quia
bene mihi erat tũc magis quã nunc. Et 8
hæc nescisti quia ego dedi ei frumentũ,
& vinũ, & oleũ, & argentũ multiplicaui
ei, & aurũ quæ fecerũt Baal. Idcirco cõ- 9
uertar, & sumã frumentũ meũ in tẽpore
suo, & vinũ meũ in tẽpore suo, & libera-
bo lanã meã & linũ meũ, quæ operiebãt
ignominiã eius. Et nũc reuelabo stulti- 10
tiã eius in oculis amatorũ eius: & vir nõ
eruet eã de manu mea: & cessare faciã 11
omne gaudiũ eius, solemnitatẽ eius, neo-
meniã eius, sabbathũ eius, & omnia festa
tẽpora eius. Et corrumpã vineam eius, 12
& ficũ eius: de quibus dixit, Mercedes hæ
meæ sunt, quas dederunt mihi amatores
mei. & ponã eã in saltũ, & cõedet eã be-
stia agri. Et visitabo super eã dies Baa- 13
lim, quibus accendebat incensum, & or-
nabatur inaure sua, & monili suo, & ibat
post amatores suos, & mei obliuiscebat,
dicit Dñs. Propter hoc, ecce ego lactabo 14
eã, & ducã eã in solitudinẽ: & loquar ad
cor eius. Et dabo ei vinitores ei⁹ ex eo- 15
dẽ loco, & Vallem-Achor ad aperiẽdam
spẽ: & canet ibi iuxta dies iuuẽtutis suæ,
& iuxta dies ascensionis suæ de Terra-
Aegypti. Et erit in die illa, ait Dñs: vo- 16
cabit me Vir meus, & non vocabit me
vltrà Baalim. Et auferã nomina Baalim 17
de ore eius, & nõ recordabitur vltrà no-
minis eorũ. Et percutiã eum eis fœdus 18
in die illa cũ bestia agri, & cũ volucre cæ-
li, & cũ reptili terræ: & arcũ, & gladiũ, &
bellũ conteram de terra: & dormire eos
faciã fiducialiter. Et sponsabo te mihi 19
in sempiternũ: & spõsabo te mihi in iu-
stitia & iudicio, & in misericordia & in
20 miserationibus. Et sponsabo te mihi in
21 fide: & scies quia ego Dñs. Et erit in
die illa, exaudiã, dicit Dñs, exaudiã cælos,
22 & illi exaudiẽt terrã. Et terra exaudiet
triticũ, & vinũ, & oleũ: & hæc exaudiẽt
23 Iezrahel. Et sẽminabo eã mihi in terrã,
& miserebor eius quæ fuit Absq. miseri-
24 cordiã. ¶ Et dicã nõ populo meo, Popu-
lus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus
es tu. CAP. III.
1 ET dixit Dñs ad me, Adhuc vade*, di-
lige mulierẽ dilectã amico & adulte-
ram: sicut diligit Dñs filios Israël, & ipsi
respiciunt ad deos alienos, & diligunt vi-
2 nacia vuarũ: Et fodi eã mihi quindecim
argenteis, & coro hordei, & dimidio coro
3 hordei. Et dixi ad eã, Dies multos ex-
pectabis me: non fornicaberis, & non eris
4 viro: sed & ego expectabo te. quia dies
multos sedebunt filij Israël sine rege, &
sine principe, & sine sacrificio, & sine al-
5 tari, & sine ephod, & sine theraphim. &
post hæc reuertentur filij Israël, & quæ-
rent dñm Deum suum, ¶ & Dauid regem
suum: & pauebunt ad Dominum, & ad
bonum eius nouissimo dierum.
CAP. IIII.
1 AVdite verbũ Dñi filij Israël, quia iu-
diciũ Dño cũ habitatorib⁹ terræ: nõ
est enim veritas, & nõ est misericordia,
2 & nõ est scientia Dei in terra. Maledi-
ctũ & mendaciũ & homicidiũ & furtũ &
adulterium inundauerũt, & sanguis san-
3 guinẽ tetigit. Propter hoc lugebit terra,
& infirmabitur omnis qui habitat in ea,
in bestia agri, & in volucre cæli: sed &
4 pisces maris cõgregabuntur. Verũtamẽ
vnusquisque nõ iudicet: & non arguatur
vir: populus enim tuus sicut hi qui con-
5 tradicũt sacerdoti. Et corrues hodie, &
corruet etiã propheta tecũ: nocte tacere
6 feci matrẽ tuã. Cõticuit populus meus,
eo quòd non habuerit scientiam: quia tu
scientiã repulisti, repellãte, ne sacerdotio
fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui,
7 obliuiscar filiorũ tuorũ & ego. Secundũ
multitudinẽ eorũ sic peccauerunt mihi:
gloriã eorum in ignominiã commutabo.
8 Peccata populi mei cõedent, & ad ini-
quitatẽ eorũ subleuabũt animas eorum.
9 Et erit sicut populus, sic sacerdos: &
visitabo super eũ vias eius, & cogitatio-
10 nes eius reddã ei. ¶ Et cõedẽt, & nõ sa-
turabuntur: fornicati sunt, & nõ cessaue-
runt: qm Dñm dereliquerũt in nõ custo-
11 diendo. Fornicatio, & vinũ, & ebrietas
12 auferũt cor. Populus meus in ligno suo
interrogauit, & baculus eius annuntiauit
ei: spiritus enim fornicationum decepit
13 eos, & fornicati sunt à Deo suo. Super
capita montiũ sacrificabãt, & super colles
accendebãt thymiama: subtus quercũ &
populũ & terebinthũ, quia bona erat vm-
bra eius: ideo fornicabũtur filiæ vestræ, &
14 sponsæ vestræ adulteræ erũt. Nõ visita-
bo sup filias vestras cũ fuerint fornicatæ,

& super

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& super spōsas vestras cū adulterauerint: qm̄ ipsi cū meretricibus cōuersabātur, & cū effœminatis sacrificabāt, & popul⁹ nō intelliges vapulabit. Si fornicaris tu Israël, nō delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Beth-auen, neq. iuraueritis, Viuit Dns.

Quoniā sicut vacca lasciuiēs declinauit Israël: nūc pascet eos Dns, quasi agnū in latitudine. Particeps idolorū Ephraim, dimitte eū. Separatū est conuiuiū eorū, fornicatione fornicati sunt: dilexerūt afferre ignominiā protectores ei⁹. Ligauit eū spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

CAP. V.

AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israël, & dom⁹ regis auscultate: quia vobis iudiciū est, qm̄ laqueus facti estis speculationi, & * rete expānsum super Thabor. Et victimas declinastis in profundū: & ego eruditor omniū eorum.

Ego scio Ephraim, & Israël nō est absconditus à me: quia nunc fornicatus est Ephraim, cōtaminatus est Israël. Non dabūt cogitationes suas vt reuertātur ad Deū suū: quia spiritus fornicationum in medio eorū, & Dnm nō cognouerūt. Et respōdebit arrogātia Israël in facie eius: & Israël & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiā Iudas cū eis. In gregibus suis & in armentis suis vadēt ad quærendū Dnm, & nō inueniēt: ablatus est ab eis.

In Dnm prævaricati sunt, quia filios alienos genuerūt: nūc deuorabit eos mēsis cū partibus suis. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Beth-auen, post tergū tuū Bē-iamin. Ephraim in desolatione erit in die correptionis: in tribubus Israël ostendi fidē. Facti sunt principes Iuda quasi assumētes terminū: super eos effundā quasi aquā irā meam.

Calumniā patiēs est Ephraim, fractus iudicio: qm̄ cœpit abire post sordes. Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorē suū, & Iudas vinculū suū: & abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem Vltorem: & ipse nō poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculū. Qm̄ ego quasi leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego ego capiā & vadā: tollā, & nō est qui eruat. Vadēs reuertar ad locū meū: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

CAP. VI.

IN tribulatione sua manè cōsurgent ad me, Venite, & reuertamur ad Dominū: quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. ‖ Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dnm: quasi diluculū præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis tēporaneus & serotin⁹ terræ. Quid faciā tibi Ephraim? quid faciā tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertrānsiens. Propter hoc dolaui in prophetis, *occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiā volui, & nō sacrificium: ‖ & scientiā Dei plus quàm holocausta. Ipsi autē sicut Adā transgressi sunt pactū, ibi prævaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantiū idōlum, supplantata sanguine. Et quasi fauces virorū latronū, particeps sacerdotū, in via interficientiū pergentes de Sichē: quia scelus operati sunt. In domo Israël vidi horrendū: ibi fornicationes Ephraim: cōtaminatus est Israël. Sed & Iuda pone messem tibi, cū conuertero captiuitatem populi mei.

* & MS. Hier. R. Verùm H. C. & G. nō adduns. 1. Re. 15, 22 Mat. 9, 13. 12, 7. Eccl. 4, 17.

CAP. VII.

CVm sanare vellē Israël, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spolians, latrunculus foris. Et ne fortè dicant in cordibus suis omnē malitiā eorū me recordatū: nūc circundederūt eos adinuentiones suæ, corā facie mea factæ sunt. In malitia sua lætificauerūt regē: & in mēdaciis suis principes. Oēs adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente: quieuit paululum ciuitas à cōmistione fermēti, donec fermētaretur totū. ‖ Dies regis nostri, cœperūt principes furere à vino: extendit manū suā cū illusoribus. Quia applicauerūt quasi clibanū cor suū, cùm insidiarēt eis: tota nocte dormiuit coquēs eos, manè ipse succensus quasi ignis flammę. Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerūt iudices suos: oēs reges eorū cecidērūt: nō est qui clamet in eis ad me. Ephraim in populis ipse cōmiscebatur: Ephraim factus est subcineritius panis, qui nō reuersatur. Comederūt alieni róbur eius, & ipse nescivit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Et humiliabitur superbia Israël in facie ei⁹: nec reuersi sunt ad Dnm Deū suū, & non quæsierūt eū in omnibus his. Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habēs cor: Aegyptū inuocabant, ad Assyrios abierunt. Et cùm profecti fuerint, expandā super eos rete meū: quasi volucrē cæli detrahā eos, cædā eos secundum auditionē cœtus eorū. Væ eis, qm̄ recessērunt à me: vastabuntur, quia prævaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt cōtra me mēdacia. Et nō clamauerūt ad me in corde suo, sed vlulabāt in cubilibus suis: super triticū & vinum ruminabāt, recessērūt à me. Et ego erudiui eos, & cōfortaui brachia eorū: & in me cogitauerūt malitiā. Reuersi sunt, vt essent absq; iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadēt in gladio principes eorū, à furore linguę suæ. Ista subsannatio eorū in Terra-Aegypti.

‖ Die r. MS. Q. n.

CAP. VIII.

IN gutture tuo sit tuba quasi aquila super domū Domini: pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem meam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ᵘ inuocabant 5 MS. *Textus lectio conformis est R. Hier. H. & G.*

ᵛ *erant omni tempore quo adduco super eos angustiam, & dicunt C.*

prǽuaricati sunt. Me ᵘ inuocabũt, Deus meus cognouimus te Israël. Proiecit Israël bonũ, inimicus persequetur eũ. Ipsi regnauerũt, & nõ ex me: principes extiterũt, & nõ cognoui: argentũ suũ, & aurũ suũ fecerũt sibi idôla, vt interirẽt. Proiectus est vitulus tuus Samaria, irat⁹ est furor meus in eos, vsquequò nõ poterũt emũdari? Quia ex Israël & ipse est: artifex fecit illũ, & nõ est Deus: qm̃ in aranearũ telas erit vitulus Samariæ. Quia ventũ seminabũt, & turbinẽ metẽt: culmus stans nõ est in eo, germẽ non faciet farinã: quod & si fecerit, alieni cõedent eã. Deuoratus est Israël: nũc factus est in nationibus quasi vas immundum.

Quia ipsi ascenderũt ad Assur, onager solitarius sibi Ephráim, munera dederũt amatoribus. Sed & cũ mercede conduxerint nationes, nũc congregabo eos: & quiescẽt paulisper ab onere regis & principũ. Quia multiplicauit Ephráim altaria ad peccandum: factæ sunt ei aræ in delictũ. Scribã ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt. Hostias offerẽt, immolabunt carnes, & cõedent, & Dñs nõ suscipiet eas: nũc recordabitur iniquitatis eorũ, & visitabit peccata eorũ, ipsi in Aegyptũ conuertentur.

Et oblitus est Israël factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittã ignẽ in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius. CAP. IX.

NOli lætari Israël, noli exultare sicut populi: quia fornicat⁹ es à Deo tuo, dilexisti mercedẽ super oẽs areas tritici.

Area & torcular nõ pascet eos, & vinũ mentietur eis. Non habitabunt in terra Dñi: reuersus est Ephraim in Aegyptũ, & in Assyriis pollutũ cõẽdit. Non libabũt Dño vinũ, & nõ placebũt ei: sacrificia eorũ quasi panis lugentiũ. oẽs q̃ cõedent eũ, cõtaminabũtur: quia panis eorũ animæ ipsorũ, nõ intrabit in domũ Dñi.

Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis Dñi? Ecce enim profecti sunt à vastitate: Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos: desiderabile argẽtum eorũ vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorũ. Venerũt dies visitationis, venerũt dies retributionis: scitote Israël stultũ prophetã, insanũ virũ spiritualẽ, propter multitudinẽ iniquitatis tuæ & ᵘ multitudo' amentiæ. Speculator Ephráim cũ Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super oẽs vias eius, insania in domo Dei eius. Profundè peccauerũt, ‖ sicut in diebus Gabaa: ‖ recordabitur iniquitatis eorũ, & visitabit peccata eorum. Quasi vuas in deserto inueni Israël: quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum: ipsi autẽ intrauerũt ad Beel-phegor, & abalienati sunt in cõfusionẽ, & facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. Ephráim quasi auis auolauit, gloria eorũ à partu, & ab vtero, & à cõceptu. Quòd & si enutrierint filios suos, absq. liberis eos faciã in hominibus: sed & væ eis, cũ recesserò ab eis. Ephráim (vt vidi) Tyr⁹ erat fundata in pulchritudine: & Ephráim educet ad interfectorẽ filios suos. Da eis Dñe. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & hubera arentia. Oẽs nequitiæ eorũ in Galgal, qa ibi exosos habui eos: ꝓpter malitiã adinuentionũ eorũ de domo mea eiiciã eos: nõ addã vt diligã eos, oẽs principes eorũ recedẽtes. Percussus est Ephráim, radix eorũ exiccata est, fructũ nequaquã facient. Quòd & si genuerint, interficiã amãtissima vteri eorum. Abiiciet eos Deus meus, quianõ audierũt eũ: & erũt vagi in nationibus. CAP. X.

VItis frõdosa Israël, fructus adæquatus est ei: secundũ multitudinẽ fru⁹ sui multiplicauit altaria, iuxta hubertatem terræ suæ exuberauit simulachris.

Diuisum est cor eorũ, nũc interibunt: ipse cõfringet simulachra eorũ, depopulabitur aras eorũ. Quia nũc dicẽt, Non est rex nobis: nõ enim timemus Dñm: & rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudiciũ super sulcos agri. Vaccas Beth-auen coluerũt habitatores Samariæ; quia luxit super eũ populus eius, & æditui ei⁹ super eum exultauerũt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Siquidẽ & ipse in Assur delat⁹ est, munus regi Vltori: cõfusio Ephráim capiet, & cõfundetur Israël in volũtate sua.

Trãsire fecit Samaria regẽ suum quasi spumã super faciẽ aquæ. Et disperdent excelsa idóli, peccatũ Israël: lappa & tribulus ascẽdet super aras eorũ: ‖ & dicent mõtibus, Operite nos; & collibus, Cadite super nos. ‖ Ex diebus Gabaa peccauit Israël, ibi steterũt: nõ cõprehẽdet eos in Gabaa prœliũ super filios iniquitatis.

Iuxta desideriũ meũ corripiã eos: congregabũtur sup eos populi, cũ corripiẽtur propter duas iniquitates suas. Ephráim vitula docta diligere triturã, & ego trãsiui super pulchritudinẽ colli eius: ascendam sup Ephráim, arabit Iudas, cõfringet sibi sulcos Iacob. ‖ Seminate vobis ᵘ in iustitia', & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale: tẽpus aũt requirẽdi Dñm, cùm venerit qui docebit vos iustitiã. Arastis impietatẽ, iniquitatẽ messuistis, cõedistis frugẽ mẽdacij: quia cõfisus es in viis tuis, * in multitudine fortiũ tuorũ. Cõsurget tumult⁹ in populo tuo: & oẽs munitiones tuæ vastabũtur, sicut vastatus est Salmana à domo eius ‖ qui ᵘ vindicauit' Baal in die prœlij, matre super filios allisa. Sic fecit vobis Beth-el, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum. CAP. XI.

SIcut manè trãsit, pertrãsiit rex Israël. Quia puer Israël, & dilexi eum: & ‖ ex Aegypto vocaui filiũ meũ. Vocauerunt eos, sic

ᵘ *multitudinẽ MS. R. Q.n. Iud. 19, 25. 2 Reg. 8. 2 Reg. 9.*

ᵘ *Isa. 1, 18. Apoc. 8, 9, 6. Luc. 23, 30. Iud. 10, 8. 19, 25*

ᵘ *Ier. 4, 3.* ᵘ *iustitiam 2 MS.* ᵘ *in veritate iustitiæ 37 MS. Q.n.* *& MS 9. R.* ᵘ *Iud. 8, 33.* ᵘ *iudicauit MS. Q.n.*

Mat. 2, 15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eos, sic abierunt à facie eorũ: Baalim immolabãt, & simulachris sacrificabãt. Et 3
ego quasi nutritius Ephráim, portabã eos
in brachiis meis: & nescierũt quòd cura-
rẽ eos. In funiculis adam trahã eos, in 4
vinculis charitatis: & erò eis quasi exal-
tãs iugũ super maxillas eorũ: & declinaui
ad eũ vt vesceretur. Non reuertetur in 5
Terrã Aegypti, & Assur ipse rex eiꝰ: quo-
niã noluerũt cõuerti. Cœpit gladius in 6
ciuitatibus eius, & consumet electos
eius, & comedet capita eorũ. Et popu- 7
lus meus pendebit ad reditum meũ: in-
gũ autẽ imponetur eis simul, quod non
auferetur. Quomodo dabo te Ephráim, 8
protegã te Israël? quomodo dabo te ‖ sic-
19,14 ut Adama, ponã te vt Seboim? Conuer-
sum est in me cor meũ, pariter cõturbata
est pœnitudo mea. Non faciã furorem 9
iræ meæ: non conuertar vt disperdam E-
phráim: quoniã Deus ego, & nõ homo: in
medio tui sanctus, & non ingrediar ciui-
tatẽ. Post Dñm ambulabunt, quasi leo 10
rugiet: quia ipse rugiet, & formidabũt fi-
lij maris. Et auolabũt quasi auis ex Ae- 11
gypto, & quasi colũba de Terra Assyrio-
rũ: & collocabo eos in domibꝰ suis, dicit
Dñs. Circundedit me in ‖ negatione' E- 12
phráim, & in dolo domꝰ Israël: Iudas aũt
testis descẽdit cũ Deo, & cũ sanctis ‖ fide-
lis'.

CAP. XII.

EPhráim pascit ventũ, & sequitur æ- 1
stũ: tota die mendaciũ & vastitatem
multiplicat: & fœdus cũ Assyriis iniit, &
oleũ in Aegyptũ ferebat. Iudiciũ ergo 2
Dñi cũ Iuda, & visitatio super Iacob: iu-
xta vias eius, & iuxta adinuẽtiones eius
reddet ei. ‖ In vtero supplãtauit fratrẽ 3
suũ: & ‖ in fortitudine sua directus est cũ
angelo. Et inualuit ad angelũ, & cõfor- 4
tatus est: fleuit, & rogauit eũ: in Beth-el
inuenit eũ, & ibi locutus est nobiscũ. Et 5
Dñs Deus exercituũ, Dñs memoriale e-
ius. Et tu ad* Deũ tuũ conuertẽris: mi- 6
sericordiã & iudiciũ custodi, & spera in
Deo tuo semper. Chanaã in manu eius 7
statera dolosa, calumniã dilexit. Et dixit 8
Ephráim, Verũtamẽ diues effectus sum,
inueni idôlum mihi: omnes labores mei
nõ inuenient mihi iniquitatẽ quã pecca-
ui. Et ego Dñs Deus tuus ex Terra-Ae- 9
gypti, adhuc sedere te faciã in tabernacu-
lis, sicut in diebus festiuitatis. Et locutꝰ 10
sum super prophetas, & ego visionẽ mul-
tiplicaui, & in manu prophetarum assi-
milatus sum. Si ‖ in' Galaad idôlũ, ‖ ta- 11
men' frustra erãt in Galgal bobꝰ immo-
lãtes: nã & altaria eorũ quasi acerui su-
per sulcos agri. Fugit Iacob in regionẽ 12
Syriæ, & seruiuit Israël in vxorem, & in
vxorem ‖ seruiuit'. ‖ In propheta autem 13
eduxit Dominus Israël de Aegypto: & in
propheta seruatus est. Ad iracundiam 14
me prouocauit Ephraim in amaritudi-
nibus suis, & sanguis eius super eum ve-
niet, & opprobrium eius restituet ei Do-
minus suus.

CAP. XIII.

1 LOquẽte Ephráim, horror inuasit Is-
raël: & deliquit in Baal, & mortuus
2 est. Et nũc addiderunt ad peccandũ: fe-
ceruntq. sibi cõflatile de argẽto suo quasi
similitudinẽ idolorũ, factura artificũ to-
tũ est. his ipsi dicunt, Immolate homines
3 vitulos adorãtes. Idcirco erũt quasi nu-
bes matutina, & sicut ros matutinus prę-
teriẽs, sicut puluis turbine raptꝰ ex area,
4 & sicut fumus de fumario. ‖ Ego autẽ Isa.43,10.
Dñs Deus tuus ex Terra-Aegypti: & Deũ
absq. me nescies; & saluator nõ est pręter
5 me. Ego cognoui te in deserto, in terra
6 solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti
sũt, & saturati sunt: * eleuauerũt cor suũ, * & MS. R.
7 & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi H.C.G.
8 leæna, sicut pardꝰ in via Assyriorũ. Oc-
currã eis quasi vrsa raptis catulis, & dirũ-
pã interiora iecoris eorũ: & cõsumã eos
9 ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. Per-
ditio tua Israël: tãtũmodo in me auxiliũ
10 tuũ. Vbi est rex tuus? maximè nũc sal-
uet te in omnibus vrbibus tuis: & iudi-
ces tui, ‖ de quib. dixisti, Da mihi ‖ reges' 1 Reg.8,5.
11 & principes. Dabo tibi regem in furore ‖ regẽ MS.
meo, & auferam in indignatione mea. R.H.C.G.
12 Colligata est iniquitas Ephráim, absco-
13 ditũ peccatũ eius. Dolores parturientis
veniẽt ei: ipse filius nõ sapiẽs. nũc enim
14 nõ stabit in cõtritione filiorũ. De manu
mortis liberabo eos, de morte redimam
eos: ‖ ero mors tua ô mors, morsus tuus 1 Cor.15,54
ero inferne, cõsolatio abscõdita est ab o- Heb.2,14.
15 culis meis. Quia ipse inter fratres di-
uidet: ‖ & adducet vrentẽ ventũ Dñs de Exp.19,12.
deserto ascẽdẽtẽ: & siccabit venas eiꝰ, &
desolabit fontẽ eiꝰ, & ipse diripiet thesau
rũ oĩs vasis desiderabilis.

CAP. XIIII.

1 PEreat Samaria, quoniã ad amaritudi-
nẽ cõcitauit Deũ suũ: in gladio pere-
ãt, paruuli eorum elidãtur, & fœtæ eius
2 discindãtur. ‖ Cõuertere Israël ad Dñm Ioel 2, 12.
Deũ tuũ: quoniam corruisti in iniquitate Zach.1.5.
3 tua. Tollite vobiscũ verba, & conuer-
timini ad Dñm: & dicite ei, Oẽm aufer
iniquitatẽ, & accipe bonũ: & reddemus
4 vitulos labiorũ nostrorũ. Assur nõ sal-
uabit nos, super equũ nõ ascẽdemus: nec
dicemus vltrà, Dij nostri opera manuum
nostrarũ: quia eius qui in te est, misere-
5 beris pupilli. Sanabo contritiones eorũ,
diligã eos spõtaneè: quia auersus est fu-
6 ror meus ab eis. Ero quasi ros ‖ Israël', ‖ Israëli R.
germinabit 'sicut lilium, & erũpet radix G.H.C.
7 eius vt Libani. Ibũt rami eiꝰ, & erit qua- ‖ & Israël
si oliua gloria eiꝰ: & odor eius vt Libani. germina-
8 Cõuertẽtur sedẽtes in vmbra eius: vi- bit MS 9.
uẽt tritico, & germinabunt quasi vinea:
9 memoriale eiꝰ sicut vinũ Libani. Ephrã-
im quid mihi vltrà idôla? ego exaudiã, &
dirigã eum ego vt abietẽ virentẽ: ex me
10 fructus tuus inuẽtus est. Quis sapiẽs, &
intelliget ista? intelligẽs, & sciet hæc? quia
rectæ viæ Dñi, & iusti ambulabũt in eis:
prævaricatores verò corruent in eis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PROPHETIA IOEL.

CAP. I.

VERBVM Dñi quod factũ est ad Ioel filiũ Phathuel. Audite hoc 1 2
senes, & aurib. percipite oẽs habitatores terræ: si factũ est istud in diebus
vestris, aut in diebus patrum vestrorum? Super hoc filiis vestris narrate, & filij 3
vestri filiis suis, & filij eorũ generationi alteræ. Residuũ erucæ comedit locusta, 4
& residuum locustæ comedit bruchus, & residuũ bruchi comedit rubigo. Ex- 5
pergiscimini ebrij, & flete, & vlulate oẽs qui bibitis vinũ in dulcedine: qm̃ periit
ab ore vestro. Gẽs enim ascendit super 6
terrã meã, fortis & innumerabilis: dẽtes
eius vt dẽtes leonis: & molares ei⁹ vt ca-
tuli leonis. Posuit vineã meã in desertũ, 7
& ficũ meã decorticauit: nudãs spoliauit
eã & proiecit, albi facti sunt rami eius.
Plãgẽ quasi virgo accincta sacco super 8
virũ pubertatis suæ. Periit sacrificiũ & 9
libatio de domo Dñi: luxerũt sacerdotes
ministri Dñi. Depopulata est regio, lu- 10
xit humus: quoniã deuastatũ est triticũ,
confusum est vinũ, elanguit oleũ. Cõ- 11
fusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores
sup frumẽto, & hordeo, quia periit mes-
sis agri. Vinea cõfusa est, & ficus elan- 12
guit: malogranatũ, & palma, & malum, &
omnia ligna agri aruerũt: quia cõfusum
est gaudiũ à filiis hominum. Accingite 13
vos, & plangite sacerdotes, vlulate mini-
stri altaris: ingredimini, cubate in sacco
ministri Dei mei: quoniã interiit de do-
Isa.2,15. mo Dei vestri sacrificiũ & libatio. ‖ Sã- 14
ctificate ieiuniũ, vocate cœtũ, cõgregate
*Domini 1 MS.R.H. G.C. senes, oẽs habitatores terræ in domũ *Dei
vestri: & clamate ad Dñm, A, a, a, diei: 15
quia prope est dies Dñi, & quasi vastitas
à potẽte veniet. Nũquid nõ corã oculis 16
vestris alimẽta perierũt de domo Dei no-
stri, lætitia & exultatio? Cõputruerunt 17
iumenta in stercore suo, demolita sunt
horrea, dissipatæ sunt apothecæ: quoniã
cõfusum est triticũ. Quid ingemuit ani- 18
mal, mugierunt greges armẽti? Quia non
est pascua eis: sed & greges pecorum dis-
perierunt. Ad te Dñe clamabo: quia ig- 19
nis comẽdit speciosa deserti, & flamma
succendit omnia ligna regionis. Sed & 20
bestiæ agri quasi area sitiens imbrẽ, su-
spexerunt ad te: quoniã exiccati sunt fõ-
tes aquarum, & ignis deuorauit speciosa
deserti.

CAP. II.

CAnite tuba in Siõ, vlulate in monte 1
sancto meo, conturbentur oẽs habi-
tatores terræ: Quia venit dies Dñi, quia
propè est dies tenebrarum & caliginis, 2
dies nubis & turbinis: quasi manè expã-
sum super mõtes populus multus & for-
tis: similis ei nõ fuit à principio, & post
eũ non erit vsque in annos generationis
& generationis. Ante faciem eius ignis 3
vorans, & post eũ exurens flãma: quasi
hortus voluptatis terra coram eo, & post
eũ solitudo deserti; neque est qui effugiat
4 eũ. Quasi aspectus equorum, aspectus
5 eorũ: & quasi equites sic current. Sicut
sonitus quadrigarũ super capita montiũ
exilient, sicut sonitus flãmæ ignis deuo-
rãtis stipulã, velut populus fortis præpa-
6 ratus ad prœliũ. A facie eius cruciabũ-
tur populi: omnes vultus redigentur in
7 ollã. Sicut fortes current: quasi viri bel-
latores ascendent murũ: viri in viis suis
gradientur, & non declinabunt à semitis
8 suis. Vnusquisq. fratrẽ suũ non coarta-
bit, singuli in calle suo ambulãbunt: sed
& per fenestras cadẽt, & non demolien-
9 tur. Vrbẽ ingredientur, in muro currẽt:
domos conscendent, per fenestras intra-
10 bunt quasi fur. A facie eius cõtremuit Isa.13,
terra, moti sunt cœli: ‖ sol & luna obtene- Ezec.
brati sunt, & stellæ retraxerunt splẽdorẽ Ioel.3,
11 suũ. Et Dñs dedit vocẽ suã ante faciem Mat.
exercitus sui: quia multa sunt nimis ca- Mar.
stra eius, quia fortia & facientia verbum Luc.2,
eius. ‖ magnus enim dies Dñi, & terribi- Isa.13,
12 lis valde: & quis sustinebit eum? Nunc Ioel.3,
ergo, dicit Dñs, cõuertimini ad me in to- Amos 5,
to corde vestro, in ieiunio, & in fletu & Sophon.
13 in plãctu. Et scindite corda vestra, & nõ
vestimenta vestra, & conuertimini ad Psal.85,
Dñm Deum vestrum: ‖ quia benignus & Ioel.2,
misericors est, patiens & multæ miseri- Luc.3,
cordiæ, & præstabilis super malitia. * Deus
14 ‖ Quis scit si cõuertatur, & ignoscat⁹, Mſq.
& relinquat post se benedictionẽ, sacri- Vndro
15 ficiũ & libamẽ Dño Deo ℵ nostro⁹? Ca- MS.R.H.
nite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, G.C.
16 vocate cœtũ, Cõgregate populũ, ‖ san- Sap.1,
ctificate ecclesiã, coadunate senes: cõgre-
gate paruulos, & sugentes hubera: egre-
diatur spõsus de cubili suo, & sponsa de
17 thalamo suo. Inter vestibulum & alta-
re plorabunt sacerdotes ministri Dñi: &
dicent, Parce Dñe, parce populo tuo: &
ne des hæreditatẽ tuã in opprobrium, vt
dominẽtur eis nationes. quare dicunt in
18 populis, Vbi est deus eorũ? Zelatus est
Dñs terrã suam, & pepercit populo suo.
19 Et respondit Dñs, & dixit populo suo, Deo ℵ M
Ecce ego mittã vobis frumentum, & vi- Hier. H
num, & oleum, & replebimini eis⁹: & nõ Textus
dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus. Lectionis
20 Et eum qui ab Aquilone est, procul fa- mss qd
ciã à vobis: & expellã eum in terrã inuiã
& desertam, faciem eius contra mare
Orientale, & extremum eius ad mare no-
uissimũ: & ascẽdet fœtor eius, & ascen-
21 det putredo eius, quia superbè egit. No-
li timere terra, exulta & lætare: quoniam
22 magnificauit Dñs vt faceret. Nolite ti-
mere animalia regionis: quia germina-
uerũt speciosa deserti, quia lignũ attulit
fructũ suũ, ficus & vinea dederũt virtutẽ
23 suã. Et filij Siõ exultate, & lætamini in
Dño Deo vestro: quia dedit vobis docto-
rẽ iustitiæ, & descẽdere faciet ad vos im-

brem,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

brem matutinū & ſerotinū ſicut in principio. Et implebūtur areę frumēto, & redūdabunt torcularia vino & oleo. Et reddā vobis annos quos comedit locuſta, bruch⁹, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quā miſi in vos. Et comedetis veſcētes, & ſaturabimini: & laudabitis nomē Dñi Dei veſtri qui fecit mirabilia vobiſcū: & nō cōfundetur populus meus in ſempiternū. Et ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum: & ego Dñs Deus veſter, & nō eſt amplius: & nō cōfundetur popul⁹ meus in æternū. Et erit poſt hæc: ‖ effundā ſpiritū meū ſuper oēm carnem: & ꝓphetabūt filij veſtri & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabūt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundā ſpiritū meū. Et dabo prodigia in cælo, & in terra, ſanguinē, & ignē, & vaporē fumi. ‖ Sol cōuertetur in tenebras, & luna in ſanguinē: antequā veniat dies Dñi magnus & horribilis. Et erit: ‖ omnis qui inuocauerit nomen Dñi, ſaluus erit: quia in monte Sion, & in Ieruſalē erit ſaluatio, ſicut dixit Dñs, & in reſiduis quos Dñs vocauerit. CAP. III.

QVia ecce in diebus illis, & in tēpore illo cùm cōuertero captiuitatē Iuda & Ieruſalē: Cōgregabo oēs Gentes, & deducā eas in vallē Ioſaphat: & diſceptabo cū eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſraël, quos diſperſerūt in nationibus, & terrā meā diuiſerūt. Et ſuper populū meū miſeruntſortē: & poſuerunt puerū in proſtibulū, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Verūm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Paleſthinorū? nūquid vltionē vos reddetis mihi? & ſi vlciſcimini vos contra me, citò velociter reddā viciſſitudinē vobis ſuper caput veſtrum. Argentū enim meū & aurū tuliſtis: & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra. Et filios Iuda, & filios Ieruſalē vēdidiſtis filiis Græcorū, vt longè faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vēdidiſtis eos: & conuertā retributionem veſtrā in caput veſtrum. Et vendā filios veſtros & filias veſtras in manibus filiorū Iuda, & venundabunt eos Sabæis genti lōginquæ, quia Dñs locutus eſt. Clamate hoc in Gentibus, ſanctificate bellū, ſuſcitate robuſtos: accedāt, aſcendant oēs viri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios, & līgones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego ſum. Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & cōgregamini: ibi occumbere faciet Dñs robuſtos tuos. Conſurgant, & aſcendant Gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo, vt iudicē omnes gentes in circuitu. ‖ Mittite falces, quoniā maturauit meſsis: venite, & deſcēdite, quia plenum eſt torcular, exhuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorum.

Populi populi in valle cōciſionis: quia iuxtà eſt dies Dñi in valle conciſionis.

‖ Sol & luna obtenebrati ſunt: & ſtellæ retraxerunt ſplendorē ſuū. ‖ Et Dñs de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuā: & mouebuntur cæli & terra, & Dñs ſpes populi ſui, & fortitudo filiorū Iſraël.

Et ſcietis quia ego Dñs Deus veſter habitans in Sīō in mōte ſancto meo: & erit Ieruſalē ſancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius. ‖ Et erit in die illa: ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibūt aquæ: & fons de domo Dñi egredietur, & irrigabit torrentē ſpinarū. Aegyptus in deſolationē erit, & Idumæa in deſertum perditionis: pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint ſanguinem innocentē in terra ſua. Et Iudæa in æternū habitabitur, & Ieruſalē in generationem & generationem. Et mūdabo ſanguinem eorum, quem non mundauerā: & Dominus commorabitur in Sion.

PROPHETIA AMOS.

CAP. I.

VERBA Amos, qui fuit ᵛin paſtoralibus ᵛ*Thecue: quæ vidit ſuper Iſraël in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſraël, ‖ ante duos annos terræmotus. Et dixit, ‖ Dñs de Sion rugiet, & de Ieruſalē dabit vocē ſuam: & luxerunt ſpecioſa paſtorū, & exiccatus eſt vertex Carmeli.

Hæc dicit Dñs, Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertā eū: eo quòd triturauerint in plauſtris ferreis Galaad. Et mittā ignē in domū Azaël, & deuorabit domos Ben-adad.

Et cōteram vectē Damaſci: & diſperdā habitatorē de cāpo idōli, & tenentem ſceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs, Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertā ᵉeum': eo quòd tranſtulerint captiuitatem perfectā, vt concluderent eam in Idumæa: Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit, ędes eius. Et diſperdā habitatorem de Azoto, & tenentē ſceptrū de Aſcalone: & conuertā manū meā ſuper Accaron, & peribūt reliqui Philiſthinorum, dicit Dns Deus. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Tyri, & ſuper quatuor non conuertā ᵉeum': eo quòd concluſerint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non ſint recordati fœderis fratrum. Et mittā ignē in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. Hæc dicit Dns, Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum,

ᵛin paſtoribus 6MS. R. Q. n. *de. 8MS. Hier. H. C. G. Zach. 14, 5. Iere. 25, 30 Ioel. 3, 16.

ᵉam 3 MS. Q. n.

ᵉā 3 MS. G. Q. n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

suũ, & violauerit misericordiã eius, & tenuerit vltrà furorẽ suũ, & indignationẽ suã seruauerit vsq. in finẽ. Mittã ignem 12
in Theman, & deuorabit ædes Bosræ.
Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleribus 13
filiorũ Ammõ, & super quatuor nõ cõuertam eũ: eo quòd dissecuerit pręgnãtes
Galaad ad dilatandum terminum suum.
Et succendã ignem in muro Rabba: & 14
deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. Et 15
ibit Melchom in captiuitatem ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

CAP. II.

HAEc dicit Dñs, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor nõ cõuertã eum: eo quòd incenderit ossa regis Idumææ vsq. ad cinerẽ. Et mittã ignẽ in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clãgore tubæ: & disperdã iudicẽ de medio eius, & omnes principes eius interficiã cum eo, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor nõ cõuertã eũ: eo quòd abiecerit legẽ Dñi, & mandata eius nõ custodierit. deceperunt enim eos idôla sua, post quæ abierant patres eorũ. Et mittã ignẽ in Iudã, & deuorabit ædes Ierusalẽ. Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleribus Israël, & super quatuor nõ cõuertam eum: pro eo quòd vẽdiderit pro argẽto iustũ, & paperẽ pro calceamẽtis. Qui conterunt super puluerẽ terræ capita paperũ, & viã humiliũ declinãt: & filius ac pater eius ierunt ad puellã, vt violarẽt nomẽ sanctũ meũ.
Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinũ damnatorũ bibebãt in domo Dei sui. ‖ Ego autẽ exterminaui Amorrhæũ à facie eorũ: cuius altitudo cedrorũ, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructũ eius désuper, & radices eius subter. ‖ Ego sum qui ascẽdere vos feci de Terra-Aegypti: ‖ & duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terrã Amorrhæi. Et suscitaui de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris nazaræos. nunquid nõ ita est filij Israël, dicit Dñs? Et propinabatis nazaræis vinũ: & prophetis mandabatis, dicentes, Ne ꝓphetetis. Ecce ego stridebo[n] subter[o] vos, sicut stridet plaustrũ onustum fœno. Et peribit fuga à veloce, & fortis nõ obtinebit virtutẽ suã, & robustus non saluabit animã suã: & tenẽs arcum nõ stabit, & velox pedib. suis nõ saluabitur, & ascẽsor equi nõ saluabit animã suã: & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dñs.

Nu. 11,24. Deut. 2,24. 31.
Exo. 14,21. Deut. 8,2.
[n] super 25 MS. Q.a.

CAP. III.

AVdite verbum quod locutus est Dñs super vos, filij Israël: super omnem cognationẽ quã eduxi de Terra-Aegypti, dicẽs, Tantũmodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.
Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi cõuenerit eis? Nũquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædã? nũquid dabit catul[s] leonis vocẽ de cubili suo, nisi aliquid apprehẽderit? nũquid cadet auis in laqueũ terræ, absq. aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequã quid ceperit? Si clãget tuba in ciuitate, & populus nõ expauescet? si erit malũ in ciuitate, quod Dñs nõ fecerit? Quia nõ faciet Dñs Deus verbũ, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis nõ timebit? Dñs Deus locutus est, quis nõ prophetabit? Auditũ facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: & dicite, Cõgregamini super mõtes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, & calumniã patiẽtes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectũ, dicit Dñs, thesaurizantes iniquitatẽ, & rapinas in ædib. suis. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ. Hæc dicit Dñs, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremũ auriculæ: sic eruent filij Israël qui habitãt in Samaria, in plaga lectuli, & [p] in Damasci grabato[q].
Audite, & cõtestamini in domo Iacob, dicit Dñs Deꝰ exercituũ: quia in die cũ visitare cœpero præuaricationes Israël, super eũ visitabo & sup altaria Beth-el: & amputabũtur cornua altaris, & cadent in terrã. Et percutiã domũ hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

[p] Da[m]
[q] 16 M[s] Q.a.

CAP. IIII.

AVdite verbũ hoc vaccæ pingues, quæ estis in mõte Samariæ: quæ calumniã facitis egenis, & confringitis paupe-res: quæ dicitis dñis vestris, Afferte, & bibemus. Iurauit Dñs Deus in sancto suo, quia ecce dies veniẽt sup vos, & leuabũt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruẽtibus. Et per aperturas exibitis altera cõtra alterã, & ꝓiiciemini in Armõ, dicit Dñs. Venite ad Beth-el, & impiè agite: ad Galgalã, & multiplicate præuaricationẽ: & offerte manè victimas vestras, tribus dieb. decimas vestras. Et sacrificate de fermẽtato laudẽ: & vocate voluntarias oblationes, & annũtiate: sic enim voluistis filij Israël, dicit Dñs Deꝰ. Vnde & ego dedi vobis stuporẽ dẽtiũ in cũctis vrbibus vestris, & indigentiã panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dñs. Ego quoq. prohibui à vobis imbrẽ, cùm adhuc tres mẽses superessent vsque ad messem: & pluui super vnã ciuitatem, & super alterã ciuitatẽ nõ pluit: pars vna cõpluta est, & pars super quã non pluit, aruit. Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non rediistis ad me, dicit Dominus.
Percussi vos in vento vrente, & in

aurugine,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aurugine, multitudinē hortorū veſtrorū, & vinearū veſtrarū, oliueta veſtra & ficeta veſtra comēdit eruca: & nō rediſtis ad me, dicit Dñs. Miſi in vos mortē in via Aegypti, pcuſsi in gladio iuuenes veſtros vſq. ad captiuitatē equorum veſtrorū: & aſcēdere feci putredinē caſtrorū veſtrorū in nares veſtras: & nō rediſtis ad me, dicit Dñs. Subuerti vos, ‖ ſicut ſubuertit Deus Sodomā & Gomorrhā, & facti eſtis quaſi torris raptus ab incēdio: & non rediſtis ad me, dicit Dñs. Quapropter hęc faciā tibi Iſraēl: poſtquā autē hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſraēl. Quia ecce formās mōtes, & creans ventū, & annuntiās homini eloquiū ſuū, faciēs matutinā nebulā, & gradiens ſuper excelſa terræ: Dñs Deus exercituum nomen eius.

10 11 12 13

CAP. V.

AVdite verbum iſtud quod ego leuo ſuper vos planctum. Domus Iſraēl cecidit, & nō adiiciet vt reſurgat. Virgo Iſraēl proiecta eſt in terrā ſuā, nō eſt qui ſuſcitet eam. Quia hæc dicit Dñs Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquētur in ea centū: & de qua egrediebantur centū, relinquētur in ea decē in domo Iſraēl. Quia hæc dicit Dñs domui Iſraēl, Quærite me, & viuetis. Et nolite quærere Beth-el, & in Galgalā nolite intrare, & in Berſabee non tranſibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Beth-el erit inutilis. Quærite Dōm, & viuite: ne forte cōburatur vt ignis dom° Ioſeph, & deuorabit, & nō erit qui extinguat Beth-el. Qui conuertitis in abſinthium iudicium, & iuſtitiā in terra relinquitis. Faciētem Arcturū, & Orionē, & cōuertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutātem: ‖ qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciē terræ: Dñs nomen eſt eius. Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtū, & depopulationē ſuper potentē affert. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati ſunt. Idcirco, pro eo quòd diripiebatis pauperē, & prædā electā tollebatis ab eo: ‖ domos quadro lapide ædificabitis, & nō habitabitis in eis: vineas plātabitis amātiſsimas, & nō bibetis vinū earum. Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti accipiētes munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideò prudēs in tēpore illo tacebit, quia tempus malū eſt. Quærite bonū, & non malū, vt viuatis: & erit Dñs Deus exercituū vobiſcū, ſicut dixiſtis. ‖ Odite malū, & diligite bonū, & cōſtituite in porta iudicium: ſi fortè miſereatur Dñs Deus exercituum reliquiis Ioſeph. Propterea hęc dicit Dñs Deus exercituum dominator, In omnibus platēis plāctus: & in cūctis quæ foris ſunt, dicetur væ væ: & vocabūt agricolā ad luctū, & ad planctū eos qui ſciūt plāgere. Et in omnib ‖ vineis' erit planctus: quia pertranſibo in medio

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

18 tui, dicit Dñs. ‖ Væ deſiderātibus diem Dñi: ad quid eam vobis? dies Dñi iſta, tenebræ, & non lux. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus: & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietē, & mordeat eū coluber.

18 19 20

20 Nūquid non tenebræ dies Dñi, & non lux: & caligo, & nō ſplēdor in ea? ‖ Odi, & proieci feſtiuitates veſtras: & nō capiā odorē cœtuū veſtrorū. ‖ Quòd ſi obtuleritis mihi holocautomata, & munera veſtra, nō ſuſcipiā: & vota pinguium veſtrorū nō reſpiciā. Aufer à me tumultū carminū tuorū: & cātica lyræ tuæ nō audiam. Et reuelabitur quaſi aqua iudiciū, & iuſtitia quaſi torrēs fortis. ‖ Nūquid hoſtias & ſacrificiū obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſraēl? Et portaſtis tabernaculū Moloch* veſtro, & imaginē idolorum veſtrorum, ſydus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciā trans Damaſcum, dicit Dominus, Deus exercituum nomē eius.

21 22 23 24 25 26 27

Iſa. 13,6.9. Ier. 30,7. Ioel 2,11. Soph. 1,15. Iſa. 1,11. 14. Ier 6,20. Mal. 2,12. Act. 7,42. *deo MS q. R. *idolo MS q.

CAP. VI.

1 VAe qui opulenti eſtis in Siō, & cōfiditis in monte Samariæ: optimates capita populorū, ingredientes pompaticè domū Iſraēl. Trāſite in Chalanne, & videte, & ite inde in Emath magnā: & deſcēdite in Geth Palæſthinorū, & ad optima quæq. regna horum: ſi latior terminus eorum termino veſtro eſt? Qui ſeparati eſtis in diē malū: & appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid putauerūt ſe habere vaſa cātici. Bibentes vinū in phialis, & optimo vnguēto delibuti: & nihil patiebātur ſuper cōtritione Ioſeph. Quapropter nūc migrabūt in capite trāſmigrantium: & auferetur factio laſciuientium. ‖ Iurauit Dñs Deus in anima ſua, dicit Dñs Deus exercituū, Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatē cum habitatoribus ſuis. Quod ſi reliqui fuerint decē viri in domo vna: & ipſi moriētur. Et tollet eum propinquus ſuus, & cōburet eum, vt efferat oſſa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus eſt, Nunquid adhuc eſt penes te? Et reſpōdebit, Finis eſt. Et dicet ei, Tace, & nō recorderis nominis Dñi. Quia ecce Dñs mandauit, & percutiet domum maiorē ruinis, & domū minorē ſciſſionibus. Nūquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis, quoniam conuertiſtis in amaritudinē iudicium, & frucтū iuſtitiæ in abſinthium? Qui lętamini in nihili: qui dicitis, Nūquid non in fortitudine noſtra aſſumpſim° nobis cornua? Ecce enim ſuſcitabo ſuper vos domus Iſraēl, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conterēt vos ab introitu Emath, vſque ad torrentem deſerti.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

Luc. 6,24. Ier. 51,14.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. VII.

HAec ostẽdit mihi Dñs Deus: & ecce fictor locustæ in principio germinãtiũ serotini imbris, & ecce serotinus post ℟tonsionẽ℟ ℟gregis℟. Et factũ est: cùm cõsummassẽt comedere herbam terræ, dixi, Dñe Deus ℣ pitius esto, obsecro: qs suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est Dñs super hoc: Non erit, dicit Dñs.

Hæc ostendit mihi Dñs Deus: & ecce vocabat iudiciũ ad ignem Dñs Deus, & deuorauit abyssum multã, & comedit simul partem. Et dixi, Dñe Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est Dñs super hoc: Sed & istud nõ erit, dicit Dñs De⁹. Hæc ostendit mihi ℞Dñs*℟: & ecce Dñs stans super murum litũ, & in manu eius trulla cæmentarij. Et dixit Dñs ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi, Trullã cæmentarij. Et dixit Dñs, Ecce ego ponã trullam in medio populi mei Israël: nõ adiiciam vltrà superinducere eum. Et demoliẽtur excelsa idoli, & sanctificationes Israël desolabũtur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Beth-el ad Ieroboã regẽ Israël, dicẽs, Rebellauit cõtra te Amos in medio domus Israël: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboã, & Israël captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides, gradere, fuge in terrã Iuda: & comede ibi panẽ, & prophetabis ibi. Et in Beth-el nõ adiicies vltrà vt prophetes: quia sanctificatio regis est, & domi⁹ regni est. Respõditq. Amos, & dixit ad Amasiã, Nõ sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armẽtarius ego sum vellicãs sycomoros.

Et tulit me Dñs cùm sequerer gregẽ: & dixit Dñs ad me, Vade, propheta ad populũ meum Israël. Et nũc audi verbum Dñi, Tu dicis, Non prophetabis super Israël, & non stillabis super domum idoli.

Propter hoc hæc dicit Dñs, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israël captiuus migrabit de terra sua.

CAP. VIII.

HAec ostendit mihi Dñs Deus: & ecce vncinus pomorũ. Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vncinũ pomorũ. Et dixit Dñs ad me, Venit finis super populũ meũ Israël: nõ adiiciã vltrà vt pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dñs Deus: multi moriẽtur: in omni loco proiicietur silentium. Audite hoc qui cõteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ, dicẽtes, Quãdo trãsibit ℞mensis℟, & vẽnũdabimus merces: & sabbathum, & aperiemus frumentũ: vt imminuamus mensurã, & augeamus siclũ, & supponamus statẽras dolosas. Vt possideamus in argento egenos & pauperes, pro calceamẽtis, & quisquilias frumenti vẽdamus? Iurauit Dñs in ℞superbia℟ Iacob, Si oblitus fuero vsq. ad finẽ omnia opera eorum. Nũquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascender quasi fluuius vniuersus, & eiicietur, & defluet quasi riuus Aegypti? Et erit ‖ in die illa, dicit Dñs*, occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. ‖ & conuertã festiuitates vestras in luctũ, & omnia cãtica vestra in plãctum: & inducã super omne dorsum vestrũ saccũ, & super omne caput caluitiũ: & ponam eam quasi luctũ vnigeniti, & nouissima eius quasi diẽ amarũ. Ecce, dies veniũt, dicit Dñs, & emittã famẽ in terram: non famem panis, neq. sitim aquæ, sed audiẽdi verbũ Dñi. Et cõmouebũtur à Mari vsq. ad mare, & ab Aquilone vsq. ad Orientẽ: circuibũt quærẽtes verbũ Dñi, & nõ inuenient. In die illa deficiẽt virgines pulchræ, & adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit De⁹ tuus Dan: & viuit via Ber-sabee, & cadent, & non resurgent vltrà.

CAP. IX.

VIdi Dñm stãtẽ super altare: & dixit, Percute cardinẽ, & cõmoueãtur superliminaria: auaritia enim in capite omniũ, & nouissimũ eorũ in gladio interficiã: non erit fuga ℞eis: fugiẽt℟, & nõ saluabitur ex eis qui fugerit. ‖ Si descẽderint vsq. ad infernũ, inde manꝰ mea educet eos: & si ascẽderint vsq. in cælũ, inde detrahã eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutãs auferã eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo serpẽti, & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem corã inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: ‖ & ponã oculos meos super eos in malũ, & non in bonum. Et Dñs Deus exercituũ qui tangit terram, & tabescet: & lugebũt omnes habitãtes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti. Qui ædificat in cælo ascẽsionẽ suã, & fasciculũ suũ super terrã fundauit: ‖ qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciẽ terræ, Dñs nomen eius. Nunquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi, filij Israël, ait Dñs? nũquid nõ Israël ascẽdere feci de Terra Aegypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi Dñi Dei super regnũ peccãs, & conterã illud à facie terræ: veruntamen cõterens non conterã domũ Iacob, dicit Dñs. Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domũ Israël, sicut cõcutitur in cribro: & nõ cadet lapillus super terram. In gladio moriẽtur omnes peccatores populi mei: qui dicũt, Nõ appropinquabit, & nõ veniet super nos malũ. In die illa ‖ suscitabo tabernaculũ Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum

---

℟tonsionẽ 1 MS. R. Q.n.
℟regis 4 MS. R. Hier. H. C. G.
–6 MS. R. Hier. H. C.
* Deus 19 MS. G q. Q.n.
℟mensis 1 MS. R. Hieron. H. G. Q.n.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum eius, & ea quę corruerāt instaurabo: & ædificabo eum sicut in diebus anti-
quis. Vt possideāt reliquias Idumęæ, & 12
omnes nationes, eo quòd inuocatum sit
nomen meū super eos: dicit Dñs faciens
hæc. Ecce dies veniūt, dicit Dñs: & cō- 13
prehendet arator messorem, & calcator
vuæ mittentē semen: ‖ & stillabunt mō-
tes dulcedinē, & omnes colles culti erūt.
Et conuertam captiuitatē populi mei 14
Israēl: & ædificabūt ciuitates desertas, &
inhabitabunt: & plantabūt vineas, & bi-
bent vinum earum: & facient hortos, &
comedent fructus eorum. Et plantabo 15
eos super humū suam: & nō euellam eos
vltrà de terra sua quā dedi eis, dicit Do-
minus Deus tuus.

PROPHETIA ABDIAE.

VISIO Abdiæ. Hæc dicit Dñs Deus 1
ad Edom, ‖ Auditum audiuimus
à Dño, & legatū ad Gentes misit,
Surgite, & cōsurgamus aduersus eum in
prœlium. Ecce paruulū dedi te in Gen- 2
tibus: contēptibilis tu es valde. Super- 3
bia cordis tui extulit te, habitantem in
scissuris petrarū, exaltantē solium ‖tuum:
qui dicis in corde tuo', Quis detrahet me
in terram? Si exaltatus fueris vt aquila, 4
& si inter sydera posueris nidū tuū: inde
detraham te, dicit Dñs. Si fures intro- 5
issent ad te, si latrones per noctē: quomo-
do cōticuisses? nonne furati essent suffi-
cientia sibi? si vindemiatores introissent
ad te, nūquid saltē racemum reliquissent
tibi? Quomodo scrutati sunt Esau, in- 6
uestigauerūt abscōdita ei⁹? Vsq. ad ter- 7
minum emiserunt te omnes viri fœderis
tui: illuserunt tibi: inualuerunt aduersum
te viri pacis tuæ: qui comedunt tecū, po-
nent insidias subter te: non est prudentia
in eo. ‖ Nūquid nō in die illa dicit Dñs, 8
perdam sapientes de Idumæa, & prudē-
tiam de mōte Esau? Et timebūt fortes 9
tuæ à Meridie, vt intereat vir de monte
Esau. Propter interfectionem, & ‖ pro- 10
pter iniquitatē in fratrē tuū Iacob, ope-
riet te cōfusio, & peribis in æternū. In 11
die cùm stares ‖ aduersus eum', quando
capiebāt alieni exercitum eius, & extra-
nei ingrediebantur portas eius, & super
Ierusalem mittebāt sortem: tu quoq. eras
quasi vnus ex eis. Et nō despicies in die 12
fratris tui, in die peregrinationis eius: &
nō lætaberis super filios Iuda, in die per-
ditionis eorū: & nō magnificabis os tuū
in die angustiæ. Neq. ingredieris portā 13
populi mei in die ruinæ eorū: neq. despi-
cies & tu in malis eius in die vastitatis
illius: & non emittēris aduersus exercitū
eius in die vastitatis illius. Neq. stabis 14
in exitib⁹, vt interficias eos qui fugerint:
& non concludes reliquos eius in die tri-
bulationis. Quoniam iuxtà est dies Dñi 15
super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi:
retributionem tuam conuertet in caput
16 tuum. Quomodo enim ‖ bibistis' super ‖ bibisti MS.R.Hie-
montem sanctum meum, bibent omnes ron. G.Ve-
Gentes iugiter: & bibēt & absorbebunt, rùm H. &
17 & erūt quasi nō sint. Et in mōte Sion C. Textui
erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit adstipulā-
18 domus Iacob eos qui se possederant. Et tur.
erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph
flamma, & domus Esau stipula: & succē-
dentur in eis, & deuorabunt eos: & nō e-
runt reliquiæ domus Esau, quia Dñs lo-
19 cutus est. Et hæreditabunt hi qui ad Au-
strum sunt, montem Esau, & qui in cam-
pestribus Philisthiim: & possidebunt re-
gionem Ephraim, & regionē Samariæ: &
20 Ben-iamin possidebit Galaad. Et trāsmi-
gratio exercitus huius filiorum Israël,
omnia* Chananæorū vsq. ad Saréptā: & *loca MS.
trāsmigratio Ierusalem, quæ in Bospho- q.R.
21 ro est, possidebit ciuitates Austri. Et a-
scendent saluatores in montē Sion iudi-
care montem Esau: & erit Dño regnum.

IONÆ PROPHETIA.

CAP. I.

1 ET factū est verbū Dñi ad Ionam fi-
2 lium Amathi, dicēs, Surge, & va-
de in Niniuen ciuitatē grandem, &
prædica in ea: quia ascendit malitia eius
3 corā me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in
Tharsis à facie Dñi, & descēdit in Ioppē,
& inuenit nauē euntē in Tharsis: & dedit
naulū eius, & descēdit in eam, vt iret cū
4 eis in Tharsis à facie Dñi. Dñs aūt mi-
sit ventū magnū in mare: & facta est tem
pestas magna in mari, & nauis periclita-
5 batur cōteri. Et timuerūt nautæ, & cla-
mauerūt viri ad deū suū: & miserūt vasa
quæ erāt in naui in mare, vt alleuiaretur
ab eis: & Ionas descēdit ad interiora na-
6 uis, & dormiebat sopore graui. Et ac-
cessit ad eū gubernator, & dixit ei, Quid
tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deū
tuū, si fortè recogitet De⁹ de nobis, & nō
7 pereamus. Et dixit vir ad collegā suū,
Venite, & mittam⁹ sortes, & sciam⁹ quare
hoc malū sit nobis. Et miserunt sortes: &
8 cecidit sors sup Ionā. Et dixerūt ad eū,
Indica nobis, cuius causa malū istud sit
nobis: quod est op⁹ tuū? quæ terra tua? &
9 quò vadis? vel ex quo populo es tu? Et
dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dñm
Deū cæli ego timeo, qui fecit mare & a-
10 ridā. Et timuerūt viri timore magno, & *super
dixerūt ad eū, Quid hoc fecisti? Cogno- eos o.
uerunt enim viri quòd à facie Dñi fuge- Pertinet
11 ret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad autem ad
eum, Quid faciemus tibi, & cessabit ma- versum 13
re à nobis? quia mare ibat, & intumesce- *est MS.
12 bat*. Et dixit ad eos, Tollite me, & mit- Hier. G.
tite in mare, & cessabit mare à vobis: scio *venit R.
enim ego quoniā propter me tempestas Verùm Te-
13 hæc grādis* sup vos. Et remigabāt viri, xtus consi-
vt reuerterētur ad aridā, & nō valebant: milis est
quia mare ibat, & intumescebat sup eos. H. & C.

Et cla-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et clamauerunt ad Dñm, & dixerunt, 14
Quæsumus Dñe, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentē: quia tu Dñe, sicut voluisti, fecisti. Et tulerūt Ionā, & miserūt in mare: & stetit mare à feruore suo. Et timuerūt viri timore magno Dñm, & immolauerūt hostias Dño, & vouerūt vota.

CAP. II.

ET præparauit Dñs piscem grādem vt 1
deglutiret Ionā: ‖ & erat Ionas in vēt
Mat. 12,40 tre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dñm Deum 2
16,4. suum de ventre piscis. Et dixit,
Luc. 11,30. ‖ Clamaui de tribulatione mea ad Do- 3
1 Cor. 15,4 minum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.
Psal. 3,5. 17,7. 117,5. 119,2. Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. 4
Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum. 5
Psal. 68,1. Circundederunt me aquæ vsq. ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. 6
Ad extrema montiū descēdi, terræ vectes cōcluserunt me in æternū: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. 7
Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. 8
Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt. 9
Ego aūt in voce laudis immolabo tibi: quęcunque voui reddam pro salute Dño. 10
Et dixit Dñs pisci: & euomuit Ionam in aridam. 11

CAP. III.

ET factum est verbū Dñi ad Ionā se- 1
cundò, dicēs, Surge, & vade in Ni- 2
niuen ciuitatē magnam: & prædica in ea prædicationē quā ego loquor ad te. Et 3
surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbū Dñi: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierū. Et cœpit Ionas introire ciuitatē itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, 4
Mat. 12,41 & Niniue subuertetur. ‖ Et crediderunt 5
Luc. 11,32. viri Niniuitæ in Deum: & prædicauerūt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsq. ad minorem. Et peruēnit verbū ad 6
regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suū à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, 7
& dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicēs: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustēt quicquā: nec pascātur, & aquā nō bibant. Et operiā- 8
tur saccis homines & iumēta, & clament ad Dñm in fortitudine: ‖ & conuertatur
Ier. 8,11. vir à via sua mala & ab iniquitate quæ
Deum 4 MS. R. H. G. est in manibus eorū. ‖ Quis scit si con- 9
Ioel. 1,14. uertatur & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & nō peribimus? Et vi- 10
dit Deus opera eorū quia cōuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

CAP. IIII.

1 ET affligitus est Ionas afflictione ma-
2 gna, & iratus est: & orauit ad Dñm, & dixit, Obsecro Dñe, nūquid nō hoc est verbū meum, cùm adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerē in Tharsis. ‖ Scio enim quia tu Deus cle- Psal. 85,5. mēs & misericors es, patiēs & multæ mi-
3 serationis, & ignoscēs super malitia. Et nūc Dñe tolle quæso animā meam à me:
4 quia melior est mihi mors quā vita. Et
5 dixit Dñs, Putásne bene irascēris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit cōtra Orientē ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit Dñs Deus hederā,
6 & ascēdit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim: & lætat⁹ est Ionas sup
7 hedera, lætitia magna. Et parauit Deus vermē ascēsu diluculi in crastinū: & per-
8 cussit hederā, & exaruit. Et cùm ortus fuisset Sol, præcepit Dñs vento calido & vrenti: & percussit Sol super caput Ionę, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori,
9 quàm viuere. Et dixit Dñs ad Ionam, Putásne bene irascēris tu super hederā? Et dixit, Bene irascor ego vsq. ad mortē.
10 Et dixit Dñs, Tu doles super hederā, in qua nō laborasti, neq. fecisti vt crescēret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna
11 nocte periit: Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nescīūt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

MICHAEAE PROPHETIA.

CAP. I.

1 VErbum Dñi quod factū est ad Michæam Morasthitē, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regū Iuda: quod vidit super Samariam & Ieru-
2 salem. ‖ Audite populi omnes, & attē- Deut. 32,1 dat terra & plenitudo eius: & sit Dñs Deus vobis in testē, Dñs de templo sancto suo. Isa. 26,21
3 ‖ Quia ecce Dñs egredietur de loco Isa. 26,5 suo: & descēdet, & calcabit super excelsa
4 terræ. Et cōsumentur mōtes subtus eū: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrūt in præceps.
5 In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israël. quod scelus Iacob? nōne Samaria? & quæ excelsa Iudæ? nōne Ierusalem? & ponā Samariam quasi
6 acerum lapidū in agro cū plantaturvineæ: & detrahā in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia sculptilia eius cōcidētur, & omnes mercedes
7 eius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius cõburétur igne, & omnia idôla eius ponã in perditionẽ: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedẽ meretricis reuertentur. Super 8
hoc plangã, & vlulabo: vadã spoliatus, & nudus: faciã plãctũ velut draconũ, & luctũ quasi struthionũ: Quia desperata est 9
plaga eius, quia venit vsq. ad Iudã, tetigit portã populi mei vsq. ad Ierusalem. In 10
Geth nolite annũtiare, lachrymis ne ploretis: in domo Pulueris puluere vos conspergite. Et trãsite vobis habitatio Pul- 11
chra, confusa ignominia: non est egressa quæ habitat in exitu: plãctũ Domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet.
Quia infirmata est in bonũ quę habitat 12
In-amaritudinibus: quia descendit malũ à Dño in portã Ierusalẽ. Tumultus qua- 13
drigæ stuporis habitãti Lachis: principiũ peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israël. Propterea dabit e- 14
missarios super hæreditatẽ Geth: domos Mẽdacij in deceptionem regibus Israël.
Adhuc hæredẽ adducã tibi quæ habitas 15
in Maresa: vsque ad Odollã veniet gloria Israël. Decaluare, & tõdẽre super filios 16
deliciarũ tuarũ: dilata caluitiũ tuũ sicut aquila: quoniã captiui ducti sunt ex te.

CAP. II.

VAe qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus vestris: in luce 1
matutina faciũt illud, quoniã cõtra Deũ est manus eorũ. Et cõcupierũt agros, & 2
violẽter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virũ & domũ eius, virũ & hæreditatem eius. Idcirco hæc dicit 3
Dñs, Ecce ego cogito super familiã istam malum: vnde non auferetis colla vestra, & nõ ambulabitis superbi, quoniã tẽpus pessimum est. In die illa sumetur super 4
vos parabola, & cantabitur canticũ cum suauitate, dicentium, Depopulatione vastati sumus: pars populi mei cõmutata est: quomodo recedet à me, quũ reuertatur qui regiones nostras diuidat? Pro- 5
pter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Dñi*. Ne loquamini lo- 6
quentes, Non stillabit super istos, nõ cõprehendet cõfusio. Dicit domus Iacob, 7
Nunquid abbreuiatus est spiritus Dñi, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? Et ecõtrario populus meus in 8
aduersarium consurrexit: désuper tunicã palliũ sustuliſtis: & eos qui trãsibãt simpliciter, cõuertiſtis in bellum. Mulieres 9
populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia 10
non habetis hic requiẽ: propter immunditiã eius corrũpetur putredine pessima.
Vtinã non essem vir habens spiritũ, & 11
mendaciũ potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietatẽ: & erit super quẽ stillatur populus iste. Cõgregatione cõ- 12
gregabo Iacob totũ te: in vnum conducã reliquias Israël, pariter ponã illum quasi gregẽ in ouili, quasi pecus in medio caularũ, tumultuabũtur à multitudine ho- 13
minũ. Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident, & transibũt portã, & egredientur per eã: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

CAP. III.

ET dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israël, Nũquid nõ vestrũ 1
est scire iudicium, qui odio habetis bonũ, & diligitis malum: qui violenter tol- 2
litis pelles eorũ desuper eis, & carnẽ eorum desuper ossibus eorum? Qui com- 3
ederũt carnẽ populi mei, & pellẽ eorum desuper excoriauerũt: & ossa eorum cõfregerunt, & conciderunt sicut in lebẽte, & quasi carnẽ in medio ollæ. Tunc cla- 4
mabunt ad Dñm, & nõ exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuẽtionibus suis. Hæc dicit Dñs super pro- 5
phetas qui seducunt populum meũ: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & siquis non dederit in ore eorum quippiã, sanctificãt super eum prœlium.
Propterea nox vobis pro visione erit, & 6
tenebræ vobis pro diuinatione: & occũbet sol super prophetas, & obtenebrabi- 7
tur super eos dies. Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non 8
est responsum Dei. Verũtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Dñi, iudicio & virtute: vt annuntiẽ Iacob scelus 9
suum, & Israël peccatum suum. Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israël: qui abominamini iudiciũ, 10
& omnia recta peruertitis. Qui ędificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem 11
in iniquitate. ‖ Principes eius in mu- Exe. 22, 27.
neribus iudicabant, & sacerdotes eius Sophe. 3, 3.
in mercede docebant, & propheræ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes, Nunquid non Dominus in medio nostrum? non 12
venient super nos mala. Propter hoc, causa vestri, ‖ Sion quasi ager arabitur, Ier. 26, 18.
& Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.

CAP. IIII.

ET ‖ erit, In nouissimo dierũ erit mons Isa. 2, 2.
domus Domini præparatus in vertice mõtium, & sublimis super colles: & fluẽt 2
ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascendamus ad montẽ Dñi & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, 3
& verbũ Dñi de Ierusalẽ. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsq. in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: nõ sumet gens aduersus gẽtẽ gladium, & nõ discent vltrà belligerare.
Et sedebit vir subtº vineã suã, & subtus 4

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficum ſuam,& nō erit qui deterreat:quia os Dñi exercituū locutum eſt. Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſq. in nomine Dei ſui : nos autē ambulabimus in nomine Dñi Dei noſtri in æternum & vltrà. In die illa,dicit Dñs,congregabo claudicantē: & eā quam eiecerā,colligā, & quā afflixerā*. ¶ Et ponā claudicantē, in reliquias: & eā quæ laborauerat,in gētē robuſtā. ¶ & regnabit Dñs ſuper eos in mōte Siō,ex hoc nunc & vſq. in æternū.

Et tu turris gregis, nebuloſa ℣filiæ' Siō vſq.ad te veniet:& veniet poteſtas prima regnū filiæ Ieruſalē. Nunc quare mærore cōtraheris ? nunquid rex nō eſt tibi, aut cōſiliarius tu° periit,quia cōprehēdit te dolor ſicut parturiētē? Dole,& ſatage filia Siō quaſi parturiēs: qa nūc egrediēris de ciuitate, & habitabis in regione,& venies vſq. ad Babylonē, ibi liberaberis: ibi redīmet te Dñs de manu inimicorum tuorū. Et nunc cōgregatæ ſunt ſuper te gentes multæ:quæ dicunt, Lapidetur: & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autē non cognouerūt cogitationes Dñi , & nō intellexerūt cōſiliū eius:quia cōgregauit eos quaſi fœnum areæ. Surge,& tritura filia Sion: quia cornu tuū ponā ferreū,& vngulas tuas ponam æreas : & cōminues populos multos, & interficies Dño rapinas eorum, & fortitudinem eorum Dño vniuerſæ terræ.

CAP. V.

NVnc vaſtaberis filia latronis : obſidionē poſuerunt ſuper nos,in virga percutient maxillā iudicis Iſraël. ¶ ET TV BETHLEHEM Ephráta,paruulus es in millibus Iuda : ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſraël : & egreſſus eius ab initio,à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vſq.ad tēpus, in quo parturiēs pariet: * reliquiæ fratrū ei° cōuertētur ad filios Iſraël. Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Dñi , in ſublimitate nominis Dñi Dei ſui: & cōuertētur, qa nūc magnificabitur vſq. ad terminos terræ. Et erit iſte ℣pax: Aſſyrius' quū venerit in terrā noſtrā,& quando calcauerit in domib. noſtris : & ſuſcitabimus ſuper eū ſeptē paſtores,& octo primates homines. Et paſcent terrā Aſſur in gladio,& terrā Nēr̄od in lāceis eius: & liberabit ab Aſſur,quū venerit in terrā noſtrā,& quū calcauerit in finibus noſtris. Et erūt reliquiæ Iacob in medio populorum multorū quaſi ros à Dño,& quaſi ſtillæ ſuper herbā quæ nō expectat virū, & non præſtolatur filios hominū. Et erūt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorū,quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cùm trāſierit,& conculcauerit, & ceperit,nō eſt qui eruat. *Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos , & omnes inimici tui interibūt. Et erit in die illa, dicit Dñs : auferam equos tuos de medio tui, & diſperdā quadrigas tuas. Et perdā ciuitates terræ tuæ , & deſtruam omnes munitiones tuas, & auferā maleficia de manu tua, & diuinationes nō erunt in te. Et perire faciā ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui : & non adorabis vltrà opera manuū tuarū. Et euellā lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. Et faciā in furore & in indignationevltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

CAP. VI.

AVdite quæ Dñs loquitur, Surge,cōtēde iudicio aduerſum mōtes,& audiant colles vocē tuā. Audiant montes iudicium Dñi,& fortia fundamēta terræ: quia iudiciū Dñi cum populo ſuo,& cum Iſraël diiudicabitur. ¶ Populo meus quid feci tibi , aut quid moleſtus fui tibi ? reſpōde mihi. ¶ Quia eduxi te de Terra Aegypti, & de domo ſeruientiū liberaui te: & miſi ante faciem tuam Moyſen , & Aaron,& Mariā? Populo meus memento quæſo ¶ quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid reſponderit ei Balaā filius Beor,de Setim vſq. ad Galgalam, vt cognoſceres iuſtitias Dñi. Quid dignum offerā Dño? curuabo genu Deo excelſo? nunquid offerā ei holocautomata & vitulos anniculos? Nunquid placari poteſt Dñs in millib. arietū, aut in multis millibus hircorū pinguiū? nunquid dabo primogenitū meū pro ſcelere meo, fructum vētris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ò homo quid ſit bonū,& quid Dñs requirat à te, Vtiq. facere iudiciū,& diligere miſericordiā, & ſolicitū ambulare cum Deo tuo° Vox Dñi ad ciuitatē clamat, & ſalus erit timētib. nomē ℣tuū': Audite tribus , & quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtaterā impiā, & ſaccelli pōdera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mēdaciū,& lingua eorū fraudulenta in ore eorū. Et ego ergo cœpi percutere te perditione ſuper peccatis tuis. ¶ Tu comedes,& nō ſaturaberis:& humiliatio tua in medio tui:& apprehendes, & nō ſaluabis: & quos ſaluaueris,in gladium dabo. ¶ Tu ſeminabis, & non metes:tu calcabis oliuā,& nō vngēris oleo: & muſtum, & nō bibes vinū. Et cuſtodiſti præcepta Amri , & omne opus domus Achab: & ambulaſti in ℣voluptatib.'eorū, vt darē te in ṗditionē, & habitantes in ea in ſibilū, & opprobrium populi mei portabitis.

CAP. VII.

VAe mihi , quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: nō eſt botrus ad comedēdū, præcoquas ficus deſiderauit anima mea. Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt : omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrē ſuum ad mortē venatur. Malū manuū ſuarū dicūt bonum:princeps poſtulat,& iudex in reddēdo eſt: & magnus

locutus

*conſolabor MS q. Soph. 3,19. Luc. 1,33. Dan. 7,14.

℣filia MS. R. Q. n.

Mat. 2,6. Ioan. 7,42.

*& 10 MS. R. Hier. H.G.C.

℣pax Aſsyriis 9 MS. R. Q n.

*Et MS. R.

*Ex tunc C. Verùm Hier. H. & G. nihil addūt.

℣ſquam MS.

℣eius MS.

R. G.

℣Domi

C. Pn Te

℣tuu

Hier.

Hier. G

H. ſuis

Lex

Dn

Agg

℣voluntatibus

MS. Hier

H.G.C.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

locutus est desideriũ animæ suæ, & conturbauerũt eam. Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nũc erit vastitas eorũ. Nolite credere ámico: & nolite cõfidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. ℣ Quia filius contumeliam facit patri, & filia cõsurgit aduersus matrẽ suã, nurus aduersus socrũ suã: ℣ & inimici hominis domestici eius. Ego autẽ ad Dñm aspiciã, expectabo Deũ saluatorem meum: audiet me Deus meus. Ne læteris inimica mea super me; quia cécidi: cõsurgam cùm sedero in tenebris, Dñs lux mea est. Irã Dñi portabo, quoniam peccaui ei: donec causam meã iudicet, & faciat iudicium meũ: educet me in lucẽ, videbo iustitiã eius. Et aspiciet inimica mea, & operietur cõfusione, quæ dicit ad me, Vbi est Dñs Deus tuus? Oculi mei videbũt in eam: nunc erit in cõculcationẽ, vt lutũ platearũ. Dies vt ædificentur macerix tuæ: in die illa lõgè fiet lex. In die illa & vsq. ad te veniet Assur, & vsque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vsq. ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de mõte. Et terra erit in desolationẽ propter habitatores suos, & propter fructũ cogitationũ eorum. Pasce populũ tuũ in virga tua, gregẽ hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli: pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos. Secundũ dies egressionis tuæ de Terra-Aegypti ostẽdam ei mirabilia. Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponẽt manũ super os, aures eorum surdæ erunt. Lingent puluerem sicut "serpens', velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus suis: Dominũ Deũ nostrũ desiderabunt, & timebunt te. ℣ Quis Deus similis tui, ℣ qui aufers iniquitatẽ, & transis peccatũ reliquiarũ hæreditatis tuæ? nõ immittet vltrà furorẽ suum, quoniã volẽs misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

PROPHETIA NAHVM.

CAP. I.

ONus Niniue. Liber visionis Nahũ Elcesæi. Deus æmulator, & vlciscẽs Dñs, vlciscẽs Dñs & habẽs furorẽ, vlciscẽs Dñs in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dñs patiens, & magnus fortitudine, & mũdans nõ faciet innocentem. Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedũ eius. Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Montes cõmoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciẽ indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus Dñs, & cõfortãs in die tribulationis: & sciẽs sperãtes in se. & in diluuio prætereunte, consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis cõtra Dñm? cõsummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spinæ sibimicem complectũtur: sic conuiuiũ eorum pariter potãtium, consumẽtur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dñm malitiã: mente pertractans præuaricationẽ. Hæc dicit Dñs: Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque attondentur, & "pertransibit': afflixi te, & non affligã te vltrà. Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrũpam. Et præcipiet super te Dñs, nõ seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiã sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. ℣ Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacẽ: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiiciet vltrà vt pertranseat in te Belial, vniuersus interiit.

CAP. II.

AScendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionẽ: contẽplare viã, conforta lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit Dñs superbiã Iacob, sicut superbiam Israël: quia vastatores dissipauerũt eos, & propagines eorũ corruperunt. Clypeus fortiũ eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneę habenę currus in die præparationis eius, & agitatores cõsopiti sunt. In itineribus "conturbati sunt: quadrigæ' collisæ sunt in plateis: aspectus eorũ quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorũ, ruẽt in itineribus suis: velociter ascendẽt muros eius, & præparabitur vmbraculũ. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templũ ad solũ dirutũ. Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabãtur, gementes vt columbę, murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarũ aquæ eius: ipsi verò fugerunt: state state, & non est qui reuertatur. Diripite argẽtũ, diripite aurũ: & nõ est finis diuitiarũ ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescẽs, & dissolutio geniculorũ, & defectio in cunctis renibus: & facies omniũ eorum sicut nigredo ollæ. Vbi est habitaculũ leonũ, & pascua catulorũ leonũ: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & nõ est qui exterreat? Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit

"pertransibunt 14 MS. C. Verùm R. Hier. & H. numero legunt singulari Q. n. Isa. 52,7. Ro. 10,15.

"conturbatæ sunt quadrigæ; 4 MS. H. G. C. Q. n.

Isa. 2,7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præda ſpelũcas ſuas, & cubile ſuũ rapina.
Ecce ego ad te, dicit Dñs exercituũ: & 13
ſuccẽdam vſq. ad fumũ quadrigas ᵃtuas⁾, & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

CAP. III.

VAe ¶ ciuitas ſanguinũ, vniuerſa mẽ- 1
dacij dilaceratione plena: nõ recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus 2
rotæ, & equifrementis, & quadrigæ ᵃferuentis, & equitis aſcendẽtis: Et micantis gladij, & fulgurãtis haſtæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ⁾: nec eſt 3
finis cadauerũ, & corruent in corporibus ſuis. Propter multitudinẽ fornicationũ 4
meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vẽdidit gentes in fornicationib. ſuis, & familias in maleficiis ſuis:
¶ Ecce ego ad te, dicit Dñs exercituum: 5
& reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtẽdam Gentibus nuditatẽ tuã, & regnis ignominiã tuã. Et proiciã ſuper te ab- 6
ominationes, & contumeliis te afficiã, & ponã te in exemplum. Et erit, omnis qui 7
viderit te, reſiliet à te, & dicet, Vaſtata eſt Niniue: quis cõmouebit ſuper te caput? vnde quærã conſolatorẽ tibi? Nunquid 8
melior es ᵃAlexandria populorũ, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu ei⁾: cuius diuitiæ, mare; aquæ, muri eius. Ae- 9
thiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & nõ eſt finis: Aphrica & Libyes fuerũt in auxilio tuo. Sed & ipſa in tranſmigrationẽ 10
ducta eſt in captiuitatẽ: paruuli eius eliſi ſunt in capite omnium viarum, & ſuper inclytos eius miſerunt ſortem, & omnes optimates eius cõfixi ſunt in cõpedibus.
Et tu ergo inebriaberis, & eris deſpecta: 11
& tu quæres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis: ſi concuſſæ fuerint, cadent in os 12
comedẽtis. Ecce populus tuus mulieres 13
in medio tui: inimicis tuis ad apertionem pandẽtur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. Aquã propter obſidionem 14
hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, ſubigens tene laterem.
Ibi comedet te ignis: peribis gladio, de- 15
uorabit te vt bruchus: congregare vt bruchus, multiplicare vt locuſta. Plures fe- 16
ciſti negotiationes tuas, quàm ſtellæ ſint cæli: bruchus expanſus eſt, & auolauit.
Cuſtodes tui quaſi locuſtæ: & paruuli 17
tui quaſi locuſtæ locuſtarum quæ conſidunt in ſepibus in die frigoris: ſol ortus eſt, & auolauerunt, & non eſt cognitus loci s earum vbi fuerint. Dormitaue- 18
runt paſtores tui rex Aſſur; ſepelientur principes tui: latitauit populus tuus in mõtibus, & non eſt qui congreget. Non 19
eſt obſcura contritio tua, peſsima eſt plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compreſſerunt manum ſuper te: quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper?

ᵃeius 8 MS Hier. H. *Textus autem lectio, conformis eſt* R.C. & G.
Exec. 24, 9. Haba. 2, 11
ᵃferuentes & equites aſcendentes: Et micantes gladij, & fulgurantes haſtæ & multitudines interfectæ, & graues ruinæ 7 MS. Q. n.
Iſa. 47, 3.

ᵃab MS. Hier.

PROPHETIA HABACVC.

CAP. I.

ONus quod vidit Habacuc prophe- 1
ta. Vſquequo Domine clamabo, 2
& non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me? ¶ Quare reſpicis contemptores, & taces, conculcãte impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia nõ habẽtia ducem? & factũ eſt iu- 4
diciũ & contradictio potentior? Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruẽnit vſq. ad finẽ iudiciũ: quia impius prævalet aduerſus iuſtũ, propterea egreditur iudiciũ peruerſum. ¶ Aſpicite in gẽtibus & vi- 5
dete, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factũ eſt in dieb. veſtris, quod nemo credet cùm narrabitur. Quia ecce ego 6
ſuſcitabo Chaldæos, gentẽ amarã & velocẽ, ambulantem ſuper latitudinẽ terræ, vt poſſideat tabernacula nõ ſua. Horri- 7
bilis & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudiciũ & onus eius egredietur. Leuiores pardis 8
equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius: equites náq. eius dẽlõge venient, volabunt quaſi aquila feſtinãs ad comedẽdum. Omnes ad præ- 9
dam venient, facies eorũ ventus vrens: & cõgregabit quaſi arenã, captiuitatem. Et 10
ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnẽ munitionẽ ridebit, & cõportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus, & 11
pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius Dei ſui. Nunquid nõ tu à principio 12
Dñe Deus meus, ſancte meus, & nõ moriemur? Dñe in iudicium poſuiſti eum: & fortẽ vt corriperes, fundaſti eum. Mũdi 13
ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatẽ non poteris. quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et facies 14
homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem. Totum in 15
hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum. Super 16
hoc lætabitur & exultabit: propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo ex- 17
pandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere Gentes non ᵃparcet⁾.

CAP. II.

SVper cuſtodiã meã ſtabo, & figã gra- 1
dũ ſuper munitionẽ: & cõtemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpõdeã ad arguentẽ me. Et reſpõdit mi- 2
hi Dñs, & dixit, Scribe viſum, & explana eũ ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc viſus procul, & appa- 3
rebit in finẽ, & non mentietur. ſi moram

feceris,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fecerit, expecta illũ: quia veniens veniet, & nõ tardabit. Ecce, qui incredulus est, 4
non erit recta anima eius in semetipso: ¶ iustus autem in fide sua viuet. Et quo 5
modo vinũ potantem decipit: sic erit vir superbus, & nõ decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animã suam: & ipse quasi mors, & nõ adimpletur: & cõgregauit ad se oẽs gentes, & coaceruauit ad se omnes populos. Nũquid nõ omnes isti super eũ 6
parabolã sument, & loquelã ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei qui multiplicat nõ sua? vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? Nũquid nõ repẽtè consurgẽt, qui mordeant te: & suscitabuntur la- 7
cerantes te, & eris in rapinam eis? Quia 8
tu spoliasti gẽtes multas, spoliabũt te oẽs qui reliqui fuerint de populis: ꝓpter sanguinẽ hominis & iniquitatẽ terræ ciuitatis, & omniũ habitantiũ in ea. Væ qui 9
cõgregat auaritiã malã domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti cõfusionẽ do- 10
mui tuæ, cõcidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete 11
clamabit: & lignũ quod inter iuncturas ædificiorũ est, respõdebit. ¶ Væ qui ædi- 12
ficat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbẽ in iniquitate. Nunquid nõ hæc 13
sunt à Dño exercituũ? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuũ, & deficient. Quia replebitur terra, vt 14
cognoscãt gloriã Dñi, quasi aquæ operiẽtes mare. Væ qui potum dat amico suo, 15
mittens fel suũ, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. Repletus es ignominia 16
ꝓ gloria: bibe tu quoque, & cõsopire: circũdabit te calix dexteræ Dñi, & vomitus ignominiæ super gloriã tuam. Quia 17
iniquitas Libani operiet te, & vastitas animaliũ deterrebit eos de sanguinib. hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omniũ habitantiũ in ea. Quid prodest 18
sculptile, ꝙ sculpsit illud fictor suus cõflatile & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulachra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti. nũquid ipse docere poterit? Ecce, ipse coopertꝰ est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. ¶ Dñs autem in templo 20
sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

CAPVT III.

ORATIO HABACVC *PRO IGNORANTIIS.

DOmine audiui auditionem tuam, & timui: Dñe opus tuũ in medio annorum, viuifica illud: in medio annorum notum facies: cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. 2
Deus ab Austro veniet, & sanctus de mõte Pharan. Semper Operuit cęlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. 3
Splẽdor eiꝰ vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscõdita est fortitudo eius. 4
Ante faciẽ eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. 5
Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mũdi, ab itineribus æternitatis eius. 6
Pro iniquitate vidi tẽtoria Aethiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. 7
Nunquid in fluminibus iratus es Dñe? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, quia ascẽdis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio? 8
Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Semper Fluuios scindes terræ. 9
Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum trãsiit, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. 10
Sol & luna steterũt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarũ ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. 11
In fremitu conculcabis terram: *in furore obstupefacies Gentes. 12
Egressus es in salutẽ populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum *vsque ad collum. Semper. 13
Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorũ, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. 14
Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. 15
Audiui, & cõturbatus est vẽter meus, à voce cõtremuerũt labia mea: ingrediatur putredo in ossib. meis, & subter me scateat: vt requiescã in die tribulationis, vt ascẽdam ad populũ accinctum nostrum. 16
Ficus enim non florebit, & nõ erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua nõ afferẽt cibũ: abscindetur de ouili pecus, & nõ erit armẽtum in præsepibus. 17
Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. 18
Deus Dñs fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem. 19

PROPHETIA SOPHONIAE.

CAP. I.

VErbum Dñi quod factum est ad Sophoniã filiũ Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. 1
Congregans congregabo omnia à facie 2
terræ, dicit Dñs: congregans hominẽ & 3
pecus, congregans volatilia cæli & pisces maris: & ruinæ impiorũ erunt: & disperdam homines à facie terræ, dicit Dñs.
Et extendã manũ meã super Iudam & 4
super oẽs habitantes Ierusalẽ: & disperdã de loco hoc reliquias Baal, & nõa ædi-

*& MS. R. G. Verũ Hier. & H. non legunt.
* eius MS. R. Verùm H. & G. nõ legunt.
a quia 2 MS H. C. G q.
a ascendes 2 MS. Hier. H. G. & conformius G q.
a ad vocem 4 MS. Hier. H. C. Similiter Texini legunt G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuorum cũ ſacerdotibus: & eos qui adorãt ſup tecta militiã cæli,& adorãt,& iurãt in Dño, & iurant in Melchom; Et qui auertuntur de poſt tergũ Dñi , & qui nõ quæſierũt Dñm , nec inueſtigauerunt eũ. Silete à facie Dñi Dei : quia iuxtà eſt dies Dñi,quia præparauit Dñs hoſtiã, ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit:in die hoſtiæ Dñi viſitabo ſup principes,& ſup filios regis , & ſuper oẽs qui induti ſunt veſte peregrina:& viſitabo ſuper omnem qui arrogãter ingreditur ſuper limen in die illa, qui cõplent domũ Dñi–Dei ſui' iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit Dñs,vox clamoris à porta piſcium,& vlulatus à Secunda,& contritio magna à collibus. Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis populus Chanáan,diſperierũt oẽs inuoluti argẽto. Et erit in tẽpore illo:ſcrutabor Ieruſalẽ in lucernis , & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicũt in cordib⁹ ſuis, Nõ faciet bene Dñs, & nõ faciet malè. Et erit fortitudo eorũ in direptionẽ,& domus eorũ in deſertũ:‖ & ædificabunt domos, & nõ habitabũt: & plantabũt vineas, & nõ bibent vinũ earũ. Iuxtà eſt dies Dñi magnus, iuxtà eſt & velox nimis : vox diei Dñi amara,tribulabit ibi fortis. ‖ Dies iræ dies illa , dies tribulationis & angustiæ,dies calamitatis & miſeriæ , dies tenebrarũ & caliginis , dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos.

Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci,quiaDño peccauerũt: & effundet ſanguis eorũ ſicut humus,& corpora eorũ ſicut ſtercora. ‖ Sed & argentũ eorũ, & aurũ eorũ nõ poterit liberare eos in die iræ Dñi: ‖ in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cõſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

CAP. II.

COnuenite,cõgregamini gẽs nõ amabilis: Priuſquã pariat iuſſio quaſi puluerẽ trãſeuntẽ diẽ,antequã veniat ſuper vos ira furoris Dñi,–antequã veniat ſuper vos dies indignationis Dñi', Quærite Dñm oẽs manſueti terræ,qui iudiciũ eius eſtis operati: quærite iuſtũ, quærite manſuetũ:ſi quomodo abſcondamini in die furoris Dñi. Quia Gaza deſtructa erit,& Aſcalõ in deſertũ,Azotũ in meridie eiiciẽt,& Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculũ maris, gens perditorũ:verbum Dñi ſuper vos Chanáan terra Philiſthinorũ,& diſperdã te , ita vt nõ ſit inhabitator. Et erit funicul⁹ maris requies paſtorũ & caulæ pecorũ: & erit funiculus ei⁹ qui remãſerit de domo Iuda,ibi paſcẽtur: in domibus Aſcalonis ad veſperã requieſcẽt: quia viſitabit eos Dñs Deus eorum, & auertet captiuitatẽ eorũ. Audiui opprobriũ Moab , & blaſphemias filiorũ Ammõ : quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati ſunt ſup terminos eorũ. Propterea viuo ego, dicit Dñs exercituum Deus Iſraël: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammõ quaſi Gomorrha,ſiccitas ſpinarũ,& acerui ſalis,& deſertũ vſq. in æternum : reliquiæ populi mei diripiẽt eos, & reſidui gentis meæ poſsidebũt illos. Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua : quia blaſphemauerũt, & magnificati ſunt ſuper populum Dñi exercituũ. Horribilis Dñs ſuper eos, & attenuabit oẽs deos terræ:& adorabũt eũ viri de loco ſuo,omnes inſulæ Gentium.

Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manũ ſuã ſuper Aquilonẽ,& perdet Aſſur: & ponet Specioſam in ſolitudinẽ & in inuiũ & quaſi deſertũ. ‖ Et accubabunt in medio eius greges,oẽs beſtiæ Gentiũ:& onocrotalus & ericius in liminibus eius morabũtur: vox cantantis in feneſtra , coruus in ſuperliminari,qm attenuabo robur eius.

Hæc eſt ciuitas glorioſa habitãs in cõfidentia: quæ dicebat in corde ſuo , Ego ſum,& extra me nõ eſt alia ampli⁹. quomodo facta eſt in deſertũ cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eã,ſibilabit,& mouebit manum ſuam.

CAP. III.

VAe prouocatrix & redẽpta ciuitas, columba. Nõ audiuit vocẽ, & non ſuſcepit diſciplinã: in Dño nõ eſt cõfiſa, ad Deũ ſuũ nõ appropinquauit. ‖ Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſpere, nõ relinquebãt in manè. Prophetæ eius veſani, viri infideles: ſacerdotes eius polluerunt ſanctũ, iniuſtè egerunt cõtra legem. Dñs iuſtus in medio eius nõ faciet iniquitatẽ:manè manè iudiciũ ſuũ dabit in lucẽ, & nõ abſcondetur : neſciuit autem iniquus confuſionẽ. Diſperdidi Gẽtes, & diſsipati ſunt anguli earũ:deſertas feci vias eorũ,dũ nõ eſt qui tranſeat : deſolatæ ſunt ciuitates eorũ, nõ remanente viro,neq. vllo habitatore. Dixi , attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinã: & non peribit habitaculũ eius,propter omnia in quibus viſitaui eã : veruntamẽ diluculo ſurgẽtes corruperũt omnes cogitationes ſuas. Quapropter expecta me,dicit Dñs, in die reſurrectionis meæ in futurũ,quia iudiciũ meũ vt congregẽ Gentes, & colligã regna : & effundã ſuper eos indignationẽ meã,omnẽ irã furoris mei: ‖ in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

Quia tunc reddã populis labiũ electũ, vt inuocẽt oẽs in nomine Dñi, & ſeruiãt ei humero vno. Vltra flumina Aethiopiæ,inde ſupplices mei filij diſperſorum meorũ deferẽt munus mihi. In die illa nõ cõfundẽris ſup cunctis adinuẽtionibus tuis,quib⁹ prævaricata es in me:quia tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & nõ adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo. Et derelinquã in medio tui populũ pauperẽ & egenũ:& ſperabũt in nomine Dñi. Reliquiæ

Iſraël

–7 MS. R H.C.

–G q. *Textus autẽ reſpondet Græco,& Regio,& Vaticano.*

Amos 5,11.

Ierem. 30, 7. *Ioel* 2, 11. *Amos* 5,18.

Ezech. 7, 19.

Infr. 3,8.

–o.

Sup. 1,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iſraël nō faciēt iniquitatē, nec loquentur mendaciū, & nō inuenietur in ore eorum lingua doloſa: qm̄ ipſi paſcētur & accubabunt, & nō erit qui exterreat. Lauda filia Siō, iubila Iſraël: lætare, & exulta in omni corde filia Ieruſalē. Abſtulit Dñs iudiciū tuū, auertit inimicos tuos: rex Iſraēl Dñs in medio tui, nō timebis malū vltrà. In die illa dicetur Ieruſalē, Noli timere: Siō, nō diſſoluantur manus tuæ. Dñs Deus tuus, in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia, filebit in dilectione tua, *exultabit ſuper te in laude. Nugas qui à lege receſſerāt, cōgregabo, quia ex te erant: vt nō vltrà habeas ſuper eis opprobrium. Ecce ego interficiā oēs qui afflixerunt te in tēpore illo: ‖ & ſaluabo claudicantē, & eam quæ ejecta fuerat cōgregabo: & ponā eos in laudē & in nomē, in omni terra cōfuſionis eorū: In tēpore illo quo adducā vos, & in tēpore quo cōgregabo vos: dabo enim vos in nomē, & in laudem omnibus populis terræ, cùm cōuertero captiuitatē veſtram coram oculis veſtris, dicit Dñs.

PROPHETIA AGGAEI.

CAP. I.

IN ‖ anno ſecūdo Darij regis, in mēſe ſexto, in die vna mēſis: factū eſt verbū Dñi in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducē Iuda, & ad Ieſum filiū Ioſedec ſacerdotē magnum, dicēs, Hæc ait Dñs exercituū, dicēs, Popul' iſte dicit, Nondū venit tēpus domus Dñi ædificandæ. Et factū eſt verbū Dñi in manu Aggæi prophetæ, dicēs, Nunquid tēpus vobis eſt vt habitetis in domibus *laqueatis, & domus iſta deſerta? Et nūc hæc dicit Dñs exercituū, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. ‖ ſeminaſtis multū, & intuliſtis parū: comeditis, & nō eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & nō eſtis calefacti: & q̄ mercedes cōgregauit, miſit eas in ſacculū pertuſum. Hæc dicit Dñs exercituū, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, aſcēdite in mōtē, portate ligna, & ædificate domū: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dñs. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factū eſt minus: & intuliſtis in domū, & exuffiaui illud: quā ob cauſam, dicit Dñs exercituū? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſq. in domū ſuā. Propter hoc ſup vos prohibiti ſunt cœli ne darēt rorem, & terra prohibita eſt ne daret germē ſuū: & vocaui ſiccitatē ſuper terrā, & ſuper montes, & ſuper triticū, & ſuper vinū, & ſuper oleū, & quæcumq. profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumēta, & ſuper omnē laborē manuū. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos magnus, & oēs reliquiæ populi vocē *Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eū Dñs Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Dñi. Et dixit Aggæus nuntius Dñi de nūtiis Dñi, populo dicens, Ego vobiſcum ſum, dicit Dñs. Et ſuſcitauit Dñs ſpiritū Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni, & ſpiritū reliquorū de omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo Dñi exercituum Dei ſui.

*Domini 4 MS.R. H.G.C.

CAP. II.

IN die viceſima & quarta mēſis, in ſexto menſe, in anno ſecūdo Darij regis. In ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis: factū eſt verbū Dñi in manu Aggæi prophetæ, dicēs, Loquere ad Zorobabel filiū Salathiel ducē Iuda, & ad Ieſum filiū Ioſedec ſacerdotē magnū, & ad reliquos populi, dicens, Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domū iſtā in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita eſt, quaſi nō ſit in oculis veſtris? Et nunc cōfortare Zorobabel, dicit Dñs: & cōfortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, & cōfortare omnis populus terræ, dicit Dñs exercituū: & facite (qm̄ ego vobiſcum ſum, dicit Dñs exercituū) verbū quod pepigi vobiſcū cùm egrederemini de Terra-Aegypti: & ſpiritus meus erit in medio veſtrū: nolite timere. Quia hæc dicit Dñs exercituū, ‖ Adhuc vnū modicū eſt, & ego commouebo cælū & terrā, & mare, & aridā. Et mouebo oēs gentes, ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus: & implebo domū iſtā gloria, dicit Dñs exercituum. Meū eſt argētū, & meū eſt aurū, dicit Dñs exercituū. Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ plus quā primæ, dicit Dñs exercituū: & in loco iſto dabo pacē, dicit Dñs exercituū. In viceſima & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darij regis, factū eſt verbum Dñi ad Aggæū prophetā, dicēs, Hæc dicit Dñs exercituū, Interroga ſacerdotes legē, dicēs, Si tulerit homo carnē ſanctificatam in ora veſtimēti ſui, & tetigerit de ſummitate eius, panē, aut pulmentū, aut vinū, aut oleū, aut omnē cibū: nunquid ſanctificabitur? Reſpondentes autē ſacerdotes, dixerūt, Nō. Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et reſponderūt ſacerdotes, & dixerunt, Contaminabitur. Et reſpondit Aggæus, & dixit, Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciē meā, dicit Dñs, & ſic omne opus manuū eorū; & oīa quæ obtulerūt ibi, cōtaminata erūt. Et nūc ponite corda veſtra, à die hac & ſuprà, antequā poneretur lapis ſup lapidem in tēplo Dñi, Cùm accederetis ad acerūū viginti modiorū, & fierēt decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti: ‖ Percuſsi vos vēto vrēte, & aurugine, & grandine oīa opera manuū veſtrarū: & nou

Heb.12, 26

Amos 4,9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& nō fuit in vobis qui reuerteret ad me, dicit Dñs. Ponite corda vestra ex die ista 19
& in futurū, à die vicesima & quarta noni mēsis: à die qua fundamēta iacta sunt tēpli Dñi, ponite super cor vestrū. Nūquid iá semē in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatū & lignū oliuæ nō floruit? ex die ista benedicam. Et factū est verbū Dñi secundò ad Aggæum, in vicesima & quarta mēsis, dicens, Loquere ad Zorobabel ducē Iuda, dicēs, Ego mouebo cælū pariter & terrā. Et subuertam soliū regnorū, & cōterā fortitudinē regni Gentiū: & subuertā quadrigam & ascensorē eius: & descēdēt equi, & ascēsores eorū, vir in gladio fratris sui. In die illa, dicit Dñs exercituū, assumam te ‖ Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Dñs: & ponā te quasi signaculū, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

Eccl.49,13.

PROPHETIA ZACHARIAE.

CAP. I.

IN mense octauo, in anno secūdo Darij, factū est verbū Dñi ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetā, dicēs, Iratus est Dñs sup patres vestros iracūdia. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs exercituū, ‖ Cōuertimini ad me, ait Dñs exercituū: & cōuertar ad vos, dicit Dñs exercituum. Ne fitis sicut patres vestri, ‖ ad quos clamabāt pphetæ priores, dicētes, Hæc dicit Dñs exercituū, ‖ Cōuertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & nō audierūt, neq. attēderūt ad me, dicit Dñs. Patres vestri vbi sunt? & prophetæ nunquid in sempiternū viuēt? Veruntamen verba mea & legitima mea quę mandaui seruis meis prophetis, nunquid nōcōprehenderunt patres vestros? & cōuersi sunt, & dixerūt, Sicut cogitauit Dñs exercituū facere nobis secundū vias nostras, & secūdum adinuentiones nostras fecit nobis.

Mala.3,7. Isa.21,8. 31,6.45,22 Ierc.3.12. 15,19,31, 18. Exe.18,30 20,7.33,11 Osee 14,2. Ioel 2,12.

In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabat, in anno secūdo Darij, factū est verbū Dñi ad Zachariā filiū Barachiæ filij Addo prophetā, dicēs: Vidi per noctē, & ecce vir ascendēs sup equū rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo: & post eū equi rufi, varij & albi. Et dixi, Quid sunt isti Dñe mi? & dixit ad me angelus * qui loquebatur in me, Ego ostendā tibi quid sint hæc. Et respōdit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit Dñs, vt perambulent terrā. Et respōderūt angelo Dñi qui stabat inter myrteta, & dixerūt, Perambulauimus terrā, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. Et respōdit angelus Dñi, & dixit, Dñe exercituū vsquequo tu nō misereberis Ierusalē & vrbiū Iuda, quibus iratus es, iste-iā' septuagsimus annus est? Et respōdit Dñs angelo qui loquebatur in me verba bona, verba cōsolatoria. Et dixit ad me angelus q̄ loquebatur in me, Clama, dicēs, Hæc dicit Dñs exercituū, ‖ Zelatus sum Ierusalē & Siō zelo magno. Et ira magna ego iratus sum parū, ipsi verò adiuuerūt in malū. Propterea hęc dicit Dñs, reuertar ad Ierusalē in misericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait Dñs exercituum, & perpendiculū extendetur super Ierusalē. Adhuc clama, dicēs, Hæc dicit Dñs exercituū, Adhuc affluēt ciuitates meæ bonis: & cōsolabitur adhuc Dñs Siō, & eliget adhuc Ierusalem. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelū qui loquebat in me, Quid sunt hęc? Et dixit ad me, Hęc sunt cornua quæ ventilauerūt Iudā, & Israēl, & Ierusalē. Et ostendit mihi Dñs quatuor fabros. Et dixi, Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicens, Hæc sunt cornua quæ vētilauerūt Iudā per singulos viros, & nemo eorū leuauit caput suū: & venerūt isti deterrere ea, vt deiiciant cornua gētiū quæ leuauerūt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

Laſ.54.

6,12. 1,18.

**Domini MS Verū R. Hier. H.G. & C nō addunt.*

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mēsorum. Et dixi, Quò tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalē, & videā quāta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebat, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eū, Curre, loquere ad puerū istū, dicēs, Absq. muro habitabitur Ierusalē prę multitudine hominū & iumentorū in medio eius. Et ego ero ei, ait Dñs, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O, ô, fugite de terra Aquilonis, dicit Dñs: qm̄ in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dñs. O Siō fuge quæ habitas apud filiā Babylonis: qa hæc dicit Dñs exercituū, Post gloriā misit me ad gētes quę spoliauerūt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillā oculi mei: quia ecce ego leuo manū meā super eos, & erunt prædæ his qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia Dñs exercituū misit me. Lauda, & lætare filia Siō: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dñs. Et applicabūtur gētes multæ ad Dñm in die illa, & erūt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dñs exercituum misit me ad te. Et possidebit Dñs Iudā partē suā in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie Dñi: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

—9 MS. Hier. H. G. C. Q n.

—MS. Hier. H. G.

CAP. III.

ET ostendit mihi Dñs Iesum sacerdotē magnū stantē corā angelo Dñi: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dñs ad satan, Increpet Dñs in te satan: & increpet Dñs in te, qui elegit Ierusalem: nunquid non iste torris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iſte torris eſt, erutus de igne? Et Ieſus 3
erat indutus veſtibus ſordidis: & ſtabat
ante facié angeli. Qui reſpondit, & ait 4
ad eos qui ſtabāt corā ſe, dicens, Auferte
veſtimēta ſordida ab eo. Et dixit ad eū,
Ecce, abſtuli à te iniquitatē tuā, & indui
te mutatoriis. Et dixit, Ponite cidarim 5
mundā ſuper caput eius. Et poſuerunt ci-
darim mundā ſuper caput eius, & indue-
rūt eum veſtibus: & angelus Dñi ſtabat.
Et cōteſtabatur angelus Dñi Ieſum, di- 6
cens, Hæc dicit Dñs exercituum, Si in 7
viis meis ambulaueris, & cuſtodiā meā
cuſtodieris: tu quoque iudicabis domum
meā, & cuſtodies atria mea, & dabo tibi
ambulātes de his qui nunc hîc aſſiſtunt.
Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici 8
tui qui habitāt corā te, quia viri porten-
dentes ſunt. ecce enim ego ‖ ADDV-
CAM SERVVM MEVM O-
RIENTEM. Quia ecce lapis quem 9
dedi corā Ieſu: ſuper lapidē vnū ſeptem
oculi ſunt: ecce ego celabo ſculpturā ei⁹,
ait Dñs exercituū: & auferā iniquitatem
terræ illius in die vna. In die illa, dicit 10
Dñs exercituum, vocabit vir amicum
ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum.

CAP. IIII.

ET reuerſus eſt angelus qui loquebā- 1
tur in me: & ſuſcitauit me, quaſi virū
qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. Et dixit ad 2
me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce
candelabrū aureū totū, & lāpas eius ſup
caput ipſius: & ſeptē lucernæ eius ſuper
illud: & ſeptē * infuſoria lucernis quæ e-
rant ſuper caput eius. Et duæ oliuæ ſu- 3
per illud: vna à dextris lampadis, & vna
à ſiniſtris eius. Et reſpōdi, & aio ad an- 4
gelū qui loquebatur in me: dicens, Quid
ſunt hæc, Dñe mi? Et reſpōdit angelus 5
qui loquebatur in me, & dixit ad me,
Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi,
Non, Dñe mi. Et reſpōdit, & ait ad me, 6
dicens, Hoc eſt verbum Dñi ad Zoroba-
bel, dicēs, Nō in exercitu, nec in robore:
ſed in ſpiritu meo, dicit Dñs exercituū.
Quis tu mons magne corā Zorobabel? 7
in planū: & educet lapidē primarium, &
exæquabit gratiā gratiæ eius. Et factum 8
eſt verbū Dñi ad me, dicēs, Manus Zo- 9
robabel fundauerunt domū iſtā, & man⁹
eius perficient eā: & ſcietis quia Dñs ex-
ercituum miſit me ad vos. Quis enim 10
deſpexit dies paruos? & lætabūtur, & vi-
debunt lapidē ſtanneū in manu Zoroba-
bel. Septē iſti: oculi ſunt Dñi, qui diſcur-
runt in vniuerſam terrā. Et reſpondi, & 11
dixi ad eū, Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad
dexterā cādelabri, & ad ſiniſtrā eius? Et 12
reſpōdi ſecūdò, & dixi ad eū, Quid ſunt
duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo
roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex
auro? Et ait ad me, dicēs, Nūquid neſcis 13
quid ſunt hæc? Et dixi, Nō, Dñe mi. Et 14
dixit, Iſti ſunt duo filij olei-ſplendoris⁹,
qui aſſiſtūt dominatori vniuerſæ terræ.

CAP. V.

1 ET conuerſus ſum, & leuaui oculos
meos: & vidi, & ecce volumē volās.
2 Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi,
*Ego video volumē volās: lōgitudo eius *Ecce MS.
viginti cubitorū, & latitudo eius decem R.
3 cubitorū. Et dixit ad me, Hæc eſt male-
dictio quæ egreditur ſup facié omnis ter-
ræ: qa omnis fur, ſicut ibi ſcriptū eſt, iu-
dicabitur: & omnis iurās, ex hoc ſimili-
4 ter iudicabitur. Educā illud, dicit Dñs
exercituū: & veniet ad domū furis, & ad
domū iurātis in nomine meo mēdaciter,
& cōmorabitur in medio domus eius, &
cōſumet eam', & ligna eius, & lapides meā 19 MS.
5 eius. Et egreſſus eſt angelus qui loque- R. Q.n.
batur in me: & dixit ad me, Leua oculos
tuos, & vide quid eſt hoc quod egreditur.
6 Et dixi, Quidnā eſt? Et ait, Hæc eſt am
phora egrediēs. Et dixit, ‖ Hæc eſt oculus ‖ Hic 11
7 eorū in vniuerſa terra. Et ecce talēntum MS. R. G.
plūbi portabatur, & ecce mulier vna ſe-
8 dēs in medio amphoræ. Et dixit, Hæc
eſt impietas. Et ꝓiecit eā in medio am-
phoræ, & miſit maſſam plūbeā in os ei⁹.
9 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce
duæ mulieres egrediētes, & ſpiritus in a-
lis earū, & habebāt alas quaſi alas milui:
& leuauerūt amphorā inter terrā & cælū.
10 Et dixi ad angelum qui loquebatur in
11 me, Quò iſtæ deferūt amphorā? Et di-
xit ad me, Vt ædificetur ei domus in ter-
ra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi
ſuper baſem ſuam.

CAP. VI.

1 ET conuerſus ſum, & leuaui oculos
meos, & vidi: & ecce quatuor quadri-
gæ egrediētes de medio duorū montiū: &
2 mōtes, montes ærei. In quadriga prima
equi ruſi, & in quadriga ſecunda equi ni-
3 gri: & in quadriga tertia equi albi, & in
4 quadriga quarta equi varij*, fortes. Et *& MS. R.
reſpōdi, & dixi ad angelū qui loquebatur G. Verū ſ. H. & C nō
5 in me, Quid ſunt hęc Dñe mi? Et reſpō- addit ur.
dit angelus, & ait ad me, Iſti ſunt quatuor
venti cæli, qui egrediuntur vt ſtent corā
6 dominatore omnis terræ. In qua erant
equi nigri, egrediebātur in terrā Aquilo-
nis: & albi egreſſi ſunt poſt eos: & varij
7 egreſſi ſunt ad terrā Auſtri. Qui autē
erāt robuſtiſſimi, exierūt, & quærebāt ire
& diſcurrere per oēm terrā. Et dixit, Ite,
perambulate terrā. & perambulauerunt
8 terrā. Et vocauit me, & locut⁹ eſt ad me,
dicens, Ecce, qui egrediuntur in terrā A-
quilonis, requieſcere fecerūt ſpiritū meū
9 in terra Aquilonis. Et factū eſt verbum
10 Dñi ad me, dicēs, Sume à trāſmigratiōe
ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia: & ve-
nies tu in die illa, & intrabis domū Ioſiæ
filij Sophoniæ, qui venerūt de Babylone.
11 Et ſumes aurū & argentū, & facies co-
ronas: & pones in capite Ieſu filij Ioſedec
12 ſacerdotis magni, & loquēris ad eū, di-
cēs, Hæc ait Dñs exercituū, dicēs, ‖ E C- Sup. 3,8.
CE VIR ORIENS NOMEN E- Luc. 1,38.
IVS: & ſubter eū orietur, & ædificabit

templum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

templum Dño. Et ipſe extruet templũ 13
Dño: & ipſe portabit gloriã, & ſedebit, &
dominabitur ſup ſolio ſuo: & erit ſacer-
dos ſuper ſolio ſuo, & cõſilium pacis erit
inter illos duos. Et coronæ erũt Helem, 14
& Tobiæ, & Idaiæ, & Hẽ filio Sophoniæ,
memoriale in tẽplo Dñi. Et qui procul 15
ſunt, veniẽt, & ædificabũt in tẽplo Dñi;
& ſcietis quia Dñs exercituũ miſit me ad
vos. Erit autem hoc, ſi auditu audieritis
vocem Domini Dei veſtri.

CAP. VII.

ET factũ eſt in anno quarto Darij re- 1
gis, factũ eſt verbũ Dñi ad Zachariã,
in quarta mẽſis noni, qui eſt Caſleu. Et 2
miſerũt ad domũ Dei Saraſar & Rogom-
melech, & viri qui erãt cũ eo, ad depre-
candã faciẽ Dñi: vt dicerẽt ſacerdotib⁹ 3
domus Dñi exercituum & prophetis, lo-
quẽtes, Nũquid flendũ eſt mihi in quin-
to mẽſe, vel ſanctificare me debeo: ſicut
iã feci multis annis? Et factũ eſt verbũ 4
Dñi exercituũ ad me, dicẽs, Loquere ad 5
Iſa.58,5. omnẽ populũ terræ, & ad ſacerdotes, di-
cens, ‖ Cùm ieiunaretis, & plangeretis in
quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta
annos: nunquid ieiuniũ ieiunaſtis mihi?
& cùm comediſtis & bibiſtis: nunquid 6
non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis
bibiſtis? Nunquid non ſunt verba, quæ 7
locutus eſt Dñs in manu prophetarum
priorum, cùm adhuc Ieruſalẽ habitare-
tur, & eſſet opulenta, ipſa & vrbes in cir-
cuitu eius, & ad Auſtrũ, & in cãpeſtribus
habitaretur? Et factũ eſt verbũ Dñi ad 8
Zachariã, dicens, Hæc ait Dñs exerci- 9
tuũ, dicẽs, Iudiciũ verũ iudicate: & mi-
Exo.22,22 ſericordiam & miſerationes facite vnuſ-
Iſa.1,23. quiſq. cũ fratre ſuo. ‖ Et viduã & pu- 10
Ier.5,28. pillũ, & aduenã, & pauperẽ nolite calũ-
niari: & malũ vir fratri ſuo nõ cogitet in
corde ſuo. Et noluerunt attẽdere, & a- 11
uerterunt ſcapulã recedẽtes, & aures ſuas
aggrauauerũt, ne audirẽt. Et cor ſuũ po- 12
ſuerunt vt adamantẽ, ne audirent legẽ &
verba quæ miſit ⁿDeus exercituũ in ſpi-
ritu ſuo per manũ prophetarũ priorũ: &
facta eſt indignatio magna à Dño exer-
cituũ. Et factum eſt ſicut locutus eſt, & 13
*ſicut o. *nõ audierũt: ſic clamabunt, & nõ exaudiã, dicit Dñs exercituum. Et diſperſi 14
eos per omnia regna quæ neſciunt: & ter-
ra deſolata eſt ab eis, eò quòd non eſſet
tranſiens & reuertens: & poſuerunt ter-
ram deſiderabilem in deſertum.

CAP. VIII.

ET factũ eſt verbũ Dñi exercituũ, di- 1
cẽs, Hæc dicit Dñs exercituũ, ‖ Ze- 2
Sup.1,14. latus ſum Siõ zelo magno, & indignatio-
ne magna zelatus ſum eam. Hæc dicit 3
Dñs exercituũ, Reuerſus ſum ad Sion: &
habitabo in medio Ieruſalẽ: & vocabitur
Ieruſalẽ Ciuitas veritatis, & Mons Dñi
exercituũ, mõs ſanctificatus. Hæc dicit 4
Dñs exercituũ, Adhuc habitabunt ſenes,
& anus in platẽis Ieruſalẽ: & ⁿ viri baculus in manu eius præ multitudine dierũ.
5 Et plateæ ciuitatis cõplebuntur infan-
tibus & puellis ludẽtibus in platẽis eius.
6 Hæc dicit Dñs exercituũ, Si videbitur
difficile in oculis reliquiarũ populi huius
in dieb. illis, numquid in oculis meis diſ-
ficile erit, dicit Dñs exercituũ? Hæc dicit
7 Dñs exercituũ, Ecce ego ſaluabo popu-
lum meum de terra Orientis, & de terra
8 Occaſus ſolis. Et adducã eos, & habi-
tabũt in medio Ieruſalẽ: & erunt mihi in
populũ, & ego ero eis in Deũ in veritate
9 & in iuſtitia. Hæc dicit Dñs exercituũ,
Cõfortentur manus veſtræ, qui auditis
in his diebus ſermones iſtos per os pro-
phetarum in die qua fundata eſt domus
Dñi exercituũ, vt templũ ædificaretur.
10 Siquidẽ ante dies illos merces hominũ
nõ erat, nec merces iumentorũ erat, neq.
introeunti neq. exeunti erat pax præ tri-
bulatione: & dimiſi omnes homines v-
numquemque contra proximum ſuum.
11 Nunc autem nõ iuxta dies priores ego
faciam reliquiis populi huius, dicit Dñs
exercituũ, ſed ſemẽ pacis erit: vinea da-
bit fructũ ſuũ, & terra dabit germẽ ſuũ,
12 & cæli dabunt rorẽ ſuũ: & poſſidere fa-
ciã reliquias populi huius vniuerſa hæc.
13 Et erit: ſicut eratis maledictio in Gẽti-
bus, domus Iuda & domus Iſraël: ſic ſal-
uabo vos, & eritis benedictio: nolite ti-
14 mere, cõfortentur manus veſtræ. Quia
hæc dicit Dñs exercituũ, Sicut cogitaui
vt affligerẽ vos, cùm ad iracundiã pro-
caſſent patres veſtri me, dicit Dñs*, & nõ *exercituũ 5 MS.H. C.G.
15 ſum miſertus: ſic cõuerſus cogitaui in
diebus iſtis vt benefaciã domui Iuda &
16 Ieruſalẽ: nolite timere. Hæc ſunt ergo
verba quæ facietis, ‖ Loquimini veritatẽ Eph.4,25.
vnuſquiſq. cũ proximo ſuo: veritatẽ &
iudicium pacis iudicate in portis veſtris.
17 Et vnuſquiſq. malũ cõtra amicũ ſuum
ne cogitetis in cordibus veſtris: & iura-
mentũ mendax ne diligatis. omnia enim
18 hæc ſunt quæ odi, dicit Dñs. Et factum
eſt verbum Dñi exercituũ ad me, dicẽs,
19 Hęc dicit Dñs exercituũ, Ieiuniũ quar-
ti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium ſeptimi,
& ieiunium decimi erit domui Iudæ in
gaudiũ & lætitiã & in ſolennitates præ-
claras: veritatem tantũ & pacẽ diligite.
20 Hæc dicit Dñs exercituum, Vſquequo
veniãt populi, & habitent in ciuitatibus
21 multis, & vadãt habitatores vnus ad al-
terũ, dicentes, Eamus, & deprecemur fa-
ciem Domini, & quæramus Dominum
22 exercituum, vadam etiam ego. Et ve-
nient populi multi, & gentes robuſtæ
ad quærendum Dominum exercituum
in Ieruſalem, & deprecandam faciẽ Do-
23 mini. Hæc dicit Dominus exercituum,
In diebus illis, in quibus apprehẽdẽt de-
cem homines ex omnibus linguis Gen-
tium, & apprehendent fimbriam viri Iu-
dæi, dicentes, Ibimus vobiſcum: audiui-
mus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. IX.

ONus verbi Dñi in terra Hadrach & Damasci requiei eius: quia Dñi est oculus hominis, & omniũ tribuũ Israël. 1
Emath quoq. in terminis eius, & Tyr⁹, & Sidon: assumpserũt quippe sibi sapiẽtiam valde. Et ædificauit Tyrus munitionem suã, & coaceruauit argentũ quasi humũ, & aurũ vt lutum platearũ. Ecce Dñs possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hæc igni deuorabitur. 2 3 4
Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniã cõfusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon nõ habitabitur. Et sedebit separator in Azoto, & disperdã superbiam Philisthinorũ. Et auferã sanguinẽ eius de ore eius, & abominationes ei⁹ de medio dentiũ eius: & relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus. Et circundabo domũ meã ex his qui militãt mihi euntes & reuertentes, & non trãsibit super eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis. 5 6 7 8
‖ Exulta satis filia Siõ, iubila filia Ierusalẽ: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascendẽs super ᵃasinũ' & super pullum filiũ asinæ. Et ᵃdisperdã' quadrigã ex Ephraim, & equũ de Ierusalẽ, & dissipabitur arcus belli: & loquetur pacẽ Gẽtibus, & potestas eius à mari vsq. ad mare, & à fluminibus vsq. ad fines terræ. 9 10
Tu quoque in sanguinẽ testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. 11
Cõuertimini ad munitionẽ vincti spei, hodie quoq. annũtiãs duplicia reddã tibi. 12
Quoniã extendi mihi Iudã quasi arcũ, impleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponã te quasi gladiũ fortiũ. Et Dñs Deus super eos videbitur, & exibit, vt fulgur, iaculũ eius: & Dñs Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri. Dñs exercituum protget eos: & deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabũtur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos 13 14 15 16
Dominus Deus eorum in die illa, vt gregẽ populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius: nisi frumentum electorum, & vinũ germinans virgines? 17

CAP. X.

PEtite à Dño pluuiã in tẽpore serotino, & Dñs facier niues, & pluuiã imbris dabit eis, singulis herbam in agro. 1
Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderũt mendaciũ, & somniatores locuti sunt frustra: vanè cõsolabãtur, idcirco abducti sunt quasi grex: affligẽtur, quia nõ est eis pastor. Sup pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitauit Dñs exercituũ gregem suũ domũ Iuda, & posuit eos quasi equũ gloriæ suæ in bello. 2 3
Ex ipso ᵃangulus', ex ipso paxillus, ex ipso arcus prœlij, ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes, cõculcantes lutũ viarum in prœlio: & bellabunt, quia Dñs cũ eis: & cõfundentur ascensores equorum. 4 5
Et confortabo domum Iuda, & domũ Ioseph saluabo: & cõuertã eos, quia miserebor eorũ: & erunt sicut fuerũt quãdo non proieceram eos: ego enim Dñs Deus eorum, & exaudiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Dño. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut antè fuerant multiplicati. Et seminabo eos in populis, & délonge recordabũtur mei: & viuent cũ filiis suis, & reuertẽtur. Et reducã eos de Terra-Aegypti, & de Assyriis congregabo eos: & ad Terrã-Galaad & Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus. & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & cõfundẽtur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur, & sceptrũ Aegypti recedet. Cõfortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus. 6 7 8 9 10 11 12

CAP. XI.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniã magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, qm̃ succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorũ, quia vastata est magnificẽtia eorũ: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit Dñs Deus meus, Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebãt: & vendebant ea, dicentes, Benedictus Dñs, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis. Et ego nõ parcam vltrà super habitantes terram, dicit Dñs: ecce ego tradam homines, vnumquemq. in manu proximi sui, & in manu regis sui: & cõcîdent terrã, & nõ eruã de manu eorum. Et pascam pecus occisionis propter hoc ô pauperes gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decõrem, & alteram vocaui Funiculũ: & paui gregem. Et succîdi tres pastores in mẽse vno, & contracta est anima mea in eis: siquidẽ & anima eorũ variauit in me. 1 2 3 4 5 6 7 8
Et dixi, Nõ pascã vos: ‖ quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorẽt vnusquisq. carnẽ proximi sui. Et tuli virgã meã quę vocabatur ᵃDecus', & abscidi eã: vt irritũ facerẽ fœdus meũ quod percussi cum omnibus populis. Et in irritũ deductũ est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiũt mihi, quia verbum Dñi est. Et dixi ad eos, Si bonũ est in oculis vestris, afferte mercedem meã: & si non, quiescite. ‖ Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dñs ad me, Proiice illud ad statuarium decô- 9 10 11 12 13

Ierem. 25, 2.

ᵃDecor 6 MS. Q. n.

Matt. 27, 9.

rum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum pretiũ quo appretiatus ſum ab eis.
Et tuli triginta argenteos: & proieci illos
in domũ Dñi, ad ſtatuariũ. Et præſcidi 14
virgã meã ſecundam, quæ appellabatur
Funiculus, vt diſſoluerẽ germanitatẽ in-
ter Iudã & Iſraël. Et dixit Dñs ad me, 15
Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti.
Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorẽ in ter- 16
ra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum
non quæret, & contritũ non ſanabit, & id
quod ſtat nõ enutriet, & carnes pinguiũ
comedet, & vngulas eorũ diſſoluet. O 17
paſtor & idôlũ, derelinquẽs gregẽ: gladius
ſuper brachiũ eius, & ſuper oculum de-
xtrũ eius: brachiũ eius ariditate ſiccabi-
tur, & oculus dexter eius tenebreſcẽs ob-
ſcurabitur.

CAP. XII.

ONus verbi Dñi ſuper Iſraël. Dicit 1
Dñs extẽdens cælũ, & fundãs terrã,
& fingẽs ſpiritũ hominis in eo, Ecce e- 2
go ponã Ieruſalẽ ſuperliminare crapulæ
omnibus populis in circuitu: ſed & Iuda
erit in obſidione cõtra Ieruſalẽ. Et erit 3
in die illa, ponã Ieruſalẽ lapidem oneris
cunctis populis: omnes qui leuabunt eũ,
cõciſione lacerabũtur: & colligentur ad-
uerſus eam omnia regna terræ. In die 4
illa, dicit Dñs, percutiã omnẽ equum in
ſtuporẽ, & aſcenſorẽ eius in amentiam:
& ſuper domũ Iuda aperiã oculos meos,
& omnẽ equũ populorum percutiã cæci-
tate. Et dicent duces Iuda in corde ſuo, 5
Confortentur mihi habitatores Ieruſalẽ
in Dño exercituũ Deo eorũ. In die illa 6
ponam duces Iuda ſicut caminũ ignis in
lignis, & ſicut ᵃfacem ignis in fœno: & ᵃfaſcem o.
deuorabunt ad dexterã & ad ſiniſtrã om- ᵃfaciem o.
nes populos in circuitu: & habitabitur
Ieruſalẽ rurſus in loco ſuo in Ieruſalem.
Et ſaluabit Dñs tabernacula Iuda, ſic- 7
ut in principio: vt non magnificẽ glorie-
tur domus Dauid, & gloria habitantium
Ieruſalem cõtra Iudam. In die illa pro- 8
teget Dñs habitatores Ieruſalem, & erit
qui offenderit ex eis in die illa, quaſi Da-
uid: & domus Dauid quaſi Dei, ſicut an-
gelus Dñi in cõſpectu ᵃeorũ. Et erit in ᵃeius MS.
die illa: quærã conterere oẽs gentes quæ Q. a.
veniunt cõtra Ieruſalẽ. Et effundã ſu- 10
per domum Dauid, & ſuper habitatores
Ieruſalẽ ſpiritũ gratiæ & precũ: & ‖ aſpi- Ioh. 19, 37.
cient ad me, quẽ cõfixerunt: & plangent
eum plãctu quaſi ſuper vnigenitũ, & do-
lebunt ſuper eum vt doleri ſolet in mor-
te primogeniti. In die illa magnus erit 11
planctus in Ieruſalẽ, ‖ ſicut planctus A- 2Par. 35, 22.
dadremmõ in cãpo Mageddon. Et plã- 12
get terra: familiæ & familiæ ſeorſum: fa-
miliæ domus Dauid ſeorſum, & mulieres
eorũ ſeorſum: familiæ domus Nathan 13
ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: fa-
miliæ domus Leui ſeorſum, & mulieres
eorum ſeorſum: familiæ Semei ſeorſum,
& mulieres eorum ſeorſum. Omnes fa- 14
miliæ reliquæ, familiæ & familiæ ſeor-
ſum, & mulieres eorum ſeorſum.

CAP. XIII.

IN die illa erit fons patens domui Da- 1
uid & habitãtibus Ieruſalem, in ablu-
tionẽ peccatoris & menſtruatæ. Et ‖ erit 2
in die illa, dicit Dñs exercituum, Diſper-
dã nomina idolorum de terra, & nõ me-
morabuntur vltrà: & pſeudoprophetas, &
ſpiritũ immundũ auferã de terra. Et e- 3
rit: cũ prophetauerit quiſpiã vltrà, dicent
ei pater eius & mater eius qui genuerunt
eũ, Non viues: quia mendaciũ locutus es
in nomine Dñi. & configent eum pater
eius & mater eius, genitores eius cùm p-
phetauerit. Et erit: in die illa cõfunden- 4
tur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua
cũ ꝓphetauerit, nec operiẽtur pallio ſac-
cino, vt mentiãtur: ſed dicet, Non ſum 5
ꝓpheta, homo agricola ego ſum: quoniã
Adã exemplũ meũ ab adoleſcentia mea.
Et dicetur ei, Quid ſunt plagæ iſtæ in 6
medio manuum tuarũ? Et dicet, His pla-
gat⁹ ſum in domo eorũ qui diligebãt me.
Phramea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meũ, 7
& ſuper virũ cohærentẽ mihi, dicit Dñs
exercituum: ‖ percute paſtorẽ, & diſper-
gentur oues: & conuertã manũ meam ad
paruulos. Et erunt in omni terra, dicit 8
Dñs, partes duæ in ea ᵃdiſperdẽtur, & de-
ficient: & tertia pars relinquetur in ea.
Et ducã tertiã partẽ per ignẽ, & vram 9
eos ſicut vritur argentum: & probabo eos
ſicut probatur aurũ. Ipſe vocabit nomen
meũ, & ego exaudiã eũ. *Dicã, Populus
meus es. & ipſe dicet, Dñs Deus meus.

CAP. XIIII.

ECce ᵃvenient dies Dñi, & diuidentur 1
ſpolia tua in medio tui. Et congre- 2
gabo omnes gẽtes ad Ieruſalẽ in prœliũ,
& capietur ciuitas, & vaſtabũtur domus,
& mulieres violabũtur: & egredietur me-
dia pars ciuitatis in captiuitatẽ, & reliquũ
populi non auferetur ex vrbe. Et egre- 3
dietur Dñs, & prœliabitur contra gentes
illas, ſicut prœliatus eſt in die certaminis.
Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper 4
Montẽ oliuarũ qui eſt contra Ieruſalẽ ad
Orientẽ: & ſcindetur Mons oliuarum ex
media parte ſui ad Orientẽ & ad Occidẽ-
tẽ prærupru grandi valde, & ſeparabitur
mediũ mõtis ad Aquilonẽ, & mediũ eius
ad Meridiẽ. Et fugietis ad vallẽ montiũ 5
eorum, quoniã coniungetur vallis mon-
tium vſq. ad proximum: & fugietis ſicut
fugiſtis ‖ à facie terræmotus in diebus
Oziæ regis Iuda: & veniet Dñs Deus
meus, omneſque ſancti cum eo. Et erit 6
in die illa: non erit lux, ſed frigus & ge-
lu. Et erit dies vna quæ nota eſt Dño, 7
non dies neq. nox: & in tempore veſperi
erit lux. Et erit in die illa: exibunt aquæ 8
viuæ de Ieruſalem: medium earũ ad ma-
re Orientale, & medium earum ad mare
nouiſsimum: in æſtate & in hyeme erũt.
Et erit Dñs rex ſuper omnem terram: 9
in die illa erit Dominus vnus, & erit no-
mẽ eius vnũ. Et reuertetur omnis terra 10

ᵃvenient MS. Hier. G. ᵃvenient R. C. ᵃvenient MS. H.

vſque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vsq. ad desertū, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem: & exaltabitur, & habitabit in loco suo, à porta Ben-iamin vsq. ad locū portæ prioris, *vsq. ad portā angulorū: & à turre Hananeel vsq. ad torcularia regis. Et habitabunt in ea, & a- 11
thema nō erit amplius: sed sedebit Ierusalē secura. Et hęc erit plaga qua per- 12
cutiet Dñs omnes gētes quæ pugnauerūt aduersus Ierusalē, Tabescet caro vniuscuiusq. stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorū cōtabescet in ore suo. In die 13
illa erit tumultus Dñi magnus in eis: & apprehēdet vir manū proximi sui, & cōseretur manus eius sup manū proximi sui.
Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalē: & congregabūtur diuitiæ omniū gentium in circuitu, aurū & argentū & vestes multæ satis. Et sic erit ruina equi & 15
muli & cameli & asini, & omniū iumentorū quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. Et omnes qui reliqui fuerint de 16
vniuersis gentibus quæ venerunt contra Ierusalē, ascendent ab anno in annum, vt adorēt regē Dūm exercituū, & celebrent festiuitatē tabernaculorum. Et erit: qui 17
non ascēderit de familiis terræ ad Ierusalem, vt adoret regē Dūm exercituū, nō erit super eos imber. Quòd & si familia 18
Aegypti non ascenderit, & non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina qua percutiet Dñs omnes gētes quæ non ascenderint ad celebrandā festiuitatē tabernaculorum. Hoc erit peccatum Aegypti, & 19
hoc peccatum omnium gētium quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. In die illa erit quod su- 20
per frenum equi est, sanctū Dño: & erunt lebētes in domo Dñi quasi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Ierusalem 21
& in Iuda sanctificatus Dño exercituū: & venient omnes immolantes, & sumēt ex eis, & coquēt in eis: & non erit mercator vltrà in domo Dñi exercituū in die illo.

PROPHETIA MALACHIAE.

CAP. I.

ONus verbi Dñi ad Israël in manu 1
Malachiæ. Dilexi vos, dicit 2
Dñs: & dixistis, In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dñs, ‖ & dilexi Iacob, Esau autem odio 3
habui? & posui *mōtes eius in solitudinē, & hæreditatem eius in dracones deserti.
Quòd si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ 4
destructa sunt: hæc dicit Dñs exercituū, Isti ædificabūt, & ego destruam: & vocabūtur termini impietatis, & populus cui iratus est Dñs vsq. in æternum. Et oculi 5
vestri videbūt: & vos dicetis, Magnificetur Dñs super terminū Israël. Filius ho- 6
norat patrē, & seruus dñm suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dñs ego sum, vbi est timor meus: dicit Dñs exercituum? ad vos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meū, & dixistis, In quo 7
despeximus nomē tuum? Offertis super altare meū panē pollutum: & dicitis, In quo polluimus te? In eo quòd dicitis, 8
Mensa Dñi despecta est. Si offeratis cæcum ad immolādum, nōne malū est? & si offeratis claudū & languidū, nonne malū est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciē tuā, dicit Dñs exerci- 9
tuum. Et nunc deprecamini vultū Dei, vt misereatur vestri (de manu enim vestra factū est hoc) si quo modo suscipiat 10
facies vestras, dicit Dñs exercituū. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dñs exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.
‖ Ab Ortu enim Solis vsque ad Occa- 11 *Psal. 112, 3*
sum, magnū est nomen meū in Gētibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnū est nomē meū in Gētibus, dicit Dominus 12
exercituum. Et vos polluistis illud in eo quòd dicitis, Mensa Dñi cōtaminata est: & quod superponitur, contēptibile est cū 13
igne qui illud deuorat. Et dixistis, Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit Dñs exercituum, & intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus. nunquid suscipiam illud de manu vestra, 14
dicit Dñs? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculū, & votū faciens immolat debile Dño: quia rex magnus ego, dicit Dñs exercituū, & nomē meum horribile in Gentibus.

CAP. II.

ET nunc ad vos mandatū hoc ô sacer- 1
dotes. ‖ Si nolueritis audire, & si no- 2 *Lev. 26, 14. Deu. 28, 15.*
lueritis ponere super cor vt detis gloriam nomini meo, ait Dñs exercituū: mittā in vos egestatē, & maledicā benedictionibus vestris, & maledicā illis: quoniā non po- 3
suistis super cor. Ecce ego proiiciā vobis brachiū, & dispergā super vultū vestrum stercus solennitatum vestrarum, & assumet vos secum. Et scietis quia misi 4
ad vos mandatū istud: vt esset pactū meū cū Leui, dicit Dñs exercituum. Pactum 5
meum fuit cū eo vitæ & pacis: & dedi ei timorē: & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore 6
eius, & iniquitas nō est inuenta in labiis eius: in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.
Labia enim sacerdotis custodiēt scien- 7
tiam, & legem requirēt ex ore eius: quia angelus Dñi exercituū est. Vos autē re- 8
cessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritū fecistis pactum Leui, dicit 9
Dñs exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnib⁹ populis, sicut nō seruastis vias meas, & accepistis faciē in lege. ‖ Nūquid non 10 *Mat. 23, 9. Eph. 4, 5.*
pater vnus omniū nostrum? nūquid non

Deus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque ‖ nostrũ fratrẽ suũ, violãs pactũ patrũ ‖ vestrorum? Trãsgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israël & in Ierusalem: quia cõtaminauit Iudas sanctificationẽ Dñi, quã dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Disperdet Dñs virum qui fecerit hoc, magistrũ & discipulũ de ‖ tabernaculis Iacob, ‖ & offerẽtem munus Dño exercituũ. Et hoc rursum fecistis, operiebatis lachrymis altare Dñi, fletu & mugitu, ita vt nõ respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiã placabile quid de manu vestra. Et dixistis, Quã ob causam? quia Dñs testificatus est inter te & vxorẽ pubertatis tuæ, quã tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui.

Nõne vnus fecit, & residuũ spiritus eius est? Et quid vnus quærit, nisi semẽ Dei? Custodite ergo spiritũ vestrũ, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Cùm odio habueris, dimitte, dicit Dñs Deus Israël: operiet aũt iniquitas vestimẽtum eius, dicit Dñs exercituũ. custodite spiritum vestrũ, & nolite despicere. Laborare fecistis Dñm in sermonibus vestris. Et dixistis, In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Dñi, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicij?

CAP. III.

Ecce ‖ ego mitto angelũ meũ, & præparabit viã ante faciẽ meã. Et statim veniet ad templũ suum Dominator quem vos quæritis, & angelus testamẽti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dñs exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eũ? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans & emundans argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ & quasi argentum; & erũt Dño offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Dño sacrificium Iuda & Ierusalẽ sicut dies seculi & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calũniantur mercedem mercenarij, * viduas & * pupillos, & opprimũt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dñs exercituum. Ego enim Dñs, & non mutor: & vos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis, & non custodistis. ‖ Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dñs exercituum. Et dixistis, In quo reuertemur? Si affiget homo Deũ, quia vos cõfigitis me? Et dixistis, In quo ‖ configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos cõfigitis gens tota.

Inferte omnem decimã in horreũ, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dñs: si nõ aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionẽ vsq. ad abundãtiam, & increpabo pro vobis deuorantẽ, & nõ corrũpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dñs exercituũ. Et beatos vos dicẽt omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dñs exercituũ. ‖ Inualuerũt sup me verba vestra, dicit Dñs. Et dixistis, Quid locuti sumus contra te? Dixistis, Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes corã Dño exercituũ? ergo nũc beatos dicimus arrogantes: siquidẽ ædificati sunt faciẽtes impietatẽ, & tẽtauerũt Deũ, & salui facti sunt. Tũc locuti sunt timẽtes Dñm vnusquisq. cũ proximo suo: Et attẽdit Dñs, & audiuit: & scriptus est liber monimẽti corã eo timẽtibus Dñm, & cogitantibus nomẽ eius. Et erũt mihi, ait Dñs exercituũ, in die qua ego facio, in peculium: & parcã eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

CAP. IIII.

Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatẽ stipula: & inflammabit eos dies veniẽs, dicit Dñs exercituũ, quæ nõ derelinquet eis radicem & germen. ‖ Et orietur vobis timentibus nomẽ meũ Sol iustitiæ, & sanitas in pẽnis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorũ in die qua ego facio, dicit Dñs exercituum. ‖ Memẽtote legis Moysi serui mei, quã mandaui ei in Horeb ad omnem Israël præcepta & iudicia. ‖ Ecce ego mittã vobis Eliã prophetã, antequam veniat dies Dñi magnus & horribilis. Et conuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

LIBER PRIMVS MACHABAEORVM.

CAP. I.

Et factum est, postquam percussit Alexãder Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Dariũ regem Persarũ & Medorum: cõstituit prœlia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ: & pertransiit vsq. ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis Gẽtium: & siluit terra in cõspectu eius. Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatũ est & eleuatũ cor eius: & obtinuit regiones Gentiũ, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. Et post hæc decidit in lectũ, & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secũ erãt nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnũ suũ, cũ adhuc viueret. Et regnauit Alexãder annis duodecim, & mor-

*& humiliant MS. R.G.
*qui peruersi erãt G. Textus autẽ conformis est Hier. H. & C.
Zach. 1,3.
‖ confiximus 6 MS. H.G.C.
Mat. 11,10
Mar. 1,2.
Luc. 1,17. & 7,27.
Psa. 131,17
Ioel 2,11. Isa. 58,4.
Exod. 20. Deut. 4,5. Mat. 11,14 17,10. Mar. 9,11. Luc. 1,17 9,8.
Zach. 1,3. 6,11. Luc. 1,76.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& mortuus est. Et obtinuerũt pueri eius 9
regnũ, vnusquisq. in loco suo: & impo- 10
suerũt omnes sibi diademata post mortẽ
eius, & filij eorũ post eos annis multis,
& multiplicata sunt mala in terra. Et 11
exiit ex eis radix 'peccatrix' Antiochus
Illustris, filius Antiochi regis qui fuerat
Romæ obses: & regnauit in anno centesi-
mo tricesimoseptimo regni Græcorum.
In dieb. illis exierũt ex Israël filij ini- 12
qui, & suaserũt multis, dicẽtes, Eamus, &
disponamus testamẽtum cũ Gẽtibus quę
circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab
eis, inuenerunt nos multa mala. Et bo- 13
nus visus est sermo in oculis eorum. Et 14
destinauerũt aliqui de populo, & abierũt
ad regẽ: & dedit illis potestatẽ, vt facerẽt
iustitiã Gentiũ: Et ædificauerunt gym- 15
nasiũ in Ierosolymis secundũ leges Na-
tionum: & fecerũt sibi præputia, & re- 16
cesserũt à testamento sancto, & iũcti sunt
Nationibus, & vænũdati sunt vt facerent
malũ. Et paratũ est regnũ in conspectu 17
Antiochi, & cœpit regnare in Terra-Ae-
gypti, vt regnaret sup duo regna. Et in- 18
trauit in Aegyptũ in multitudine graui,
in currib. & elephãtis, & equitibus, & co-
piosa nauium multitudine: & cõstituit 19
bellũ aduersus Ptolemæũ regẽ Aegypti,
& veritus est Ptolemæus à facie eius, &
fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et 20
cõprehendit ciuitates munitas in Terra-
Aegypti: & accepit spolia Terræ-Aegy-
pti. Et conuertit Antiochus, postquam 21
percussit Aegyptum in cẽtesimo & qua-
dragesimo & tertio anno: & ascendit ad
Israël, & ascẽdit Ierosolymã in multi- 22
tudine graui. Et intrauit in sanctifica- 23
tionẽ cũ superbia, & accepit altare aureũ,
& cãdelabrũ luminis, & vniuersa vasa ei9,
& mensam propositionis, & libatoria, &
phialas, & mortariola aurea, & velum, &
coronas, & ornamentũ aureũ quod in fa-
cie tẽpli erat: & cõminuit oĩa. Et acce- 24
pit argẽtũ & aurũ & vasa cõcupiscibilia:
& accepit thesauros occultos quos inue-
nit: & sublatis omnib. abiit in terrã suã.
Et fecit cædẽ hominũ, & locutus est in 25
superbia magna. Et factus est planctus 26
magnus in Israël, & in omni loco eorũ:
& ingemuerũt principes & seniores, & 27
iuuenes, & virgines infirmati sunt; & spe
ciositas mulierũ immutata est. Omnis 28
maritus sumpsit lamentũ: & quæ sedebãt
in thoro maritali, lugebãt: & cõmota est 29
terra sup habitãtes in ea, & vniuersa do-
mus Iacob induit cõfusionem. Et post 30
duos annos dierũ misit rex principẽ tri-
butorum in ciuitates Iuda, & venit Iеru-
salẽ cũ turba magna. Et locutus est ad 31
eos verba pacifica in dolo: & crediderunt
ei. Et irruit sup ciuitatẽ repẽtè, & per- 32
cussit eã plaga magna, & perdidit popu-
lũ multũ ex Israël. Et accepit spolia ci- 33
uitatis: & succẽdit eam igni, & destruxit
domos eius, & muros eius in circuitu:
34 & captiuas duxerũt mulieres, & natos,
35 & pecora possederunt. Et ædificauerunt
ciuitatẽ Dauid muro magno, & firmo, &
turribus firmis, & facta est illis in arcẽ:
36 & posuerũt illic gentẽ peccatricẽ viros
37 iniquos, & cõualuerũt in ea. & posue-
runt arma, & escas, & cõgregauerũt spo-
lia Ierusalẽ, & reposuerunt illic: & facti
38 sunt in laqueũ magnũ. Et factũ est hoc
ad insidias sanctificationis, & in diabolũ
39 malũ in Israël: & effuderũt sanguinem
innocentẽ per circuitũ sanctificationis,
& contaminauerunt sanctificationem.
40 Et fugerunt habitatores Ierusalem pro-
pter eos, & facta est habitatio exterorũ,
& facta est extera semini suo, & nati eius
41 reliquerũt eam. Sanctificatio eius deso-
lata est sicut solitudo, ‖ dies festi eius cõ- Tob. 2, 6.
uersi sunt in luctum, sabbatha eius in op- Amos 8, 10
42 probriũ, honores eius in nihilũ. Secun-
dum gloriã eius multiplicata est ignomi-
nia eius: & sublimitas eius conuersa est
43 in luctũ. Et scripsit rex Antiochus om-
ni regno suo, vt esset omnis populus, v-
nus: & relinqueret vnusquisq. legẽ suam.
44 Et consenserunt omnes gentes secun-
45 dum verbũ regis Antiochi: & multi ex
Israël cõsenserũt seruituti eius, & sacri-
ficauerunt idõlis, & coinquinauerũt sab-
46 bathum. Et misit rex libros per manus
nuntiorũ in Ierusalẽ & in omnes ciuita-
tes Iudæ: vt sequerentur leges Gentium
47 terræ, & prohiberent holocausta & sa-
crificia, & placationes fieri in tẽplo Dei,
48 & prohiberẽt celebrari sabbathum, &
49 dies solennes. & iussit coinquinari san-
50 cta, & sanctum populũ Israël. Et iussit
ædificari aras, & tẽpla, & idõla, & immo-
lari carnes suillas, & pecora communia;
51 & relinquere filios suos incircuncisos,
& coinquinari animas eorũ in omnibus
immunditiis & abominationibus, ita vt
obliuiscerẽtur legẽ, & immutarẽt omnes
52 iustificationes Dei. Et quicunq. non fe-
cissent secundũ verbum regis Antiochi,
53 morerẽtur. Secundũ omnia verba hæc
scripsit omni regno suo: & p̃posuit prin-
54 cipes populo qui hæc fieri cogerent. Et
55 iusserũt ciuitatibus Iudæ sacrificare. Et
congregati sunt multi de populo ad eos
qui dereliquerãt legẽ Dñi: & fecerũt ma-
56 la super terrã: & effugauerũt populum
Israël in abditis, & in absconditis fugiti-
57 uorum locis. Die quintadecima mensis
Casleu, quinto & quadragesimo & cen- -19 MS.
tesimo anno ædificauit rex Antioch9 ab- Gq. Q.n.
ominandũ idõlũ desolationis super alta-
re Dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ in
58 circuitu ædificauerunt aras: & ante ia-
nuas domorum, & in platẽis incẽdebant
59 thura, & sacrificabãt: & libros legis Dei
60 cõbusserunt igni, scindẽtes eos: & apud
quemcunq. inueniebãtur libri testamenti
Dñi, & quicunq. obseruabat legẽ Dñi, se-
61 cundũ edictũ regis trucidabant eum. In
virtute sua faciebant hæc populo Israël

qui in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui inueniebatur in omni menſe & mẽſe in ciuitatibus. Et quinta & viceſima die 62
mẽſis ſacrificabãt ſuper arã quæ erat cõtra altare. Et mulieres quæ circuncidebant 63
filios ſuos, trucidabantur ſecundum iuſſum regis Antiochi, & ſuſpendebant 64
pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorũ: & eos qui circũciderãt illos, trucidabant. Et multi de populo Iſraël definierũt apud ſe, vt nõ mãducarẽt immũda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerũt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt. & facta eſt ira magna ſuper populum valde. 67

CAP. II.

IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius Iohãnis filij Simeonis, ſacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſalem, & conſedit in mõte Modin: & habebat filios quinque, 2
Iohannem, qui cognominabatur Gaddis:
& Simonẽ, qui cognominabatur Thaſi: 3
& Iudam, qui vocabatur Machabæus: 4
& Eleazarũ, qui cognominabatur Abarõ: & Ionathã, qui cognominabatur Apphus. 5
hi viderũt mala quæ fiebãt in populo Iuda & in Ieruſalẽ. 6
Et dixit Mathathias, Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionẽ populi mei, & cõtritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, cùm datur in manibus inimicorũ? Sancta in 8
manu extraneorũ facta ſunt: templũ eius ſicut homo ignobilis. Vaſa gloriæ eius 9
captiua abducta ſunt: trucidati ſunt ſenes eius in platẽis, & iuuenes eius ceciderũt in gladio inimicorũ. Quæ gens nõ hæ- 10
reditauit regnũ eius, & nõ obtinuit ſpolia eius? Omnis compoſitio eius ablata 11
eſt. Quæ erat liberta facta eſt ancilla. Et 12
ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, & clarjtas noſtra deſolata eſt, & coinquinauerũt ea gentes. Quó ergo nobis ad- 13
huc viuere? Et ſcidit veſtimẽta ſua Ma- 14
thathias, & filij eius: & operuerũt ſe cilicijs, & plãxerunt valde. Et venerunt il- 15
luc qui miſſi erãt à rege Antiocho, vt cogerent eos qui cõfugerãt in ciuitatẽ Modin, immolare, & accẽdere thura, & à lege Dei diſcedere. Et multi de populo 16
Iſraël conſentiẽtes acceſſerũt ad eos: ſed Mathathias & filij eius cõſtãter ſteterũt.
Et reſpõdentes qui miſſi erant ab An- 17
tiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clariſsimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. ergo acce- 18
de prior, & fac iuſſum regis, ſicut fecerũt omnes gẽtes, & viri Iuda, & qui remãſerunt in Ieruſalẽ: & eris tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argẽto, & muneribus multis. Et reſpõ- 19
dit Mathathias, & dixit magna voce, Etſi omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt diſcedant vnuſquiſq. à ſeruitute legis patrum ſuorũ, & cõſentiant mandatis eius:
ego & filij mei, & fratres mei obedie- 20
mus legi patrũ noſtrorũ. propitius ſit nobis 21
Deus: nõ eſt nobis vtile relinquere legẽ, 22
& iuſtitias Dei: nõ audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus, trãſgredientes legis noſtræ mãdata, vt eamus alia via. Et vt ceſſauit loqui verba hæc, 23
acceſsit quidã Iudæus in omnium oculis ſacrificare idõlis ſuper aram in ciuitate 24
Modin, ſecundum iuſſum regis: & vidit Mathathias, & doluit, & cõtremuerũt renes eius, & accẽſus eſt furor eius ſecundũ iudiciũ legis, & inſiliens trucidauit eum 25
ſup arã: ſed & virũ quẽ rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit 26
in ipſo tempore, & arã deſtruxit, & zelatus eſt legẽ, ‖ ſicut fecit Phinees Zamri 27
filio Salomi. Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicẽs, Omnis qui zelũ habet legis ſtatuens teſtamentũ, exeat poſt me. Et fugit ipſe, & filij eius in 28
mõtes, & reliquerunt quæcunq. habebãt 29
in ciuitate. Tunc deſcẽderũt multi quærentes iudiciũ & iuſtitiã, in deſertũ: & 30
ſederunt ibi ipſi, & filij eius, & mulieres eorum, & pecora eorũ: quoniã inundauerũt ſuper eos mala. Et renuntiatũ eſt 31
viris regis, & exercitui qui erant in Ieruſalẽ ciuitate Dauid, quoniã diſceſsiſſent viri quidã, qui diſsipauerunt mãdatũ regis in loca occulta in deſerto, & abiiſſent 32
poſt illos multi. Et ſtatim perrexerunt ad eos, & cõſtituerunt aduerſus eos prœliũ in die ſabbathorum, & dixerunt ad 33
eos, Reſiſtitis & nũc adhuc? exite, & facite ſecundũ verbũ regis Antiochi, & viuetis. Et dixerũt, Nõ exibimus, neq. fa- 34
ciemus verbũ regis, vt polluamus diem ſabbathorum. Et concitauerũt aduerſus 35
eos prœliũ. Et nõ reſponderũt eis, nec 36
lapidẽ miſerunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta: dicentes, Moriamur omnes 37
in ſimplicitate noſtra: & teſtes erunt ſuper nos cælũ & terra quòd iniuſtè perditis nos. Et intulerunt illis bellũ ſabba- 38
this: & mortui ſunt ipſi & vxores eorũ, & filij eorũ & pecora eorũ vſq. ad mille animas hominum. Et cognouit Mathathias & amici eius, & luctũ habuerũt ſu- 39
per eos valde. Et dixit vir proximo ſuo, 40
Si omnes fecerimus ſicut fratres noſtri fecerunt, & non pugnauerimus aduerſus gentes pro animabus noſtris & iuſtificationibus noſtris: nũc citius diſperdẽt nos 41
à terra. Et cogitauerũt in die illa, dicentes, Omnis homo quicũq. venerit ad nos in bello die ſabbathorum, pugnemus aduerſus eũ: & nõ moriemur omnes, ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis.
Tũc cõgregata eſt ad eos ſynagoga Iu- 42
dæorũ fortis viribus ex Iſraël, omnis voluntarius in lege: & omnes qui fugiebãt 43
à malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt illis ad firmamẽtum. Et collegerũt exercitum, & percuſſerũt peccatores in ira 44
ſua, & viros iniquos in indignatione ſua: & cæteri fugerũt ad nationes, vt euaderent. Et circuiit Mathathias, & amici 45
eius, & deſtruxerũt aras: & circuncide- 46

runt

runt pueros incircũcisos quotquot inuenerunt in finibus eorũ : & in fortitudine.
Et persecuti sunt filios superbię, & prosperatũ est opus in manibus eorũ: & obtinuerunt legẽ de manibus gentiũ, & de manibus regum : & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerũt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filiis suis, Nũc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis:
Nunc ergo ô filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamẽto patrũ vestrorũ, & memẽtote operũ patrum, quæ fecerunt in generationib. suis: & accipietis gloriã magnã, & nomẽ æternum. ¶ Abrahã nõnne in tentatione inuentus est fidelis; & reputatũ est ei ad iustitiã? ¶ Ioseph in tẽpore angustiæ suæ custodiuit mãdatũ : & factus est dñs Aegypti. ¶ Phinees pater noster, zelãdo zelũ Dei, accepit testamẽtũ sacerdotij æterni. ¶ Iesus dũ impleuit verbũ, factus est dux in Israël. ¶ Caleb dũ testificatur in ecclesia, accepit hæreditatẽ. ¶ Dauid in sua misericordia consecutus est sedẽ regni in secula. ¶ Elias dũ zelat zelũ legis, receptus est in cælũ. Ananias & Azarias & Misaël, credentes liberati sunt de flãma. ¶ Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Et ita cogitate per generationẽ & generationẽ: quia oẽs qui sperãt in eum, nõ infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, fœtus & vermis est: hodie extollitur, & cras nõ inuenietur : qa cõuersus est in terrã suã, & cogitatio eius periit. Vos ergo filij cõfortamini, & viriliter agite in lege: quia in ipsa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir cõsilij est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuẽtute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellũ populi. Et adducetis ad vos oẽs factores legis : & vindicate vindictã populi vestri. Retribuite retributionẽ Gentibus, & intendite in præceptũ legis. Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. Et defunctus est anno cẽtesimo & quadragesimo sexto: & sepultus est à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israël planctu magno.

CAP. III.

ET surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo: & adiuuabant eũ omnes fratres eius, & vniuersi qui se cõiunxerãt patri eius, & prœliabãtur prœlium Israël cũ lætitia. Et dilatauit gloriã populo suo, & induit se loricã sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prœliis, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persequutus est iniquos perscrutans eos: & qui conturbabant populũ suũ, eos succendit flãmis: & repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & oẽs operarij iniquitatis conturbati sunt: & directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacob in operib. suis, & in seculũ memoria eius in benedictione. Et perãbulabat ciuitates Iudã, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israël. Et nominatus est vsq. ad nouissimũ terræ, & cõgregauit perentes. Et congregauit Apollonius Gẽtes, & à Samaria virtutẽ multam & magnam, ad bellandũ cõtra Israël. Et cognouit Iudas, & exiit obuiã illi: & percussit, & occidit illũ: & ceciderũt vulnerati multi, & reliqui fugerunt. & accepit spolia eorũ: & gladiũ Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Serõ princeps exercitus Syrię quòd congregauit Iudas congregationẽ fideliũ & ecclesiã, secum, & ait, Faciã mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudã, & eos qui cũ ipso sunt, qui spernebãt verbũ regis. Et præparauit se: & ascenderũt cũ eo castra impiorum fortes auxiliarij, vt facerent vindictam in filios Israël. Et appropinquauerunt vsque ad Beth-horon: & exiuit Iudas obuiã illi cũ paucis. Vt autẽ viderunt exercitum venientẽ sibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinẽ tantã, & tam fortem, & nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manu paucorũ: & nõ est differentia in cõspectu Dei cæli liberare in multis & in paucis: quoniã nõ in multitudine exercitus victoria belli, sed de cęlo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in multitudine cõtumaci & superbia, vt disperdant nos, & vxores nostras, & filios nostros, & vt spoliẽt nos. nos verò pugnabimus pro animab. nostris, & legibus nostris: & ipse Dñs conteret eos ante faciẽ nostram. vos autẽ ne timueritis eos. Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos subitò: & cõtritus est Serõ, & exercitus eius in cõspectu ipsius: & persecutus est eũ in descensu Beth-horõ vsq. in cãpum, & ceciderũt ex eis octingenti viri, reliqui autẽ fugerunt in terrã Philisthiim. Et cecidit timor Iudæ ac fratrũ eius, & formido super omnes gentes, in circuitu eorũ. & peruenit ad regẽ nomẽ eius, & de prœliis Iudæ narrabant oẽs gentes. Vt audiuit autẽ rex Antiochus sermones istos, iratus est animo: & misit, & cõgregauit exercitũ vniuersi regni sui, castra fortia valde: & aperuit ærariũ suũ, & dedit stipendia exercitui in annũ: & mãdauit illis, vt essent parati ad omnia. Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionẽ & plagã quã fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erãt à primis diebus. & timuit ne nõ haberet vt semel & bis in sumptus & donaria quæ dederat antè larga manu: & abundauerat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

super reges qui ante eũ fuerãt. Et cõsternatus erat animo valde, & cogitauit ire in Persidẽ, & accipere tributa regionũ, & cõgregare argẽtũ multũ. Et reliquit Lysiã hoĩẽ nobilẽ de genere regali, sup negotia regia, à flumine Euphráte vsq. ad flumen Aegypti: & vt nutriret Antiochũ filiũ suũ, donec rediret. Et tradidit ei mediũ exercitũ & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæã & Ierusalẽ: & vt mitteret ad eos exercitum, ad conterendam & extirpãdã virtutẽ Israël, & reliquias Ierusalẽ, & auferendã memoriã eorũ de loco: & vt cõstitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorũ, & sorte distribueret terrã eorũ. Et rex assumpsit partẽ exercitus residui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimo septimo: & trãsfretauit Euphratẽ flumẽ, & pambulabat superiores regiones. Et elegit Lysias Ptolemæũ filiũ Dorymini, & Nicanorẽ, & Gorgiã, viros potẽtes ex amicis regis: & misit cũ eis quadraginta millia virorũ, & septem millia equitũ: vt venirẽt in terrã Iuda, & disperderent eam secundũ verbum regis.

Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & venerũt; & applicuerunt Emmaũ in terra campestri. Et audierunt mercatores regionũ nomẽ eorũ: & acceperũt argentũ & aurũ multũ valde, & pueros: & venerunt in castra, vt acciperent filios Israël in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarũ. Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorũ, & cognouerunt verba regis quæ mãdauit populo facere in interitũ & consummationẽ: & dixerũt vnusquisque ad proximũ suũ, Erigamus deiectionẽ populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. Et cõgregatus est cõuentus, vt essent parati in prœliũ: & vt oratẽt & peterent misericordiã & miserationes. Et Ierusalẽ nõ habitabatur, sed erat sicut desertũ: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & sanctũ conculcabatur: & filij alienigenarũ erant in arce, ibi erat habitatio Gẽtium: & ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. Et congregati sunt, & venerũt in Maspha cõtra Ierusalẽ: quia locus orationis erat in Maspha antè in Israël. Et ieiunauerunt illa die, & indueruñ se ciliciis, & cineẽ imposuerũt capiti suo, & discinderũt vestimẽta sua, & expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinẽ simulacrorũ suorũ: & attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies: & clamauerũt voce magna in cælũ, dicẽtes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? & sancta tua cõculcata sunt, & cõtaminata sũt, & sacerdotes tui facti sunt in luctũ & in humilitatem: & ecce Nationes conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdãt: tu scis quæ cogitãt in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu Deus adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et post hæc cõstituit Iudas duces populi, tribunos & centuriones, & pẽtacõtarchos, & decuriones. ¶ Et dixit his qui ædificabãt domos, & spõsabant vxores, & plãtabant vineas, & formidolosis, vt rediret vnusquisq. in domũ suã secũdũ legẽ. Et mouerũt castra, & collocauerũt ad Austrũ Emmaũ. Et ait Iudas; Accingimini, & estote filij potẽtes, & estote parati in manè: vt pugnetis aduersus Nationes has quæ conuenerunt aduersus nos disperdere nos & sancta nostra: qm̃ melius est nos mori in bello, quã videre mala gẽtis nostræ & sanctorũ. Sicut aũt fuerit volũtas in cælo, sic fiat. CAP. IIII.

ET assumpsit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & mouerunt castra nocte, vt applicarẽt ad castra Iudæorũ, & percuterẽt eos subitò. & filij qui erãt ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potẽtes percutere virtutem exercituũ regis, qui erant in Emmaũ. Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. Et venit Gorgias in castra Iudæ noctu, & neminẽ inuenit, & quærebat eos in mõtib. quonã dixit, Fugiunt hi à nobis. Et cũ dies factus esset, apparuit Iudas in cãpo cum tribus millib. virorũ tantũ: qui tegumẽta & gladios nõ habebãt*: & viderunt castra Gẽtiũ valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorũ, & hi docti ad prœliũ. Et ait Iudas viris qui secũ erãt, Ne timueritis multitudinẽ eorũ, & impetũ eorũ ne formidetis. ¶ Memẽtote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cũ sequeretur eos Pharao cũ exercitu multo. Et nunc clamemus in cælũ: & miserebitur nostri Dñs, & memor erit testamẽti patrũ nostrorũ, & cõteret exercitũ istum ante faciẽ nostrã hodie: & scient omnes gentes quia est qui redimat & liberet Israël. Et eleuauerunt alienigenæ oculos suos, & viderũt eos veniẽtes ex aduerso. Et exierũt de castris in prœliũ, & tuba cecinerũt hi qui erãt cũ Iuda. Et cõgressi sunt: & cõtritæ sunt Gẽtes, & fugerũt in cãpũ. Nouissimi aũt omnes ceciderũt in gladio, & persecuti sunt eos vsq. Gezeron, & vsq. in campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderũt ex illis vsq. ad tria millia virorũ. Et reuersus est Iudas, & exercitus eius, sequens eũ. Dixitq. ad populũ, Non cõcupiscatis spolia: quia bellũ cõtra nos est, & Gorgias & exercitus eius prope nos in mõte: sed state nunc cõtra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquẽte Iuda hæc, ecce apparuit pars quædã prospiciẽs de mõte.

* Vet. legebant MS. G.

Et vi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et vidit*quòd in fugā cōuersi sunt*, & 20
succēderūt'*castra.fumus enim qui vi-
debatur,declarabat quod factū est. Quib. 21
illi cōspectis timuerūt valde, aspicientes
simul & Iudā & exercitū in campo para-
tū ad prœlium. Et fugerūt oēs in cam- 22
pum alienigenarum: & Iudas reuersus 23
est ad spolia castrorū, & acceperūt aurum
multū, & argentū, & hyacinthū, & pur-
purā marinam, & opes magnas. Et con- 24
uersi hymnū canebāt, & benedicebāt Deū
in cælū, quoniā bonus est, quoniā in se-
culū misericordia eius. Et facta est salus 25
magna in Israël in die illa. Quicunque 26
autē alienigenarū euaserunt, venerunt, &
nuntiauerūt Lysiæ vniuersa quæ acciderant. Quibus ille auditis, consternatus 27
animo deficiebat: quòd nō qualia voluit,
talia cōtigerunt in Israël, & qualia man-
dauit rex. Et sequenti anno congregauit 28
Lysias virorū electorū sexaginta millia,
& equitū quinq. millia, vt debellaret eos.
Et venerunt in Iudæā, & castra posue- 29
runt in Beth-horō, & occurrit illis Iudas
cum decē millibus viris. Et viderūt ex- 30
ercitū fortē, & orauit, & dixit, Benedictus
es saluator Israël, ‖ qui cōtriuisti impetū
potētis in manu serui tui Dauid, ‖ & tra-
didisti castra alienigenarum in manu Io- 31
nathæ filij Saul, & armigeri eius. Con-
clude exercitū istum in manu populi tui
Israël, & confundatur in exercitu suo &
equitibus. Da illis formidinē, & tabefac 32
audaciā virtutis eorum, & cōmoueantur
cōtritione sua. Deiice illos gladio diligē- 33
tiū te: & collaudent te omnes qui noue-
rūt nomē tuū in hymnis. Et cōmiserūt 34
prœlium: & ceciderūt de exercitu Lysiæ
quinq. millia virorum. Vidēs aūt Lysias 35
fugam suorum, & Iudæorum audaciā, &
quòd parati sunt aut viuere aut mori for-
titer, abiit Antiochiā, & elegit milites, vt
multiplicati rursus venirent in Iudæam.
Dixit autē Iudas, & fratres eius, Ecce 36
contriti sunt inimici nostri: ascendamus
nunc mundare sancta, & renouare. Et 37
congregatus est omnis exercitus, & ascē-
derūt in montē Sion. Et viderūt sancti- 38
ficationē desertam, & altare profanatū, &
portas exustas, & in atriis virgulta nata
sicut in saltu, vel in mōtib°, & pastopho-
ria diruta. Et sciderunt vestimenta sua, 39
& planxerunt planctu magno, & impo-
suerunt cinerē super caput suum: & ce- 40
ciderunt in faciē super terrā, & exclama-
uerunt tubis signorum, & clamauerunt in
cælū. Tūc ordinauit Iudas viros, vt pu- 41
gnarēt aduersus eos qui erant in arce, do-
nec emūdarent sancta. Et elegit sacerdo- 42
tes sine macula, volūtatem habētes in le-
ge Dei: & mundauerunt sancta, & tule- 43
runt lapides cōtaminationis in locū im-
mūdum. Et cogitauit de altari holocau- 44
storū quod profanatum erat, quid de eo
faceret. Et incidit illis consiliū bonū, vt 45
destruerent illud: ne fortè illis esset in
opprobrium, quia cōtaminauerunt illud
46 Gentes, & demoliti sunt illud. Et repo-
suerunt lapides in monte domus in loco
apto, quoadusq. veniret propheta, & re-
47 sponderet de eis. Et acceperunt lapides
integros secundum legem, & ædificaue-
runt altare nouū secundū illud quod fuit
48 prius: & ædificauerūt sancta, & quæ in-
tra domū erāt intrinsecus: & ædē, & atria
49 sanctificauerunt. Et fecerūt vasa sancta
noua, & intulerūt candelabrum, & altare
50 incensorū, & mensam in tēplum. Et in-
censum posuerunt super altare, & accen-
derunt lucernas quæ super candelabrum
51 erant, & lucebāt in templo. Et posuerūt
super mēsam panes, & appenderūt vela,
& cōsummauerūt omnia opera quę fece-
52 rāt. ‖ Et ante matutinū surrexerūt quinta 2 Mac. 10,5
& vicesima die mēsis noni (hic est mēsis
Casleu) centesimi quadragesimi octaui
53 anni: & obtulerunt sacrificium secun-
dū legē super altare holocaustorū nouū,
54 quod fecerūt. Secundū tēpus & secundū
diē in qua contaminauerūt illud gētes, in
ipsa renouatū est in canticis, & citharis &
55 cinyris, & in cymbalis. Et cecidit omnis
populus in faciē, & adorauerūt & bene-
dixerūt in cælū eum qui prosperauit eis.
56 ‖ Et fecerunt dedicationē altaris diebus Ioan. 10,22
octo, & obtulerunt holocausta cū lætitia,
57 & sacrificium salutaris & laudis. Et or-
nauerūt faciē tēpli coronis aureis & scu-
tulis: & dedicauerūt portas & pastopho-
58 ria, & imposuerunt eis ianuas. ‖ Et facta Ioan. 10,22
est lætitia in populo magna valde, & a-
59 uersum est opprobriū Gentiū. Et statuit
Iudas, & fratres eius & vniuersa ecclesia
Israël, vt agatur dies dedicationis altaris
in temporibus suis ab anno in annū per
dies octo à quinta & vicesima die mensis
60 Casleu, cū lętitia & gaudio. & ędificaue-
rūt in tēpore illo mōtē Siō, & per circui-
tū muros altos & turres firmas: nequādo
venirēt Gētes, & conculcarent eum sicut
61 antea fecerūt. Et collocauit illic exerci-
tū, vt seruarēt eū, & muniuit eū ad custo-
diendā Beth-surā, vt haberet popul° mu-
nitionē cōtra faciē Idumęæ. CAP. V.

1 ET factū est, vt audierūt Gētes in cir-
cuitu quia ædificatū est altare & san-
2 ctuariū sicut prius, iratæ sunt valde: &
cogitabant tollere genus Iacob qui erant
inter eos, & cœperūt occidere de populo,
3 & persequi. Et debellabat Iudas filios
Esau in Idumæa, & eos qui erāt in Ara-
bathane: quia circūsedebant Israēlitas: &
4 percussit eos plaga magna. Et recordat°
est malitiā filiorū Beā, qui erāt populo in
laqueū & in scādalū, insidiātes ei in via.
5 Et cōclusi sunt ab eo in turrib. & appli-
cuit ad eos, & anathematizauit eos, & in-
cēdit turres eorū igni cū omnibus qui in
6 eis erant. Et trāsiuit ad filios Ammō, &
inuenit manū fortē, & populū copiosum,
7 & Timotheū ducē ipsorum: & commi-
sit cum eis prœlia multa, & contriti sunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in cõspectu eorũ, & percussit eos: & cepit Gazer ciuitatẽ, & filias eius, & reuersus est in Iudæã. Et cõgregatę sunt Gẽtes quæ sunt in Galaad, aduersus Israëlitas qui erãt in finib. eorũ, vt tollerẽt eos: & fugerũt in Dathemã munitionem, & miserũt lireras ad Iudã & fratres eius, dicẽtes, Cõgregatæ sunt aduersum nos gẽtes per circuitũ, vt nos auferãt: & parãt venire, & occupare munitionẽ in quã cõfugimus: & Timotheus est dux exercitus eorũ. Nũc ergo veni, & eripe nos de manibus eorũ, quia cecidit multitudo de nobis. Et oẽs fratres nostri qui erãt in locis Tubin, interfecti sunt: & captiuas duxerũt vxores eorũ, & natos, & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epistolę legebãtur, & ecce alij nũtij venerũt de Galilæa cõscissis tunicis, nũtiãtes secũdũ verba hæc: dicẽtes cõueniſſe aduersum se à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta est ois Galilæa alienigiens, vt nos cõsumãt. Vt audiuit aũt Iudas & populus sermones istos, conuenit ecclesia magna cogitare quid facerẽt fratrib. suis qui in tribulatione erãt, & expugnabãtur ab eis. Dixitq. Iudas Simoni fratri suo, Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autẽ & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Iosephũ filiũ Zachariæ, & Azariã duces populi cũ residuo exercitu in Iudæa ad custodiã: & præcepit illis, dicẽs, Præestote populo huic: & nolite bellũ cõmittere aduersum gentes, donec reuertamur. Et partiti sũt Simoni viri tria millia, vt iret in Galilæã: Iudæ aũt octo millia in Galaaditim. Et abiit Simõ in Galilæã, & cõmisit prœlia multa cũ gẽtib⁹: & cõtritæ sunt gentes à facie eius, & persecut⁹ est eos vsq. ad portã Ptolemaidis. & ceciderũt de gẽtib. ferè tria millia virorũ, & accepit spolia eorũ, & assumpsit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cũ vxoribus & natis, & omnib. quę erãt illis, & adduxit in Iudęã cũ lætitia magna. Et Iudas Machabęus & Ionathas frater eius transierũt Iordanem, & abierũt viã trium dierũ per desertũ. Et occurrerũt eis Nabuthæi, & susceperũt eos pacificè, & narrauerũt eis oĩa quæ acciderãt fratrib. eorum in Galaaditide, & quia multi ex eis cõprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim. hę oẽs ciuitates munitę, & magnę.

Sed & in cæteris ciuitatib. Galaaditidis tenẽtur cõprehẽsi, & in crastinũ cõstituerũt admouere exercitũ ciuitatibus his, & comprehẽdere, & tollere eos in vna die.

Et cõuertit Iudas & exercitus eius viã in desertũ Bosor repẽte, & occupauit ciuitatẽ: & occidit omnẽ masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succẽdit eam igni. Et surrexerunt inde nocte, & ibãt vsq. ad munitionem. Et factũ est diluculo cũ eleuassent oculos suos, & ecce popul⁹ multus, cuius nõ erat numerus, portantes scalas & machinas, vt cõprehenderent munitionẽ: & expugnabant eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellũ, & clamor belli ascendit ad cælũ, sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: & dixit exercitui suo, Pugnate hodie pro fratribus vestris. Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerũt in oratione. Et cognouerũt castra Timothei quia Machabæus est, & refugerũt à facie eius: & percusserunt eos plaga magna; & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum. Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit, & cepit eã: & occidit omnẽ masculũ eius, & assumpsit spolia eius, & succẽdit eam igni. Inde prexit, & cepit Casbõ, & Mageth, & Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Post hæc autẽ verba, cõgregauit Timotheus exercitum aliũ, & castra posuit cõtra Raphõ trãs torrẽtem. Et misit Iudas speculari exercitum: & renũtiauerunt ei, dicẽtes, Quia cõuenerũt ad eũ omnes gentes quæ in circuitu nostro sunt, & exercitus multus nimis: & Arabas conduxerunt in auxiliũ sibi, & castra posuerũt trãs torrentẽ, parati ad te venire in prœliũ. Et abiit Iudas obuiã illis. Et ait Timotheus principibus exercitus sui, Cùm appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentẽ aquæ: si trãsierit ad nos prior, non poterimus sustinere eũ: quia potens poterit aduersum nos. si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, trãsfretemus ad eos, & poterimus aduersus illũ. Vt aũt appropinquauit Iudas ad torrẽtẽ aquæ, statuit scribas populi secus torrentẽ, & mandauit eis, dicẽs: Neminẽ hominũ reliqueritis, sed veniãt omnes in prœlium. Et trãsfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum. & cõtritæ sunt omnes gentes à facie eorũ, & proiecerunt arma sua, & fugerũt ad phanũ quod erat in Carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatẽ, & phanũ succendit igni cũ omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & nõ potuit sustinere cõtra faciem Iudæ. Et cõgregauit Iudas vniuersos Israëlitas qui erãt in Galaaditide, à minimo vsq. ad maximũ, & vxores eorũ, & natos, & exercitũ magnum valde, vt venirẽt in terrã Iudæ. Et venerunt vsq. Ephron: & hęc ciuitas magna in ingressu posita, munita valde. & nõ erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediã iter erat. Et incluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas verbis pacificis, dicens, ¶ Trãseamus per terrã vestram, vt eamus in terram nostrã: & nemo vobis nocebit, tantũ pedibus trãsibimus. Et nolebãt eis aperire. Et præcepit Iudas prædicari in castris, vt applicarent vnusquisq. in quo erat loco. & applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota

Num. 20.

die

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

die & tota nocte, & tradita est ciuitas in
manu eius: & peremerũt omnẽ masculũ in ore gladij, & eradicauit eã, & accepit spolia eius, & trãsiuit per totã ciuitatẽ
super interfectos. Et trãsgressi sunt Iordanẽ in campo magno, cõtra faciẽ Bethsan. Et erat Iudas congregãs extremos,
& exhortabatur populũ per totã viã, donec venirẽt in terrã Iuda: & ascẽderunt
in mõtem Siõ cũ lætitia & gaudio, & obtulerũt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace. Et
in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in
Galilæa cõtra faciẽ Ptolemaidis, audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias
principes virtutis res bene gestas, & prœlia quæ facta sunt, & dixit, Faciamus &
ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gẽtes quæ in circuitu nostro sunt.
Et præcepit his q erãt in exercitu suo,
& abierũt Iamniã. Et exiuit Gorgias de
ciuitate, & viri eius obuiã illis in pugnã.
Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsq.
in finẽs Iudææ: & ceciderunt illo die de
populo Israël ad duo millia viri, & facta
est plaga magna in populo: quia nõ audierunt Iudã & fratres eius, existimantes
fortiter se facturos. Ipsi autẽ nõ erãt de
semine virorũ illorũ per quos salus facta
est in Israël. Et viri Iudæ magnificati
sunt valde in conspectu omnis Israël, &
gẽtiũ omniũ vbi audiebatur nomẽ eorũ.
Et cõuenerũt ad eos fausta acclamãtes.
Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabãt filios Esau in terra quæ ad Austrũ
est, & percussit Chebron, & filias eius: &
muros eius, & turres succẽdit igni in circuitu. Et mouit castra, vt iret in terram
alienigenarũ, & perambulabat Samariã.
In die illa ceciderũt sacerdotes in bello,
dũ volunt' fortiter facere, dum sine cõsilio exeũt' in prœliũ. Et declinauit Iudas in Azotũ in terrã alienigenarũ, & diruit aras eorũ, & sculptilia deorũ ipsorũ
succendit igni: & cepit spolia ciuitatũ, &
reuersus est in terram Iuda. CAP. VI.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatẽ Elymaidẽ in Persida nobilissimã, &
copiosam in argẽto & auro, tẽplũq. in ea
locuples valde: & illic velamina aurea, &
loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander
Philippi rex Macedo qui regnauit primus
in Græcia. Et venit, & quærebat capere
ciuitatẽ, & deprẽdari eã, & nõ potuit: qñ
innotuit sermo his qui erãt in ciuitate. &
insurrexerunt in prœliũ, & fugit inde, &
abiit cũ tristitia magna, & reuersus est in
Babyloniã. Et venit qui nuntiaret ei in
Persida, quia fugata sunt castra quæ erant
in terra Iuda: & quia abiit Lysias cum
virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorũ, & inualuerũt armis & viribus, & spoliis multis, quæ ceperũt de castris quæ exciderunt: & quia diruerunt
abominationẽ quam ædificauerant super
altare quod erat in Ierusalẽ: & sanctificationem, sicut prius circundederunt muris
excelsis: sed & Beth-surã ciuitatẽ suam.
Et factum est, vt audiuit rex sermones
istos, expauit, & cõmotus est valde: & décidit in lectũ, & incidit in languorẽ præ
tristitia, quia nõ factũ est ei sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia
renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocauit omnes
amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui
corde præ solicitudine: & dixi in corde
meo, In quantã tribulationẽ deueni, & in
quos fluctus tristitiæ in qua nũc sum: qui
iucũdus erã, & dilectus in potestate mea?
Nũc verò reminiscor malorũ quæ feci in Ierusalẽ, vnde & abstuli oĩa spolia
aurea & argentea quæ erant in ea, & misi
auferre habitantes Iudæam, sine causa.
Cognoui ergo quia propterea inuenerũt
me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippũ
vnũ de amicis suis, & præposuit eum superiuersum regnũ suum: & dedit ei
diadema, & stolã suã, & annulũ, vt adduceret Antiochũ filiũ suũ, & nutriret eũ,
& regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo
nono. Et cognouit Lysias qũ mortuus
est rex, & cõstituit regnare Antiochũ filiũ
eius, quẽ nutriuit adolescentẽ: & vocauit
nomẽ eius Eupatorem. Et hi qui erãt in
arce, cõcluserãt Israël in circuitu sanctorũ: & quærebãt eis mala semp & firmamẽtũ Gẽtiũ. Et cogitauit Iudas dispergere eos: & cõuocauit vniuersum populũ, vt obsiderẽt eos. Et cõuenerũt simul,
& obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerũt balistas & machinas. Et exierũt quidã ex eis qui obsidebantur: & adiunxerũt se illis aliqui impij
ex Israël, & abierũt ad regẽ, & dixerũt,
Quousq. nõ facis iudiciũ, & vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, &
obsequi edictis eius: & filij populi nostri
propter hoc alienabãt se à nobis: & quicunq. inueniebantur ex nobis, interficiebãtur, & hæreditates nostræ diripiebãtur.
Et nõ ad nos tantũ extenderũt manũ,
sed & in omnes fines nostros. & ecce
applicuerũt hodie ad arcẽ in Ierusalẽ occupare eã, & munitionẽ in Beth-suram
munierunt. & nisi præueneris eos velocius, maiora, quã hæc, faciẽt, & nõ poteris obtinere eos. Et iratus est rex vt hæc
audiuit: & cõuocauit oẽs amicos suos, &
principes exercitus sui, & eos qui super
equites erant. sed & de regnis aliis, & de
insulis maritimis venerũt ad eũ exercitus
conductitij. Et erat numerus exercitus
eius, centũ millia peditũ, & viginti millia
equitũ, & elephanti triginta duo docti ad
prœlium. Et venerũt per Idumæam, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

applicuerunt ad Beth-surā, & pugnauerūt dies multos, & fecerūt machinas: & exierunt, & succēderunt eas igni, & pugnauerūt viriliter. Et recessit Iudas ab arce, & 32
mouit castra ad Bethzacharā cōtra castra regis. Et surrexit rex ante lucē, & cōcitauit exercitus in impetū cōtra viā Bethzacharā: & cōparauerunt se exercitus in prœliū, & tubis cecinerūt: & elephantis 34
ostēderūt sanguinē vuæ & mori, ad acuēdos eos in prœlium. & diuiserūt bestias 35
per legiones: & astiterūt singulis elephātis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorū: & quingēti equites ordinati vnicuiq. bestiæ electi erant.

Hi ante tempus vbicūq. erat bestia, ibi 36
erāt: & quocūq. ibat, ibāt, & non discedebāt ab ea. Sed & turres ligneæ super eos 37
firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ: & super singulas viri virtutis trigintaduo, qui pugnabant désuper: & intus magister bestiæ. Et re- 38
siduum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitū cōmouere, & perurgere constipatos in legionibus eius.

Et vt refulsit sol in clypeos aureos & 39
æreos, resplenduerūt montes ab eis, & resplēduerunt sicut lampades ignis. Et di- 40
stincta est pars exercitus regis per mōtes excelsos, & alia per loca humilia: & ibāt cautè & ordinatè. Et cōmouebātur oēs 41
inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & incessu turbæ, & collisione armorū: erat enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas, & exer- 42
citus eius in prœliū: & ceciderunt de exercitu regis sexcēti viri. Et vidit Elea- 43
zar filius Saura, vnā de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminēs super cæteras bestias. & visum est ei quòd in ea esset rex: & dedit se vt liberaret populū suū, 44
& acquireret sibi nomē æternū. Et cu- 45
currit ad eam audacter in medio legionis interficiēs à dextris, & à sinistris, & cadebāt ab eo huc atq. illuc. Et iuit sub pe- 46
des elephātis, & suppositus se ei, & occîdit eū: & cecidit in terrā super ipsum, & mortuus est illic. Et vidētes virtutē re- 47
gis, & impetū exercitus eius, diuerterunt se ab eis. Castra autē regis ascenderunt 48
cōtra eos in Ierusalē, & applicuerunt castra regis ad Iudæā & montē Siō. Et fe- 49
cit pacē cum his qui erāt in Bethsura: & exierunt de ciuitate, quia nō erant eis ibi alimēta cōclusis, quia sabbatha erāt terræ.

Et cōprehendit rex Bethsurā: & cōsti- 50
tuit illic custodiā seruare eā. Et cōuer- 51
tit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormēta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas, & fundibula. Fecerūt aūt 52
& ipsi machinas aduersus machinas eorū, & pugnauerūt dies multos. Escæ autem 53
nō erāt in ciuitate, eo quòd septimus annus esset: & qui remāserant in Iudæa de Gētibus, cōsumpserant reliquias eorum
54 quæ repositæ fuerant. Et remanserūt in sanctis viri pauci, qm̄ obtinuerat eos fames: & dispersi sunt vnusquisq. in locum
55 suum. Et audiuit Lysias quòd Philippus quē cōstituerat rex Antiochus cū adhuc viueret, vt nutriret Antiochū filiū suū, &
56 regnaret, reuersus esset à Perside & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat susscipere regni negotia:
57 & festinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus, Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quē obsidemus est munitus, & incūbit nobis or-
58 dinare de regno. Nunc itaq. demus dextras hominibus istis, & faciamus cū illis
59 pacē, & cū omni gēte eorū: & cōstituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius. propter legitima enim ipsorū, quæ despeximus, irati sunt, & fecerunt
60 omnia hęc. Et placuit sermo in cōspectu regis & principū: & misit ad eos pacem
61 facere: & receperūt illā. Et iurauit illis rex & principes: & exierunt de munitio-
62 ne. Et intrauit rex montem Siō, & vidit munitionē loci: & rupit citius iuramentū quod iurauit, & mandauit destruere mu-
63 rum in gyro. Et discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduersus eū, & occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

1 ANno centesimo quinquagesimo primo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatē maritimam, & regnauit illic.
2 Et factū est: vt ingressus est domū regni patrū suorū, comprehendit exercitus Antiochū & Lysiā, vt adducerēt eos ad eū.
3 Et res ei innotuit: & ait, Nolite mihi
4 ostēdere faciē eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius sup sedē regni sui, & venerunt ad eū viri iniqui &
5 impij ex Israël: & Alcimus dux eorū, q
6 volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populū apud regē, dicētes, Perdidit Iudas & fratres eius oēs amicos tuos, & nos dis-
7 perdidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virū cui credis, vt eat & videat exterminiū omne quod fecit nobis & regionibus regis: & puniat oēs amicos eius &
8 adiutores eorū. Et elegit rex ex amicis suis Bacchidē, qui dominabatur trās fluuios Bacchidē, qui dominabatur trās fluuios magnū in regno, & fidelē regi: & mi-
9 sit eū, & Alcimū impiū cōstituit in sacerdotiū, & mādauit ei facere vltionē in
10 filios Israël. Et surrexerūt, & venerunt cū exercitu magno in terrā Iuda: & miserunt nuntios, & locuti sunt ad Iudam, & ad fratres eius verbis pacificis in dolo.
11 ¶ Et nō intenderūt sermonibus eorum: viderūt enim quia venerunt cū exercitu
12 magno. Et cōuenerūt ad Alcimū & Bacchidē cōgregatio scribarū requirere quæ
13 iusta sunt: & primi, Asidęi qui erant in filiis Israël: & exquirebāt ab eis pacem.

Dixerunt

elephantum 3 MS. G.

in 9.

Inf. 10, 46.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dixerũt enim, Homo ſacerdos de ſemine Aarõ venit, nõ decipiet nos. Et locutus eſt cum eis verba pacifica: & iurauit illis, dicẽs, Nõ inferemus vobis malum, neq. amicis veſtris. Et crediderũt ei. Et cõprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos in vna die ſecundũ verbũ quod ſcriptũ eſt: ‖ Carnes ſanctorũ tuorum, & ſanguinẽ ipſorũ effuderunt in circuitu Ieruſalẽ, & nõ erat qui ſepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnẽ populũ: quia dixerũt, Nõ eſt veritas & iudiciũ in eis: trãſgreſſi ſunt enim cõſtitutũ, & iuſſurandũ quod iurauerũt. Et mouit Bacchides caſtra ab Ieruſalẽ, & applicuit in Bethzecha: & miſit, & cõprehẽdit multos ex eis qui ad ſe refugerant, & quoſdã de populo mactauit, & in puteũ magnum proiecit. Et cõmiſit regionẽ Alcimo, & reliquit cũ eo auxiliũ in adiutorium ipſi. Et abiit Bacchides ad regẽ: & ſatis agebat Alcimus p principatu ſacerdotij ſui. & cõuenerũt ad eũ oẽs qui perturbabant populũ ſuũ, & obtinuerũt terrã Iuda, & fecerũt plagã magnã in Iſraël. Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cũ eo erant, filiis Iſraël, multo plus quàm Gentes. & exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictã in viros deſertores, & ceſſauerunt vltrà exire in regionẽ. Vidit autem Alcimus quòd preualuit Iudas & qui cũ eo erant: & cognouit quia nõ poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad regẽ, & accuſauit eos multis criminibus. ‖ Et miſit rex Nicanorem, vnũ ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens cõtra Iſraël: & mandauit ei euertere populũ. Et venit Nicanor in Ieruſalẽ cum exercitu magno, & miſit ad Iudã & ad fratres eius verbis pacificis cũ dolo, dicẽs, Nõ ſit pugna inter me & vos: veniã cũ viris paucis, vt videã facies veſtras cum pace. Et venit ad Iudã, & ſalutauerunt ſe inuicẽ pacificè: & hoſtes parati erant rapere Iudam. Et innotuit ſermo Iudæ quoniã cũ dolo venerat ad eũ: & conterritus eſt ab eo, & amplius noluit videre faciẽ eius. Et cognouit Nicanor qm̃ denudatũ eſt cõſiliũ eius: & exiuit obuiã Iudæ in pugnã iuxtà Capharſalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu, ferè quinq. millia viri, & fugerunt in ciuitatẽ Dauid. Et poſt hæc verba aſcẽdit Nicanor in montẽ Siõ: & exierũt de ſacerdotibus populi ſalutare eũ in pace, & demõſtrare ei holocautomata quæ offerebãtur pro rege. Et irridens ſpreuit eos, & polluit: & locutus eſt ſuperbè, & iurauit cũ ira, dicẽs, Niſi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: cõtinuò cũ regreſſus fuero in pace, ſuccẽdã domũ iſtã. Et exiit cũ ira magna. & intrauerũt ſacerdotes, & ſteterũt ante faciẽ altaris & tẽpli: & flentes dixerunt, Tu Dñe elegiſti domũ iſtã ad inuocandũ nomẽ tuũ in ea, vt eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo: fac vindictã in homine iſto, & exercitu eius, & cadant in gladio: memento blaſphemias eorũ, & ne dederis eis vt permaneãt. Et exiit Nicanor ab Ieruſalẽ, & caſtra applicuit ad Beth-horõ: & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarſa cũ tribus millibus viris: & orauit Iudas, & dixit: ‖ Qui miſi erãt à rege Sennacherib, Dñe, quia blaſphemauerũt te, ‖ exiit angelus, & percuſſit ex eis centum octogintaquinq. millia: ſic cõtere exercitum iſtũ in cõſpectu noſtro hodie, & ſciãt cæteri quia malè locutus eſt ſup ſancta tua, & iudica illũ ſecundum malitiam illius. Et cõmiſerũt exercitus prœliũ tertiadecima die menſis Adar: & contrita ſunt caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe primus in prœlio. Vt autẽ vidit exercitus eius quia cecidiſſet Nicanor, proiecerunt arma ſua, & fugerunt: & perſecuti ſunt eos viam vnius diei ab Adazer, vſquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt poſt eos cũ ſignificationibus: & exierunt de omnibus caſtellis Iudææ in circuitu, & vẽtilabant eos cornibus, & cõuertebãtur iterũ ad eos. & ceciderũt oẽs gladio, & non eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt ſpolia eorũ in prædã: & caput Nicanoris amputauerũt, & dexterã eius quã extenderat ſuperbè, & attulerũt, & ſuſpenderũt cõtra Ieruſalem. Et lætatus eſt populus valdè, & egerũt diẽ illã in lætitia magna. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtã tertiadecima die mẽſis Adar. Et ſiluit terra Iuda dies paucos. CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomẽ Romanorum quia ſunt potentes viribus, & acquieſcũt ad oĩa quæ poſtulantur ab eis: & quicumq. acceſſerunt ad eos, ſtatuerũt cũ eis amicitias, & quia ſunt potẽtes viribus: Et audierũt prœlia eorum, & virtutes bonas quas fecerũt in Galatia, quia obtinuerũt eos, & duxerũt ſub tributum: & quanta fecerunt in regione Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatẽ redegerũt metalla argẽti & auri quæ illic ſunt, & poſſederunt omnẽ locũ cõſilio ſuo & patientia: locaq. quæ longè erãt valde ab eis, & reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terræ, cõtriuerũt, & percuſſerunt eos plaga magna: cæteri autẽ dãt eis tributũ omnibus annis. & Philippũ & Perſen Ceteorum regẽ, & cæteros qui aduerſum eos arma tulerãt cõtriuerũt in bello, & obtinuerũt eos. & Antiochũ magnũ regẽ Aſiæ, qui eis pugnã intulerat, habens centũ viginti elephãtes, & equitatũ, & currus, & exercitum magnum valde, contritum ab eis: & quia ceperũt eum viuum, & ſtatuerunt ei vt daret ipſe & qui regnarent poſt ipſum, tributum magnum, & daret obſides, & conſtitutum, & regionem Indorũ, & Medos, & Lydos de optimis regionib⁹ eorũ: & acceptas eas ab eis, dederũt

4 Re. 19, 35. Tob. 1, 21. Eccl. 48, 25. Iſa. 37, 36. 2 Mac. 8, 19. 15, 22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eumeni regi. & quia qui erãt apud Hel- 9
ladã, voluerũt ire, & tollere eos: & innotuit sermo his, & miserũt ad eos ducem 10
vnũ, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorum, & filios, & diripuerũt eos, & terrã eorũ possederũt, & destruxerunt muros eorũ, & in seruitutẽ illos redegerũt vsq. in hũc diẽ: & residua regna, & 11
insulas quæ aliquãdo restiterant illis, exterminauerũt, & in potestatẽ redegerunt.

Cũ amicis autẽ suis, & qui in ipsis re- 12
quiẽ habebãt, cõseruauerũt amicitiã, & obtinuerũt regna quæ erant proxima, & quæ erãt longè: quia quicumq. audiebant nomẽ eorũ, timebant eos· quibus verò 13
vellẽt auxilio esse vt regnarẽt, regnabãt: quos autẽ vellẽt, regno deturbabãt: & exaltati sunt valde. Et in omnib⁹ istis ne- 14
mo portabat diadema, nec induebaẽ purpura, vt magnificaretur in ea. Et quia 15
curiã fecerũt sibi, & quotidie cõsulebant trecẽtos viginti consiliũ agẽtes semp de multitudine, vt quę digna sunt, gerãt: & 16
cõmittunt vni homini magistratũ suũ p singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ: & oẽs obediũt vni, & nõ est inuidia, neq. zelus inter eos. Et elegit Iudas Eu- 17
polemũ filiũ Iohannis filij Iacob, & Iasonẽ filiũ Eleazari, & misit eos Romam cõstituere cũ illis amicitiã & societatem:

& vt auferrẽt ab eis iugũ Græcorum, 18
quia viderũt quòd in seruitutẽ premerẽt regnũ Israël. Et abierũt Romã viã mul- 19
tã valde, & introierũt curiã, & dixerunt,

Iudas Machabæus, & fratres ei⁹, & po- 20
pulus Iudæorũ miserũt nos ad vos statuere vobiscũ societatẽ & pacẽ, & cõscribere nos socios & amicos vestros. Et pla- 21
cuit sermo in cõspectu eorũ. Et hoc re- 22
scriptũ est quod rescripserũt in tabulis ęreis; & miserũt in Ierusalẽ, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis.

BENE SIT ROMANIS & gẽti Iu- 23
dæorũ in mari & in terra in æternũ: gladiusq. & hostis procul sit ab eis. Quòd 24
si institerit bellũ Romanis prius, aut omnibus sociis eorũ in omni dominatione eorũ: auxiliũ feret gens Iudæorũ, prout 25
tẽpus dictauerit, corde pleno: & præliãtibus nõ dabũt, neq. subministrabũt triticũ, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: & custodiẽt mãdata eorũ, nihil ab eis accipiẽtes. Similiter autẽ & si 27
gẽti Iudæorũ prius acciderit bellũ, adiuuabũt Romani ex animo, prout eis tẽpus permiserit: & adiuuantibus nõ dabitur 28
triticũ, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodiẽt mãdata eorũ absq. dolo. secũdũ hæc verba cõstituerũt Ro- 29
mani populo Iudæorũ. Quòd si post hęc 30
verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcũq. addiderint vel dempserint, rata erunt. Sed & de malis quæ 31
Demetrius rex fecit in eos, scripsim⁹ ei, dicentes, Quare grauasti iugũ tuũ super
32 amicos nostros, & socios Iudæos? Si ergo iterũ adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraque.

CAP. IX.

1 INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus ei⁹ in prœlio, apposuit & Bacchidẽ & Alcimũ rursum mittere in Iudæã, & dextrũ cornu cũ
2 illis. Et abierunt viã quæ ducit in Galgala, & castra posuerũt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupauerũt eã, & per-
3 emerunt animas hominum multas. In mẽse primo anni centesimi & quinquagesimi secũdi applicuerũt exercitũ adeu-
4 rusalẽ: & surrexerũt, & abierũt in Bereã viginti millia virorũ, & duo millia equi-
5 tũ. Et Iudas posuerat castra in Laisa, &
6 tria millia viri electi cũ eo: & viderunt multitudinẽ exercitus quia multi sunt, & timuerũt valde: & multi subtraxerũt se de castris, & nõ remanserunt ex eis nisi
7 octingẽti viri. Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus suus, & bellũ perurgebat eũ, & cõfractus est corde: quia nõ habebat tẽpus cõgregãdi eos, & dissolutus est.
8 Et dixit his qui residui erãt, Surgam⁹, & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebãt eũ, dicẽtes: Nõ poterimus, sed liberemus animas nostras modò, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabi-
9 mus aduersus eos: nos autẽ pauci sum⁹.
10 Et ait Iudas, Absit istã rẽ facere, vt fugiamus ab eis: & si appropiauit tempus nostrũ, moriamur in virtute propter fratres nostros, & nõ inferamus crimẽ glo-
11 riæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterũt illis obuiã: & diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitũ, & primi cer-
12 taminis oẽs potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis:
13 exclamauerunt autẽ & hi qui erant ex parte Iudæ etiã ipsi, & cõmota est terra à voce exercituũ: & cõmissum est prœliũ
14 à manè vsq. ad vesperã. Et vid.t Iudas quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & cõuenerũt cum ipso oẽs
15 cõstantes corde: & contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsq. ad
16 montẽ Azoti. Et qui in sinistro cornu erãt, viderũt quòd contritũ est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudã & eos qui
17 cũ ipso erãt à tergo: & ingrauatum est prœliũ, & ceciderunt vulnerati multi ex
18 his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerũt. Et Ionathas, & Simõ tulerũt
19 Iudã fratrẽ suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorũ in ciuitate Modin. Et fleuerunt eum omnis populus
20 Israël planctu magno: & lugebant dies
21 multos, & dixerunt: Quomodo cecidit potẽs, qui saluũ faciebat populũ Israël?
22 Et cætera verba bellorum Iudę, & virtutum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

turum quas fecit, & magnitudinis eius non sunt descripta: multa enim etât valde. Et factû est: post obitû Iudæ emerserût iniqui in omnibus finibus Israël, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatẽ. In diebus illis facta est fames magna valdè, & tradidit se Bacchidi omnis regio eorû cum ipsis. Et elegit Bacchides viros impios, & cõstituit eos dños regionis: & exquirebant & perscrutabãtur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidẽ, & vindicabat in illos, & illudebat. Et facta est tribulatio magna in Israël, qualis nõ fuit ex die qua non est visus propheta in Israël. Et congregati sunt omnes amici Iudę, & dixerût Ionathæ, Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est qui exeat contra inimicos, Bacchidem, & eos qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaq. te hodie elegimus esse pro eo nobis in principem & ducẽ ad bellandû bellû nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eû occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cũ eo erant: & fugerût in desertû Thecuæ, & cõsederût ad aquã lacus Asphar. Et cognouit Bacchides, & die sabbathorum venit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanẽ. Et Ionathas' misit fratrẽ suû ducẽ populi, & rogauit Nabuthæos amicos suos, vt cõmodarent' illis apparatû suû qui erat copiosus. Et exierût filij Iãbri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem & omnia quę habebat, & abierût habentes ea. Post hæc verba, renuntiatû est Iõnathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciũt nuptias magnas, & ducũt spõsam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanáan cũ ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui: & ascẽderunt, & abscõderunt se sub tegumẽto mõtis. Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus: & spõsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cũ tympanis, & musicis, & armis multis. Et surrexerût ad eos ex insidiis, & occiderût eos, & ceciderût vulnerati multi, & residui fugerût in mõtes: & acceperût omnia spolia eorû, & conuersæ sunt nuptiæ in luctû, & vox musicorû ipsorû in lamentû. Et vindicauerunt vindictã sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripã Iordanis. Et audiuit Bacchides, & venit die sabbathorû vsq. ad oram Iordanis in virtute magna. Et dixit ad suos Ionathas, Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros. non est enim hodie sicut heri, & nudiustertius. ecce enim bellum ex aduerso, aqua vero Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & saltus: & nõ est locus diuertendi. Nunc ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu inimicorum vestrorû. Et cõmissum est bellum. Et extẽdit Ionathas manû suam percutere Bacchidẽ, & diuertit ab eo retro: & dissiliit Ionathas & qui cũ eo erât in Iordanẽ, & trãsnatauerunt ad eos Iordanem: & ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri: & reuersi sunt in Ierusalem: & ædificauerũt ciuitates munitas in Iudęa, munitionem quæ erat in Iericho, & in Ammaum, & in Beth-horon, & in Beth-el, & Thamnata, & Phara, & Thopo muris excelsis & portis & seris. Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Israël: & muniuit ciuitatẽ Beth-suram, & Gazaram, & arcẽ, & posuit in eis auxilia, & apparatum escarû: & accepit filios principũ regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalẽ in custodiã. Et anno centesimo quinquagesimotertio, mense secũdo præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarũ: & cœpit destruere. In tẽpore illo percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illi⁹, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi, nec vltrà potuit loqui verbũ & mãdare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tẽpore illo cũ tormento magno. Et vidit Bacchides quoniã mortuus est Alcimus: & reuersus est ad regẽ, & siluit terra Iuda' annis duobus. Et cogitauerũt omnes iniqui, dicẽtes, Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silẽtio habitãt confidẽter: nũc ergo adducamus Bacchidẽ, & cõprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt, & consilium ei dederunt. Et surrexit vt veniret cũ exercitu multo: & misit occultè epistolas sociis suis qui erãt in Iudæa, vt comprehenderent Ionathã & eos qui cũ eo erant: sed nõ potuerũt, quia innotuit eis consiliũ eorum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant 'militiæ' quinquaginta viros, & occîdit eos. & sceesit Ionathas, & Simon, & qui cũ eo erât in Beth-bessen, quæ est in deserto: & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuersam multitudinẽ suã: & his qui de Iudæa erant denuntiauit. Et venit, & castra posuit dẽsup Beth-bessen: & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simõnẽ fratrẽ suum in ciuitate, & exiit in regionẽ, & venit cum numero, & percussit Odaren & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorû, & cœpit cædere & crescere in virtutibus. Simon verò, & qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate, & succẽderũt machinas: & pugnauerunt contra Bacchidẽ, & contritus est ab eis, & afflixerũt eũ valde, quoniã consiliũ eius & congressus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occîdit:

-18 MS. R. *Verùm in codicibus* G. *legitur.*

'malitiæ 3 MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſe aũt cogitauit cũ reliquis abire in regionẽ ſuam. Et cognouit Ionathas: & miſit ad eũ legatos componere pacẽ cum ipſo, & reddere ei captiuitatẽ. Et libenter accepit, & fecit ſecundũ verba eius, & iurauit ſe nihil facturũ ei mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat prædatus de terra Iuda: & conuerſus abiit in terrã ſuam, & nõ apposuit amplius venire in fines eius.

Et ceſſauit gladius ex Iſraël: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populũ, & exterminauit impios ex Iſraël.

CAP. X.

ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexãder Antiochi filius, qui cognominat⁹ eſt Nobilis: & occupauit Ptolemaidam, & receperũt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitũ copioſum valde, & exiuit obuiã illi in prœliũ. Et miſit Demetrius epiſtolam ad Ionathã verbis pacificis, vt magnificaret eũ: dixit enim, Anticipemus facere pacẽ cum eo, priuſquã faciat cum Alexãdro aduerſum nos. recordabitur enim omniũ malorũ quæ fecimus in eum, & in fratrẽ eius, & in gẽtem eius. Et dedit ei poteſtatẽ congregãdi exercitũ, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſociũ eius, & obſides qui erant in arce iuſſit tradi ei. Et venit Ionathas in Ieruſalẽ, & legit epiſtolas in auditu omnis populi & eorũ qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniã audierũt quòd dedit ei rex poteſtatẽ cõgregãdi exercitũ. Et traditi ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos parẽtib. ſuis: & habitauit Ionathas in Ieruſalẽ, & cœpit ędificare & innouare ciuitatẽ. Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros, & monte Siõ in circuitu lapidib. quadratis ad munitionẽ: & ita fecerũt. Et fugerũt alienigenæ qui erant in munitionib. quas Bacchides ędificauerat: & reliquit vnuſquiſq. locũ, & abiit in terrã ſuam: tantũ in Beth-ſura remanſerunt aliqui ex his qui reliquerant legẽ & prẽcepta Dei. erat enim hæc eis ad refugiũ. Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit Demetri⁹ Ionathæ: & narrauerũt ei prœlia, & virtutes quas ipſe fecit, & fratres eius, & labores quos laborauerũt: & ait, Nũquid inueniemus aliquẽ virũ talẽ? & nũc faciemus eum amicũ, & ſociũ noſtrum.

Et ſcripſit epiſtolã, & miſit ei ſecũdum hæc verba, dicẽs: REX Alexander fratri Ionathæ ſalutem. Audiuimus de te quòd vir potẽs ſis viribus, & aptus es vt ſis amicus noſter: & nũc cõſtituimus te hodie ſummũ ſacerdotẽ gentis tuæ, vt amicus vocẽris regis (& miſit ei purpurã, & coronã aureã) & quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum, & conſerues amicitias ad nos. Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſeptimo menſe, anno cẽteſimo ſexageſimo in die ſolenni ſcenopegiæ: & congregauit exercitũ, & fecit arma copioſa. Et audiuit Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis, & ait, Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiã Iudæorũ ad munimen ſui? Scribã & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona: vt ſint mecũ in adiutorium. Et ſcripſit eis in hæc verba, Rex Demetrius genti Iudæorum ſalutẽ. Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum, & mãſiſtis in amicitia noſtra, & nõ acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus, & gauiſi ſumus. Et nũc perſeuerate adhuc cõſeruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcũ. Et remittemus vobis præſtationes multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc abſoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto, & tertias ſeminis: & dimidiã partẽ fructus ligni quod eſt portionis meę, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierna die & in totũ tẽpus: & Ieruſalem ſit ſancta & libera cũ finibus ſuis: & decimę & tributa, ipſius ſint. Remitto etiã poteſtatẽ arcis quæ eſt in Ieruſalẽ: & do eã ſummo ſacerdoti, vt cõſtituat in ea viros quoſcũq. ipſe elegerit, qui cuſtodiãt eam. Et omnẽ animã Iudæorũ, quæ captiua eſt à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberã gratis, vt omnes à tributis ſoluãtur, etiã pecorũ ſuorum. Et omnes dies ſolennes, & ſabbatha, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diẽ ſolẽnẽ, & tres dies poſt diẽ ſolennẽ ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus Iudæis qui ſunt in regno meo: & nemo habebit poteſtatẽ agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquẽ illorũ in omni cauſa. Et aſcribãtur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorũ, & dabũtur illis copię vt oportet omnib. exercitib. regis, & ex eis ordinabũtur qui ſint in munitionibus regis magni: & ex his cõſtituẽtur ſuper negotia regni quę agũtur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambulẽt in legibus ſuis, ſicut prẽcepit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cũ Iudæa reputẽtur: vt ſint ſub vno, & nõ obediãt alienę poteſtati, niſi ſummi ſacerdotis: Ptolemaida & cõfines ei⁹, quas dedi donũ ſanctis qui ſunt in Ieruſalẽ ad neceſſarios ſumpt⁹ ſanctorũ. Et ego do ſingulis annis quindecim millia ſiclorũ argenti de rationibus regis, quæ me cõtingẽt: & omne quod reliquũ fuerit, quod nõ reddiderãt qui ſuper negotia erãt annis priorib⁹, ex hoc dabũt in opera dom⁹. Et ſuper hæc quinq. millia ſiclorũ argẽti, quę accipiebãt de ſanctorũ ratione per ſingulos annos: & hæc ad ſacerdotes pertineant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tineãt, qui ministerio fungũtur. Et quicunq. cõfugerint in templũ quod est Ierosolymis, & in omnib. finib. eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo, libera habeãt. Et ad ædificãda vel restauranda opera sanctorũ sumptus dabũtur de ratione regis: & ad extruẽdos muros in Ierusalẽ & cõmuniẽdos in circuitu, sumptus dabũtur de ratione regis, & ad construẽdos muros in Iudæa. Vt audiuit aũt Ionathas & populus sermones istos, ‖ nõ crediderũt eis, nec receperũt eos: quia recordati sunt malitiæ magnæ quã fecerat in Israël, & tribulauerat eos valde. Et cõplacuit eis in Alexãdrũ, quia ipse fuerat eis princeps sermonũ pacis, & ipsi auxiliũ ferebãt omnib. diebꝰ. Et cõgregauit rex Alexãder exercitũ magnũ, & admouit castra cõtra Demetriũ. Et cõmiserũt prœliũ duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eũ Alexander, & incubuit sup eos. Et inualuit prœliũ nimis, donec occidit Sol: & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexander ad Ptolemæũ regẽ Aegypti legatos secundũ hæc verba dicẽs: QVONIAM regressus sum in regnũ meũ, & sedi in sede patrũ meorũ, & obtinui principatũ, & cõtrui Demetriũ, & possedi regionẽ nostrã, & cõmisi pugnã cum eo, & cõtritus est ipse, & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni eius: & nũc statuamus adinuicẽ amicitiã: & da mihi filiã tuã vxorẽ, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatẽ. Et respõdit rex Ptolemæus, dicens: FELIX dies in qua reuersus es ad terrã patrũ tuorũ, & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciã tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidã, vt videamꝰ inuicẽ nos, & spondeã tibi sicut dixisti. Et exiuit Ptolemæus de Aegypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidã anno cẽtesimo sexagesimo secũdo. Et occurrit ei Alexãder rex, & dedit ei Cleopatrã filiã suã: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges, in magna gloria. Et scripsit rex Alexãder Ionathæ, vt veniret obuiam sibi. Et abiit cũ gloria Ptolemaidã, & occurrit ibi duob. regibus, & dedit illis argentũ multũ, & aurũ, & dona: & inuenit gratiam in cõspectu eorũ. Et cõuenerunt aduersus eũ viri pestilẽtes ex Israël, viri iniqui interpellãtes aduersus eũ: & nõ intendit ad eos rex. Et iussit spoliari Ionathã vestibus suis, & indui eũ purpura: & ita fecerunt. Et collocauit eũ rex sedere secum. Dixitq. principibus suis, Exite cũ eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduersus eũ interpellet de vllo negotio, nec quisquã ei molestus sit de vlla ratione. Et factũ est vt viderũt qui interpellabãt gloriã eius quæ prædicabatur, & operũ eũ purpura, fugerunt oẽs: & magnificauit eũ rex, & scripsit eũ inter primos amicos, & posuit eũ ducẽ, & participẽ principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalẽ cum pace & lætitia. In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrũ suorũ. Et audiuit Alexãder rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiã. Et cõstituit Demetriꝰ rex Apolloniũ ducẽ, qui præerat Cœlesyriæ: & cõgregauit exercitũ magnũ, & accessit ad Iamniã: & misit ad Ionathã summum sacerdotẽ, dicens, Tu solus resistis nobis: ego autẽ factus sum in derisum & in opprobriũ, propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in mõtibus. Nũc ergo si cõfidis in virtutibus tuis, descẽde ad nos in campũ, & cõparemus illic inuicẽ: quia mecũ est virtus bellorũ. Interroga & disce quis sum ego & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciẽ nostrã, quia bis in fugã cõuersi sunt patres tui in terra sua: & nũc quomodo poteris sustinere equitatũ & exercitũ tantum in campo, vbi nõ est lapis, neq. saxũ, neq. locus fugiẽdi? Vt audiuit aũt Ionathas sermones Apollonij, motus est animo: & elegit decẽ millia virorum, & exiit ab Ierusalẽ, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorũ: & applicuerũt castra in Ioppen, & exclusit eũ à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerũt ei, & obtinuit Ionathas Ioppẽ. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multũ. Et abiit Azotũ tanquã iter faciẽs, & statim exiit in campũ: eò quòd haberet multitudinẽ equitũ, & cõfideret in eis. Et insecutus est eum Ionathas in Azotũ, & cõmiserũt prœliũ. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè. Et cognouit Ionathas quoniã insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vsq. ad vesperã. Populus autem stabat, sicut præceperat Ionathas: & laborauerũt equi eorum. Et eiecit Simon exercitũ suum, & cõmisit contra legionẽ. equites enim fatigati erant; & cõtriti sunt ab eo, & fugerũt. Et qui dispersi sunt per campum, fugerũt in Azotũ, & intrauerũt in Bethdagon idõlum suum, vt ibi se liberarent. Et succẽdit Ionathas Azotũ, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagõ: & omnes qui fugerunt in illud, succendit igni. Et fuerũt qui ceciderũt gladio cum his qui succẽsi sunt, ferè octo millia virorũ. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonẽ: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est Ionathas in Ierusalẽ cum suis, habẽtibus spolia multa. Et factum est, vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan.

Et mi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et misit ei fibulam aureā, sicut cōsuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accarō & omnes fines ei⁹ in possessionē.

CAP. XI.

ET rex Aegypti congregauit exercitū, sicut arenā quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnū Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebāt ei ciuitates, & occurrebāt ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eò quòd socer suus esset. Cùm autē introiret ciuitatē Ptolemæus, ponebat custodias militū in singulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templū Dagon succensum igni, & Azotū, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorū qui cæsi erāt in bello tumulos quos fecerāt secus viā. Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiā facerēt ei: & tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cū gloria, & inuicē se salutauerunt, & dormierunt illic. Et abiit Ionathas cum rege vsq.ad fluuiū qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem. Rex autē Ptolemæus obtinuit dominiū ciuitatū vsque Seleuciā maritimā, & cogitabat in Alexandrum cōsilia mala. Et misit legatos ad Demetriū, dicēs, VENI, componamus inter nos pactū, & dabo tibi filiam meā quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. pœnitet enim me quòd dederim illi filiam meam: quæ siuit enim me occidere. Et vituperauit eum, propterea quòd concupierat regnū eius.

Et abstulit filiam suā, & dedit eam Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asiæ. Alexāder autē rex erat in Cilicia illis tēporibus: quia rebellabāt qui erant in locis illis. Et audiuit Alexāder, & venit ad eū in bellū: & produxit Ptolemæus rex exercitū, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eū. Et fugit Alexander in Arabiā, vt ibi protegeretur: rex aūt Ptolemæus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erāt in munitionibus, perierunt ab his qui erāt intra castra. Et regnauit Demetrius anno cēteſimo sexagesimoseptimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarēt arcē quæ est in Ierusalem: & fecerūt cōtra eam machinas multas. Et abierūt quidā qui oderāt gentē suam viri iniqui ad regē Demetriū, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obsideret arcem.

Et vt audiuit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidam; & scripsit Ionathæ ne obsideret arcē, sed occurreret sibi ad colloquiū festinatò. Vt audiuit autē Ionathas, iussit obsidere: & elegit de senioribus Israēl, & de sacerdotibus, & dedit se
24 periculo. Et accepit aurū & argentū, & veste, & alia xenia multa, & abiit ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in
25 conspectu eius. Et interpellabāt aduersum eum quidā iniqui ex gente sua. Et
26 fecit ei rex sicut fecerāt ei qui ante eum fuerāt: & exaltauit eum in cōspectu om-
27 nium amicorū suorū, & statuit ei principatū sacerdotij, & quæcunq. alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principē amicorum. Et postulauit Ionathas à rege vt
28 immunē faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariā, & cōfines eius: & promisit ei talēta trecenta. Et cōsensit rex:
29 & scripsit Ionathę epistolas de his omnibus, hūc modū continētes. REX Demetrius fratri Ionathæ salutē & gēti Iu-
30 dæorū. Exemplū epistolæ, quā scripsimus Lastheni parēti nostro de vobis, mi-
31 simus ad vos vt sciretis: Rex Demetrius
32 Lastheni parēti salutē. Gēti Iudæorū amicis nostris, & cōseruantibus quæ iusta sunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatē ipsorū quā erga nos
33 habēt. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydā & Ramathā, quæ additæ sunt Iudææ ex Samaria, & omnes cōfines earū sequestrari omnibus sacrificātibus in Ierosolymis pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terræ & po-
35 morum. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarū & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarū, & co-
36 ronas quæ nobis deferebantur, omnia ipsis cōcedimus. & nihil horū irritū erit
37 ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate facere horū exemplū, & detur Ionathæ, & ponatur in monte sancto, & in
38 loco celebri. Et videns Demetrius rex quòd siluit terra in cōspectu suo, & nihil ei resistit, dimisit totū exercitū suū, vnūquemq. in locū suum, excepto peregrino exercitu, quem traxit ab insulis Gētium: & inimici erant ei omnes exercitus pa-
39 trū eius. Tryphon aūt erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit cōtra Demetriū, & iuit ad Emalchuel Arabē, qui
40 nutriebat Antiochū filiū Alexandri: & assidebat ei, vt traderet eū ipsi, vt regnaret loco patris sui: & enūtiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituū eius aduersus illum. Et mansit ibi diebus
41 multis. Et misit Ionathas ad Demetriū regē vt eiiceret eos qui in arce erāt in Ierusalē, & qui in præsidiis erant: quia im-
42 pugnabāt Israēl. Et misit Demetrius ad Ionathan, dicens, Non hæc tantū faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te
43 & gentē tuā cū fuerit opportunū. Nūc ergo rectè feceris, si miseris in auxilium mihi viros: quia discessit omnis exercit⁹
44 meus. Et misit ei Ionathas tria millia virorū fortiū Antiochiam: & venerūt ad

regem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regé, & delectatus est rex in aduẽtu eorũ.
Et cõuenerũt qui erãt de ciuitate, centũ 45
viginti millia virorũ, & volebant interfi-
cere regẽ. Et fugit rex in aulã: & occu- 46
parunt qui erãt de ciuitate, itinera ciui-
tatis, & cœperunt pugnare. Et vocauit 47
rex Iudæos in auxiliũ, & conuenerũt oẽs
simul ad eũ, & dispersi sunt oẽs per ciui-
tatem: & occiderũt in illa die centũ mil- 48
lia hominũ, & succẽderunt ciuitatem, &
ceperunt spolia multa in die illa, & libe-
rauerũt regem. Et viderunt qui erant de 49
ciuitate quòd obtinuissent Iudæi ciuitatẽ
sicut volebãt: & infirmati sunt mẽte sua,
& clamauerunt ad regẽ cũ precibus, di- 50
centes, Da nobis dextras, & cessent Iudæi
oppugnare nos & ciuitatẽ. Et proicce- 51
runt arma sua, & fecerunt pacẽ: & glori-
ficati sunt Iudæi in conspectu regis, & in
cõspectu omnium qui erãt in regno eius,
& nominati sunt in regno: & regressi sunt
in Ierusalẽ, habẽtes spolia multa. Et se- 52
dit Demetrius rex in sede regni sui: & si-
luit terra in cõspectu eiº. Et mẽtitus est 53
omnia quæcunq. dixit, & abalienauit se à
Ionatha, & nõ retribuit ei secundũ bene-
ficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eum
valde. Post hæc autem reuersus est Try- 54
phon, & Antiochus cũ eo puer adolescẽs,
& regnauit, & imposuit sibi diadema. Et 55
congregati sunt ad eũ oẽs exercitus quos
dispersérat Demetrius, & pugnauerunt
contra eũ: & fugit, & terga vertit. Et ac- 56
cepit Tryphon bestias, & obtinuit Antio-
chiam: & scripsit Antiochus adolescens 57
Ionathæ, dicẽs, Cõstituo tibi sacerdotiũ,
& constituo te super quatuor ciuitates, vt
sis de amicis Regis. Et misit illi vasa au- 58
rea in ministeriũ, & dedit ei potestatẽ bi-
bẽdi in auro, & esse in purpura, & habere
fibulã aureã. & Simonẽ fratrẽ eius cõ- 59
stituit ducẽ à terminis Tyri vsq. ad fines
Aegypti. Et exiit Ionathas, & perambu- 60
labat trans flumẽ ciuitates: & cõgregatus
est ad eũ omnis exercitus Syriæ in auxi-
lium, & venit Ascalonẽ, & occurrerunt ei
honorificè de ciuitate. Et abiit inde Ga- 61
zam: & cõclusérunt se qui erant Gazæ, &
obsedit eã, & succendit quæ erant in cir-
cuitu ciuitatis, & prædatus est eã. Et ro- 62
gauerunt Gazenses Ionathã, & dedit illis
dextrã: & accepit filios eorum obsides, &
misit illos in Ierusalem: & perambulauit
regionẽ vsq. Damascũ. Et audiuit Iona- 63
thas quòd prævaricati sunt principes De-
metrij in Cadẽs quæ est in Galilæa cum
exercitu multo, volentes eũ remouere à
negotio regni: Et occurrit illis: fratrem 64
autẽ suum Simonẽ reliquit intra prouin-
ciam. Et applicuit Simõ ad Bethsuram, 65
& expugnabat eã diebus multis, & cõclu-
sit eos. Et postulauerunt ab eo dextras 66
accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde,
& cepit ciuitatẽ, & posuit in ea præsidiũ.
Et Ionathas & castra eius applicuerunt 67
ad aquã Genesar, & ante lucẽ vigilauerũt
68 in cãpo Asor. & ecce castra alienigena-
rũ occurrebãt in cãpo, & tendebãt ei in-
sidias in mõtibus: ipse autem occurrit ex
69 aduerso. Insidiæ verò exurrexerunt de
70 locis suis, & cõmiserũt prælium. Et fu-
gerunt qui erãt ex parte Ionathæ omnes:
& nemo relictº est ex eis, nisi Mathathias
filius Absolomi, & Iudas filius Calphi
71 princeps militiæ exercitus. Et scidit Io-
nathas vestimẽta sua, & posuit terram in
72 capite suo, & orauit. Et reuersus est Io-
nathas ad eos in prœliũ, & conuertit eos
73 in fugã, & pugnauerunt. Et viderunt qui
fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad
eũ, & insequebãtur cum eo omnes vsque
Cades ad castra sua, & peruenerunt vsq.
illuc. & ceciderunt de alienigenis in die
illa tria millia virorũ: & reuersus est Io-
nathas in Ierusalem. CAP. XII.

1 ET vidit Ionathas quia tempus eũ iu-
uat, & elegit viros, & misit eos Romã
statuere & renouare cum eis amicitiam:
2 & ad Spartiatas, & ad alia loca misit e-
3 pistolas secũdũ eandẽ formã. & abierũt
Romã, & intrauerũt curiam, & dixerunt,
Ionathas summus sacerdos, & gens Iu-
dęorũ miserũt nos, vt renouaremus ami-
4 citiã & societatẽ secũdũ pristinũ. Et de-
derunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt
5 deducerẽt eos in terrã Iuda cũ pace. Et
hoc est exemplũ epistolarũ quas scripsit
6 Ionathas Spartiatis. IONATHAS
summus sacerdos, & seniores gẽtis, & sa-
cerdotes, & reliquus populus Iudæorum,
7 Spartiatis fratribus salutem. Iampridem
missæ erãt epistolæ ad Oniam summum
sacerdotẽ à Dario qui regnabat apud vos,
quoniã estis fratres nostri, sicut ªscriptũ ª prescriptũ
8 continet quod subiectum est. Et suscepit MS.G.
Onias virũ qui missus fuerat, cũ honore:
& accepit epistolas, ⌐in'quibus significa- ⌐5 MS.
9 batur de societate & amicitia. ªNos*cũ *enim
nullo horũ indigeremus, habẽtes solatio MS.R.
sanctos libros qui sunt in manibus no- ª Et nos
10 stris, maluimus mittere ad vos renouare igitur G.
fraternitatẽ & amicitiam, ne fortè alieni
efficiamur à vobis: multa enim tempora
11 transierunt, ex quo missis ad nos. Nos
ergo in omni tempore sine intermissione
in diebus solennibus, & cæteris quibus
oportet, memores sumus vestri in sacrifi-
ciis quæ offerimus, & in obseruationibus
sicut fas est & decet meminisse fratrum.
12 Lætamur itaque de gloria vestra. Nos
13 autẽ circundederũt multæ tribulationes,
& multa prœlia, & impugnauerunt nos
14 reges qui sunt in circuitu nostro. Nolui-
mus ergo vobis molesti esse, neq. cæteris
sociis, & amicis nostris in his prœliis.
15 habuimº enim de cælo auxiliũ, & libe-
rati sumus nos, & humiliati sunt inimici
16 nostri. Elegimus itaq. Numeniũ Antio-
chi, & Antipatrẽ Iasonis ⌐filiũ', & misi- ⌐4 MS.G.
mus ad Romanos renouare cũ eis amici-
17 tiã & societatẽ pristinã. Mãdauimº itaq.
eis vt veniãt etiã ad vos, & salutent vos,

& red-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& reddãt vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. Et nũc benefacietis respõdentes nobis ad hæc. Et hoc rescriptũ ~ eũ' epistolarũ ¶, quod miserat Onias. Rex Spartiatarũ Onias, Ionathæ' sacerdoti magno salutẽ. Inuentũ est in scriptura de Sparriatis & Iudæis quoniã sunt fratres, & quòd sunt de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc cognouimus, ¶benefacitis' scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescripsimus vobis, Pecora nostra & possessiones nostræ, vestræ sunt; & vestræ, nostræ: mãdauimus itaq. hęc nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas quoniã regressi sunt principes Demetrij cum exercitu multo suprà quã prius, pugnare aduersus eũ: & exiit ab Ierusalẽ, & occurrit eis in Amathite regione: nõ enim dederat eis spatium vt ingrederẽtur regionẽ eius. Et misit speculatores in castra eorũ: & reuersi renuntiauerunt quòd cõstituunt superuenire illis nocte. Cùm occidisset aũt sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitũ castrorum. Et audierunt aduersarij quòd paratus est Ionathas cum suis in bello: & timuerũt, & formidauerunt in corde suo: & accenderunt focos in castris suis. Ionathas autẽ & qui cum eo erãt, non cognouerũt vsq. manè: videbant autẽ luminaria ardentia, & secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos: transierant enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percussit eos, & accepit spolia eorũ. Et iunxit, & venit Damascũ, & perambulabat omnem regionẽ illam. Simõ autẽ exiit, & venit vsq. ad Ascalonẽ, & ad proxima præsidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. (audiuit enim quòd vellẽt præsidium tradere partibus Demetrij) & posuit ibi custodes, vt custodirent eã. Et reuersus est Ionathas, & cõuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa, & ædificare muros in Ierusalẽ, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt esset ipsa singulariter, & neq. emãt, neq. vẽdant. Et cõuenerũt vt ædificarẽt ciuitatem; & cecidit murus qui erat super torrentem ab ortu solis, & reparauit eum qui vocatur Capheterha: & Simon ædificauit Adiada in Sephela, & muniuit eã, & imposuit portas & seras. Et cũ cogitasset Tryphõ regnare Asię, & assumere diadema, & extẽdere manum in Antiochũ regem: timẽs ne fortè nõ permitteret eũ Ionathas, sed pugnaret aduersus eũ, quærebat cõprehendere eũ, & occidere. Et exurgẽs abiit in Bethsan.

Et exiuit Ionathas obuiã illi cũ quadraginta millibus virorũ electorũ in prœliũ, & venit Bethsan. Et vidit Tryphõ quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. & excepit eũ cũ honore, & cõmendauit eũ omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obedirent ei, sicut sibi. Et dixit Ionathæ, Vt quid vexasti vniuersum populũ, cùm bellum nobis nõ sit? Et nunc remitte eos in domos suas: elige autẽ tibi viros paucos qui tecũ sint, & veni mecum Ptolemaidã, & tradã eã tibi, & reliqua præsidia & exercitum & vniuersos præpositos negotij, & cõuersus abibo: propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitũ, & abierũt in terram Iuda. retinuit autẽ secũ tria millia virorũ: ex quibus remisit in Galilæã duo millia, mille autẽ venerũt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserũt portas ciuitatis Ptolemẽses: & comprehenderũt eum: & omnes qui cũ eo intrauerãt, gladio interfecerunt. Et misit Tryphon exercitũ & equites in Galileam, & in campum magnum, vt perderẽt omnes socios Ionathæ. At illi cùm cognouissent quia comprehensus est Ionathas, & periit, & omnes qui cũ eo erãt: hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prœlium. Et videntes hi qui insecuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt: illi autẽ venerunt omnes cum pace in terrã Iudæ. Et planxerũt Ionathã, & eos qui cũ ipso erant valde: & luxit Israël luctu magno.

Et quæsierũt omnes gentes quæ erãt in circuitu eorum, conterere eos: dixerunt enim, Nõ habent principẽ & adiuuantẽ: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

CAP. XIII.

ET audiuit Simõ q cõgregauit Tryphõ exercitũ copiosũ, vt veniret in terrã Iuda, & attereret eã. Vidẽs qa in tremore populus est & in timore, ascẽdit Ierusalẽ, & cõgregauit populũ: & adhortãs dixit, Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prœlia, & angustias quales vidimus; horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israël, & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tẽpore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. Vindicabo itaq. gentẽ meã & sancta, natos quoque ¶nostros', & vxores: quia cõgregatę sunt vniuersæ gẽtes cõterere nos inimicitię gratia. Et accẽsus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos: & respõderũt voce magna dicẽtes, Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. pugna prœliũ nostrũ: & oĩa quæcũq. dixeris nobis, faciemus. Et cõgregãs omnes viros bellatores, accelerauit cõsummare vniuersos muros Ierusalẽ, & muniuit eã in gyro. Et misit Ionathan filiũ Absalomi, & cũ eo exercitum nouũ in Ioppen, & eiectis his qui erãt in arce, remansit illic ipse. Et mouit Tryphon à

- MS.G. ¶*quod miserat Oniares. Rex Spartiatarum Oniæ* G q. Q.n. ¶benefaciatis 2 MS G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phon à Ptolemaida cũ exercitu multo, vt
veniret in terrá Iuda, & Ionathas cũ eo
in cuſtodia. Simõ autẽ applicuit in Ad- 13
dus cõtra faciem campi. Et vt cognouit 14
Tryphon quia ſurrexit Simõ loco fratris
ſui Ionathæ; & quia cõmiſſurus eſſet cũ
eo prœliũ: miſit ad eũ legatos, dicens, 15
Pro argẽto quod debebat frater tuus Io-
nathas in ratione Regis, propter nego-
tia quæ habuit, detinuimus eũ. Et nũc 16
mitte argenti talenta centũ, & duos filios
eius obſides, vt nõ dimiſſus fugiat à no-
bis: & remittemus eũ. Et cognouit Si- 17
mon quia cum dolo loqueretur ſecum,
iuſſit tamẽ dari argẽtũ, & pueros: ne ini-
micitiã magnã ſumeret ad populũ Iſraël,
dicentẽ, Quia nõ miſit ei argentum & 18
pueros, propterea periit. Et miſit pueros, 19
& centũ talenta: & mentitus eſt, & non
dimiſit Ionathã. Et poſt hæc venit Try- 20
phon intra regionẽ, vt contereret eam; &
gyrauerũt per viã quæ ducit Ador, & Si-
mon & caſtra eius ambulabãt in omnem
locũ quocumq. ibant. Qui autẽ in arce 21
erãt, miſerũt ad Tryphonẽ legatos, vt fe-
ſtinaret venire per deſertum, & mitteret
illis alimonias. Et parauit Tryphõ om- 22
nem equitatũ, vt veniret illa nocte: erat
autẽ nix multa valde, & nõ venit in Ga-
laaditim. Et cùm appropinquaſſet Baſ- 23
caman, occidit Ionathã & filios eius illic.
Et cõuertit Tryphon, & abiit in terram 24
ſuã. Et miſit Simon, & accepit oſſa Io- 25
nathæ fratris ſui, & ſepeliuit ea in Modin
ciuitate patrum eius. Et planxerunt eũ 26
omnis Iſraël planctu magno, & luxerunt
eum dies multos. Et ædificauit Simon 27
ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum
ſuorum ædificium altum viſu, lapide po-
lito retrò & antè: & ſtatuit ſeptem py- 28
ramidas, vnã contra vnã patri & matri,
& quatuor fratribus: & his circumpo- 29
ſuit columnas magnas: & ſuper colũnas
arma, ad memoriã æternã: & iuxta arma
naues ſculptas, quæ viderentur ab omni-
bus nauigantibus mare. hoc eſt ſepul- 30
chrum quod fecit in Modin vſq. in hunc
diẽ. Tryphon autẽ cùm iter faceret cum 31
Antiocho rege adoleſcente, dolo occidit
eum. Et regnauit loco eius, & impoſuit 32
ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagã magnã
in terra. Et ædificauit Simon præſidia 33
Iudææ, muniens ea turribus excelſis, &
muris magnis, & portis, & ſeris: & poſuit
alimenta in munitionibus. Et elegit Si- 34
mon viros, & miſit ad Demetriũ regẽ vt
faceret remiſſionem regioni: quia actus
omnes Tryphonis per direptionẽ fuerant
geſti. Et Demetrius rex ad verba iſta 35
reſpõdit ei, & ſcripſit epiſtolã talẽ: Rex 36
Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, &
amico regum, & ſenioribus, & Genti Iu-
dæorũ ſalutẽ. Coronã aureã, & bahem 37
quam miſiſtis, ſuſcepimus: & parati ſu-
mus facere vobiſcum pacem magnam, &
ſcribere præpoſitis regis remittere vobis
38 quæ indulſimus. Quæcunque enim
conſtituimus, vobis cõſtant. Munitiones
39 quas ædificaſtis, vobis ſint: remittimus
quoque ignorantias, & peccata vſque in
hodiernum diem, & coronã quã debeba-
tis: & ſiquid aliud erat tributariũ in Ie-
40 ruſalem, iam non ſit tributarium. Et ſi
qui ex vobis apti ſunt cõſcribi inter no-
ſtros, conſcribantur, & ſit inter nos pax.
41 Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatũ
42 eſt iugum Gentium ab Iſraël. Et cœpit
populus Iſraël ſcribere in tabulis & ge-
ſtis publicis, anno primo ſub Simõne
ſummo ſacerdote, magno duce & princi-
43 pe Iudæorum. In diebus illis applicuit
Simon ad Gazam, & circumdedit eã ca-
ſtris: & fecit machinas, & applicuit ad
ciuitatem, & percuſſit turrem vnam, &
44 cõprehendit eã. Et eruperant qui erant
intra machinã, in ciuitatem: & factus eſt
45 motus magnus in ciuitate. Et aſcende-
runt qui erant in ciuitate cum vxoribus
& filiis ſupra murum ſciſſis tunicis ſuis,
& clamauerunt voce magna, poſtulantes
46 à Simone dextras ſibi dari, & dixerunt,
Non nobis reddas ſecundũ malitias no-
ſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas*.
47 Et flexus Simon non debellauit eos:
eiecit tamen eos de ciuitate, & munda-
uit ædes in quibus fuerãt ſimulachra, &
tunc intrauit in eã cum hymnis benedi-
48 cens Dominũ: & eiecta ab ea omni im-
munditia, collocauit in ea viros qui legẽ
facerent: & muniuit eã, & fecit ſibi ha-
49 bitationẽ. Qui autẽ erant in arce Ieru-
ſalẽ, prohibebantur egredi & ingredi re-
gionẽ, & emere, & vendere: & eſurierunt
50 valde, & multi ex eis fame perierunt, &
clamauerunt ad Simonẽ vt dextras acci-
peret. & dedit illis: & eiecit eos inde, &
mundauit arcem à contaminationibus,
51 & intrauerũt in eam tertia & viceſima
die ſecundi menſis, anno centeſimo ſe-
ptuageſimo primo, cum laude & ramis
palmarũ, & cinyris, & cymbalis, & na-
blis, & hymnis & cãticis, quia cõtritus eſt
52 inimicus magnus ex Iſraël. Et cõſtituit
vt omnibus annis agerentur dies hi cum
53 lætitia. Et muniuit montẽ templi, qui
erat ſecus arcem, & habitauit ibi ipſe, &
54 qui cũ eo erant. Et vidit Simõ Iohannẽ
filiũ ſuũ quòd vir eſſet: & poſuit eũ du-
cem virtutum vniuerſarum, & habitauit
in Gazaris.

CAP. XIIII.

1 ANno centeſimo ſeptuageſimo ſe-
cundo congregauit rex Demetrius
exercitum ſuum, & abiit in Mediã ad cõ-
trahenda ſibi auxilia, vt expugnaret Try-
2 phonẽ. Et audiuit Arſaces rex Perſidis
& Mediæ, quia intrauit Demetrius cõfi-
nes ſuos, & miſit vnũ de principib⁹ ſuis,
3 vt cõprehenderet eũ viuũ. Et abiit, &
percuſſis caſtra Demetrij: & comprehẽ-
dit eũ, & duxit eum ad Arſacẽ, & poſuit
4 eũ in cuſtodiã. Et ſiluit omnis terra Iu-
da omnibus diebus Simonis, & quæ fiuit

*& ſeruiemus tibi MS. R. Verùm in libris G. non legitur.

bona

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bona genti suæ : & placuit illis potestas
eius, & gloria eius omnibus diebus. Et 5
cum omni gloria sua accepit Ioppen in
portum, & fecit introitū in insulis maris.
Et dilatauit fines gētis suæ, & obtinuit 6
regionē. Et cōgregauit captiuitatē mul- 7
tā, & dominatus est Gazaræ, & Bethsu-
ræ, & arci: & abstulit immunditias ex ea,
& non erat qui resisteret ei. Et vnus- 8
quisq. colebat terrā suā cū pace : & terra
Iuda dabat fructus suos, & ligna cāporū
fructū suū. Seniores in plateis sedebant 9
oēs, & de bonis terræ tractabāt, & iuue-
nes induebāt se gloriā, & stolas belli. Et 10
ciuitatibus tribuebat alimonias, & cōsti-
tuebat eas vt essent vasa munitionis quo
adusq. nominatum est nomē gloriæ eius
vsq ad extremū terræ. Fecit pacē super 11
terrā, & lætatus est Israël lætitia magna.
Et sedit vnusquisq sub vite sua, & sub 12
ficulnea sua: & non erat qui eos terreret.
Defecit impugnās eos super terrā : re- 13
ges cōtriti sunt in diebus illis. Et con- 14
firmauit oēs humiles populi sui, & legē
exquisiuit, & abstulit omnē iniquū & ma-
lū: sancta glorificauit, & multiplicauit 15
vasa sanctorū. Et auditū est Romæ quia 16
defunctus esset Ionathas, & vsq. in Spar-
tiatas: & cōtristati sunt valde. Vt audie- 17
rūt autē quòd Simō frater eius fact⁹ esset
summus sacerdos loco eius, & ipse obti-
neret omnē regionem, & ciuitates in ea:
scripserūt ad eū in tabulis æreis, vt re- 18
nouarēt amicitias & societatē quā fecerāt
cū Iuda & cū Ionatha fratribus eius. Et 19
lectæ sunt in cōspectu ecclesiæ in Ieruſa-
lē. Et hoc exēplū epistolarū quas Spar- 20
tiatæ miserunt. SPARTIANORVM
[a]princeps' & ciu tates' Simoni sacerdoti
magno, & senioribus, & sacerdotibus, &
reliquo populo Iudæorū fratribus salutē.
Legati qui missi sunt ad populum no- 21
strū, nuntiauerūt nobis de vestra gloria,
& honore & lætitia : & gauisi sumus in
introitu eorū. Et scripsimus quæ ab eis 22
erāt dicta in cōciliis populi, sic, Numeni⁹
Antiochi, & Antipater Iasonis filius le-
gati Iudæorū, venerūt ad nos, renouātes
nobiscum amicitiā pristinā. Et placuit 23
populo excipere viros gloriosè, & ponere
exemplū sermonū eorū in segregatis po-
puli libris, vt sit ad memoriam populo
Spartiatarū. Exemplū autē horū scripsi-
mus Simoni magno sacerdoti. Post hæc 24
autē misit Simō Numeniū Romā, habētē
clypeū aureū magnū, pōdo mnarū mille
ad statuendā cū eis societatē. Cùm autē 25
audisset populus Roman⁹ sermones istos,
dixerūt, Quā gratiarū actionē reddemus
Simoni & filiis eius? Restituit enim ip- 26
se fratres suos, & expugnauit inimicos
Israël ab eis, & statuerūt ei libertatē, &
descripserūt in tabulis æreis, & posuerūt
in titulis in mōte Siō. ⁻Et hoc est exē- 27
plum scripturæ', OCTAVA decima die
mēsis Elul, anno cētesimo septuagesimo
secundo, anno tertio sub Simone sacer-
28 dote magno in Asaramel, in conuentu
magno sacerdotū, & populi, & principū
gentis, & seniorū regionis, nota facta sunt
hæc, Q̄m frequēter facta sunt prælia in
29 regione nostra: Simon autē Mathathiæ
filius ex filiis Iarib, & fratres eius dede-
rūt se periculo, & restiterunt aduersariis
gētis suæ, vt starent sancta ipsorū & lex,
& gloria magna glorificauerūt gentē suā.
30 Et cōgregauit Ionathas gentē suam, &
factus est illis sacerdos magnus, & appo-
31 situs est ad populū suū. Et voluerūt ini-
mici eorū calcare, & atterere regionē ip-
sorū, & extendere manus in sancta eorū.
32 Tunc restitit Simō, & pugnauit p gēte
sua, & erogauit pecunias multas, & ar-
mauit viros virtutis gentis suæ, & dedit
33 illis stipendia: & muniuit ciuitates Iu-
dææ, & Bethsurā quæ erat in finibus Iu-
dææ, vbi erāt arma hostium antea: & po-
34 suit illic præsidiū viros Iudæos. Et Iop-
pen muniuit quæ erat ad mare: & Gaza-
rā, quæ est in finibus Azoti, in qua hostes
antea habitabant, & collocauit illic Iu-
dæos: & quæcumq. apta erant ad correp-
35 tionem eorum, posuit in eis. Et vidit
populus actū Simōnis, & gloriā quā co-
gitabat facere genti suæ, & posuerunt cū
ducē suū, & principē sacerdotū, eo quòd
ipse fecerat hæc oīa, & iustitiā & fidem
quā conseruauit genti suæ, & exquisiuit
36 omni modo exaltare populum suū. Et
in diebus eius prosperatū est in manibus
eius, vt tollerentur gentes de regione ip-
sorū, & qui in ciuitate Dauid erāt in Ie-
rusalē in arce, de qua procedebāt, & cōta-
minabant oīa quæ in circuitu sanctorum
sunt, & inferebāt plagā magnā castitati:
37 & collocauit in ea viros Iudæos ad tu-
tamētū regionis, & ciuitatis, & exaltauit
38 muros in Ierusalem. Et rex Demetrius
39 statuit illi summū sacerdotiū. Secundū
hæc fecit eū amicū suū, & glorificauit eū
40 gloria magna. Audiuit enim quòd ap-
pellati sunt Iudæi à Romanis amici, &
socij, & fratres, & quia susceperunt lega-
41 tos Simōnis gloriosè: & quòd Iudæi &
sacerdotes eorū consenserūt eū esse ducē
suū & summū sacerdotē in æternū, do-
42 nec surgat propheta fidelis: & vt sit sup
eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis, &
vt cōstitueret præpositos sup opera eorū,
& super regionē & sup arma & sup præ-
43 sidia: & cura sit illi de sanctis: & vt au-
diatur ab omnib⁹, & scribātur in nomine
eius omnes conscriptiones in regione: &
44 vt operiatur purpura & auro: & ne li-
ceat vlli ex populo & ex sacerdotibus ir-
ritū facere aliquid horum, & cōtradicere
his quæ ab eo dicuntur, aut cōuocare cō-
uentum in regione sine ipso : & vestiri
45 purpura, & vti fibula aurea. qui autem
fecerit extra hæc, aut irritum fecerit ali-
46 quid horū: reus erit. Et cōplacuit omni
populo statuere Simōnē, & facere secūdū
verba

[a] princeps 13 MS. [a] principes & ciuitas G.

⁻7 MS. Verùm in R. & G. codicibus legitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verba ista. Et suscepit Simon, & placuit 47
ei vt summo sacerdotio fungeretur, & esset dux & princeps gentis Iudæorũ & sacerdotũ, & præesset omnib. Et scripturã 48
istã dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo sanctorũ, in loco celebri: exemplum autẽ eorum ponere 49
in ærario, vt habeat Simon & filij eius.

CAP. XV.

ET misit rex Antiochus filius Deme- 1
trij epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuersæ gẽti: & erãt cõtinentes hũc 2
modum, REX Antiochus Simoni sacerdoti magno, & genti Iudæorum salutẽ. Quoniã quidẽ pestilẽtes obtinuerũt 3
regnum patrum nostrorũ, volo autẽ vendicare regnũ, & restituere illud sicut erat antea: & electã feci multitudinẽ exercitus, & feci naues bellicas. Volo aũt pro- 4
cedere per regionẽ vt vlciscar in eos qui corruperunt regionẽ nostrã, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo.
Nunc ergo statuo tibi omnes oblatio- 5
nes quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcunq. alia dona remiserunt tibi: & permitto tibi facere percussurã 6
proprij numismatis in regione tua: Ie- 7
rusalẽ aũt sanctã esse & liberã, & omnia arma quæ fabricata sunt, & præsidia quæ construxisti, quæ tenes, maneant tibi. Et 8
omne debitũ regis, & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totum tẽpus remittuntur tibi. Cũ autẽ obtinuerimus regnũ no- 9
strum, glorificabimus te, & gentẽ tuã, & tẽplum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno cẽ- 10
tesimo septuagesimo quarto exiit Antiochus in terrã patrũ suorum, & conuenerunt ad eũ omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cũ Tryphone. Et insecutus 11
est eum Antiochus Rex, & venit Doram fugiẽs per maritimã. sciebat enim quòd 12
congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. & applicuit Antiochus 13
super Dorã cum centum viginti millibus virorũ belligeratorum, & octo millibus equitũ: & circuiuit ciuitatẽ, & naues à 14
mari acceserunt: & vexabant ciuitatẽ à terra & mari, & neminẽ sinebant ingredi vel egredi. Venit aũt Numenius, & q cũ 15
eo fuerãt, ab vrbe Roma, habẽtes epistolas regibus & regionib. scriptas, in quibus cõtinebãtur hæc: LVCIVS cõsul Roma- 16
norũ, Ptolemæo regi salutẽ. Legati Iu- 17
dæorum venerũt ad nos amici nostri, renouantes pristinã amicitiã & societatẽ, missi à Simõne principe sacerdotum, & populo Iudæorũ. Attulerũt autẽ & cly- 18
peum aureum mnarum mille. Placuit 19
itaq. nobis scribere regibus & regionibus, vt nõ inferant illis mala, neq. impugnent eos, & ciuitates eorum, & regiones eorũ: & vt nõ ferant auxilium pugnãtibus aduersus eos. Visum autẽ est nobis acci- 20
pere ab eis clypeum. Siqui ergo pestilẽ- 21
tes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotũ, vt
22 vindicet in eos secundũ legẽ suã. Hæc eadẽ scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ, & Arsaci, & in omnes regiones, & Sãpsamæ & Spartiatis & Delo & Mydo, & Sicyoni, & Cariæ, & Samum & Pamphyliã & Lyciã, & Alicarnassum & Rhodum & Phaselida & Coo & Sidẽ & Arado, & Cortynam & Cnidũ & Cy-
24 prum & Cyrenen. Exemplum autẽ eorũ scripserũt Simoni principi sacerdotum*.
25 Antiochus autẽ rex applicuit castra in Dorã secundò, admouens ei semper manus & machinas faciẽs: & cõclusit Try-
26 phonẽ, ne procederet. & misit ad eum Simon duo millia virorũ electorũ in auxiliũ, & argentũ & aurũ & vasa copiosa:
27 & noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cũ eo antea, & alienauit se
28 ab eo. Et misit ad eũ Athenobium vnũ de amicis suis, vt tractaret cũ ipso, dicẽs, Vos tenetis Ioppen, & Gazarã, & arcem quæ est in Ierusalẽ ciuitates regni mei:
29 fines earum desolastis, & fecistis plagã magnã in terra, & dominati estis per loca
30 multa in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis, & tributa locorum in quibus dominati estis extra fines
31 Iudææ. Sin autẽ, date pro illis quingẽta talẽta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorũ ciuitatum alia talenta quingenta: sin autem, veniemus &
32 expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus Regis in Ierusalẽ, & vidit gloriã Simõnis, & claritatẽ in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: &
33 retulit ei verba Regis. Et respõdit ei Simõ, & dixit ei, Neq. alienã terrã sumpsimus, neq. alienã detinemus: sed hæreditatẽ patrum nostrorũ, quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est.
34 Nos verò tempus habẽtes, vẽdicamus
35 hæreditatẽ patrum nostrorum. Nam de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagã magnã, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius
36 verbum. Reuersus aũt cum ira ad regẽ, renuntiauit ei verba ista, & gloriã Simõnis, & vniuersa quę vidit: & iratus est rex
37 ira magna. Tryphon autẽ fugit naui in
38 Orthosiada. Et cõstituit rex Cendebæũ ducem maritimum, & exercitũ peditũ &
39 equitum dedit illi. Et mãdauit illi mouere castra cõtra faciẽ Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populũ. Rex
40 autẽ persequebatur Tryphonẽ. Et peruenit Cendebæus Iamniã, & cœpit irritare plebẽ, & cõculcare Iudæã, & captiuare populum, & interficere; & ædificare
41 Cedronẽ. Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egressi perambularent viã Iudææ, sicut constituit ei rex.

*& populo Iudæorum MS. R. Codices autẽ G. non agnoscunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XVI.

ET ascẽdit Ioannes de Gazaris, & nũ- 1
tiauit Simoni patri suo quæ fecit Cẽ-
-3 MS.G. debæus- in populo ipsorũ'. Et vocauit 2
Simon duos filios suos seniores, Iudã &
Ioannẽ, & ait illis, Ego & fratres mei, &
domus patris mei expugnauimus hostes
Israël ab adolescentia vsq. in hunc diẽ: &
prosperatũ est in manibus nostris libera-
re Israël aliquoties. Nunc autem senui, 3
sed estote loco meo, & fratres mei, & e-
gressi pugnate pro gente nostra: auxilium
verò de cælo vobiscum sit. Et elegit de 4
regione viginti millia virorũ belligerãto-
rum, & equites; & profecti sunt ad Cen-
debæũ: & dormierunt in Modin. Et sur- 5
rexerũt manè, & abierũt in cãpũ: & ecce
exercitus copiosus in obuiã illis peditũ &
equitũ, & fluuius torrẽs erat inter mediũ
ipsorũ. Et admouit castra cõtra faciem 6
eorũ ipse & populus eius, & vidit populũ
trepidantẽ ad transfretandũ torrentem, &
transfretauit primus: & viderunt eũ viri,
& transierũt post eũ. Et diuisit populũ, 7
& equites in medio peditum. erat autem
equitatus aduersariorum copiosus nimis.
Et exclamauerunt sacris tubis: & in fu- 8
gã cõuersus est Cẽdebæus, & castra eius:
& ceciderunt ex eis multi vulnerati; resi-
dui autem in munitionẽ fugerũt. Tunc 9
vulneratus est Iudas frater Ioãnis: Ioan-
nes autem insecutus est eos, donec venit
Cedronem quã ædificauit: & fugerunt 10
vsq. ad turres quæ erant in agris Azoti, &
succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis
duo millia virorũ, & reuersus est in Iu-
dæã in pace. & Ptolemæus filius Abobi 11
constitutus erat dux in campo Iericho, &
habebat argentum & aurũ multũ. erat 12
enim gener summi sacerdotis. Et exal- 13
tatũ est cor eius, & volebat obtinere re-
gionẽ, & cogitabat dolũ aduersus Simonẽ
& filios eius vt tolleret eos. Simon autẽ 14
perambulãs ciuitates quæ erãt in regione
Iudææ, & solicitudinẽ gerẽs earũ, descẽ-
dit in Iericho ipse & Mathathias filius
eius, & Iudas anno cẽtesimo septuagesi-
mo septimo, mẽse vndecimo, hic est mẽ-
sis Sabat. Et suscepit eos filius Abobi in 15
munitiũculã, quæ vocatur Doch, cũ dolo,
quã ædificauit: & fecit eis conuiuiũ ma-
gnũ, & abscondit illic viros. & cũ ine- 16
briatus esset Simon & filij eius, surrexit
Ptolemæus cũ suis, & sumpserunt arma
sua, & intrauerunt in conuiuiũ, & occi-
derunt eũ, & duos filios eius, & quosdam
pueros eius. & fecit deceptionẽ magnã 17
in Israël, & reddidit mala pro bonis. Et 18
scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi vt
mitteret ei exercitũ in auxiliũ, & traderet
ei regionẽ, & ciuitates eorum, & tributa.
Et misit alios in Gazarã tollere Ioã- 19
nẽ: & tribunis misit epistolas, vt venirẽt
ad se, & daret eis argẽtũ, & aurũ, & dona.
Et alios misit occupare Ierusalem, & 20
montem tẽpli. Et præcurrens quidam, 21
nuntiauit Ioanni in Gazara, quia periit
pater eius, & fratres eius, & quia misit te
22 quoq. interfici. Vt audiuit autẽ, vehemẽ-
ter expauit: & cõprehendit viros qui ve-
nerãt perdere eũ, & occidit eos: cognouit
23 enim quia quærebãt eũ perdere. Et cæ-
tera sermonum Ioannis, & bellorũ eius,
& bonarũ virtutũ quibus fortiter gessit,
& ædificij murorũ quos extruxit, & rerũ
24 gestarũ eius: ecce hæc scripta sunt in li-
bro dierum sacerdotij eius, ex quo factus
est princeps sacerdotũ post patrẽ suum.

LIBER SECVNDVS MACHABAEORVM.

CAP. I.

1 FRATRIBVS qui sunt per Ae-
gyptum Iudæis, salutem dicũt fra-
tres qui sunt in Ierosolymis Iudæi,
& qui in regione Iudæa, & pacẽ bonam.
2 Benefaciat vobis Deus, & meminerit
testamenti sui quod locutus est ad Abra-
ham, & Isaac, & Iacob seruorũ suorum
3 fidelium: & det vobis cor omnibus vt
colatis eũ, & faciatis eius voluntatẽ cor-
4 de magno & animo volenti. Adaperiat
cor vestrũ in lege sua, & in præceptis suis,
5 & faciat pacem. Exaudiat orationes ve-
stras, & recõcilietur vobis, nec vos dese-
6 rat in tẽpore malo. Et nunc hîc sumus
7 orantes pro vobis. Regnante Demetrio,
anno centesimo sexagesimo nono, nos
Iudæi scripsimus vobis in tribulatione &
impetu q̃ superuenit nobis in istis annis,
ex quo recessit Iason à sancta terra & à
8 regno. Portã succenderunt, & effuderũt
sanguinẽ innocentẽ: & orauimus ad Do-
minum, & exauditi sumus, & obtulimus
sacrificium & similaginẽ, & accendimus
9 lucernas, & proposuimus panes. Et nũc
frequẽtate dies scenopegiæ mẽsis Casleu.
10 Anno cẽtesimo octogesimo octauo, po-
pulus qui est Ierosolymis, & in Iudæa,
senatusq. & Iudas, Aristobolo magistro
Ptolemæi regis qui est de genere christo-
rum sacerdotum, & his qui in Aegypto
11 sunt Iudæis, salutẽ & sanitatẽ. De ma-
gnis periculis à Deo liberati magnificè
gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus
12 talẽ regẽ dimicauimus. Ipse enim ebul-
lire fecit de Persida eos qui pugnauerunt
13 contra -nos &' sanctã ciuitatẽ. Nã cũ -10 MS.G.
in Persida esset dux ipse, & cũ ipso im-
mẽsus exercitus, cecidit in tẽplo Nanææ,
14 cõsilio deceptus sacerdotũ Nanææ. Nete- vt en
nim' cũ ea habitaturus venit ad locũ An- 10 MS.
tiochus & amici eius, -&' vt nacciperet' -1 MS.
15 pecunias multas dotis nomine. Cumq. nacciper
proposuissent eas sacerdotes Nanææ, & 8 MS.
ipse cũ paucis ingressus esset intra ambi-
16 tum phani, clauserunt templũ, cũ intras-
set Antiochus: apertoq. occulto aditu tẽ-
pli, mittentes lapides percusserũt ducẽ, &
eos qui cum eo erant, & diuiserunt men-
bratim, & capitibus amputatis foras pro-

iece-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iecerunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & vicesima die' mensis Casleu, purificationē templi, necessariū duximus significare vobis: vt & 'vos quoque agatis diem *scenopegiæ, & diem ignis, qui datus est quando Nehemias ædificato tēplo & altari obtulit sacrificia. Nam cùm in Persidē ducerētur patres nostri, sacerdotes qui tūc cultores Dei erant, acceptum ¶ ignem de altari occultè absconderunt in valle vbi erat puteus altus & siccus: & in eo cōtutati sunt eū, ita vt omnibus ignotus esset locus. Cùm autem præteriissent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorum qui absconderant, misit ad requirendū ignē: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. Vtq. hoc factum est, & tempus affuit quo sol resulsit qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarētur.

Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificiū, Ionatha inchoante, cæteris autem respōdentibus. Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modū, DOMINE Deus omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Israël de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos: accipe sacrificium prò vniuerso populo tuo Israël, & custodi pacem tuā, & sanctifica. Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos respice: vt sciant Gentes quia tu es Deus noster.

Affligе opprimentes nos & cōtumeliam facientes in superbia. ¶ Constitue populum tuum in loco sancto tuo, ¶ sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequo consumptum esset sacrificium. Cùm autem consumptū esset sacrificiū, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est: sed & ex lumine quod resulsit ab altari, consumpta est. Vt verò manifestata est res, renuntiatū est regi Persarum quòd in loco in quo ignē absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cū eo erant, purificauerunt sacrificia. Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum, — vt probaret quod factū erat'. & cùm probasset, sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis'. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II.

1 INuenitur autē in descriptionibus Ieremię prophetæ, quòd iussit eos ignem accipere qui transmigrabāt: vt significatū
2 est, & vt mādauit trāsmigratis. Et dedit illis legē ne obliuiscerētur præcepta Dñi, ¶ & vt nō exerrarent mentibus videntes simulachra aurea & argētea, & ornamen- *Baruch 6.*
3 ta eorum. Et alia huiusmodi dicēs, hortabatur ne legem amouerent à corde suo.
4 Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino respōso ad se facto comitari secū, vsquequo exiit in mōtē, ¶ in quo Moyses *Deut. 34, 1.*
5 ascēdit, & vidit Dei hæreditatem. Et veniens ibi Ieremias inuenit locū spelūcæ: & tabernaculum, & arcā, & altare incēsi
6 intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidā simul, qui sequebātur, vt notarēt sibi locū: & nō potuerūt inueni-
7 re. Vt aūt cognouit Ieremias, culpās illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationē populi, &
8 propitius fiat: & tūc Dns ostēdet hæc, & apparebit maiestas Dñi, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur, ¶ & sicut cū *3 Re. 8, 14.*
Salomon petiit vt locus sanctificaretur *23, 30.*
9 magno Deo, manifestabat hæc. Magnificè etenim sapiētiam tractabat: & vt sa- *2 Par. 6, 14.*
piētiam habens, ¶ obtulit sacrificium de- *21.*
10 dicationis & cōsummationis tēpli. Sicut *3 Re. 8, 62.*
& Moyses orabat ad Dñm, ¶ & descendit *Leu. 9, 24.*
ignis de cælo, & consumpsit holocaustū: *3 Re. 18, 38*
11 *Et dixit Moyses, eo quòd nō fuerit 'comestum' quod erat pro peccato, — &' con- *2 Par. 7, 1.*
12 sumptum est. Similiter & Salomō octo *sic & Salomō orauit: & q. e-*
13 diebus celebrauit dedicationem. Inferebātur autem in descriptionibus & com- *scēditignis de cælo, &*
mētariis Nehemiæ hæc eadē, & 'qualiter' *cōsumpsit*
'constituens' bibliothecā congregauit de *holocaustū*
'regibus' libros & prophetarū & Dauid, *MS. R. G.*
14 & epistolas regum, & de donariis. Simi- *Leu. 10, 16.*
liter autē & Iudas ea quæ 'didicerat' per *17.*
bellum quod nobis acciderat, cōgregauit *' māducatum 2 MS. — MS. G. Q. n.*
15 omnia, & sunt apud nos. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.
16 Acturi itaq. purificationē scripsim' vobis: bene ergo facietis si egeritis hos dies. *' vt MS. 'constituens o. 'regionibus MS. R. Q. n.*
17 Deus aūt qui liberauit populū suum, & reddidit hæreditatē omnibus, & regnū, &
18 sacerdotiū, & sanctificationē, ¶ sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri miserebitur, & congregabit de sub cælo
19 in locū sanctū. Eripuit enim nos de ma-
20 gnis periculis, & locū purgauit. De Iuda verò Machabæo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ de-
21 dicatione: sed & de prœliis quæ pertinent ad Antiochū Nobilem, & filiū eius
22 Eupatorem: & de illuminationibus quę de cælo factæ sunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionē cùm pauci essent, vindicarent, & bar-
23 baram multitudinē fugarent, & famosissimum in toto orbe templū recuperarent, & ciuitatem liberarent, & leges quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abolitæ & MS R. Pro Textus lectione faciunt codices G. ~G.

abolendæ' erant restituerētur, Dño cum omni tranquillitate propitio facto illis. ~Item'quæ ab Iasone Cyrenæo, quinq. libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Considerātes enim multitudinē librorū,& difficultatē volētibus aggredi narrationes historiarū propter multitudinē rerum: curauimus volentibus quidē legere, vt esset animi oblectatio: studiosis verò, vt facilius possint memoriæ cōmendare: omnibus autē legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidē ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilē labor rē, imò verò negotium plenū vigiliarū, & sudoris assumpsimus. Sicut hi qui præparāt conuiuiū, & quærunt aliorum voluntati parēre, propter multorū gratiā, libenter laborem sustinemus: veritatē quidem de singulis authoribus cōcedētes, ipsi autem secundū datā formam breuitati studētes.

Sicut enim nouæ domus architecto de vniuersa structura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimādum est & in nobis. Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonē, & curiosius partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit authori: breuitatē verò dictionis iectari, & executiones rerum vitare, breuianti concedendum est. Hinc ergo narrationē incipiemus: de præfatione tātum dixisse sufficiat. stultum etenim est ante historiam effluere: in ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

1 IGitur cùm sancta ciuitas habitaretur
in omni pace, leges etiā adhuc optimè
custodirentur, propter Oniæ pontificis
*pietatē,& ~animos odio habentes' mala,
2 fiebat vt & ipsi reges & principes loci
summo honore dignū ducerēt, & tēplum
3 maximis muneribus illustrarent: ita vt
Seleucus Asię rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministeriū sa-
4 crificiorum pertinētes. Simon autem de
tribu Beniamin præpositus tēpli cōstitutus, contendebat obsistente sibi principe
5 sacerdotū, iniquū aliquid in ciuitate moliri. Sed cū vincere Oniā nō posset, ve-
nit ad Apollonium Tharsæ filium, qui eo
6 tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœnicis: & nuntiauit ei pecuniis innumerabilibus plenū esse ærariū Ierosolymis, &
cōmunes copias immensas esse quæ non
pertinent ad rationē sacrificiorū: esse autem possibile, sub potestate regis cadere
7 vniuersa. Cumq; retulisset ad regē Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille
accitū Heliodorū qui erat super negotia
eius, misit cū mādatis, vt prædictā pecuniā transportaret. Statimq. Heliodorus
8 iter est aggressus, specie quidem quasi per
Cœlesyriam & Phœnicen ciuitates esset
peragraturus, re vera autē regis propositum perfecturus. Sed cùm veniisset Ie-
9 rosolymā, & benignè à summo sacerdote
in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarū, & cuius rei gratia
adesset aperuit: interrogabat autē si verè
10 hæc ita essent. Tunc summus sacerdos
ostendit deposita esse hęc, & victualia vi-
11 duarum & pupillorum: quædam verò
esse Hircani Tobiæ viri valde eminentis,
in his quæ detulerat impius Simon: vniuersa autem argenti talenta esse quadrin-
12 genta, & auri ducenta. decipi verò eos
qui credidissent loco & templo, quod per
vniuersum mundum honoratur, pro sui
veneratione & sanctitate omnino impos-
13 sibile esse. At ille pro his quæ habebat in
mandatis à rege, dicebat ~omni genere re-
14 gi' ea esse deferenda. Constituta autem
die intrabat de his Heliodorus ordinatu-
15 rus. Nō modica verò per vniuersam ci-
16 uitatem erat trepidatio. Sacerdotes autē
ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cælo eum
qui de depositis legem posuit, vt his qui
17 deposuerant ea, salua custodiret. Iam
verò qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim &
color immutatus declarabat internum a-
18 nimi dolorem. circūfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis:
per quæ manifestus aspicientibus dolor
19 cordis eius efficiebatur. Alij etiā gregatim de domibus cōfluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quod in
20 contemptū locus esset venturus. Accinctæq; mulieres ciliciis pectus, per plateas
confluebant. sed & virgines quæ cōclusæ
erant, procurrebant ad Oniā, aliæ autē ad
muros, quædā verò per fenestras aspicie-
21 bant: vniuersæ autem protēdentes manus in cælum, deprecabantur. erat enim
misera cōmistæ multitudinis, & magni
sacerdotis in agone constituti expectatio.
22 Et hi quidē inuocabant omnipotētem
Deum, vt credita sibi, his qui crediderāt,
23 cū omni integritate cōseruarētur. ¶ He- Inf. in
liodorus autē, quod decreuerat, perficiebat eodē loco ipse cum satellitibus circa
24 ærariū, præsens. Sed spiritus omnipotētis Dei magnā fecit suæ ostensionis evidentiā, ita vt omnes qui ausi fuerant parēre ei, ruentes Dei virtute, in dissolutio-
25 nem & formidinē conuerterentur. Apparuit enim illis quidā equus terribilem
habens sessorem, optimis operimētis adornatus: isq. cū impetu Heliodoro prio-
res calces elisit. qui autē ei sedebat, vide-
26 batur arma habere aurea. Alij etiam apparuerūt duo iuuenes virtute decori, opcunsteterunt eū, & ex vtraq. parte flagel-
labant, sine intermissione multis plagis
27 verberantes. Subitò autem ¶ Heliodorus Inf. Sa
concidit in terram, eumq. multa caligine
circunfusum rapuerunt, atq. in sella ge-
28 statoria positū eiecerunt. Et is qui cum
multis cursoribus & satellitibus predictū
ingressus est ærariū, portabatur nullo sibi

auxi-

*dispositionem & D. ~animam odio habentis 3 MS. Q.n.

~omnib regis MS. ~omnia ingressi G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

auxilium ferente, manifesta Dei cognita
virtute: & ille quidē per diuinā virtutē 29
iacebat mut⁹, atq. omni spe & salute pri-
uatus. Hi autē Dñm benedicebāt, quia 30
magnificabat locū suum: & templū quod
paulò antè timore ac tumultu erat ple-
nū, apparēte omnipotēte Dño, gaudio &
lætitia impletū est. Tunc verò ex ami- 31
cis Heliodori quidā rogabant confestim
Oniā, vt inuocaret Altissimū, vt vitā do-
naret ei qui in supremo spiritu erat cōsti-
tutus. Considerās autē summus sacer- 32
dos ne fortè rex suspicaretur malitiā ali-
quā ex Iudæis circa Heliodorū consum-
matam, obtulit pro salute viri hostiā sa-
lutarē. Cumq. summus sacerdos exo- 33
raret, itidē iuuenes eisdē vestibus amicti,
astantes Heliodoro, dixerūt, Oniæ sacer-
doti gratias age: nā propter eum Dñs tibi
vitā donauit. tu autē à Deo flagellatus, 34
nuntia omnibus magnalia Dei & pote-
statē. Et his dictis, nō cōparuerunt. He- 35
liodorus autē hostia Deo oblata, & votis
magnis promissis ei qui viuere illi con-
cessit, & Oniæ gratias agēs, recepto exer-
citu repedabat ad regē. Testabatur autē 36
omnibus ea quæ sub oculis suis viderat
opera magni Dei. Cùm autē rex inter- 37
rogasset Heliodorū quis esset aptus adhuc
semel Ierosolymā mitti, ait; Si quē ha- 38
bes hostem, aut regni tui insidiatorem,
mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si
tamen euaserit: eo quod in loco sit verè
Dei quædā virtus. Nam ipse qui habet 39
in cælis habitationē, visitator & adiutor
est loci illius, & veniētes ad malefacien-
dū, percutit, ac perdit. Igitur de Helio- 40
doro & ærarij custodia ita res se habet.

CAP. IIII.

SImon autē prædictus pecuniarum & 1
patriæ delator, malè loquebatur de
Onia, tanquā ipse Heliodorū instigasset
ad hæc, & ipse fuisset inceptor malorum:
prouisoremq. ciuitatis ac defensorem 2
gentis suæ, & æmulatorem legis Dei au-
debat insidiatorē regni dicere. Sed cùm 3
inimicitiæ in tantùm procederēt, vt etiā
per quosdā Simonis necessarios homici-
dia herent: cōsiderans Onias periculum
cōtētionis, & Apollonij Thamnæ infanire, vtpote 4
ducē Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augen-
dā malitiā Simōnis, ad regē se contulit,
non vt ciuium accusator, sed cōmunē 5
vtilitatē apud semetipsum vniuersę mul-
titudinis cōsiderans. videbat enim sine
regali prouidentia impossibile esse pacē
rebus dari, nec Simōnem posse cessare à
stultitia sua. Sed post Seleuci vitæ ex- 7
cessum, cùm suscepisset regnū Antiochus
qui Nobilis appellabatur, ambiebat Ia-
son frater Oniæ summum sacerdotium:
adito rege promittens ei argenti talēta 8
trecenta sexaginta, & ex redditibus aliis
talenta octoginta. super hoc promitte- 9
bat & alia centum quinquaginta, si pote-
statis eius cōcederetur gymnasiū & ephe-
biam sibi constituere, & eos qui in Iero-
solymis erant, Antiochenos scribere.
10 Quod cùm rex annuisset, & obtinuis-
set principatum, statim ad gentilē ritum
11 contribules suos transferre cœpit. &
amotis his quę humanitatis causa Iudęis
à regibus fuerant cōstituta, & per Ioannē
patrē Eupolemi, qui apud Romanos de
amicitia & societate functus est legatio-
ne legitima, ciuium iura destituēs, praua
12 instituta sanciebat. Etenim ausus est
sub ipsa arce gymnasiū cōstituere, & op-
timos quosq. epheborum in lupanaribus
13 ponere. Erat autem hoc nō initium, sed
incrementū quoddā, & profectus gētilis,
& alienigenæ cōuersationis, ꝓpter impij
& nō sacerdotis Iasonis nefariū & inau-
14 ditū scelus: ita vt sacerdotes iā nō circa
altaris officia dediti essent, sed contem-
pto templo, & sacrificiis neglectis, festi-
narent participes fieri palæstræ, & præbi-
tionis eius iniustæ, & in exercitiis disci.
15 & patrios quidē honores nihil habeā-
tes, Græcas glorias optimas arbitrabātur:
16 quarū gratia periculosa eos contentio
habebat, & eorū instituta æmulabantur,
ac per omnia his cōsimiles esse cupiebāt,
quos hostes & peremptores habuerant.
17 In leges enim diuinas impiè agere im-
punè non cedit: sed hoc tempus sequens
18 declarabit. Cùm autem quinquennalis
agō Tyri celebraretur, & rex præsens esset,
19 misit Iason facinorosus ab Ierosolymis
viros peccatores, portātes argēti didrach-
mas trecentas in sacrificium Herculis,
quas postulauerunt hi qui asportauerant
ne in sacrificiis erogarētur, quia nō opor-
teret, sed in alios sumptus eos deputari.
20 Sed hæc, oblata sunt quidem ab eo qui
miserat in sacrificium Herculis: propter
præsentes autē data sunt in fabricam na-
21 uium triremium. Misso autē in Aegy-
ptū Apollonio Mnesthei filio propter pri-
mates Ptolemæi Philometoris regis, Cū
cognouisset Antiochus alienū se à nego-
tiis regni effectū, propriis vtilitatibus cō-
sulens, profectus inde venit Ioppen, &
22 inde Ierosolymā. Et magnificè ab Ia-
sone & ciuitate susceptus, cum facularū
luminibus & laudibus ingressus est: &
inde in Phœniceu exercitum conuertit.
23 Et post triennij tēpus misit Iason Me-
nelaum supradicti Simonis fratrem por-
tantem pecunias regi, & de negotiis ne-
24 cessariis responsa perlaturū. At ille cō-
mēdatus regi, cùm magnificasset faciem
potestatis eius, in semetipsum retorsit
summum sacerdotium, superponens Ia-
25 soni talenta argēti trecēta. Acceptisq. à
rege mandatis venit, nihil quidē habens
dignum sacerdotio: animos verò crude-
26 lis tyranni, & feræ beluæ irā gerens. Et
Iason quidē qui ꝓpriū fratrē captiuauer-
rat, ipse deceptus profugus in Ammanitē
27 expulsus est regionē. Menelaus autem
principatum quidē obtinuit: de pecuniis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verò regi promissis nihil agebat, cùm exactionem faceret Sostratus qui arci erat præpositus. nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat: quā ob causam vtrique ad regē sunt euocati. Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cypriis. Et cùm hæc agerentur, cōtigit Tarsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quòd Antiochi regis concubinæ dono essent dati. Festinanter itaq. rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico. Ratus autē Menelaus accepisse se tempus opportunū, aurea quædā vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vēdiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. Quod cùm certissimè cognouisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quamuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, nō veritus iustitiā. Ob quā causam nō solùm Iudæi, sed etiam aliæ quoq. nationes indignabantur, & molestè ferebāt de nece tanti viri iniusta. Sed regressum regē de Liciciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiā, simul & Græci: conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contristatus itaq. est animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiā, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatē & modestiā. accensisq. animis Andronicū purpura exutū, per totā ciuitatē iubet circūduci: & in eodē loco in quo in Oniā impietatē cōmiserat, sacrilegū vita priuari, Dño illi condignā retribuente pœnam.

Multis autē sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lysimachū multo iā auro exportato. Turbis autē insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodā tyranno, ætate pariter & dementia prouecto. Sed vt intellexerunt conatū Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuēre: quidā verò cinerē in Lysimachū iecere. Et multi quidē vulnerati, quidā autē & prostrati, omnes verò in fugā cōuersi sunt: ipsum etiā sacrilegum secus ærarium interfecerunt.

De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. Et cùm veniret rex Tyrū, ad ipsum negotiū detulerunt missi tres viri à senioribus. Et cùm superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendū regi. Itaque Ptolemæus in quodā atrio positum, quasi refrigerandi gratia, regē adiit, & deduxit à sententia: & Menelaum quidē vniuersæ malitiæ reū criminibus absoluit: miseros aūt qui etiā si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Citò ergò iniustā pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & sacris vasis causam prosecuti sunt. Quam ob rē Tyri quoq. indignati, erga sepulturā eorū liberalissimi extiterūt. Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Aegyptum. Contigit autē per vniuersam Ierosolymorū ciuitatē videri diebus quadraginta p aëra equites discurrētes, auratas stolas habētes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorū per ordines digestos, & cōgressiones fieri cominus, & scutorū motus, & galeatorū multitudinē gladiis distractis, & telorū iactus, & aureorū armorū splēdorē, omnisq. generis loricarū. Quapropter omnes rogabāt in bonum monstra cōuerti. Sed cùm falsus rumor exisset, tāquā vita excessisset Antiochus; assumptis Iason nō minus mille viris, repentè aggressus est ciuitatē: & ciuibus ad murū conuolantibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iason verò nō parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatē aduersum cognatos malū esse maximum, arbitrans hostiū & nō ciuiū se trophæa capturum. Et principatū quidē nō obtinuit, finem verò insidiarū suarū confusionē accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten. Ad vltimum in exitiū sui conclusus ab Areta Arabū tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Aegyptū extrusus est: & qui multos de patria sua expulerat, peregrè periit, Lacedęmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugiū habiturus: & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abiicitur: sepultura neq. peregrina vsus, neq. patrio sepulchro participans. His itaque gestis, suspicatus est rex societatem deserturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis, ciuitatem quidē armis cepit. Iussit autē militibus interficere, nec parcere occurrentibus, & per domos ascendentes trucidare. Fiebāt ergo cædes iuuenū ac seniorum, & mulierum & natorū exterminia, virginumq. & paruulorū neces. Erāt autē toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autem venundati. Sed nec ista sufficiunt; ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legū & patriæ fuit proditor: & scelestis manibus sumens sancta vasa quæ ab aliis regibus & ciuitatibus erāt posita ad ornatū loci & gloriā, contrectabat indignè, & contaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, non

considerabat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

consiederabat quòd propter peccata habitantium ciuitatē, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locū despectio: alioquin, nisi contigissēt eos 18
multis peccatis esse inuolutos, ‖ sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandū ærarium, etiā hic statim aduenies flagellatus & repulsus vtiq. fuisset ab audacia. Verùm nō propter locum, 19
gentē: sed propter gentem, locum Deus elegit. Ideoq & ipse locus particeps fa- 20
ctus est populi malorū, postea autem fiet socius bonorum. & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Dñi reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & 21
octingentis ablatis de templo talētis, velociter Antiochiā regressus est, existimās se præ superbia terrā ad nauigandū, pelagus verò ad iter agendum, deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem & præpositos ad affligendā gentem: 22
Ierosolymis quidē Philippū genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso à quo cōstitutus est: in Garizim autē Andro- 23
nicum & Menelaum, qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. Cumque 24
appositus esset cōtra Iudæos, misit odiosum principem Apollonū cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui cùm ve- 25
nisset Ierosolymā, pacē fimulans, quieuit vsq. ad diem sanctum sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit.
Omnesq. qui ad spectaculū processerant, trucidauit: & ciuitatē cum armatis discurrens, ingentem multitudinē peremit. Iudas autem Machabæus, qui de- 27
cim⁹ fuerat, secesserat in desertum locū, ibique inter feras vitā in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis. CAP. VI.
SEd non post multum temporis misit 1
rex senē quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos vt se transferrent à patriis & Dei legibus: cōtaminare etiā 2
quod in Ierosolymis erat templū, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi qui locū inhabitabāt, Iouis hospitalis. Pessima autē & vniuersis 3
grauis erat malorum incursio: nā tem- 4
plum luxuria & comessationibus Gentiū erat plenū, & scortantiū cum meretricibus, sacratisq. ædibus mulieres se vltrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. Altare etiā plenum erat illicitis, 5
quæ legibus prohibebantur. Neq. autē 6
sabbatha custodiebātur, neq. dies solemnes patrij seruabātur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquā confitebatur. Ducebantur autē cum amara necessitate in 7
die natalis regis ad sacrificia: & cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hederā coronati Libero circuire. Decretum 8
autē exiit in proximas gentiliū ciuitates, suggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacri-
9 ficarent: eos autē qui nollent trāsire ad instituta gentium, interficerent. erat ergo
10 videre miseriā. Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse: quas infantibus ad hubera suspensis, cùm publicè per ciuitatem circunduxissent, per
11 muros præcipitauerunt. Alij verò ad proximas coëuntes speluncas, & latenter sabbathi diem celebrantes, cùm indicati essent Philippo, flāmis succensi sunt: eo quòd verebantur propter religionē & obseruantiā, manu sibimet auxilium ferre.
12 Obsecro autē eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescāt propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderūt, nō ad interitū, sed ad correptionem esse
13 generis nostri. Etenim multo tempore nō sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere: magni be-
14 neficij est indicij. Nō enim sicut in aliis nationibus Dñs patienter expectat, vt eas cùm iudicij dies aduenerit, in plenitudine
15 peccatorū puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita
16 demum in nos vindicet. Propter quod nunquā quidē à nobis misericordiā suā amouet: corripiēs verò in aduersis populū
17 suū, non derelinquit. Sed hæc nobis ad cō monitionē legenti ū dicta sint paucis. Iam autē veniendū est ad narrationem.
18 Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarū, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians cōpellebatur car-
19 nē porcinā māducare. At ille glorioſissimā mortē magis quā odibilē vitā cōplectēs, voluntariè præibat ad supplicium.
20 Intuens autē quemadmodū oporteret accedere, patienter sustinēs, destinauit nō admittere illicita propter vitæ amorem.
21 Hi autē qui astabāt, iniqua miseratione cōmoti, propter antiquā viri amicitiam, tollentes eū secretò rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, sicut rex imperauerat de
22 sacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur. & propter veterē viri amicitiam, hanc in eo faciebāt humanitatem.
23 At ille cogitare cœpit ętatis ac senectutis suæ eminentiā dignā, & ingenitæ nobilitatis canitiē, atq. à puero optimę conuersationis actus, & secundū sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò, dicens, præmitti se velle in infernū:
24 Non enim ætati nostræ dignū est, inquit, fingere: vt multi adolescētes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum
25 transisse ad vitam alienigenarū: & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atq. execrationem meæ senectuti conquiram.
26 Nam etsi in præsenti tempore supplicijs hominū eripiar, sed manū Omnipo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tentis nec viuus, nec defunctus effugiam.
Quā ob rem fortiter vita excedendo, 27
senectute quidē dignus apparebo: ado- 28
lescētibus autē exemplū fortè relinquā,
si prōpto animo, ac fortiter pro grauissi-
mis ac sanctissimis legibꝰ honesta morte
perfungar. His dictis cōfestim ad supplici-
ū trahebatur. Hi autē qui eum duce- 29
bāt, & paulo antè fuerant mitiores, in irā
cōuersi sunt propter sermones ab eo dic-
tos, quos illi per arrogantiā prolatos ar-
bitrabantur. Sed cùm plagis perimeret, 30
ingemuit, & dixit, Dñe qui habes sanctā
scientiā, manifestè tu scis quia cū à mor-
te possem liberari, duros corporis sustī-
neo dolores: secundùm animā verò pro-
pter timorem tuum libenter hæc patior.
Et iste quidē hoc modo vita decessit, 31
nō solùm iuuenibus, sed & vniuersæ gēti
memoriā mortis suæ ad exemplū virtu-
tis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

COntigit autē septē fratres vnà cum 1
matre sua apprehensos, compelli à
rege edere cōtra fas carnes porcinas, fla-
gris & taureis cruciatos. Vnus autē ex 2
illis qui erat primus, sic ait, Quid quæ-
ris, & quid vis discere à nobis? parati su-
mus mori magis quàm patrias Dei leges
præuaricari. Iratus itaq. rex iussit sar- 3
tagines & ollas æneas succendi. Quibus
statim succensis, iussit ei qui prior fue- 4
rat locutus, amputari linguā: & cute ca-
pitis abstracta, summas quoq. manus &
pedes ei præscindi, cæteris eius fratribus
& matre inspicientibus. Et cùm iā per 5
omnia inutilis factus esset, iussit ignem
admoueri, & adhuc spirantem torreri in
sartagine: in qua cùm diu cruciaretur,
cæteri vnà cum matre inuicē se hortabā-
tur mori fortiter, dicentes, Dñs Deus 6
Deut. 32, 36. 43. aspiciet veritatem, & cōsolabitur in no-
bis, ‖ quemadmodū in protestatione cā-
tici declarauit Moyses: Et in seruis suis
consolabitur. Mortuo itaque illo primo 7
hoc modo, sequentē deducebant ad illu-
dendum: & cute capitis eius cum capillis
abstracta, interrogabant si manducaret,
prius quā toto corpore per membra sin-
gula puniretur. At ille respondens pa- 8
tria voce, dixit, Non faciā. Propter quod
& iste sequenti loco primi tormenta sus-
cepit: & in vltimo spiritu constitutus, 9
sic ait, Tu quidē scelestissime in præsenti
vita nos perdis: sed rex mundi defunctos
nos pro suis legibus, in æternæ vitæ re-
surrectione suscitabit. Post hūc tertius 10
illuditur, & linguā postulatus citò pro-
tulit, & manus cōstanter extēdit: & cū 11
fiducia ait, E cælo ista possideo, sed pro-
pter Dei leges nunc hæc ipsa despicio,
eūm ab ipso me ea recepturum spero. ita 12
vt rex, & qui cum ipso erant, mirarentur
adolescentis a[illegible]ū, quòd tanquā nihilū
duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, 13
quartum vexabant similiter torquentes.
14 Et cùm iam esset ad mortē, sic ait, Po-
tius est ab hominibus morti datos spem
expectare à Deo, iterū ab ipso resuscitā-
dos, tibi enim resurrectio ad vitam non
15 erit. Et cùm admouissent quintum, ve-
xabant eum. At ille respiciens in eum,
16 dixit, Potestatē inter homines habens,
cùm sis corruptibilis, facis quod vis: no-
li autē putare genus nostrum à Deo esse
17 derelictum. tu autē patienter sustine, &
videbis magnā potestatē ipsius, qualiter
18 te & semen tuum torquebit. Post hunc
ducebant sextum; & is mori incipiens,
sic ait, Noli frustrà errare: nos enim pro-
pter nosmetipsos hoc patimur, peccantes
in Deū nostrū, & digna admiratione fa-
19 cta sunt in nobis. tu autē ne existimes
tibi impunè futurum, quòd cōtra Deum
20 pugnare tentaueris. Supra modū autem
mater mirabilis, & bonorū memoria di-
gna, quę pereuntes septē filios sub vnius
diei tempore cōspiciens, bono animo fe-
rebat propter spē quam in Deo habebat:
21 singulos illorū hortabatur voce patria
fortiter, repleta sapientia: & fœminæ
cogitationi masculinū animū inferens,
22 dixit ad eos, Nescio qualiter in vtero
meo apparuistis: neq. enim ego spiritum
& animā donaui vobis & vitā, & singu-
lorum membra non ego ipsa compegi,
23 sed enim mundi creator, qui formauit
hominis natiuitatem, quique omniū in-
uenit originē, & spiritū vobis iterū cum
misericordia reddet & vitā, sicut nūc vos-
metipsos despicitis propter leges eius.
24 Antiochus autē contemni se arbitra-
tus, simul & exprobrantis voce despecta,
cùm adhuc adolescentior supereſſet, non
solùm verbis hortabatur, sed & cum iu-
ramento affirmabat se diuitem & beatū
facturū, & transiatū à patriis legibꝰ ami-
cū habiturum, & tres necessarias ei præ-
25 biturū. Sed ad hæc cùm adolescens ne-
quaquā inclinaretur, vocauit rex matrē,
& suadebat ei vt adolescenti fieret in sa-
26 lutē. Cùm autē multis eam verbis esset
hortatus, promisit suasuram se filio suo.
27 Itaq. inclinata ad illū, irridens crude-
lem tyrannū, ait patria voce, Fili mi mi-
serere mei, quæ te in vtero nouē mēsibus
portaui, & lac triennio dedi & alui, & in
28 ætatem istam perduxi. Peto*te nate, vt
aspicias ad cælum & terram, & ad omnia
quæ in eis sunt: & intelligas quia ex ni-
hilo fecit illa Deus & hominum genus:
29 ita fiet vt nō timeas carnificē istum,
sed dignus fratribus tuis effectus partī-
ceps, suscipe mortem, vt in illa misera-
tione cum fratribus tuis te recipiam.
30 Cùm hæc illa adhuc diceret, ait ado-
lescēs, Quem sustinetis? nō obedio præ-
cepto regis, sed præcepto legis, quæ data
31 est nobis per Moysen. Tu verò qui in-
uentor omnis malitiæ factus es in He-
32 bræos, non effugies manum Dei. Nos
enim pro peccatis nostris hæc patimur.

Et si

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et si nobis propter increpationē, & correptionē Dñs Deus noſter modicū iratus eſt: ſed iterū reconciliabitur ſeruis ſuis.
Tu autē ô ſceleſte & omniū hominum flagitioſiſsime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus. nōdum enim omnipotētis Dei & omnia inſpicientis iudiciū effugiſti. Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt: tu verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autē ſicut & fratres mei animā & corpus meū trado pro patriis legibus: inuocās Deū maturiùs gēti noſtræ propitiū fieri, teq. cum tormentis & verberibus cōfiteri quòd ipſe eſt Deus ſolus. In me verò & in fratribus meis deſinet omnipotētis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. Tūc rex accēſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferēs ſe deriſum.
Et hic itaq. mundus obiit, per omnia in Dño confidēs. Nouiſsimè autē, poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificiis, & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

CAP. VIII.

IVdas verò Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in caſtella: & conuocantes cognatos*, & eos qui permanſerunt in Iudaiſmo aſſumentes, eduxerunt ad ſe ſex millia virorū. Et inuocabāt Dñm, vt reſpiceret in populū qui ab omnibus calcabatur, & miſereretur templo quod contaminabatur ab impiis: miſereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ eſſet illico cōplananda, & vocē ſanguinis ad ſe clamātis audiret: memoraretur quoq. iniquiſsimas mortes paruulorū innocētum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his. At Machabæus cōgregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. ira enim Domini in miſericordiā conuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus, ſuccendebat eas: & opportuna loca occupans, nō paucas hoſtium ſtrages dabat: maximè autē noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, & fama virtutis eius vbiq. diffundebatur. Videſ autē Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequētiusres ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducē Cœleſyriæ, & Phœnicis ſcripſit vt auxiliū ferret regiis negotiis. At ille velociter miſit Nicanorē Patrocli de primoribus amicū, datis ei de permiſtis gentibus, armatis nō minus viginti millibus, vt vniuerſum Iudæorū genus deleret, adiūcto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientiſsimo. Cōſtituit autē Nicanor, vt regi tributum, quod Romanis erat dādum, duo millia talentorū de captiuitate Iudæorū ſuppleret: ſtatimq. ad maritimas ciuitates miſit, conuocans ad coëmptionē Iudaicorū māncipiorum, promittens ſe nonaginta māncipia talēto diſtracturum, non reſpiciens ad vindictā quæ eum ab omnipotente eſſet conſecutura.
Iudas autē vbi comperit, indicauit his qui ſecū erāt Iudæis, Nicanoris aduentū.
Ex quibus quidā formidantes, & non credentes Dei iuſtitiæ, in fugam vertebātur: alij verò ſiquid eis ſupererat vēdebant, ſimulque Dñm deprecabantur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret, vendiderat: & ſi nō propter eos, propter teſtamentum tamen quod erat ad pātres eorū, & propter inuocationē ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. Conuocatis autē Machabæus ſeptē millibus, qui cū ipſo erant, rogabat, ne hoſtibus reconciliarentur, neq. metuerent iniquè venientium aduerſum ſe hoſtiū multitudinem, ſed fortiter cōtenderēt: ante oculos habentes cōtumeliā quæ loco ſancto ab his iniuſtè eſſet illata, itemq. & ludibrio habitę ciuitatis iniuriā, adhuc etiā veterum inſtituta cōuulſa. Nam illi quidē armis cōfidunt, ait: ſimul & audacia: nos autem in omnipotēte Dño qui poteſt & veniētes aduerſum nos, & vniuerſum mundū vno nutu delere, cōfidimus. Admonuit autē eos & de auxiliis Dei, quę facta ſunt erga parentes: ‖ & quòd ſub Sennacherib centum octoginta quinq. millia perierunt: & de prœlio quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem vētū eſt, Macēdonibus ſociis hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerūt centū viginti millia, propter auxiliū illis datū de cælo, & beneficia pro his plurima cōſecuti ſunt. His verbis conſtantes effecti ſunt, & pro legibus & patria mori parati. Conſtituit itaq. fratres ſuos duces vtriq. ordini, Simōnē & Ioſephum & Ionatham, ſubiectis vnicuique millenis & quingentenis. Ad hoc etiā ab Eſdra lecto illis ſancto libro, & dato ſigno adiutorij Dei, in prima acie ipſe dux cōmiſit cū Nicanore. Et facto ſibi adiutore omnipotente interfecerunt ſuper nouem millia hominū: maiorē autē partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factā fugere cōpulerunt. Pecuniis verò eorū qui ad emptionē ipſorum venerāt, ſublatis, ipſos vſquequaq. perſecuti ſunt, ſed reuerſi ſunt hora concluſi. nā erat ante ſabbathum: quā ob cauſſam nō perſeuerauerunt inſequentes. Arma autem ipſorum & ſpolia congregātes, ſabbathū agebant: benēdicentes Dñm qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos. Poſt ſabbathū verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiſerunt ſpolia: & reſidua ipſi cum ſuis habuere.
His itaque geſtis, & cōmuniter ab omnibus facta obſecratione, miſericordem Dñm poſtulabant, vt in finē ſeruis ſuis reconciliaretur. Et ex his qui cū Timotheo & Bacchide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerūt,

4 Re. 19, 35. Tob. 1, 21. Ec. 48, 24. Iſa. 37, 36. 1 Mat. 7, 41. Inf. 15, 22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& muniriones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diuiserunt, æquã portionẽ debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. Et cũ arma eorũ diligẽter 31
collegissent, omnia cõposuerunt in locis opportunis, residua verò spolia Ierosolymã detulerunt: & Philarchen qui cũ Timótheo erat, interfecerũt, virũ sceleftũ, 32
qui in multis Iudæos afflixerat. Et cùm 33
epinicia agerent in Ierosolymis, eum qui sacras ianuas incẽderat, id est Callisthenem, cùm in quoddã domiciliũ refugisset, incenderũt, digna ei mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissi- 34
mus autẽ Nicanor, qui mille negotiãtes ad Iudæorũ venditionẽ adduxerat, humiliatus auxilio Dñi ab his quos nullos existimauerat, depolita veste gloriæ, per 35
mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summã infelicitatẽ de interitu sui exercitus cõsecutus. Et qui promi- 36
serat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorẽ Deũ habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

EOdem tempore Antiochus inhonestè 1
reuertebatur de Perside. Intrauerat 2
enim in eã quæ dicitur Persepolis, & tẽtauit expoliare templũ, & ciuitatẽ opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugã versi sunt: & ita cõtigit vt Antiochus post fugã turpiter rediret.

περιουλεῖν. ‖templa 13. MS.

Et cũ venisset circa Ecbatanã, recognouit quæ erga Nicanorẽ & Timótheũ gesta sunt. Elatus autẽ in ira, arbitrabatur 3
se iniuriã illorũ qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere: ideoq. iussit agitari currũ suum, sine intermissione agẽs iter, cælesti eum iudicio perurgente, eo quòd 4
ita superbè locutus est se vẽturum Ierosolymã, & congeriẽ sepulchri Iudæorum eã facturum. Sed ‖ qui vniuersa cõspicit 5
Dñs Deus Israël, percussit eũ insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonẽ, apprehendit eũ dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta: & quidẽ satis iustè, quippe qui 6
multis & nouis cruciatib. aliorũ torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia 7
repletus, ignẽ spirãs animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotiũ, cõtigit illũ impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione mẽbra vexari. Isq. 8
qui sibi videbatur etiã fluctib⁹ maris imperare, supra humanũ modum superbia repletus, & montiũ altitudines in statêra appẽdere, nũc humiliatus ad terrã in gestatorio portabatur, manifestã Dei virtutem in semetipso contestans: ita vt de 9
corpore impij, vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerẽt, odore etiã illius & fætore exercitus grauaretur. & qui paulò antè sidera cæli 10
contingere se arbitrabatur, cũ nemo poterat propter intolerãtiã fœtoris portare.
11 Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionẽ suiuenire, diuina admonitus plaga, per momenta singula do-
12 loribus suis augmẽta capientibus. & cũ nec ipse iã fœtorẽ suũ ferre posset, ita ait, Iustũ est subditũ esse Deo, & mortalẽ nõ
13 paria Deo sentire. Orabat autẽ hic sceleftus Dñm, à quo non esset misericordiã
14 consecuturus. Et ciuitatem ad quã festinans veniebat vt eã ad solũ deduceret, ac sepulchrũ cõgestorum faceret, nũc optat
15 liberã reddere: & Iudæos quos nec sepultura quidẽ se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiẽdos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Atheniẽsibus facturũ pol-
16 licetur: templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de
17 redditibus suis præstaturũ: super hæc & Iudæũ se futurum, & omnẽ locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei
18 potestatem. Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustum Dei iudiciũ) desperans scripsit ad Iudæos in modum deprecationis epistolam hæc
19 continentẽ: OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam salutẽ, & bene valere, & esse
20 felices, rex & princeps Antiochus. Si bene valetis & filij vestri, & ex sententia vobis cũcta sunt, maximas agim⁹ gratias.
21 Et ego in infirmitate constitutus, vestri aũt memor benignè reuersus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehensus, necessarium duxi pro communi vtilitate
22 curã habere: nõ desperãs memetipsum, sed spẽ multã habens effugiendi infirmi-
23 tatẽ. Respiciẽs aũt quòd & pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitũ, ostẽdit qui post se sus-
24 ciperet principatum: vt si quid cõtrariũ accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erãt, cui esset rerum summa derelicta, non turbarentur.
25 Ad hæc, considerans de proximo potentes quosq. & vicinos tẽporibus insidiãtes & euentum expectantes, designaui filiũ meum Antiochũ regem, quem sæpe recurrens in superiora regna multis vestrũ cõmendabam: & scripsi ad eũ quæ sub-
26 iecta sunt. Oro itaq. vos, & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnusquisq. cõseruet fidẽ ad me & ad filiũ
27 meũ. Cõfido enim eum modestè & humanè acturum, & sequentem propositũ
28 meum, & communem vobis fore. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus, miserabili obitu vita fun-
29 ctus est. Transferebat autẽ corpus Philippus collactaneus eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Aegyptum abiit.

CAP.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. X.

MAchabæus aũt & qui cum eo erãt, Dño se protegente, templum quidem & ciuitatem recepit; aras aũt quas alienigenę per plateas extruxerãt, itemq. delubra demolitus est. & purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerũt post biennĩ, & incensum & lucernas & panes propositionis posuerunt. Quibus gestis, rogabãt Dñm prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderẽt: sed & si quãdo peccassent; vt ab ipso mitius corriperẽtur, & nõ barbaris ac blasphemis hominib. traderẽtur. ¶ Qua die aũt templũ ab alienigenis poliutum fuerãt, cõtigit eadem die purificationẽ fieri, vicesima quinta mensis, qui fuit Casleu.

& cum lætitia diebus octo egerunt in modũ tabernaculorũ: recordantes quòd ante modicũ temporis diẽ solennem tabernaculorũ in mõtibus, & in speluncis more bestiarum egerant. Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas prę ferebant ei qui prosperauit mundare locũ suũ. Et decreuerũt cõmuni præcepto & decreto, vniuersæ genti Iudæorũ omnibus annis agere dies istos. Et Antiochi quidẽ, qui appellatus est Nobilis, vitę excessus ita se habuit. Nũc aũt de Eupatore Antiochi impij filio, quæ gesta sunt narrabimus, breuiãtes mala quę in bellis gesta sunt. Hic enim suscepto regno, cõstituit super negotia regni Lysiã quendam Phœnicis & Syrię militię principẽ.

Nã Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iusti tenax, erga Iudæos esse cõstituit, & præcipuè ꝓpter iniquitatẽ quæ facta erat in eos, & pacificè agere cũ eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorẽ, cùm frequẽter proditor audiret, eo quòd Cyprũ creditã sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochũ Nobilẽ transiatus etiã ab eo recessisset, veneno vitã finiuit.

Gorgias aũt cũ esset dux locorũ, assumpris aduenis frequenter Iudæos debellabat. Iudæi verò qui tenebãt opportunas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipiebãt, & bellare tẽtabãt. Hi verò qui erãt cum Machabæo per orationes Dñm rogãtes vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorũ: multaq. vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrẽtes interemerũt, & omnes simul nõ minus viginti * millibus trucidauerunt.

Quipã autẽ cùm fugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatũ ad repugnandum habentes: Machabæus ad eorũ expugnationem, relicto Simõne & Iosepho, itemq. Zacharo, eisq. qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant pugnas, conuersus est. Hi verò qui cum Simõne erant, cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt pecunia: & septuaginta millib. didrachmis acceptis, dimiserũt quosdã effugere. Cùm aũt Machabæo nuntiatũ esset quod factum est, principib. populi congregatis accusauit, quòd pecunia fratres vendidissent, aduersariis eorũ dimissis. Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. Armis aũt ac manibus omnia prosperè agẽdo, in duab. munitionib. plus quã viginti millia peremit. Et Timotheus, qui prius à Iudęis fuerat superatus, cõuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiano aduenit, quasi armis Iudæam capturus. *exercitu o.

Machabæus aũt & qui cum ipso erant, appropinquãte illo, deprecabãtur Dñm, caput terra aspergẽtes, lumbosq. ciliciis præcincti, ad altaris crepidinẽ prouoluti, vt sibi propitius, inimicis aũt eorum esset inimicus, & aduersariis aduersaretur, ¶ sicut lex dicit. Et ita post orationẽ sumptis armis, lõgiùs de ciuitate procedentes, & proximi hostibus effecti, resederunt. Primo aũt Solis ortu vtriq. cõmiserũt: isti quidẽ victorię & prosperitatis sponsorẽ cum virtute Dñm habentes: illi autem ducem belli animũ habebant. Exo. 23, 20. Deut. 20, 4. 28, 7.

Sed cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatũ Iudæis præstantes: ex quibus duo Machabæum mediũ habẽtes, armis suis circũseptũ incolumẽ conseruabãt: in aduersarios aũt tela, & fulmina iaciebãt, ex quo & cæcitate cõfusi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt aũt viginti millia quingẽti, & equites sexcenti. Timotheus verò cõfugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chæreas.

Machabęus autem, & qui cum eo erãt, lætantes obsederũt præsidiũ diebus quatuor. At hi qui intus erant, loci firmitate confisi, supramodum maledicebant, & sermones nefandos iactabant. Sed cùm dies quinta illucesceret, viginti iuuenes ex his qui cũ Machabæo erãt, accẽsi animis propter blasphemiã, viriliter accessẽrũt ad murũ, & feroci animo incedentes ascẽdebãt: sed & alij similiter ascẽdentes, turres portasq. succẽdere aggressi sunt, atq. ipsos maledicos viuos concremare. Per continuum aũt biduum præsidio vastato, Timotheum occultãtem se in quodã repertũ loco peremerũt: & fratrem illius Chæream & Apollophanem occiderunt. Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

Sed paruo pòst tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his quæ acciderant: congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerso veniebat aduersus Iudæos, existimãs se ciuitatem quidem captã Gẽtibus habitaculum facturum, templũ verò in pecuniæ quæ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fium, ſicut cætera delubra Gentiũ, habiturũ, & per ſingulos annos venale ſacerdotium: nuſquã recogitãs Dei poteſtatem, ſed mẽte effrenatus in multitudine peditũ, & in millibus equitũ & in octoginta elephantis confidebat. Ingreſſus aũt Iudæam, & appropiãs Bethſuræ, quæ erat in anguſto loco, ab Ieroſolyma interuallo quinq ſtadiorũ, illud præſidium expugnabat. Vt aũt Machabæus & qui cum eo erãt, cognouerũt expugnari præſidia, cũ fletu & lachrymis rogabãt Dñm, & omnis turba ſimul, vt bonũ angelum mitteret ad ſalutẽ Iſraël. Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis, cæteros adhortatus eſt ſimul ſecũ periculũ ſubire, & ferre auxilium fratribus ſuis. Cumq. pariter prompto animo procederẽt, Ieroſolymis apparuit præcedẽs eos eques in veſte candida, armis aureis haſtã vibrãs.

Tunc omnes ſimul benedixerũt miſericordem Dñm, & conualuerunt animis: non ſolũ homines, ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare.

Ibant igitur prompti, de cælo habentes adiutorem, & miſerantẽ ſuper eos Dñm.

Leonum aũt more impetu irruentes in hoſtes, proſtrauerũt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille ſexcentos:

vniuerſos aũt in fugã verterunt, plures aũt ex eis vulnerati nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fugiens euaſit. Et quia non inſenſatus erat, ſecũ ipſe reputans factam erga ſe diminutionẽ, & intelligens inuictos eſſe Hebræos, omnipotẽtis Dei auxilio innitẽtes, miſit ad eos:

promiſitq. ſe conſenſurũ omnibus quæ iuſta ſunt, & regem compulſurum amicum fieri. Annuit aũt Machabæus precibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulẽs: & quæcunq. Machabæus ſcripſit Lyſiæ de Iudæis, ea rex cõceſsit. Nã erant ſcriptæ Iudæis epiſtolæ à Lyſia, ſiquidem hũc modũ continentes: LYSIAS populo Iudæorũ ſalutẽ. Ioannes & Abeſalom qui miſsi fuerant à vobis, tradẽtes ſcripta, poſtulabant vt ea quę per illos ſignificabãtur, implerem. Quęcunq. igitur regi potuerũt perferri expoſui, & quę res permittebant, conceſsit. Si igitur in negotiis fidẽ conſeruaueritis, & deinceps bonorũ vobis cauſa eſſe tẽtabo. De cæteris autem per ſingula verba mãdaui & iſtis & his qui à me miſsi ſunt, colloqui vobiſcũ. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo mẽſis Dioſcori, die viceſima & quarta. Regis aũt epiſtola, iſta cõtinebat: REX Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem. Patre noſtro inter deos tranſlato, nos volentes eos qui ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere, & rebus ſuis adhibere diligentiã, audiuimus Iudæos nõ conſenſiſſe patri meo vt trãſferrẽtur ad ritum Græcorum, ſed tenẽre velle ſuum inſtitutũ, ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua.

Volentes igitur hanc quoq. gentẽ quietam eſſe, ſtatuentes iudicauimus templũ reſtitui illis, vt agerẽt ſecundũ ſuorũ maiorum cõſuetudinem. Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dexterã dederis: vt cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, & vtilitatibus propriis deſeruiant.

Ad Iudæos verò regis epiſtola talis erat: REX Antiochus ſenatui Iudæorũ, & cæteris Iudæis ſalutẽ. Si valetis, ſic eſtis vt volumus: ſed & ipſi bene valemus. Adiit nos Menelaus dicens velle vos deſcendere ad veſtros qui ſunt apud nos. His igitur qui cõmeant vſq. ad diẽ triceſimũ mẽſis Xanthici, damus dextras ſecuritatis, vt Iudaicis vtantur cibis, & legibus ſuis, ſicut & prius: & nemo eorũ vllo modo moleſtiã patiatur de his quæ per ignorantiã geſta ſunt. Miſimus autẽ & Menelaũ, qui vos alloquatur. Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, Xãthici mẽſis quintadecimæ die. Miſerunt aũt etiã Romani epiſtolã ita ſe habentem: QVINTVS Memmius & Titus Manilius legati Romanorũ, populo Iudæorum ſalutem. De his quæ Lyſias cognatus Regis cõceſsit vobis, & nos cõceſsimus. De quibus autẽ ad regem indicauit referendũ, confeſtim aliquẽ mittite, diligẽtius inter vos cõferẽtes: vt decernamus, ſicut cõgruit vobis: nos enim Antiochiam accedimus. Ideoq. feſtinate reſcribere, vt nos quoq. ſciamus cuius eſtis voluntatis. Bene valete. Anno cẽteſimo quadrageſimo octauo, quintadecima die menſis Xanthici.

CAP. XII.

His factis pactionibus, Lyſias pergebat ad regem, Iudæi aũt agriculturæ operam dabant. Sed hi qui reſederant Timotheus & Apollonius Gennęi filius, ſed & Hieronymus, & Demophon, ſuper hos & Nicanor Cypriarches, non ſinebãt eos in ſilentio agere, & quiete. Ioppitæ verò tale quoddã flagitiũ perpetrarunt. rogauerunt Iudęos cũ quibus habitabãt, aſcendere ſcaphas quas parauerant, cum vxoribus, & filiis, quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubiacentibus. Secundũ commune itaq. decretũ ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus, pacisq. cauſa nihil ſuſpectum habentibus: cùm in altũ proceſſiſſent, ſubmerſerunt non minus ducentos.

Quam crudelitatẽ Iudas in ſuæ gentis homines factã vt cognouit, præcepit viris qui erãt cum ipſo: & inuocato iuſto iudice Deo, venit aduerſus interfectores fratrũ, & portum quidem nocte ſuccẽdit, ſcaphas exuſsit, eos aũt qui ab igne refugerant, gladio peremit. Et cùm hæc ita egiſſet, diſceſsit quaſi iterũ reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus. Sed cũ cognouiſſet & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitãtibus ſecũ Iudæis, Iamnitis quoq. nocte ſuperuenit, & portum cum nauibus ſuccendit: ita vt

lumen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lumen ignis appareret Ierosolymis à stadiis ducẽtis quadraginta. Inde cùm iam abissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timótheum, cõmiserunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites qùingẽti.

Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset, residui Arabes victi, petebant à Iuda dextrã sibi dari, promutentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas aũt arbitratus verè in multis eos vtiles, promisit pacẽ; dextrisq. acceptis, discessere ad tabernacula sua.

Aggressus est autẽ & ciuitatẽ quandam firmam pontibus murisq. circunseptam, quæ à turbis habitabatur gentiũ promiscuarum, cui nomẽ Caspin. Hi verò qui intus erant, confidẽtes in stabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remissius agebant, maledictis lacessentes Iudã, ac blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est. Machabæus autẽ inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis ‖ temporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: & capta ciuitate per Dñi volũtatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorũ duorũ latitudinis, sanguine infectum fluere videretur. Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerũt in Characa ad eos qui dicũtur Iubianæi, Iudæos: & Timótheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio.

Dositheus aũt & Sosipater, qui erãt duces cum Machabæo, peremerũt à Timotheo relictos in præsidio, decẽ millia viros. At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timótheũ processit, habentem secum centũ viginti millia peditũ, equitumq. duo millia quingentos. Cognito autem Iudæ aduẽtu, Timótheus præmisit mulieres & filios & reliquũ apparatum, in præsidium quod Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile, & accessũ difficile propter locorum angustias. Cumq. cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei qui vniuersa cõspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerẽtur, & gladiorum suorũ ictibus debilitarentur. Iudas autẽ vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorũ. Ipse verò Timótheus incidit in partes Dosithei & Sosiparris: & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorũ ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. Et cùm fidem dedisset restituturũ se eos secundum constitutũ, illæsum eum dimiserunt, propter fratrũ salutem. Iudas aũt regressus est à Carnion, interfectis viginti quinque millibus. Post horũ fugam & necẽ, mouit exercitũ ad Ephron ciuitatẽ munitã, in qua multitudo diuersarũ gentium habitabat: & robusti iuuenes pro muris cõsistẽtes fortiter repugnabãt: in hac autem machinæ multæ, & telorũm erat apparatus. Sed cùm omnipotentẽ inuocassent, qui potestate sua vires hostiũ confringit, ceperũt ciuitatẽ: & ex eis qui intus erãt, vigintiquinq. millia prostrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat.

Contestantibus aũt his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberẽtur, etiã temporibus infelicitatis quòd molestè secum egerint: gratias agẽtes eis, & exhortati etiã de cætero erga genus suũ benignos esse, venerunt Ierosolymã die solenni septimanarum instante. Et post Pentecosten abierũt contra Gorgiam præpositũ Idumææ. Exiuit aũt cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus congressis, contigit paucos ruere Iudæorum.

Dositheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiã tenebat: & cùm vellet illum capere viuũ, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumq. eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mareſa. At illis qui cũ Esdrin erant, diutius pugnãtibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dñm adiutorẽ, & ducẽ belli fieri incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit. Iudas aũt collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & cùm septima dies superueniret, secũdum consuetudinẽ purificati, in eodẽ loco sabbathum egerunt. Et sequẽti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parẽtibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt autẽ sub tunicis interfectorũ de donariis idolorum, quæ apud Iamniã fuerunt, ‖ à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaq. benedixerũt iustum iudicium Dñi, qui occulta fecerat manifesta. Atq. ita ad preces conuersi, rogauerunt vt id quod factũ erat delictũ, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populũ conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorũ qui prostrati sunt.

Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymã offerri pro ‖ peccato' sacrificiũ, bene & religiosè de resurrectione cogitans. (nisi enim eos qui ceciderãt, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanũ orare pro mortuis) & quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperãt, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur.

CAP. XIII.

ANno centesimo quadragesimonono, cognouit Iudas Antiochũ Eupatorẽ

Deut. 7, 25.

‖ peccatis mortuorũ MS q. R.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venire cum multitudine aduersus Iudæã,
& cum eo Lysiam procuratorẽ & præ- 2
positum negotiorũ, secum habentẽ pedi-
tum centum decẽ millia, & equitũ quin-
que millia, & elephantos viginti duos,
currus cũ falcibus trecentos. Cõmiscuit 3
aũt se illis & Menelaus: & cũ multa fal-
lacia deprecabatur Antiochũ, nõ pro pa-
tria salute, sed sperãs se cõstitui in prin-
cipatum. Sed rex regum suscitauit ani- 4
mos Antiochi in peccatorẽ: & suggerẽte
Lysia hũc esse causam omniũ malorum,
iussit (vt eis est consuetudo) apprehẽsum
in eodẽ loco necari. Erat aũtẽ in eodem 5
loco turris quinquaginta cubitorum, ag-
gestum vndiq. habens cineris: hæc pro-
spectum habebat in præceps. inde in ci- 6
nerem deiici iussit sacrilegum, omnibus
eum propellẽtibus ad interitum. Et tali 7
lege præuaricatorẽ legis cõtigit mori, nec
terræ dari Menelaum. Et quidẽ satis iu- 8
stè. nam quia multa erga aram Dei deli-
cta cõmisit, cuius ignis & cinis erat san-
ctus: ipse in cineris morte damnatus est.
Sed rex mente effrenatus veniebat, ne- 9
quiorem se patre suo Iudæis ostensurus.
Quibus Iudas cognitis, præcepit popu- 10
lo vt die ac nocte Dñm inuocarent, quo
sicut semper, & nũc adiuuaret eos: quip- 11
pe qui lege & patria, sanctoq. tẽplo pri-
uari verercẽtur, ac populũ qui nuper pau-
lulum respirasset, ne sineret blasphemis
rursus nationibus subdi. Omnibus itaq. 12
simul id facientibus, & petentibus à Dño
misericordiam cum fletu & ieiunijs, per
triduum continuum prostratis, hortatus
est eos Iudas vt se præpararẽt. Ipse verò 13
cum senioribus cogitauit prius quàm rex
admoueret exercitum ad Iudæam, & ob-
tineret ciuitatẽ, exire, & Dñi iudicio cõ-
mittere exitũ rei. Dans itaq. potestatem 14
omniũ Deo mundi creatori, & hortatus
suos vt fortiter dimicarent, & vsque ad
mortem pro legibus, templo, ciuitate, pa-
tria, & ciuibus starent: circa Modin exer-
citum constituit. Et dato signo suis Dei 15
victoriæ, iuuenib. fortissimis electis, no-
cte aggressus aulã regiã, in castris inter-
fecit viros [a] quatuor milia, & maximum
elephantorum cum his qui superpositi
fuerant: summoq. metu ac perturbatio- 16
ne hostiũ castra repleuerũt, rebusq. pro-
spere gestis abierunt. Hoc autẽ factũ est 17
die illucescente, adiuuante eum Dñi pro-
tectione. Sed rex accepto gustu audaciæ 18
Iudæorũ, arte difficultatem locorum tẽ-
tabat: & Bethsuræ quæ erat Iudæorum 19
præsidium munitum, castra admouebat:
ied fugabatur, impingebat, minorabatur.
His autem qui intus erant, Iudas ne- 20
cessaria mittebat. Enuntiauit autẽ my- 21
steria hostibus Rhodocus quidam de Iu-
daico exercitu, qui requisitus cõprehen-
sus est, & cõclusus. Iterũ rex sermonem 22
habuit ad eos qui erant in Bethsuris: de-
xtrã dedit: accepit, abiit: commisit cum 23
Iuda, superatus est. Vt aũt cognouit rebel
lasse Philippum Antiochiæ, qui relictus
erat super negotia, mẽte cõsternatus Iu-
dæos deprecans, subditusq; eis iurat de
omnibus quibus iustum visum est: & re-
conciliatus obtulit sacrificiũ, honorauit
24 templũ, & munera posuit: Machabæum
amplexatus est, & fecit eum à Ptolemai-
de vsq. ad Gerrenos ducẽ & principem.
25 Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter
ferebant Ptolemenses amicitiæ conuen-
tionem, indignantes ne fortè fœdus ir-
26 rumperent. Tunc ascendit Lysias tribu-
nal, & exposuit rationẽ, & populũ seda-
uit, regressusq. est Antiochiã: & hoc mo-
do regis profectio & reditus processit.

CAP. XIIII.

1 SEd post triennij tempus cognouit Iu-
das & qui cum eo erant, Demetrium
Seleuci cum multitudine valida, & naui-
bus per portum Tripolis ascẽdisse ad loca
2 opportuna, & tenuisse regiones aduer-
sus Antiochum & ducem eius Lysiam.
3 Alcimus autẽ quidam qui summus sa-
cerdos fuerat, sed voluntariè coinquina-
tus est temporibus commistionis, consi-
derans nullo modo sibi esse salutẽ, neque
4 accessum ad altare, venit ad regem De-
metrium cẽtesimo quinquagesimo anno,
offerens ei coronã auream, & palmã, su-
per hæc & talos qui templi esse videban-
5 tur. Et ipsa quidem die siluit. Tempus
aũt opportunũ demẽtiæ suæ nactus, con-
uocatus à Demetrio ad consilium, & in-
terrogatus quibus rebus & consilijs Iu-
6 dæi niterentur: respõdit, ipsi qui dicun-
tur Assidæi Iudæorũ, quibus præest Iu-
das Machabæus, bella nutriũt, & seditio-
nes mouent, nec patiuntur regnum esse
7 quietum. nam & ego defraudatus parẽ-
tum gloria (dico autem summo sacerdo-
8 tio) huc veni: primò quidẽ vtilitatibus
regis fidem seruans, secundò autẽ etiam
ciuibus cõsulens. nam illorum prauitate
vniuersum genus nostrum non minimè
9 vexatur. Sed *his singulis & rex cogni- *oro M.
tis, & regioni, & generi secũdum huma- q.R.
nitatẽ tuam promulgatam omnibus pro-
10 spice. nam quãdiu superest Iudas, im-
11 possibile est pacẽ esse negotijs. Talibus
aũt ab hoc dictis, & cæteri amici hostili-
ter se habẽres aduersus Iudam, inflãma-
12 uerũt Demetrium. Qui statim Nicano-
rem præpositum elephantorum ducẽ mi-
13 sit in Iudæam: datis mandatis, vt ipsum
quidem Iudam caperet, eos verò qui cum
illo erant, dispergeret, & constitueret Al-
cimum maximi templi summũ sacerdo-
14 tem. Tunc gentes quæ de Iudæa fugerãt
Iudã, cõgregatim se Nicanori miscebant,
miserias & clades Iudæorũ, prosperitates
15 rerum suarũ existimantes. Audito itaq.
Iudæi Nicanoris aduẽtu, & conuentu na-
tionum, conspersi terra rogabant eum
qui populum suum constituit, in æter-
num custodiret, quique suam portionem

[a] quatuordecim MS. R.
[b] *duo* G. *Pro Textu faciũt* G q.

signis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

signis euidentibus protegit. Imperante 16
autē duce, statim inde mouerunt, conue-
neruntq. ad castellum Dessau. Simon 17
verò frater Iudæ cōmiserat cum Nicano-
re: sed conterritus est repentino aduentu
aduersariorum. Nicanor tamen audiēs 18
virtutem comitum Iudæ, & animi ma-
gnitudinem quam pro patriæ certamini-
bus habebāt, sanguine iudiciū facere me-
tuebat. Quam ob rem præmisit Posi- 19
donium, & Theodotium, & Matthiam, vt
darent dextras atque acciperēt. Et cùm 20
diu de his cōsilium ageretur, & ipse dux
ad multitudinem retulisset: omnium vna
fuit sententia amicitiis annuere. Itaq; 21
diem constituerunt qua secretò inter se
agerent: & *singulis sellæ prolatæ sunt &
positæ. Præcepit autem Iudas armatos 22
esse locis opportunis, ne fortè ab hostib⁹
repentè mali aliquid oriretur: & congruū
colloquium fecerunt. Morabatur autē 23
Nicanor Ierosolymis, nihilq. iniquè age-
bat, gregesque turbarum quæ congregatæ
fuerant, dimisit. Habebat autem Iudā 24
semper charum ex animo, & erat viro in-
clinatus. Rogauitq. eū ducere vxorē, fi- 25
liosq. procreare. Nuptias fecit: quietè e-
git, comiterq. viuebant. Alcimus autē 26
vidēs charitatē illorū adinuicem & con-
uentiones, venit ad Demetrium, & dice-
bat Nicanorem rebus alienis assentire,
Iudamq regni insidiatorem successorem
sibi destinasse. Itaque rex exasperatus, 27
& pessimis huius criminationibus irri-
tatus, scripsit Nicanori, dicens, grauiter
quidē se ferre de amicitiæ conuentione,
iubere tamen Machabæū citius vinctum
mittere Antiochiam. Quibus cogni- 28
tis Nicanor consternabatur, & grauiter
ferebat, si ea quæ conuenerant irrita fa-
ceret, nihil læsus à viro. sed quia regi re- 29
sistere non poterat, opportunitatem ob-
seruabat qua præceptum perficeret. At 30
Machabæus vidēs secum austerius agere
Nicanorē, & consuetum occursum fero-
cius exhibentem, intelligens non ex bo-
no esse austeritatem istam, paucis suorū
congregatis occultauit se à Nicanore.
Quod cùm ille cognouit fortiter se à 31
viro præuentū, venit ad maximū & san-
ctissimum templū: & sacerdotibus solitas
hostias offerentibus, iussit sibi tradi virū.
quibus cū iuramento dicentibus nesci- 32
re se vbi esset qui quærebatur, extendens
manum ad templū, iurauit, dicens, Nisi 33
Iudā mihi vinctū tradideritis, istud Dei
fanum in planitiē deducā, & altare effo-
diam, & templum hoc Libero patri con-
secrabo. Et his dictis abiit. Sacerdotes 34
autem protendentes manus in cælū, in-
uocabant eum qui semper propugnator
esset gentis ipsorum, hæc dicentes, Tu 35
Dñe vniuersorum, qui nullius indiges,
voluisti templū habitationis tuæ fieri in
nobis. Et nunc sancte sanctorum om- 36
nium Dñe, conserua in æternum impollu-
tam domum istam, quæ nuper mundata
37 est. Razias autem quidam de senioribus
ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir
amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro
affectu, Pater Iudæorum appellabatur.
38 Hic multis temporibus continētiæ p-
positum tenuit in Iudaismo, corpusq. &
animā tradere contentus pro perseueran-
39 tia. Volens autem Nicanor manifestare
odiū quod habebat in Iudæos, misit mi-
lites quingentos, vt eū comprehēderent.
40 putabat enim si illum decepisset, sese
41 cladem Iudæis maximā illaturū. Tur-
bis autem irruere in domum eius, & ia-
nuam disrumpere atque ignem admoue-
re cupientibus, cùm iam comprehende-
42 retur, gladio se petiit: eligens nobiliter
mori, potius quàm subditus fieri pecca-
toribus, & contra natales suos indignis
43 iniuriis agi. Sed cùm per festinationem
non certo ictu plagā dedisset, & turbæ in-
tra ostia irrūperēt, recurrens audacter ad
murū, præcipitauit semetipsum viriliter
44 in turbas: quibus velociter locū dātib⁹
45 casui eius, venit per mediā ceruicē: &
cùm adhuc spiraret, accēsus animo, sur-
rexit: & cùm sanguis eius magno fluxu
defflueret, & grauissimis vulneribus esset
46 saucius, cursu turbā pertransiit. & stans
supra quādā petram præruptā, & iā ex-
anguis effectus, cōplexus intestina sua, v-
trisq. manibus proiecit super turbas, in-
uocans dominatorem vitæ ac spiritus, vt
hæc illi iterum redderet: atq. ita vita de-
functus est.

CAP. XV.

1 NIcanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitauit cū omni impetu die sabbathi committere
2 bellum. Iudæis verò qui illum per ne-
cessitatem sequebantur dicētibus, Ne ita
ferociter, & barbarè feceris, sed honorē
tribue diei sanctificationis, & honora cū
3 qui vniuersa cōspicit: ille infelix inter-
rogauit, si est potēs in cælo qui imperauit
4 agi diem sabbathorum. Et respondentibus illis, Est Dñs viuus ipse in cælo po-
5 tens, qui iussit agi septimā diē. At ille
ait, Et ego potens sum super terram, qui
impero sumi arma, & negotia regis im-
pleri. Tamen non obtinuit vt consilium
6 perficeret. Et Nicanor quidem cū sum-
ma superbia erectus, cogitauerat cōmu-
7 ne trophæum statuere de Iuda. Mach-
abæus autem semper confidebat cum om-
ni spe auxilium sibi à Deo affuturum,
8 & hortabatur suos ne formidarent ad
aduentum nationū, sed in mēte haberēt
adiutoria sibi facta de cælo, & nunc spe-
rarēt ab Omnipotēte sibi affuturā victo-
9 riā. Et allocutus eos de lege & prophe-
tis, admonēs etiā certamina quæ fecerāt
10 prius, promptiores constituit eos: & ita
animis eorum erectis simul ostendebat
Gentium fallaciā, & iuramētorum præ-
11 uaricationē. Singulos autē illorum ar-
maui, non clypei & hastæ munitione,

1 Mac. 7, 26

sed

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed sermonibus optimis & exhortationibus, expositio digno fide somnio, p quod vniuersos lætificauit. Erat aũt huiuscemodi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protẽdentem, orare pro omni populo Iudæorum.

Post hoc apparuisse & alium virũ ætate & gloria mirabilem, & magni decõris habitudine circa illum. Respondentem verò Oniam dixisse, Hic est fratrũ amator, & populi Israël: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem, Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israël.

Exhortati itaq. Iudæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotiis iudicaret, eo quòd ciuitas sancta, & templum periclitarentur. erat enim pro vxoribus & filiis, itemque pro fratribus & cognatis minor sollicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi. sed & eos qui in ciuitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his qui congressuri erant. Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurũ, hostesq. adessent, atq. exercitus esset ordinatus, bestiæ equitesq. opportuno in loco compositi, considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dñm inuocauit, qui non secundum armorum potẽtiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo, ‖ Tu Domine qui misisti angelũ tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octogintaquinq. millia:

& nunc dominator cælorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui,

vt metuant qui cũ blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati. Cumq. cessassent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant. Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri. Quò cùm peruenisset, conuocatis cõtribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersiit & eos qui in arce erãt. Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est. Linguam etiã impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari; manum autem demẽtis contra templũ suspendi. Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset, & manifestum signum auxilij Dei. Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absq. celebritate præterire: habere autem celebritatem tertiadecima die mẽsis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei. Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis. Et si quidem bene, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim: si autem minus dignè, concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere aut semper aquam, contrarium est; alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

4 Re. 10,73 Tob. 1,21. Eccl. 48,24 Isa. 7,36. 1 Ma. 7,41. Sup. 8,19.

FINIS.

SAN-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.

CAP. I.

LIBER generationis Iesu Christi filij ¶ Dauid, filij Abraham. ¶ Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. ¶ Iacob autē genuit Iudā & fratres eius. ¶ Iudas autē genuit Phares & Zaram de Thamar. ¶ Phares autē genuit Esrō. Esrō autē genuit Arā. Arā aūt genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autē genuit Salmō. Salmō aūt genuit Booz de Rahab. ¶ Booz aūt genuit Obed ex Ruth. Obed autē genuit Iesse. ¶ Iesse autē genuit Dauid regē. ¶ Dauid aūt rex genuit Salomonē ex ea quæ fuit Vrię. ¶ Salomō aūt genuit Roboā. Roboā autem genuit Abiā. Abia aūt genuit Asa. Asa aūt genuit Iosaphat. Iosaphat autē genuit Ioram. Iorā autem genuit Oziam. ¶ Ozias autē genuit Ioathā. Ioathā aūt genuit Achaz. Achaz autē genuit Ezeciā. ¶ Ezecias autē genuit Manassen. ¶ Manasses autē genuit ¶ Amō. Amō autē genuit Iosiā. Iosias autē genuit Iechoniā & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationē Babylonis, ¶ Iechonias genuit Salathiēl. ¶ Salathiel autē genuit Zorobabel. Zorobabel autē genuit Abiud. Abiud aūt genuit ¶ Eliacim. Eliacim aūt genuit Azor. Azor autē genuit Sadoc. Sadoc aūt genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud aūt genuit Eleazar. Eleazar autē genuit Mathan. Mathā aūt genuit Iacob. Iacob aūt genuit Ioseph virū Marię: de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Omnes itaq. generationes, ab Abrahā vsq. ad Dauid, generariones quatuordecim. & à Dauid vsq. ad trāsmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim. & à trāsmigratione Babylonis vsq. ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autē generatio sic erat. Cùm esset ¶ desponsata mater eius Maria, Ioseph, antequā cōuenirēt, inuēta est in vtero habēs de Spiritu sancto. Ioseph aūt vir eius cū esset iust⁹, & nollet eā ¶ traducere: voluit occultè dimittere eā. Hæc autē eo cogitante, ecce angelus Dñi apparuit in somnis ei, dicēs, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā cōiugē tuā. quod enim in ea natū est, de Spiritu sancto est. pariet aūt filiū: ¶ & vocabis nomē eius Iesum. ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorū.

(Hoc autē totū factū est vt adimpleretur quod dictum est à Dño per Prophetā dicentē, ¶ Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiū: & ‖vocabunt' nomen eius Emmanu-el, quod est interpretatū Nobiscū Deus) Exurgēs aūt Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Dñi, & accepit coniugē suā. Et nō cognoscebat eā donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius Iesum.

Isa. 7, 14. ‖vocabitur o.

CAP. II.

CVm ergo natus esset Iesus in Bethlehē ‖Iudæ' in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymā, dicētes, Vbi est qui natus est rex Iudæorū? vidimus enim stellā ei⁹ in oriēte, & venimus adorare eū. Audiēs aūt Herodes rex, turbatus est, & oīs Ierosolyma cū illo. Et cōgregans omnes principes sacerdotū & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Beth-lehem Iudæ. Sic enim scriptū est per prophetā: ¶ Et tu Bethléhē terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux q ‖regat' populū meū Israël. Tūc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tēpus stellæ quę apparuit eis. & mittēs illos in Beth-lehē, dixit, Ite & interrogate diligēter de puero: & cū inueneritis, renūtiate mihi, vt & ego veniēs adorē eū. Qui cū audissent regē, abierūt. & ecce stella quam viderāt in oriente, antecedebat eos, vsquedū veniēs staret suprà, vbi erat puer. Vidētes autē stellā, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū, inuenerūt puerū cū Maria matre eius. & procidentes adorauerunt eū: ¶ & apertis thesauris suis obtulerūt ei munera, aurū, thus, & myrrhā. Et respōso accepto in somnis ne redirēt ad Herodē, p aliā viā reuersi sunt in regionē suā. Qui cū recessissent, acce angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerū & matrē eius, & fuge in Aegyptū: & esto ibi vsq. dū dicā tibi. Futurū est enim vt Herodes quęrat puerū ad pdendū eū. Qui ‖cōsurgēs accepit puerū & matrē eius nocte: & secessit in Aegyptū: & erat ibi vsq. ad obitū Herodis: vt adimpleretur quod dictū est à Dño p prophetā dicentē, ¶ Ex Aegypto vocaui filiū meū. Tunc Herodes vidēs qñ illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Beth-lehē, & in omnibus finib. eius, à bimatu & infrà, secundū tēpus quod exquisierat à Magis.

Luc. 2, 7. ‖Iudææ 7 MS. G.

Mich. 5, 2. *Ioan. 7, 42.* ‖reget 5 MS. G.

Psal. 71, 10.

‖surgens 3 MS. G. S.

Osee 11, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tunc adimpletū est quod dictū est per 17
Ieremiā prophetā, dicētē, ¶ Vox in Ra- 18
ma audita est, ploratus & vlulat⁹ multus,
Rachel plorās filios suos, & noluit cōso-
lari, quia nō sunt. Defūcto autē Herode, 19
ecce angelus Dñi apparuit in somnis Io-
seph in Aegypto, dicēs, Surge, & accipe 20
puerū & matrē ei⁹, & vade in terrā Israēl:
defuncti sunt enim qui quærebāt animā
pueri. Qui cōsurgens, accepit puerū & 21
matrē eius, & venit in terrā Israēl. Au- 22
diēs autē quòd Archelaus regnaret in Iu-
dea pro Herode patre suo, timuit illò ire:
& admonitus in somnis, secessit in partes
Galilææ. Et veniēs habitauit in ciuita- 23
te quæ vocatur Nazareth: vt adimple-
retur quod dictū est per prophetas, Quoniā
Nazaraus vocabitur. CAP. III.

IN diebus autē illis venit Iohannes Ba- 1
ptista prædicans in deserto Iudææ, & 2
dicēs, ¶ Pœnitentiā agite: ᵃappropinqua-
bit⁹ enim regnū cælorum. Hic est enim 3
ᵇqui dictus⁹ est per Isaiā prophetā, dicētē,
¶ Vox clamantis in deserto, Parate viam
Dñi, rectas facite semitas eius. Ipse autē 4
Iohānes habebat vestimētū de pilis came-
lorū, & zonā pelliceā circa lūbos suos:
esca aūt ei⁹ erat locustæ & mel syluestre.
Tūc exibat ad eū Ierosolyma & omnis 5
Iudæa, & oīs regio circa Iordanē; & ba- 6
ptizabātur ab eo in Iordane, cōfitētes pec
cata sua. Vidēs aūt multos Pharisæorū 7
& Sadduceorū veniētes ad baptismū suū,
dixit eis, ¶ Progenies viperarum, quis de-
mōstrauit vobis fugere à vētura ira? Fa- 8
cite ergo fructū dignū pœnitētiæ. Et ne 9
velitis dicere intra vos, ¶ Patrē habemus
Abraham, dico enim vobis qm̄ ᵇpotēs est⁹
Deus de lapidibus istis suscitare filios A-
brahæ. Iā enim securis ad radicē arborū 10
posita est. ¶ Oīs ergo arbor quæ non facit
fructū bonū, ᵇexcidetur, & in ignē mitte-
tur⁹. Ego quidē baptizo vos in aqua in 11
pœnitentiā. qui autē post me vēturus est
(fortior me est, cuius nō sum dignus cal-
ceamenta portare.) ipse vos baptizabit in
Spiritu sancto & igni. Cuius vētilabrū in 12
manu sua; & permūdabit aream suā: & cō-
gregabit triticū suū in horreū, paleas aūt
cōburet igni inextinguibili. ¶ Tūc venit 13
Iesus à Galilæa in Iordanē, ad Iohānē, vt
baptizaretur ab eo. Iohannes autē pro- 14
hibebat eū, dicens, Ego à te debeo bapti-
zari, & tu venis ad me? Respondēs autē 15
Iesus dixit ei, Sine modò, sic enim decet
nos implere omnē iustitiā. Tunc dimisit
eum. Baptizatus autē Iesus, confestim 16
ascēdit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæ-
li: & vidit Spiritū Dei descendentē sicut co-
lumbā, & venientē super ᵇse⁹. Et ecce vox 17
de cælis dicēs, ¶ Hic est filius me⁹ dilectus
in quo mihi cōplacui. CAP. IIII.

TVnc Iesus duct⁹ est in desertū à Spi- 1
ritu, vt tētaretur à diabolo. Et cùm 2
ieunasset quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus, postea esuriit. Et accedēs 3
tētator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt la-
pides isti panes fiāt. Qui respōdēs dixit, 4
Scriptū est, ¶ Nō in solo pane ᵇviuit⁹ ho-
mo, sed in omni verbo quod procedit de
ore Dei. Tunc assumpsit eū diabolus in 5
sāctā ciuitatē, & statuit eū sup pinnaculū
tēpli, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te 6
deorsū. Scriptū est enim, ¶ Quia angelis
suis ᵇmā labit⁹ de te, & in manibus tollēt
te, ne fortè offendas ad lapidē pedē tuū.
Ait illi Iesus rursum, Scriptū est, ¶ Nō 7
tētabis Dñm Deū tuū. Iterū assūpsit eū 8
diabol⁹ in mōtē excelsū valde: & ostēdit
ei oīa regna mūdi, & gloriā eorū, & dixit 9
ei, Hæc oīa tibi dabo, si cadēs adoraueris
me. Tūc dicit ei Iesus, Vade ᵇSatana: scri- 10
ptū est enim, ¶ Dñm Deū tuū adorabis; &
illi soli seruies. Tūc reliquit eū diabol⁹: 11
& ecce angeli accessērunt, & ministrabāt
ei. Cū aūt audisset Iesus q̄ Ioānes tra- 12
dit⁹ esset, ¶ secessit in Galilæā: & relicta 13
ciuitate Nazareth, vēnit ¶ & habitauit in
Capharnaū maritima, in fīnib⁹ Zabulō &
Nephthali, vt adimpleretur quod dictū 14
est per Isaiā prophetā: ¶ Terra Zabulō & 15
terra Nephthali, ᵇvia⁹ maris trās Iordanē
Galilæa⁹ gētiū: popul⁹ qui ᵇsedebat⁹ in 16
tenebris, vidit lucē magnā: & sedētibus in
regione ᵇumbra⁹ mortis, lux orta est eis.
Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, 17
¶ Pœnitētiā agite: ᵇappropinquabit⁹ enim
regnū cælorū. ¶ Ambulās aūt Iesus iuxta 18
mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonē
qui vocatur Petrus, & Andreā fratrē ei⁹,
mittētes rete in mare (erāt enim piscato- 19
res) & ait illis, Venite post me: & faciā
vos fieri piscatores hominū. At illi cōti- 20
nuò relictis retib. secuti sunt eū. Et pro- 21
cedēs inde, vidit alios duos fratres, Iaco-
bū Zebedæi, & Ioannē fratrē eius in nau
cū Zebedæo patre eorum, reficiētes retia
sua: & vocauit eos. Illi aūt statim relictis 22
retib⁹ & patre, secuti sunt eū. Et circui- 23
bat Iesus totā Galilæā, docens in synago-
gis eorū, & prædicans euangelium regni: &
sanās omnē lāguorē & omnē infirmitatē
in populo. Et abiit ᵇopinio⁹ eius in totā 24
Syriā. & obtulerūt ei oēs malè habentes,
variis languoribus & tormētis cōprehē-
sos, & qui dæmonia habebant, & lunati-
cos, & paralyticos, & curauit eos: ¶ & se- 25
cutæ sunt eū turbæ multæ de Galilæa, &
Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa,
& de trās-Iordanem. CAP. V.

VIdens autē *turbas, ascēdit in mōtē: 1
& cū sedisset, accesserūt ad eū disci-
puli eius, & aperiēs os suū docebat eos, 2
dicēs, ¶ Beati pauperes spiritu: qm̄ ipso- 3
rū est regnū cælorū. ¶ Beati mites: qm̄ 4
ipsi possidebunt terrā. Beati qui lugent: 5
quoniā ipsi ¶ cōsolabūtur. ¶ Beati qui esu- 6
riunt, & sitiūt iustitiā: quoniā ipsi satu-
rabūtur. Beati misericordes: quoniā ipsi 7
misericordiā cōsequētur. ¶ Beati mundo 8
corde: quoniā ipsi Deū videbunt. Beati 9
pacifici: quoniam *filij Dei vocabuntur.

¶ Beati

Ier. 31, 15.
Mar. 1, 4. Luc. 3, 3.
ᵃappropinquauit 4 MS. R. Hil. G.S.
ᵇde quo dictum o.
Isa. 40, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Ioan. 1, 24.
Inf. 23, 33.
Ioan. 8, 39. Act. 13, 26.
ᵇpotest MS.
Inf. 7, 11.
ᵇexciditur & in ignē mittitur 4 MS. G S
Marc. 1, 8. Luc. 3, 16. Ioan. 1, 26. Act. 11, 16. & 19, 4.
Mar. 1, 9. Luc. 3, 21.
ᵇipsum 1 MS. Q. n.
Luc. 9, 35. 2 Pet. 1, 17
Mar. 1, 12. Luc. 4, 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã: quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ. Beati estis cũ maledixerint vobis*, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, qm̃ merces vestra copiosa est in cælis. sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

Vos estis sal terræ. ¶ Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilũ valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mũdi. Non potest ciuitas abscõdi supra mõtẽ posita. ¶ neq. accendũt lucernã, & ponũt eã sub modio, sed sup candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt. ¶ Sic luceat lux vestra corã hominib. vt videãt opera vestra bona, & glorificẽt patrẽ vestrũ qui in cælis est. Nolite putare quoniã veni soluere legẽ aut prophetas: nõ veni soluere, sed adimplere. ¶ Amen quippe dico vobis, donec transeat cælũ & terra, iota vnũ aut vnus apex nõ præteribit à lege: donec oia fiãt. ¶ Qui ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cælorũ. qui aũt fecerit & docuerit: hic magn⁹ vocabitur in regno cælorũ. Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra ¶ plus quã Scribarũ & Pharisæorũ, nõ intrabitis in regnũ cælorũ. Audistis quia dictum est antiquis: ¶ Nõ occides. qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo*, reꝰ erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autẽ dixerit, fatue: reus erit gehẽnæ ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munꝰ tuũ ante altare, & vade priꝰ ℞ recõciliari' fratri tuo: & tũc veniẽs offeres munus tuũ. ¶ Esto cõsentiẽs aduersario tuo citò dũ es in via cũ eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi, nõ exies inde donec reddas nouissimũ quadrantẽ.

Audistis quia dictum est antiquis, ¶ Nõ mœchaberis. Ego aũt dico vobis, quia oĩs ¶ qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eam, iam mœchatus est eã in corde suo. ¶ Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, eruẽ ℞ ũ, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnũ membrorũ tuorũ, quã totũ corpus tuũ mittatur in gehennã. Et si dextra manus tua scãdalizat te, abscinde eã, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnũ mẽbrorũ tuorũ, quã totum corpus tuũ eat in gehẽnã. Dictũ est aũt, ¶ Quicunq. dimiserit vxorẽ suã, det ei libellũ repudij. Ego autẽ dico vobis, quia oĩs qui dimiserit vxorẽ suã, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterũ audistis quia dictũ est antiquis, ¶ Nõ periurabis: reddes autẽ Dño iuramenta tua. Ego autẽ dico vobis nõ iurare omnino; neque ¶ per cælũ, quia thronus Dei est; neq. per terrã, quia scabellũ est pedũ eius; neq. per Ierosolymã, quia ciuitas est magni regis: neq. per caput tuum iuraueris, quia non potes vnũ capillũ albũ facere aut nigrũ. ¶ Sit sermo autẽ vester, est, est: nõ, non: quod aũt his abundantius est, à malo est.

Audistis quia dictũ est, ¶ Oculũ pro oculo, & dentẽ pro dente. Ego autẽ dico vobis nõ resistere malo: sed siquis te percusserit in ~ dexteram' maxillam tuam, præbe illi & alterã: ¶ & ei qui vult tecũ ~ in' iudicio contẽdere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & pallium. & quicũq. te angariauerit mille passus, vade cum illo ~ alia' duo. ¶ Qui petit à te, da ei: & volẽti mutuare à te, ne ℞ auertaris'. Audistis quia dictũ est, ¶ Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos: ¶ & orate pro persequentibus & calũniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligũt, quã mercedẽ ℞ habebitis'? nõne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres vestros tantũ, quid amplius facitis? nõne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester ℞ cælestis' perfectus est.

CAP. VI.

Attendite ne iustitiã vestram faciatis corã hominib. vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ vestrũ qui in cælis est. Cũ ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciũt in synagogis & in vicis, vt honorificẽtur ab hominibus: Amẽ dico vobis, receperũt mercedẽ suã. ¶ Te autẽ faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscõdito, ¶ & pater tuus qui videt in abscõdito, reddet tibi*. Et cùm oratis, ¶ nõ eritis sicut hypocritæ, qui amãt in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videãtur ab hominibus, amẽ dico vobis, receperunt mercedẽ suã: ¶ Tu autẽ cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio*, ora patrẽ tuũ in abscõdito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi*. Orãtes autem, nolite multũ loqui, sicut ethnici*. putant enim q̃ in multiloquio suo exaudiãtur. Nolite ergo assimilari eis. scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequã petatis eum.

Sic ergo vos orabitis, ¶ Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomẽ tuũ. ℞ Adueniat' regnũ tuũ. Fiat volũtas tua, sicut in cælo, & in terra. Panẽ nostrũ ℞ supersubstantialẽ' da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimꝰ debitoribꝰ nostris. Et ne nos ℞ inducas' in tẽtationẽ. Sed libera nos à malo. Amẽ.

¶ Si enim dimiseritis homioib. peccata eorum;

Rom. 12,8. Luc. 14,14. * in palam 1 MS. G. S. Q.n. Isa. 29,15. 4 Re. 4,33. Act. 10,9. *tuo MS. Hier. G.S. * in manifesto. G.S. Q.n. *faciunt MS q. Hier. Luc. 11,2. ℞ Veniat 2 MS. G.S. ℞ quotidianum 11 MS. Q.n. ℞ inferas Q.n. Inf. 18,33. Mar. 11,25. Eccl. 28,7.

Inf. 23,22. Iac. 5,12. Exo. 21,24 Deu. 19,21 Leu. 24,20. Luc. 6,29. ~ Q.n. 1 Cor. 6,7. ~ MS. G. S. ~6 MS. G. S. Deut. 15,7. ℞ auersatus fueris. Aug. Leu. 19,18. Luc. 6,27. Ro. 12,17. Luc. 23,24. Act. 7,60. 1 Cor. 4,13 ℞ habetis 2 MS. Hier. G. ℞ qui in cælis est 2 MS. G. S.

eorum: dimittet & vobis pater vester cæ-
lestis delicta vestra. Si autē nō dimiseri- 15
tis hominibus: nec pater vester dimittet
vobis peccata vestra. Cū autē ieiunatis, 16
nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exter-
mināt enim facies suas, vt pareāt homi-
nibus ieiunantes. Amē dico vobis ~quia' MS.S.
receperūt mercedē suā. Tu autē cū ieiu- 17
nas, vnge caput tuū, & faciē tuam laua:
ne videaris hominibus ieiunās, sed patri 18
tuo qui est in abscōdito: & pater tuus qui
videt in abscōdito, reddet tibi*. ¶ Nolite 19 *in propa-
thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi sulo G q.
ærugo & tinea demolitur, & vbi fures ef- Q n.
fodiūt & furātur. Thesaurizate autē vo- 20 Luc. 12,35.
bis thesauros in cælo: vbi neq. ærugo neq. 1 Ti.6,19.
tinea demolitur, & vbi fures nō effodiūt
nec furātur. ¶ Vbi em̄ est thesaurus tu', 21 Luc. 12,34.
ibi est & cor tuū. ¶ Lucerna corporis ~tui' 22 Luc. 11,34.
est oculus ~tuus'. Si *oculus tuus fuerit ~6 MS.
simplex: totū corpus tuū lucidū erit. Si 23 G.S.
aūt oculus tuus fuerit nequā: totū corpus ~5 MS.
tuū tenebrosū erit. Si ergo lumē quod in G.S.
te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quātæ *igitur 1
erūt? ¶ Nemo potest duob. dominis ser- 24 MS.R.G.
uire. aut enim vnū odio habebit, & alterū S.
diliget: aut vnū sustinebit, & alterū con- Luc. 11,34.
tēnet. Nō potestis Deo seruire & māmo- Luc. 16, 13.
næ. Ideo dico vobis, ¶ ne soliciti sitis a- 25 Luc. 12,22.
nimæ vestræ quid manducetis, neq. cor- 1 Pet. 5,7.
pori vestro quid induamini. Nōne anima Ps. 54,25.
plus est quā esca: & corpus plus quā ve- Phil. 4,6.
stimentū? Respicite volatilia cæli, quo- 26 1 Tim. 6,8.
niā nō serūt neq. metūt, neq. cōgregant in
horrea: & pater vester cælestis pascit illa.
Nónne vos magis pluris estis illis? Quis 27
autē vestrum cogitans, potest adiicere ad
staturā suā cubitū vnū? Et de vestimēto 28
quid soliciti estis? Considerate lilia agri
quomodo crescūt: non laborāt neq. nent.
Dico autē vobis, quoniā nec Salomō in 29
omni gloria sua coopertus est sicut vnum
ex istis. Si autē fœnum agri, quod hodie 30
est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic
vestit: quanto magis vos ~minimæ' fidei? ~modicæ MS. R.
Nolite ergo soliciti esse, dicentes, Quid' 31 Hil. Hier
māducabim⁹, aut quid bibemus, aut quo G.S.
operiemur? hæc em̄ oīa gētes inquirūt. 32
Scit enim pater vester quia his omnibus
indigetis. ¶ Quærite ~ergo' primū regnū 33 3 Reg. 3,9.
Dei & iustitiā eī⁹: & hęc oīa adiicientur vo ~autem
bis. Nolite ergo soliciti esse in crastinū. 34 MS.G.S.
Crastinus enim dies solicit⁹ erit sibiipsi. *Nolite
sufficit diei malitia sua. CAP. VII. condem-
nare, vt nō
NOlite iudicare, vt nō iudicemini*, 1 cōdemne-
In quo enim iudicio iudicaueritis, 2 mini MS
iudicabimini: ¶ & in qua mensura mensi q.
fueritis, remetietur vobis. Quid aūt vi- 3 Luc. 6,37.
des festucā in oculo fratris tui: & trabē in Rom. 2,1.
oculo tuo nō vides? Aut quomodo dicis 4 Mar. 4,24.
fratri tuo, *Sine eiiciam festucā de oculo *Frater
tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hy- 5 MS q.
pocrita, eiice primū trabē de oculo tuo, & Hier.
tunc videbis eiicere festucā de oculo fra-
tris tui. Nolite dare sanctū canibus: neq. 6
mittatis margaritas vestras ante porcos,
ne fortè cōculcēt eas pedibus suis, & cō-
7 uersi dirūpāt vos. ¶ Petite, & dabitur vo-
bis: quærite, & inuenietis: pulsate, & ape-
8 rietur vobis. ¶ Omnis em̄ qui petit, ac-
cipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti
9 aperietur. Aut quis est ex vobis homo,
quē si petierit filī⁹ suus panē, nūquid la-
10 pidē porriget ei? Aut si piscē petierit, nū-
11 quid serpētē porriget ei? Si ergo vos, cū
sitis mali, nostis bona ~data' dare filiis ve- ~MS
stris: quātò magis pater vester q̄ in cælis
12 est, dabit bona petentibus se? ¶ Oīa ergo
quęcunq. vultis vt faciāt vobis hoīes: *&
vos facite illis. Hæc est em̄ lex & Prophe-
13 tæ. ¶ Intrate per angustā portā: quia lata
porta, & spatiosa via est quæ ducit ad p-
ditionē, & multi sunt qui intrāt per eam.
14 ~Quā' angusta porta, & arcta via est quę
ducit ad vitā: & pauci sunt q̄ inueniūt eā!
15 Attēdite à falsis prophetis, qui veniūt ad
vos in vestimētis ouiū, intrinsecus autem
16 sunt lupi rapaces. ¶ à fructibus eorū co-
gnoscetis eos. Nūquid colligūt de spinis
17 uuas, aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor
bona, fruct⁹ bonos facit: mala aūt arbor,
18 malos fruct⁹ facit. Nō potest arbor bona,
malos fruct⁹ facere: neq. arbor mala, bo-
19 nos fructus facere. ¶ Oīs arbor quæ non
facit fructū bonū, ~excidetur', & in ignē
20 ~mittetur'. Igitur ex fructib. eorū cogno-
21 scetis eos. Nō oīs qui dicit mihi, ¶ Dñe,
Dñe, intrabit in regnū cælorū: sed qui fa-
cit voluntatē patris mei qui in cælis est,
22 ipse intrabit in regnū cælorū. Multi dicēt
mihi in illa die, Dñe, Dñe, nōne in noīe
tuo prophetauimus, ¶ & in noīe tuo dæ-
monia eiecimus, & in noīe tuo virtutes
23 multas fecimus? Et tunc cōfitebor illis,
Quia nūquam noui vos: ¶ discedite à me
24 *qui operamini iniquitatē. ¶ Oīs ergo q̄
audit verba mea hæc, & facit ea: assimi-
labitur viro sapiēti qui ædificauit domū
25 suā sup̄ petrā, & descēdit pluuia, & vene-
rūt flumina, & flauerūt venti, & irruerūt
in domū illā, & nō cecidit. fundata enim
26 erat super petrā. ¶ Et oīs qui audit verba
mea hæc, & non facit ea, similis erit viro
stulto qui ædificauit domū suā super are-
27 nā: ¶ & descēdit pluuia, & venerunt flu-
mina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domū illam, & cecidit, & fuit ruina illius
28 magna. Et factū est: cùm consummasset
Iesus verba hæc, ¶ admirabātur turbæ su-
29 per doctrina eius. Erat enim docens eos
sicut potestatē habens, & nō sicut Scribæ
~eorū' & Pharisæi. CAP. VIII. ~4 MS.
CVm autem descēdisset de monte, se- Hier. G.
1 cutæ sunt eū turbæ multæ: ¶ & ec-
2 ce leprosus veniēs, adorabat eum, dicens,
3 Dñe, si vis, potes me mūdare. Et exten-
dens Iesus manū, tetigit eū, dicens, Volo,
4 Mundare. Et cōfestim mūdata est lepra
eius. Et ait illi Iesus, Vide nemini dixe-
ris: sed vade, ¶ ostēde te sacerdoti, & offer
mun⁹ quod præcepit Moyses in testimo-
5 niū illis. ¶ Cū aūt introisset Capharnaū,

accessit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accessit ad eũ Centurio, rogãs eũ, & dicẽs, 6
Dñe, puer me⁹ iacet in domo paralyticus,
& malè torquetur. Et ait illi Iesus, Ego 7
veniã, & curabo eum. Et respõdens Cẽ- 8
turio, ait, ¶ Dñe, non sum dignus vt intres
sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo, & sa-
nabitur puer me⁹. Nã & ego homo sum 9
sub potestate cõstitutus⁹, habẽs sub me
milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij,
veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & fa-
cit. Audiẽs autem Iesus, miratus est: & 10
sequẽtibus se dixit, Amẽ dico vobis, non
inueni tantã fidẽ in Israël. ¶ Dico autem 11
vobis, quòd multi ¶ ab Oriẽte & Occidẽte
venient, & recũbent cũ Abrahã, & Isaac,
& Iacob in regno cælorũ: filij aũt regni 12
eiicientur in tenebras exteriores: ¶ ibi erit
fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus 13
Centurioni, ¶ Vade: & sicut credidisti, fiat
tibi. Et sanatus est puer in illa hora. ¶ Et 14
cùm venisset Iesus in domũ Petri, ¶ vidit
socrũ eius iacẽtem & febricitantem: & 15
tetigit manũ eius, & dimisit eã febris, &
surrexit, & ministrabat ei⁹. ¶ Vespere 16
autẽ facto, obtulerũt ei multos dæmonia
habentes: & eiiciebat spiritus verbo: &
oẽs malè habẽtes curauit: vt adimple- 17
retur quod dictũ est per Isaiã ꝓpheta di-
centẽ, ¶ Ipse infirmitates nostras accepit:
& ægrotationes* portauit. Vidẽs autem 18
Iesus turbas multas circum se, iussit *ire
trãs fretum. ¶ Et accedẽs vnus scriba, ait 19
illi, Magister, sequar te, quocũq; ieris. Et 20
dicit ei Iesus, Vulpes foueas habẽt, & vo-
lucres cæli nidos: filius autẽ hominis non
habet vbi caput *reclinet. Alius autẽ de 21
discipulis eius ait illi, Dñe, permitte me
primũ ire, & sepelire patrẽ meum. Iesus 22
autẽ ait illi, Sequere me, & dimitte mor-
tuos sepelire mortuos suos. ¶ Et ascẽdẽte 23
eo in nauiculã, secuti sũt eũ discipuli ei⁹:
& ecce motus magn⁹ factus est in ma- 24
ri, ita vt nauicula operiretur fluctib⁹, ipse
vero dormiebat. Et accesserũt ad eũ*, 25
& suscitauerũt eũ, dicẽtes, Dñe, salua nos,
perimus. Et dicit eis*, Quid timidi estis 26
modicæ fidei? Tũc surgens imperauit vẽ-
tis & mari, & facta est trãquillitas magna.
Porrò homines mirati sunt dicentes, 27
Qualis est hic, quia vẽti & mare obediũt
ei? Et cùm venisset trans fretũ in regio- 28
nẽ Gerasenorũ, occurrerũt ei duo habẽtes
dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui
nimis, ita vt nemo posset trãsire per viam
illam. Et ecce clamauerũt dicẽtes, Quid 29
nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc an-
te tẽpus torquere nos? ¶ Erat autem non 30
lõgè ab illis grex multorum porcorũ pa-
scens. Dæmones aũt rogabãt eũ dicẽtes, 31
Si eicis nos, mitte nos in gregẽ porcorũ.
Et ait illis, Ite. At illi exeũtes abierunt 32
in porcos, & ecce impetu abiit totus grex
per præceps in mare: & mortui sunt in a-
quis. Pastores aũt fugerũt: & venientes in 33
ciuitatẽ, nũtiauerunt omnia, & de eis qui
dæmonia habuerãt. Et ecce tota ciuitas 34
exiit obuiã Iesu: & viso eo, ¶ rogabant vt Mar. 5, 17
transiret à finibus eorum. Luc. 8, 37.
CAP. IX. Act. 16, 39.
1 ET ascendẽs* in nauiculã, trãs fretauit, *Iesus
2 & venit in ciuitatẽ suam. ¶ Et ecce MS. Hier.
offerebãt ei paralyticũ iacẽtẽ in lecto. Et G q.
vidẽs Iesus fidẽ illorum, dixit paralytico, Marc. 2, 3.
Confide fili, remittũtur tibi peccata tua. Luc. 5, 18.
3 Et ecce quidã de scribis dixerunt intra Iohan. 5, 5.
4 se, Hic blasphemat. Et cũ vidisset Iesus
cogitationes eorũ, dixit, Vt quid cogitatis
5 mala in cordibus vestris? Quid est faci- Isa. 43, 25.
lius, dicere, ¶ Dimittuntur tibi peccata*: *tua MS.
6 an dicere, Surge & ambula? Vt aũt scia- Hier. S.
tis quia filius hominis habet potestatẽ in
terra dimittẽdi peccata (tunc ait paraly-
tico) Surge, tolle lectũ tuũ, & vade in do-
7 mũ tuam. ¶ Et surrexit, & abiit in domũ Act. 9, 34.
8 suam. Vidẽtes autem turbæ timuerũt, &
glorificauerũt Deũ, qui dedit potestatem
9 talẽ hominibus. ¶ Et cũ trãsiret inde Ie- Mar. 2, 14.
sus, vidit hominẽ sedẽtẽ in telonio, Mat- Luc. 5, 27.
thæũ nomine. Et ait illi, Sequere me. Et
10 surgẽs, secutus est eum. Et factũ est: dis-
cũbente eo in domo, ecce multi publica-
ni & peccatores veniẽtes, discũbebant cũ
11 Iesu & discipulis eius. Et vidẽtes Pha-
risæi, dicebãt discipulis eius, Quare cum
publicanis & peccatoribus mãducat ma-
12 gister vester? At Iesus audiẽs, ait, ¶ Non Mar. 2, 17.
est opus valẽtibus medicus, sed malè ha-
13 bentibus. Euntes autem discite quid est, Osee 6, 6.
¶ Misericordiã volo, & nõ sacrificiũ. Non Inf. 12, 7.
enim veni vocare iustos, sed peccatores*. 1 Tim. 1, 15
14 Tũc accesserũt ad eũ discipuli Ioannis, *ad pœni-
dicẽtes, ¶ Quare nos & Pharisæi ieiuna- tentiam 2
mus frequẽter: discipuli autẽ tui nõ ieiu- MS. Hil.
15 nãt? Et ait illis Iesus, Nunquid possunt G.
filij sponsi lugere, quãdiu cũ illis est spon- Marc. 2, 18
sus? Venient autẽ dies cũ auferetur ab eis Luc. 5, 33.
16 sponsus: & tũc ieiunabũt. Nemo autem
immittit cõmissuram pãni rudis in vesti-
mẽtũ vetus. tollit enim plenitudinẽ eius
17 à vestimento: & peior scissura fit. Neq.
mittũt vinũ nouũ in vtres veteres. alioquin rũpũtur vtres, & vinũ effunditur, &
vtres pereũt. Sed vinũ nouũ in vtres no-
18 uos mittũt: & ambo cõseruantur. ¶ Hæc Marc. 5, 22
illo loquẽte ad eos, ecce princeps vn⁹ ac- Luc. 8, 41.
cessit, & ꝟadorabat⁹ eũ, dicens, Dñe⁹ filia ꝟadorauit
mea modò defuncta est: sed veni, impone MS. S.
19 manũ tuã sup eã, & viuet. Et surgẽs Ie- — 13 MS.
20 sus, sequebatur eũ, & discipuli eius. ¶ Et Hier. G. S.
ecce mulier quę sanguinis fluxũ patiebatẽ Lev 15, 24.
duodecim annis, accessit retrò, & tetigit Marc. 5, 25.
21 fimbriam vestimẽti eius. Dicebat enim Luc. 8, 43.
intra se, Si tetigero tantũ vestimẽtũ eius:
22 salua ero. At Iesus cõuersus & vidẽs eã, ꝟdixit ad
dixit, Cõfide filia, fides tua te saluã fecit. eos, 1 MS.
23 Et salua facta est mulier ex illa hora. Et G. S.
cùm venisset Iesus in domũ principis, &
vidisset tibicines & turbã tumultuãtem,
24 ꝟdicebat⁹, Recedite: non est enim mor- *& dixit,
tua puella, sed dormit. Et deridebãt eum. Puella
25 Et cũ eiecta esset turba, intrauit: & te- surge o.
26 nuit manũ eius*. Et surrexit puella. Et
exiit fama hæc in vniuersam terrã illam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et trãseunte inde Iesu, secuti sunt eum 27
duo cæci clamantes & dicentes, Miserere
nostri, fili Dauid. Cùm aũt venisset do- 28
mũ, accesserũt ad eũ cæci. Et dicit eis Ie-
sus, Creditis quia hoc possum facere vo-
bis? Dicunt ei, Vtiq. Dñe. Tunc tetigit 29
oculos eorũ, dicẽs, Secundùm fidẽ vestrã
fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorũ, & 30
cõminatus est illis Iesus, dicẽs, Videte ne
quis sciat. Illi autẽ exeũtes, diffamaue- 31
rũt eũ in tota terra illa. Egressis autẽ il- 32
lis, ‖ ecce obtulerũt ei hominẽ mutũ, dæ-
Inf. 12,22. *Luc.* 11,14. moniũ habẽtem. Et eiecto dæmonio, lo- 33
cutus est mut⁹, & miratæ sunt turbæ, di-
centes, Nunquam apparuit sic in Israël.
Inf. 12,14. *Mar.* 3,22. *Luc.* 11,15. *Marc.*6,6. *Luc.* 13,10. *Mar.*6,34. ‖ Pharisæi aũt dicebãt, In principe dæ- 34
moniorũ eiicit dæmones. ‖ Et circuibat 35
Iesus oẽs ciuitates, & castella, docens in
synagogis eorũ, & prædicãs euangeliũ re-
gni, & curãs omnẽ lãguorẽ, & omnẽ infir-
mitatẽ. ‖ Vidẽs aũt turbas, misert⁹ est eis: 36
Luc. 10,2. *Ioan.* 4,36. qa erãt vexati, & iacẽtes sicut oues nõ ha
bẽtes pastorẽ. ‖ Tũc dicit discipulis suis, 37
Messis quidẽ multa, operarij autẽ pauci.
Rogate ergo dñm messis, vt ‟emittat⁹ 38
operarios in messem suam. CAP. X.
ET cõuocatis duodecim discipulis suis; 1
dedit illis potestatẽ spirituũ immun-
dorũ, vt eiicerẽt eos, & curarẽt omnẽ lã-
guorẽ, & omnẽ infirmitatem. Duodecim 2
autẽ apostolorũ nõia, sunt hæc: Primus,
Simõ qui dicitur Petrus, & Andreas fra-
ter eius, Iacobus Zebedæi, & Iohannes 3
frater eius, Philippus & Bartholomæus,
Thomas & Matthæus publicanus, –& ⁹
Iacobus Alphæi, & * Thaddæus, Simon 4
Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tra-
didit eũ. Hos duodecim misit Iesus: præ- 5
cipiẽs eis, dicẽs, In viã gẽtiũ ne abieritis,
& in ciuitates Samaritanorũ ne intraue-
ritis: sed potius ite ‖ ad oues quæ perie- 6
rũt domus Israël. Eũtes autẽ prædicate, 7
dicẽtes, Quia appropinquauit regnũ cæ-
lorũ. Infirmos curate, – mortuos susci- 8
tate⁹, leprosos mũdate, dæmones eiicite:
gratis accepistis, gratis date. ‖ Nolite pos- 9
sidere aurũ, neq. argẽtũ, neq. pecuniam in
zonis vestris; non perã in via, neq. duas 10
tunicas, neq. calceamẽta, neq. virgã. dign⁹
enim est operarius cibo suo. ‖ In quam- 11
cũq. autẽ ciuitatẽ aut castellũ intraueri-
tis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi
manete donec exeatis. Intrantes autẽ in 12
domũ, salutate eã, – dicẽtes, Pax huic do-
mui⁹. Et si quidẽ fuerit dom⁹ illa digna, 13
‟veniet⁹ pax vestra sup eã. si autẽ nõ fue-
rit digna: pax vestra ‟reuertetur⁹ ad vos.
‖ Et quicunq. nõ receperit vos, neq. au- 14
dierit sermones vestros; exeũtes foras de
domo vel ciuitate * ‖ excutite puluerẽ de
pedibus vestris. Amẽ dico vobis, tolera- 15
bilius erit terræ Sodomorum & Gomor-
rhæorũ in die iudicij, quàm illi ciuitati.
‖ Ecce ego mitto vos sicut oues in me- 16
dio luporũ. Estote ergo prudẽtes sicut ser-
pẽtes, & simplices sicut colũbæ. Cauete 17
autẽ ab hominibus. Tradent enim vos in
cõciliis, & in synagogis suis flagellãbunt
18 vos: & ad præsides & ad reges ducemini
propter me, in testimoniũ illis & gẽtibus.
19 Cùm autem tradẽt vos, nolite cogitare *Mar.* 13,11. quomodo aut quid loquamini: dabitur *Luc.* 12,11. enim vobis in illa hora quid lõquamini.
20 nõ enim vos estis q loquimini, sed spi-
ritus patris vestri qui loquitur in vobis.
21 ‖ Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ, & *Luc.* 21,16. pater filiũ: & insurgẽt filij in parentes, &
22 morte eos afficiẽt, & eritis odio omni-
bus * ꝓpter nomẽ meũ. qui aũt perseue- *hominibus.
23 rauerit vsq. in finẽ, hic saluus erit. Cùm
autẽ persequẽtur vos in ciuitate ista: fu-
gite in aliã. amẽ dico vobis, nõ consum-
mabitis ciuitates Israël, donec veniat fi-
24 lius hominis. ‖ Nõ est discipulus super *Luc.* 8,16. & 11,33. *Ioan.* 13,16. & 15,20. magistrum, nec seruus super dũm suum.
25 sufficit discipulo vt sit sicut magister
eius: & seruo, sicut dñs eius. Si patrẽ fa-
milias Beel-zebub vocauerũt: quãto ma-
26 gis domesticos eius? Ne ergo timueritis
eos. ‖ Nihil enim est opertũ, quod nõ re- *Mar.* 4,22. uelabitur: & occultum, quod non scietur. *Luc.* 8,17. & 12,2.
27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in
lumine: & quod in ‟aure⁹ auditis, præ- *Matth.* 10,27.
28 dicate sup tecta. Et nolite timere eos qui
occidũt corpus, animã autem nõ possunt
occidere: sed potius timete eũ qui potest
& animã & corpus perdere in gehẽnam.
29 Nõne duo passeres asse vẽneũt: & vnus
ex illis nõ cadet super terrã sine patre ve-
30 stro? Vestri aũt & capilli capitis oẽs nu-
31 merati sunt. Nolite ergo timere: multis
32 passerib⁹ meliores estis vos. ‖ Omnis er- *Mat.* 10,32. go qui cõfitebitur me corã hominib⁹, cõ- *Luc.* 9,26. & 12,8. fitebor & ego eum corã patre meo qui in
33 cælis est: qui autẽ negauerit me coram
hominibus: negabo & ego eũ corã patre
34 meo qui in cælis est. ‖ Nolite arbitrari *Luc.* 12,51. quia pacẽ venerim mittere in terram. nõ *Mich.* 7,6.
35 veni pacẽ mittere, sed gladiũ. veni enim
separare ‖ hominẽ aduersus patrẽ suũ, &
filiã aduersus matrẽ suã, & nurũ aduer-
36 sus socrũ suam: & inimici hominis, do- *Luc.* 14,26.
37 mestici eius. ‖ Qui amat patrẽ aut ma-
trẽ plus quã me, nõ est me dignus. & qui
amat filiũ aut filiã sup me, nõ est me di- *Mat.* 8,34. *Inf.* 10,38.
38 gnus. ‖ Et qui nõ accipit crucẽ suã, & se- *Luc.* 9,23. 14,26. & 17,33.
39 quitur me, nõ est me dignus. ‖ Qui in- *Ioan.* 12,25.
uenit animã suã, perdet illã: & qui perdi- *Luc.* 10,16.
derit animã suã propter me, inueniet eã.
40 ‖ Qui recipit vos, me recipit: & qui me *Ioan.* 13,20.
41 recipit, recipit eũ qui me misit. Qui re- *Matth.* 10,40.
cipit prophetã in nomine prophetæ: mer-
cipit prophetã in nomine prophetæ: mer-
cedẽ prophetæ accipiet. & qui recipit iu-
stũ in nomine iusti: mercedem iusti acci-
42 piet. ‖ Et quicunq. potum dederit vni ex
minimis istis calicẽ aquæ frigidæ, tantùm
in nomine discipuli: amẽ dico vobis, non
perdet mercedem suam. CAP. XI.
1 ET factum est cùm cõsummasset Iesus
præcipiens duodecim discipulis suis,
transiit inde, vt doceret & prædicaret in
2 ciuitatibus eorũ. ‖ Iohánes autẽ cũ au-

diss et

* Lebbæus qui cognominatus est 1 MS. R. G. S.
– G.
Act. 13,46. – MS. G. Q. n.
Marc. 6,8. Luc. 9,3. & 10,4. 1 Tim. 5,18 Marc. 6,10. Luc. 9,4. & 10,5.
– 2 MS. Hier. G q. S. Q. n.
‟veniat MS. Hil. G.
‟reuertatur MS. Hil. G.
Mar. 6,11. Luc. 9,5.
* illa 1 MS G. S.
Act. 15,51. & 18,6. Luc. 10,3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dissetin vinculis opera Christi : mittens
duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui
venturus es, an aliũ expectam⁹? Et respõ-
dẽs Iesus ait illis, Euntes renuntiate Io-
hãni quæ auditis & viditis, ¶ Cæci vi-
dẽt, claudi ambulãt, leprosi mũdantur, surdi
audiũt, mortui resurgũt, pauperes euan-
gelizãtur: & beatus est q nõ fuerit scã-
dalizatus in me. ¶ Illis autẽ abeuntibus
cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne,
Quid existis in desertũ videre? arundinẽ
vẽto agitatã? Sed quid existis videre? ho-
minẽ mollibus vestitũ? Ecce qui mollib⁹
vestiũtur, in domibus regũ sunt. Sed qd
existis videre? ꝓphetã? Etiã dico vobis,
& plus quã ꝓphetã. Hic est enim de quo
scriptũ est, ¶ Ecce ego mitto angelũ meũ
ante faciẽ tuã, qui præparabit viã tuã an-
te te. Amẽ dico vobis, nõ surrexit inter
natos mulierũ maior Iohanne Baptista:
qui aũt minor est in regno cælorũ, maior
est illo. ¶ A dieb⁹ autẽ Iohãnis Baptistæ
vsq. nũc, regnũ cælorũ vim patitur, & vio-
lẽti rapiũt illud. Oẽs enim ꝓphetæ &
lex vsq. ad Iohannẽ ꝓphetauerũt: & si
vultis recipere, ¶ ipse est Elias qui vẽtu-
rus est. Qui habet aures audiẽdi, audiat.
¶ Cui autẽ similẽ æstimabo generatio-
nẽ istã? Similis est pueris sedẽtib⁹ in foro:
quiclamãtes cœqualibus dicũt, Cecī-
nimus vobis*, & nõ saltastis : lamẽtaui-
mus, & nõ planxistis. Vẽnit enim Iohã-
nes neq. manducãs neq. bibẽs : & dicũt,
Dæmoniũ habet. Vẽnit filius hominis
mãducans & bibẽs, & dicũt, Ecce homo
vorax & potator vini, publicanorũ & pec-
catorũ amicus. Et iustificata est sapiẽtia
à filiis suis. Tũc cœpit exprobrare ciui-
tatibus, in quib⁹ factę sunt plurimæ vir-
tutes eius, quia nõ egissent pœnitentiam.
¶ Væ tibi Corozaim, væ tibi Beth-saida:
quia si in Tyro & Sidõne factæ essent vir-
tutes quæ factæ sunt in vobis, olim in ci-
licio & cinere pœnitẽtiã egissent. Verũ-
tamẽ dico vobis, Tyro & Sidoni remissius
erit in die iudicij, quã vobis. Et tu Ca-
pharnaũ, numũquid vsq. in cælũ exaltabe-
ris? vsq. in infernum descẽdes. quia si in
Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ
sunt in te, fortè mãsissent vsq. in hãc diẽ.
Verũtamẽ dico vobis, q̃a terræ Sodo-
morũ remissius erit in die iudicij, q̃ tibi.
¶ In illo tẽpore respõdens Iesus dixit,
Cõfiteor tibi pater Dñe cæli & terræ, qa
abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtib⁹,
& revelasti ea parvulis. Ita pater: qm̃ sic
fuit placitũ ante te. Oĩa mihi tradita sunt
à patre meo. ¶ Et nemo novit filium nisi
pater: neq. patrẽ quis novit, nisi filius, &
cui voluerit filiꝰ revelare. Venite ad me
oẽs qui laboratis, & onerati estis; & ego
reficiã vos. ¶ Tollite iugũ meũ sup vos,
& discite à me quia mitis sum & humilis
corde: & invenietis requiẽ animab⁹ ve-
stris. ¶ Iugum enim meum suave est, &
onus meum leve.

CAP. XII.

1 IN illo tẽpore abiit Iesus per sata sab- *Marc.2,23.*
batho: discipuli autẽ ei⁹ esurientes cœ- *Luc.6,1.*
2 perũt vellere spicas, & mãducare. Phari-
sæi aũt vidẽtes, dixerũt ei, Ecce, discipuli
tui faciũt quod nõ licet eis⁹ facere sab- — 4 MS. R.
3 bathis. At ille dixit eis, Nõ legistis quid G.S.
¶ fecerit David quãdo esurivit, & qui cũ eo *1 Reg.21,4.*
4 erãt? quomodo intravit in domũ Dei, &
panes propositionis cõẽdit, quos nõ lice-
bat ei edere, neq. his qui cũ eo erant, nisi
5 ¶ solis sacerdotibus? Aut non legistis in *Leu.24,8.*
lege, ¶ quia sabbathis sacerdotes in tẽplo *Num.28,9*
sabbathũ violant, & sine crimine sunt?
6 Dico aũt vobis, qa tẽplo maior est hĩc.
7 Si autẽ scivissetis quid est, ¶ Misericordiã *Ose.6,6.*
volo, & nõ sacrificiũ: nunquã cõdemnas-
8 tis innocẽtes: Dñs enim est filiꝰ homi-
9 nis etiã sabbati. Et cũ inde transisset,
10 venit in synagogã eorũ. Et ecce homo
*manũ habẽs aridã, & interrogabãt eũ di- *erat 1 MS.
cẽtes, Si licet sabbathis curare? ut accusa- R.G.S.
11 rẽt eũ. Ipse aũt dixit illis, ¶ Quis erit ex *Marc.3,1.*
vobis homo qui habeat ouẽ vnã; & si ce- *Luc.6,6.*
ciderit hęc sabbathis in foveã, nonne te- *Deut.22,4.*
12 nebit & levabit eã? Quãto magis me-
lior est homo ove? Itaq. licet sabbathis
13 benefacere. Tunc ait homini, Extende
manũ tuã. Et extẽdit: & restituta est sa-
14 nitati sicut altera. Exeũtes autẽ Phari-
sæi, cõsiliũ faciebãt adversus eũ, quomo-
15 do perderẽt eũ. Iesus autẽ sciẽs, recessit
inde: & secuti sunt eum multi, & curavit
16 eos oẽs: & præcepit eis ne manifestũ eũ
17 facerẽt. Vt adimpleretur quod dictũ est
18 ꝑ Isaiã ꝓphetã, dicẽtẽ, ¶ Ecce puer me⁹ *Isa.42,1.*
quẽ elegi, dilectus meus in quo bene cõ-
placuit animæ meæ. Ponã spiritũ meum
19 sup eũ, & iudicium gẽtibus nũtiabit. Nõ
cõtẽdet, neq. clamabit: neq. audiet aliqs
20 in plateis vocẽ ei⁹. arundinẽ quassatã nõ
cõfringet, & linũ fumigãs nõ extinguet:
21 donec eiciat ad victoriã iudicium*: & in *Q.n.
22 nomine ei⁹ Gẽtes sperabũt. ¶ Tũc oblatus *Sup.9,32.*
est ei dæmoniũ habẽs, cæcus & mutus: & *Luc.11,14.*
23 curavit eũ, ita vt loquerẽt & videret. Et
stupebãt oẽs turbæ, & dicebãt, Nunquid
24 hic est filius David? ¶ Pharisæi autẽ au- *Sup.9,34*
diẽtes dixerunt, Hic nõ eicit dæmones *Marc.3,22*
nisi in Beel-zebub principe dæmoniorũ.
25 Iesus autẽ sciẽs cogitationes eorũ, dixit
eis, ¶ Omne regnũ divisum cõtra se, deso-
labit: & omnis civitas vel domus divisa *Luc.11,17.*
26 cõtra se, non stabit. Et si satanas satanã
eicit, adversus se divisus est: quomodò
27 ergo stabit regnũ ei⁹? Et si ego in Beel-
zebub eicio dæmones: filij vestri in quo
28 eiciũt? Ideò ipsi iudices vestri erũt. Si
autẽ ego in spiritu Dei eicio dæmones:
29 igitur ꝓvenit in vos regnũ Dei. aut quo-
modò potest quis fortis, & vasa ei⁹ diripere: nisi prius alli-
gaverit fortẽ? & tũc domũ illius diripiet. *Marc.3,28.*
30 Qui nõ est mecũ, cõtra me est; & q̃ nõ *Luc.12,10.*
31 cõgregat mecũ, spargit. ¶ Ideò dico vo- *1 Joh.5,16.*
bis, omne peccatũ & blasphemia remit-
tẽt hominib⁹; spiritꝰ aũt blasphemia nõ *blasphe-
miæ o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

remittetur. Et quicūq. dixerit verbū cōtra filiū hominis, remittetur ei: qui autē dixerit eōtra Spiritū sanctū, nō remittetur ei neq. in hoc seculo, neq. in futuro.

Aut facite arborē bonā, & fructum eius bonū: aut facite arborē malā, & fructū eius malū; siquidē ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo
Luc.6,45. potestis bona loqui, cùm sitis mali? ¶ ex abūdantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro ꝓfert mala. Dico autem vobis, qm̄ omne verbū otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij.

Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdēnaberis. Tūc respōderunt ei quidā de Scribis & Pharisæis, dicētes, Magister, volumus à te signū videre. Qui respōdens ait illis, ¶ Generatio mala & adulterа signum quærit: & signū nō dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. ¶ Sicut enim fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Viri Niniuitę surgēt in iudicio cū generatione ista, & cōdemnabūt eā: quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hīc. Regina austri surget in iudicio cū generatione ista, & cōdēnabit eā: ¶ quia venit à finibus terræ audire sapiētiā Salomonis, & ecce plꝰ quā Salomō hīc. ¶ Cū autē immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat ꝑ loca arida quærēs requiē, & nō inuenit. Tūc dicit, Reuertar in domum meā vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacātē, scopis mundatā, & ornatā. Tunc vadit, & assumit septē alios spiritus secū nequiores se, & intrātes habitāt ibi: ¶ & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. ¶ Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mater eiꝰ & fratres stabāt foris, quærentes loqui ei. Dixit autē ei quidā, Ecce mater tua & fratres tui foris stāt quærētesꝰte. At ipse respōdens dicēti sibi ait, Quæ est mater mea, & q̄ sunt fratres mei? Et extendēs manū in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq. enim fecerit volūtatē patris mei qui in cælis est: ipse meus *frater & soror, & mater est. CAP. XIII.

IN illo die exiēs Iesus de domo, sedebat secus mare. ¶ Et cōgregatæ sunt ad eū turbæ multæ, ita vt in nauiculā ascendēs sederet: & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis, dicēs, Ecce, exiit qui seminat, seminare*.

Et dū seminat, quædā ceciderunt secus viā, & venerūt volucres cæli & cōederūt ea. Alia aūt ceciderūt in petrosa, vbi nō habebāt terrā multā: & cōtinuò exorta sunt, quia nō habebāt altitudinem terræ, sole autē orto æstuauerunt: & quia nō habebāt radicē, aruerūt. Alia autē ceciderūt in spinas: & creuerūt spinæ, & suffocauerūt ea. Alia aūt ceciderūt in terrā bonā, & dabāt fructū, aliudꝰ cēteſimū, aliud sexageſimū, aliud triceſimūꝰ. Qui habet aures audiēdi, audiat. Et accedentes discipuli dixerūt ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui respōdēs, ait illis, Quia vobis datū est nosse ꝰmysteria' regni cælorū: illis autē nō est datū. ¶ Qui enim habet, dabitur ei, & abūdabit: qui aūt nō habet, & quod habet auferet ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes nō vidēt, & audiētes nō audiūt, neq. intelligūt. ꝰ& adimpletꝰ in eis ꝓphetia Isaiæ ꝰdicēs,' ¶ Auditu audietis, & nō intelligetis: & vidētes videbitis, & nō videbitis. Incrassatū est enim cor populi huiꝰ, & auribus grauiter audierūt, & oculos suos clauserūt: nequādo videāt oculis, & auribus audiāt, & corde intelligāt, & cōuertantur, & sanē eos. ¶ Vestri autem beati oculi q̄a vidēt, & aures vestræ q̄a audiūt. Amē quippe dico vobis, quia multi ꝓphetæ & iusti cupierūt videre quæ videtis, & nō viderunt: & audire quæ auditis, & nō audierūt. Vos ergo audite parabolā seminātis. Omnis q̄ audit verbū regni & nō intelligit, venit malus, & rapit quod seminatū est in corde eius: hic est q̄ secus viā seminatus est. Qui autē super petrosa seminatus est: hic est qui verbū audit, & cōtinuò cū gaudio accipit illud; nō habet autē in se radicē, sed est temporalis. facta autē tribulatione & ꝑsecutione ꝓpter verbū, cōtinuò scādalizatur. Qui autē seminatꝰ est in spinis: hic est, qui verbū audit, & solicitudo seculi istiꝰ & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui verò in terrā bonā seminatus est: hic est qui audit verbū, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidē cēteſimū, aliud autē sexageſimū, aliud verò triceſimū. ¶ Aliā parabolā proposuit illis, dicēs, Simile factum est regnū cælorū homini qui seminauit bonū semē in agro suo. ¶ cùm aūt dormirēt homines, vēnit inimicus eiꝰ, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cū autē creuisset herba, & fructū fecisset: tūc apparuerūt & zizania. Accedētes autē serui patris familias, dixerunt ei, Dñe, nonne bonū semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei, Vis*imus, & colligimus ea? Et ait, Nō: ne fortè colligētes zizania, eradicetis simul cū eis & triticū. Sinite vtraq. crescere vsq. ad messem: & in tēpore messis dicā messoribus, Colligite primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōburēdū, triticū aūt cōgregate in horreū meū. ¶ Aliā parabolā ꝓposuit eis, dicēs, Simile est regnū cælorū grano sinā-pis, qđ accipiēs homo seminauit in agro suo: quod minimū quidē est omnibꝰ seminibꝰ: cū autē creuerit, maiꝰ est omnibꝰ oleribus,

Luc.6,45. Inf.16,4. Luc.11,29. 1 Cor.1,22. Ionæ 2,2. Ionæ 3,5. 3 Reg.10,1 2 Par.9,1. Luc.11,24 2 Pet.2,20. Mar.3,31. Luc.8,20.

ꝰloqui tecum 2 MS. ꝰte alloqui R.G.S.

* & 9 MS. G q. Marc. 4,1. Luc.8,4.

*semen suum o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oleribus, & fit arbor ita vt volucres cæli
veniant, & habitent in ramis eius. Aliâ 33
parabolâ locutus est eis. Simile est regnũ
cælorũ fermẽto, quod acceptum mulier
abscõdit in farinæ satis trib⁹, donec fer-
mentatũ est totũ. ¶ Hæc omnia locutus 34
est Iesus in parabolis ad turbas: & sine pa
rabolis nõ loquebatur eis: vt impleretur 35
quod dictũ erat per prophetã dicentem,
¶ Aperiã in parabolis os meum, eructabo
abscõdita à cõstitutione mũdi. Tũc di- 36
missis turbis vẽnit in domũ: & accesserũt
ad eũ discipuli eius, dicentes, ℞ Edissere⁹
nobis parabolã zizaniorũ agri. Qui re- 37
spõdẽs ait illis, Qui seminat bonũ semẽ,
est filius hominis. Ager aũt: est mũdus. 38
Bonũ verò semẽ: hi sunt filij regni. Zizã-
nia aũt: filij sunt⁹ nequã⁹. Inimicus autẽ 39
qui seminauit ea: est diabolus. ¶ Messis
verò, cõsummatio seculi est. Messores an
tẽ: angeli sunt. Sicut ergo colligũtur zi- 40
zania, & igni cõburũtur: sic erit in cõsum
matiõe seculi. mittet fili⁹ hominis an- 41
gelos suos, & colligẽt de regno eius oĩa
scãdala, & eos qui faciũt iniquitatẽ: & 42
mittẽt eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus
& stridor dentiũ. ¶ Tũc iusti fulgebunt 43
sicut sol in regno patris eorũ. Qui habet
aures audiẽdi, audiat. Simile est regnũ 44
cælorũ thesauro abscondito in agro: quẽ
qui inuẽnit homo, abscõdit, & præ gau-
dio illius vadit, & vẽdit vniuersa quæ ha
bet, & emit agrũ illũ. Iterũ simile est re- 45
gnũ cælorũ homini negotiatori, quærẽti
bonas margaritas. Inuẽta autẽ vna p̃- 46
tiosa margarita, abiit, & vendidit oĩa quę
habuit, & emit eã. Iterũ simile est re- 47
gnũ cælorũ sagenæ missæ in mare, & ex
omni genere pisciũ⁹ cõgregãti. quã, cũ 48
impleta esset, educẽtes, & secus litus se-
dẽtes, elegerũt bonos in vasa, malos autẽ
foras miserũt. Sic erit in cõsummatio- 49
ne seculi. exibũt angeli, & separabũt ma-
los de medio iustorũ, & mittent eos in 50
caminũ ignis. ibi erit fletus & stridor dẽ-
tium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt 51
ei, Etiam*. Ait illis, Ideo, omnis scriba 52
doctus in regno cælorũ, similis est homi-
ni patrifamiliâs, qui profert de thesauro
suo noua & vetera. Et factũ est: cũ con- 53
summasset Iesus parabolas istas, transiit
inde. ¶ Et veniẽs in patriã suã, docebat 54
eos in synagogis eorũ, ita vt mirarẽtur, &
dicerẽt, Vnde huic sapiẽtia hæc, & virtu-
tes? ¶ Nõnne hic est fabri filius? Nõnne 55
mater eius dicitur Maria; & fratres eius,
Iacobus & ℞ Ioseph⁹, & Simon & Iudas;
& sorores ei⁹ nõne oẽs apud nos sunt? 56
Vnde ergo huic omnia ista? Et scãdali- 57
zabãtur in eo. Iesus autẽ dixit eis, ¶ Non
est ꝓpheta sine honore nisi in patria sua,
& in domo sua. Et nõ fecit ibi virtutes 58
multas propter incredulitatem illorum.

CAP. XIIII.

IN illo tẽpore ¶ audiuit Herodes tetrar- 1
cha famã Iesu: & ait pueris suis, Hic 2
est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mor-
tuis, & ideò virtutes operantur in eo.
3 ¶ Herodes enim tenuit Ioannẽ, & alli- *Marc.6,17.*
gauit eũ: & posuit in carcerẽ propter He- *Luc.3,19.*
4 rodiadẽ vxorẽ* fratris sui. Dicebat eĩ *Philippi*
5 illi Ioannes, Nõ licet tibi habere eã. Et *2 MS.R.*
volẽs illũ occidere, timuit populũ: ¶ quia *Hier.G.S.*
6 sicut ꝓphetã eũ habebãt. Die aũt nata- *Inf.21,26.*
lis Herodis saltauit filia Herodiadis in
7 medio: & placuit Herodi. Vñ cũ iura-
mẽto pollicit⁹ est ei dare quodcũq. postu
8 lasset ab eo. At illa præmonita à matre
sua, Da mihi, inquit, hîc in disco caput
9 Ioãnis Baptistæ. Et cõtristatus est rex:
ꝓpter iuramentum aũt & eos qui pariter
10 recũbebãt, iussit dari. Misitq., & decol-
11 lauit Ioannẽ in carcere. Et allatũ est ca-
put eius in disco: & datũ est puellæ, & at-
12 tulit matri suæ. Et accedentes discipuli
ei⁹, tulerũt corpus, *& sepelierũt illud: & *eius MS.
13 venientes nuntiauerũt Iesu. ¶ Quod cùm *Hier. G q.*
audisset Iesus, secessit inde in nauicula, in *S.*
locũ desertũ seorsum. & cũ audissent tur- *Luc.9,10.*
bę, ¶ secutę sunt eũ pedestres de ciuitati- *Mar.6,31.*
14 b⁹. Et exiẽs vidit turbã multã, & miser- *Ioan.6,2.*
15 t⁹ est eis, & curauit lãguidos eorũ. Ve-
spere aũt facto accesserũt ad eũ discipuli
ei⁹, dicẽtes, Desertus est locus, & hora iã
præteriit: dimitte turbas, vt eũtes in ca-
16 stella, emãt sibi escas. Iesus aũt dixit eis,
Nõ habẽt necesse ire: ¶ date illis vos mã- *Mar.6,37.*
17 ducare. Respõderũt ei, ¶ Nõ habem⁹ hîc *Luc.9,13.*
18 nisi quinq. panes & duos pisces. Qui ait *Ioan.6,9.*
19 eis, Afferte mihi illos huc. Et cũ iussis-
set turbã discũbere super fœnũ: acceptis
quinq. panib. & duobus piscibus, aspiciẽs
in cælũ benedixit & fregit, & dedit disci-
20 pulis panes, discipuli aũt turbis. Et mã-
ducauerunt oẽs, & saturati sunt. Et tule-
runt reliquias, duodecim cophinos frag-
21 mentorũ plenos. Manducantiũ aũt fuit
numerus, quinq. millia vĩrorũ, exceptis *Mar.6,45.*
22 mulieribus & paruulis. ¶ Et statim ℞ iuss- ℞ compulit
it⁹ Iesus discipulos ascẽdere in nauiculã, *8 MS.R.*
& prȩcedere eũ trans fretũ, donec dimit- *Hier.G.S.*
23 teret turbas. Et dimissa turba, ¶ ascẽdit *Ioh.6,17.*
in montẽ solus orare. Vespere aũt facto *Luc.6,12.*
24 solus erat ibi. nauicula autem in medio
mari iactabatur fluctibus. erat enim con-
25 trarius ventus. Quarta aũt vigilia noc-
tis, vẽnit ad eos ambulans super mare.
26 Et vidẽtes eũ super mare ambulantẽ,
turbati sunt, dicẽtes, Quia phãtasma est.
27 Et præ timore clamauerũt. Statimq. Ie-
sus locutus est eis, dicẽs, Habete fiduciã:
28 ego sum, nolite timere. Respõdens autẽ
Petrus dixit, Dñe si tu es, iube me ad te
29 venire super aquas. At ipse ait, Veni. Et
descẽdens Petrus de nauicula, ambulabat
30 super aquã vt veniret ad Iesum. Vidẽs
verò ventũ validũ, timuit: & cũ cœpis-
set mergi, clamauit dicẽs, Dñe, saluũ me
31 fac. Et continuò Iesus extendẽs manũ,
apprehẽdit eum: & ait illi, Modicæ fidei,
32 quare dubitasti? Et cùm ℞ ascẽdissent in ℞ ascendis-
33 nauiculã, cessauit ventus. Qui autẽ in *set o.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nauicula erāt, venerūt, & adorauerūt eū,
Marc.6,53. dicentes, Verè filius Dei es. ‖ Et cùm 34
trāsfretassent, venerūt in Terrā Genesar.
Et cùm cognouissent eū viri loci illius, 35
miserūt in vniuersam regionē illā, & obtulerūt ei oēs malè habētes: & rogabāt 36
eū vt vel fimbriā vestimēti eius tāgerēt.
Et quicunq. tetigerunt, salui facti sunt.

CAP. XV.

Marc.7,1. TVnc accesserūt ad eū ab Ierosolymis 1
Scribæ & Pharisæi, dicētes, Quare 2
*traditiones MS q. Hier. discipuli tui trāsgrediūtur *traditionem' seniorū? nō enim lauāt manus suas cùm
panē manducāt. Ipse autē respondēs ait 3
illis, Quare & vos trāsgredimini mādatum Dei propter traditionē vestrā? Nam
Exo.20,12. Deus dixit, ‖ Honora patrē & matrē; &, 4
Deu.5,16. & 27,16. ‖ Qui maledixerit patri, vel matri, morte
Eph 6,2. moriatur. Vos autē dicitis, Quicunque 5
Leu.20,9. dixerit patri vel matri, Munus quod cūq.
Pro 20,20. est ex me, tibi proderit: & nō honorifica-
Exo.21,16. bit patrē suū aut matrē suā: & irritū fecistis mandatū Dei propter traditionem
vestrā. Hypocritæ, bene prophetauit de 7
Isa.27,13. vobis Isaias, dicēs, ‖ Populus hic labiis 8
Mar.7,6. me honorat: cor autē eorū lōgè est à me.
Sine causa autē colūt me, docētes do- 9
-5 MS. G.S. ctrinas, - &' mādata hominū. Et cōuocatis ad se turbis, dixit eis, Audite & in- 10
telligite. Nō quod intrat in os, coinquinat hominē: sed quod pcedit ex ore, hoc 11
coinquinat hominē. Tūc accedētes discipuli ei° dixerunt ei, Scis quia Pharisæi, 12
Ioh.15,2. audito verbo hoc, scandalizati sunt? At 13
ille respondēs, ait, ‖ Omnis plātatio quā
Luc 6,39. & 0. nō plantauit pater me° cælestis, eradicabitur. ‖ Sinite illos: cæci sunt, *duces cæ- 14
Marc.7,17 corum cæcus autē si cæco ducatū præstet, ambo in foueā cadunt. Respōdens autē 15
Petr° dixit ei, Edissere nobis parabolā istā.
At ille dixit, Adhuc & vos sine intelle- 16
ctu estis? Nō intelligitis quia omne qđ 17
in os intrat, in ventrē vadit & in secessū emittitur? Quæ aut procedūt de ore, de 18
Gen.6,5. & 8,21. corde exeūt, & ea coinquināt hominem:
de corde em̄ exeūt ‖ cogitationes malę, 19
homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. hæc 20
sunt quæ coinquināt hominem. Nō lotis aūt manib. mānducare nō coinquinat hominē. Et egressus inde Iesus secessit in 21
Marc.7,25. partes Tyri & Sidōnis. ‖ Et ecce mulier 22
Chananæa à finib° illis egressa clamauit, dicēs ei, Miserere mei Dñe fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui nō 23
Sup.10,6. respōdit ei verbū. Et accedētes discipuli eius rogabāt eū dicētes, Dimitte eā: quia
Luc.19,10. clamat post nos. Ipse aūt respōdēs, ait, 24
Ioh.10,3. Nō sum missus nisi ‖ ad oues quæ perierūt domus Israēl. At illa venit, & adora- 25
uit eū, dicēs, Dñe adiuua me. Qui respō- 26
dēs ait, Nō est bonū sumere panē filiorū, & mittere canibus. At illa dixit, Etiam 27
Dñe: nā & catelli edūt de micis quæ cadūt de mēsa dnorū suorū. Tūc respōdēs 28
Iesus, ait illi, O mulier, magna est fides
tua: fiat tibi sicut vis Et sanata est filia ei- 29
us ex illa hora. Et cū trāsisset inde Iesus, venit secus Mare-Galilææ: & ascen- 30
dēs in montē, sedebat ibi. Et accesserūt ad eū turbæ multæ, habētes secū mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerūt eos ad pedes ei°, & cu- 31
rauit eos: ita vt turbæ mirarētur vidētes mutos loquētes, claudos ambulātes, cæcos vidētes: & magnificabāt Deū Israēl. ‖ Iesus aūt cōuocatis discipulis suis, 32
Marc.8,1. dixit, Misereor turbę: quia triduo iá pseuerāt mecū, & nō habēt quod māducēt: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiāt
in via. Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo 33
*tami, MS.G. nobis in deserto panes *tātos', vt saturem° turbā tātam? Et ait illis Iesus, Quot 34
habetis panes? At illi dixerunt, Septē, & 35
paucos piscsiculos. Et pcepit turbę vt discūberēt sup terrā. Et accipiēs septē pa- 36
nes, & pisces, - &' gratias agēs fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederūt
*6 MS.q. populo. Et comederūt oēs, & saturati 37
sunt. Et quod superfuit de fragmētis tu- 38
lerūt, septē sportas plenas. Erāt aūt qui māducauerunt quatuor millia hominū,
extra paruulos & mulieres. Et dimissa 39
turba, ascēdit in nauicula: & venit in fines Magedan. CAP. XVI.

Marc.8,11. ET accesserūt ad eū Pharisæi & Sad- 1
Luc.11,16. ducæi tētantes: & rogauerūt eū vt signū de cælo ostēderet eis. At ille respō- 2
-Q.1 dēs, ait illis, - Facto vespere dicitis, Serenū erit, rubicundū est enim cælum. Et 3
manè, Hodie tēpestas, rutilat enim triste cælū. * Faciē ergo cæli diiudicare nostis:
Hyperita MS.G.S. signa aūt tēporū nō potestis'? ‖ Generatio mala & adultera signū quærit: & si- 4
*scitte MS. Hier. G.S. gnū nō dabitur ei ‖ nisi signū Ionæ - prophetę'. Et relictis illis, abiit. Et cū venis- 5
Sup.14,16 sent discipuli ei° trās fretū, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, ‖ Intuemini 6
Ioan.2,- -MS q. Mar.8,15 Luc.12,1 & cauete à fermēto Phariszorū & Saddu- 7
cæorū. At illi cogitabāt inter se, dicētes, 8
Quia panes nō accepimus. Sciēs aut Iesus, dixit, Quid cogitatis inter vos modi- 9
Sup.14,17 Ioh.6,9 -&3MS.R. *millium MS.B. cæ fidei, qa panes nō habetis? Nōdū intelligitis, neq. recordamini quinq. panū, *in' quinq. *millia' hominū, & quot co- 10
phinos sumpsistis? ‖ neq. septē panū, *in' quatuor *millia' hominū, & quot sportas 11
Sup.15,34 -&2MS.R. sumpsistis? Quare non intelligitis qa nō de pane dixi vobis, Cauete à fermento 12
Mar.8,27 Pharisæorū & Sadducæorū? Tūc intellexerūt quia nō dixerit cauēdū à fermēto panū, sed à doctrina Pharisæorū & Sad- 13
Luc.9,18 *me3 MS R.G.S. ducæorū. ‖ Venit aūt Iesus in partes Cęsareæ Philippi; & interrogabat discipulos suos, dicens: ‖ Quē* dicūt hoīes esse filiū 14
hominis? At illi dixerūt, Alij Iohannē Baptistā, alij aūt Eliā, alij verò Ieremiā, 15
aut vnum ex pphetis. Dicit illis Iesus, 16
Vos aūt quē me esse dicitis? Respōdens Simō Petrus dixit, ‖ Tu es Christus filiº 17
Dei viui. Respōdens aūt Iesus, dixit ei, Beatus es Simō ‖ Bar-Iōna: quia caro &

sanguis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu 18
es Petrus: & sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portæ inferi nō præualebūt
aduersus eā. ¶ Et tibi dabo claues regni 19
cælorū. Et quodcunq. ligaueris sup terrā,
erit ligatū - &' in cælis, & quodcūq. solueris super terrā, erit solutū - &' in cælis.
Tūc præcepit discipulis suis vt nemini 20
dicerēt qa ipse esset - Iesus' Christ⁹. Ex- 21
inde cœpit Iesus ostēdere discipulis suis,
quia oporteret eū ire Ierosolymā, & multa pati à senioribus. & scribis & principib.
sacerdotū, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eū Petrus, cœpit increpare illū, dicēs, Absit à te Dñe: nō erit ti- 22
bi hoc. Qui cōuersus, dixit Petro, ¶ Vade post me satana, scandalū es mihi: quia 23
nō sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominū. Tūc Iesus dixit discipulis suis, ¶ Si 24
quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequat me:
Qui enim voluerit animā suā saluā fa- 25
cere, perdet eā. qui aūt perdiderit animā
suā ꝓpter me, inueniet eam. Quid enim 26
ꝓdest homini, si mūdum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentū patiat? ¶ Aut quā dabit homo cōmutationē
ꝓ anima sua? ¶ Filius enim hominis vē- 27
turus est in gloria patris sui cum angelis
suis: ¶ & tūc reddet vnicuiq. secūdū opera eius. ¶ Amen dico vobis, ¶ sunt quidā 28
de hīc stātibus qui nō gustabunt mortē,
donec videant filiū hominis venientē in
regno suo.

CAP. XVII.

ET post dies sex ^assumit' Iesus Petrū 1
& Iacobū & Iohannē fratrē eius, &
duxit illos in montē excelsum seorsum:
& trāsfigurat⁹ est ante eos. Et resplēduit 2
facies eius sicut sol: vestimēta aūt eius facta
sunt alba sicut ^nix'. Et ecce apparuerūt 3
illis Moyses & Elias cū eo loquētes. Respōdēs aūt Petr⁹, dixit ad Iesum, Dñe, bo- 4
num est nos hic esse: si vis, faciamus hīc
tria tabernacula, tibi vnū, & Moysi vnū,
& Eliæ vnū. Adhuc eo loquēte, ecce nu- 5
bes lucida obumbrauit eos. ¶ Et ecce vox
de nube, dicēs, Hic est filius meus dilect⁹
in quo mihi benecōplacui: ipsum audite.
Et audītes discipuli, ceciderūt in faciē 6
suā, & timuerūt valde. Et accessit Iesus, 7
& tetigit eos: dixitq. eis, Surgite, & nolite
timere. Leuātes aūt oculos suos, neminē 8
viderūt, nisi solū Iesum. Et descendēt ib. 9
illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens,
Nemini dixeritis visionē, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interroga- 10
uerūt eū discipuli, dicentes, ¶ Quid ergo
Scribæ dicūt ꝙ Eliā oporteat primū venire? At ille respōdēs, ait eis, Elias qui- 11
dē vēturus est ^, & restituet oīa. dico aūt 12
vobis, ¶ quia Elias iā vēnit, & nō cognouerunt eū, ¶ sed fecerūt in eo quæcunque
voluerūt. Sic & filius hoīs passurus est ab
eis. Tūc intellexerunt discipuli quia de 13
Iohāne Baptista dixisset eis. Et cū venis- 14
set ad turbā, accessit ad eū homo genib⁹
ꝓuolutus ante eū, dicēs, Dñe miserere 15
filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nā sæpe cadit in ignē, & crebrò in
aquā. & obtuli eū discipulis tuis: & nō 16
potuerūt curare eū. Respōdēs *Iesus, ait, 17
O generatio incredula & peruersa, quousq. ero vobiscum? vsquequo patiar vos?
Afferte huc illum ad me. Et increpauit 18
illū Iesus, & exiit ab eo dæmoniū, & curatus est puer ex illa hora. Tūc accesserūt discipuli ad Iesum secretò, & dixerūt, 19
Quare nos nō potuim⁹ eiicere illū? Dixit illis Iesus, Propter incredulitatē vestrā. ¶ Amē quippe dico vobis, si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicetis mōti 20
huic, transi hinc illuc: & transibit, & nihil
impossibile erit vobis. Hoc aūt gen⁹ nō 21
eiicitur nisi ꝓ orationē & ieiunīū. ¶ Cōuersantib. aūt eis in Galilæa, dixit illis Ie- 22
sus, Filius hominis tradēdus est in manus
hominū: & occidēt eū, & tertia die re- 23
surget. Et cōtristati sunt vehemēter. Et
cū venissent Capharnaū, accesserūt qui didrachma accipiebāt, ad Petrū, & dixerūt
ei, Magister vester non soluit didrachma? 24
Ait, Etiā. Et cū intrasset in domū, prævenit eū Iesus, dicēs, Quid tibi videt Si- 25
mō? Reges terræ à quib. accipiūt tributū
vel cēsum? à filiis suis, an ab alienis? Et 26
illè dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij. Vt aūt nō scādalizem⁹ eos, vade ad mare, & mitte hamū: & eū 27
piscē qui primus ascēderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies statērē: illū sumens,
da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

IN illa hora accesserūt discipuli ad Ie- 1
sum, dicētes, ¶ Quis, putas, maior est in
regno cælorū? ¶ Et aduocās Iesus paruu- 2
lū, statuit eū in medio eorū, & dixit, A- 3
mē dico vobis, nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in
regnū cælorū. Quicūq. ergo humiliauerit se sicut parvul⁹ iste, hic est maior in re- 4
gno cælorū. Et qui susceperit vnū parvulum talē in nomine meo, me suscipit. 5
¶ qui autē scādalizauerit vnū de pusillis 6
istis qui in me credūt, expedit ei vt suspē
datur mola asinaria in collo ei⁹, & demergatur in ꝓfundū maris. ¶ Væ mundo a 7
scādalis. Necesse est ēm vt veniāt scādala: verūtamē væ homini illi ꝑ quē scāda- 8
lū venit. ¶ Si aūt man⁹ tua, vel pes tuus
scādalizat te: abscinde ^eū', & ꝓice abste: bonum tibi est ad vitā ingredi debilē vel
claudū, ꝙ duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignē æternū. Et si oculus 9
tuus scādalizat te, erue eū, & ꝓice abste: bonū tibi est vnū oculū habentē in vitā
intrare, quā duos oculos habētē mitti in
gehennā ignis. Videte ne cōtēnatis vnū 10
ex his pusillis: dico enim vobis, quia ¶ angeli eorū in cælis semp vidēt faciē patris
mei qui in cælis est. ¶ Venit enim filius 11
hominis saluare quod perierat. ¶ Quid 12
vobis videtur? si fuerint alicui cētū oues,

& errauerit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Marc. 9,34 Luc 9,46. Infr. 19,14 1 Cor. 14,20

Mar. 9,42.

Luc. 17,1.

Sup 5,30. Marc. 9,43. ^ea R.G.

Psa. 33,8.

Luc. 19,10. Luc. 15,4.

*autē MS. R. Hier. G.

Luc. 17,16.

Mar. 9,31. Luc. 9,44. & 24,7. Infr. 20,18.

& errauerit vna ex eis: nõne relinquit no
nagintanouẽ in montibus, & vadit quæ-
rere eã quæ errauit? & si cõtigerit vt in- 13
ueniat eã: amẽ dico vobis, quia gaudet su
per eã magis, quàm sup nonagintanouẽ
quæ nõ errauerũt. Sic nõ est volũtas an- 14
te patrẽ vestrũ, qui in cælis est, vt pereat
vnus de pusillis istis. ¶ Si aũt peccauerit 15
in te frater tuus, vade, & corripe eũ inter
te & ipsum solũ. si te audierit: lucratꝰ eris
fratrẽ tuũ. si aũt te non audierit: adhibe 16
tecũ adhuc vnũ vel duos, ¶ vt in ore duo-
rũ vel triũ testium stet omne verbum.
Quòd si nõ audierit eos: dic ecclesiæ. 17
si autẽ ecclesiã non audierit: sit tibi sicut
¶ ethnicus & publicanꝰ. ¶ Amẽ dico vo- 18
bis, quæcũq. alligaueritis sup terrã, erunt
ligata & in cælo: & quęcũq. solueritis sup
terrã, erũt soluta & in cælo. Iterum di- 19
co vobis, quia si duo ex vobis cõsenserint
sup terrã, de omni re quãcunq. petierint,
fiet illis à patre meo qui in cælis est. Vbi 20
eñ sunt duo vel tres cõgregati in nomi-
ne meo, ibi sum in medio eorũ. Tũc ac- 21
cedẽs Petrus ad eũ, dixit, ¶ Dñe, quoties
peccabit in me frater meus, & dimittã ei?
vsq. septies? ¶ Dixitꝰ illi Iesus, Non dico 22
tibi vsq. septies: sed vsq. septuagies sep-
ties. Ideo assimilatũ est regnũ cælorum 23
homini regi, qui voluit rationẽ ponere cũ
seruis suis. Et cùm cœpisset rationẽ po- 24
nere, oblatꝰ est ei vnꝰ qui debebat ei decẽ
millia talẽta. Cùm aũt nõ haberet vnde 25
redderet, iussit eũ dñs eius venundari, &
vxorẽ eius & filios, & omnia quæ habe-
bat, & reddi. Procidẽs autẽ seruus ille, 26
orabat eũ, dicẽs, Patientiã habe in me, &
oĩa reddã tibi. Misertus aũt dñs serui il- 27
lius, dimisit eũ, & debitũ dimisit ei. E- 28
gressus aũt seruus ille, inuẽnit vnũ de cõ-
seruis suis qui debebat ei cẽtũ denarios:
& tenẽs suffocabat eũ, dicẽs, Redde quod
debes. Et prócidẽs cõseruus eius, roga- 29
bat eũ, dicẽs, Patientiã habe in me, & oĩa
reddã tibi. Ille aũt noluit: sed abiit, & 30
misit eũ in carcerẽ, donec redderet debi-
tũ. Vidẽtes aũt cõserui eius quæ fiebãt, 31
cõtristati sunt valde: & venerũt, & narra-
uerunt dño suo omnia quæ facta fuerãt.
Tũc vocauit illũ dñs suꝰ: & ait illi, Ser 32
ue nequã, omne debitũ dimisi tibi, quo-
niã rogasti me: nõne ergo oportuit & te 33
misereri cõserui tui, sicut & ego tui mi-
sertus sum? Et iratꝰ dñs eius, tradidit eũ 34
tortoribus, quoadusque redderet vniuer-
sum debitũ. Sic & paterꝰ meꝰ cælestis fa- 35
ciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisque
fratri suo de cordib. vestris. CAP. XIX.
ET factũ est, cùm consummasset Iesus 1
sermones istos, migrauit à Galilæa,
¶ & venit in fines Iudææ trãs Iordanẽ, & 2
secutæ sunt eum turbæ multæ; & curauit
eos ibi. ¶ Et accesserũt ad eũ Pharisæi tẽ 3
tãtes eũ, & dicẽtes, Si licet homini dimit-
tere vxorẽ suã, quacunq. ex causa? Qui 4
respõdẽs, ait eis, Nõ legistis, quia ¶ qꝫ fecit
*ab initio, masculũ & fœminã fecit eos? *hom
5 & dixit, ¶ Propter hoc, dimittet homo MS
patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suæ: & Ge
6 erũt duo in carne vna. Itaq. iã non sunt Ep
duo: sed vna caro. Quod ergo Deꝰ cõiũ- 1 Co
7 xit, homo nõ separet. Dicunt illi, Quid
ergo ¶ Moyses mãdauit dare libellũ repu- De
8 dij, & dimittere? Ait illis, Qm̃ Moyses
ad duritiã cordis vestri permisit vobis di-
mittere vxores vestras: ab initio autẽ nõ
9 fuit sic. ¶ Dico aũt vobis, quia quicunq. Sup
dimiserit vxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, Ma
& aliã duxerit, mœchatur: & qui dimissã Lu
10 duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli 1 Co
ei, Si ita est causa hominis cũ vxore, nõ
11 expedit nubere. Qui dixit illis, Nõ oẽs
capiunt verbũ istud, sed quib. datum est.
12 Sũt enm̃ eunuchi qui de matris vtero sic
nati sunt: & sunt eunuchi q facti sunt ab
hominibꝰ: & sunt eunuchi qui seipsos ca-
strauerũt ꝓpter regnũ cælorũ. Qui potest
13 capere capiat. ¶ Tunc oblati sunt ei par- Ma
uuli, vt manus eis imponeret & oraret. Lu
14 Discipuli aũt increpabãt eos. Iesus verò
ait eis, ¶ Sinite paruulos, & nolite eos ꝓ- Sup
hibere ad me venire: taliũ est enm̃ regnũ
15 cælorũ. Et cùm imposuisset eis manus,
16 abiit inde. ¶ Et ecce vnꝰ accedẽs, ait illi, Ma
Magister bone, quid boni faciã yt habeã Lu
17 vitã æternã? Qui dixit ei, ¶ Quid me in- No
terrogas de bono? Vnus est bonus, Deꝰ. Si
autem vis ad vitã ingredi, serua mãdata.
18 Dicit illi, Quę? Iesus aũt dixit, ¶ Nõ ho- Exo
micidiũ facies, Nõ adulterabis, Nõ facies
19 furtũ, Nõ falsum testimoniũ dices, Ho-
nora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, Diliges pro-
20 ximũ tuũ sicut teipsum. Dicit illi ado-
lescẽs, Omnia hæc custodiui à iuuẽtute
21 meaꝰ: quid adhuc mihi deest? Ait illi Ie- *Ho
sus, Si vis ꝑfectus esse, vade, vende *quæ MS
habes, & da pauperibꝰ, & habebis thesau-
22 rũ in cęlo: & veni, sequere me. Cũ audis-
set aũt adolescẽs verbũ, abiit tristis: erat
23 enm̃ habẽs multas possessiones. Iesus aũt
dixit discipulis suis, Amẽ dico vobis, qꝫ
diues difficilè intrabit in regnũ cælorũ.
24 Et iterũ dico vobis, facilius est camelũ
ꝑ foramẽ acus trãsire, quã diuitẽ intrare
25 in regnũ cælorũ. Auditis autẽ his, disci-
puli mirabãtur valde, dicẽtes, Quis ergo
26 poterit saluus esse? Aspiciẽs autẽ Iesus,
dixit illis, Apud homines hoc impossibile
est: apud Deũ autẽ omnia possibilia sunt.
27 ¶ Tunc respõdens Petrus, dixit ei, Ecce Ma
nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te: Lu
28 quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit il-
lis, Amen dico vobis, qꝫ vos qui secuti e-
stis me, in regeneratiõe cũ sederit filiꝰ ho
minis in sede maiestatis suæ, ¶ sedebitis Lu
& vos super sedes duodecim, iudicantes
29 duodecim tribꝰ Israël. Et oĩs qui relique
rit domũ, vel fratres, aut sorores, aut pa-
trẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut a-
gros ꝓpter nomẽ meũ: cẽtuplũ accipiet, Inf
30 & vitã ętернam possidebit. ¶ Multi autẽ Ma
erũt primi, nouissimi: & nouissimi, primi. Lu

CAP.

Leu. 17, 3. Leu. 19, 17 Ecc. 19, 13. Iaco. 5, 19. Deu. 19. 15 2 Cor. 13. 1. Heb. 10, 28 Ioan. 8, 17. 2 Thes. 3, 14 1 Cor. 5, 9 Ioã. 20, 23.

Luc. 17, 4.

ªDicit ꝫ MS. Hier. G.

Gen. 1, 27.

Sup. 6, 12, Mar. 11, 25

Marc. 10, 1

Marc. 10, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XX.

SImile est *regnum cælorũ homini pa- 1
trifamiliâs qui exiit primo mane cõ-
ducere operarios in vineam suam. Con- 2
uẽtione aũt facta cũ operariis ex denario
diurno, misit eos in vineã suã. Et egres- 3
sus circa horã tertiam, vidit alios stantes
in foro otiosos, & dixit illis, Ite & vos 4
in vineã*: & quod iustũ fuerit, dabo vo-
bis. Illi aũt abierũt. Iterũ aũt exiit cir- 5
ca sextã & nonã horã: & fecit similiter.
Circa vndecimã verò exiit, & inuẽnit 6
alios stantes, & dicit illis, Quid hîc statis
tota die otiosi? Dicũt ei, Quia nemo nos 7
conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineã*.
Cùm serò autem factum esset, dicit dñs 8
vineæ procuratori suo, Voca operarios,
& redde illis mercedẽ, incipiẽs à nouis-
simis vsque ad primos. Cùm venissent 9
ergo qui circa vndecimã horã venerant,
acceperunt singulos denarios. Veniẽtes 10
autem & primi, arbitrati sunt quòd plus
essent accepturi: acceperũt aũt & ipsi sin-
gulos denarios. Et accipientes murmu- 11
rabãt aduersus patrẽfamiliâs, dicentes, 12
Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares
illos nobis fecisti qui portauimus põdus
diei & æstus. At ille respondẽs, vni eorũ 13
dixit, Amice, non facio tibi iniuriã: nõne
ex denario cõueneristi mecũ? Tolle quod 14
tuum est, & vade: volo autẽ & huic no-
uissimo dare sicut & tibi. Aut non licet 15
mihi quod volo, facere? an oculus tuus
nequam est quia ego bonus sum? ‖ Sic 16
erũt nouissimi, primi: & primi, nouissi-
mi. ‖ multi enim sunt vocati: pauci verò
electi. ‖ Et ascẽdens Iesus Ierosolymã, 17
assumpsit duodecim discipulos secretò, &
ait illis, Ecce ascẽdimus Ierosolymã, & 18
filius hominis tradetur principibus sacer-
dotum & Scribis, & condemnabunt eum
morte, & tradẽt eum Gentibus ad illu- 19
dendũ & flagellandũ, & crucifigẽdum, &
tertia die resurget. ‖ Tũc accessit ad eum 20
mater filiorũ Zebedæi cũ filiis suis, ado-
râs & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei, 21
Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeãt hi duo fi-
lij mei, vn' ad dexterã tuã, & vnus ad si-
nistrã in regno tuo. Respõdẽs aũt Iesus, 22
dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibe-
re calicẽ quẽ ego bibiturus sum*? Dicunt
ei, Possumus. Ait illis, Calicem quidem 23
meũ bibetis*: sedere aũt ad dexterã méã
& sinistrã, nõ est meũ dare vobis: sed
quibus paratũ est à patre meo. ‖ Et au- 24
dientes decem, indignati sunt de duobus
fratribus. ‖ Iesus aũt vocauit eos ad se: 25
& ait, Scitis quia principes gentiũ domi-
nãtur eorũ: & qui maiores sunt, potesta-
tem exercent in eos. Non ita erit inter 26
vos, sed quicũq; voluerit inter vos maior
fieri, sit vester minister: & qui voluerit 27
inter vos primus esse, erit vester seruus:
‖ sicut filius hominis non venit mini- 28
strari, sed ministrare, & dare animã suam
redemptionẽ pro multis. ‖ Et egredien- 29
tibus illis ab Iericho, secuta est eũ turba
30 multa: & ecce duo cæci sedentes secus
viã, audierũt quia Iesus transiret: & cla-
mauerunt dicentes, Dñe, miserere nostri,
31 fili Dauid. Turba autẽ increpabat eos vt
tacerẽt. At illi magis clamabãt dicentes,
32 Dñe, miserere nostri, fili Dauid. Et ste-
tit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vul-
33 tis vt faciam vobis? Dicunt illi, Dñe, vt
34 aperiantur oculi nostri. Misertus autem
eorum Iesus, tetigit oculos eorũ. Et con-
festim viderunt, & secuti sunt eum.

CAP. XXI.

1 ET cũ appropinquassent Ierosolymis, *Mar. 11, 1.*
& venissent Beth-phage ad Montem *Luc. 19, 29.*
oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos,
2 dicẽs eis, Ite in castellũ quod cõtra vos
est, & statim inuenietis asinã alligatam &
pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.
3 & siquis vobis aliquid dixerit, dicite,
quia Dñs his opus habet: & cõfestim di-
4 mittet eos. Hoc autẽ factũ est vt adim-
pleretur quod dictũ est per prophetã, di-
5 centẽ, ‖ Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus *Isa 62, 11.*
venit tibi mansuetus, & sedẽs super 'asi- *Zach. 9, 9.*
6 nã' & pullũ filium subiugalis. Eũtes autẽ *Ioh. 12, 15.*
discipuli, fecerũt sicut præcepit illis Ie- *'asinam*
7 sus. Et adduxerũt asinã & pullũ: & im- *Q n.*
posuerunt super 'eos' vestimenta sua, & *'eum MS.*
8 eum désuper sedere fecerunt. Plurima *S. sed con-*
aũt turba strauerũt vestimẽta sua in via: *tradicunt*
alij aũt cædebant ramos de arboribus, & *G.*
9 sternebãt in via: turbæ aũt quæ præce
debãt & quæ sequebãtur, clamabãt, dicẽ-
tes, Hosanna filio Dauid: ‖ benedictus qui *Ps. 117, 26.*
venit in nomine Dñi: hosanna, in altissi- *Mar. 11, 9.*
10 mis. Et cũ intrasset Ierosolymã, cõmota *Luc. 19, 38.*
est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic?
11 Populi autẽ dicebãt, Hic est Iesus pro-
12 pheta, à Nazareth Galilææ. Et ‖ intrauit *Mar. 11, 11.*
Iesus in templum Dei; & eiiciebat om- *Ioh. 2, 14.*
nes vẽdentes & ementes in tẽplo, & mẽ-
sas numulariorũ, & cathedras vẽdentium
13 colũbas euertit: & dicit eis, Scriptũ est,
‖ Domus mea, domus orationis vocabi- *Deu. 14, 25.*
tur: ‖ vos autẽ fecistis illã, speluncã latro- *Luc. 19, 45.*
14 num. Et accesserũt ad eũ cæci, & claudi *Isa. 56, 7.*
15 in tẽplo: & sanauit eos. ‖ Vidẽtes autem *Jer. 7, 11.*
principes sacerdotũ & Scribæ mirabilia *Mar. 11, 18*
quæ fecit, & pueros clamãtes in templo, *Luc. 19, 47.*
& dicẽtes, Hosanna filio Dauid: indignati
16 sunt, & dixerũt ei, Audis quid isti dicũt?
Iesus aũt dixit eis, Vtiq. nunquã legistis;
‖ Quia ex ore infantiũ & lactentiũ per *Psal. 8, 3.*
17 fecisti laudẽ? Et relictis illis, abiit fora
extra Ciuitatẽ in Bethaniam: ibiq; mãsit.
18 Manè aũt reuertẽs in Ciuitatẽ, esuriit.
19 ‖ Et vidẽs ficũ arborẽ vnã secus viam, *Mar. 11, 13.*
venit ad eã: & nihil inuẽnit in ea nisi fo-
lia tantũ, & ait illi, Nunquã ex te fructus
nascatur in sempiternum. Et arefacta est
20 cõtinuò ficulnea. ‖ Et vidẽtes discipuli *Mar. 11, 20.*
mirati sunt dicẽtes, Quomodò continuò
21 aruit? Respõdens aũt Iesus, ait eis, Amẽ
dico vobis, si habueritis fidẽ, & nõ hæsi-
taueritis, nõ solũ de ficulnea facietis, sed

& si

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& si mõti huic dixeritis, ℣Tolle' & ℣iacta te' in mare: fiet. ¶ Et omnia quæcunque 22
petieritis in oratione credẽtes, accipietis.
Et cũ veniſſet in templũ, acceſſerunt ad 23
eũ docentẽ principes ſacerdotũ & ſenio-
res populi, dicẽtes, ¶ In qua poteſtate hæc
facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem?
Reſpõdens Ieſus dixit eis, Interrogabo 24
vos & ego vnũ ſermonẽ: quẽ ſi dixeritis
mihi, & ego vobis dicã in qua poteſtate
hæc facio. Baptiſm⁹ Iohãnis, vnde erat? 25
è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabãt
inter ſe, dicẽtes, Si dixerimus è cælo, di-
cet nobis, Quare ergo nõ credidiſtis illi? 26
Si aũt dixerimus ex hominib⁹: timemus
turbã: ¶ omnes enim ℣habẽt' Iohãnẽ ſicut
prophetã. Et reſpõdentes Ieſu, dixerũt: 27
Neſcimus. Ait illis & ipſe, Nec ego dico
vobis in qua poteſtate hæc facio. Quid 28
aũt vobis videtur? Homo quidã habebat
duos filios: & accedẽs ad primũ, dixit, Fi-
li, vade hodie operare in vinea mea. Ille 29
aũt reſpõdẽs, ait, Nolo. Poſtea aũt pœni-
tẽtia motus, abiit. Accedẽs aũt ad alte- 30
rũ, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait,
℣Eo' dñe. & nõ iuit. quis ex duobus fecit 31
voluntatẽ patris? Dicũt ei, Primus. Dicit
illis Ieſus, Amẽ dico vobis, quia publica-
ni & meretrices præcedũt vos in regnum
Dei. Venit enim ad vos Iohãnes in via 32
iuſtitiæ: & nõ credidiſtis ei. publicani aũt
& meretrices crediderũt ei: vos aũt vidẽ-
tes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt
crederetis ei. Al ã parabolã audite: Ho- 33
mo erat paterfamiliãs qui plãtauit vineã,
& ſepẽ circũdedit ei, & fodit in ea torcu-
lar, & ædificauit turrim, & locauit eam
agricolis: & peregrè profect⁹ eſt. Cũ aũt 34
tẽpus fructuũ appropinquaſſet, miſit ſer-
uos ſuos ad agricolas, vt acciperẽt fructus
eius. Et agricolæ apprehẽſis ſeruis eius, 35
aliũ ceciderũt, aliũ occiderunt, aliũ vero
lapidauerũt. Iterũ miſit alios ſeruos plu- 36
res priorib⁹: & fecerũt illis ſimiliter. No- 37
uiſsimè aũt miſit ad eos filiũ ſuũ, dicens,
Verebũtur filiũ meũ. Agricolæ aũt vidẽ- 38
tes filiũ, dixerũt intra ſe, ¶ Hic eſt hæres,
venite, occidamus eũ, & habebim⁹ hæredi-
tatẽ eius. Et apprehẽſum eũ eiecerũt 39
extra vineã, & occiderũt. Cũ ergo vene- 40
rit dñs vineæ, quid faciet agricolis illis?
Aiũt illi, Malos malè ꝓdet: & vineã ſuã 41
locabit alijs agricolis, qui reddẽt ei fructũ
tẽporib ſuis. ¶ Dicit illis Ieſus, Nunquã 42
legiſtis in ſcripturis, Lapidẽ quem repro-
bauerũt ædificãtes, hic eſt factus in caput
anguli? A Dño factũ eſt iſtud: & eſt mira-
bile in oculis noſtris? Ideò dico vobis, 43
qa auferetur à vobis regnũ Dei, & dabi-
tur gẽti faciẽti fructꝰ eius. ¶ Et qui ceci- 44
derit ſuper lapidẽ iſtũ, cõfringetur: ſuper
quẽ verò ceciderit, cõteret eũ. Et cũ au- 45
diſſent principes ſacerdotum & Phariſæi
parabolas eius: cognouerũt ꝙ de ipſis di-
ceret. Et quærentes eũ tenere, timuerũt 46
turbas: qñ ſicut prophetã eum habebãt.

CAP. XXII.

ET reſpondens Ieſus, dixit iterũ in pa- 1
rabolis eis, dicens, ¶ Simile factũ eſt 2
regnũ cælorũ homini regi, qui fecit nu-
ptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vo- 3
care inuitatos ad nuptias: & nolebãt ve-
nire. Iterũ miſit alios ſeruos, dicẽs, Di- 4
cite inuitatis, Ecce prandiũ meũ paraui,
tauri mei & altilia occiſa, & omnia para-
ta: venite ad nuptias. Illi autẽ neglexe- 5
rũt: & abierũt, alius in villã ſuã: alius ve-
rò ad negotiationẽ ſuã: reliqui verò te- 6
nuerunt ſeruos eius, & contumelijs affe-
ctos occiderunt. Rex autẽ cùm audiſſet, 7
iratus eſt: & miſsis exercitibus ſuis, per-
didit homicidas illos, & ciuitatẽ illorum
ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ 8
quidẽ paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant,
non fuerũt digni. ite ergo ad exitus via- 9
rum: & quoſcunq. inueneritis, vocate ad
nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, 10
congregauerũt omnes quos inuenerunt,
malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ
diſcubentium. Intrauit aũt rex vt vide- 11
ret diſcumbẽtes: & vidit ibi hominẽ non
veſtitũ veſte nuptiali. Et ait illi, Amice, 12
quomodo huc intraſti non habẽs veſtem
nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit 13
rex miniſtris, ¶ Ligatis manibus & pedi-
bus eius, mittite eũ in tenebras exterio-
res: ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Mul- 14
ti enim ſunt vocati, pauci verò electi.
¶ Tũc abeũtes Phariſæi, cõſilium inie- 15
rũt vt caperẽt eũ in ſermone. Et mittũt 16
ei diſcipulos ſuos cũ Herodianis, dicẽtes,
Magiſter, ſcimus quia verax es, & viã Dei
in veritate doces, & nõ eſt tibi cura de a-
liquo. nõ enim reſpicis perſonã hominũ:
dic ergo nobis quid tibi videtur, licet 17
cẽſum dare Cęſari, an nõ? Cognita autẽ 18
Ieſus nequitia eorũ, ait, Quid me tẽtatis
hypocritæ? oſtẽdite mihi numiſma cẽ- 19
ſus. At illi obtulerũt ei denarium. Et ait 20
illis Ieſus, Cuius eſt imago hæc, & ſuper-
ſcriptio? Dicũt ei, Cæſaris. Tũc ait illis, 21
¶ Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari:
& quæ ſunt Dei, Deo. Et audiẽtes mi- 22
rati ſunt, & relicto eo abierunt. In illo 23
die acceſſerũt ad eũ Sadducæi, qui dicunt
nõ eſſe reſurrectionẽ: & interrogauerunt
eum, dicentes, Magiſter, ¶ Moyſes dixit, 24
Si quis mortuus fuerit nõ habens filium,
vt ducat frater eius vxorẽ illius, & ſuſci-
tet ſemẽ fratri ſuo. Erant autẽ apud nos 25
ſeptẽ fratres: & primus vxore ducta de-
functus eſt: & non habens ſemẽ, reliquit
vxorẽ ſuã fratri ſuo. Similiter ſecundus 26
& tertius vſq. ad ſeptimum. Nouiſsimè 27
aũt omniũ & mulier defuncta eſt. In re- 28
ſurrectione ergo, cui⁹ erit de ſeptẽ, vxor?
omnes enim habuerũt eam. Reſpõdens 29
autem Ieſus, ait illis, Erratis, neſcientes
ſcripturas, neq. virtutẽ Dei. In reſurre- 30
ctione enim neq. nubẽt, neq. nubẽtur: ſed
ſunt ſicut angeli Dei in cælo. De reſur- 31
rectione autem mortuorum non legiſtis

quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod dictũ est à Deo dicẽte vobis, ¶ Ego 32
tum Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus
Iacob? Nõ est Deus mortuorũ, sed viuẽ-
tium. Et audiẽtes turbæ, mirabãtur in 33
doctrina eius. ¶ Pharisæi aũt audientes 34
quòd silentiũ imposuisset Sadducæis, cõ-
uenerũt in vnum: & interrogauit eum 35
vnus ex eis legis doctor, tentans eum,
Magister, quod est mandatum magnum 36
in Lege? Ait illi Iesus, ¶ Diliges Dominũ 37
Deum tuũ ex toto corde tuo, & in tota a-
nima tua, & in tota mente tua. Hoc est 38
maximũ & primũ mandatũ. Secundum 39
aũt simile est huic, ¶ Diliges proximum
tuũ sicut teipsum. In his duobus man- 40
datis vniuersa Lex pendet & Prophetæ.
Cõgregatis aũt Pharisæis, interrogauit 41
eos Iesus, dicens, ¶ Quid vobis videtur 42
de Christo? cuius filius est? Dicũt ei, Da-
uid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in 43
Spiritu vocat eum Dñm, dicẽs, ¶ Dixit 44
Dominus Dño meo, sede à dextris meis,
donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ
tuorũ? Si ergo Dauid vocat eum Dñm; 45
quomodo filius eius est? & nemo pote- 46
rat ei respondere verbum: neq. ausus fuit
quisquam ex illa die eum amplius in-
terrogare. CAP. XXIII.
TVnc Iesus locutus est ad turbas & 1
ad discipulos suos, dicẽs, Super ca- 2
thedrã Moysi sederũt ¶ Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunq. dixerint vo- 3
bis*, seruate & facite: secundũ opera verò eorũ nolite facere. dicũt enim & non
faciunt. ¶ Alligãt enim onera grauia & 4
importabilia, & imponũt in humeros ho-
minũ: digito aũt suo nolunt ea mouere.
Omnia verò opera sua faciũt, vt videã- 5
tur ab hominibus. dilatant enim ¶ phyla-
cteria sua, & magnificãt fimbrias. Amãt 6
aũt primos recubitus in cœnis, & primas
cathedras in synagogis, ¶ & salutationes 7
in foro, & vocari ab hominibus, rabbi.
Vos aũt nolite vocari rabbi. vnus est e- 8
nim magister vester, omnes aũt vos, fra-
tres estis. Et ¶ patrẽ nolite vocare vobis 9
super terram: vnus est enim pater vester
qui in cælis est. Nec vocemini magistri: 10
quia magister vester, vnus est, Christus.
Qui maior est vestrũ, erit minister ve- 11
ster. ¶ Qui aũt se exaltauerit, humiliabi- 12
tur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.
Væ aũt vobis Scribæ & Pharisæi hypo- 13
critæ: quia clauditis regnum cælorũ ante
homines. vos enim nõ intratis: nec intro-
euntes sinitis intrare. ¶ Væ vobis Scri- 14
bæ & Pharisæi hypocritæ: ¶ quia come-
ditis domos viduarũ, orationes lõgas orã-
tes. propter hoc amplius accipietis iudi-
ciũ. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hy- 15
pocritæ: quia circuitis mare & aridã, vt
faciatis vnũ proselytũ: & cũ fuerit fact°,
facitis eũ filiũ gehẽnæ duplo quàm vos.
Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Qui- 16
cunq. iurauerit per templũ, nihil est: qui
aũt iurauerit in auro tẽpli, debet. Stulti 17
& cæci, quid enim maius est, aurum, an
templũ quod sanctificat aurum? Et qui- 18
cunque iurauerit in altari, nihil est: qui-
cunq. autẽ iurauerit in dono quod est su-
per illud, debet. *Cęci, quid enim maius 19 *Stulti, & R. G. S.
est, donum, an altare quod sanctificat do-
num? Qui ergo iurat in altari, iurat in 20
eo & in omnibus quæ super illud sunt.
& quicunq. iurauerit in templo, iurat 21
in illo & in eo qui habitat in ipso: ¶ & 22 Supr. 5, 34.
qui iurat in cælo, iurat in throno Dei &
in eo qui sedet super eum. ¶ Væ vobis 23 Luc. 11, 42.
Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia deci-
matis mẽtam & anethum & cyminum,
& reliquistis quæ grauiora sunt legis, iu-
diciũ, & misericordiã, & fidẽ. hæc opor-
tuit facere, & illa non omittere. Duces 24
cæci, excolantes culicem, camelũ autem
glutientes. ¶ Væ vobis Scribæ & Pha- 25 Luc. 11, 39.
risæi hypocritæ: quia mundatis quod dẽ-
foris est calicis & paropsidis: intus autẽ
pleni estis rapina & immũditia. Pha- 26 *plena sunt 7 MS. G.S.
risæe cæce, munda prius quod intus est,
calicis & paropsidis, vt fiat id quod dẽ-
foris est, mundum. Væ vobis Scribæ & 27
Pharisæi hypocritæ: quia similes estis se-
pulchris dealbatis, quæ ãforis parẽt ho-
minibus speciosa, intus verò plena sunt
ossibus mortuorum, & omni spurcitia.
sic & vos ãforis quidem paretis homi- 28
nibus iusti: intus aũt pleni estis hypocri-
si & iniquitate. Væ vobis Scribæ & Pha- 29
risæi hypocritæ: quia ædificatis sepulchra
prophetarũ, & ornatis monumẽta iusto-
rum, & dicitis, Si fuissemus in diebus 30
patrum nostrorũ, non essemus socij eo-
rum in sanguine prophetarum. itaq. te- 31
stimonio estis vobismetipsis quia filij e-
stis eorũ qui prophetas occiderunt. Et 32
vos implete mẽsuram patrũ vestrorum.
¶ Serpẽtes genimina viperarũ, quomo- 33 Supr. 3, 7.
do fugietis à iudicio gehẽnæ? Ideò ecce 34
ego mitto ad vos prophetas & sapiẽtes &
scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis,
& ex eis flagellabitis in synagogis vestris,
& persequemini de ciuitate in ciuitatẽ:
vt veniat sup vos omnis sanguis iustus 35 Gen. 4, 8.
qui effusus est sup terrã, ¶ à sanguine A- Heb. 11, 4.
bel iusti vsq. ad sanguinem Zachariæ filij *Ioiadæ
Barachiæ, ¶ quẽ occidistis inter templũ Q. n.
& altare. Amen dico vobis, veniẽt hæc 36 2 Par. 24, 22
omnia super generationẽ istã. Ierusalẽ 37 Luc. 13, 34.
Ierusalẽ, quæ occidis ꝓphetas, & lapidas
eos qui ad te missi sunt, quoties volui cõ-
gregare filios tuos ¶ quemadmodũ gallina 4 Esd. 1, 30
congregat pullos suos sub alas, & *noluis- *noluistis
ti*? Ecce relinquetur vobis dom° vestra 38 4 MS. G.S.
deserta. Dico enim vobis, nõ me vide- 39
bitis ãmodo donec dicatis, Benedict° qui
venit in nomine Dñi. CAP. XXIIII.
ET egressus Iesus de tẽplo, ibat. Et ac- 1 Mar. 13, 1.
cesserunt discipuli eius vt ostenderẽt Luc. 21, 5.
ei ædificationes templi. Ipse aũt respõ- 2
dens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amẽ
dico vobis, non relinquetur hic lapis su-
per lapidẽ qui non destruatur. ¶ Sedente 3 Luc. 19, 44.

autem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aũt eo ſuper Montẽ-oliueti, acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecretò, dicẽtes, Dic nobis, quádo hæc erũt? & quod ſignũ aduentus tui, & conſummationis ſeculi? ¶ Et re- 4
Eph. 5,6. Col. 2,18. ſpondens Ieſus, dixit eis, Videte nequis vos ſeducat: multi enim venient in no- 5
mine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducẽt. Audituri enim eſtis 6
autem G.S. prœlia & opiniones prœliorum. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri: ſed nondũ eſt finis. conſurget enim gens in 7
gentẽ, & regnũ in regnũ: & erũt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.
hæc autẽ omnia, initia ſunt dolorum. 8
Ioã. 15,20. & 16,2. ¶ Tũc tradẽt vos in tribulationẽ, & occidẽt vos: & eritis odio omnibus gẽtibus 9
Sup. 10,17. propter nomẽ meum. Et tunc ſcãdalizabuntur multi: & inuicẽ tradẽt: & odio 10
Luc. 21,12. habebunt inuicẽ. Et multi pſeudoprophetæ ſurgẽt: & ſeducẽt multos. Et quo- 11 12
niã abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. qui aũt perſeuerauerit 13
vſq. in finẽ, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo 14
orbe, in teſtimoniũ omnib. gẽtibus: & tũc
Mar. 13,14 Luc. 21,20. veniet cõſummatio. ¶ Cùm ergo vide- 15
Dan. 9,27. ritis abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt ¶ à Daniele propheta, ſtantẽ in loco ſancto (qui lẽgit intelligat) tunc qui 16
in Iudæa ſunt, fugiãt ad mõtes: & qui in 17
tecto, nõ deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur 18
tollere tunicã ſuã. Væ aũt prægnãtibus 19
& nutriẽtibus in illis diebus. Orate aũt, 20
-2 MS. G. vt nõ fiat fuga veſtra-in' hyeme vel ¶ ſab
Act. 1,12. batho. erit enim tunc tribulatio magna 21
qualis nõ fuit ab initio mũdi vſq. modò, neq. fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies il- 22
Mar. 13,21 Lu. 17,23. li, nõ fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. ¶ Tunc ſi 23
quis vobis dixerit, Ecce hĩc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim 24
pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorẽ inducãtur (ſi fieri poteſt) etiã electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixe- 25
rint vobis, Ecce in deſerto eſt: nolite exi- 26
re. ecce in penetralibus: nolite credere.
Sicut enim fulgur exit ab Oriẽte, & pa- 27
ret vſq. in Occidentẽ: ita erit & aduẽtus
Luc. 17,37. filij hominis. ¶ Vbicunq. fuerit corpus, 28
Mar. 13,24 illic cõgregabũtur & aquilæ. ¶ Statim 29
Luc. 21,25. aũt poſt tribulationẽ dierũ illorũ Sol obſcurabitur, & luna nõ dabit lumẽ ſuũ, &
Ezec. 32,7 Iſa. 13,10. ſtellæ cadẽt de cælo, & virtutes cælorum
Ioel 2,31. & 3,15. commouebuntur: & tunc parebit ſi- 30
gnũ filij hominis in cælo. & tunc plangẽt omnes tribus terræ: & videbũt filiũ hominis venientẽ in nubibus cæli cum vir-
Apoc. 1,7. tute multa & maieſtate. ¶ Et mittet an- 31
1 Cor. 15, 51. gelos ſuos cũ tuba, & voce magna: & cõgregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorũ vſq. ad terminos eorũ.
Ab arbore aũt fici diſcite parabolã: cũ 32
iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia propè eſt æſtas. ita & vos, cũ 33
videritis hæc omnia, ſcitote quia propè
34 eſt in ianuis. Amen dico vobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia
35 hæc fiant. ¶ Cælum & terra tranſibunt;
36 verba aũt mea non præteribunt. De die aũt illa & hora nemo ſcit, neq. angeli cælorũ*, niſi 'ſolus pater'. ¶ Sicut autẽ in
37 diebus Noë: ita erit & aduentus filij ho-
38 minis. ¶ ſicut enim erãt in diebus ante diluuiũ comedẽtes & bibẽtes, nubẽtes & nuptui tradẽtes, vſq. ad eũ diẽ quo intra-
39 uit Noë in arcam, & non cognouerunt donec vẽnit diluuium, & tulit omnes: ita
40 erit & aduẽtus filij hominis. ¶ Tũc duo erũt in agro: vnus aſſumetur, & vnus re-
41 linquetur. duæ molentes in mola: vna
42 aſſumetur, & vna relinquetur*. ¶ Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dns veſter vẽturus ſit. Illud aũt ſcitote, ¶ quo-
43 niam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur vẽturus eſſet, vigilaret vtiq;, & nõ ſineret
44 perfodi domũ ſuam. Ideo & vos eſtote parati; quia qua neſcitis hora filius ho-
45 minis venturus eſt. ¶ Quis, putas, eſt fidelis ſeruus & prudẽs, quẽ conſtituit dns ſuus ſuper familiã ſuã, vt det illis cibum
46 in tempore? ¶ Beatus ille ſeruus, quem cùm venerit dns eius, inuenerit ſic faciẽ-
47 tem. amẽ dico vobis, quoniã ſuper om-
48 nia bona ſua cõſtituet eum. Si autẽ dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, Mo-
49 ram facit dns meus venire: & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autẽ
50 & bibat cum ebriioſis: veniet dns ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua
51 ignorat: & diuidet eum, partemq. eius ponet cum hypocritis. ¶ illic erit fletus & ſtridor dentium.

CAP. XXV.

1 TVnc ſimile erit regnũ cælorũ decem virginibus: quæ accipientes lãpades ſuas exierũt obuiam ſponſo -& ſponſæ'.
2 Quinq; aũt ex eis erãt 'fatuæ, & quin-
3 que prudẽtes'. ſed quinque fatuæ, acceptis lãpadibus, nõ ſumpſerunt oleũ ſecũ:
4 prudẽtes verò acceperũt oleũ in vaſis
5 ſuis cũ lampadibus. Morã aũt faciente ſponſo, dormitauerũt omnes & dormie-
6 runt. Media aũt nocte clamor factus eſt,
7 Ecce ſpõſus venit, exite obuiã ei. Tunc ſurrexerũt omnes virgines illæ: & orna-
8 uerunt lãpades ſuas. Fatuæ autẽ ſapientibus dixerũt, Date nobis de oleo veſtro:
9 quia lampades noſtræ extinguũtur. Reſponderunt prudentes, dicentes, Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad
10 vendentes: & emite vobis. Dum autem irent emere, vẽnit ſponſus: & quæ parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, &
11 clauſa eſt ianua. Nouiſsimè verò ve-
12 niunt & reliquæ virgines, dicẽtes, Domine, Dne, aperi nobis. At ille reſpondens
13 ait, Amẽ dico vobis, neſcio vos. ¶ Vigilate itaque, quia neſcitis diem neq. horã.
14 ¶ Sicut enim homo peregrè proficiſcẽs, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bo-
15 na ſua. Et vni dedit quinque talenta,

alij au-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alij aũt duo, alij verò vnũ, vnicuiq. secũdum propriã virtutẽ: & profectus est statim. Abiit autẽ qui quinq. talenta acce- 16
perat, & operat⁹ est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter & qui duo acce- 17
perat, lucratus est alia duo. Qui aũt vnũ 18
acceperat, abiẽs fodit in terrã, & abscõdit pecuniã domini sui. Post multum verò 19
tẽporis venit dñs seruorũ illorũ, & posuit rationẽ cum eis. Et accedẽs qui quinq. 20
talẽta acceperat, obtulit alia quinq. talẽta, dicẽs, Dñe, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq. superlucratus sum.
Ait illi dñs eius, Euge serue bone, & fi- 21
delis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui.
Accessit autẽ & qui duo talẽta accepe- 22
rat, & ait, Dñe, duo talẽta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi do- 23
minus eius, Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, super multa te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui. Ac- 24
cedẽs aũt & qui vnũ talẽtũ acceperat, ait, Dñe, scio quia homo durus es, metis vbi nõ seminasti, & cõgregas vbi nõ sparsisti: & timẽs abij, & abscõdi talẽtũ tuũ 25
in terra: ecce habes quod tuũ est. Respõ- 26
dẽs autẽ dñs eius, dixit ei, Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi nõ semino, & congrego vbi nõ sparsi: oportuit er- 27
go te cõmittere pecuniã meam numulariis, & veniens ego recepissem vtiq. quod meũ est cũ vsura. Tollite itaq. ab eo ta- 28
lentum, & date ei qui habet decẽ talenta. ¶ Omni enim habenti dabitur, & ab- 29
undabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inu- 30
tilẽ seruũ eiicite in tenebras exteriores.
¶ Illic erit fletus & stridor dentiũ. ¶ Cũ 31
autẽ venerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit super sedẽ maiestatis suæ: & congregabuntur 32
ante eũ oẽs gẽtes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis:
& statuet oues quidẽ à dextris suis, hœ- 33
dos aũt à sinistris. Tũc dicet rex his qui 34
à dextris ei⁹ erũt: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnũ à constitutione mundi. ¶ esuriui enim: & de- 35
distis mihi manducare. sitiui: & dedistis mihi bibere. hospes erã: & collegistis me.
nudus: & operuistis me. ¶ infirmus: & 36
visitastis me. in carcere erã: & venistis ad me. Tũc respõdebunt ei iusti, dicentes, 37
Dñe, quãdo te vidimus esuriẽtẽ, & pauimus: sitientẽ, & dedimus tibi potũ? quã- 38
do aũt te vidimus hospitẽ, & collegimus te: aut nudũ, & cooperuim⁹ te? aut quã- 39
do te vidimus infirmũ, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondẽs rex, dicet 40
illis, Amẽ dico vobis, quandiu fecistis vni ex his fratrib. meis minimis, mihi fecistis. Tũc dicet & his qui à sinistris erũt, 41
¶ Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹.
esuriui enim: & nõ dedistis mihi man- 42
ducare. sitiui: & non dedistis mihi potũ.
43 hospes erã: & nõ collegistis me. nudus: & non operuistis me. infirmus, & in car-
44 cere: & nõ visitastis me. Tũc respõdebũt ei & ipsi, dicẽtes, Dñe quãdo te vidimus esurientẽ, aut sitientem, aut hospitẽ, aut nudũ, aut infirmũ, aut in carcere: & non
45 ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicẽs, Amẽ dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi
46 fecistis. ¶ Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem, in vitam æternam. *Ioan. 5,25. Dan. 12,2.*

CAP. XXVI.

1 ET factũ est: cùm consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis
2 suis, ¶ Scitis quia post biduũ Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. *Mar. 14,1. Luc. 22,1.*
3 Tunc cõgregati sunt principes sacerdotũ & seniores populi in atrium principis
4 sacerdotũ, qui dicebatur Caiphas: & cõsiliũ fecerũt vt Iesum dolo tenerẽt, & oc-
5 ciderent. Dicebãt autẽ, Nõ in die festo:
6 ne fortè tumultus ‖ fieret in populo. ¶ Cũ autẽ Iesus esset in Bethania in domo Si-
7 monis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, &
8 effudit super caput ipsius recũbẽtis. Videntes autẽ discipuli, indignati sunt di-
9 cẽtes, Vt quid perditio hæc? potuit enim istud vænundari multo, & dari pauperi-
10 bus. Sciens autem Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? opus enim
11 bonum operata est in me. ¶ nam semper pauperes habetis vobiscum: me au-
12 tem nõ semper ‖ habetis'. Mittẽs enim hæc vnguentũ hoc in corpus meũ: ad sepeliẽdũ me, fecit. Amẽ dico vobis, vbicunq. prædicatũ fuerit hoc euãgelium in
13 toto mũdo, dicetur & quòd hæc fecit, in
14 memoriã ‖ eius'. Tũc abiit vnus de duodecim, qui ‖ dicebatur' Iudas Iscariotes, ad
15 principes sacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã? At illi cõstituerunt ei triginta argenteos.
16 Et exinde quærebat opportunitatẽ vt eũ
17 traderet. ¶ Prima autẽ ‖ die' Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?
18 At Iesus dixit, Ite in ciuitatẽ ad quẽdã: & dicite ei, Magister dicit, Tẽpus meum propè est, apud te facio Pascha cũ discipulis meis.
19 Et fecerũt discipuli sicut cõstituit illis Iesus: & parauerunt Pascha.
20 ¶ Vespere aũt facto, discũbebat cũ duo-
21 decim discipulis suis. ¶ Et edentib. illis, dixit, ¶ Amẽ dico vobis quia vnus vestrũ
22 me traditurus est. Et contristati valde, cœperũt singuli dicere, Nũquid ego sum
23 Dñe? At ipse respõdẽs, ait, Qui intingit mecũ manũ in paropside, hic me tradet.
24 Filius quidẽ hominis vadit, ¶ sicut scriptũ est de illo: væ autẽ homini illi, per quẽ filius hominis ‖ tradetur': bonũ erat
25 ei, si natus nõ fuisset homo ille. Respõdẽs autẽ Iudas qui tradidit eũ, dixit, Nũquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti.

Deu. 15,11. ‖ habebitis MS. q.

Mat. 14,10 Luc. 22,3. ‖ dicitur 6 MS.

Mar. 14,12. Luc. 22,7. ‖ 5 MS. G.

Mar. 14,17 Luc. 22,14. Ioan. 13,21

Psal. 40,10 ‖ traditur 2 MS. G. S.

¶ Cœnan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

1 Cor. 11,24 ¶ Cœnantibus aũt eis, accepit Iesus panẽ, & benedixit, ac fregit: deditq. discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus meũ. 26
Et accipiẽs calicẽ, gratias egit: & dedit illis, dicẽs, Bibite ex hoc omnes. 27
¶Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis ¶effundetur' in remissionẽ peccatorũ. 28
¶Q. n. ¶effunditur. G.S. Q. n.
Dico autẽ vobis, non bibam ámodo de hoc genimine vitis vsq. in diẽ illũ, cũ illud bibã vobiscũ nouum in regno patris mei. 29
Et hymno dicto, exierũt in montẽ oliueti. 30
Tũc dicit illis Iesus, ¶Omnes vos scandalũ patiemini in me, in ista nocte. Scriptũ est enim, ¶Percutiã pastorẽ, & dispergentur oues gregis. 31
Mar. 14,27 Ioan. 16,32 Zach. 13,7.
¶Postquã autẽ resurrexero, præcedã vos in Galilæã. 32
Matt. 14,28 & 16,7.
Respondẽs autem Petrus, ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nũquã scandalizabor. 33
Ait illi Iesus, Amẽ dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. 34
Ioan. 13,38
¶Ait illi Petrus, Etiã si oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerũt. 35
Mar. 14,32 Luc. 22,39.
¶Tunc venit Iesus cũ illis in villã quæ dicitur Geth-semani: & dixit discipulis suis, Sedete hîc, donec vadã illuc, & orem. 36
Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit cõtristari & mœstus esse. 37
Tũc ait illis, Tristis est anima mea vsq. ad mortẽ: sustinete hîc, & vigilate mecum. 38
Et progressus pusillum, procidit in faciẽ suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. veruntamẽ non sicut ego volo, sed sicut tu. 39
Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, ¶Sic? nõ' potuistis vna hora vigilare mecum? 40
¶Sic non MS. R. Hier. G.S.
Vigilate, & orate vt non intretis in tẽtationẽ. Spiritus quidẽ promptus est, caro autẽ infirma. 41
Iterũ secũdò abiit; & orauit, dicẽs, Pater mi, si nõ potest hic calix trãsire nisi bibã illũ, fiat voluntas tua. 42
Et venit iterũ, & inuenit eos dormiẽtes: erãt enim oculi eorũ grauati. 43
Et relictis illis, iterũ abiit: & orauit tertiò, eundẽ sermonẽ dicẽs. 44
Tũc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iã, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. 45
Surgite eamus: ecce ¶appropinquauit' qui me ¶tradet'. 46
¶appropinquabit o. ¶tradit 5 MS. G.S.
¶Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vn' de duodecim venit, & cũ eo turba multa cũ gladiis & fustib. missi à principib. sacerdotũ & seniorib. populi. 47
Mar. 14,43. Luc. 22,47. Ioan. 18,3.
Qui autẽ tradidit eũ, dedit illis 48
signũ, dicẽs, Quẽcũq. osculatus fuero, ipse est: tenete eũ. 49
Et cõfestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eũ. 50
Dixitq. illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accesserũt, & manus iniecerũt in Iesum: & tenuerunt eũ. 51
Et ecce vnus ex his qui erant cũ Iesu, extendẽs manũ, exemit gladiũ suũ: & percutiens seruum principis sacerdotũ amputauit auriculã eius. 52
Gen. 9,6. Apo. 13,10.
Tunc ait illi Iesus, Cõuerte gladiũ tuũ in locũ suũ. ¶ oẽs enim qui acceperint 53 gladiũ, gladio peribũt. An putas quia nõ possum * rogare patrẽ meũ: & exhibebit mihi modò' plusquã duodecim legiones 54 angelorũ? Quomodo ergo implebuntur 55 ¶scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tãquã ad latronẽ existis cũ gladiis & fustibus cõprehẽdere me: quotidie apud vos sedebam docẽs in 56 tẽplo: & nõ me tenuistis. Hoc autẽ totũ factum est, ¶vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tũc discipuli oẽs, ¶relicto 57 eo fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphã principẽ sacerdotum, 58 vbi Scribę & seniores cõuenerãt. Petrus autẽ sequebatur eum à lõgè, vsq. in atriũ principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris: vt videret finem.
59 ¶¶Principes' autẽ sacerdotum & omne conciliũ quærebant falsum testimonium 60 cõtra Iesum, vt eum morti traderent; & nõ inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autẽ venerunt duo 61 falsi testes: & dixerunt, Hic dixit, ¶Possum destruere tẽplum Dei, & ¶post' triduũ 62 ¶reædificare' illud. Et surgens princeps sacerdotũ, ait illi, Nihil respondes ad ea 63 quæ isti aduersum te testificantur? Iesus aũt tacebat. Et princeps sacerdotũ ait illi, Adiuro te per Deũ viuũ, vt dicas nobis si 64 tu es Christus filius Dei*. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. veruntamẽ dico vobis, à modo videbitis ¶filiũ hominis sedẽtẽ à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubi- 65 bus cæli. Tũc princeps sacerdotũ scidit vestimẽta sua, dicẽs, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiã, quid vobis videtur? At 66 illi respõdentes dixerũt, Reus est mortis.
67 ¶Tunc expuerunt in faciẽ eius: & colaphis eũ ceciderũt, alij autẽ palmas in fa- 68 ciẽ eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit?
69 ¶Petrus verò sedebat foris, in atrio: & accessit ad eũ vna ancilla, dicẽs, Et tu cũ 70 Iesu Galilæo eras. At ille negauit corã 71 omnibus, dicẽs, Nescio quid dicis. Exeunte autẽ illo ianuã, vidit eũ alia ancilla': & ait his qui erãt ibi, Et hic erat cum 72 Iesu Nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramẽto, Quia non noui hominẽ. 73
Et post pusillũ accesserunt qui stabant: & dixerũt Petro, Verè & tu ex illis es: nã & loquela 74 tua manifestum te facit. Tũc cœpit detestari & iurare quia nõ nouisset hominẽ.
Et cõtinuò gallus cãtauit. 75
Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

CAP. XXVII.

1 MAnè autẽ facto cõsiliũ inierũt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti 2 traderẽt. Et vinctũ ¶adduxerunt eũ, & 3 tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc vidẽs Iudas qui eũ tradidit quòd dãnatus esset; pœnitentia ductus, retulit triginta

argeo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicēs, Peccaui, tradēs sanguinē iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argēteis in templo, recessit: & abiēs, ℣ laqueo se suspendit. Principes autē sacerdotum acceptis argēteis, dixerūt, Nō licet eos mittere in corbanā: quia pretiū sanguinis est. Consilio autē inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturā peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, ℣ Haceldama, hoc est', ager sanguinis, vsq. in hodiernū diem. Tūc impletū est quod dictū est per Ieremiā' prophetā, dicētem, ℣ Et acceperūt triginta argenteos pretiū appretiati quē appretiauerunt à filiis Israēl: & dederunt eos in agrū figuli, sicut constituit mihi Dns. Iesus aūt steterit ante præsidē, ℣ & interrogauit eū præses, dicens, Tu es Rex Iudæorū? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cùm accusaretur à principibus sacerdotū & senioribus, nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quāta aduersum te dicūt testimonia? Et nō respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehemēter. Per diē autē solēnem cōsueuerat præses populo dimittere vnū vinctū quem voluissent: habebat autem tunc vinctum insignē, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quē vultis dimittā vobis: Barabbā, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiā tradidissent eum. Sedēte aūt illo pro tribunali, misit ad eū vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eū. ℣ Principes autē sacerdotū & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbā, Iesum verò perderēt. Respondens autē præses, ait illis, Quē vultis vobis de duob. dimitti? At illi dixerūt, Barabbā. Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciā de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt oēs, Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabāt, dicentes, Crucifigatur. Vidēs autē Pilatus quia nihil ꝓficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus corā populo, dicēs, Innocēs ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respōdēs vniuersus populus, dixit, Sāguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbā: Iesum aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. Tūc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, ℣ cōgregauerūt ad eū vniuersam cohortem: & exuētes eū, chlamydē coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerūt super caput eius, & arundinē in dextera eius. Et genu flexo ante eū, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuētes in eū, acceperunt arundinem, & percutiebāt caput eius. Et postquā illuserūt ei, exuerūt eū chlamydē: & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent.

32 ℣ Exeūtes autē inuenerūt hominē Cyrenæū, nomine Simōnē: hunc angariauerunt vt tolleret crucē eius. 33 ℣ Et venerūt in locum qui dicitur "Golgotha', quod est Caluariæ locus. 34 Et dederunt ei "vinum' bibere cum felle mistū. Et cùm gustasset, noluit bibere. 35 ℣ Postquā autē crucifixerunt eum, diuiserunt vestimēta eius, sortem mittētes: ~ vt impleretur ℣ quod dictū est per prophetā dicentē, ℣ Diuiserunt sibi vestimēta mea: & super vestē meam miserunt sortem'. 36 Et sedētes seruabant eum. 37 Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDAEORVM. 38 Tūc crucifixi sunt cū eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. 39 Prætereūtes autē blasphemabāt eū, mouētes capita sua; 40 & dicentes, ℣ ~ Vah' qui "destruis' templū Dei, & in triduo illud "reædificas', salua temetipsum: si filius Dei es, descēde de cruce. 41 Similiter & principes sacerdotū illudētes cum Scribis & senioribus, dicebant, 42 Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluū facere: ℣ si rex Israēl est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: 43 ℣ confidit in Deo: liberet nunc eum si vult*: dixit enim, Quia filius Dei sum. 44 Idipsum autē & latrones qui crucifixi erāt cum eo, improperabant ei. 45 A sexta autē hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terrā, vsq. ad horā nonā. 46 Et circa horā nonā clamauit Iesus voce magna, dicēs, Eli, Eli, lamma sabacthani? hoc est, ℣ Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? 47 Quidam autem illic stātes & audiētes, dicebant, Eliam vocat iste. 48 Et continuò currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit ℣ aceto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere. 49 Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. 50 Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. 51 Et ecce ℣ velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. & terra mota est, & 52 petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. 53 Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. 54 Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebāt, timuerunt valde, dicētes, Verè filius Dei erat iste. 55 Erāt autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erāt Iesum à Galilæa, ministrantes ei: 56 inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacōbi & "Ioseph' mater, & mater filiorum Zebedæi. 57 ℣ Cùm autē serò factū esset, vēnit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. 58 hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. 59 Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. 60 & posuit illud

Mar. 15,21 Luc. 23,26. Mar. 15,21 Luc. 23,33. Ioan. 19,17 "Golgotha Q.n. "Acetum. G.S. Mar. 15,24 Luc. 23,34. Ioan. 19,18 ~ 15 MS. Hieron. G.S. Pſ. 21,19. Ioan. 19,24 ~ 2 MS. G.S. Ioan. 2,19. "destruit MS. "reædificat MS. Q.n. Sap. 2,18. Pſal. 21,9. *eum G.S. Pſal. 21,1. Pſ. 68,22. 2 Par. 3,14 Mar. 15,40 "Ioſe G.S. Mar. 15,42 Luc. 23,50. Ioan. 19,38

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et adūoluit saxū magnū ad ostiū monumenti, & abiit. Erat autē ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrū. Altera aūt die, quæ est post Parascêuen, conuenerunt principes sacerdotū, & Pharisæi ad Pilatū, dicētes, Dñe, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrū vsq. in diem tertium: ne fortè veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis.

Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cū custodibus.

CAP. XXVIII.

Mar. 16,6. Ioan. 20,11

VEspere aūt sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi, vēnit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrū. Et ecce terræmotus fact⁹ est magn⁹. Angelus enim Dñi descendit de cælo: & accedens, reuoluit lapidē, & sedebat super eū: erat autē aspectus eius sicut fulgur: & ¶vestimentum' eius sicut nix. Prætimore aūt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respōdēs aūt angelus dixit mulierib⁹, Nolite timere vos. scio em quòd Iesum qui crucifixus est, quæritis. nō est hīc: surrexit enim, sicut dixit. venite, – &' videte locū vbi posit⁹ erat Dñs.

¶vestimēta MS q.

& 3 MS. G. S.

Et citò cūtes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce ¶præcedit' vos in Galileā. ibi eū videbitis. ecce prædixi vobis. Et exierunt citò de monumēto cū timore & gaudio magno, currētes nūtiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicēs, Auete. Illæ autē accesserūt, & tenuerūt pedes eius, & adorauerūt eum. Tunc ait illis Iesus, Nolite timere. ite, nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæā, ibi me videbūt. Quæ cùm abiissent, ecce quidā de custodibus venerūt in ciuitatē, & nūtiauerūt principib. sacerdotū omnia quæ facta fuerāt. Et cōgregati cū senioribus, cōsilio accepto, pecuniā copiosam dederūt militibus, dicentes, Dicite, Quia discipuli eius nocte venerūt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à Præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi acceptа pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatū est verbum istud apud Iudæos, vsq. in hodiernū diem. Vndecim autē discipuli abierūt in Galilæā, in mōtē vbi cōstituerat illis Iesus. Et vidētes eū adorauerunt, quidā autē dubitauerūt.

¶præcedet MS q.

Et accedens Iesus locutus est eis, dicēs, ¶Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. ¶euntes ergo docete omnes gētes: baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

Ioan. 17,2. Hebr. 2,8. Mar. 16,15

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT I.

1 INitium euangelij Iesu Christi filij
2 Dei. Sicut scriptum est in ¶Isaia propheta', ¶Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā, qui præparabit viā tuā ante te:
3 Vox clamantis in deserto, Parate
4 viā Dñi, rectas facite semitas eius. Fuit Iohānes in deserto baptizās, & prædicās baptismum pœnitentiæ in remissionem
5 peccatorum. ¶Et egrediebatur ad eum omnis Iudęæ regio, & Ierosolymitæ vniuersi: & baptizabātur ab illo in Iordanis
6 flumine confitentes peccata sua. Et erat Iohannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas &
7 mel syluestre edebat. Et prædicabat dicens, Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiā
8 calceamentorum eius. ¶Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos spiritu
9 sancto. Et factū est: in diebus illis ¶venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus
10 est à Iohanne in Iordane. Et statim ascendēs de aqua, vidit cælos apertos, ¶& Spiritum *tanquā columbā descendētem
11 & manētem in ipso. Et vox facta est de cælis, Tu es filius meus dilectus, in te cōplacui.
12 ¶Et statim Spiritus expulit eum
13 in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à satana. eratq. cum bestiis, &
14 angeli ministrabāt illi. ¶Postquā autem traditus est Iohānes, venit Iesus in Gali-
15 læā, prædicans euangelium regni Dei, & dicēs, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnū Dei: pœnitemini;
16 & credite Euāgelio. ¶Et præteriens secus Mare-Galilææ, vidit Simōnem & Andream fratrem eius, mittentes retia in
17 mare (erant enim piscatores) & dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri
18 piscatores hominum. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Iacōbum Zebedæi & Iohannē fratrē eius, & ipsos com-
19 ponentes retia in naui: & statim voca-
20 uit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cū mercenariis, secuti sunt eū. ¶Et
21 ingrediūtur Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in synagogam, docebat
22 eos. ¶Et stupebant super doctrina eius. erat enim docens eos quasi potestatē haberēs, & nō sicut Scribæ. ¶Et erat in syn-
23 agoga eorū, homo in spiritu immundo:
24 & exclamauit, dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti *perdere nos?
25 scio qui sis, Sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus, dicens, Obmutesce, & exi de
26 homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna,
27 exiit ab eo. Et mirati sunt omnes: ita

*ante eum pus o.

vt con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt conquirerẽt inter se dicẽtes, Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate etiã spiritibus immũdis imperat, & obediũt ei. Et processit rumor eius statim in omnẽ regionem Galilææ.

¶ Et protinus egredientes de synagoga, venerũt in domũ Simõnis & Andreæ cũ Iacobo & Iohãne. Decũbebat autẽ socrus Simonis febricitans: & statim dicũt ei de illa. Et accedẽs eleuauit eã apprehẽsa manu eius: & cõtinuò dimisit eã febris, & ministrabat eis. Vespere autẽ facto cùm occidisset sol, afferebãt ad eũ oẽs malè habẽtes & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas cõgregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabãtur variis lãguoribꝰ: ¶ & dæmonia multa eiiciebat, & nõ sinebat ea loqui qm̃ sciebant eum.

Et diluculo valde surgẽs, egressus abiit in desertũ locũ: ibiq. orabat. Et prosecutus eũ Simon, & qui cũ illo erãt. Et cùm inuenissent eũ, dixerũt ei, Quia oẽs quærunt te. ¶ Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicẽ: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synagogis eorũ, & in omni Galilæa: & dæmonia eiiciens. ¶ Et venit ad eũ leprosus deprecans eum: & genu flexo dicit ei, Si vis, potes me mundare. Iesus autẽ misertus eius, extendit manũ suã: & tangẽs eũ, ait illi, Volo, Mũdare. Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et cõminatus est ei, statimq. eiecit illũ: & dicit ei, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotũ, & offer pro emundatione tua ¶ quæ præcepit Moyses, in testimoniũ illis. At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita vt iam nõ posset manifestè introire in ciuitatẽ, ¶ sed foris in desertis locis ⁊ esset, & conueniebãt ad eum vndique.

CAP. II.

Et iterũ intrauit Capharnaũ post dies*, & auditũ est quòd in domo esset, & * cõuenerũt multi, ita vt nõ ⁊ caperet * neq. ad ianuã, & loquebatur eis verbum. Et venerunt ad eũ ferentes paralyticũ, qui à quatuor portabatur. Et cùm nõ possent offerre eũ illi præ turba, nudauerũt tectũ vbi erat: & patefaciẽtes submiserũt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cùm autẽ vidisset Iesus fidẽ illorũ, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erãt aũt illic quidã de Scribis sedẽtes, & cogitãtes in cordib. suis, Quid hic sic loquitur? blasphemat. ¶ Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarẽt intra se, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabãtum tuũ & ambula? Vt aũt sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, Surge, tolle grabatũ tuũ, & vade in domũ tuam. Et statim surrexit ille: & sublato grabato abiit corã omnibus, ita vt mirarentur oẽs, & honorificarẽt Deũ, dicẽtes, Quia nũquam sic vidimus. Et egressus est rursus ad mare: omnisq. turba veniebat ad eũ, & docebat eos. ¶ Et cũ præteriret, vidit ⁊ Leui ꝰ Alphæi sedentem ad teloniũ: & ait illi, Sequere me. Et surgẽs secutus est eũ. Et factũ est: cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebãt cũ Iesu & discipulis eius. erãt enim multi qui & sequebãtur eũ. Et Scribæ & Pharisæi vidẽtes qa mãducaret cũ publicanis & peccatoribus, dicebãt discipulis eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat & bibit ⁊ magister vester ꝰ? Hoc audito Iesus ait illis, Non necesse habẽt sani, ⁊ medico ꝰ: sed qui malè habẽt. ¶ nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et erant discipuli Iohãnis & Pharisæi ieiunãtes: & veniũt, & dicunt illi, Quare discipuli Iohãnis & Pharisæorũ ieiunãt: tui autẽ discipuli nõ ieiunãt? Et ait illis Iesus, Nũquid possunt filij nuptiarũ quãdiu sponsus cũ illis est, ieiunare? Quanto tempore habẽt secũ spõsum, nõ possunt ieiunare. ¶ Veniẽt aũt dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tũc ieiunabũt in illis diebus. Nemo assumentũ pãni rudis assuit vestimẽto veteri: alioquin aufert supplemẽtum nouũ à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinũ ⁊ nouum ꝰ in vtres veteres: alioquin ⁊ dirumpit ꝰ vinũ vtres, & vinũ effundetur, & vtres peribunt. sed vinũ nouum in vtres nouos mitti debet. ¶ Et factũ est iterũ cũ sabbathis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt progredi & vellere spicas. Pharisæi autẽ dicebãt ei, Ecce, quid faciunt * sabbathis quod nõ licet? Et ait illis, ¶ Nunquã legistis quid fecerit Dauid, quãdo necessitatẽ habuit & esuriit ipse & qui cum eo erãt? quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotũ, & panes propositionis mãducauit, quos nõ licebat mãducare, ¶ nisi sacerdotibus, & dedit eis * qui cũ eo erãt? Et dicebat eis, Sabbathũ propter hoẽm factũ est: & nõ homo propter sabbathũ. Itaq. Dñs est filius hominis, etiam sabbathi.

CAP. III.

Et introiuit iterũ in synagogã: & erat ibi homo habẽs manũ aridã. Et obseruabãt eũ si sabbathis curaret: vt accusarẽt illum. Et ait homini habẽti manũ aridã, Surge in mediũ. Et dicit eis, Licet sabbathis benefacere, an malè? animam saluã facere, an perdere? At illi tacebant. Et circũspiciẽs eos cum ira, cõtristatus super cæcitate cordis eorũ, dicit homini, Extẽde manũ tuã. Et extẽdit: & restituta est manus illi. ¶ Exeũtes autẽ Pharisæi, statim cũ Herodianis cõsiliũ faciebãt aduersus eũ quomodo eũ perderent. Iesus autẽ cũ discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudea secuta est eum,

Mat. 9, 9. Luc. 5, 27. ⁊ Leuin 9 MS. G.

⁊ 6 MS. G. S. ⁊ medicum MS. B.

1 Ti. 1, 15. Mat. 9, 13. Luc. 5, 32.

Mat. 9, 15. Luc. 5, 35.

⁊ nouellum MS. B. ⁊ dirumpet MS. R. B.

Mat. 12, 1. Luc. 6, 1.

*discipuli tui MS. B.

1 Reg. 21, 6.

Exo. 29, 32 Leu. 8, 31. & 24, 9. *& MS. R. *etiã G. S.

Mat. 12, 9. Luc. 6, 16.

Mat. 12, 14 Ioan. 10, 39

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eum, & ab Ierosolymis & ab Idumæa & 8
*de MS. *trâs Iordanẽ. & qui circa Tyrum, & Sidonẽ, multitudo magna, audiẽtes quæ faciebat, venerũt ad eũ. Et dixit discipu- 9
lis suis vt nauicula sibi deseruiret ꝓpter turbã, ne cõprimerent eũ. multos enim 10
sanabat, ita vt irruerent in eũ vt illũ tangerẽt quotquot habebãt plagas. Et spi- 11
ritus immundi, cũ illũ videbãt, procidebãt ei: & clamabãt dicẽtes, Tu es filius 12
Dei. Et vehementer cõminabatur eis ne
Mat.10,1. manifestarẽt illũ. ¶ Et ascendẽs in mõtẽ 13
Luc.6,13. & 9,1., vocauit ad se quos voluit ipse: & venerũt
Inf.6,7. ad eum. Et fecit vt essent duodecim cũ 14
illo: & vt mitteret eos prædicare. Et de- 15
dit illis potestatẽ curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. Et imposuit Simo- 16
ni nomen Petrus. & Iacobũ Zebedæi & 17
Iohannem fratrẽ Iacobi: & imposuit eis
‖Bonareges. Q.n. nomina ‖Boanerges', quod est, filij tonitrui. & Andreã & Philippũ, & Bartho- 18
lomæũ & Matthæũ, & Thomã & Iacobũ Alphæi, & Thaddæum & Simonẽ Cananæũ, & Iudã Iscariotẽ qui & tradidit il- 19
lũ. Et veniũt ad domũ: & cõuenit iterũ 20
turba, ita vt nõ possẽt neq. panẽ mãducare. Et cũ audissent sui, exierũt tenere eũ. 21
dicebant enim, Q̃m in furorẽ versus est.
Et Scribæ qui ab Ierosolymis descen- 22
Mat.9,34. & 12,24. derãt, ¶ dicebãt, Q̃m Beelzebub habet: &
Luc.11,15. quia in principe dæmoniorum eiicit dæ- 23
monia. Et cõuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanã eiicere? Et si regnũ in se diuidatur, nõ 24
potest regnũ illud stare. Et si domus su- 25
per semetipsam dispertiatur: non potest
domus illa stare. Et si satanas cõsurre- 26
xerit in semetipsum, dispertitus est, & nõ
‖poterit' stare, sed finẽ habet. Nemo po- 27
‖potest MS.G.S. test vasa fortis ingressus in domũ *diripere, nisi prius forte alliget, & tũc domũ ei⁹
*eius 1 MS.R.G.S. diripiet. ¶ Amẽ dico vobis q̃m omnia di- 28
Mat.12,31 Luc.12,10. 1 Ioh.5,16. mittẽtur filiis hominum peccata, & blasphemiæ quib. blasphemauerint. qui aũt 29
‖habebit MS q. blasphemauerit in Spiritũ sanctum, non
Mat.12,46 Luc.8,19. ‖habet' remissionẽ in æternum, sed reus erit ęterni delicti. Q̃m dicebant, Spiritũ 30
immundũ habet. ¶ Et veniũt mater eius 31
& fratres: & foris stantes miserũt ad eum vocãtes eum. & sedebat circa eum tur- 32
ba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, 33
ait, Quæ est mater mea & fratres mei?
Et circũspiciẽs eos qui in circuitu eius 34
sedebant, ait, Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, 35
hic frater meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

Mat.13,1. Luc.8,4. ET iterũ cœpit docere ad mare: & cõ- 1
gregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendẽs sederet in mari, & omnis turba circa mare sup terrã erat: & doce- 2
bat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua, Audite: ecce, exiit semi- 3
nãs ad seminãdum. Et dũ seminat, aliud 4
cecidit circa viã, & venerũt volucres cęli, 5
& comederũt illud. Aliud verò cecidit
super petrosa vbi nõ habuit terrã multã: & statim exortũ est, q̃m nõ habebat alti- 6
tudinẽ terræ: & quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd nõ habebat radi- 7
cẽ, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascẽderunt spinæ, & suffocauerunt illud, 8
& fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terrã bonã: & dabat fructũ ascendentẽ & crescentẽ, & afferebat vnũ ‖triginta', vnũ 9
‖sexaginta', & vnũ ‖cẽtum'. Et dicebat,
Qui habet aures audiendi audiat. Et cũ 10
esset singularis, interrogauerũt eũ hi qui 11
cũ eo erãt duodecim, parabolam. Et dicebat eis, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei: illis autẽ qui foris sunt, in pa- 12
rabolis omnia fiũt: ¶ vt videntes videãt, & nõ videãt: & audiẽtes audiãt, & nõ intelligãt: nequãdo conuertãtur & dimittãtur 13
eis peccata. Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas 14
cognoscetis? Qui seminat: verbũ semi- 15
nat. Hi aũt sunt qui circa viã: vbi seminatur verbũ, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbũ quod semi- 16
natũ est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui cũ audierint verbũ, statim cũ gaudio ac- 17
cipiũt illud: & nõ habẽt radicẽ in se, sed tẽporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbũ, confestim scãdalizantur. Et alij sunt qui in spinis 18
seminantur: hi sunt qui verbum audiunt,
& ærũnæ seculi, & ¶ deceptio diuitiarũ, 19
& circa reliqua cõcupiscentiæ introeũtes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.
Et hi sunt qui super terrã bonã semi- 20
nati sunt: qui audiũt verbũ & suscipiũt, & fructificãt, vnũ ‖triginta', vnũ ‖sexaginta',
& vnũ ‖cẽtum'. Et dicebat illis, ¶ Nun- 21
quid venit lucerna vt sub modio ponat, aut sub lecto? nónne vt super candelabrũ
ponatur? ¶ Nõ est enim aliquid absconditũ quod nõ manifestetur: nec factũ est 22
occultũ, ‖sed vt in palã veniat'. Si quis 23
habet aures audiendi audiat. Et dicebat 24
illis, Videte quid audiatis. ¶ In qua mensura mẽsi fueritis, remetietur vobis, & &
adiicietur vobis*'. ¶ Qui enim habet, 25
dabitur illi: & qui nõ habet, etiam quod
habet, auferetur ab eo. Et dicebat, Sic 26
est regnũ Dei, quẽadmodũ si homo iaciat
sementẽ in terrã, & dormiat, & exurgat 27
nocte & die, & semẽ germinet, & increscat dũ nescit ille. Vltrò enim terra fru- 28
ctificat, primũ herbã, deinde spicã, deinde
plenũ frumentũ in spica. Et cũ *se pro- 29
duxerit fructus: statim mittit falcẽ, q̃m
adest messis. Et dicebat, Cui assimila- 30
bimus regnũ Dei? aut cui parabolæ combimus? parabimus illud? ¶ Sicut granũ sinapis: 31
quod cũ seminatũ fuerit in terra, minus
est omnibus seminibus quę sunt in terra:
& cũ ‖seminatũ' fuerit, ascendit*, & fit 32
maius omnibus oleribus, & facit ramos
magnos, ita vt possint sub vmbra ei' aues

cali

*de MS. *trâs Iordanẽ. & qui circa Tyrum, & Sidonẽ, multitudo magna, audiẽtes quæ faciebat, venerũt ad eũ. Et dixit discipulis suis vt nauicula sibi deseruiret ꝓpter turbã, ne cõprimerent eũ. multos enim sanabat, ita vt irruerent in eũ vt illũ tangerẽt quotquot habebãt plagas. Et spiritus immundi, cũ illũ videbãt, procidebãt ei: & clamabãt dicẽtes, Tu es filius Dei. Et vehementer cõminabatur eis ne manifestarẽt illũ. ¶ Et ascendẽs in mõtẽ vocauit ad se quos voluit ipse: & venerũt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cũ illo: & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatẽ curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus. & Iacobũ Zebedæi & Iohannem fratrẽ Iacobi: & imposuit eis nomina ‖Boanerges', quod est, filij tonitrui. & Andreã & Philippũ, & Bartholomæũ & Matthæũ, & Thomã & Iacobũ Alphæi, & Thaddæum & Simonẽ Cananæũ, & Iudã Iscariotẽ qui & tradidit illũ. Et veniũt ad domũ: & cõuenit iterũ turba, ita vt nõ possẽt neq. panẽ mãducare. Et cũ audissent sui, exierũt tenere eũ. dicebant enim, Q̃m in furorẽ versus est.

Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderãt, ¶ dicebãt, Q̃m Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et cõuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanã eiicere? Et si regnũ in se diuidatur, nõ potest regnũ illud stare. Et si domus super semetipsam dispertiatur: non potest domus illa stare. Et si satanas cõsurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & nõ ‖poterit' stare, sed finẽ habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domũ *diripere, nisi prius forte alliget, & tũc domũ ei⁹ diripiet. ¶ Amẽ dico vobis q̃m omnia dimittẽtur filiis hominum peccata, & blasphemiæ quib. blasphemauerint. qui aũt blasphemauerit in Spiritũ sanctum, non ‖habet' remissionẽ in æternum, sed reus erit ęterni delicti. Q̃m dicebant, Spiritũ immundũ habet. ¶ Et veniũt mater eius & fratres: & foris stantes miserũt ad eum vocãtes eum. & sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei?

Et circũspiciẽs eos qui in circuitu eius sedebant, ait, Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

ET iterũ cœpit docere ad mare: & cõgregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendẽs sederet in mari, & omnis turba circa mare sup terrã erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua, Audite: ecce, exiit seminãs ad seminãdum. Et dũ seminat, aliud cecidit circa viã, & venerũt volucres cęli, & comederũt illud. Aliud verò cecidit super petrosa vbi nõ habuit terrã multã: & statim exortũ est, q̃m nõ habebat altitudinẽ terræ: & quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd nõ habebat radicẽ, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascẽderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terrã bonã: & dabat fructũ ascendentẽ & crescentẽ, & afferebat vnũ ‖triginta', vnũ ‖sexaginta', & vnũ ‖cẽtum'. Et dicebat, Qui habet aures audiendi audiat. Et cũ esset singularis, interrogauerũt eũ hi qui cũ eo erãt duodecim, parabolam. Et dicebat eis, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei: illis autẽ qui foris sunt, in parabolis omnia fiũt: ¶ vt videntes videãt, & nõ videãt: & audiẽtes audiãt, & nõ intelligãt: nequãdo conuertãtur & dimittãtur eis peccata. Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat: verbũ seminat. Hi aũt sunt qui circa viã: vbi seminatur verbũ, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbũ quod seminatũ est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui cũ audierint verbũ, statim cũ gaudio accipiũt illud: & nõ habẽt radicẽ in se, sed tẽporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbũ, confestim scãdalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt, & ærũnæ seculi, & ¶ deceptio diuitiarũ, & circa reliqua cõcupiscentiæ introeũtes suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terrã bonã seminati sunt: qui audiũt verbũ & suscipiũt, & fructificãt, vnũ ‖triginta', vnũ ‖sexaginta', & vnũ ‖cẽtum'. Et dicebat illis, ¶ Nunquid venit lucerna vt sub modio ponat, aut sub lecto? nónne vt super candelabrũ ponatur? ¶ Nõ est enim aliquid absconditũ quod nõ manifestetur: nec factũ est occultũ, ‖sed vt in palã veniat'. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis, Videte quid audiatis. ¶ In qua mensura mẽsi fueritis, remetietur vobis, & & adiicietur vobis*'. ¶ Qui enim habet, dabitur illi: & qui nõ habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Et dicebat, Sic est regnũ Dei, quẽadmodũ si homo iaciat sementẽ in terrã, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semẽ germinet, & increscat dũ nescit ille. Vltrò enim terra fructificat, primũ herbã, deinde spicã, deinde plenũ frumentũ in spica. Et cũ *se produxerit fructus: statim mittit falcẽ, q̃m adest messis. Et dicebat, Cui assimilabimus regnũ Dei? aut cui parabolæ combimus? parabimus illud? ¶ Sicut granũ sinapis: quod cũ seminatũ fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quę sunt in terra: & cũ ‖seminatũ' fuerit, ascendit*, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra ei' aues

Mat.10,1. Luc.6,13. & 9,1., Inf.6,7.
‖Boanerges. Q.n.
‖potest MS.G.S.
*eius 1 MS.R.G.S.
Mat.12,31 Luc.12,10. 1 Ioh.5,16.
‖habebit MS q.
Mat.12,46 Luc.8,19.
Mat.13,1. Luc.8,4.
‖triginta'
‖sexaginta'
‖cẽtum'
*qui audi tis 1 MS. R.G.S.
Mat.7,2. Luc.6,38 Mat.13, & 25, Luc.8,18 & 19,26.
*ex MS. R.
Mat.13, Luc.13, a matum *in arborem o.
Mat.13,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ezli habitare. Et talibus multis parabo- 33
lis loquebatur eis verbū, prout poterant
audire. sine parabola aūt nō loquebatur 34
eis. seorsum aūt, discipulis suis disserebat
oīa. Et ait illis in illa die, cùm serò esset 35
factū, Trāseamus cōtrà. ¶ Et dimitten- 36
tes turbā, assumūt eū ita vt erat in naui:
& alię naues erāt cū illo. Et facta est ꝓ- 37
cella magna venti, & fluctus mittebat in
nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat 38
ipse in puppi sup ceruical dormiēs: & ex-
citāt eū, & dicunt illi, Magister, non ad te
pertinet quia perimus? & exurgēs cō- 39
minatus est vēto, & dixit mari, Tace, ob-
mutesce. Et cessauit ventus: & facta est
tranquillitas magna. Et ait illis, Quid 40
timidi estis? necdū habetis fidē? Et timue
runt timore magno: & dicebāt ad alteru-
trū, Quis, putas, est iste, quia & vētus &
mare obediunt ei? CAP. V.

ET venerūt trās fretū maris in regionē 1
Gerasenorū. Et exeunti ei de naui, 2
statim occurrit de monumētis homo in
spiritu immūdo, qui domiciliū habebat 3
in monumētis. & neq. catenis iā quisquā
poterat eū ligare: qm̄ sæpe cōpedibus & 4
catenis vinctus, dirupisset catenas, & cō-
pedes cōminuisset. & nemo poterat eum
domare. & semp die ac nocte in monu- 5
mētis & in mōtibus erat, clamans & cō-
cidēs se lapidib⁹. Vidēs autē Iesum ālō- 6
ge, cucurrit & adorauit eum: & clamās 7
voce magna, dixit, Quid mihi & tibi Iesu
fili Dei ᵛaltissimi? adiuro te per Deū ne
me torqueas. Dicebat enim illi, Exi spi- 8
ritus immunde ab homine. Et interro- 9
gabat eū, Quod tibi nomē est? Et dicit ei,
Legio mihi nomē est: quia multi sumus.
Et deprecabatur eū multū, ne se expel- 10
leret extra regionē. ¶ Erat autē ibi circa 11
montē grex porcorum magnus, pascens.
Et deprecabātur eū spiritus, dicentes, 12
Mitte nos in porcos, vt in eos introeam⁹.
Et cōcessit eis statim Iesus. Et exeūtes 13
spiritus immūdi, introierūt in porcos: &
magno impetu grex præcipitatus est in
mare, ad duo millia, & suffocati sunt in
mari. Qui autē pascebāt eos, fugerūt, & 14
nuntiauerunt in ciuitatē & in agros. Et
egressi sunt videre quid esset factum: & 15
veniunt ad Iesum, & vidēt illū qui à dæ-
monio vexabatur, sedētē, vestitū, & sanæ
mētis: & timuerūt. Et narrauerunt illis, 16
qui viderāt, qualiter factū esset ei qui dę-
moniū habuerat; & de porcis. Et rogare 17
cœperūt eū, vt discederet de finib⁹ eorū.
Cumq. ascēderet nauim, cœpit illum 18
deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat,
vt esset cū illo: & nō admisit eū; sed ait 19
illi, Vade in domū tuā ad tuos, & annūtia
illis quāta tibi Dns fecerit, & misertus sit
tui. Et abiit, & cœpit prædicare in De- 20
capoli quāta sibi fecisset Iesus: & oēs mi-
rabātur. Et cū trāscēdisset Iesus in naui 21
rursum trās fretum, cōuenit turba multa
ad eū, & erat circa mare. ¶ Et venit quidā 22
de archisynagogis nomine Iairus: & vi-
dēs eū, procidit ad pedes eius, & 23
precabatur eū multū, dicēs, Qm̄ filia mea in
extremis est, Veni, impone ᵛmanus super
eā, vt salua sit & viuat. Et abiit cū illo, 24
& sequebatur eū turba multa, & cōpri-
mebāt eū. ¶ Et mulier quæ erat in pro- 25
fluuio sanguinis annis duodecim, & fue- 26
rat multa perpessa à cōpluribus medicis,
& erogauerat oīa sua, neq; quicquā ꝓfe-
cerat, sed magis deteri⁹ habebat: cū au- 27
disset de Iesu, venit in turba retrò, & te-
tigit vestimentum eius. dicebat enim, 28
Quia si vel vestimētū eius tetigero, salua
ero. Et cōfestim siccatus est fōs sangui- 29
nis eius: & sensit corpore qa sanata esset
à plaga. Et statim Iesus in semetipso 30
cognoscēs virtutē quę exierat de illo, cō-
uersus ad turbā, aiebat, Quis tetigit ve- 31
stimēta mea? Et dicebāt ei discipuli sui,
Vides turbā cōprimētē te, & dicis, Quis
me tetigit? Et circunspiciebat videre eā 32
quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & 33
tremēs, sciēs quod factū esset in se: venit
& procidit ante eū, & dixit ei omnē ve-
ritatē. Ille autē dixit ei, ¶ Filia, fides tua 34
te saluā fecit: vade in pace, & esto sana à
plaga tua. ¶ Adhuc eo loquente veniunt 35
ᵛad archisynagogum⁹, dicētes, Quia filia
tua mortua est: qd vltrà vexas magistrū?
Iesus aūt audito verbo quod dicebatur, 36
ait archisynagogo, Noli timere: tantum-
modo crede. Et nō admisit quemquā se 37
sequi, nisi Petrū & Iacobum & Iohannē
fratrē Iacobi. Et veniūt in domū archi- 38
synagogi, & videt tumultū, & flentes, &
eiulantes multū. Et ingressus, ait illis, 39
Quid turbamini & ploratis? ¶ puella non
est mortua, sed dormit. Et irridebāt eū. 40
Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrē
& matrē puellæ, & qui secum erāt, & in-
grediuntur vbi puella erat iacēs. Et te- 41
nēs manū puellæ, ait illi, ¶ Talitha cumi,
quod est interpretatū, Puella (tibi dico)
surge. & cōfestim surrexit puella: & am- 42
bulabat, erat autē annorum duodecim. &
obstupuerunt stupore magno. Et præ- 43
cepit illis vehementer vt nemo id sciret:
& ᵛdixit⁹ dari illi māducare. CAP. VI.

ET egressus inde, abiit in patriā suā: & 1
sequebātur eū discipuli sui. & facto 2
sabbatho cœpit in synagoga docere: &
multi audiētes admirabātur in doctrina
eius, dicētes, Vnde huic hæc oīa? & quæ
est sapientia quæ data est illi, & virtutes
tales quæ ꝑ man⁹ eius efficiūtur? ¶ Nōne 3
hic est faber fili⁹ Mariæ frater Iacobi &
ᵛIoseph⁹ & Iudę & Simonis? nōne & soro-
res eius hic nobiscū sunt? Et scādalizabāt
in illo. Et dicebat illis Iesus, ¶ Quia nō 4
est ꝓpheta sine honore, nisi in patria sua,
& in domo sua, & in cognatione sua. & 5
non poterat ibi virtutē vllam facere: nisi
paucos infirmos impositis manib⁹ cura-
uit. & mirabatur ꝓpter incredulitatē eo- 6
rū; ¶ & circuibat castella in circuitu docēs.

ᵛmanum MS. S.

Leu. 15,24
Mat. 9,20.
Luc. 8,43.

Luc. 7,50.

Luc. 8,44.

ᵛab archisynagogo MS. G. *quibus fauent Syri, legūtenim, E domo principis synagogæ.*

Mat. 9,24.

Act. 9,40.

ᵛiussit MS q. B.

Mat. 13,54.
Luc. 4, 16.
Ioan. 4,44.

Ioan. 6,42.

ᵛIose, G.S.

Mat. 13,57
Luc. 4,24.
Ioan. 4,44.

Mat. 9,35.
Luc. 13,22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mar.10,1. Sup.3,14 Luc.9,1.

7 ¶ Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatē spirituū immūdorū. 8 Et præcepit eis ne qd tollerēt in via, nisi virgā tantū: nō perā, nō panē, neq. in zona æs, sed calceatos 9 ¶ sandaliis, & ne induerētur duabus tunicis. 10 Et dicebat eis, Quocūq. introieritis in domū: illic manete donec exeatis inde.

Actō.12,8.

Mar.10,14 Luc.9,5. -MS q.

11 ¶ & quicumq. nō receperint vos, -nec audierint vos:' ¶ exeuntes inde excutite puluerē de pedibus vestris in testimoniū illis. 12 Et exeūtes prædicabāt vt pœnitentiā agerēt: 13 & dæmonia multa eiiciebāt, & ¶ vngebāt oleo multos ægros, & ℔ sanabāt'. 14 ¶ Et audiuit rex Herodes (manifestū enim factū est nomē eius) & ℔ dicebat', Quia Iohannes Baptista resurrexit à mortuis: & ꝓpterea virtutes operātur in illo. 15 Alij autē dicebāt, Quia Elias est. Alij verò dicebāt, Quia ꝓpheta est, quasi vnus ex ꝓphetis. 16 ¶ Quo audito, Herodes ait, Quē ego decollaui Iohannē, hic à mortuis resurrexit. 17 ¶ Ipse enim Herodes misit ac tenuit Iohannē, & vinxit eum in carcerē propter Herodiadē vxorē Philippi fratris sui, quia duxerat eā. 18 Dicebat enim Iohānes Herodi, ¶ Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. 19 Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eū, nec poterat. 20 Herodes enim metuebat Iohannē, sciēs eū virū iustū & sanctū: & custodiebat eū, & audito eo multa faciebat: & libenter eū audiebat. 21 Et cū dies opportunus accidisset, Herodes ℔ natalis sui' cœnā fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. 22 cūq. introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq. recumbentibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis: & dabo tibi. 23 & iurauit illi, ¶ Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. 24 Quæ cū exisset, dixit matri suæ, Quid petā? At illa dixit, Caput Iohānis Baptistæ. 25 Cūq. introisset statim cū festinatione ad regē, petiuit dicēs, Volo, vt protinꝰ des mihi in disco caput Iohānis Baptistæ. 26 Et cōtristatus est rex, Propter iusiurandū & propter simul discumbentes noluit eā cōtristare: 27 sed misso * spiculatore præcepit afferri caput eius in disco. 28 Et decollauit eū in carcere, & attulit caput eius in disco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. 29 Quo audito, discipuli eius venerūt, & tulerūt corpus eius: & posuerūt illud in monumēto. 30 Et cōueniētes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei oīa quæ egerāt & docuerāt. 31 ¶ Et ait illis, Venite seorsum in desertū locū, & requiescite pusillū. Erāt enim qui veniebant & redibāt multi: & nec spatiū manducādi habebāt. 32 Et ascēdentes in nauim, abierūt in desertū locū seorsum. 33 Et viderūt eos abeuntes, & cognouerūt multi: & pedestres de omnib. ciuitatibus cōcurrerūt illuc, & præuenerūt eos. 34 ¶ Et exiēs, vidit turbā multā Iesus: & misertus est sup eos, quia erāt sicut oues nō habentes pastorē, & cœpit illos docere multa. 35 ¶ Et cū iā hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicētes, Desertus est locus hic, & iā 36 hora præteriit: ¶ dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emāt sibi 37 cibos quos māducēt. Et respōdēs ait illis, ¶ Date illis vos māducare. Et dixerūt ei, Euntes emamus ducētis denarijs panes: & dabimus illis māducare. 38 Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et cū cognouissent, dicūt, ¶ Quinq., & duos 39 pisces. Et præcepit illis vt accūbere facerēt oēs, secundū cōtubernia sup viride 40 fœnū. Et discubuerūt in partes ꝑ cētenos & quinquagenos. 41 Et acceptis quinq. panibus, & duobus piscibus: intuens in cœlum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerēt ante eos: & duos 42 pisces diuisit omnibus. 43 Et māducauerūt oēs, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias, fragmentorū duodecim cophinos plenos: & de piscibus. 44 ¶ Erāt autem qui māducauerūt, quinq. millia virorū.

Mar.14,1. Luc.3,19. Lex.18,16. ℔ in natali suo 8 MS. G. Est.5,6. *cōfestim 1 MS. G. S. Mat.14,11 Luc.9,10. Mat.9,36. & 14,14.

45 Et statim coēgit discipulos suos ascēdere nauim, vt præcederēt eū trās fretum ad Bethsaidā, dū ipse dimitteret populū. 46 Et cùm dimisisset eos, abiit in montē 47 orare. Et cū serò esset, erat nauis in me- 48 dio mari, & ipse solus in terra. Et ℔ vidēs' eos laborātes in remigādo (erat enim vētus cōtrarius eis) & circa quartā vigiliā noctis venit ad eos ambulās sup mare: & volebat præterire eos. 49 At illi vt viderūt eū ambulantē sup mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. 50 Oēs enim viderūt eū, & cōturbati sūt. Et statim locutus est cū eis, & dixit eis, 51 Cōfidite, ego sum: nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim, & cessauit vēt°. 52 Et pl° magis intra se stupebāt: nō enim intellexerunt de panibus: erat enim cor 53 eorū obcæcatū. ¶ Et cùm trāsfretassent, venerunt in terrā Genezareth: & applicuerūt. 54 Cūq. egressi essent de naui, cō- 55 tinuò cognouerūt eū: & ꝑcurrētes vniuersam regionē illā, cœperūt in grabatis eos qui se malè habebāt circumferre, vbi 56 audiebāt eū esse. Et quocūq. introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriā vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Mar.15

CAP. VII.

1 ET cōueniunt ad eū Pharisæi & quidā de Scribis, venientes ab Ierosolymis. 2 ¶ Et cū vidissent quosdā ex discipulis eius cōmunibus manibus, id est nō lotis 3 māducare panes, vituperauerūt. Pharisæi enim & oēs Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, nō māducāt, tenētes traditionem 4 seniorū: & à foro, nisi baptizentur, non comedunt. & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum, & æramentorum & lectorum. 5 Et interrogabāt eū Pharisæi & Scribæ,

Quare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quare discipuli tui non ambulant iuxta
traditionē seniorū, sed cōmunibus ma-
nibus manducāt panē? At ille respōdēs, 6
dixit eis, Bene prophetauit Isaias de vo-
bis hypocritis, sicut scriptū est, ¶ Popul⁹
hic labiis me honorat, cor autē eorū lō-
gè⁽ᵛ⁾est à me. in vanū autē me colūt, do- 7
cētes doctrinas *præcepta hominū. Re- 8
linquentes enim mandatum Dei, tenetis
traditiones hominū, baptismata vrceorū
& calicum: & alia similia his facitis mul-
ta. Et dicebat illis, Bene irritū⁽ᵛ⁾ facitis⁽ᵛ⁾ 9
præceptū Dei, vt traditionē vestrā serue-
tis. Moyses enim dixit, ¶ Honora patrē 10
tuū & matrē tuā: &, ¶ Qui maledixerit
patri vel matri, morte moriatur. Vos 11
aūt dicitis, Si dixerit homo patri aut ma-
tri, Corbā, (quod est donū) quodcunq. ex
me, tibi profuerit: & vltrà nō dimitti- 12
tis eū quicquā facere patri suo aut matri,
rescindentes verbū Dei per traditionē 13
vestrā quā tradidistis. & similia huiusmo-
di multa facitis. ¶ Et aduocās iterū tur- 14
bā, dicebat illis, Audite me oēs, & intel-
ligite. Nihil est extra hominē introiēs 15
in eum, quod possit eū coinquinare: sed
quæ de homine procedunt, illa sunt quæ
cōmunicāt hominē. Si quis habet aures 16
audiēdi, audiat. Et cū introisset in domū 17
à turba, interrogabāt eum discipuli eius
parabolā. Et ait illis, Sic & vos impru- 18
dētes estis? Nō intelligitis quia omne ex-
trinsecus introiēs in hominē, non potest
eū cōmunicare; quia nō intrat in cor e- 19
ius, sed in vētrē vadit, & in secessū exit,
purgās oēs escas? Dicebat autē quoniā 20
quæ de homine exeunt, illa cōmunicant
hominē. ¶ Abintus enim de corde ho- 21
minū malæ cogitationes procedūt, adul-
teria, fornicationes, homicidia, furta, a- 22
uaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, ocu
lus malus, blasphemia, superbia, stultitia.
Omnia hæc mala abintus procedunt, & 23
cōmunicant hominē. ¶ Et inde surgens 24
abiit in fines Tyri & Sidónis: & ingres-
sus domū, neminē voluit scire, & nō po-
tuit latēre. Mulier enim statim vt audi- 25
uit de eo, cuius filia habebat spiritū im-
mundū, intrauit, & procidit ad pedes ei⁹.
Erat⁽ᵛ⁾enim⁽ᵛ⁾ mulier Gentilis, Syrophœ- 26
nissa genere. Et rogabat eū vt dæmoniū
eiiceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine 27
prius saturari filios. nōest enim bonū su-
mere panē filiorum, & mittere canibus.
At illa respōdit, & dixit illi, Vtiq. Dñe. 28
nā & catelli comedūt sub mēsa de micis
puerorū. Et ait illi, Propter hūc sermo- 29
nē vade, exiit dæmonium à filia tua. Et 30
cùm abiisset domū suā, inuenit puellā ia-
centē supra lectū, & dæmonium exiisse.
Et iterum exiēs de finibus⁽ᵛ⁾ Tyri, vēnit 31
per Sidonē⁽ᵛ⁾ ad Mare-Galilææ inter me-
dios fines Decapoleos. ¶ Et adducunt ei 32
surdū & mutū: &⁽ᵛ⁾deprecabātur⁽ᵛ⁾ eum vt
imponat illi manū. Et apprehēdens eū 33
de turba seorsum, misit digitos suos in
auriculas eius: & expuēs, tetigit linguam
34 eius. & suspiciens in cælū, ingemuit: &
ait illi, Ephphethah, quod est, adaperire.
35 Et statim apertæ sunt aures eius; & so-
lutū est vinculū linguæ eius, & loqueba-
36 tur rectè. Et præcepit illis ne cui dice-
rēt. Quātò autē eis prȩcipiebat, tātò ma-
37 gis plus prædicabāt, & eò amplius ad-
mirabātur, dicētes, ¶ Bene omnia fecit: & Gen. 1,31.
surdos fecit audire, & mutos loqui. Eccl. 39,21.

CAP. VIII.

1 IN diebus illis iterum cū turba multa Mat. 15, 32
esset*, nec haberēt quod manducarēt: *cum Iesu
2 cōuocatis discipulis, ait illis, Misereor o.
super turbā: quia ecce iā triduo sustinent
3 me, nec habēt quod māducent: & si di-
misero eos ieiunos in domū suā, deficiēt
in via: quidā enim ex eis delōgè vene-
4 rūt. Et respōderunt ei discipuli sui, Vn-
de illos quis poterit hîc saturare panibus
5 in solitudine? Et interrogauit eos, Quot
6 panes habetis? Qui dixerunt, Septē. Et
præcepit turbæ discūbere super terrā. Et
accipiens septē panes, gratias agēs fregit;
& dabat discipulis suis vt apponerent, &
7 apposuerunt turbæ. Et habebant pisci-
culos paucos: & ipsos benedixit, & iussit
8 apponi. Et manducauerunt & saturati
sunt: & sustulerunt quod⁽ᵛ⁾superauerat⁽ᵛ⁾ de ⁽ᵛ⁾supererat
9 fragmentis, septē sportas. Erāt autē qui 1 MS.
māducauerant, quasi quatuor millia: &
10 dimisit eos. ¶ Et statim ascendēs nauim Mat. 15, 39
cum discipulis suis, vēnit in partes⁽ᵛ⁾ Dal- ⁽ᵛ⁾ Magedan
11 manutha⁽ᵛ⁾. ¶ Et exierunt Pharisæi, & Q. n.
cœperunt cōquirere cum eo, quærentes Mat. 16, 1.
12 ab illo signū de cælo, tentātes eum. Et Luc. 11, 54.
ingemiscens spiritu, ait, Quid generatio
ista signū quærit? Amē dico vobis, si da-
13 bitur generationi isti signū. Et dimittēs
eos, ascēdit iterum nauim, & abiit trans
14 fretū. ¶ Et obliti sunt panes sumere: & Mat. 16, 5.
nisi vnum panē nō habebāt secū in naui.
15 Et præcipiebat eis, dicēs, Videte & ca-
uete à fermēto Pharisæorū, & fermento
16 Herodis. Et cogitabant ad alterutrum,
17 dicētes, Quia panes nō habemus. Quo
cognito, ait illis Iesus, Quid cogitatis,
quia panes non habetis? nōdum cogno-
scitis nec intelligitis? adhuc cęcatum ha-
18 betis cor vestrū? oculos habētes nō vi- Sup. 6, 41.
detis? & aures habentes nō auditis, ¶ Nec Ioh. 6, 11.
19 recordamini? quādo quinq. panes fregi — 1 MS. G.
in quinq. millia: — &⁽ᵛ⁾ quot cophinos fra- S.
gmētorum plenos sustulistis? Dicunt ei,
20 Duodecim. Quādo & septem panes in
quatuor millia, quot sportas fragmētorū
21 tulistis? Et dicunt ei, Septē. Et dicebat
22 eis, Quomodo nōdū intelligitis? Et ve-
niūt Bethsaidā: & adducūt ei cæcū, & ro-
23 gabāt eū vt illū tāgeret. Et apprehensa
manu cæci, eduxit eū extra vicū: & ex-
puens in oculos eius impositis manibus
24 suis, interrogauit eū si quid videret. Et
aspiciēs, ait, Video homines velut arbo-
25 res, ambulantes. Deinde iterū imposuit
manus sup oculos ei⁹: & cœpit videre, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

restitutus est, ita vt clarè videret omnia.
Et misit illū in domum suā, dicēs, Vade 26
in domū tuā: & si in vicū introieris, ne-
Mat. 16,13 mini dixeris. ¶ Et egressus est Iesus & 27
discipuli eius in castella Cæsareæ Philip-
pi: & in via interrogabat discipulos suos,
Luc. 9,18. dicēs eis, ¶ Quē me dicunt esse homines?
*Alij MS. Qui respōderunt illi, dicētes, *Iohannē 28
R.B. Baptistā, alij Eliā, alij verò quasi vnū de
prophetis. Tūc dicit illis, Vos verò quē 29
me esse dicitis? Respondēs Petrus, ait ei,
Tu es Christus. Et cōminatus est eis ne 30
cui dicerēt de illo. Et cœpit docere eos, 31
quoniā oportet filiū hominis pati multa,
& reprobari à senioribus & à summis sa-
cerdotibus & Scribis, & occidi: & post
tres dies resurgere. Et palā verbū loque- 32
batur. Et apprehendēs eum Petrus, cœpit
increpare eū. Qui conuersus, & videns 33
discipulos suos, cōminatus est Petro, di-
cēs, Vade retro me Satana, quoniā nō sa-
pis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominū.
Et cōuocata turba cum discipulis suis, 34
Mat. 10,38 dixit eis, ¶ Si quis vult me sequi, deneget
& 16,24. semetipsum: & tollat crucē suā, & sequa-
Luc. 9,23. tur me. ¶ Qui enim voluerit animā suā 35
& 14,27. saluā facere, perdet eā: qui autē perdide-
Luc. 17,33. rit animā suā propter me & Euāgelium,
Ioā. 12,25. saluā faciet eā. Quid enim proderit ho- 36
mini, si lucretur mundum totū: & detri-
mentum animæ suæ faciat? Aut, quid 37
dabit homo cōmutationis p anima sua?
Mat. 10,33. ¶ Qui enim me "confusus' fuerit, & ver- 38
Luc. 9,26. ba mea in generatione ista adultera &
& 12,9. peccatrice: & filius hominis "confun-
"confes- detur' eum, cùm venerit in gloria patris
sus o. sui cum angelis sanctis.
"cōfitebi-
tur o. CAP. IX.
Mat. 16,27 ET dicebat illis, ¶ Amē dico vobis, quia 1
Luc 9,27. sunt quidā de hīc stātibus qui nō gu-
Matt. 17,1. stabunt mortē, donec videāt regnum Dei
Luc. 9,28. venientes in virtute. ¶ Et post dies sex "as- 2
"assumpsit sumit' Iesus Petrū & Iacobū & Iohannē:
MS. B.S. & ducit illos in montē excelsum seorsum
solos, & transfiguratus est corā ipsis. Et 3
vestimēta eius facta sunt splendentia &
cādida nimis velut nix, qualia fullo non
potest super terrā cādida facere. Et ap- 4
paruit illis Elias cū Moyse: & erāt loquē-
tes cum Iesu. Et respondens Petrus, ait 5
Iesu, Rabbi, bonū est nos hic esse: & fa-
ciam⁹ tria tabernacula, tibi vnū, & Moy-
si vnū, & Eliæ vnum. Nō enim sciebat 6
quid diceret: erāt enim timore exterriti.
& facta est nubes obumbrās eos: & vē- 7
nit vox de nube, dicēs: Hic est filius me⁹
charissimus: audite illū. Et statim cir- 8
cunspicientes, neminē amplius viderūt,
nisi Iesum tantùm secū. ¶ Et descēden- 9
Mat. 17,9. tibus illis de mōte, præcepit illis ne cui-
quā quæ vidissent, narrarēt: nisi cū filius
hominis à mortuis resurrexerit. Et ver- 10
bū cōtinuerunt apud se: cōquirētes quid
esset, Cùm à mortuis resurrexerit. Et 11
Mala. 4,5. interrogabant eum, dicentes, ¶ Quid ergo
dicūt Pharisæi & Scribæ, quia Eliā opor-
tet venire primùm? Qui respondens, ait 12
illis, Elias cùm venerit primò, restituet
omnia: & quo modo ¶ scriptum est in fi- Isa. 53
lium hominis, vt multa patiatur & con- Malac.
13 tēnatur. ¶ Sed dico vobis quia & Elias Mat.
venit (& fecerunt illi quæcunque volue-
14 runt) sicut scriptum est de eo. Et venies
ad discipulos suos, vidit turbam magnam
circa eos, & Scribas cōquirentes cū illis.
15 Et cōfestim omnis populus videns Ie-
sum, stupefactus est, & expauerunt: & ac-
16 currētes salutabāt eum. Et interrogauit
17 eos, Quid inter vos cōquiritis? ¶ Et re-
spondens vnus de turba, dixit, Magister,
attuli filiū meū ad te habentem spiritum
18 mutum: qui vbicunq. eum apprehēderit, allidit illum, & spumat, & stridet dē-
tibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt
19 eicerēt illum, & nō potuerunt. Qui re-
spōdens "eis', dixit, O generatio incredu-
la, quādiu apud vos ero? quandiu vos pa-
20 tiar? afferte illū ad me. Et attulerunt eū.
Et cùm vidisset eum, statim spiritus con-
turbauit illum: & elisus in terrā, voluta-
21 batur spumans. Et interrogauit patrem
eius, Quantū temporis est ex quo ei hoc
22 accidit? At ille ait, Ab infantia: & fre-
quēter eum in ignē & in "aquas' misit, vt
eū perderet. sed si quid potes, adiuua nos, "aquam
23 misertus nostri. Iesus aūt ait illi, Si po- MS. C.
tes credere, omnia possibilia sunt credē-
24 ti. Et cōtinuò exclamans pater pueri, cū
lachrymis aiebat, Credo Dñe: adiuua in-
25 credulitatē meam. Et cùm videret Iesus
concurrētem turbā, cōminatus est spiri-
tui immundo, dicens illi, Surde & mute
spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: &
26 amplius ne introeas in eum. Et excla-
mans, & multum discerpēs eum, exiit ab
eo: & factus est sicut mortuus, ita vt mul-
27 ti dicerent, Quia mortuus est. Iesus au-
tem tenens manum eius, eleuauit eum:
28 & surrexit. Et cùm introisset in domū,
discipuli eius secretò interrogabāt eum,
Quare nos non potuimus eiicere eum?
29 Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest
30 exire, nisi in oratione & ieiunio. ¶ Et in- Mat. 17
de profecti prætergrediebātur Galilæam:
31 nec volebat quenquam scire. ¶ Docebat Luc. 9,
autem discipulos suos, & dicebat illis,
Quoniā filius hominis tradetur in man⁹
hominū, & occidēt eum, & occisus tertia
32 die resurget. At illi ignorabāt verbum:
33 & timebāt interrogare eum. Et venerūt
Capharnaū. Qui cùm domi "esset', inter- "essent
rogabat eos, Quid in via tractabatis? B.S.
34 At illi tacebant. siquidem in via inter se dis-
35 putauerant ¶ quis eorum maior esset. Et Mat. 18
residēs vocauit duodecim, & ait illis, Si- Luc. 9,
quis vult primus esse, erit omniū nouis-
36 simus, & omnium minister. Et accipiēs
puerū, statuit eū in medio eorum. quem
37 cùm complexus esset, ait illis, Quisquis
vnum ex huiusmodi pueris receperit in
nomine meo: me recipit. & quicunque
me susceperit, non me suscipit, sed eum

qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui misit me. ¶ Respõdit illi Iohannes, 38
dicés, Magister, vidimus quẽdã in nomine tuo eiicientẽ dæmonia qui nõ sequitur nos, & prohibuimus eũ. Iesus autẽ 39
ait, Nolite ꝓhibere eum. ¶ nemo est enim qui faciat virtutẽ in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. qui enim nõ 40
est aduersum ⁿvos, ꝓ vobis'est. ¶ Quis- 41
quis eñ potũ dederit vobis calicẽ aquæ *in nomine meo, quia Christi estis: amẽ dico vobis, non perdet mercedem suam.
¶ Et quisquis scãdalizauerit vnũ ex his 42
pusillis credẽtibus in me: bonũ est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. ¶ Et si scã- 43
dalizauerit te manus tua, abscinde illã. bonũ est tibi debilẽ introire in vitã, quã duas manus habentẽ ire in gehennã, in
ignẽ inextinguibilẽ, ¶ vbi vermis eorũ 44
nõ moritur, & ignis nõ extinguitur. Et 45
si pes tuus te scãdalizat, amputa illũ: bonũ est tibi claudũ introire in vitã æternã quã duos pedes habentẽ, mitti in gehen-
nã ignis inextinguibilis, vbi vermis eo- 46
rũ nõ moritur, & ignis non extinguitur.
Quod si oculus tuus scãdalizat te, eiice 47
eũ. bonum est tibi luscũ introire in regnũ Dei, quã duos oculos habentẽ, mitti in
gehennã ignis, vbi vermis eorũ nõ mo- 48
ritur, & ignis nõ extinguitur. ¶ Omnis 49
enim igne salietur: & omnis victima sale salietur. ¶ Bonum est sal. quod si sal in- 50
sulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

CAP. X.

ET inde exurgẽs, venit in fines Iudææ 1
vltra Iordanẽ: & cõueniunt iterum turbæ ad eũ. & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes Pharisæi, 2
interrogabant eũ, Si licet viro vxorẽ dimittere? tentantes eum. At ille respon- 3
dẽs, dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt, ¶ Moyses permisit li- 4
bellũ repudij scribere, & dimittere. Quibus respõdens Iesus, ait, Ad duritiã cor- 5
dis vestri scripsit vobis præceptũ istud.
ab initio autẽ creaturæ ¶ masculum & 6
fœminã fecit eos Deus. ¶ Propter hoc, 7
relinquet homo patrem suum & matrẽ: & adhærebit ad vxorẽ suã, & erunt duo in 8
carne vna. Itaq. iã non sunt duo, sed vna caro. ¶ Quod ergo Deus cõiũxit, homo 9
non separet. Et in domo iterũ discipuli 10
eius de eodẽ interrogauerunt eũ. Et ait 11
illis, Quicunq. dimiserit vxorẽ suã, & aliã duxerit; adulterium cõmittit sup eã.
Et si vxor dimiserit virum suum, & a- 12
lij nupserit, mœchatur. Et offerebãt illi paruulos vt tãgeret illos. Discipuli aũt 13
cõminabantur offerentibus. Quos cũ 14
videret Iesus, indignè tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos: talium enim est regnũ Dei.
Amẽ dico vobis: quisquis nõ receperit 15
regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et cõplexans eos, & inponens 16
17 manus super illos, benedicebat eos. Et cũ egressus esset in ⁿ via', procurrens quidã genu flexo ante eum, rogabat eum *, ¶ Magister bone, quid faciã vt vitã æter-
18 nã percipiã? Iesus autẽ dixit ei, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi
19 vnus, Deus. ¶ Præcepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudẽ feceris,
20 Honora patrem tuum & matrẽ. At ille respondens, ait illi, Magister, hæc omnia
21 obseruaui à iuuentute mea. Iesus autẽ intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnum tibi deest: vade, quæcũq. habes vẽde & da pauperibus, & habebis thesaurũ
22 in cœlo: & veni, sequere me. Qui contristatus in verbo, abiit mœrens. erat eñ
23 habens multas possessiones. Et circunspiciens Iesus, ait discipulis suis, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum
24 Dei introibunt! Discipuli autẽ obstupescebãt in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecuniis, in regnũ Dei
25 introire! Facilius est camelum per foramen acus transire, quã diuitẽ intrare in
26 regnum Dei. Qui magis admirabantur, dicẽtes ad semetipsos, Et quis potest sal-
27 uus fieri? Et intuẽs illos Iesus, ait, Apud homines impossibile est: sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud
28 Deũ. ¶ Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sum⁹ te.
29 Respõdens Iesus, ait, Amẽ dico vobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me & propter Eu-
30 angelium: qui nõ accipiet cẽties tãtum, nunc in tẽpore hoc; domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios & agros, cũ ꝑsecutionib⁹; & in seculo futuro, vitã æter-
31 nã. ¶ Multi autẽ erũt primi, nouissimi; &
32 nouissimi, primi. Erãt aũt in via ascẽdẽtes Ierosolymã: & ꝑcedebat illos Iesus, & stupebãt: & sequẽtes timebãt. ¶ Et assumẽs iterum duodecim, cœpit illis dicere
33 quæ essent ei euẽtura: Quia ecce ascendimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, & Scribis & senioribus, & dãnabunt eũ morte, & tra-
34 dẽt eũ gẽtibus, & illudẽt ei, & cõspuent eũ, & flagellabunt eũ, & interficiẽt eum,
35 & tertia die resurget. ¶ Et accedunt ad eum Iacobus & Iohãnes filij Zebedæi, dicẽtes, Magister, volumus vt quodcunque
36 petierim⁹ facias nobis. At ille dixit eis,
37 Quid vultis vt faciã vobis? Et dixerũt, Da nobis vt vnus ad dexterã tuã, & alius ad sinistrã tuam sedeamus in gloria tua.
38 Iesus autẽ ait eis, Nescitis quid petatis. potestis biberecalicẽ quem ego bibo: aut ⁿbaptismo' quo ego baptizor, baptizari?
39 At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus aũt ait eis, Calicẽ quidẽ quẽ ego bibo bibetis, & ⁿbaptisma' quo ego baptizor baptizabimini: sedere autẽ ad dexterã meã,
40 vel ad

*viam 5 MS. B.G. *dicens, MS.B.S. Mat.19, 16 Luc.18, 18. Exo.20,13.

Mat.19,27. Luc.18,28.

ⁿbaptismũ MS.G.

ⁿbaptismo MS.R.B.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

-6 MS.G.S.
vel ad finistrã, nõ est meũ dare-vobis', sed quibus paratũ est. ‖ Et audiẽtes de- 41
Mat. 20,24 Luc.22,25. cẽ, cœperunt indignari de Iacobo & Iohãne. Iesus aũt vocãs eos ait illis, ‖ Sci- 42
tis quia hi qui vidẽtur principari gẽtib⁹, dominãtur eis: & principes eorũ potestatẽ habẽt ipsorũ. Non ita est autẽ in vo- 43
in vobis G.S. bis, sed quicunq. voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicunq. voluerit in vobis prim⁹ esse, erit omniũ seruus. 44
Nã & filius hominis nõ venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animã suã redemptionẽ pro multis. ‖ Et 45 46
Mat.20,29. Luc. 18,35. veniunt Iericho: & proficiscẽte eo de Iericho, & discipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viã mendicans. Qui cùm 47
audisset quia Iesus Nazarenus est: cœpit clamare, & dicere, Iesu fili Dauid, miserere mei. Et cõminabantur ei multi, 48
vt taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Et stãs Iesus 49
præcepit illũ vocari. Et vocant cæcũ dicentes ei; Animæquior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimẽto suo exiliẽs, 50
vẽnit ad eũ. Et respõdens Iesus dixit illi, Quid tibi vis faciã? Cæcus autẽ dixit 51
ei, Rabboni vt videã. Iesus autẽ ait illi, 52
Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

CAP. XI.

Mat.21, 1. Luc.19,19. ET cũ appropinquarẽt Ierosolymæ & 1
Bethaniæ ad montẽ oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis, Ite in 2
castellũ quod cõtra vos est, & statim introeũtes illuc, inuenietis pullũ ligatum, super quẽ nemo adhuc hominũ sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis vobis 3
dixerit, Quid facitis? dicite quia Dño necessari⁹ est: & cõtinuò illũ dimittet huc.
Et abeuntes inuenerunt pullũ ligatum 4
ante ianuã foris in biuio: & soluunt eũ.
⁹dicebat MS q. Et quidã de illic stãtibus⁹ dicebãt illis, 5
Quid facitis soluẽtes pullũ? Qui dixe- 6
runt eis sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eis. ‖ Et duxerunt pullum ad 7
Ioh.12, 14. Iesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eũ. Multi autẽ vestimẽta 8
sua strauerunt in via: alij autẽ frõdes cędebãt de arboribus, & sternebant in via.
Et qui præibãt & qui sequebantur cla- 9
Mat.21, 9. Luc.19, 38. Ps.117, 24. mabant, dicẽtes, Hosan-na, ‖ Benedictus qui venit in nomine Dñi. benedictum 10
quod venit regnum patris nostri Dauid, Hosan-na in excelsis. ‖ Et introiuit Ie- 11
Mat.21,10 Luc.19, 45 rosolymã in templũ: & circumspectis omnibus, cùm iã vespera esset hora, exiit in Bethaniã cũ duodecim. Et alia die cũ 12
Mat.21,19 exirẽt à Bethania, esuriit. ‖ Cumq. vidisset à lõgè ficũ habentẽ folia, vẽnit si- 13
quid fortè inueniret in ea. & cùm venisset ad eam, nihil inuẽnit præter folia. non enim erat tempus ficorum. Et re- 14
spondens dixit ei, Iam non amplius in æternũ ex te fructũ quisquã mãducet. Et audiebãt discipuli eius. Et veniunt Ie- 15
rosolymã. Et cũ introisset in tẽplum, cœpit eicere vẽdentes & ementes in tẽplo, & mẽsas numulariorũ, & cathedras vẽ- 16
dentiũ columbas euertit. & nõ sinebat vt quisquã transferret vas per templum: 17
& docebat, dicẽs eis, Nõne scriptũ est, ‖ Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gẽtibus? ‖ Vos autẽ fe- 18
cistis eã speluncã latronum. Quo audito, principes sacerdotum & Scribæ quærebãt quomodo eũ perderẽt. timebãt eũ eum: quoniã vniuersa turba admirabatur 19
super doctrina eius. Et cũ vespera facta 20
esset, egrediebatur de ciuitate. ‖ Et cũ manè trãsirent, viderunt ficũ aridã factã 21
à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce, ficus cui maledixisti, aruit. Et respõdens Iesus ait illis, Habe- 22 23
te fidẽ Dei. amẽ dico vobis quia quicũque dixerit huic mõti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, 24
fiat: fiet ei. ‖ Propterea dico vobis, omnia quæcunq. orãtes petitis, credite quia 25
accipietis, & euenient vobis. ‖ Et cùm stabitis ad orandũ, dimittite siquid habetis aduersus aliquẽ: vt & pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata ve- 26
stra. Quòd si vos nõ dimiseritis: nec pater vester qui in cælis est, dimittet vobis 27
peccata vestra. Et veniunt rursus Ierosolymã. Et cũ ambularet in tẽplo, accedunt ad eum summi sacerdotes & Scribę 28
& seniores, & dicũt ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hãc potestatẽ vt ista facias? Iesus autẽ respondens, 29
ait illis, Interrogabo vos & ego vnũ verbum, & respõdete mihi: & dicã vobis in 30
qua potestate hæc faciã. Baptismus Iohannis, de cælo erat, an ex hominibus? 31
Respõdete mihi. At illi cogitabãt secũ, dicentes, Si dixerimus, De cælo; dicet, 32
Quare ergo nõ credidistis ei? Si dixerimus, Ex hominibus, ⁹timebãt⁹ populum. omnes enim habebãt Iohannẽ quia verè propheta esset. Et respondentes dicunt 33
Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam. CAP. XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineã pastinauit homo, & circundedit 1
sepẽ, & fodit lacũ, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis: & peregrè profectus 2
est. Et misit ad agricolas in tẽpore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu 3
vineę. Qui apprehensum eũ ceciderũt: & dimiserunt vacuũ. Et iterũ misit ad 4
illos aliũ seruũ: & illũ in capite vulnerauerunt, & cõtumeliis affecerunt. Et rursum aliũ misit, & illũ occiderunt: & plures alios: quosdã cædentes, alios verò oci- 5
dẽtes. Adhuc ergo vnũ habens filium charissimũ: & illũ misit ad eos nouissimũ, dicẽs, Quia reuerebuntur filiũ meũ. 6
Coloni aũt dixerunt ad inuicẽ, Hic est 7
hæres: venite, occidam⁹ eũ: & nostra erit

hæreditas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hæreditas. Et apprehẽdentes eum, occi- 8
derũt: & eiecerũt extra vineã. Quid er- 9
go faciet dominus vineæ? Veniet, & per-
det colonos: & dabit vineam aliis. Nec 10
scripturã hanc legistis, ‖ Lapidẽ quem re-
probauerunt ædificantes, hic factus est in
caput anguli, A Dño factum est istud, & 11
est mirabile in oculis nostris? Et quære- 12
bãt eũ tenere: & timuerũt turbã. cogno-
uerũt enim quoniã ad eos parabolã hanc
dixerit. Et relicto eo, abierũt. ‖ Et mit- 13
tunt ad eum quosdã ex Pharisæis & He-
rodianis: vt eum caperẽt in verbo. Qui 14
veniẽtes dicunt ei, Magister, scimus quia
verax es, & nõ curas quẽquam: nec enim
vides in faciẽ hominum, sed in veritate
viam Dei doces. licet dari tributũ Cæsa-
ri an nõ dabimus? Qui sciẽs versutiam 15
illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte
mihi denariũ vt videã. At illi attule- 16
runt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc,
& inscriptio? Dicũt ei, Cæsaris. Respon- 17
dens aũt Iesus, dixit illis, ‖ Reddite igitur
quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt
Dei, Deo. Et mirabantur super eo. ‖ Et 18
venerũt ad eum Sadducæi qui dicunt re-
surrectionẽ non esse: & interrogabãt eum
dicẽtes, Magister, Moyses nobis scripsit, 19
‖ vt si cuius frater mortuus fuerit, & di-
miserit vxorẽ, & filios nõ reliquerit, ac-
cipiat frater eius vxorẽ ipsius, & resusci-
tet semẽ fratri suo. Septem ergo fratres 20
erãt: & primus accepit vxorẽ, & mortuus
est nõ relicto semine. Et secũdus acce- 21
pit eã, & mortuus est: & nec iste reliquit
semen. Et tertius similiter. Et accepe- 22
runt eam similiter septẽ: & non reliquc-
runt semen. Nouissima omniũ defuncta
est & mulier. In resurrectione ergo cùm 23
resurrexerint, cuius de his erit vxor? sep-
tẽ enim habuerũt eam vxorem. Et re- 24
spondẽs Iesus, ait illis, Nónne ideo erra-
tis, non scientes scripturas, neq. virtutem
Dei? Cùm enim à mortuis resurrexe- 25
rint, neq. nubent, neq. nubentur, sed sunt
sicut angeli *in cælis. De mortuis autem 26
quòd resurgãt, nõ legistis in libro Moysi,
super rubum quomodo dixerit illi Deus,
inquiens, ‖ Ego sum Deus Abraham, &
Deus Isaac, & Deus Iacob? Nõ est Deus 27
mortuorũ, sed viuorũ. Vos ergo multum
erratis. Et accessit vnus de Scribis qui 28
audierat illos conquirẽtes. & videns quo-
niã bene illis respõderit, interrogauit eũ
quod esset primum omnium mandatum.
Iesus aũt respõdit ei, Quia primũ om- 29
niũ mandatũ est, ‖ Audi Israël, Dñs Deus
tuus, Deus vnus est. Et diliges Dñm 30
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota
virtute tua. Hoc est primum mandatum.
Secundũ autem simile est illi, ‖ Diliges 31
proximũ tuum tanquam teipsum. Maius
horũ aliud mandatum nõ est. Et ait illi 32
Scriba, Bene Magister, in veritate dixisti,
quia vnus est Deus, & nõ est alius præter
33 eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex
toto intellectu, & ex tota anima, & ex to-
ta fortitudine: & diligere proximũ tãquã
seipsum: maius est omnibus holocauto-
34 matibus & sacrificiis. Iesus autẽ videns
quòd sapiẽter respondisset, dixit illi, Non
es longè à regno Dei. Et nemo iam aude-
35 bat eum interrogare. ‖ Et respõdens Ie- *Mat.22,42.*
sus, dicebat, docens in templo, Quomodo *Luc.20,41.*
dicũt Scribæ Christum filiũ esse Dauid?
36 Ipse enim Dauid dicit in Spiritu san-
cto, ‖ Dixit Dominus Dño meo, sede à *Ps.109,1.*
dextris meis, donec ponã inimicos tuos
37 scabellũ pedũ tuorum. Ipse ergo Dauid
dicit eũ Dñm: & vnde est filius eius? Et
38 multa turba eũ libẽter audiuit. Et dice-
bat eis in doctrina sua, ‖ Cauete à Scribis, *Mat.23,6.*
qui volunt in stolis ambulare, & salutari *Luc. 11,43.*
39 in foro, & in primis cathedris sedere in *& 20, 46.*
synagogis, & primos discubitus in cœ-
40 nis: qui deuorant domos viduarum sub
obtentu prolixæ orationis: hi accipient
41 prolixius iudicium. ‖ Et sedens Iesus *Luc.21,1.*
contra gazophylacium, aspiciebat quo-
modo turba iactaret æs in gazophylaciũ,
42 & multi diuites iactabant multa. Cùm
venisset aũt vidua vna pauper, misit duo
43 minuta, quod est quadrans. & conuocãs
discipulos suos, ait illis, Amẽ dico vobis,
quoniã vidua hæc pauper plus omnibus
misit qui miserunt in gazophylacium.
44 Omnes enim ex eo quod abundabat il-
lis, miserũt: hęc verò, de penuria sua, om-
nia quæ habuit misit, totum victũ suum.

CAP. XIII.

1 ET cùm egrederetur de templo, ait illi *Mat.24,1.*
vn⁹ ex discipulis suis, Magister, aspice *Luc.21,5.*
2 quales lapides, & quales structuræ. Et
respõdens Iesus, ait illi, Vides has omnes
magnas ædificationes? ‖ Non relinquetur *Luc.19,44.*
3 lapis super lapidẽ qui nõ destruatur. Et
cũ sederet in mõte oliuarũ cõtra tẽplum,
interrogabant eũ separatim Petrus & Ia-
4 cõbus & Iohãnes & Andreas, Dic no-
bis, quãdo ista fient? & quod signum erit
quãdo hæc omnia incipiẽt consummari?
5 Et respondens Iesus cœpit dicere illis,
6 ‖ Videte, ne qs vos seducat. multi enim *Ephes 5,6.*
veniẽt in nomine meo dicentes quia ego *2 Thes.2,3.*
7 sum: & multos seducẽt. Cùm audieritis
aũt bella & opiniones bellorũ, ne timue-
ritis. oportet enim hæc fieri: sed nondum
8 finis. Exurget enim gens cõtra gentẽ, &
regnũ super regnũ: & erunt terræmotus
per loca, & fames. Initiũ dolorum, hæc.
9 Videte autẽ vosmetipsos. Tradẽt enim
vos in conciliis, & in synagogis vapula-
bitis, & ante præsides & reges stabitis
10 propter me, in testimonium illis. Et in
omnes gentes primum oportet prædicari
11 euangelium. ‖ Et cũ duxerint vos tradẽ- *Mat. 10,19*
tes, nolite præcogitare quid loquamini: *Luc. 12, 11.*
sed quod datũ vobis fuerit in illa hora, id *& 21,14.*
loquimini. non enim vos estis loquẽtes:
12 sed Spiritus sanctus. Tradet autẽ frater
fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ: & consur-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gent

gent nīj in parētes, & morte afficiēt eos.
Et eritis odio omnibus, propter nomen 13
meū. Qui aūt sustinuerit in finē, hic sal-
uus erit. ¶ Cùm aūt videritis abomina- 14
Dan.9,27. tionē desolationis*, stantē, ¶ vbi nō debet
*Q.n. (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa
Mat.24,16 sunt, fugiāt in mōtes: & qui sup tectū, 15
Luc.21,21. ne descēdat in domū, nec introeat vt tol-
lat quid de domo sua: & qui in agro e- 16
rit, nō reuertatur retro, tollere vestimen-
tū suum. Væ aūt prægnātibus & nutriē- 17
tibus in illis diebus. Orate verò vt hye- 18
me nō fiant. Erūt enim dies illi tribula- 19
tiones tales, quales non fuerunt ab initio
creaturæ quā cōdidit Deus vsq. nūc, neq.
fiēt. Et nisi breuiasset Dns dies, nō fuis- 20
set salua omnis caro: sed propter electos
Mat. 24,26 quos elegit, breuiauit dies. ¶ Et tunc si- 21
Luc.21,8. quis vobis dixerit, Ecce, hīc est Christus,
ecce illic; ne credideritis. Exurgēt enim 22
pseudochristi & pseudoprophetæ: & da-
būt signa & portēta ad seducēdos, si fieri
poteſt, etiā electos. Vos ergo videte ecce 23
Exec.32,7. prædixi vobis omnia. ¶ Sed in illis die- 24
Isa.13,10. bus post tribulationē illā Sol cōtenebra-
Ioel.2,10. bitur, & luna non dabit splendorē suum:
3i,3.15. & stellæ cæli erunt decidentes, & virtu- 25
tes quæ in cælis sunt, mouebuntur. Et 26
tunc videbunt filiū hominis venientē in
Mat.24,31. nubibus, cū virtute multa & gloria. ¶ Et 27
tunc mittet angelos suos, & congregabit
electos suos à quatuor ventis, à summo
terræ vsq. ad summū cæli. A ficu autem 28
discite parabolā. Cùm iā ramus eius te-
ner fuerit, & nata fuerint folia: cognosci-
tis quia in proximo sit æstas. sic & vos 29
cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in
proximo sit in ostiis. Amen dico vobis, 30
quoniā non trāsibit generatio hæc, donec
omnia ista fiant. Cælū & terra trāsibūt, 31
verba autem mea nō transibunt. De die 32
Mat.24,42 aūt illo vel hora nemo scit, neq. angeli in
cælo, neq. filius: nisi pater. ¶ Videte, vi- 33
gilate, & orate. nescitis enim quādo tem-
pus sit. Sicut homo qui peregrè profe- 34
ctus reliquit domū suam: & dedit seruis
suis potestatem cuiusq. operis, & ianitori
præcepit vt vigilet. Vigilate ergo (ne- 35
scitis enim quādo dns domus veniat: se-
rò, an media nocte, an galli cantu, an ma-
nè) ne cùm venerit repētè, inueniat vos 36
Mat.26,2. dormientes. Quod autē vobis dico, om- 37
Luc.22,1. nibus dico, Vigilate. CAP. XIIII.
ªautem 1 ERat autem Pascha & Azyma post bi- 1
MS.B.G. duum: & quærebāt summi sacerdotes
S. & Scribæ quomodo eum dolo tenerēt &
ªin populo occiderēt. Dicebāt ªenim', Nō in die fe- 2
MS.R.B. sto, ne fortè tumultus fieret ªpopuli'. ¶ Et 3
S. cū esset Bethaniæ in domo Simōnis Le-
Mat.26,6. prosi, & recumberet, venit mulier habēs
Ioan. 12,1. alabastrū vnguēti nardi ªspicati' pretiosi:
ªpistici 2 & fracto alabastro, effudit super caput e-
MS.G. ius. ¶ Erāt autē quidam indignè ferentes 4
Q.n. intra semetipsos, & dicētes, Vt quid per-
Mat.26,8. ditio ista vnguēti facta est? Poterat enim 5
Ioan. 12,4. vnguentū istud vænūdari plus quàm tre-
cētis denariis, & dari pauperibus. Et fre-
6 mebāt in eā. Iesus autē dixit, Sinite eā,
quid illi molesti estis? Bonū opus opera-
7 ta est in me. semper enim pauperes ha-
betis vobiscū: & cùm volueritis, potestis
illis benefacere: me autē non semper ha-
8 betis. Quod habuit hæc, fecit: præuēnit
9 vngere corpus meū in sepulturā. Amen
dico vobis, vbicunq. prædicatum fuerit
Euāgelium istud in vniuerso mundo, &
quod fecit hæc, narrabitur in memoriam
10 eius. ¶ Et Iudas Iscariotes vnus de duo-
decim abiit ad summos sacerdotes, vt p-
11 deret eū illis. Qui audiētes gauisi sunt:
& promiserunt ei pecuniam se daturos.
Et quærebat quomodo ¶ illum opportunè
12 traderet. Et primo die Azymorū quādo
pascha immolabant, dicunt ei discipuli,
Quò vis eamus, & paremus tibi vt mā-
13 duces pascha? Et mittit duos ex discī-
pulis suis, & dicit eis, ite in ciuitatem: &
occurret vobis homo lagenā aquæ baiu-
14 lans, sequimini eum: & quocūq. intro-
ierit, dicite dño domus quia magister di-
cit, Vbi est refectio mea, vbi pascha cum
15 discipulis meis māducem? Et ipse vobis
demōstrabit cœnaculū grāde stratum: &
16 illic parate nobis. Et abierunt discipuli
eius, & venerūt in ciuitatē: & inuenerūt
sicut dixerat illis, & parauerunt pascha.
17 ¶ Vespere aūt facto, venit cum duode-
18 cim. ¶ Et discumbētibus eis & manducā-
tibus, ait IESVS, Amē dico vobis,
quia vnus ex vobis tradet me, qui mādu-
19 cat mecum. At illi cœperunt contristā-
ri, & dicere ei singulatim, Nunquid ego?
20 Qui ait illis, ¶ Vnus ex duodecim qui
21 intingit mecū in catino. ¶ & fi-
lius quidē hominis vadit ¶ sicut scriptum
est de eo: vę aūt homini illi per quē filius
hominis ªtradetur'. bonū erat ei, si nō es-
22 set natus homo ille. Et māducātibus il-
lis, ¶ accepit Iesus panē: & benedicēs fre-
23 git, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est cor-
24 pus meū. Et accepto calice, gratias agēs
dedit eis. & biberunt ex illo oēs. Et ait
illis, Hic est sanguis meus noui testamē-
25 ti, qui pro multis effundetur. Amē dico
vobis, ªquia' iam non bibā de *genimine
vitis vsq. in diē illū cū illud bibā (nouū)
26 in regno Dei. Et hymno dicto, exierunt
27 in mōtē oliuarū. Et ait eis Iesus, ¶ Om-
nes scādalizabimini in me' in nocte ista:
quia scriptum est: ¶ Percutiā pastorem, &
28 dispergētur oues*. Sed postquā resurre-
29 xero, ¶ præcedā vos in Galilæam. Petrus
aūt ait illi, Et si omnes scandalizati fue-
30 rint*: sed nō ego. Et ait illi Iesus, Amē
dico tibi, qa tu hodie in nocte hac, priusq
quā gallus vocē bis dederit, ter me es ne-
31 gaturus. At ille amplius loquebatur, Et
si oportuerit me simul cōmori tibi, nō te
negabo. Similiter aūt & omnes dicebant.
32 ¶ Et veniūt in prædiū, cui nomē Geth-
semani. Et ait discipulis suis, ¶ Sedete hic
33 donec orem. Et assumit Petrū & Iacobū

& Io-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& Iohanné fecũ : & cœpit pauere & tædere. Et ait illis, Triſtis eſt anima mea vſq.ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate.
Et cùm proceſsiſſet paululum, procidit ſuper terram : & orabat vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora: Et dixit, Abba, pater, omnia tibi poſsibilia ſunt, trãsfer calicé hunc à me. ſed nõ quod ego volo, ſed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormiẽtes. Et ait Petro, Simon, dormis? non potuiſti vna hora vigilare? Vigilate, & orate vt nõ intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ prõptus eſt, caro verò infirma.
Et, iterũ abiẽs, orauit, eundẽ ſermonem dicens. Et reuerſus, denuò inuenit eos dormiẽtes (erãt enim oculi eorũ grauati) & ignorabãt quid reſpõderẽt ei. Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requieſcite. Sufficit; vẽnit hora: ecce, filius hominis ⁽traderetur⁾ in manus peccatorũ.
Surgite, eamus. ecce, qui me ⁽tradet⁾, propè eſt. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iſcariotes vnus de duodecim, & cũ eo ‖ turba multa cum gladiis & lignis, *à ſummis ſacerdotibus & Scribis & ſenioribus. Dederat aũt traditor eius ſignum eis dicẽs, Quẽcunq. oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eũ, & ducite cautè. Et cùm vẽniſſet, ſtatim accedẽs ad eũ ait, Rabbi. & oſculatus eſt eum. At illi manus iecerũt in eum: & tenerũt eum. Vnus aũt quidã de circunſtantibus educẽs gladiũ, percuſsit ſeruũ ſummi ſacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus, ait illis, Tanquã ad latronẽ exiſtis cum gladiis & lignis comprehẽdere me? quotidie eram apud vos in templo docens, & nõ me tenuiſtis. Sed vt impleãtur ſcripturæ. ‖ Tũc diſcipuli eius relinquẽtes eum, omnes fugerunt. Adoleſcẽs aut quidã ſequebatur eũ amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerũt eum. At ille ⁽reiecta⁾ ſindone, nudus profugit ab eis. ‖ Et adduxerunt Ieſum ad ſummũ ſacerdotẽ: & cõuenerunt omnes ſacerdotes & Scribæ & ſeniores. Petrus aũt álonge ſecutus eſt eum vſq intrò in atriũ ſummi ſacerdotis: & ſedebat cũ miniſtris ad ignẽ, & calefaciebat ſe. ‖ Summi verò ſacerdotes & omne cõcilium quærebãt aduerſus Ieſum teſtimoniũ, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi enim teſtimonium falſum dicebãt aduerſus eũ: & conuenientia teſtimonia non erãt. Et quidã ſurgentes, falſum teſtimoniũ ferebant aduerſus eum, dicentes, Quoniam nos audiuimus eũ dicẽtem, ‖ Ego diſſoluam tẽplum hoc manu factũ, & ⁽per⁾ triduum aliud nõ manufactum, ædificabo.
Et nõ erat conueniẽs teſtimoniũ illorum. Et exurgens ſummus ſacerdos in mediũ, interrogauit Ieſum, dicẽs, Nõ reſpõdes quicquã ad ea quæ tibi obiiciũtur ab his? Ille aũt tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es Chriſtus filius

62 ⁽Dei⁾ benedicti? Ieſus autem dixit illi, Ego ſum: ‖ & videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis*, & veniẽtem cũ
63 nubibus cæli. Summus autem ſacerdos ſcindẽs veſtimenta ſua, ait, Quid adhuc
64 deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiã. quid vobis videtur? Qui omnes cõdemnauerũt eũ eſſe reũ mortis. Et cœperũt quidã conſpuere eum, & velare faciẽ eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei, Prophetiza. & miniſtri alapis eũ
66 cædebant. ‖ Et cũ eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſummi ſa-
67 cerdotis. & cùm vidiſſet Petrũ calefacientẽ ſe, aſpiciens illũ, ait, Et tu cũ Ieſu
68 Nazareno eras. At ille negauit, dicens, Neq. ſcio, neque noui quid dicas. Et exiit
69 foras ante atriũ: & gallus cãtauit. ‖ Rurſus autẽ cùm vidiſſet illũ ancilla, cœpit dicere circunſtantibus, Quia hic ex illis
70 eſt. At ille iterũ negauit. ‖ Et poſt puſillũ rurſus qui aſtabãt, dicebãt Petro, Ve-
71 rè ex illis es: nã & Galilæus es. Ille aũt cœpit anathematizare & iurare, Quia
72 neſcio hominẽ iſtum quem dicitis. Et ſtatim gallus iterũ cãtauit. ‖ Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus, Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. CAP. XV.

1 ET confeſtim, manè conſiliũ facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & Scribis & vniuerſo cõcilio, vinciẽtes Ie-
2 ſum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eũ Pilatus, Tu es rex Iudæorũm? At ille reſpondens, ait illi, Tu dicis.
3 ‖ Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes
4 in multis. ‖ Pilatus aũt rurſum interrogauit eum, dicẽs, Non reſpõdes quicquã? vide in quãtis te accuſant. Ieſus autem
5 amplius nihil reſpondit: ita vt miraretur
6 Pilatus. Per diẽ aũt feſtum ſolebat dimittere illis vnũ ex vinctis quemcunque
7 petiſſent. Erat autẽ qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui
8 in ſeditione fecerat homicidiũ. Et cùm ⁽aſcendiſſet⁾ turba, cœpit rogare; ſicut
9 ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſpõdit eis, & dixit, Vultis dimittã vobis
10 regem Iudæorũ? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacer-
11 dotes. Pontifices aũt concitauerũt turbam, vt magis Barabban dimitteret eis.
12 ‖ Pilatus autẽ iterũ reſpõdens, ait illis, Quid ergo vultis faciã regi Iudæorum?
13 ‖ At illi iterũ clamauerunt, Crucifige
14 eum. Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant,
15 Crucifige eũ. Pilatus aũt volẽs populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbã, & tradidit Ieſum flagellis cæſum vt crucifige-
16 retur. ‖ Milites aũt duxerunt eũ in atriũ prætorij, & conuocant totam cohortem:
17 & induunt eũ purpura, & imponũt ei,
18 plectẽtes, ſpineã coronam. Et cœperunt
19 ſalutare eũ, Aue rex Iudæorum. Et percutiebãt caput eius arũdine: & cõſpuebãt

eum.

*Mat. 24,30 *Dei o.
Mat. 26,69 Luc. 22,55. Ioã. 18,17.
Mat. 26,71.
Luc. 22,58. Ioã. 18,25.
Mat. 26,75 Ioã. 13,38.
Mat. 27,1. Luc 22,66. Ioã. 18,28.
Mat. 27,12. Luc. 25,6. Ioã. 18,33.
⁽vsciferæta esset⁾ G. S. Q. n.
Mat. 27,22 Luc. 23,14. Ioã. 18,39. & 19,6.
Mat. 27,2. Ioan. 19,2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eum.& ponẽtes genua,adorabãt eũ. Et 20
postquã illuserũt ei,exuerunt illum pur-
pura,& induerũt eum vestimẽtis suis: &
Mat. 27,32 educunt illum vt crucifigerẽt eum. ¶ Et 21
Luc.23,26. angariauerunt prætereuntẽ quempiã,Si-
monẽ Cyrenæum venientẽ de villa,patrẽ
Alexandri & Rufi, vt tolleret crucẽ eius.
Mat. 27,33 ¶ Et perducũt illũ in Golgotha locum: 22
Luc.23,33. quod est interpretatum , Caluariæ locus.
Ioã.19,17. Et dabant ei bibere myrrhatũ vinũ: & 23
Mat. 27,35 nõ accepit. ¶ Et crucifigẽtes eũ,diuise- 24
Luc.23,34. rũt vestimẽta eiº, mittẽtes sorte sup eis,
Ioã. 19,23. quis quid tolleret. Erat aũt hora tertia: 25
& crucifixerũt eũ. Et erat titulus causæ 26
eius inscriptus , REX IVDAEO-
RVM. Et cum eo crucifigũt duos latro- 27
nes:vnũ à dextris,& alterũ à siniſtris eius.
Isa. 53,12. Et impleta est scriptura quæ dicit,¶ Et 28
cũ iniquis reputatus est. Et prætereũtes 29
blasphemabãt eũ,mouentes capita sua,&
dicẽtes,Vah¶ qui ℣destruit'templũ*,& in
Ioan.2,19. trib.diebus ℣ædificat': saluũ fac temet- 30
℣destruis ipsum descẽdens de cruce. Similiter & 31
MS.R. summi sacerdotes illudẽtes , ad alterutrũ
Q.n. cũ Scribis dicebãt, Alios saluos fecit, se-
*Dei o. ipsum non potest saluũ facere. Christus 32
℣reędificas rex Israël descẽdat nunc de cruce: vt vi-
MS.R. deamus & credamus. Et qui cũ eo cruci-
Q.n. fixi erãt,cõuitiabantur ei. Et facta hora 33
sexta,tenebræ factæ sunt per totã terram
vsq.in horã nonã. Et hora nona excla- 34
Psal.21,1. mauit Iesus voce magna, dicens, ¶ Eloi,
Mat.27,46 eloi, lãmasabacthani? quod est interpre-
tatũ,Deus meus,Deus meus, vt quid de-
reliquisti me? Et quidã de circũstanti- 35
bus audiẽtes dicebant, Ecce, Eliã vocat.
Currẽs autẽ vnus, & implẽs spongiam 36
Psal. 68,22 ¶ aceto,circũponẽº q. calamo, potũ dabat
℣Q.n. ei,℣dicẽs, Sinite': videamus si veniat E-
lias ad deponẽdum eũ. Iesus aũt emissa 37
voce magna expirauit. Et velum tẽpli 38
scissũ est in duo,à summo vsq. deorsum.
Videns autẽ cẽturio qui ex aduerso sta- 39
bat, quia sic clamans expirasset: ait, Verè
Mat.27.55 hic homo,filius Dei erat. ¶ Erãt autẽ & 40
mulieres dẽlonge aspicientes: inter quas
erat Maria Magdalene , & Maria Iacobi
℣Iose G.S. minoris &℣ Ioseph' mater , & Salome:
*quæ R. *& cùm esset in Galilæa, ¶ sequebantur 41
G.S. eũ,& ministrabant ei,& aliæ multæ quæ
Luc.8,2. simul cum eo ascenderant Ierosolymam.
Mat.27,57 ¶ Et cùm iam serò esset factũ(quia erat 42
Luc.23,50. Parascéue, quod est ante sabbathũ) vẽ- 43
Ioã. 19,38. nit Ioseph ab Arimathæa nobilis decu-
rio , qui & ipse erat expectãs regnũ Dei:
& audacter introiuit ad Pilatum,& petiit
corpus Iesu. Pilatus autẽ mirabatur si 44
iã obiisset. Et accersito cẽturione, inter-
rogauit eũ si iã mortuus esset. Et cùm 45
cognouisset à centurione , donauit corpus
Ioseph. Ioseph autẽ mercatus sindonẽ, 46
& deponẽs eum inuoluit sindone , & po-
suit eum in monumento quod erat exci-
sum de petra,&aduoluit lapidẽ ad ostium
℣Iose G.S. monumẽti. Maria autem Magdaléne & 47
Q.n. Maria ℣Ioseph' aspiciebãt vbi poneretur.

CAP. XVI.

1 ET cùm transisset sabbathum , Maria Mat. 28,
Magdaléne & Maria Iacobi , & Sa- Luc 24,
lóme emerunt aromata, vt veniẽtes vn- Ioan. 20,
2 gerẽt Iesum. Et valde manè vna sabba-
thorum, veniunt ad monumentum : orto
3 iam Sole. Et dicebãt ad inuicem, Quis
reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽ-
4 ti? Et respicientes viderunt reuolutum
5 lapidẽ. Erat quippe magnus valde. ¶ Et Mar.16,
introeuntes in monumẽtum, viderũt iu- Luc.24,
uenẽ sedentẽ in dextris, coopertum stola Ioã.20,
6 cãdida:& obstupuerunt. Qui dicit illis,
Nolite expauescere: Iesum quæritis Na-
zarenum,crucifixum:surrexit,nõ est hîc,
7 ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite,
dicite discipulis eius & Petro¶ quia℣ præ- ℣præcedit
cedit' vos in Galilæã': ibi eum videbitis, MS. B.
8 ¶ sicut dixit vobis. At illæ exeuntes,fu- Mat.26,
gerũt de monumẽto . inuaserat enim eas Sap.18,
tremor & pauor: & nemini quicquã di-
9 xerũt.timebãt enim. Surgẽs autẽº ma- ºIesus MS.
nè , prima sabbathi , ¶ apparuit primò B.R.G.
Mariæ Magdalénæ, ¶ de qua eiecerat se- Ioã.20,
10 ptem dæmonia. Illa vadẽs nũtiauit his Luc.8,2.
qui cum eo fuerãt, lugẽtibus & flẽtibus.
11 Et illi audientes quia viueret, & visus
12 esset ab ea,nõ crediderunt. Post hęc aũt
¶ duobus ex his ambulãtibus ostẽsus est Luc.24,
13 in alia effigie,euntibus in villam. & illi
eũtes nuntiauerunt cæteris: nec illis cre-
14 diderunt. Nouissimè recumbentibus Luc.24,
illis vndecim apparuit : & exprobrauit Ioã.20,
incredulitatẽ eorũ & duritiã cordis,quia
iis qui viderãt eum resurrexisse , nõ cre-
15 diderunt. Et dixit eis,¶ Euntes in mun- Mat.28,
dum vniuersum prædicate Euangelium
16 omni creaturæ. Qui crediderit & bapti-
zatus fuerit,saluus erit. qui verò nõ cre-
17 diderit:condẽnabitur. Signa aũt eos qui
crediderint,hæc sequentur : ¶ In nomine Act.16,
meo¶ dęmonia eiicient,¶ Linguis loquẽtur Act.2,4
18 nouis, ¶ Serpẽtes tollẽt, & si mortiferũ & 10,46
quid biberint,nõ eis nocebit,¶ Sup ęgros Act.28,8
19 manus imponẽt: & bene habebunt. Et Act.28,
Dñs quidẽ Iesus postquã locutus est eis, Luc.24,
¶ assumptus est in cælum, & ℣sedit' à de- ℣sedet MS.
20 xtris Dei. Illi autẽ profecti prædicaue- q. B.
runt vbique: Domino cooperante,& ser-
monem confirmante sequentibus signis.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAP. I.

1 QVONIAM quidem multi conati
sunt ordinare narrationem quæ
in nobis completæ sunt rerum;
2 sicut tradiderũt nobis, qui ab initio ipsi
viderunt , & ministri fuerunt sermonis;
3 visum est & mihi, assecuto omnia à
principio diligẽter, ex ordine tibi scribe- Act.1,1
4 re, ¶ optime Theophile, Vt cognoscas
eorũ verborũ,de quib.erudit℣es, veritatẽ. ℣es MS.
5 Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sacerdos quidã nomine Zacharias, de vi-
ce ‖ Abia: & vxor illius de filiabus Aarõ,
& nomẽ eius Elisabeth. Erãt autẽ iusti 6
ambo ante Deũ, incedentes in omnibus
mãdatis & iustificationib. Dñi sine que-
rela, & nõ erat illis filius: eò quòd esset 7
Elisabeth sterilis, & ambo processissent
in diebus suis. Factũ est autẽ: cũ sacer- 8
dotio fungeretur* in ordine vicis suæ an-
te Deũ, secundũ cõsuetudinẽ sacerdotij, 9
sorte exiit vt ‖ incẽsum poneret ingressus
in tẽplum Dñi: ‖ & omnis multitudo 10
populi erat orãs foris hora incensi. Ap- 11
paruit autem illi Angelus Dñi, stãs à de-
xtris altaris incẽsi. Et Zacharias turba- 12
tus est, vidẽs: & timor irruit super eum.
Ait autẽ ad illũ angelus, Ne timeas Za- 13
charia, quoniam exaudita est deprecatio
tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filiũ,
‖ & vocabis nomẽ eius Iohannẽ: & erit 14
gaudiũ tibi & exultatio, & multi in nati-
uitate eius gaudebũt. erit enim magnus 15
corã Dño: & vinũ & sicerã non bibet: &
Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero
matris suæ: & multos filiorũ Israël cõ- 16
uertet ad Dñm Deũ ipsorũ. & ipse præ- 17
cedet ante illũ ‖ in spiritu & virtute Eliæ:
‖ vt cõuertat corda pãtrũ in filios, & in-
credulos ad prudentiam iustorum, parare
Dño plebẽ perfectã. Et dixit Zacharias 18
ad angelũ, Vnde hoc sciã? ego enim sum
senex: & vxor mea processit in dieb. suis.
Et respõdens angelus dixit ei, Ego sum 19
Gabriel qui asto ante Deũ: & missus sum
loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et 20
ecce, eris tacens, & nõ poteris loqui vsq.
in diẽ quo hæc fiãt: pro eo quòd nõ cre-
didisti verbis meis, quæ implebuntur in
tẽpore suo. Et erat plebs expectans Za- 21
chariã: & mirabantur quòd tardaret ipse
in tẽplo. Egressus autẽ nõ poterat loqui 22
ad illos: & cognouerunt quòd visionẽ vi-
disset in tẽplo. Et ipse erat innuẽs illis; &
permãsit mutus. Et factũ est: vt impleti 23
sunt dies officij eius, abiit in domũ suã.
Post hos autem dies concepit Elisabeth 24
vxor eius: & occultabat se mẽsibus quin-
que, dicens, Quia sic fecit mihi Dñs in 25
diebus quib* respexit auferre opprobriũ
meum inter homines. In mense autem 26
sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in
ciuitatem Galilææ, cui nomẽ Nazareth,
‖ ad virginẽ desponsatã viro, cui nomẽ 27
erat Ioseph, de domo Dauid: & nomẽ vir-
ginis Maria. Et ingressus angelus, ad eã 28
dixit, Aue gratia plena, Dñs tecũ: bene-
dicta tu in mulieribus. Quæ cùm *au- 29
disset*, turbata est in sermone eius; & co-
gitabat qualis esset ista salutatio. Et ait 30
angelus ei, Ne timeas Maria, inueniſti e-
nim gratiã apud Deũ. ecce cõcipies in 31
vtero, & paries filiũ: ‖ & vocabis nomẽ
eius Iesum. hic erit magnus, & filius al- 32
tissimi vocãbitur, & dabit illi Dñs Deus
sedẽ Dauid patris eius: & regnabit in 33
domo Iacob in æternũ, & regni eius non
34 erit finis. Dixit autẽ Maria ad angelũ,
Quomodo fiet istud? quoniã virum non
35 cognosco. Et respondens angelus, dixit
ei, Spiritus sanctus superueniet in te, &
virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq.
& quod nascetur ex te Sanctũ, vocabi- -8 MS.
36 tur filius Dei. Et ecce Elisabeth cogna- G 4.
ta tua, & ipsa cõcepit filium in senectute
sua: & hic mensis, sextus est illi quæ vo-
37 catur sterilis: quia non erit impossibile
38 apud Deũ omne verbũ. Dixit autẽ Ma-
ria, Ecce ancilla Dñi, fiat mihi secundũ
verbum tuum. Et discessit ab illa ange-
39 lus. Exurgẽs autẽ Maria in diebus illis,
abiit in montana cũ festinatione in ciui-
40 tatem Iuda: & intrauit in domũ Zacha-
41 riæ, & salutauit Elisabeth. Et factũ est:
vt audiuit salutationẽ Mariæ Elisabeth,
exultauit infans in vtero eius. & repleta
42 est Spiritu sancto Elisabeth: & excla-
mauit voce magna, & dixit, Benedicta tu
inter mulieres, & benedictus fructus ven-
43 tris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat ma-
44 ter Dñi mei ad me? Ecce enim vt facta
est vox salutationis tuæ in auribus meis,
exultauit in gaudio infans in vtero meo.
45 & beata quæ *credidit*, quoniam perfi- *credidisti
cientur ea quæ dicta sunt *ei* à Domino. *tibi MS.
46 Et ait Maria: Amb. Q.n.
47 Magnificat anima mea Dñm: & exul-
tauit spiritus meus in Deo salutari meo:
48 Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ.
ecce enim ex hoc beatam me dicent om-
nes generationes.
49 Quia fecit mihi magna qui potens est,
& sanctum nomen eius.
50 Et misericordia eius *à progenie in *in gene-
progenies*, timentibus eum. rationẽ &
51 Fecit potentiã in ‖ brachio suo: ‖ dispersit generatio-
superbos mente cordis sui. nem 1 MS.
52 Deposuit potentes de sede, & exaltauit G q.
humiles. *in proge-
53 ‖ Esurientes impleuit bonis: & diuites nies & pro-
dimisit inanes. genies 8
54 Suscepit Israël puerum suum, *recor- MS. Gq. S.
datus* ‖ misericordiæ suæ; Isa. 51, 9.
55 Sicut locutus est ad patres nostros, A- Psal. 32, 10
braham & semini eius in secula. Isa. 25, 15.
56 Mãsit autẽ Maria cum illa quasi men- Psal. 33, 11
sibus tribus: & reuersa est in domũ suã. 1 Reg. 2, 5.
57 Elisabeth autẽ impletum est tẽpus pa- *memora-
58 riendi: & peperit filiũ. Et audierunt vi- ri 11 MS.
cini & cognati eius quia magnificauit R. G.
Dñs misericordiã suã cũ illa, ‖ & cõgra- Isa. 30, 18.
59 tulabãtur ei. Et factũ est: in die octauo & 41, 8.
venerunt circuncidere puerũ, & vocabãt & 54, 5.
60 eũ nomine patris sui, Zachariã. Et re- Ier. 31, 3.
spõdens mater eius, dixit, Nequaquã, sed & 20.
61 vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad il- Psa. 131, 11
lã, Quia nemo est in cognatione tua qui Gen. 17, 9.
62 vocetur hoc nomine. Innuebãt autẽ pa- & 22, 16.
63 tri eius, quẽ vellet vocari eum. Et po- Sup. 14.
stulãs pugillarẽ, scripsit, dicens, ‖ Iohãnes Sup. 13.
est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi.
64 Apertum est autẽ ilicò os eius, & lin-
gua eius, & loquebatur benedicens Deũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et factus est timor sup omnes vicinos 65
eorum: & super omnia montana Iudææ
diuulgabantur omnia verba hæc: & po- 66
suerũt omnes qui audierãt in corde suo,
dicentes, Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Dñi erat cum illo. Et Za- 67
charias pater eius repletus est Spiritu
sancto: & prophetauit dicens,

¶ Benedictus Dñs Deus Israël: quia vi- 68
sitauit & fecit redemptionem ^plebis^ suę:

¶ Et crexit cornu salutis nobis, in do- 69
mo Dauid pueri sui:

¶ Sicut locutus est per os sanctorũ, qui 70
à seculo sunt, prophetarum eius,

¶ Salutem ex inimicis nostris, & de 71
manu omnium qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum pa- 72
tribus nostris: & memorari testamenti
sui sancti.

¶ Iusiurandũ quod iurauit ad Abrahã 73
patrem nostrum, daturum se nobis; 74

Vt, sine timore, de manu inimicorum
nostrorum liberati, seruiamus illi

¶ In sanctitate & iustitia, coram ipso, 75
omnibus diebus nostris.

¶ Et tu puer, propheta Altissimi voca- 76
beris: ¶ præibis enim ante faciem Domini parare vias eius,

Ad dandã scientiam salutis plebi eius, 77
in remissionem peccatorum eorum,

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in 78
quibus visitauit nos, ¶ Oriens, ex alto,

Illuminare his qui in tenebris, & in 79
umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Puer autem crescebat, & confortaba- 80
tur spiritu, & erat in desertis vsque in
diem ostensionis suæ ad Israël.

CAP. II.

FACTũ est autẽ, in diebus illis exiit edi- 1
ctũ à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio pri- 2
ma, facta est ~a^ præside Syriæ Cyrino.

Et ibãt omnes vt profiterentur, singuli 3
in suã ciuitatẽ. Ascendit autẽ & Ioseph 4
à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæã,
*ciuitatẽ Dauid quæ vocatur ¶ Beth-lehẽ: eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factũ est au- 5 6
tẽ, cũ essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiũ suũ primogenitũ, 7
& pãnis eum inuoluit, & reclinauit eũ in
præsepio: quia nõ erat ^eis^ locus in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadẽ 8
vigilãtes, & custodientes vigilias noctis
super gregẽ suum. Et ecce, angelus Dñi 9
stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos, & timuerunt timore magno.

Et dixit illis angelus, Nolite timere: 10
ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo: quia na- 11
tus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dñs in ciuitate Dauid. Et hoc vo- 12
bis signum, Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ, & positũ in præsepio. Et subitò 13
facta est cum angelo multitudo militiæ
cælestis, laudantiũ Deum, & dicentium,

Gloria in altissimis Deo: & in terra 14
pax *hominibus ^bonæ voluntatis^. Et 15
factum est: vt discesserunt ab eis angeli
in cælum, pastores loquebãtur adinuicẽ:
Trãseamus vsq. Bethlehẽ, & videamus
hoc verbum quod factum est, ^quod Dñs
ostendit^ nobis. Et venerunt festinãtes: 16
& inuenerunt Mariã & Ioseph, & infantẽ positum in præsepio. Videntes autẽ 17
cognouerunt de verbo quod dictum erat
illis de puero hoc. Et omnes qui audie- 18
runt, mirati sunt: ~ &^ de his quæ dicta
erant à pastoribus ad ipsos. Maria autẽ 19
cõseruabat omnia verba hæc, conferens
in corde suo. Et reuersi sunt pastores, 20
glorificãtes & laudantes Deum in omnibus quæ audierãt, & viderãt sicut dictum
est ad illos. ¶ Et postquam consummati 21
sunt dies octo vt circuncideretur puer:
¶ vocatum est nõmẽ eius Iesus, quod vocatum est ab angelo prius quàm in vtero
cõciperetur. Et postquam impleti sunt 22
dies purgationis eius ¶ secundum legem
Moysi, tulerũt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Dño, (sicut scriptum est in 23
lege Dñi, ¶ Quia omne masculinum aperiẽs vuluã, sanctum Dño vocabitur.)
& vt darent hostiã ¶ secundũ quod dictum est in lege Dñi, par turturum, aut 24
duos pullos columbarum. Et ecce: homo erat in Ierusalẽ, cui nomen Simeon, 25
& homo iste iustus & timoratus, expectãs cõsolationẽ Israël: & Spiritus sanctus erat in eo. Et respõsum acceperat à 26
Spiritu sancto, nõ visurum se mortẽ, nisi
prius videret Christũ Dñi. Et venit in 27
spiritu in templum. Et cùm inducerent
puerum Iesum parentes eius, vt facerent
secundum consuetudinem legis pro eo:
& ipse accepit eum in vlnas suas, & be- 28
nedixit Deum, & dixit,

Nunc dimittis seruum tuum Dñe, se- 29
cundum verbum tuum in pace:

Quia viderunt oculi mei, salutare tuũ, 30

Quod parasti ante faciem omnium po- 31
pulorum:

Lumen ad reuelationem gentium, & 32
gloriam plebis tuæ Israël.

Et erat ^pater eius^ & mater *mirantes 33
super his quæ dicebãtur de illo. Et be- 34
nedixit illis Simeõ: & dixit ad Mariã matrẽ eius, ¶ Ecce positus est hic in ruinã, &
in resurrectionẽ multorũ in Israël, & in
signũ cui ^cõtradicetur^; & tuã ipsi^9^ ani- 35
mã pertransibit gladius; vt reuelentur ex
multis cordibus cogitationes. Et erat 36
Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu
Aser: hæc processerat in diebus multis, &
vixerat cũ viro suo annis septem à virgi-
nitate sua. Et hæc vidua *vsq. ad annos 37
octoginta quatuor: quæ nõ discedebat de
tẽplo, ieiuniis & obsecrationibus seruiẽs
nocte ac die. Et hæc, ipsa hora super- 38
ueniẽs cõfitebatur Dño: & loquebatur de

illo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illo omnibus qui expectabãt redemptionẽ Israël'. Et vt perfecerunt omnia secundùm legem Dñi, reuersi sunt in Galilæã, in ciuitatẽ suã Nazareth. Puer autẽ
39 40 creſcebat, & cõfortabatur*; plenus ſapiẽtia: & gratia Dei erat in illo. Et ibãt pa-
41 rentes eius per omnes annos in Ieruſalẽ,
‖ in die ſolenni Paſchæ. Et cùm factus
42 eſſet annorũ duodecim, aſcẽdentibus illis in Ieroſolymã ſecũdum conſuetudinem
43 diei feſti, cõſummatiſq. diebus cũ redirent, remãſit puer Ieſus in Ieruſalẽ: & nõ
44 cognouerunt parẽtes eius. Exiſtimantes autẽ illum eſſe in comitatu, venerũt iter
45 diei, & requirebãt eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regreſsi ſunt
46 in Ieruſalẽ, requirẽtes eum. Et factũ eſt, poſt triduum inuenerũt illum in templo
47 ſedentẽ in medio doctorũ, audientẽ illos, & interrogantẽ eos. ‖ Stupebant autem
48 omnes qui eũ audiebãt, ſuper prudẽtia & reſponſis eius. Et vidẽtes admirati ſunt.
49 Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos,
50 Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi nõ intellexerunt ver-
51 bũ quod locutus eſt ad eos. Et deſcendit cũ eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus
52 illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud
53 Deum & homines. CAP. III.

1 ANno aũt quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurante Põtio Pilato Iudæã, tetrarcha autẽ Galilææ Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Ly-
2 ſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotũ Anna & Caipha: factũ eſt verbum Dñi ſuper Iohannẽ Zachariæ filiũ, in deſerto. ‖ Et vẽnit in omnem regiõẽ Iordanis, prædicãs baptiſmũ pœnitẽtiæ in remiſsionẽ peccatorũ: ſicut ſcriptũ
3 eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ: ‖ Vox clamãtis in deſerto, Parate viam
4 Dñi, rectas facite ſemitas eius. omnis
5 vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. & erunt praua in directa: & aſpera in vias planas. & videbit
6 omnis caro ſalutare Dei. Dicebat ergo
7 ad turbas quæ exibãt vt baptizarentur ab ipſo, ‖ Genimina viperarũ, quis voſtrẽdit' vobis fugere à ventura ira? Facite ergo
8 fructus dignos pœnitentiæ. & ne cœperitis dicere, Patrẽ habemus Abrahã. Dico enim vobis, quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam
9 enim ſecuris ad radicem arborum' poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructũ bonũ, excidetur, & in ignem mittetur'.
10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Reſpõdens autem
11 dicebat illis, ‖ Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autẽ & publicani
12 vt baptizarentur: & dixerunt ad illũ, Ma-
13 giſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quã quod cõſtitutum
14 eſt vobis, faciatis. Interrogabant autem eũ & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ concutiatis, neq. calumniã faciatis: & cõtenti eſtote ſtipẽ-
15 diis veſtris. Exiſtimãte autẽ populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus ſuis de
16 Iohãne, ne fortè ipſe eſſet Chriſtus: reſpõdit Iohannes, dicens omnibus, ‖ Ego quidẽ aqua baptizo vos: veniet' autem fortior me, cuius nõ ſum dignus ſoluere corrigiã calceamẽtorũ eius: ‖ ipſe vos ba-
17 ptizabit in Spiritu ſancto, & igni. ‖ cuius ventilabrũ in manu eius, & purgabit areã ſuam: & cõgregabit triticum in horreum ſuum, paleas autẽ cõburet igni inextin-
18 guibili. Multa quidem & alia exhortans
19 euãgelizabat populo. ‖ Herodes autem tetrarcha cũ corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui*, & de omnibus
20 malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Iohãnem in car-
21 cerem. ‖ Factũ eſt aũt cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orãte,
22 apertũ eſt cælũ: & deſcẽdit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de cælo facta eſt: ‖ Tu es filiꝰ meus dilectus, in te complacuit mihi. Et
23 ipſe Ieſus erat incipiẽs quaſi annorũ triginta: ‖ vt putabatur, filiꝰ Ioſeph, qui fuit
24 Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Io-
25 ſeph, qui fuit Matthathiæ, q fuit Amos, qui fuit Naũ, qui fuit Heſli, qui fuit Nag-
26 ge, qui fuit Mahath, q fuit Matthathię, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit
27 Iuda, qui fuit Iohãna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, q fuit
28 Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmadan, qui fuit
29 Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Le-
30 ui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Elia-
31 cim, qui fuit Melchaꝰ, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui
32 fuit Dauid, ‖ qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui
33 fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrõ, qui fuit Phares,
34 qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare,
35 qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit He-
36 ber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit
37 Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui
38 fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. CAP. IIII.

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane; & agebatur in

Mat. 3, 11. Mar. 1, 8. Ioan. 1, 26. Act. 1, 5. & 11, 16. & 19, 4. ᵛvenit MS. Amb. G.S. Mat. 3, 12. Mat. 14, 3. Mar. 6, 17. * Philippi R.G.S. Mat. 3, 13. Marc. 1, 9. Ioan. 1, 32. Iſa. 42, 1. Mat. 3, 17. & 17, 5. Inf. 9, 33. 2 Pet. 1, 19. Mat. 13, 55 Marc. 6, 3. Inf. 4, 22. Ioan. 1, 45. & 6, 42. ᵛMelea G.S. Mat. 1, 6. Mar. 1, 9. Mat. 4, 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Spiritu in deserto, dieb. quadraginta, 2
& tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & cōsummatis illis esuriit. Dixit autem illi diabolus, Si 3
filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.
Et respōdit ad illū Iesus, Scriptum est, 4
Quia nō in solo pane viuet homo, sed
in omni verbo Dei. Et duxit illū diabo- 5
lus in mōtē excelsum, & ostēdit illi omnia regna orbis terræ in momēto tēporis:
& ait illi, Tibi dabo potestatē hāc vni- 6
uersam, & gloriā illorū: quia mihi tradita
sunt, & cui volo do illa. Tu ergo si ado- 7
raueris corā me, erūt tua omnia. Et re- 8
spōdēs Iesus, dixit illi, Scriptū est, Dñm
Deū tuū adorabis, & illi soli seruies. Et 9
duxit illū in Ierusalē, & statuit eū super
pinnā tēpli: & dixit illi, Si filius Dei es,
mitte te hinc deorsum. Scriptū est enim 10
quòd Angelis suis mādauit de te, vt cō-
seruent te: & quia in manibus tollēt te, 11
ne fortè offendas ad lapidem pedē tuum.
Et respōdens Iesus, ait illi, Dictum est, 12
Nō tentabis Dñm Deū tuum. Et con- 13
summata omni tentatione diabolus re-
cessit ab illo, vsq. ad tēpus. Et regres- 14
sus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæā; & fama exiit per vniuersam regionē
de illo. Et ipse docebat in synagogis eo- 15
rū, & magnificabatur ab omnibus. Et 16
venit Nazareth vbi erat nutritus: & introuit secundū consuetudinē suā die sabbathi in synagogā: & surrexit legere. Et 17
traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et
vt reuoluit librū, inuenit locū vbi scriptū erat, Spiritus Dñi super me; pro- 18
pter quod, vnxit me euangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde,
prædicare captiuis remissionem, & cæ- 19
cis visum, dimittere confractos in remissionē, prædicare annū Dñi acceptū, & diē
retributionis. Et cùm plicuisset librum, 20
reddidit ministro, & sedit. Et omnium in
synagoga oculi erāt intendentes in eum.
Cœpit autē dicere ad illos: Quia hodie 21
impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et oēs testimoniū illi dabāt: & mi- 22
rabātur in verbis gratiæ, quæ procedebāt
de ore ipsius, & dicebāt, Nōne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis 23
mihi hāc similitudinem, Medice, cura teipsum: quāta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hīc in patria tua. Ait autē, 24
Amē dico vobis, quia nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. In veritate dico 25
vobis, multæ viduæ erāt in diebus Eliæ
in Israel, quādo clausum est cælū annis
tribus & mēsibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam 26
illarū missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierē viduam. Et multi le- 27
prosi erāt in Israël sub Elisæo ꝓpheta: &
nemo eorū mūdatus est nisi Naamā Syrus. Et repleti sunt oēs in synagoga ira, 28
hæc audiētes. Et surrexerūt, & eiecerūt 29
illū extra ciuitatē: & duxerunt illum vsque ad superciliū mōtis, super quē ciui- 30
tas illorū erat ædificata, vt præcipitarent
eum. Ipse aūt transiēs per mediū illorū, 31
ibat. Et descendit in Capharnaū ciuitatem Galilææ: ibiq. docebat illos sabba- 32
this. Et stupebāt in doctrina eius: quia 33
in potestate erat sermo ipsi. Et in synagoga erat homo habēs dæmonium immundū; & exclamauit voce magna, di- 34
cēs, Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te qui' sis,
Sānctus Dei. Et increpauit illū Iesus, di- 35
cēs, Obmutesce, & exi ab eo. Et cū proiecisset illū dæmoniū in mediū, exiit ab
illo, nihilq. illū nocuit. Et factus est pa- 36
uor in omnibus, & colloquebātur ad inuicē, dicētes, Quod est hoc verbum, quia
in potestate & virtute imperat immūdis
spiritibus, & exeūt? Et diuulgabatur fā- 37
ma de illo in oēm locū regionis. Surgēs 38
aūt Iesus de synagoga, introiuit in domū
Simōnis. Socrus autē Simōnis tenebatur magnis febribus: & rogauerūt illū pro
ea. Et stās super illā imperauit febri: & 39
dimisit illā. Et cōtinuò surgens, ministrabat illis. Cùm aūt sol occidisset, omnes 40
qui habebāt infirmos variis lāguoribus,
ducebāt illos ad eū. At ille singulis manus
imponēs curabat eos. Exibāt autē dæ- 41
monia à multis, clamātia & dicētia, Quia
tu es filius Dei. & increpās nō sinebat ea
loqui, quia sciebāt ipsum esse Christum.
Facta aūt die, egressus ibat in desertū 42
locum: & turbæ requirebāt eum, & venerunt vsq. ad ipsum: & detinebant illū ne
discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia 43
& aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.
Et erat prædicās in synagogis Galilææ. 44

CAP. V.

Factū est autē, cùm turbæ irruerent in 1
eū, vt audirent verbū Dei, & ipse stabat secus stagnū Genezareth. Et vidit 2
duas naues stātes secus stagnū: piscatores autem descenderant, & lauabant retia.
Ascendēs autē in vnā nauim quæ erat 3
Simōnis, rogauit eū à terra reducere pusillū. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autē loqui, dixit ad Si- 4
monē, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respōdens Simon, 5
dixit illi, Præceptor, per totā noctē laborātes, nihil cepimus: in verbo autem tuo
laxabo rete. Et cū hoc fecissent, cōclu- 6
serūt piscium multitudinē copiosam: rumpebatur autē rete eorū. Et annuerūt so- 7
ciis qui erāt in alia naui vt venirēt & adiuuarēt eos. Et veneruht & impleuerunt
ambas nauiculas, ita vt mergerentur.
Quod cū videret Simon Petrus, prōci- 8
dit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia
homo peccator sum Dñe. Stupor enim 9
circūdederat eū & oēs qui cū illo erāt, in
captura piscium quam ceperant. Similiter 10
autē Iacōbū & Iohannem filios Zebedæi
qui erāt socij Simonis. Et ait ad Simōnē

Iesus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iesus, Noli timere: ex hoc iã, homines eris capiẽs. Et subductis ad terrã nauib⁹, relictis omnibus secuti sunt eũ. Et factũ est: cùm esset in vna ciuitatũ, & ecce vir plenus lepra, & vidẽs Iesum, ⁼ &⁹ procidẽs in faciẽ, rogauit eũ, dicẽs, Dñe, si vis, potes me mundare. Et extendẽs manũ, tetigit eũ, dicẽs, Volo: Mundare. Et cõfestim lepra discessit ab illo. & ipse præcepit illi vt nemini diceret; sed Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua ‖ sicut præcepit Moyses, in testimoniũ illis. Perambulabat autẽ magis sermo de illo: & cõueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autẽ secedebat in desertũ, & orabat. Et factũ est in vna dierũ, & ipse sedebat docẽs. Et erant Pharisæi sedentes & legis doctores qui venerãt ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalẽ: & virtus Dñi erat ad sanandum eos. ‖ Et ecce viri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus: & quærebant eũ inferre, & ponere ante eũ. Et nõ inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderũt supra tectũ, & per tegulas summiserunt eũ cum lecto in mediũ ante Iesum. Quorũ fidẽ vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi dicẽtes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autẽ Iesus cogitationes eorũ, respondẽs, dixit ad illos, Quid cogitatis * in cordibus vestris?

Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?

Vt autẽ sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuã. Et cõfestim cõsurgens coram illis, tulit *in quo iacebat⁹: & abiit in domũ suã, magnificãs Deũ. Et ‖ stupor apprehẽdit oẽs: & magnificabãt Deũ. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie. Et post hæc exiit, & vidit publicanũ nomine Leui, sedentẽ ad Teloniũ, & ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. & fecit ei conuiuium magnũ Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorũ, & aliorum qui cũ illis erãt discumbẽtes. ‖ Et murmurabant Pharisæi & Scribæ eorum, dicẽtes ad discipulos eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducatis & bibitis? Et respõdẽs Iesus, dixit ad illos, Nõ egẽt qui sani sunt, medico: sed qui malè habẽt. ‖ Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. At illi dixerunt ad eũ, ‖ Quare discipuli Iohãnis ieiunãt frequẽter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorũ: tui autẽ edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios sponsi, dum cũ illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autẽ dies: & cũ ablatus fuerit ab illis spõsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autẽ & similitudinẽ ad illos, Quia nemo cõmissurã à nouo vestimento immittit in vestimentũ vetus: alioquin & nouũ rumpit, & veteri nõ conuenit cõmissura à nouo. ‖ Et nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. sed vinũ nouum in vtres nouos mittendum est: & vtraq. conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus melius est.

Mat. 9, 17. Marc. 2, 22.

CAP. VI.

FActũ est autẽ in ‖ Sabbatho secundo primo, cùm trãsiret per sata, vellebãt discipuli eius spicas, & manducabãt cõfricantes manibus. Quidã autẽ Pharisæorũ dicebant illis, Quid facitis quod nõ licet in Sabbathis? Et respondẽs Iesus ad eos, dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cùm esuriisset ipse & qui cum illo erant? ‖ quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit *his qui cũ ipso erãt, quos nõ licet mãducare ‖ nisi tantũ sacerdotibus? Et dicebat illis, Quia Dñs est filius hominis, etiã sabbathi. Factũ est autem & in alio sabbatho, vt intraret in synagogã, & doceret. ‖ Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Obseruabãt autẽ Scribæ & Pharisæi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarẽt eũ. Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manũ aridã, Surge: & sta in medium. Et surgẽs stetit. Ait autẽ ad illos Iesus, ᵂInterrogo⁹ vos, si licet sabbathis benefacere an malè: animam saluã facere an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini, Extende manũ tuã. Et extendit: & restituta est *manus eius*. Ipsi autẽ repleti sunt insipientia: & colloquebãtur ad inuicẽ, quidnã facerẽt *Iesu. Factum est autẽ in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctãs in oratione Dei.

*Mat. 12, 1. Marc. 2, 23. 1 Reg. 21, 6. *& G. Exo. 29, 32 Leu. 8, 31. & 24, 9. Mat. 12, 10 Marc. 3, 1. ᵂInterrogabo 3 MS G. S. *sanitati MS. G. *vt altera G. S. *de o.*

‖ Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit.) Simonẽ quẽ cognominauit Petrũ, & Andream fratrẽ eius, Iacobũ & Iohannẽ, Philippũ & Bartholomæũ, Matthæũ & Thomã, Iacobum Alphæi & Simonẽ qui vocatur Zelotes, & Iudã Iacobi, & Iudã Iscariotẽ, qui fuit proditor. Et descendẽs cum illis, stetit in loco cãpestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalẽ: & maritima & ⁼ &⁹ Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eũ, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabãtur à spiritib⁹ immũdis, curabãtur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat oẽs. ‖ Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

Mat. 10, 1. Mar. 3, 13. & 6, 7. Infr. 9, 1. ⁼ 1 MS. R. G. S. Mat. 5, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Isai.65,12. Isai.61,3. & 66,10. Mat.5,11.

¶ Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. ¶ Beati q nũc fletis: qa ridebitis. 21

¶ Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ, propter filiũ hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo. secundũ hæc enim faciebãt Prophetis patres eorũ. 22 23

Amos 6,1. ⁿqui MS q. Amb. Eccl. 31,8. Isa. 65,12. *vobis 3 MS. G q. S. -1 MS. G. S. ⁿprophetis o.

Veruntamẽ væ vobis diuitibus, ⁿqa' habetis consolationẽ vestrã. ¶ Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Væ* cũ benedixerint vobis -oẽs' homines. secundum hæc enim faciebant ⁿpseudoprophetis' patres eorũ. Sed vobis dico qui auditis, ¶ Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. 24 25 26 27

Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. ¶ Et qui te percutit in maxillã, præbe* & alteram. ¶ Et ab eo qui aufert tibi vestimẽtũ, etiã tunicã noli prohibere. Omni autẽ petẽti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. ¶ Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. 28 29 30 31

Mat.7,12. Tob.4,16. Mat. 5,46.

¶ Et si diligitis eos qui vos diligũt: quæ vobis est gratia? nam & peccatores, diligentes se diligũt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quę vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. 32 33

Mat.5,42. Deu.15,8.

¶ Et si mutuũ dederitis his à quib' speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. 34

Mat. 5,44.

¶ Veruntamẽ diligite inimicos vestros: benefacite & mutuũ date, nihil inde sperãtes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. 35 36

Mat.7,1.

¶ Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. nolite condemnare, & nõ cõdemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabit vobis. mensurã bonã & cõfertã & coagitatã & superefflluentẽ dabunt in sinũ vestrũ. 37 38

Mat.7,2. Marc.4,24. Mat.15,14 ⁿcadent 5 MS.R.G. Mat.10,24. Ioã. 13,16. & 15,20.

¶ Eadẽ quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autẽ illis & similitudinẽ: Nũquid potest cæc' cæcum ducere? nónne ambo in foueã ⁿcadunt'? ¶ Nõ est discipulus sup magistrũ: perfectus autẽ omnis erit, si sit sicut magister eius. 39 40

Mat.7,3.

¶ Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui: trabẽ autẽ quæ in oculo tuo est, nõ cõsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine, eiiciã festucã de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabẽ nõ videns? Hypocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucã de oculo fratris tui. 41 42

Mat. 7,17.

¶ Nõ est enim arbor bona quę facit fructũ malos: neq. arbor mala, faciẽs fructũ bonũ. 43

Mat. 7,16. & 12,33.

¶ Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neq. enim de spinis colligunt ficus: neq. de rubo vindemiãt vuã. 44

Bonus homo de bono thesauro cordis 45

sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Quid autem vocatis me ¶ Dñe, Dñe: & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostẽdam vobis cui similis sit. similis est homini ædificanti domũ, qui fodit in altũ, & posuit fundamentũ super petrã. inundatione autẽ facta, illisum est flumen domui illi, & nõ potuit eã mouere: fundata enim erat super petrã. Qui autẽ audit, & nõ facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius: & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna. 46 47 48 49

Mat.7,21. Rom.2, Iac.1,

CAP. VII.

CVm autẽ implesset oía verba sua in aures plebis, ¶ intrauit Capharnaũ. 1

Centurionis autẽ cuiusdã seruus malè habẽs, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cùm audisset de Iesu, misit ad eũ seniores Iudæorũ, rogans eũ vt veniret, & ⁿsaluaret' seruum eius. At illi cũ venissent ad Iesum, rogabant eũ solicitè, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes. diligit enim gentem nostrã: & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autẽ ibat cum illis. Et cùm iam nõ longè esset à domo, misit ad eũ Centurio amicos, dicens, ¶ Dñe, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres. propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt veniré ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. nã & ego homo sum sub potestate cõstitut', habẽs sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito, Iesus miratus est: & cõuersus, sequẽtibus se turbis, dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tantã fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, domũ: ¶ inuenerunt seruum qui languerat, sanũ. Et factum est: deinceps ibat* in ciuitatẽ quæ vocatur ⁿNaim': & ibãt cũ eo discipuli ei' & turba copiosa. Cùm autẽ appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cùm vidisset Dominus, misericordia mot' super eam, dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculũ. (Hi autẽ qui portabant, steterunt:) Et ait, Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autẽ omnes timor: & magnificabant Deum, dicẽtes, ¶ Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebẽ suam. Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionẽ. Et nuntiauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. Et cõuocauit duos de discipulis suis Iohannes: & misit ad Iesum, dicens, Tu es 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Mat.1,2. Luc.4, Mat.8, Marc.1, Luc.7,

ⁿMarc. MS. Luc.24, Iean.4, & 4,46 & 7,40 Mat.11,2

qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui venturus es, an alium expectamus?
Cùm autem venissent ad eum viri, di- 20
serunt, Iohānes Baptista misit nos ad te,
dicens, Tu es qui venturus es, an aliū ex-
pectamus? (In ipsa autem hora multos 21
curauit à languoribus & plagis, & spiri-
tibus malis: & cæcis multis donauit vi-
sum.) Et respondens, dixit illis, Euntes 22
renūtiate Iohāni quæ audistis & vidistis:
¶ Quia cæci vident, claudi ambulant, le-
prosi mundātur, surdi audiūt, mortui re-
surgunt, ¶ pauperes euangelizantur: & 23
beatus est quicunq. nō fuerit scandaliza-
tus in me. ¶ Et cùm discessissent nuntij 24
Iohannis, cœpit de Iohāne dicere ad tur-
bas, Quid existis in desertū videre? arun-
dinem vento *moueri? Sed quid existis 25
videre? hominem mollibus vestimentis
indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt
& deliciis, in domibus regum sunt. Sed 26
quid existis videre? prophetā? Vtiq. dico
vobis, & plusquā prophetam. hic est de 27
quo scriptum est: ¶ Ecce mitto angelum
meū ante faciē tuā qui præparabit viam
tuam ante te. Dico enim vobis, maior 28
inter natos mulierum propheta Iohanne
Baptista nemo est. qui autem minor est
in regno Dei, maior est illo. Et omnis 29
populus audiēs & publicani, iustificaue-
runt Deum, baptizati baptismo Iohānis.
Pharisæi autē & legis periti consilium 30
Dei spreuerunt in semetipsos, non bapti-
zati ab eo. ¶ Ait autem Dominus', Cui 31
ergo similes dicam homines generatio-
nis huius? &, cui similes sunt? Similes 32
sunt pueris sedentibus in foro, & loquen-
tibus ad inuicem, & dicentibus, Cantaui-
mus vobis tibiis, & non saltastis: lamen-
tauimus, & non plorastis. ¶ Venit *autē' 33
Iohannes Baptista ¶ neq. manducans pa-
nem, neque bibens vinum: & dicitis, Dę-
monium habet. Venit Filius hominis 34
manducans & bibens: & dicitis, Ecce ho-
mo deuorator & bibens vinum, amicus
publicanorum & peccatorum. Et iusti- 35
ficata est sapientia ab omnibus filiis suis.
Rogabat autem illum quidā de Phari- 36
sæis vt manducaret cum illo. Et ingressus
domum Pharisæi discubuit. ¶ Et ecce 37
mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, vt
cognouit q *accubuisset in domo Phari-
sæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans
retro secus pedes eius, lachrymis cœpit
rigare pedes eius, & capillis capitis sui
tergebat, & osculabatur pedes eius, & vn-
guento vngebat. Videns autē Pharisæus 39
qui vocauerat eum, ait intra se, dicens,
Hic si esset propheta, sciret vtique quæ &
qualis est mulier quæ tangit eum, quia
peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit 40
ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dice-
re. At ille ait, Magister, dic. Duo debito- 41
res erant cuidam fœneratori: vnus debe-
bat denarios quingentos, & alius quin-
quaginta. Nō habentibus illis vnde red- 42
derent, donauit vtrisque. Quis ergo *eum
43 plus *diligit'? Respondens Simon dixit, *diliget
Aestimo quia is cui plus donauit. At ille MS. G. &
44 dixit ei, Rectè iudicasti. Et cōuersus ad
mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mu-
lierem? Intraui in domum tuam, aquam
pedibus meis non dedisti: hæc autem la-
chrymis rigauit pedes meos, & capillis
45 suis tersit. Osculum mihi non dedisti:
hæc autem ex quo *intraui', non cessauit *intrauit
46 osculari pedes meos. Oleo caput meum MS. Gq. S.
non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit
47 pedes meos. Propter quod dico tibi, Re-
mittuntur ei peccata multa, quoniam di-
lexit multum. Cui autem minus dimitti-
48 tur, minus diligit. Dixit autē ad illam,
49 ¶ Remittuntur tibi peccata. Et cœpe- *Mat. 9, 2.
runt qui simul accumbebant, dicere in-
tra se: Quis est hic qui etiam peccata di-
50 mittit? Dixit autem ad mulierem, Fides *Mar. 5, 34.
tua te saluam fecit; vade in pace.

CAP. VIII.

1 ET factum est deinceps, & ipse iter fa-
ciebat per ciuitates & castella prædi-
cans & euangelizās regnum Dei: & duo-
2 decim cum illo, & mulieres aliquæ quę
erāt curatæ à spiritibus malignis & infir-
mitatibus, ¶ Maria quæ vocatur Magda- *Marc. 16, 9.
lene, de qua septem dæmonia exierant,
3 & Iohanna vxor Chusæ procuratoris
Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ
ministrabant ei de facultatibus suis.
4 Cùm autem turba plurima cōueniret, *Mat. 13, 3.
& de ciuitatibus properarent ad eum, di- Marc. 4, 2.
5 xit per similitudinē: Exiit qui seminat,
seminare semen suum. & dum seminat,
aliud cecidit secus viam, & conculcatum
est, & volucres cæli comederunt illud.
6 Et aliud cecidit supra petram: & natum
7 aruit, quia non habebat humorem. Et
aliud cecidit inter spinas; & simul exortæ
8 spinæ suffocauerunt illud. Et aliud ce-
cidit in terram bonam; & ortum, fecit
fructum centuplum. Hæc dicens clama-
bat, Qui habet aures audiendi, audiat.
9 ¶ Interrogabant autem eum discipuli *Mat. 13, 10
10 eius, quæ esset hæc parabola. Quibus Marc. 4, 10.
ipse dixit, Vobis datum est nosse my-
sterium regni Dei, cęteris autem in para-
bolis, ¶ vt videntes non videant, & audien- Isa. 6, 9.
11 tes non intelligant. Est autem hæc pa- *Mat. 13, 14
12 rabola: Semen, est verbum Dei. Qui Marc. 4, 12.
autem secus viam: hi sunt qui audiunt, Ioan. 12. 40.
deinde venit diabolus, & tollit verbum Act. 28. 26.
de corde eorum, ne credentes salui fiant. Rom. 11, 8.
13 Nam qui supra petram: qui cùm au-
dierint, cum gaudio suscipiunt verbum:
& hi radices non habent; *quia' ad tem- *qui 2 MS.
pus credunt, & in tempore tentationis G.
14 recedunt. Quod autem in spinas cecidit:
hi sunt qui audierunt, & à sollicitudini-
bus & diuitiis, & voluptatibus vitæ, eun-
tes, suffocantur, & non referunt fructum.
15 Quod autem in bonā terram: hi sunt,
qui in corde bono & optimo audientes
verbum retinent, & fructum afferunt in *Mat. 5, 15.
16 patientia. ¶ Nemo autem lucernam Marc. 4, 21.
accendens,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accendens, operit eā vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen: ‖ Non 17
Mat. 10,26 Marc. 4,22. eſt enim occultum quod nō manifeſtetur: nec abſconditū quod nō cognoſcatur, & in palàm veniat. ‖ Videte ergo quomodo 18
Mat. 13, 12 & 25,29. audiatis? Qui enim habet, dabitur illi: & quicunq. nō habet, etiā quod putat ſe habere, auferetur ab illo. ‖ venerunt autē ad illum mater & fratres eius: 19
Auditis MS. G. Marc. 4,25. & nō poterāt adire eū præ turba. Et nūtiatū eſt illi, Mater tua & fratres tui ſtant foris, volentes te videre. Qui reſpōdēs, 20 21
Mat. 12, 46 Marc. 3, 31. dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi ſunt qui verbum Dei audiunt & faciunt.

‖ Factum eſt autē in vna dierū: & ipſe 22
Mat. 8, 23. Marc. 4, 36. aſcendit in nauiculā, & diſcipuli eius: & ait ad illos, Tranſfretemus trans ſtagnū. Et aſcēderunt. Et nauigantibus illis ob- 23
dormiuit: & deſcendit procella venti in ſtagnū, & cōplebantur, & periclitabantur. Accedentes autē ſuſcitauerūt eum, 24
compellebātur o. dicētes, *Præceptor, perimus. At ille ſurgens, increpauit ventum & tempeſtatem aquæ: & ceſſauit, & facta eſt trāquillitas.
*Præceptor Gq. S. Dixit aūt illis, Vbi eſt fides veſtra? Qui 25
timentes, mirati ſunt adinuicē, dicentes, Quis, putas, hic eſt, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? ‖ Et nauigauerunt ad regionē Geraſenorū, quæ eſt cō- 29 27
Mat. 8, 28. Marc. 5, 1. tra Galilæam. Et cùm egreſſus eſſet ad terrā, occurrit illi vir quidā qui habebat
Et nauigauerunt autem MS. G. S. dæmoniū iā temporibus multis, & veſtimento nō induebatur, neq. in domo manebat, ſed in monumentis. Is vt vidit 28
Ieſum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim ſpiritui im- 29
mundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illū, & vinciebatur catenis, & cōpedibus cuſtoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta.

Interrogauit autē illum Ieſus, dicens, 30
Quod tibi nomē eſt? At ille dixit, Legio: quia intrauerāt dæmonia multa in eum.
Marc. 8, 30 Marc. 5, 1. Et rogabāt illū ne imperaret illis vt in 31
abyſſum irent. ‖ Erat autē ibi grex por- 32
corum multorū paſcentiū in monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit illis. Exierunt ergo 33
dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt. Quod vt 34
viderunt factum qui paſcebant, fugerūt: & nuntiauerunt in ciuitatē & in villas.

Exierunt autē videre quod factum eſt: 35
& venerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominē ſedentē à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autē illis & 36
qui viderāt, quomodo ſanus factꝰ eſſet à legione. & rogauerunt illū omnis mul- 37
titudo regionis Geraſenorum vt diſcederet ab ipſis: quia magno timore tenebantur. Ipſe autē aſcendens nauim, reuerſus

38 eſt. Et rogabat illū vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimiſit autē eū
39 Ieſus, dicens, Redi in domū tuā, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuerſam ciuitatē, prædicans quanta illi fe-
40 ciſſet Ieſus. Factū eſt autē: cùm rediſſet Ieſus, excepit illū turba. erāt autē omnes
41 expectantes eum. ‖ Et ecce venit vir cui Mat. 9 Marc. 5 nomē Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat: & cecidit ad pedes Ieſu, rogās eum
42 vt intraret in domū eius, quia vnica filia erat ei ferè annorū duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit: dū iret, à turbis
43 cōprimebatur. Et mulier quædā erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnē ſubſtantiā
44 ſuam, nec ab vllo potuit curari: acceſsit retrò, & tetigit fimbriā veſtimenti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.
45 Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autē omnibus dixit Petrus, & qui cū illo erant, Præceptor, turbæ te cōprimunt & affligunt; & dicis, Quis me
46 tetigit? Et dixit Ieſus, Tetigit me aliqs.
47 nā *ego noui virtutē de me exiiſſe. Videns autē mulier, quia nō latuit, trement *Leo. venit, & procidit ante pedes eius: & ob quā cauſam tetigerit eū, indicauit coram omni populo: & quemadmodū cōfeſtim
48 ſanata ſit. At ipſe dixit ei, Filia, fides tua
49 ſaluā te fecit: vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidā ad principē ſynagogæ, dicēs ei, Quia mortua eſt filia tua, pro. S.
50 noli vexare illū. Ieſus autē audito hoc verbo, reſpōdit patri puellę, Noli timere:
51 crede tantùm, & ſalua erit. Et cùm veniſſet domum, nō permiſit intrare ſecum quemquā, niſi Petrū, & Iacobum, & Io-
52 hannē, & patrē & matrē puellæ. Flebāt autē oēs, & plangebant illā. At ille dixit, Nolite flere; non eſt mortua puella, ſed
53 dormit. Et deridebant eū, ſciētes quòd
54 mortua eſſet. Ipſe autem tenens manum
55 eius clamauit, dicēs, Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit contiMat. 6 Marc. 6
56 nuò. Et iuſsit illi dare manducare. Et MS. G. ſtupuerūt parentes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

Mat. 10 Marc. 3
1 COnuocatis autē duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutē & poteſtatem ſup omnia dæmonia, & vt languores cu-
2 rarent. Et miſit illos prædicare regnum
3 Dei: & ſanare infirmos. ‖ Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neq. virgā, neque perā, neq. panē, neq. pecuniā; neque duas
4 tunicas habeatis. Et in quamcumq. domū intraueritis, ibi manete, & inde ne-
5 exeatis. Et quicumq. nō receperint vos: ‖ exeuntes de ciuitate illa, etiā puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimo-
6 niū ſupra illos. Egreſsi autē circuibant per caſtella euangelizantes & curantes
7 vbiq. Audiuit autē Herodes tetrarcha omnia quæ fiebāt ab eo: & hæſitabat eò quòd diceretur à quibuſdā, Quia Iohānes

Mat. 10 Marc. 3

ſurrexit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

surrexit à mortuis: à quibusdam verò, 8
Quia Helias apparuit: ab aliis autẽ, Quia
propheta vnus de antiquis surrexit. Et 9
ait Herodes, Iohãnẽ ego decollaui: Quis
est autem iste de quo ego talia audio? Et
quærebat videre eũ. ¶ Et reuersi Apo- 10
stoli, narrauerunt illi quæcunq fecerunt:
& assumptis illis secessit seorsum in locũ
desertũ, qui est Bethsaidę. Quod cũ co- 11
gnouissent turbæ, secutæ sunt illũ: & ex-
cepit eos, & loquebatur illis de regno Dei,
& eos qui cura indigebãt sanabat. Dies 12
aũt cœperat declinare. Et accedẽtes duo-
decim, dixerunt illi, ¶ Dimitte turbas, vt
euntes in castella villasq. quæ circa sunt,
diuertãt, & inueniãt escas: quia hic in lo-
co deserto sumus. Ait autẽ ad illos, Vos 13
date illis mãducare. At illi dixerunt, ¶ Nõ
sunt nobis plus quã quinq. panes, & duo
pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in
omnẽ hanc turbã escas. Erant autẽ fere 14
viri quinq. millia. Ait autẽ ad discipulos
suos, Facite illos discumbere per cõuiuia
quinquagenos. Et ita fecerũt. Et discũ- 15
bere fecerunt oẽs. Acceptis autẽ quinq.
panibus & duobus piscibus, respexit in
cælum, & benedixit illis: & fregit, & di- 16
stribuit discipulis suis, vt ponerent ante
turbas. Et mãducauerunt omnes: & sa- 17
turati sunt. Et sublatũ est quod superfuit
illis, fragmentorum cophini duodecim.
¶ Et factum est: cũ solus esset orãs, erãt 18
cũ illo & discipuli: & interrogauit illos,
dicẽs, Quẽ me dicunt esse turbæ? At illi 19
respondentes, & dixerunt, Iohannẽ Ba-
ptistam, alij aũt Heliã, alij verò quia vnus
Propheta de prioribus surrexit. Dixit 20
autem illis, Vos autẽ quem me esse dici-
tis? Respondẽs Simõ Petrus dixit, Chri-
stum Dei. At ille increpans illos, præce- 21
pit ne cui dicerent hoc: dicens, ¶ Quia 22
oportet filium hominis multa pati, & re-
probari à senioribus & principibus sa-
cerdotũ & Scribis, & occidi, & tertia die
resurgere. ¶ Dicebat autẽ ad omnes, Si- 23
quis vult post me venire, abneget semet-
ipsum, & tollat crucẽ suã quotidie, & se-
quatur me. ¶ Qui enim voluerit ani- 24
mam suã saluã facere, perdet illã: nã qui
perdiderit animã suã propter me: saluã
faciet illam. quid enim proficit homo, si 25
lucretur vniuersum mundũ, se autẽ ip-
sum perdat, & detrimentum sui faciat?
¶ Nã qui me erubuerit & meos sermo- 26
nes; hũc filius hominis erubescet cũ ve-
nerit in maiestate sua & patris, & sancto-
rum angelorum. ¶ Dico aũt vobis verè, 27
sunt aliqui hîc stantes, qui nõ gustabunt
mortẽ donec videant regnum Dei. ¶ Fa- 28
ctum est autem post hæc verba ferè dies
octo, & assumpsit Petrum & Iacõbum &
Iohannẽ, & ascendit in montẽ vt oraret.
Et facta est, dum oraret, species vultus 29
eius, altera: & vestitus eius, albus & re-
fulgens. Et ecce duo viri loquebãtur cũ 30
illo. Erant autẽ Moyses & Elias, visi in 31
maiestate: & dicebant excessum eius, quẽ
32 cõpleturus erat in Ierusalem. Petrus ve-
rò & qui cũ illo erãt, grauati erãt somno.
Et euigilantes, viderunt maiestatẽ eius,
33 & duos viros qui stabãt cũ illo. Et factũ
est: cùm discederent ab illo, ait Petrus ad
Iesum, Præceptor, bonũ est nos hîc esse:
& faciamus tria tabernacula, vnũ tibi, &
vnũ Moysi, & vnum Eliæ: nescieus quid
34 diceret. Hæc aũt illo loquente, facta est
nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt,
35 intrantibus illis in nubem. Et vox facta *Mat.3,17.*
est de nube, dicens, ¶ Hic est filius meus *2 Pet.1,17.*
36 dilectus: ipsum audite. Et dũ fieret vox,
inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerũt,
& nemini dixerunt in illis diebus quic- *Mat.17,14*
37 quã ex his quæ viderãt. ¶ Factũ est au- *Mar.9,17.*
tem: in sequenti die, descendentibus illis *illis MS.*
38 de monte, occurrit illi turba multa. Et *S.*
ecce vir de turba exclamauit, dicens, Ma-
gister, obsecro te, respice in filiũ meum,
39 quia vnicus est mihi: & ecce, spiritus
apprehendit eũ, & subitò clamat, & eli-
dit, & dissipat eum cũ spuma, & vix dis-
40 cedit dilanians eũ. & rogaui discipulos
tuos vt eicerent illum; & nõ potuerunt.
41 Respondẽs autẽ Iesus, dixit, O genera-
tio infidelis & peruersa, vsquequò ero
apud vos & patiar vos? Adduc huc filium
42 tuum. Et cũ accederet, elisit illũ dæmo-
niũ, & dissipauit. Et increpauit Iesus spi-
ritum immũdũ, & sanauit puerũ: & red-
43 didit illum patri eius. Stupebant autem
omnes in magnitudine Dei: omnibusq.
mirantibus in omnibus quę faciebat, di-
44 xit ad discipulos suos, Ponite vos in
cordibus vestris sermones istos, filius e-
nim hominis futurum est vt tradatur in
45 manus hominũ. At illi ignorabãt verbũ
istud, & erat velatum ante eos, vt nõ sen-
tirent illud: & timebãt eũ interrogare de *Inf.22,24.*
46 hoc verbo. ¶ Intrauit autẽ cogitatio in *Mat.18,1.*
47 eos, quis eorũ maior esset. At Iesus vi- *Mar.9,34.*
dens cogitationes cordis illorum, appre-
48 hẽdit puerũ; & statuit illum secus se, &
ait illis, Quicunq susceperit puerũ istum
in nomine meo, me recipit; & quicunque
me receperit, recipit eum qui me misit.
Nam qui minor est inter vos omnes, hic
49 maior est. Respõdens autẽ Iohannes di-
xit, Præceptor, vidimus quẽdã in nomine
tuo eicientẽ dæmonia, & prohibuimus
50 eũ: quia non sequitur nobiscũ. Et ait ad
illum Iesus, Nolite prohibere. qui enim
51 nõ est aduersum vos, pro vobis est. Fa- *nos, pro*
ctum est autẽ dum cõplerentur dies as- *nobis 6*
sumptionis eius, & ipse faciẽ suã firma- *MS.R.G.*
52 uit vt iret in Ierusalẽ. Et misit nuntios
ante conspectum suum: & euntes intra-
uerũt in ciuitatẽ Samaritanorum vt pa-
53 rarent illi. Et non receperunt eũ: quia *dicamus*
54 facies eius erat euntis in Ierusalẽ. Cùm *G.*
vidissent autẽ discipuli eius Iacobus &
Iohannes, dixerunt, Dñe, vis dicimus vt * sicut &
ignis descẽdat de cælo, & cõsumat illos? *Elias fecit*
55 Et conuersus increpauit illos, dicens, *8 MS.G.S.*

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

Ioan. 3,1. & 2,47. Mar. 8,19. *Domine MS. G.S. *Et MS. G. *suum MS Ambr. S. *& o. *quæ MS. =G.S. Q.n. Mat. 9,37. Mat. 10,16 Mar.6,8. 4 Reg. 4,29 Mat. 10,10 Deut.24,14. 1 Tim.5,18 Act. 13,51. Mat. 11,23 Mat. 10,40 Ioan.13,20 =G.S. Q.n.

Nescitis cuius spiritus estis. ¶ Filius ho- 56
minis non venit animas perdere, sed salu-
are. Et abierũt in aliud castellũ. Factũ 57
est autem: ambulantibus illis in via, dixit
quidã ad illũ, ¶ Sequar te quocũq. ieris*.
*Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habẽt, 58
& volucres cæli nidos: filius autẽ homi-
nis nõ habet vbi caput*reclinet. Ait au- 59
tem ad alterum, Sequere me. ille autem
dixit, Dñe, permitte mihi prius ire, &
sepelire patrem meum. Dixitque ei Ie- 60
sus, Sine vt mortui sepeliant mortuos
suos: tu autem vade, *annũtia regnũ Dei.
Et ait alter, Sequar te Domine, sed per- 61
mitte mihi primùm renuntiare his *qui'
domi sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo 62
mittens manum suam ad aratrum, & re-
spiciens retrò, aptus est regno Dei.

CAP. X.

POst hæc autem designauit Dominus 1
& alios septuaginta =duos', & misit
illos binos ante faciẽ suã in omnẽ ciui-
tatẽ & locũ quò erat ipse venturus. Et 2
dicebat illis, ¶ Messis quidẽ multa: opera-
rij autem pauci. Rogate ergo dominum
messis, vt mittat operarios in messem
suã. ¶ Itetecce ego mitto vos sicut agnos 3
inter lupos. ¶ Nolite portare sacculum, 4
neq. peram, neq. calceamenta: ¶ & nemi-
nẽ per viã salutaueritis. In quamcunq. 5
domũ intraueritis, primũ dicite, pax huic
domui. & si ibi fuerit filius pacis, re- 6
quiescet super illũ pax vestra: sin autẽ, ad
vos reuertetur. In eadẽ autẽ domo ma- 7
nete edentes & bibentes quæ apud illos
sunt. ¶ dignus est enim operarius mercede
sua. Nolite trãsire de domo in domũ. Et 8
in quancunq. ciuitatẽ intraueritis, & suf-
ceperint vos, mãducate quæ apponuntur
vobis: & curate infirmos qui in illa sunt, 9
& dicite illis, Appropinquauit in vos re-
gnum Dei. In quancunq. autẽ ciuitatem 10
intraueritis, & non susceperint vos, exeũ-
tes in plateas eius, dicite, ¶ Etiam pul- 11
uerem qui adhæsit nobis de ciuitate ve-
stra, extergimus in vos. tamen hoc scito-
te quia appropinquauit regnum Dei.
Dico vobis, quia Sodomis in die illa re- 12
missiùs erit, quã illi ciuitati. ¶ Væ tibi 13
Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in
Tyro & Sidõne factæ fuissent virtutes
quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio,
& cinere sedentes pœnitèrent. Verun- 14
tamẽ Tyro & Sidõni remissiùs erit in iu-
dicio, quàm vobis. Et tu Capharnaũ vs- 15
que ad cælũ exaltata: vsq. ad infernũ de-
mergẽris. ¶ Qui vos audit, me audit: & 16
qui vos spernit, me spernit. Qui autẽ me
spernit, spernit cũ qui misit me. Reuersi 17
sunt autẽ septuaginta-duo' cum gaudio,
dicẽtes, Dñe, etiam dæmonia subiiciun-
tur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Vi- 18
debã satanã sicut fulgur de cælo cadentẽ.
Ecce, dedi vobis potestatẽ calcãdi supra 19
serpentes, & scorpiones, & super omnem
virtutem inimici; & nihil vobis nocebit.
Veruntamẽ in hoc nolite gaudere, quia 20
spiritus vobis subiiciũtur: gaudete autem
quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.
¶ In ipsa hora exultauit*'spiritu', & di- 21
xit: Confiteor tibi pater, Domine cæli &
terræ, quòd abscondisti hęc à sapientibus
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis.
Etiam pater, quoniam sic placuit ante te.
Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et 22
nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis
sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius
reuelare. Et cõuersus ad discipulos suos, 23
dixit, ¶ Beati oculi qui vidẽt quæ vos vi-
detis. Dico enim vobis, quòd multi pro- 24
phetæ & reges voluerunt videre quæ vos
videtis, & non viderunt: & audire quæ
auditis, & non audierunt. ¶ Et ecce qui- 25
dã Legisperitus surrexit, tentãs illum, &
dicens, Magister, quid faciẽdo vitã æter-
nam possidebo? At ille dixit ad eum, In 26
lege quid scriptũ est? quomodo legis? Il- 27
le respõdens dixit, Diliges Dñm Deũ tuũ
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,
& ex omnibus viribus tuis, & ex omni
mẽte tua: & proximũ tuũ sicut teipsum.
Dixitq. illi; Rectè respõdisti, hoc fac, & 28
vives. Ille autem volẽs iustificare seip- 29
sum, dixit ad Iesum, Et quis est meus
proximus? *Suscipiens' autẽ Iesus, dixit: 30
Homo quidam descẽdebat ab Ierusalem
in Iericho, & incidit in latrones, qui etiã
despoliauerũt eũ: & plagis impositis ab- 31
ierunt semiuiuo relicto. Accidit autẽ vt
sacerdos quidam descenderet eadẽ viã: &
viso illo prætereuit. Similiter & Leuita, 32
cùm esset secus locũ, & videret eũ, per-
transiit. Samaritanus aũt quidã iter fa- 33
ciens, vẽnit secus eũ: & videns eũ, mise-
ricordia motus est. Et appropiãs alliga- 34
uit vulnera eius, infundens oleũ & vinũ:
& imponẽs illum in iumẽtum suum, du-
xit in stabulũ, & curã eius egit. Et altera 35
die protulit duos denarios, & dedit sta-
bulario, & ait, Curã illius habe: & quod-
cunque supererogaueris, ego cùm rediero
reddã tibi. Quis horũ triũ videtur tibi 36
proximus fuisse illi qui incidit in latro-
nes? At ille dixit, Qui fecit misericordiã 37
in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac
similiter. Factũ est autẽ dũ irent, & ipse 38
intrauit in quoddam castellum: & mulier
quædã Martha nomine, excepit illum in
domũ suam, & huic erat soror nomine 39
Maria: quæ etiã sedens secus pedes Dñi,
audiebat verbũ illius. Martha autẽ sa- 40
tagebat circa frequens ministerium. quæ
stetit & ait, Dñe, non est tibi curæ quòd
soror mea reliquit me solam ministrare?
dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respon- 41
dens, dixit illi Dñs; Martha, Martha, soli-
cita es, & turbaris erga 'plurima'. Porrò 42
vnum est necessarium. Maria optimam
partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

ET factum est: cùm esset in quodã loco
orans, vt cessauit, dixit vnus ex disci-

Mat. 11,25 *Iesus MS. G.S. *in spiritu sancto MS. S. *spiritu sancto MS. G q. Mat. 13,16 Mat. 22,35 Mar. 12,28 Deut.6. Luc.10. *Suspi-cientes. *plurima MS.

pulis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pulis eius ad eum, Dñe, doce nos orare, sicut docuit & Iohannes discipulos suos.
Et ait illis, ¶ Cùm oratis, dicite, Pater, 2
sanctificetur nomen tuũ, Adueniat regnũ
tuum, *panem nostrum quotidianũ da 3
nobis 'hodie', & dimitte nobis peccata 4
nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni
debenti nobis. Et ne nos inducas in ten-
tationẽ. Et ait ad illos, Quis vestrũ ha- 5
bebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte,
& dicet illi, Amice, cõmoda mihi tres pa-
nes, quoniã amicus meus vênit de via 6
ad me, & non habeo quod ponã ante il-
lum: & ille deintus respondens dicat, 7
Noli mihi molestus esse, iam ostiũ clau-
sum est, & pueri mei mecum sunt in cu-
bili: nõ possum surgere & dare tibi. Et 8
si ille perseuerauerit pulsans': dico vo-
bis, etsi non dabit illi surgens eo quòd a-
micus eius sit, propter improbitatẽ tamẽ
eius surget, & dabit illi quotquot habet
necessarios. ¶ Et ego dico vobis, Petite, 9
& dabitur vobis: quærite, & inuenietis:
pulsate, & aperietur vobis. Omnis e- 10
nim qui petit, accipit: & qui quęrit, inue-
nit, & pulsanti aperietur. ¶ "Quis autem 11
ex vobis patrẽ petit panẽ', nunquid lapi-
dẽ dabit illi? Aut piscẽ: nũquid pro pisce
serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ: 12
nunquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo 13
vos cùm sitis mali, nostis bona data dare
filiis vestris: quanto magis pater vester*
de cælo dabit spiritũ bonũ petẽtibus se?
¶ Et erat eiiciens dęmoniũ, & illud erat 14
mutũ. Et cũ eiecisset dæmoniũ, locut' est
mutus: & admiratæ sunt turbæ. ¶ Qui- 15
dã autem ex eis dixerunt, In Beelzebub
principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. Et 16
alij tentantes, signum de cælo quærebant
ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes 17
eorũ, dixit eis, Omne regnum in seipsum
diuisum, "desolabitur'; & dom' supra do-
mum, "cadet'. Si autẽ & Satanas in se- 18
ipsum diuisus est: quomodo stabit regnũ
eius? qnia dicitis in Beelzebub me eiice-
re dæmonia. Si autẽ ego in Beelzebub 19
eiicio dęmonia: filij vestri in quo eiiciũt?
ideo ipsi, iudices vestri erunt. Porrò si 20
in digito Dei eiicio dæmonia: profectò
peruẽnit in vos regnum Dei. Cùm for- 21
tis armatus custodit atrium suum: in pa-
ce sunt ea quæ possidet. Si autẽ fortior 22
eo superueniẽs vicerit eum: vniuersa ar-
ma eius "auferet' in quibus confidebat, &
spolia eius "distribuet'. Qui non est me- 23
cum, cõtra me est: & qui nõ colligit me-
cum, dispergit. Cùm immundus spiritus 24
exierit de homine, perambulat per loca
inaquosa, quærens requiem. Et non in-
ueniens dicit, Reuertar in domum meã
vnde exiui. Et cũ venerit, inuenit* sco- 25
pis mundatã & ornatam. Tunc vadit, & 26
assumit septem alios spiritus nequiores
se; & ingressi habitant ibi. Et fiunt no-
uissima hominis illius peiora prioribus.
Factum est autẽ: cùm hæc diceret, ex- 27
tollens vocẽ quædã mulier de turba, dixit
illi, Beatus venter qui te portauit, & hu-
28 bera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimo
beati qui audiunt verbum Dei, & custo-
29 diunt illud. Turbis autẽ concurrẽtibus
cœpit dicere, ¶ Generatio hæc, generatio Mat. 12, 39.
nequã est: signum quærit, & signum non
dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.
30 ¶ Nam sicut fuit Ionas signum Niniui- Ion. 2, 2.
tis: ita erit & filius hominis generationi
31 isti. ¶ Regina Austri surget in iudicio cũ 3 Reg. 10, 1.
viris generationis huius, & condemnabit 2 Par. 9, 1.
illos: quia vênit à finibus terræ audire
sapientiã Salomonis. & ecce plus quàm
32 Salomon hîc. Viri Niniuitæ surgent in
iudicio cũ generatione hac, & condẽna-
bunt illã: ¶ quia pœnitentiam egerunt ad Ionæ 3, 5.
prædicationẽ Ionæ, & ecce plus quã Io-
33 nas hîc. ¶ Nemo lucernã accẽdit, & in Mat. 5, 15.
abscõdito ponit, neq. sub modio: sed su- Mar. 4, 21.
pra cãdelabrũ, vt qui ingrediuntur, lumẽ
34 videãt. ¶ Lucerna corporis tui, est oculus Mar. 6, 22.
tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ
corpus tuũ lucidũ erit: si autẽ nequã fue-
rit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.
35 Vide ergo ne lumen quod in te est, te-
36 nebræ sint. Si ergo corpus tuum totum
lucidum fuerit, non habẽs aliquã partem
tenebrarũ: erit lucidũ totum, "& sicut' lu- "vt si cum
37 cerna fulgoris illuminabit te. Et cũ lo- Ex G.S. et
queretur, rogauit illum quidã Pharisæus syllabarum
vt prandęret apud se. Et ingressus recu- vicinitate
38 buit. Pharisęus aũt cœpit intra se repu- videri po-
tãs dicere quare nõ baptizatus esset ante test, Inter-
39 prandiũ. Et ait Dñs ad illũ, ¶ Nunc vos pretem sic
Pharisæi quod deforis est calicis & catini vertisse
mũdatis: quod autẽ intus est vestrũ, ple- Mat. 23, 25.
40 num est rapina & iniquitate. Stulti, nõ-
ne qui fecit quod deforis est, etiã id quod
41 deintus est fecit? Veruntamen quod su-
perest, date eleemosynam: & ecce om-
42 nia munda sunt vobis. Sed væ vobis
Pharisæis, quia decimatis mentam & ru-
tam & omne olus: & præteritis iudicium
& charitatẽ Dei. hæc autẽ oportuit face-
43 re, & illa nõ omittere. ¶ Væ vobis Pha- Inf. 20, 45.
risæis, quia diligitis primas cathedras in Mat. 23, 6.
44 synagogis, & salutationes in foro. Væ Mar. 12, 38.
vobis quia estis vt monumenta quæ non
apparent, & homines ambulantes suprà,
45 nesciunt. Respondens autem quidã ex
Legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens
46 etiam contumeliam nobis facis. At il-
le ait: Et vobis legisperitis væ: ¶ quia o- Mat. 23, 4.
neratis homines oneribus quæ portare
non possunt, & ipsi vno digito vestro
47 non tangitis sarcinas. Væ vobis, qui æ-
dificatis monumenta Prophetarum: pa-
48 tres autem vestri occiderunt illos. Pro-
fectò testificamini quòd consentitis ope-
ribus patrum vestrorum: quoniam ipsi
quidem eos occiderunt, vos autem æ-
49 dificatis eorum sepulchra. ¶ Propter- Mat. 23, 20.
ea & sapientia Dei dixit, Mittam ad illos
Prophetas & Apostolos, & ex illis occi-
50 dent & persequentur: vt inquiratur

sanguis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanguis omnium Prophetarũ, qui effusus
est à constitutione mundi à generatione
Gen.4,8. ista, ¶ à sanguine Abel, vsq. ad sanguinẽ 51
2 Par. 24,22 Zachariæ, ¶ qui periit inter altare & ædẽ.
Ita dico vobis, requiretur ab hac genera-
tione. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis 52
clauem scientiæ: ipsi non introistis, &
eos qui introibant prohibuistis. Cũ autem 53
hæc ad illos diceret, cœperũt Pharisæi,
& Legisperiti grauiter insistere, & os
eius opprimere de multis, insidiãtes ei, 54
& quærentes aliquid capere de ore eius,
vt accusarent eum.

CAP. XII.

MVltis autẽ turbis circunstãtibus, ita 1
vt se inuicem conculcarent, cœpit
dicere ad discipulos suos, ¶ Attendite à
Mat. 16,6. fermento Pharisæorũ, quod est hypocri-
Mar. 8,15. sis. Nihil autem operium est, quod nõ 2
Mat. 10,26 reueletur: neq. abscõditũ, quod non scia-
Mar. 4,22. tur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in 3
Nenim lumine dicentur: & quod in aurẽ locuti
MS. R. estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.
Ambros. Dico autem vobis amicis meis, Ne ter- 4
reamini ab his qui occidunt corpus, &
post hæc nõ habent amplius quid faciãt.
Ostendam autẽ vobis quẽ timeatis: ti- 5
mete eum qui postquam occiderit, habet
potestatẽ mittere in gehennam. ita dico
vobis, hunc timete. Nonne quinq. pas- 6
seres veneũt dipõdio: & vnus ex illis nõ
est in obliuione corã Deo? Sed & capilli 7
capitis vestri oẽs numerati sunt. Nolite
ergo timere: multis passerib. pluris estis.
Mat. 10,32 ¶ Dico autẽ vobis, Omnis quicunque 8
Mar. 8,38. confessus fuerit *me corã hominibus, &
2 Tim. 2,12 filius hominis confitebitur ℣illum' coram
*in 1 MS. angelis Dei. ¶ qui autem negauerit me 9
G. S. coram hominibus, ℣negabitur' coram an-
℣in illo 1 gelis Dei. ¶ Et omnis qui dicit verbum 10
MS. G. S. in filium hominis, remittetur illi: ei autẽ
Q. n. qui in Spiritum sanctum blasphemaue-
Mat. 12,33 rit, nõ remittetur. ¶ Cùm autẽ inducent 11
Marc. 3,28. vos in synagogas, & ad magistratus &
℣denega- potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut
bitur 6 quid respõdeatis, aut quid dicatis. Spiri- 12
MS. G. tus enim sanctus docebit vos in ipsa ho-
Mat. 20,19 ra ℣quid' oporteat vos' dicere. Ait autẽ 13
Mar. 13,11 ei quidam de turba, Magister, dic fratri
℣quæ 3 meo vt diuidat mecũ hæreditatẽ. At il- 14
MS. Amb. le dixit ei, Homo, quis me constituit iu-
G. dicem aut diuisorẽ super vos? Dixitq. ad 15
—3 MS. illos, Videte & cauete ab omni auaritia:
Amb. G. quia, non in abundantia, ℣cuiusquam'
℣cuiquam vita eius est, ex his quæ possidet. Dixit 16
G. autẽ similitudinẽ ad illos, dicens, ¶ Ho-
Ecc. 11,19 minis cuiusdã diuitis liuberes fructus a-
ger attulit: & cogitabat intra se dicens, 17
Quid faciã, quia nõ habeo quò congregẽ
fructus meos? Et dixit: Hoc faciã, De- 18
struã horrea mea, & maiora faciã: & illuc
cõgregabo omnia quæ nata sunt mihi, &
bona mea, & dicã animæ meæ, Anima, 19
habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, cõede, bibe, epulare. Di- 20
xit autẽ illi Deus, Stulte, hac nocte animã
tuam repetũt à te: quæ autem parasti, cu- 21
ius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat,
& nõ est in Deum dives. Dixitq. ad di- 22
scipulos suos, Ideo dico vobis: ¶ Nolite
soliciti esse animæ vestræ quid manduce-
tis: neq. corpori quid induamini. Anima 23
plus est quã esca, & corpus plus quã ve-
stimentũ. Cõsiderate coruos, quia non 24
seminãt neq. metunt, quibus non est cel-
larium neq. horreũ, & Deus pascit illos.
Quãto magis vos pluris estis illis? Quis 25
autẽ vestrũ cogitando potest adiicere ad
staturã suã cubitũ vnum? Si ergo neque 26
quod minimũ est potestis, quid de cæte-
ris solliciti estis? Considerate lilia quo- 27
modo crescunt: non laborant, neq. nent.
dico aũt vobis, nec Salomõ in omni glo-
ria sua vestiebatur sicut vnũ ex istis. Si 28
autẽ fœnũ quod hodie est in agro, & cras
in clibanũ mittitur, Deus sic vestit: quã-
to magis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite 29
quærere, quid manducetis, aut quid biba-
tis: & nolite in sublime tolli: hæc enim 30
omnia gẽtes mundi quærunt. Pater autẽ
vester scit quoniã his indigetis. Verun- 31
tamen quærite primum' regnũ Dei: &
hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ti- 32
mere pusillus grex, quia complacuit patri
vestro dare vobis regnũ. ¶ Vendite quæ 33
possidetis, & date eleemosynam. ¶ Facite
vobis sacculos qui non veterascunt, the-
saurum nõ deficientem, in cælis: quò fur
non approprĭat, neque tinea corrumpit.
Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor 34
vestrum erit. Sint lumbi vestri præcin- 35
cti, & lucernæ ardentes ~ in manibus ve-
stris': & vos similes hominibus expe- 36
ctantibus dominum suum quando re-
uertatur à nuptiis: vt cùm venerit & pul-
sauerit, confestim aperiant ei. Beati 37
serui illi, quos cùm venerit dominus, in-
uenerit vigilantes. amen dico vobis,
quòd præcinget se, & faciet illos discũ-
bere, & transiens ministrabit illis. Et si 38
venerit in secunda vigilia, & si in tertia
vigilia venerit, & ita inuenerit: beati
sunt serui illi. ¶ Hoc autẽ scitote, quo- 39
niã si sciret paterfamilias, qua hora fur
veniret, vigilaret vtique, & non sineret
perfodi domum suam. Et vos estote pa- 40
rati: quia qua hora non putatis, filius ho-
minis veniet. Ait autẽ ei Petrus, Domi- 41
ne, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad
omnes? Dixit autẽ Dominus, Quis, pu- 42
tas, est fidelis dispensator & prudens, quẽ
℣cõstituit' dominus supra familiã suam,
vt det illis in tempore tritici mensuram?
Beatus ille seruus, quẽ, cũ venerit do- 43
minus, inuenerit ita facientem. Verè 44
dico vobis, quoniam supra omnia quæ
possidet, constituet illum. Quòd si dixe- 45
rit seruus ille in corde suo, Moram facit
dominus meus venire: & cœperit percu-
tere seruos & ancillas, & edere & bibere,
& inebriari: veniet dominus serui illius 46
in die qua nõ sperat, & hora qua nescit,

Pſ 54,23. Mat. 6,25. 1 Pet. 5,7.

~21 MS. Amb. G. S. *& inde eius a.

Mat. 19,21 Mar. 6,20

~26 MS. Amb. G. S. Q. n.

Mat. 24, Apoc. 16,

℣cõstituit 2 MS. G. S.

& di-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& diuidet eum, partemq. eius cum infidelibus ponet. Ille autē seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & nō fecit secundū voluntatem eius: vapulabit multis. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni aūt cui multū datum est, multū quæretur ab eo: & cui cōmendauerūt multū, plus petēt ab eo. Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt accendatur? Baptismo aūt habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsquedum perficiatur? ¶ Putatis quia pacē veni dare in ᵃterram? Nō, dico vobis: sed separationem. erūt enim ex hoc, quinq. in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres: diuidētur pater in filiū, & filius in patrē suum, mater in filiā, & filia in matrē, socrus in nurū suā, & nurus in socrū suam.

¶ Dicebat aūt & ad turbas, Cùm videritis nubē orientē ab occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. & cùm austrum flantem, dicitis, Quia æstus erit: & fit. Hypocritæ, faciē cæli & terræ nostis probare: hoc autē tempus quomodo non probatis? Quid autē & à vobisipsis non iudicatis quod iustū est? ¶ Cùm aūt vadis cū aduersario tuo ad principē, in via da operā liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicē, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiā nouissimū minutum reddas.

CAP. XIII.

ADerant autē quidā ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respōdens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decē & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occīdit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem? Non, dico vobis: sed si pœnitentiā non ᵃhabueritis', omnes similiter peribitis. Dicebat autē hanc similitudinem, Arborem fici habebat quidā plantatā in vinea sua: & venit quærēs fructum in illa, & nō inuenit. Dixit autē ad cultorē vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructū in ficulnea hac: & nō inuenio. Succīde ergo illā: vt quid etiā terrā occupat? At ille respōdens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsquedum fodiā circa illam, & mittā stercora. & si quidem fecerit fructū: sin autem, in futurū succīdes eam. Erat aūt docēs in synagoga eorū sabbathis. Et ecce mulier quæ habebat spiritū infirmitatis annos decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quā cùm videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi, Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

14 Respōdens autem archisynagogus, indignans quia sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quib. oportet operari. in his ergo venite, & curamini: & nō in die sabbathi. 15 Respondēs aūt ad illū Dns dixit, ᵃHypocrita', vnusquisq. vestrū sabbatho non soluit bouem suū aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? 16 Hanc autē filiā Abrahę quā alligauit satanas, ecce, decem & octo annis non oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? 17 Et cùm hæc diceret, erubescebāt omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebāt ab eo. 18 ¶ Dicebat ergo, Cui simile est regnū Dei, & cui simile* ᵃæstimabo' illud? 19 Simile est grano sinâpis, quod acceptū homo misit in hortū suum, & creuit: & factū est in arborē magnam, & volucres cæli requieuerūt in ramis eius. 20 ¶ Et iterum dixit, Cui simile ᵃæstimabo' regnum Dei? 21 Simile est fermento, quod acceptū mulier abscōdit in farinæ sata tria: donec fermētaretur totū. 22 Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem. 23 Ait aūt illi quidam, Dñe, si pauci sunt qui saluāntur? Ipse autē dixit ad illos, 24 ¶ Contendite intrare per angustā portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & nō poterunt. 25 ¶ Cùm aūt intrauerit pater familiâs, & clauserit ostiū, & incipietis foris stare, & pulsare ostiū, dicētes, Dñe aperi nobis: & respondēs dicet vobis, Nescio vos vnde sitis: 26 tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibim', & in platēis nostris docuisti. 27 Et dicet vobis, ¶ Nescio vos, vnde sitis: ¶ discedite à me omnes operarij iniquitatis. 28 Ibi erit fletus & stridor dentium: cùm videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autē expelli foras. 29 Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro: & accumbent in regno Dei. 30 ¶ Et ecce sunt nouissimi qui ᵃerūt' primi, & sunt primi, qui ᵃerunt' nouissimi. 31 In ipsa die accesserunt quidā Pharisæorū, dicētes illi, Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. 32 Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. 33 Veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti = die' ambulare: quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. 34 ¶ Ierusalem, Ierusalē quæ occīdis Prophetas, & lapidas eos qui ᵃmittuntur' ad te, quoties volui cōgregare filios tuos quemadmodū auis nidum suū sub pēnis, & noluisti? 35 Ecce ᵃrelinquetur' vobis domus vestra = deserta'. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cùm dicetis, ¶ Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAP. XIIII.

1 ET factū est: cùm intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæo-

ᵃHypocritæ MS. R. Amb. G.

Mat. 13, 31 Mar. 4, 30.
*esse 2 MS.
ᵃexistimabo 4 MS.
Mat. 13, 33
ᵃexistimabo 3 MS.

Mat. 7, 13.

Mat. 25, 10

Mat. 7, 23. & 25, 41. Psal. 6, 9.

Mat. 19, 30 & 20, 16. Mar. 10 31
ᵃerant o.

= 4 MS G.

Mat. 23, 37
ᵃmisi sunt MS. G. S.
ᵃrelinquitur G S.
= 2 MS. G q.
Inf. 19, 38.

tum sa ..

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum sabbatho manducare panem, & ipsi
obseruabãt eum. Et ecce homo quidam 2
hydropicus erat ante illum. Et respon- 3
dens Iesus dixit ad Legisperitos & Pha-
risæos, dicens, Si licet sabbatho curare?
At illi tacuerunt. Ipse verò apprehen- 4
sum sanauit eum: ac dimisit. Et respon- 5
dens ad illos dixit, Cuius vestrum asinus
aut bos in puteum cadet: & nõ continuò
extrahet illũ die sabbathi? Et non pote- 6
rant ad hæc respõdere illi. Dicebat autẽ 7
& ad inuitatos parabolã, intendens quo-
modo primos accubitus eligerent, dicens
*ab aliquo G.S. ad illos, Cùm inuitatus fueris *ad nu- 8
ptias, nõ discũbas in primo loco, ne fortè
honoratior te sit inuitatus ab illo: & ve- 9
niens is qui te & illũ vocauit, dicat tibi,
Da huic locũ: & tunc incipias cũ rubore
nouissimũ locũ tenere. sed cùm vocatus 10
fueris, vade, recumbe in nouissimo loco:
vt cùm venerit qui te inuitauit, dicat ti-
Prou. 25,7. bi, ¶ Amice, ascẽde superiùs. Tũc erit tibi
Mat. 23,12 gloria corã simul discumbẽtibus: ¶ quia 11
Inf. 18,14. omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui
Tob. 4,7. se humiliat exaltabitur. Dicebat autẽ & 12
Prou. 3,9. ei qui se inuitauerat, ¶ Cùm facis prandiũ
aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neq.
fratres tuos, neq. cognatos, neque vicinos
diuites: ne fortè te & ipsi reinuitẽt, & fiat
tibi retributio. sed cùm facis conuiuiũ, 13
voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:
& beatus eris, quia nõ habẽt retribuere 14
tibi: retribuetur enim tibi in resurrectio-
ne iustorum. Hæc cùm audisset quidam 15
de simul discumbentibus, dixit illi, Bea-
tus qui *mãducabit' panem in regno Dei.
*manducat R.
Mat. 22,2. At ipse dixit ei, ¶ Homo quidam fecit 16
Apoc. 19,9. cœnam magnam, & vocauit multos. Et 17
misit seruũ suũ hora cœnæ dicere inuita-
tis vt venirẽt, quia iã parata sunt omnia.
Et cœperũt simul oẽs excusare. Primus 18
dixit ei, Villã emi: & necesse habeo exire
& videre illã; rogo te habe me excusatũ.
Et alter dixit, Iuga boum emi quinq;, 19
& eo probare illa, rogo te habe me excu-
satum. Et alius dixit, Vxorẽ duxi, & ideo 20
non possum venire. Et reuersus seruus, 21
nũtiauit hæc domino suo. Tũc iratus pa-
terfamiliãs, dixit seruo suo, Exi citò in
plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac
debiles & cæcos & claudos introduc huc.
Et ait seruus, Dñe, factũ est vt impera- 22
sti: & adhuc locus est. Et ait dominus 23
seruo, Exi in vias & sepes: & cõpelle in-
trare, vt impleatur dom' mea. Dico autẽ 24
vobis, quod nemo virorũ illorũ qui vo-
cati sunt, gustabit cœnã meam. Ibãt autẽ 25
turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit
Mat. 10,37 ad illos, ¶ Si quis venit ad me, & non 26
odit patrẽ suũ & matrem, & vxorẽ, & fi-
lios, & fratres & sorores, adhuc autem &
Mat. 10,38 animã suam: non potest meus esse disci-
& 16,24. pulus. ¶ Et qui nõ baiulat crucẽ suam, 27
Mat. 8,34. & venit post me: nõ potest meus esse di-
*nonne MS q.R. scipulus. Quis enim ex vobis volens 28
turrim ædificare, *non' prius sedẽs com-
putat sumptus qui necessarij sunt, si ha- 29
beat ad perficiẽdum: ne postea quã po-
suerit fundamentum, & nõ potuerit per-
ficere, omnes qui vidẽt, incipiãt illudere 30
ei, dicẽtes, Quia hic homo cœpit ædi- 31
ficare, & non potuit consummare? Aut
quis rex iturus cõmittere bellum aduer-
sus aliũ regem, nõ sedens prius cogitat, si
possit cum decem millibus occurrere ei
qui cum viginti millibus venit ad se?
alioquin adhuc illo longè agente, lega- 32
tionem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.
Sic ergo omnis ex vobis qui nõ renũ- 33
tiat omnibus quæ possidet, non potest
meus esse discipulus. ¶ Bonum est sal. Si 34
autem sal *euanuerit: in quo condietur?
Mat. 5,13 Neq. in terram, neque in sterquilinium 35
vtile est, sed foras mittetur. Qui habet
aures audiendi audiat. CAP. XV.
ERant autẽ appropinquantes ei publi- 1
cani & peccatores vt audirent illum.
Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, 2
dicentes, Quia hic peccatores recipit, &
mãducat cum illis. Et ait ad illos para- 3
bolã istam, dicens, ¶ Quis ex vobis ho- 4
mo qui habet centũ oues: & si perdiderit
Mat. 18, vnam ex illis, *nonne' dimittit nonagin-
tanouem in deserto, & vadit ad illã quæ
perierat, donec inueniat eam? Et cùm 5
inuenerit eam, imponit in humeros suos
gaudẽs: & veniẽs domũ conuocat ami- 6
cos & vicinos, dicẽs illis, Cõgratulamini
mihi, quia inueni ouem meã quæ perie-
rat? Dico vobis quòd ita gaudium erit in 7
cælo super vno peccatore pœnitentiam
agente, quàm super nonagintanouẽ iustis
qui nõ indigẽt pœnitẽtia. Aut quæ mu- 8
lier habẽs drachmas decem: si perdiderit
drachmã vnã, *nónne' accẽdit lucernam, *non MS.
& *euerrit' domũ, & quærit diligẽter, do- *euerrit MS.R.G.S.
nec inueniat*? Et cùm inuenerit, con- 9
uocat amicas & vicinas, dicens: Congra- *ei MS.
tulamini mihi, quia inueni drachmã quã
perdideram? Ita, dico vobis, gaudium erit 10
coram angelis Dei super vno peccatore
pœnitentiã agente. Ait autẽ, Homo qui- 11
dam habuit duos filios: & dixit adole- 12
scentior ex illis patri, Pater, da mihi por-
tionem substantiæ quæ me contingit. Et
diuisit illis substãtiam. Et nõ post mul- 13
tos dies, congregatis omnibus adolescen-
tior filius peregrè profectus est in regio-
nẽ longinquam: & ibi dissipauit substan-
tiam suam viuendo luxuriosè. Et post- 14
quam omnia *cõsummasset', facta est fa-
mes valida in regione illa, & ipse cœpit *consum
egere. Et abiit, & adhæsit vni ciuium 15
regionis illius. Et misit illũ in villã suam
vt pasceret porcos. Et cupiebat implere 16
ventrẽ suum de siliquis quas porci man-
ducabant: & nemo illi dabat. In se autẽ 17
reuersus dixit, Quanti mercenarij *patris *in domo
mei abundant panibus: ego aũt hîc fame MS. S.
pereo! Surgã, & ibo ad patrẽ meum, & 18
dicã ei, Pater peccaui in cælũ & coram te:
iam non sum dignus vocari filius tuus: 19

fac me

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fac me ficut vnũ de mercenariis tuis. Et 20
surgẽs vẽnit ad patrẽ suum. Cùm autem
adhuc lõgè esset, vidit illũ pater ipsius, &
misericordia motus est, & accurrẽs cecidit super collũ eius, & osculatus est eum.
Dixitq. ei filius, Pater, peccaui in cælũ 21
& corã te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos, 22
Citò proferte stolã primã, & induite illũ, & date annulũ in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulũ saginatũ, & occidite, & mãducemus, 23
& epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus 24
est. Et cœperunt epulari. Erat aũt filius 25
eius senior in agro. & cùm veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniã
& chorum: & vocauit vnum de seruis, 26
& interrogauit quid hæc essent. Isq. dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater 27
tuus vitulũ saginatũ, quia saluũ illũ recepit. Indignatus est aũt, & nolebat in- 28
troire. Pater ergo illi[a] egressus cœpit rogare illum. At ille respõdens, dixit patri 29
suo, Ecce tot annis seruio tibi, & nũquã
mandatũ tuũ præteriui, & nũquam dedisti mihi hœdũ vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui 30
deuorauit substãtiam [b]suã[b] cum meretricibus, vẽnit, occidisti illi vitulũ saginatũ.
At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecũ *31 t
es, & omnia mea tua sunt. epulari autẽ 32
& gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est.

CAP. XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos, 1
Homo quidã erat diues qui habebat villicũ: & hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsius. Et vo- 2
cauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem 3
villicus intra se, Quid faciã, quia dominus meus aufert à me villicationẽ? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio 4
quid faciã: vt cũ amotus fuero à villicatione, recipiãt me in domos suas. Con- 5
uocatis itaq. singulis debitoribus dñi sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum [c]cados[c] olei. 6
Dixitq. illi, Accipe cautionẽ tuam: & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde a- 7
lij dixit, Tu verò quantũ debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicũ iniquitatis, quia pru- 8
dẽter fecisset: quia filij huius seculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis a- 9
micos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in 10
maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuis- 11
tis: quod verum est quis credet vobis?
12 Et si in alieno fideles non fuistis: quod
13 vestrum est, quis dabit vobis? ¶ Nemo Mat. 6,24.
seruus potest duobus dominis seruire; aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum cõtemnet: non
14 potestis Deo seruire & mãmonæ. Audiebant autem omnia hæc * Pharisæi qui *& G.
15 erant auari: & deridebãt illũ. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos corã hominibus; Deus autẽ nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abomi-
16 natio est ante Deum. ¶ Lex & prophetæ, vsq. ad Iohannem. ex eo regnum Dei euãgelizatur, & omnis in illud vim facit. Mat. 11,12
17 ¶ Facilius est autem cælum & terram Mat. 5,18.
præterire, quàm de lege vnum apicẽ ca-
18 dere. ¶ Omnis qui dimittit vxorẽ suam, Mat. 5,32.
& alterã ducit, mœchatur: & qui dimis- Mar. 10,11
19 sam à viro ducit, mœchatur. Homo 1 Cor. 7,10
quidam erat diues [a]& induebatur purpura & byssо: & epulabatur quotidie splen- [a]qui MS.
20 didè. Et erat quidam mẽdicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, vlce-
21 ribus plẽnus: cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, * sed & *& nemo
canes veniebant, & lingẽbant vlcera eius. illi dabat MS q.
22 Factũ est aũt vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est aũt & diues: & sepultus [a]est. [a]est. Et in
23 in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cũ inferno e-
esset in tormẽtis, vidit Abraham à longe, leuãs Aug.
24 & Lazarũ in sinu eius. & ipse clamans serm. 25. de
dixit, Pater Abraham, miserere mei, & diuersis. &
mitte Lazarũ vt intingat extremũ digiti alibi. G. S.
sui in aquã, vt refrigeret linguã meam,
25 quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahã, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nũc aũt hic cõsolatur, tu verò cruciaris.
26 & in his omnibus, inter nos & vos [b]chaos magnũ firmatũ est: vt hi qui vo- [b]chasma
lũt hinc trãsire ad vos, non possint, neq. est Græcè,
27 inde huc transmeare. Et ait, Rogo ergo quod hiatum signite, pater vt mittas eum in domum patris
28 mei; habeo enim quinq; fratres: vt te- ficat: cuius
statur illis, ne & ipsi veniãt in hunc locũ significatio-
29 tormẽtorum. Et ait illi Abraham, Ha- nis est
bent Moysen & prophetas: audiant illos. & Syriaca
30 At ille dixit, Non, pater Abrahã: sed si vox.
quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiam
31 agent. Ait aũt illi, Si Moysen & prophetas non audiunt, neq. si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

1 ET ait ad discipulos suos, Impossibile Mat. 18,7.
est vt non veniãt scandala: ¶ væ autẽ
2 illi per quem veniũt. ¶ Vtilius est illi si Mar. 9,42.
lapis molaris imponatur circã collũ eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scanda-
3 lizet vnũ de pusillis istis. Attendite vobis, ¶ Si peccauerit in te frater tuus, in- Mat. 18,21
crepa illũ: & si pœnitentiã egerit, dimit- Leu. 19,17.
4 te illi. Et si septies in die peccauerit in Ecc. 19,13.
te, & septies in die cõuersus fuerit ad te, -19 MS. S.
5 dicẽs, Pœnitet me, dimitte illi. Et dixerũt Apostoli Dño, Adauge nobis fidem.
6 ¶ Dixit autem Dominus, Si haberetis Mat. 17,20

fidem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fidem ſicut granũ ſinapis, diceretis huic arbori moro, Eradicare & trãſplantare in mare: & obediret vobis. Quis autẽ veſtrum habens ſeruum aranté aut paſcentem*, qui regreſſo de agro dicat illi, Statim, Tranſi, recũbe: & non dicit ei, Para quod cœnẽ, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Nõ puto. Sic & vos cùm feceritis omnia quę præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Et factum eſt, dum iret in Ieruſalẽ, trãſibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cùm ingrederetur quoddã caſtellum, occurrerũt ei decem viri leproſi, qui ſteterũt à longe. & leuauerũt vocẽ, dicentes, Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factũ eſt: dum irent, mundati ſunt. Vnus autẽ ex illis, vt vidit quia mũdatus eſt: regreſſus eſt, cũ magna voce magnificans Deũ, & cécidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Reſpondẽs autem Ieſus, dixit, Nõne decem mũdati ſunt? & nouẽ vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te ſaluũ fecit. Interrogatus aũt à Phariſæis, Quando venit regnũ Dei? reſpõdit eis, & dixit, Non venit regnũ Dei cũ obſeruatione: neq. dicẽt, Ecce hîc, aut ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos, Veniẽt dies quãdo deſideretis videre vnũ diẽ filij hominis: & nõ videbitis. Et dicẽt vobis, Ecce hîc & ecce illic. Nolite ire, neq. ſectemini. nã ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo, in ea quę ſub cælo ſunt, fulget: ita erit filius hominis in die ſua. Primũ aũt oportet illũ multa pati, & reprobari à generatione hac. Et ſicut factum eſt in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant, & bibebãt, vxores ducebãt, & dabãtur ad nuptias, vſq. in diẽ qua intrauit Noë in arcã: & vẽnit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſicut factũ eſt in diebus Lot: Edebãt & bibebãt; emebãt, & vendebãt; plãtabant, & ædificabant: qua die aũt exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit: ſecundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcẽdat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter nõ redeat retro. Memores eſtote vxoris Lot. Quicunq; quæſierit animã ſuam ſaluã facere, perdet illã: & quicunq; perdiderit illã, viuificabit eã. Dico vobis, in illa nocte erũt duo in lectovno: vnus aſſumetur, & alter relinquetur. duæ erunt molentes in vnũ: vna aſſumetur, & altera relinquetur. duo in agro: vnus aſſumetur, & alter relinquetur'. Reſpondẽtes dicũt illi, Vbi Dñe? Qui dixit illis, Vbicunq. fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

*boues o. *oues, Amb. G.S. dicat 7 MS.R. Mat. 24,25. Mar. 13,21 Ma. 24,23. Gen. 7,5. Gen. 19,24 -4 MS.G. die 3 MS. R.G.S. Sup. 9,24. Mat. 10,39 Mar. 8,35. Ioã. 12,25. Mat. 24,40 1 Th. 4,17. -4 MS. G q. Q n. Mat. 24,41 Leu. 24,2.

CAP. XVIII.

Dicebat autem & parabolam ad illos quoniã oportet ſemper orare & nõ deficere, dicẽs, Iudex quidã erat in quadã ciuitate, qui Deũ non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicẽs, Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per multũ tẽpus. Poſt hæc aũt dixit intra ſe, Etſi Deum non timeo, nec hominẽ reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hęc vidua, vindicabo illã, ne in nouiſſimo veniens ſuggillet me. Ait autẽ Dñs, Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autẽ nõ faciet vindictam electorũ ſuorũ clamantium ad ſe die ac nocte: & patientiã habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquã iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolã iſtã*: Duo homines aſcẽdebant in templũ vt orarẽt: vnus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominũ: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiã hic publicanus. ieiuno bis in ſabbatho: decimas do omniũ quæ poſſideo. Et publicanus à longe ſtãs, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Afferebant aũt ad illũ & infantes, vt eos tangeret. Quod cùm viderẽt diſcipuli, increpabant illos. Ieſus aũt conuocãs illos, dixit, Sinite pueros venire ad me; & nolite vetare eos: talium eſt enim regnũ Dei. Amen dico vobis, quicunq. nõ acceperit regnũ Dei, ſicut puer, nõ intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus, Quid me dicis bonũ? nemo bonus niſi ſolus Deus. Mãdata noſti: Non occides, Nõ mœchaberis, Non furtum facies, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem. Qui ait, Hæc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quo audito, Ieſus ait ei, Adhuc vnum tibi deeſt: omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. His ille auditis, cõtriſtatus eſt: quia diues erat valde. Videns aũt Ieſus illum triſtem factum, dixit, Quàm difficilẽ, qui pecunias habẽt, in regnũ Dei intrabunt! Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitẽ intrare in

Eccl. 18 1 Tim. 5 Sap. 4, 11 Mat. 23, 12 Mar. 10, 13 Mat. 19, 16 Mar. 10, 17 Exo. 20, Deu. 5, Mat. 19, 18 Mar. 10, 19 Luc. 10, 25 Mat. 19, 23 Mar. 10, 24 Luc. 18, 24 *Simus MSS.

regnum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regnum Dei. Et dixerũt qui audiebant, 26
Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis, Quę 27
impoſsibilia ſunt apud homines, poſsi-
bilia ſunt apud Deum. Ait autẽ Petrus, 28
Ecce, nos dimiſimus oĩa, & ſecuti ſumus
te. Qui dixit eis, Amẽ dico vobis, nemo 29
eſt qui reliquit domum aut parentes, aut
fratres, aut vxorẽ, aut filios ꝓpter regnũ
Dei, & non recipiat multò plura in hoc 30
tempore, & in ſeculo vẽturo vitã æternã.
‖ Aſſumpſit autẽ Ieſus duodecim, & ait 31
illis, Ecce aſcẽdimus Ieroſolymã, & cõ-
ſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt
per prophetas de filio hominis. tradetur 32
enim Gẽtibus, & illudetur, & flagellabi-
tur, & cõſpuetur: & poſtquã flagellaue- 33
rint, occidẽt eũ, & tertia die reſurget. Et 34
ipſi nihil horũ intellexerunt. & erat ver-
bum iſtud abſconditum ab eis, & non in-
telligebant quæ dicebãtur. ‖ Factum eſt 35
autẽ, cùm appropinquaret Iericho, cæcus
quidam ſedebat ſecus viam, mendicans.
Et cùm audiret turbam prætereuntem, 36
interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt 37
autem ei, quòd Ieſus Nazarenus trãſiret.
Et clamauit, dicens, Ieſu fili Dauid mi- 38
ſerere mei. Et qui prę ibant, increpabãt 39
eum vt taceret. Ipſe verò multò magis
clamabat, Fili Dauid miſerere mei. Stãs 40
autem Ieſus, iuſsit illum adduci ad ſe. Et
cùm appropinquaſſet, interrogauit illũ,
dicens, Quid tibi vis faciã? At ille dixit; 41
Dñe, vt videã. Et Ieſus dixit illi, Reſpi- 42
ce, fides tua te ſaluum fecit. Et cõfeſtim 43
vidit; & ſequebatur illũ magnificãs Deũ.
Et omnis plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo.

CAP. XIX.

ET ingreſſus perambulabat Iericho, 1
Et ecce vir nomine Zacheus: & hic 2
princeps erat publicanorũ, & ipſe diues.
& quærebat videre Ieſum, quis eſſet: & 3
non poterat præ turba, quia ſtatura puſil-
lus erat. Et præcurrens aſcendit in ar- 4
borem ſycomorum vt videret eum: quia
inde erat tranſiturus. Et cũ veniſſet ad 5
locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illũ, & dixit
ad eum, Zachæe, feſtinans deſcende: quia
hodie in domo tua oportet me manere.
Et feſtinans deſcendit, & excepit illum 6
gaudens. Et cũ viderẽt omnes, murmu- 7
rabant, dicentes quòd ad hominẽ pecca-
torem diuertiſſet. Stans autẽ Zachæus, 8
dixit ad 'Dominum', Ecce dimidiũ bo-
norum meorũ, Domine, do pauperibus:
& ſiquid aliquem defraudaui, reddo qua-
druplum. Ait Ieſus ad eum, Quia hodie 9
ſalus domui huic facta eſt: eo quòd & ip-
ſe filius ſit Abrahæ. ‖ Venit enim filius 10
hominis quærere & ſaluum facere quod
perierat. Hæc illis audientibus adiiciẽs, 11
dixit parabolã, eò quòd eſſet prope Ieru-
ſalem; & quia exiſtimarent quòd confe-
ſtim regnum Dei manifeſtaretur. Dixit 12
ergo, ‖ Homo quidã nobilis abiit in re-
gionem longinguã accipere ſibi regnum,
& reuerti. Vocatis autem decem ſeruis 13
ſuis dedit eis decem mnas, & ait ad illos,
Negotiamini dum venio. 14
Ciues autem
eius oderant eum: & miſerunt legationẽ
poſt illũ, dicẽtes, Nolumus hunc regnare
super nos. Et factum eſt vt rediret acce- 15
pto regno: ⌐ &' iuſsit vocari ſeruos, qui- ⌐ 6 MS.
bus dedit pecuniã: vt ſciret quantũ quiſ- G. S.
que negotiatus eſſet. Vẽnit autẽ primus, 16
dicens, Dñe, mna tua decem mnas acqui-
ſiuit. Et ait illi, Euge bone ſerue, quia in 17
modico fuiſti fidelis, eris poteſtatẽ habẽs
ſuper decẽ ciuitates. Et alter vẽnit, di- 18
cẽs, Domine, mna tua fecit quinq. mnas.
Et huic ait, & tu eſto ſuper quinq. ci- 19
uitates. Et alter vẽnit, dicens, Domine, 20
ecce mna tua quã habui repoſitam in ſu-
dario. timui enim te, quia homo auſtẽ- 21
rus es: tollis quod non poſuiſti, & metis
quod non ſeminaſti. Dicit ei, De ore tuo 22
te iudico ſerue nequam. ſciebas quòd ego
homo auſtẽrus ſum, tollens quod nõ po-
ſui, & metẽs quod nõ ſeminaui: & quare 23
non dediſti pecuniã meã ad menſam,
& ego veniẽs cùm vſuris vtique exegiſ-
ſem illã? Et aſtantibus dixit, Auferte ab 24
illo mnam, & date illi qui decem mnas
habet. Et dixerũt ei, Domine, habet de- 25
cem mnas. ‖ Dico autẽ vobis, quia om- 26 Sup. 8, 18.
ni habẽti dabitur*: ab eo autẽ qui nõ ha- Mar. 13, 12
bet, & quod habet auferetur ab eo. Ve- 27 25, 29.
runtamẽ inimicos meos illos qui nolue- Mar. 4, 25.
runt me regnare ſuper ſe, adducite huc: *& abun-
& interficite antè me. ‖ Et his dictis, 28 dabit MS.
præcedebat aſcendens Ieroſolymã. Et 29 G 9.
factum eſt, ‖ cũ appropinquaſſet ad Beth- Mat. 21, 1.
phage & Bethaniã, ad montem qui vo- Mar. 11, 1.
catur oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos,
dicẽs, Ite in caſtellum quod cõtra* eſt: 30 *vos o.
in quod introëuntes, inuenietis pullum
aſinæ alligatum, cui nemo vnquam ho-
minum ſedit: ſoluite illũ, & adducite. Et 31
ſiquis vos interrogauerit, Quare ſoluitis?
ſic dicetis ei, Quia Dñs operã eius deſi-
derat. Abierunt autẽ qui miſsi erant: & 32
inuenerũt ſicut dixit illis, ſtantem pullũ.
Soluentibus autẽ illis pullum, dixerũt 33
domini eius ad illos, Quid ſoluitis pullũ?
At illi dixerunt, Quia Dominus eũ ne- 34
ceſſarium habet. ‖ Et duxerunt illũ ad 35 Ioan. 12, 14
Ieſum. Et iactantes veſtimenta ſua ſupra
pullũ, impoſuerũt Ieſum. Eũte aũt illo 36
ſubſternebãt veſtimẽta ſua in via. Et cũ 37
appropinquaret iã ad deſcenſum montis
oliueti, cœperunt oẽs turbæ 'deſcenden- 'a diſcipu-
tium' gaudentes laudare Deum voce ma- lorum 5
gna, ſuper omnibus quas viderant virtu- MS. G. S.
tibus, 38 dicẽtes, Benedictus qui venit rex
in nomine Dñi, pax in cælo: & gloria in
excelſis. Et quidã Phariſæorũ de turbis, 39
dixerũt ad illum, Magiſter increpa diſci-
pulos tuos. Quibus ipſe ait, Dico vobis, 40
quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. 'ſcires
Et vt appropinquauit, vidẽs ciuitatem, 41 Hier. ſa
fleuit ſuper illã, dicens, Quia ſi 'cognoui- 42 c. 2. Mi-
ſſes' & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ cheæ, &
ad pacẽ tibi. nunc autẽ abſcondita ſunt alibi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ab oculis tuis. Quia veniẽt dies in te: & 43
circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te; & coangustabunt te vndiq.
& ad terrã prosternẽt te, & filios tuos q 44
in te sunt. ¶ & non relinquẽt in te lapidẽ
Matt.24,2, Marc.13,2. Inf.21,6. super lapidẽ : eo quòd nõ cognoueris tẽpus visitationis tuæ. ¶ Et ingressus in tẽ- 45
plũ, cœpit eiicere vendentes in illo & e-
Mat.21,12 Mar.11,17. Isa.56,7. Iere.7,11. mentes, dicens illis, Scriptũ est, ¶ Quia 46
domus mea, domus orationis est : ¶ Vos
autem fecistis illã speluncã latronũ. Et 47
erat docẽs quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & Scribæ & Principes plebis quærebant illũ perdere: & nõ 48
inueniebãt quid facerẽt illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

CAP. XX.

Mat.21,23 Mar.11,27 ET factum est : in vna dierum docente 1
illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotũ
& Scribæ cũ senioribus, & aiunt dicẽtes 2
ad illum, Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut, Quis est qui dedit tibi hãc potestatẽ? Respondens autẽ Iesus, dixit ad 3
illos, Interrogabo vos & ego vnũ verbũ.
Respondete mihi, Baptismus Iohãnis de 4
cælo erat, an ex hominibus? At illi co- 5
gitabãt intra se, dicentes, Quia si dixerimus, De cælo; dicet, Quare ergo nõ credidistis illi? Si aũt dixerimus, Ex homi- 6
nibus; plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim Iohãnẽ prophetã esse. Et re- 7
sponderunt se nescire vnde esset. Et Iesus 8
ait illis, Neq; ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Cœpit autem dicere ad 9
Mat.21,33 Mar.12,1. Isa.5,1. Iere 2,21. plebẽ parabolã hanc, ¶ Homo *plantauit vineã, & locauit eã colonis: & ipse peregre fuit multis tẽporibus. Et in tẽpore* 10
misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimisertũ eũ
inanẽ. Et addidit alterũ seruũ mittere. 11
Illi autẽ hũc quoq; cædentes & afficiẽtes contumelia, dimiserunt inanem. Et ad- 12
didit tertiũ mittere : qui & illũ vulnerãtes eiecerũt. Dixit aũt Dñs vineæ, Quid 13
faciã? mittã filiũ meum dilectũ: forsitan cùm hũc viderint, verebuntur. Quẽ cũ 14
vidissent coloni, cogitauerũt intra se, dicentes, Hic est hæres*, occidamus illũ, vt
nostra fiat hæreditas. Et eiectũ illũ extra 15
vineã, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? veniet, & perdet colo- 16
nos istos, & dabit vineã aliis. Quo audito, dixerunt illi, Absit. Ille autẽ aspiciẽs 17
eos ait, Quid est ergo hoc quod scriptum
Psa.117,22 Act.4,11. Rom.9,33. 1 Pet.2,8. Isa.28. est, ¶ Lapidem quẽ reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli? Om- 18
nis qui ceciderit super illum lapidẽ, conquassabitur : super quem autẽ ceciderit,
Mat.21,42 cõminuet illũ. Et quærebant principes 19
sacerdotũ & Scribæ mittere in illũ manus illa hora: & timuerũt populũ: cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinẽ hanc. ¶ Et obseruãtes, miserunt 20
Mat.22,15 Mar.12,13. insidiatores qui se iustos simularent : vt caperẽt eũ in sermone, & traderent illũ
*vt 6 MS. G.

21 principatui & potestati præsidis. Et interrogauerunt eũ, dicentes, Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & nõ accipis personã, sed viã Dei in veritate doces.
22 licet nobis tributũ dare Cæsari, an non?
23 Considerans autem dolum illorũ, dixit
24 ad eos, Quid me tẽtatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionẽ? Respondẽtes dixerunt, Cæsa-
25 ris. Et ait illis, ¶ Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari : & quæ sunt Dei, Deo. Rom.13
26 Et non potuerunt verbũ eius reprehendere corã plebe: & mirati in responso eius,
27 tacuerunt. ¶ Accesserunt autẽ quidam Mat.22 Sadducæorũ qui negãt esse resurrectionẽ, Mar.12
28 & interrogauerũt eũ, dicẽtes, Magister, Moyses scripsit nobis, ¶ Si frater alicuius Deut.25 mortuus fuerit habẽs vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius
29 vxorem, & suscitet semen fratri suo. septem ergo fratres erant: & primus acce-
30 pit vxorẽ, & mortuus est sine filiis. Et
31 sequens accepit illã, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septẽ ; & non reliquerunt
32 semẽ, & mortui sunt. Nouissimè omi-
33 nium mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorũ erit vxor? siquidẽ
34 septem habuerunt eã vxorẽ. Et ait illis Iesus, Filij huius seculi nubũt, & tradũ-
35 tur ad nuptias: illi verò qui digni habẽbuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neq. Mnubunt, neq. ducunt vxo-
36 res, neq. *vltra mori poterunt. æquales enim angelis sunt: & filij sunt Dei, cùm
37 sint filij resurrectionis. Quia verò resurgãt mortui, & Moyses ostendit, secus rubum sicut dicit ¶ Dñm, Deum Abraham,
38 & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus autem nõ est mortuorum, sed viuorum.
39 omnes enim viuunt ei. Respondentes autẽ quidã Scribarum, dixerunt ei, Ma-
40 gister, bene dixisti. Et amplius non au-
41 debant eũ quicquam interrogare. Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Chri-
42 stum, filium esse Dauid? & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, ¶ Dixit Domi-
43 nus Dño meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos, scabellum pedũ
44 tuorum? Dauid ergo Dominum illum
45 vocat: & quomodo filius eius est? Audiẽte autem omni populo, dixit discipu-
46 lis suis, ¶ Attendite à Scribis qui volũt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis,
47 & primos discubitus in conuiuiis. qui deuorãt domos viduarũ: simulãtes longã orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

1 RESpiciens autem, vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylaciũ
2 diuites. Vidit autem & quandam viduã pauperculã mittentem æra minuta duo
3 Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua
4 hæc pauper, plus quàm omnes misit. nõ omnes hi, ex abundanti sibi miserunt in

munera

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victũ suum quẽ habuit, misit. Et quibusdam dicentibus de templo 5
quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit: Hæc quæ videtis, ‖ venient 6
dies in quibus nõ relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor 7
quando hæc erunt: & quod signum cùm fieri incipient? Qui dixit, Videte ne seducamini. multi enim venient in nomine 8
meo, dicentes quia ego sum: & tẽpus appropinquauit, nolite ergo ire post eos.
Cùm autẽ audieritis prœlia & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc 9
fieri, sed nõdum statim finis. Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem, & 10
regnũ aduersus regnum. Et terræmotus 11
magni erũt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresque de cælo, & signa magna erũt. Sed ante hæc omnia iniicient vobis 12
manus suas: & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahẽtes ad reges & præsides propter nomen meum. con- 13
tinget aũt vobis in testimonium. Ponite 14
ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. ego enim 15
dabo vobis os & sapiẽtiam: cui nõ poterũt resistere & cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Trademini autem à parentibus & 16
fratribus, & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis. & eritis odio omni- 17
bus *propter nomen meum: & capillus 18
de capite vestro nõ peribit. In patientia 19
vestra possidebitis animas vestras. ‖ Cũ 20
autẽ videritis circundari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. tũc qui in Iudæa sunt, 21
fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, nõ intrent in eam: quia dies vltionis hi sunt, vt im- 22
pleãtur omnia quę scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis 23
diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in 24
ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes. & Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tẽpora nationum.
‖ Et erũt signa in sole & luna & stellis: 25
& in terris pressura gentiũ præ cõfusione sonitus maris & fluctuum, arescẽtibus 26
hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniẽt vniuerso orbi. nam virtutes cælorũ mouebuntur: & tũc vide- 27
bunt filiũ hominis venientẽ in nube cũ potestate magna & maiestate. His autẽ 28
fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: ‖ quoniã appropinquat redẽptio vestra. Et dixit illis similitudinem, 29
Videte ficulneã & oẽs arbores: cũ pro- 30
ducũt iã ex se fructũ, scitis quoniã propè est æstas. Ita & vos cũ videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnũ Dei. 31
Amẽ dico vobis quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælũ & 32 33
terra trãsibunt: verba autẽ mea nõ trãsi-

34 bunt. ‖ Attẽdite aũt vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitę: & supereniat in
35 vos repentina dies illa. tanquã laqueus enim superueniet in omnes qui sedent
36 super faciẽ omnis terræ. Vigilate itaq;, omni tempore orãtes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, &
37 stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò, exiens, morabatur in monte qui vocatur
38 Oliueti. Et omnis populus *manicabat' ad eum in templo audire eum.

CAP. XXII.

1 APpropinquabat aũt dies festus Azy-
2 morũ, qui dicitur Pascha: & quærebant principes sacerdotum & Scribæ, quomodo eum interficerent: timebant
3 verò plebem. ‖ Intrauit autẽ satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes,
4 vnum de duodecim. & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotũ & magistratibus, quemadmodũ illũ traderet eis.
5 Et gauisi sunt; & pacti sunt pecuniã illi
6 dare. Et spopõdit. Et quærebat opportunitatẽ vt traderet illũ sine turbis. ‖ Vẽnit
7 autẽ dies Azymorum, in qua necesse erat
8 occidi pascha. Et misit Petrum & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt,
10 Vbi vis paremus? Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo * amphoram aquæ portans: sequimini eũ in domũ in quam in-
11 trat, & dicetis patrifamilias domus, Dicit tibi Magister, Vbi est diuersorium vbi
12 pascha cũ discipulis meis mãducem? Et ipse ostẽdet vobis cœnaculum magnum
13 stratum: & ibi parate. Euntes autẽ inuenerunt sicut dixit illis; & parauerunt
14 pascha. ‖ Et cùm facta esset hora, discu-
15 buit, & duodecim Apostoli cũ eo. & ait illis, Desiderio desideraui hoc pascha mã-
16 ducare vobiscũ, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo
17 illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Acci-
18 pite & diuidite inter vos. dico enim vobis quòd nõ bibam de generatione vitis,
19 donec regnum Dei veniat. ‖ Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur. hoc facite in meã cõmemo-
20 rationem. Similiter & calicẽ, postquam cœnauit, dicens, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vo-
21 bis fundetur. ‖ Veruntámen ecce manus
22 tradẽtis me, mecũ est in mensa. Et quidem filius hominis ‖ secundum quod definitum est, vadit: verũtamen væ homini
23 illi per quem *traditur'. Et ipsi cœperũt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc
24 facturus esset. Facta est autẽ & contẽtio inter eos, quis eorum videretur esse ma-
25 ior. Dixit autem eis, ‖ Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem

Rom. 13, 13

*manè bat 3 MS. *manitabat 1 MS.

Q. n.
Mat. 26, 2.
Mar. 14, 1.
Mat. 26, 14
Mar. 14, 10

Mat. 26, 17
Mar. 14, 12

*quidam MS q.

Mat. 26, 20
Mar. 14, 17

1 Co. 11, 24

Mat. 26, 21.
Mar. 14, 20
Ioan. 13, 18
Ps. 40, 10.

*traditur 1 MS. G. S.

Mat. 20, 25
Mar. 10, 42

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habent ſuper eos, benefici vocãtur. Vos 26
autem nõ ſic: ſed qui maior eſt in vobis,
fiat ſicut ¶iunior': & qui præceſſor eſt, ſic- ¶minor MS. S.
ut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui 27
recumbit, an qui miniſtrat? nónne qui
recumbit? Ego aũt in medio veſtrũ ſum,
ſicut qui miniſtrat: vos aũt eſtis qui per- 28
manſiſtis mecum in tentationibus meis.
Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit 29
mihi pater meus, regnũ: vt edatis & bi- 30
batis ſuper mẽſam meam in regno meo,
& ſedeatis ſuper thronos iudicantes duo-
decim tribus Iſraël. Ait autem Dñs, ¶Si- ¶Simoni, Simon o. 31
mon, Simon', ecce ſatanas expetiuit vos
vt cribraret ſicut triticum: ego autem 32
rogaui pro te vt non deficiat fides tua: &
tu aliquando conuerſus, confirma fratres
tuos. Qui dixit ei, Domine, tecum pa- 33
ratus ſum & in carcerẽ & in mortem ire.
¶ Et ille dixit, Dico tibi Petre, nõ cãtabit 34
hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. Mat. 26,34 Mar. 14,30
Et dixit eis, Quãdo miſi vos ¶ ſine ſac- 35 Mat. 10,9.
culo & pera, & calceamẽtis: nunquid ali-
quid defuit vobis? At illi dixerunt; Nihil.
Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet ſac- 36
culum ¶collat', ſimiliter & peram: & qui ¶ tollet MS. G q. S.
non habet, ¶vẽdat' tunicã ſuam, & ¶emat' ¶vendet G. S. ¶emet G. S.
gladiũ. Dico enim vobis, quoniã adhuc 37 Iſa. 53, 12.
hoc ¶ quod ſcriptum eſt, oportet impleri Mat. 26, 36. Mar. 14, 32
in me, Et cum iniquis deputatus eſt. Et- Ioan. 18, 1.
enim ea quæ ſunt de me, finem habent.
At illi dixerunt, Dñe, ecce duo gladij 38
hĩc. At ille dixit eis, Satis eſt. ¶ Et egreſ- 39
ſus ibat ſecũdùm conſuetudinẽ in mon-
tem oliuarum. Secuti ſunt autẽ illum &
diſcipuli. Et cũ peruenĩſſet ad locũ, di- 40
xit illis, Orate, ne intretis in tẽtationem.
¶ Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum ia- 41 Mat. 26, 39. Mar. 14, 35
ctus eſt lapidis: & poſitis genibus, orabat,
dicẽs, Pater, ſi vis, trãsfer calicem iſtum 42
à me. Veruntamen nõ mea voluntas, ſed
tua fiat. ¶Apparuit autem illi Angelus 43 ¶Q. n.
de cælo, confortans eũ. Et factus in ago-
nia, prolixiùs orabat. ¶Et factus eſt ſu- 44 ¶Q. n. ¶decurrentes G.
dor eius ſicut guttæ ſanguinis ¶decurren-
tis' in terram. Et cũ ſurrexiſſet ab ora- 45
tione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inue-
nit eos dormientes præ triſtitia. Et ait 46
illis, Quid dormitis? ſurgite, orate, ne in-
tretis in tentationẽ. ¶ Adhuc eo loquẽte, 47 Mat. 26, 47 Mar. 14, 43 Ioan. 18, 3.
ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus
de duodecim, antecedebat eos, & appro-
pinquauit Ieſu, vt oſcularetur eũ. Ieſus 48
autem dixit illi, Iuda, oſculo filium ho-
minis tradis? Videntes autẽ hi qui circa 49
ipſum erant, quod futurum erat, dixerũt
ei, Domine, ſi ¶percutimus' in gladio? Et 50 ¶percutiemus G. S.
percuſsit vnus ex illis ſeruum principis
ſacerdotũ: & amputauit auriculã eius de-
xteram. Reſpõdens aũt Ieſus, ait, Sinite 51
vſq. huc. Et cũm tetigiſſet auriculã eius,
ſanauit eum. Dixit autẽ Ieſus ad eos qui 52
venerant ad ſe, principes ſacerdotum &
magiſtratus templi, & ſeniores, Quaſi ad
latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus?
Cũm quotidie vobiſcũ fuerim in tem- 53
plo, nõ extendiſtis manus in me. ſed hæc
eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.
54 ¶ Comprehendentes aũt eum, duxerũt
ad domũ principis ſacerdotũ: Petrus ve-
55 rò ſequebatur à longè. ¶ Accenſo autem
igne in medio atrij, & circunſedentibus
56 illis, erat Petrus in medio eorum. Quem
cùm vidiſſet ancilla quædam ſedentem
ad lumen, & eum fuiſſet intuita, dixit, Et
57 hic cum illo erat. At ille negauit eum,
58 dicens, Mulier, non noui illum. ¶ Et poſt
puſillum alius videns eum, dixit, Et tu de
illis es. Petrus verò ait, O homo, nõ ſum.
59 Et interuallo facto, quaſi horæ vnius,
¶ alius quidam affirmabat, dicens, Verè
& hic cum illo erat. nam & Galilæus eſt.
60 Et ait Petrus, Homo, neſcio quid dicis.
Et continuò adhuc illo loquente canta-
61 uit gallus. Et cõuerſus Dominus reſpe-
xit Petrum. Et recordatus eſt Petrus ver-
bi Dñi, ſicut dixerat, ¶ Quia priuſ quàm
62 gallus cantet, ter me negabis. Et egreſ-
63 ſus foras Petrus fleuit amarè. Et viri
qui tenebãt ¶illum', illudebant ei, cẽden-
64 tes. Et velauerunt eum, & percutiebant
faciem eius: & interrogabant eum, dicen-
tes, Propheriza, quis eſt qui te percuſsit?
65 Et alia multa blaſphemantes dicebant
66 in eum. ¶ Et vt factus eſt dies, conuene-
runt ſeniores plebis & principes ſacer-
dotum & Scribæ, & duxerunt illum in
67 concilium ſuum, dicẽtes, Si tu es Chri-
ſtus dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixe-
68 ro, non credetis mihi: ſi autem & inter-
rogauero, non reſpõdebitis mihi, neq. di-
69 mittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis
70 ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt
autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui
71 ait, Vos dicitis, quia ego ſum. At illi
dixerunt, Quid adhuc deſideramus teſti-
monĩũ? ipſi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

1 ET ſurgens omnis multitudo eorum, Mat. 27
2 duxerunt illum ad Pilatum. Cœpe-
runt autẽ illum accuſare, dicentes, Hunc
inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtram,
¶ & prohibentem tributa dare Cæſari, & Mat. 22, 6 Mar. 12 Mar. 15 Luc. 23
3 dicentẽ ſe Chriſtum regem eſſe. ¶ Pila-
tus autem interrogauit eum, dicẽs, Tu es
rex Iudæorum? At ille reſpondens ait, Tu
4 dicis. Ait autem Pilatus ad principes ſa-
cerdotum & turbas: Nihil inuenio cauſæ
5 in hoc homine. At illi inualeſcebant, di-
centes, ¶Commouet' populum, docẽs per ¶Commouit MS.
vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa
6 vſque huc. Pilatus autem audiẽs Gali-
læã, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet.
7 Et vt cognouit quòd de Herodis pote-
ſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodem, qui &
8 ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. He-
rodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valde.
erat enim cupiens ex multo tempore vi-
dere eũ, eo quòd audiret multa de eo: &
ſperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri.
9 Interrogabat autem eum multis ſer-
monibus. At ipſe nihil illi reſpondebat.

Stabant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constáter accusantes eum. Spreuit autẽ illũ Herodes cũ exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. nam anteà inimici erant adinuicem. Pilatus autẽ conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus, & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominẽ, quasi auertẽtem populũ: & ecce, ego corã vobis interrogans, ‖ nullã causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. nam remisi vos ad illũ; & ecce, nihil dignũ morte actũ est ei. Emendatum ergo illũ dimittã. Necesse aũt habebat dimittere eis per diẽ festũ, vnum. Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. qui erat propter seditionẽ quãdã factã in ciuitate & homicidiũ, missus in carcerem. Iterũ aũt Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicẽtes, Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos, ‖ Quid enim mali fecit iste? nullã causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illũ, & dimittam. At illi instabãt vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebãt voces eorũ. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorum. Dimisit autẽ illis eũ qui propter homicidiũ & seditionẽ missus fuerat in carcerẽ, quẽ petebãt, Iesum verò tradidit voluntati eorũ.

‖ Et cùm ducerẽt eũ, apprehẽderũt Simonẽ quendã Cyrenensem veniẽtem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autẽ illũ multa turba populi & mulierũ: quæ plangebãt & lamẽtabantur eum. Cõuersus aũt ad illas Iesus, dixit, Filiæ Ierusalẽ, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Qm̃ ecce, venient dies, in quibus dicẽt, Beatæ steriles, & vẽtres quæ nõ genuerũt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipiẽt dicere montibus, ‖ Cadite sup nos: & collibus, Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Ducebãtur aũt & alij duo nequã cũ eo, vt interficerẽtur.

‖ Et postquam venerũt in locũ qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnũ à dextris, & alterũ à sinistris. Iesus autẽ dicebat, Pater, dimitte illis. non enim sciunt quid faciunt. Diuidẽtes verò vestimenta eius, miserũt sortes. Et stabat populus *expectans*, & deridebant eũ principes cũ eis, dicentes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus, Dei electus. Illudebant autẽ ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei*, dicentes, Si tu es rex Iudæorũ, saluum te fac. Erat autẽ & superscriptio scripta super eũ literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. Vnus aũt de his qui pendebãt latronibus, blasphemabat eũ, dicẽs, Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos. Respondẽs autẽ alter, increpabat eũ, dicens, Neq. tu times Deum, *quòd' in eadem damnatione es? Et nos quidẽ iustè, nã digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Dñe, memento mei, cùm veneris in regnũ tuum. Et dixit illi Iesus, Amẽ dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram. vsq. in horam nonam. Et obscuratus est sol: & vẽlum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait, ‖ Pater, in manus tuas *commendo spiritum meũ. Et hęc dicẽs expirauit. Vidẽs autẽ Cẽturio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicẽs, Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorũ qui simul aderant ad spectaculũ istud, & videbant quæ fiebant, percutiẽtes pectora sua reuertebantur. Stabãt aũt omnes noti eius à longe: & mulieres quæ secutæ eũ erant à Galilæa hæc videntes. ‖ Et ecce, vir nomine Ioseph q erat decurio, vir bon^s & iustus, hic nõ cõsenserat cõsilio & actibus eorũ, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnũ Dei. hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu: & depositum inuoluit sindone, & posuit *eũ' in monumẽto excisо, in quo nondũ quisquam positus fuerat. Et dies erat parascéues, & sabbathũ illucescebat. Subsecutæ autẽ mulieres quæ cum eo venerãt de Galilæa, viderũt monumentũ, & quẽadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerũt aromata & vnguẽta: & sabbatho quidẽ siluerunt secũdùm mandatum.

CAP. XXIIII.

VNa autẽ sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata: & inuenerunt lapidem reuolutũ à monumento. Et ingressæ, non inuenerunt corpus Dñi Iesu. Et factum est: dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgẽti. Cùm timerent autem, & declinarent vultũ in terrã, dixerũt ad illas, Quid quæritis viuentẽ cũ mortuis? nõ est hic, sed surrexit. recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, dicens, ‖ Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominũ peccatorũ, & crucifigi: & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius. Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autẽ Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentũ verba ista, & nõ crediderũt illis. Petrus autem surgẽs cucurrit ad monumẽtum: & procumbẽs vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirãs quod factũ fuerat. ‖ Et ecce duo ex illis

*qui MS. S.
*quia MS. G.
P*sal.* 30,6.
**commendabo* G. *quo modo in psalmis etiam* R. H. G. & C. *habent.*
Mat. 27,57 *Mar.* 15,45 *Ioan.* 19,38
**illud* G. S.
Mat. 28,8. *Mar.* 16,2. *Ioan.* 20,1.
Mat. 16,21 17,23. *Marc.* 9,31. *Sup.* 9,22.
Mat. 16,12

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ibant ipsa die in castellum quod erat in
spatio stadiorũ sexaginta ab Ierusalem,
nomine Emmaus: & ipsi loquebantur 14
ad inuicẽ de his omnibus quæ acciderãt.
Et factũ est: dum fabularẽtur & secum 15
quærerent, & ipse Iesus appropinquans
ibat cũ illis. oculi autẽ illorũ tenebãtur 16
ne eũ agnoscerent. Et ait ad illos, Qui 17
sunt hi sermones quos cõfertis ad inuicẽ,
ambulantes, & estis tristes? Et respon- 18
dens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei,
Tu solus peregrinus es in Ierusalẽ, & non
cognouisti quæ facta sunt in illa, his die-
bus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixe- 19
runt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir pro-
pheta, potens in opere & sermone coram
Deo & omni populo: Et quomodo eum 20
tradiderũt summi sacerdotes & principes
nostri in damnationẽ mortis, & crucifi-
xerunt eum. nos autẽ sperabamus quia 21
ipse esset redempturus Israël: & nũc super
hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hęc
facta sunt. Sed & mulieres quædam ex 22
nostris, terruerũt nos, quæ ante lucẽ fue-
runt ad monumẽtum, & nõ inuẽto cor- 23
pore eius, venerũt, dicẽtes se etiã visionẽ
angelorũ vidisse, qui dicunt eum viuere.
Et abierũt quidam ex nostris ad monu- 24
mentũ: & ita inuenerunt sicut mulieres
dixerũt, ipsum verò nõ ‖ inuenerunt'. Et 25
ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde
ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt
Prophetæ! Nonne hæc oportuit pati 26
Christũ, & ita intrare in gloriã suam? Et 27
incipiẽs à Moyse & omnibus Prophetis,
interpretabatur illis in omnibus scriptu-
ris quæ de ipso erant. Et appropinqua- 28
uerunt castello quò ibant: & ipse sẽ finxit
longiùs ire. Et coëgerunt illũ, dicentes, 29
Mane nobiscũ, qm̃ aduesperascit, & in-
clinata est iã dies. Et intrauit *cum illis.
Et factũ est, dum recũberet cũ eis, ac- 30
cepit panẽ, & benedixit ac fregit, & por-
rigebat illis. Et aperti sunt oculi eorũ, 31
& cognouerũt eũ: & ipse euanuit ex ocu-
lis eorum. Et dixerũt ad inuicẽ, Nonne 32
cor nostrum ardẽs erat in nobis, dum lo-
queretur *in via, & aperiret nobis scri-
pturas? Et surgẽtes eadem hora regressi 33
sunt in Ierusalem: & inuenerũt cõgrega-
tos vndecim, & eos qui cum illis erant,
dicẽtes, Quòd surrexit Dñs verè, & ap- 34
paruit Simoni. Et ipsi narrabãt quæ ge- 35
sta erant in via: & quomodo cognouerũt
eũ in fractione panis. ‖ Dũ autẽ hæc lo- 36
quuntur, stetit Iesus in medio eorum, &
dicit eis, Pax vobis: ego sum, nolite time-
re. Conturbati verò & cõterriti, existi- 37
mabãt se spiritum videre. Et dixit eis, 38
Quid turbati estis, & cogitationes ascen-
dũt in corda vestra? Videte man⁹ meas, 39
& pedes*, quia ego ipse sum. palpate, &
videte: quia spiritus carnẽ & ossa nõ ha-
bet, sicut me videtis habere. Et cũ hoc 40
dixisset, ostẽdit eis manus & pedes. Ad- 41
huc autẽ illis nõ credentibus & miranti-
bus præ gaudio, dixit, Habetis hîc aliquid 42
quod manducetur? At illi obtulerunt ei
partẽ piscis assi, & fauũ mellis. Et cùm 43
manducasset coram eis, sumens reliquias
dedit eis. Et dixit ad eos, Hæc sunt ver- 44
ba quæ locutus sum ad vos cùm adhuc
essem vobiscum, qm̃ necesse est impleri
omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, &
Prophetis, & Psalmis de me. Tunc ape- 45
ruit illis sensum, vt intelligerent scriptu-
ras: & dixit eis, Quoniã ‖ sic scriptũ est, 46
& sic oportebat Christũ pati, & resurgere
à mortuis tertia die: & prædicari in no- 47
mine eius pœnitentiã & remissionẽ pec-
catorũ in omnes gentes, incipientibus ab
Ierosolyma. ‖ Vos aũt testes estis horũ. 48
‖ Et *ego ᴺ mitto' promissum patris mei 49
in vos: ‖ vos aũt sedete in ciuitate, quoad
vsq. induamini virtute ex alto. Eduxit 50
autẽ eos foras in Bethaniam: & eleuatis
manibus suis benedixit eis. ‖ Et factum 51
est: dum benediceret illis, recessit ab eis,
& ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes 52
regressi sunt in Ierusalẽ cum gaudio ma-
gno: & erant semper in templo, laudan- 53
tes & benedicentes Deum. Amen.

*vt mitte-
ret G.S.

*nobis G.
S.

Mar. 16, 14
Ioan. 20, 19

*meos 3
MS. G.S.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

CAPVT I.

1 IN principio erat Verbum, & Verbum
erat apud Deũ, & Deus erat Verbum.
2 Hoc erat in principio apud Deum.
3 Omnia per ipsum facta sunt: & sine ip-
4 so factum est ᴺ nihil quod factũ est. In'
ipso vita erat, & vita erat lux hominum:
5 & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã
6 nõ cõprehenderunt. ‖ Fuit homo missus
7 à Deo, cui nomẽ erat Iohãnes. Hic vẽnit
in testimoniũ: vt testimoniũ perhiberet
de lumine, vt omnes crederent per illum.
8 non erat ille lux: sed vt testimonium
9 perhiberet de lumine. ‖ Erat lux vera
quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem
10 in ‖ hunc' mundum. in mundo erat, &
‖ mundus per ipsum factus est, & mũdus
11 eũ nõ cognouit. In propria venit, & sui
12 eum nõ receperunt. ‖ Quotquot aũt rece-
perunt eum, dedit eis potestatẽ filios Dei
13 fieri, his qui credũt in nomine eius. qui
non ex sanguinibus, neque ex voluntate
carnis, neq. ex voluntate viri, sed ex Deo
14 nati sunt. ‖ Et verbum caro factũ est, &
habitauit in nobis (& vidimus gloriam
eius, gloriã quasi vnigeniti à patre) plenũ
15 gratiæ & veritatis. Iohannes testimoniũ
perhibet de ipso, & clamat dicẽs, Hic erat
quẽ dixi, Qui post me venturus est, ante
16 me factus est: quia prior me erat. ‖ Et
de plenitudine eius nos oẽs accepimus,
17 & gratiã pro gratia. quia lex per Moysen
data est, gratia & veritas per Iesum Chri-
18 stũ facta est. ‖ Deũ nemo vidit vnquam:

vnigenitus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est ¶ testimonium 19
Iohannis, quãdo miserũt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarẽt eũ, Tu quis es? Et cõfessus 20
est, & nõ negauit: ¶ & cõfessus est, Quia nõ sum ego Christus. Et interrogauerũt 21
eũ, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non.
Dixerũt ergo ei, Quis es, vt responsum 22
demus his qui miserũt nos? quid dicis de teipso? Ait, ¶ Ego vox clamantis in de- 23
serto, Dirigite viã Dñi, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerãt, erant ex 24
Phariszis. Et interrogauerũt eũ, & di- 25
xerũt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq. Elias, neq. Propheta? Re- 26
spondit eis Iohãnes, dicẽs, ¶ Ego baptizo in aqua: medius autẽ vestrũ stetit quem vos nescitis. ¶ Ipse est qui post me vẽ- 27
turus est, qui ante me factus est: cui⁹ ego nõ sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in ℣ Bethania' facta 28
sunt trans Iordanẽ, vbi erat Iohãnes baptizans. ℣ Altera die vidit' Iohannes Ie- 29
sum venientẽ ad se, & ait, Ecce agn⁹ Dei, ecce qui tollit ℣ peccatũ' mundi. Hic est 30
de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. & ego 31
nesciebã eum, sed vt manifestetur ℣ in Israël', ꝓpterea veni ego in aqua baptizãs.
Et testimoniũ perhibuit Iohannes, di- 32
cẽs, ¶ Quia vidi spiritũ descẽdentẽ quasi columbam de cælo, & mansit super eum.
Et ego nesciebã eum: sed qui misit me 33
baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ videris Spiritũ descendentẽ & manentẽ sup eũ, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: & testimonium 34
perhibui quia hic, est filius Dei. Altera 35
die iterũ stabat Iohannes, & ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciẽs Iesum ambulantẽ, 36
dicit, Ecce agnus Dei. Et audierunt eũ 37
duo discipuli loquentẽ, & secuti sunt Iesum. Cõuersus autẽ Iesus, & vidẽs eos 38
sequẽtes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerũt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister) vbi habitas? Dicit eis, 39
Venite, & videte. Venerũt & viderũt vbi maneret, & apud eum manserũt die illo: hora aũt erat quasi decima. Erat autem 40
Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerãt eũ. Inuenit hic primũ, fratrem 41
suũ Simonẽ, & dicit ei, Inuenimus Messiã. (quod est, interpretatum, Christus.)
Et adduxit eũ ad Iesum. Intuitus autẽ 42
eũ Iesus, dixit, Tu es Simõ filius ℣ Iona': tu vocaberis Cephas. (quod interpretat', Petrus.) In crastinũ voluit exire in Ga- 43
lilæã: & inuenit Philippũ. Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autẽ Philippus à 44
Bethsaida, ciuitate Andreę & Petri. In- 45
uenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quẽ ¶ scripsit Moyses in lege, & ¶ Prophetæ: inuenimus Iesum filiũ Ioseph, à Na-
46 zareth. Et dixit ei Nathanaël, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Phi-
47 lippus, Veni & vide. Vidit Iesus Nathanaël venientẽ ad se; & dicit de eo, Ecce,
48 verè Israëlita, in quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanaël, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Prius quã te Philippus
49 vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaël, & ait, Rabbi, tu es
50 filius Dei, tu es rex Israël. Respõdit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub
51 ficu, credis: mai⁹ his videbis. Et dicit ei, Amẽ, amẽ dico vobis, *videbitis cælũ apertũ, & ¶ angelos Dei ascẽdẽtes & descẽdẽtes, supra Filiũ hominis. *amodo R. G. S. *Mat.* 24,30 28,18.

CAP. II.

1 ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.
2 Vocatus est autem & Iesus, & discipuli
3 eius ad nuptias. Et deficiente vino dicit
4 mater Iesu ad eũ, Vinũ nõ habẽt. Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier?
5 nondũ venit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcũq. dixerit vobis, facite.
6 Erãt autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundũ purificationẽ Iudæorum, capiẽtes singulæ metretas binas vel ternas.
7 Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua.
8 Et impleuerũt eas vsq. ad summum. Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte ar-
9 chitriclino. Et tulerũt. Vt autẽ gustauit architriclinus ¶ aquã vinum factã, & non *Infr.* 4,46. sciebat vnde esset, ministri autẽ sciebãt q. hauserãt aquã: vocat sponsum architri-
10 clinus, & dicit ei, Omnis homo primũ bonũ vinũ ponit: & cũ inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu aũt seruasti
11 bonũ vinũ vsq. adhuc. Hoc fecit initiũ signorũ Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriã suã, & crediderũt in eũ di-
12 scipuli ei⁹. Post hoc descendit Capharnaũ ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserũt nõ multis
13 diebus. Et propè erat Pascha Iudæorũ,
14 & ascẽdit Iesus Ierosolymã: & inuẽnit in tẽplo vendẽtes boues & oues & colũ-
15 bas, & numularios sedẽtes. Et cùm fecisset quasi flagellũ de funiculis, oẽs eiecit de tẽplo, oues quoq. & boues, & nũmulariorũ effudit æs, & mẽsas subuertit.
16 Et his qui colũbas vẽdebãt, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domũ pa-
17 tris mei, domũ negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptũ est:
18 ¶ Zelus domus tuæ cõedit me. Respõderũt ergò Iudæi, & dixerũt ei, Quod signũ *Ps.* 68,10.
19 ostẽdis nobis qa hæc facis? Respõdit Iesus, & dixit eis, ¶ Soluite tẽplũ hoc, & in
20 tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatũ est tẽplũ hoc, & tu in tribus diebus
21 excitabis illud? Ille autẽ dicebat de tẽ-
22 plo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ei⁹, quia hoc dicebat, ¶ & crediderũt scripturæ, &
23 sermoni quẽ dixit Iesus. Cùm aũt esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi *Mat.* 26,61 27,40. *Mar.* 14,58 23,29. *Psal.* 3,6. 56,9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autē Iesus 24
nō credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset oēs, & qa opus ei nō erat vt quis 25
testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

ERat autem homo ex Pharisęis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. 1
Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, 2
Rabbi, scimus quia à Deo venisti ‖magister'. nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
Respondit Iesus, & dixit ei: Amē, amē 3
dico tibi, nisi quis ‖natus' fuerit ‖denuò', nō potest videre regnū Dei. Dicit ad eū 4
Nicodemus, Quomodò potest homo nasci, cū sit senex? nunquid potest in ventrē matris suæ iterū introire & ‖nasci'?
Respondit Iesus, Amē, amē dico tibi, 5
nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu*, non potest introire in regnum Dei.
Quod natum est ex carne, caro est: & 6
quod natum est ex spiritu, spiritus est.
Nō mireris, quia dixi tibi, oportet vos 7
nasci denuò. Spiritus vbi vult spirat: & 8
vocē eius audis, ‖sed nescis vnde veniat, ‖&' quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respōdit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? 9 10
Respōdit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Amen, amē dico 11
tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis & nō 12
creditis; quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ‖ascendit in cælū, nisi qui descēdit de cælo, Filius hominis, qui est in cęlo. ‖Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari 13 14
oportet filiū hominis: vt omnis q̄ credit in ipsum, nō pereat, sed habeat vitā ęternā. ‖Sic enim Deus dilexit mundū, vt 15 16
filiū suum vnigenitū daret: vt omnis qui credit in eū, nō pereat, sed habeat vitam æternā. Nō enim misit Deus filiū suum 17
in mundū, vt iudicet mūdū, sed vt saluetur mundus p̄ ipsum. Qui credit in eū, 18
nō iudicatur: qui autē nō ‖credit' iā iudicatus est: quia nō ‖credidit' in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autē iudiciū: 19
quia ‖lux venit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucē: erant enim eorū mala opera. Omnis enim q̄ 20
‖malè' agit, odit lucē, & nō venit ad lucē, vt nō arguātur opera eius. qui aūt facit 21
veritatē, venit ad lucē, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Post 22
hæc vēnit Iesus & discipuli eius in Iudęā terrā: & illic demorabatur cū eis, & ‖baptizabat. Erat autē & Iohannes bapti- 23
zans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erāt illic, & veniebāt, & baptizabātur. Nondū enim missus fuerat Iohā- 24
nes in carcerē. Facta est autē quæstio ex 25
discipulis Iohannis cū Iudæis de purificatione. Et venerūt ad Iohannē, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē, cui tu ‖testimoniū perhibuisti, ecce 26
hic baptizat, & oēs veniunt ad eū. Respōdit Iohānes, & dixit, Nō potest homo 27
accipere quicquā, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, ‖quòd dixerim, Nō sum ego Chri- 28
stus: sed quia missus sum ante illū. Qui 29
habet spōsam, sponsus est: amicus autem spōsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet ꝓpter vocē spōsi. Hoc ergo gaudiū meū
impletū est. Illū oportet crescere: me 30
autē minui. Qui desursum venit, super 31
oēs est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super 32
oēs est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimoniū eius nemo accipit.
Qui *accepit eius testimoniū, signauit 33
‖quia Deus verax est. Quē enim misit 34
Deꝰ, verba Dei loquitur. nō enim ad mēsurā dat Deus spiritū. Pater diligit filiū: 35
& omnia dedit in manu eiꝰ. ‖Qui cre- 36
dit in Filiū, habet vitā æternā: q̄ aūt incredulus est Filio, nō videbit vitā, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

VT ergo cognouit Iesus, quia audie- 1
runt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, & ‖baptizat, quā Iohānes, 2
(quamquā Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudęā, & abiit ite- 3
rū in Galilæā. oportebat aūtē eū trāsire 4
per Samariā. Venit ergo in ciuitatē Samariæ quæ dicitur ‖Sichar': ‖iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. 5
Erat aūt ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic, supra fontē. 6
Hora erat* quasi sexta. Venit mulier de 7
Samaria haurire aquā. Dicit ei Iesus, Da 8
mihi bibere. Discipuli enim eiꝰ abierāt 9
in ciuitatē, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? nō enim coūtūtur Iudæi Samaritanis. Respōdit Iesus, 10
& dixit ei: Si scires donū Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuā.
Dicit ei mulier, Dñe, neq. in quo hau- 11
rias habes, & puteꝰ alt' est: vnde ergo habes aquā viuā? Nūquid tu maior es pa- 12
tre nostro Iacob, qui dedit nobis puteū, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eiꝰ?
Respōdit Iesus, & dixit ei, Omnis qui 13
bibit ex aqua hac, sitiet iterū: qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei, nō sitiet in 14
æternū, sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternā.
Dicit ad eū mulier, Dñe, da mihi hanc 15
aquā, vt nō sitiā: neq. veniā huc haurire.
Dicit ei Iesus, Vade, voca virū tuum, 16
& veni huc. Respondit mulier, & dixit, 17
Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene 18
dixisti, quia non habeo virum. quinque enim viros habuisti: & nunc quē habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti.

Dicit

:διδάσκαλος.
ꝑrenatus MS q. R.
ꝑdesuper G
ꝑrenasci MS q. R.
*sancto MS. Aug.
Psa. 134,8.
ꝑaut MS q.
:ἀναβέβηκεν.
Num. 21,9
1 Ioā. 4,9.
ꝑcredit MS q.
Supr. 1,9.
ꝑmala q MS. G.S
Infr. 4,1.
Supr. 1,
Supr. 1,
*autem MS q.
ꝑSichem legendum puto Hier. Gen. 33,19. 48. 12. Ios. 24,32.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dicit ei mulier, Dñe, video quia Pro- 19
pheta es tu. Patres nostri in monte hoc 20
adorauerunt: & vos dicitis, ¶ quia Ieroso-
lymis est locus vbi adorare oportet. Di- 21
cit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia ᵛveniet hora, quãdo neq. in mõte hoc, neq.
in Ieroſolymis adorabitis Patrẽ. ¶ Vos 22
adoratis quod nescitis: nos adoramus qđ
scimus, quia salꝰ ex Iudæis est. Sed ve- 23
nit hora, & nũc est, quãdo veri adorato-
res adorabũt Patrẽ in spiritu & veritate.
Nam & Pater tales quærit, qui adorẽt eũ.
¶ Spiritus est Deus: &, eos qui adorant 24
eum, in spiritu & veritate oportet adora-
re. Dicit ei mulier, Scio, quia Messias 25
venit, (qui dicitur Christus): cùm ergo
venerit, ille nobis annuntiabit omnia.
Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor te- 26
cũ. Et cõtinuò venerunt discipuli eius: 27
& mirabantur quia cũ muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, Quid quæris, aut
quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hy- 28
driã suã mulier: & abiit in ciuitatem, &
dicit illis hominibus, Venite, & videte 29
hominẽ qui dixit mihi omnia quæcunq.
feci. nũquid ipse est Christus? Exierũt 30
ergo de ciuitate, & veniebãt ad eũ. In- 31
terea rogabant eũ discipuli, dicẽtes, Rab-
bi, manduca. Ille autẽ dixit eis, Ego ci- 32
bũ habeo manducare quem vos nescitis.
Dicebant ergo discipuli ad inuicẽ, Nũ- 33
quid aliquis attulit ei manducare? Dicit 34
eis Iesus, Meus cibus est vt faciã voluntatẽ eius qui misit me, vt perficiã opus
eius. Nonne vos dicitis, quòd adhuc 35
quatuor mẽses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, &
videte regiones; quia albæ sunt iam ad
¶ messem. Et qui metit, mercedem acci- 36
pit, & cõgregat fructũ in vitã æternã: vt
& qui seminat, simul gaudeat, & q metit.
In hoc em̃ est verbũ verũ: quia alius est 37
q seminat, & aliꝰ est q metit. Ego misi 38
vos metere qđ vos nõ laborastis: alij la-
borauerũt, & vos in labores eorũ introi-
stis. Ex ciuitate aũt illa multi crediderũt 39
in eũ Samaritanorũ, ꝓpter verbũ mulie-
ris testimoniũ ꝓhibẽtis, Quia dixit mihi
omnia quæcunq. feci. Cũ venissent er- 40
go ad illũ Samaritani, rogauerunt eũ vt
ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et 41
multò plures crediderũt *propter sermo-
nẽ eius. Et mulieri dicebãt, Quia iã nõ 42
propter tuã loquelã credimus: ipsi enim
audiuimus, & scimꝰ quia hic est verè Sal-
uator mundi. Post duos aũt dies exiit 43
inde: & abiit in Galilæã. Ipse enim Ie- 44
sus ¶ testimoniũ perhibuit quia Propheta
in sua patria honorẽ non habet. ¶ Cùm 45
ergo venisset in Galilæã, exceperũt eum
Galilæi, cũ omnia vidissent quæ fecerat
Ierosolymis in die festo: & ipsi enim ve-
nerant, ad diẽ festũ. Vẽnit ergo iterũ in 46
Cana Galilææ, vbi fecit ¶ aquã vinum. Et
erat quidã ᵛregulus' cuius filiꝰ infirmaba-
tur, Capharnaũ. Hic cùm audisset quia 47
Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæã, abiit
ad eũ; & rogabat eũ vt descenderet & sa-
naret filium eius. incipiebat enim mori.
Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & 48
prodigia videritis, non ᵛcreditis'. Dicit 49
ad eũ regulus, Dñe, descende prius quàm
moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, 50
Vade, filius tuꝰ viuit. Credidit homo ser-
moni quẽ dixit ei Iesus, & ibat. Iã autẽ 51
eo descẽdẽte, serui occurrerunt ei; & nũ-
tiauerũt dicẽtes, quia filius eius viueret.
Interrogabat ergo horam ab eis, in qua 52
melius habuerit. Et dixerũt ei, Quia he-
ri hora septima reliquit eũ febris. Co- 53
gnouit ergo pater, quia illa hora erat in
qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. &
credidit ipse & domus eius tota. Hoc 54
iterum secundũ signum fecit Iesus, cùm
venisset à Iudæa in Galilæam.

ᵛcredetis MS. G. S.

CAP. V.

Post hæc erat ¶ dies festus Iudæorũ, & 1
ascẽdit Iesus Ierosolymã. Est autẽ 2
Ierosolymis ᵛ-ᵛsuper' Probatica, piscina
quæ cognominatur Hebraicè ᵛBeth-sai-
da', quinq. porticus habẽs. In his iace- 3
bat multitudo magna languentiũ, cæco-
rũ, claudorum, aridorũ, expectantiũ aquæ
motũ. Angelus ᵛautẽ' Dñi descendebat 4
secundùm tẽpus in piscinã: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionem aquæ, sanus fiebat
à quacunque detinebatur infirmitate.
Erat autẽ quidam homo ibi triginta & 5
octo annos habens in infirmitate sua.
Hũc cũ vidisset Iesus iacentẽ, & cog- 6
nouisset, quia iã multũ tẽpus haberet, di-
cit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei lan- 7
guidus, Dñe, hominem non habeo, vt cũ
turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã:
dũ venio enim ego, alius ante me descẽ-
dit. Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabãtũ 8
tuũ, & ambula. Et statim sanus factus 9
est homo ille: & sustulit grabãtũ suũ, &
ambulabat. Erat aũt sabbathũ in die illo.
Dicebãt ergo Iudęi, illi qui sanatus fue- 10
rat, ¶ Sabbathũ est, ¶ nõ licet tibi tollere
grabãtũ tuũ. Respõdit eis, Qui me sa- 11
num fecit, ille mihi dixit, Tolle grabãtũ
tuũ, & ambula. Interrogauerũt ergo eũ, 12
Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle
grabatũ tuũ, & ambula? Is autẽ qui sa- 13
nus fuerat effectus, nesciebat quis esset.
Iesus enim declinauit à turba constituta
in loco. Postea inuenit eũ Iesus in tem- 14
plo, & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam
noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõ-
tingat. Abiit ille homo; & nũtiauit Iu- 15
dæis quia Iesus esset qui fecit eũ sanum.
Propterea persequebãtur Iudæi Iesum, 16
quia hæc faciebat in sabbatho. Iesus aũt 17
respõdit eis, Pater meus vsq. modò ope-
ratur: & ego operor. Propterea ergo ma- 18
gis quęrebãt eũ Iudęi interficere: quia nõ
solũ soluebat sabbathũ, sed & patrẽ suũ
dicebat Deũ, æqualẽ se faciẽs Deo. Re- 19
spõdit itaq. Iesus, & dixit eis, Amẽ, amẽ

ᵛ-ᵛin MS. Q. n.
ᵛBethesda Hier. G. S.
ᵛenim G. S

Leu. 23, 5. Deu. 16, 1.
Exo. 20, 11 Iere. 17, 24.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dico vobis, non potest Filius à se facere quicquã, nisi quod viderit Patrẽ faciẽtẽ. quæcunq. enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Pater enim diligit Filiũ, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demõstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat: sic & Filius quos vult viuificat. Neq. enim Pater iudicat quenquã: sed omne iudicium dedit Filio, vt oẽs honorificẽt Filiũ sicut honorificãt Patrẽ. qui non honorificat Filiũ, non honorificat Patrẽ, qui misit illũ. Amẽ, amẽ dico vobis, quia qui verbũ meũ audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternã. & in iudiciũ nõ venit: sed ‖transiet à morte in vitã. Amẽ, amẽ dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audiẽt vocẽ Filij Dei; & qui audierint, viuent. Sicut enim Pater habet vitã in semetipso: sic dedit & Filio habere vitã in semetipso: & potestatẽ dedit ei ‖etiã' ‖iudiciũ facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc', quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audiẽt vocem ‖eius': & procedent ‖qui bona fecerũt, in resurrectionẽ vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. Nõ possum ego à meipso facere quicquã. Sicut audio, iudicò: & iudicium meũ iustũ est. quia nõ quæro voluntatem meã, sed voluntatẽ eius qui misit me. Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meũ nõ est verum. ‖Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verũ est testimoniũ *quod perhibet de me. Vos misistis ad Iohannẽ: & testimoniũ perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs. Vos autem voluistis ad horã exultare in luce eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius Iohanne. Opera enim quæ dedit* Pater vt perficiã ea: ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me, quia Pater misit me. & qui misit me Pater, ‖ipse testimoniũ perhibuit de me. neq. vocẽ eius vnquam audistis, neq. ‖speciẽ eius vidistis. & verbũ eius nõ habetis in vobis manẽs: quia quẽ misit ille, huic vos nõ creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternã habere: & illæ sunt quæ testimoniũ perhibẽt de me: & nõ voltis venire ad me vt vitã habeatis. Claritatem ab hominibus nõ accipio. Sed cognoui vos quia dilectionẽ Dei nõ habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & nõ ‖accipitis' me: si alius venerit in nomine suo, illũ accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriã abinuicẽ accipitis: & gloriã quæ à solo Deo est, non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrẽ. est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi: crederetis forsitã

47 & mihi. de me enim ‖ille scripsit. Si autem illius literis non creditis: quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

1 POst hæc ‖abiit Iesus trans mare Ga-
2 lilææ, quod est Tyberiadis: & sequebatur eũ multitudo magna, quia videbãt signa quæ faciebat super his qui infirmabãtur. Subiit ergo in mõtẽ Iesus: & ibi
4 sedebat cũ discipulis suis. Erat autem proximũ ‖Pascha, dies festus Iudæorum.
5 Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eũ, dicit ad Philippum, Vnde ememus
6 panes, vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat tentans eũ. ipse enim sciebat quid
7 esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorũ denariorũ panes nõ sufficiũt eis, vt vnusquisq. *modicũ quid accipiat.
8 Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas
9 frater Simõnis Petri, Est puer vn' hîc qui habet ‖quinque panes ordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tan-
10 tos? ‖Dicit' ergo Iesus, Facite homines discũbere. Erat autẽ fœnũ multũ in loco. Discubuerũt ergo viri, numero quasi
11 quinque millia. Accepit ergo Iesus panes: & cùm gratias egisset, distribuit discũbentibus. similiter & ex piscibus quã-
12 tum volebãt. Vt autẽ impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite quæ superaue-
13 rũt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq. panibus ordeaceis *quæ superfuerũt his qui manducaue-
14 rant. Illi ergo homines cũ vidissent quod Iesus fecerat signũ, dicebant, Quia hic est verè ‖pphetа qui vẽtur' est in mũ-
15 dum. Iesus ergo cùm cognouisset quia venturi essent vt raperent eũ, & facerent eũ regẽ ‖fugit iterũ in montẽ ipse solus.
16 Vt autẽ serò factũ est, descenderunt di-
17 scipuli eius ad mare. Et cũ ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaũ. & tenebræ iã factæ erant: & non ve-
18 nerat ad eos Iesus. Mare aũt, vento ma-
19 gno flãte, exurgebat. Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vidẽt Iesum ambulantẽ super mare, & proximum naui fieri, & timuerunt.
20 Ille autem dicit eis, Ego sum, nolite ti-
21 mere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terrã *quã
22 ibant. Altera die, turba quæ stabat trãs mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna*, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli
23 discipuli eius abiissent: aliæ verò super uenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi manducauerant panẽ, gratias ‖agente
24 Dño'. Cũ ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neq. discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærẽtes Iesum. Et cũ inuenissent
25 eũ trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quãdo
26 huc venisti? Respondit eis Iesus, & dixit,

Gen. 2, 22, 18, 49, 10. Deu. 18, Mat. 14, Marc. 6, Luc. 9,

Exo. 12, Lev. 23, Deu. 16,

Mat. 14, Marc. 6, Luc. 9,

*Dixit MS. G.S.

*Ædomus piscium o

Mat. 14, Mar. 6,

*in MS. *ad MS. Aug G.S. *Q.

‖agentes Deo MS.

‖transiit 7 MS. August. G.S.

‖& 4 MS. Aug. G. ‖Q. n. ‖filij Dei o Mat. 25, 46.

Mat. 3, 17

*eius MS. G q. S. Sup. 1, 15. 19.

*mihi MS. R. G. S.

Mat. 3, 17. 17, 5.

Deu. 4, 12.

‖accepistis MS q.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xit, Amen, amen dico vobis, quæritis me
nō quia vidistis signa, sed quia māducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini nō cibū qui perit, sed qui permanet in vitā æternā, quē Filius hominis dabit vobis. ‖ Hunc enim Pater signauit Deus.
Dixerunt ergo ad eū, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respōdit Iesus, & dixit eis, ‖ Hoc est opus Dei, vt credatis in eū quem misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signū, vt videamus, & credam⁹ tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto: ‖ sicut scriptū est, ‖ Panem de cælo dedit eis māducare. Dixit ergo eis Iesus, Amē amē dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panē de cælo verū. Panis enim Dei est qui de cælo descēdit, & dat vitā mundo.
Dixerūt ergo ad eū, Dñe, semper da nobis panē hunc. Dixit aūt eis Iesus, ‖ Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, nō esuriet: & qui credit in me, nō sitiet vnquā.
Sed dixi vobis quia & vidistis me, & nō creditis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eū qui venit ad me, nō eiciā foras. quia descēdi de cælo, nō vt faciā voluntatē meā, sed volūtatē eius qui misit me. Hæc est \enim/ voluntas eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdā ex eo, sed resuscitē illud in nouissimo die. Hæc est \autē/ volūtas Patris mei, qui misit me: vt omnis q videt filiū, & credit in eū, habeat vitā æternam, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Murmurabāt ergo Iudæi de illo, qa dixisset, Ego sum panis *qui de cælo descēdi: & dicebāt: ‖ Nónne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrē? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cælo descēdi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis', Nolite murmurare *inuicē: nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eū: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis, ‖ Et erunt oēs docibiles Dei. Omnis q audiuit à Patre, & didicit; venit ad me. Nō quia Patrem vidit quisquā, ‖ nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem.
Amē, amē dico vobis, qui credit in me, habet vitā æternā. Ego sum panis vitæ. Patres vestri ‖ māducauerūt māna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cælo descēdēs: vt siquis ex ipso māducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descēdi. Si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternū: & panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. Litigabāt ergo Iudæi ad inuicē, dicētes, Quomodo poterit hic nobis carnem suā dare ad māducādum? Dixit ergo eis Iesus, Amē, amē dico vobis, Nisi māducaueritis carnē Filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis.
Qui māducat meā carnē, & bibit meū sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eū in nouissimo die. ‖ Caro enim mea, verè est cibus: & sanguis me⁹, verè est potus. qui māducat meam carnē, & bibit meū sanguinē, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuēs Pater, & ego viuo propter Patrē: & qui māducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cælo descēdit. Non sicut māducauerūt patres vestri māna: & mortui sunt. Qui māducat hūc panē, viuet in æternum. Hæc dixit in synagoga docēs, in Capharnaum. Multi ergo audiētes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, — & quis potest eū audire? Sciēs aūt Iesus apud semetipsum quia murmurarēt de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scādalizat? Si ergo videritis ‖ Filium hominis ascendentē vbi erat prius? Spiritus⁹ est qui viuificat: caro nō ꝓdest quicquam. verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidā ex vobis, q nō credūt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credētes, & quis traditur⁹ esset eū. Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. Ex hoc multi discipulorū eius abierūt retrò: & iā nō cū illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nūquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus, Dñe, ad quem ibimus? verba vitæ æternę habes. ‖ & nos \credimus⁹ & cognouim⁹ quia tu es Christus filiu⁹ Dei*. Respōdit eis Iesus, Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autē \Iudā⁹ Simōnis \Iscariotem⁹: hic enim erat traditurus eum, cùm esset vnus ex duodecim.

CAP. VII.

POst hæc *ambulabat Iesus in \Galilæā⁹, nō enim volebat in \Iudæā⁹ ambulare: quia quærebāt eū Iudæi interficere. Erat aūt in proximo dies festus Iudæorū, ‖ Scenopegia. Dixerūt aūt ad eū fratres eius, Trāsi hinc, & vade in Iudæā, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palā esse. si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebāt in eum. Dicit ergo eis Iesus, Tēpus meū nondū aduenit: tēpus aūt vestrū semper est paratū. Nō potest mundus odisse vos, me aūt odit: quia ego testimoniū perhibeo de illo quòd opera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diē festū hūc, ego* \non⁹ \ascēdo⁹ ad diē festū istū: quia meū tēpus nondū impletū est. Hæc cū dixisset, ipse māsit in Galilæa. Vt autē ascenderunt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diē festū, non manifestè, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eū in die festo, & dicebāt, Vbi est ille? Et murmur \multus⁹ erat in turba de eo. Quidā enim dicebant, Quia bonus est. Alij autē dicebāt, Nō, sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebatur de illo, propter metū Iudæorum. Iam aūt die

festo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

festo mediãte, ascẽdit Iesus in templũ, & docebat. Et mirabãtur Iudæi, dicentes, 15
Quomodo hic literas scit, cũ nõ didicerit? Respõdit eis Iesus, & dixit, Mea do- 16
ctrina nõ est mea, sed eius qui misit me.
Si quis voluerit voluntatẽ eius facere: 17
cognoscet de doctrina, vtrũ ex Deo sit, an
ego à meipso loquar. Qui à semetipso 18
loquitur, gloriã propriã quærit. qui autẽ
quærit gloriã eius qui misit eũ, hic verax
est, & iniustitia in illo nõ est. Nõne Moy 19
ses dedit vobis legẽ: & nemo ex vobis fa-
Exo. 20,20. & 24,3. cit legẽ? ‖ Quid me quæritis interficere? 20
Respõdit turba, & dixit, Dęmoniũ habes:
Sup. 5,18. quis te quærit interficere? Respõdit Ie- 21
sus, & dixit eis, Vnũ opus feci: & oẽs mi-
Leu. 12,3. ramini. Propterea ‖ Moyses dedit vobis 22
circũcisionẽ: (nõ qa ex Moyse est, sed ex
Gen. 17,10 ‖ patrib⁹), & in sabbatho circũciditis ho-
minem. Si circũcisionẽ accipit homo in 23
sabbatho, vt nõ soluatur lex Moysi: mihi
indignamini quia totũ hominẽ sanũ feci
in sabbatho? Nolite iudicare secundum 24
Deut. 1,16. facié: sed ‖ iustũ iudiciũ iudicate. Dice- 25
bãt ergo quidã ex Ierosolymis, Nõne hic
est quẽ quærũt interficere? ᵘEt ecce, pa- 26
ᵘAtqui MS. lã loquitur, & nihil ei dicũt. Nũquid verè
cognouerũt principes quia hic est Chri-
stus? Sed hũc scimus vnde sit: Christus 27
autẽ cũ venerit, nemo scit vnde sit. Cla- 28
mabat ergo Iesus in tẽplo docẽs, & dicẽs,
Et me scitis, & vnde sim scitis. & à me-
ipso nõ veni, sed est verus qui misit me, 29
quẽ vos nescitis. Ego scio eum: quia ab
ipso sum, & ipse me misit. Quærebant 30
ergo eũ apprehẽdere: & nemo misit in il-
lũ manus, quia nondũ venerat hora eius.
De turba aũt multi crediderũt in eũ, & 31
dicebant, Christus cùm venerit, nunquid
plura signa faciet quàm quæ hic facit?
Audierũt Pharisæi turbã murmurantẽ 32
sacerdotũ 1 MS. G. S. de illo hæc: & miserũt principes & Pha-
risæi ministros vt apprehẽderẽt eũ. Di- 33
xit ergo eis Iesus, Adhuc modicũ tempus
vobiscũ sum: & vado ad eũ qui me misit.
Inf. 13,35. ‖ Quærętis me, & nõ inuenietis: & vbi 34
ego sum, vos non potestis venire. Dixe- 35
runt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic
iturus est, quia nõ inueniem⁹ eũ? nũquid
in dispersionẽ Gentiũ iturus est, & doctu-
rus Gentes? Quis est hic sermo quẽ di- 36
xit, Quærętis me, & nõ inuenietis: & vbi
sum ego, vos nõ potestis venire? In no- 37
Leu. 23,27. uissimo aũt ‖ die magno festiuitatis stabat
Iesus, & clamabat, dicẽs, Si quis sitit, ve-
Deu. 18,15. niat ad me, & bibat. ‖ Qui credit in me, 38
Isai. 2,28. sicut dicit Scriptura, ‖ flumina de ventre
Act. 2,17. eius fluẽt aquæ viuæ. (Hoc aũt dixit de 39
Spiritu quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ.
nondũ enim erat Spiritus ᵘ-datus': quia
-ᵘ MS. August. Iesus nõdum erat glorificatus.) Ex illa 40
ᵘsanctus 4 MS. G. Q. n. ergo turba cũ audisset hos sermones ei⁹,
dicebãt, Hic est verè ꝓpheta. Alij dice- 41
Mich. 5,2. bãt, Hic est Christus. Quidã aũt dicebãt,
Mat. 2,6. Nũquid à Galilæa venit Christus? Nõne 42
‖ scriptura dicit, quia ex semine ‖ Dauid &
de Beth-léhem castello vbi erat Dauid,
43 venit Christus? Dissensio itaq. facta est
44 in turba propter eum. Quidã autem ex
ipsis volebãt apprehẽdere eum: sed nemo
45 misit super eũ manus. Venerũt ergo mi-
nistri ad põtifices & Pharisæos. Et dixe-
46 rũt eis illi: Quare nõ adduxistis illũ? Re-
spondérunt ministri, Nunquã sic locutus
47 est homo, sicut hic homo*. Respõderunt *loquitur MS. S.
ergo eis Pharisæi, Nũquid & vos seducti
48 estis? Nunquid ex principibus aliquis
49 credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed
turba hæc quæ nõ nouit legem, maledicti
50 sunt. Dixit Nicodémus ad eos, ‖ ille qui Sup. 3,2.
vênit ad eũ nocte, qui vnus erat ex ipsis:
51 Nũquid lex nostra iudicat hominẽ: nisi
pri⁹ audierit ab ipso, & ‖ cognouerit quid Deut. 17,8. & 19,15.
52 faciat? Respõderunt, & dixerũt ei, Nun- *scripturas MS. Aug. G. q.
quid & tu Galilæus es? Scrutare*, & vide
53 quia à Galilæa propheta nõ ᵘsurgit'. Et ᵘsurrexit MS. R. G. S.
reuersi sunt vnusquisq. in domum suam.

CAP. VIII.

1 IEsus autẽ perrexit in mõtem Oliueti:
& diluculo iterũ vênit in templum,
& omnis populus vênit ad eũ, & sedens
3 docebat eos. Adducũt autem Scribæ &
Pharisæi mulierẽ in adulterio deprehen-
4 sam: & statuerũt eã in medio, & dixe-
rũt ei, Magister, hæc mulier modò depre-
5 hẽsa est in adulterio. ‖ In lege aũt Moy- Leu. 20,10.
ses mandauit nobis huiusmodi lapidare.
6 Tu ergo quid dicis? Hoc aũt dicebãt tẽ-
tãtes eũ: vt possent accusare eũ. Iesus aũt
inclinans se deorsum, digito scribebat in
7 ᵘterra'. Cũ ᵘergo' perseuerarẽt interro- ᵘterram MS. G.
gantes eũ: erexit se, & dixit eis, ‖ Qui si- ᵘautem MS. G.
ne peccato est vestrũ, primus in illam la- Deut. 17,7.
8 pidẽ mittat. Et iterũ se inclinãs, scribe- *terram MS. G.
9 bat in ᵘterra'. Audiẽtes aũt*, vnus post
vnũ exibãt, incipiẽtes à senioribus: & re-
mãsit sol⁹ Iesus, & mulier in medio stãs. *hæc MS q.
10 Erigẽs aũt se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi
sunt qui te accusabãt? nemo te condẽna-
11 uit? Quæ dixit: Nemo Dñe. Dixit autẽ
Iesus, Nec ego te cõdemnabo. Vade, & iã
12 amplius noli peccare. Iterũ ergo locutus
est eis Iesus, dicẽs, ‖ Ego sum lux mũdi. 1 Ioan. 1,5.
q sequitur me, nõ ᵘambulat' in tenebris: ᵘambulabit 5 MS. Aug. G. S.
13 sed habebit lumẽ vitæ. Dixerunt ergo ei
Pharisæi, Tu de teipso testimoniũ perhi-
14 bes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Respõ-
dit Iesus, & dixit eis, Etsi ego testimoniũ
perhibeo de meipso, verũ est testimoniũ
meũ: qa scio vnde veni, & quò vado: vos
autẽ nescitis vnde venio, aut quò vado.
15 Vos secundũ carnẽ iudicatis: ego non
16 iudico quẽquam. & si iudico ego, iudiciũ
meũ verũ est: quiã solus nõ sum, sed ego
17 & qui misit me, Pater. Et in lege vestra Deut. 17,6. & 19,15.
scriptũ est, ‖ quia duorum hominũ testi- Mat. 18,16.
18 monium verum est. Ego sum qui testi- 2 Cor. 13,1. Heb. 10,28.
monium perhibeo de meipso: & testimo-
nium perhibet de me, qui misit me, Pa-
19 ter. Dicebãt ergo ei, Vbi est Pater tuus?
Respondit Iesus, Neque me scitis, neque
Patrem meum. si me sciretis: forsitan

& Patrem

Ministerio de Educación Cultura y Deporte

& Patrem meũ ſcireris. Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docẽs in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterũ eis Ieſus, Ego vado; & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos non poteſtis venire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit, Quò ego vado, vos non poteſtis venire? Et dicebat eis, Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris. ſi enim non crediderit is quia ego ſum, moriemini in *peccato veſtro*. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principiũ *qui*& loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare. ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mũdo. Et non cognouerunt quia patrẽ *eis* dicebat *Deũ*. Dixit ergo eis Ieſus, Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hęc loquor: & qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum: quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Hæc illo loquẽte multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos, Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Reſpondẽrunt ei, Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquã: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus, Amen, amen dico vobis, quia ‖ omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. ſeruus autẽ non manet in domo in æternum: filius manet in æternum. ſi ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrẽ*, loquor: & vos quæ vidiſtis apud patrẽ veſtrum, facitis. Reſpõderunt & dixerunt ei, Pater noſter, Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Nunc autẽ quæritis me interficere hominẽ, qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaq. ei, Nos ex fornicatione non ſumus nati. vnũ patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet: diligeretis vtique me. ego enim ex Deo proceſsi, & veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquelã meam nõ cognoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonem meum. ‖ Vos ex pãtre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. ille, homicida erat ab initio, & in veritate nõ ſteterit: quia nõ eſt veritas in eo. cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius. Ego autẽ quia veritatẽ dico, nõ creditis mihi. Quis ex vobis *arguet* me de peccato? Si veritatem dico: quare vos nõ creditis mihi? ‖ Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo nõ eſtis. Reſpõderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nõnne benedicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo: ſed honorifico patrem meum, & vos *inhonoraſtis* me. Ego aũt non quæro gloriam meam. eſt qui quærat, & iudicet. Amen, amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerũt ergo Iudæi, Nũc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & Prophetæ: & tu dicis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, nõ guſtabit mortẽ in æternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mortuus eſt? & Prophetę mortui ſunt. Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus veſter eſt. & non cognouiſtis eum, ego aũt noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meũ: & vidit, & gauiſus eſt. Dixerũt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus, Amen, amẽ dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

*arguit 4 MS. G.S. 1 Ioan. 4, 6.

*inhonoratis MS. R.G.S.

CAP. IX.

ET præteriens *Ieſus* vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eum diſcipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus, Neq. hic peccauit, neq. parẽtes eius: ſed vt manifeſtẽtur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo poteſt operari. quandiu ſum in mũdo, lux ſum mũdi. Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, (quod interpretatur, Miſſus.) Abiit ergo, & lauit: & venit videns. Itaq. vicini *& qui *viderãt* eum prius quia mendicus erat, dicebant, Nõnne hi eſt qui ſedebat, & mendicabat? Alij dicebãt, Quia hic eſt. Alij autẽ, Nequaquã ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat, Qui ego ſum. Dicebant ergo ei, Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpõdit, Ille homo qui dicitur Ieſus, lutũ fecit: & vnxit oculos meos: & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & vidi. *Et dixerunt* ei, Vbi eſt ille? Ait, Neſcio. Adducunt eũ ad Phariſæos qui cæcus fuerat. Erat aũt ſabbathũ quãdo lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.

-8 MS. G.S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iterum ergo interrogabant eum Pha- 15
risæi quomodo vidisset. Ille autem dixit
eis, Lutum mihi posuit super oculos, &
laui: & video. Dicebant ergo ex Phari- 16
sæis quidam, Nõ est hic homo à Deo, qui
sabbathũ nõ custodit. Alij autẽ dicebant,
Quomodo potest homo peccator hæc si-
gna facere? Et schisma erat inter eos.
Dicunt ergo cęco iterum, Tu, quid dicis 17
de illo ‖qui' aperuit oculos tuos? Ille au-
tem dixit, Quia propheta est. Non cre- 18
diderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus
fuisset & vidisset, donec vocauerunt pa-
rentes eius qui viderat: & interrogaue- 19
runt eos, dicẽtes, Hic est filius vester, quẽ
vos dicitis quia cæcus natus est? Quo-
modo ergo nunc videt? Respondẽrũt eis 20
parẽtes eius, & dixerũt, Scimus quia hic
est filius noster, & quia cæcus natus est:
quomodo autẽ nunc videat, nescimus; 21
aut quis eius aperuit oculos, nos nesci-
mus: ipsum interrogate; ætatẽ habet, ipse
de se ‖loquatur'. Hæc dixerunt parentes 22
eius, quoniã timebant Iudæos. iam enim
conspirauerãt Iudæi, vt si quis eũm con-
fiteretur ⌐esse' Christũ, extra synagogam
fieret. Propterea parẽtes eius dixerunt, 23
Quia ætatem habet, ipsum interrogate.
Vocauerunt ergo rursum hominem qui 24
fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam
Deo. nos scimus quia hic homo, peccator
est. Dixit ergo ⌐eis' ille, Si peccator est, 25
nescio: vnũ scio, quia cæcus cùm essem,
modò video. Dixerũt ergo illi, Quid fe- 26
cit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?
Respondit eis, Dixi vobis iam, & *au- 27
distis: quid iterum vultis audire? nunquid
& vos vultis discipuli eius fieri? Male- 28
dixerũt ergo ei, & dixerũt, Tu discipulus
illius sis: nos aũt Moysi discipuli sumus.
Nos scim⁹ quia Moysi locutus est Deus: 29
hunc autẽ nescimus vnde sit. Respondit 30
ille homo, & dixit eis, In hoc enim mi-
rabile est quia vos nescitis vnde sit, & a-
peruit meos oculos. scimus autem quia 31
peccatores Deus nõ audit: sed si quis Dei
cultor est, & voluntatẽ eius facit, hũc ex-
audit. A sęculo non est auditũ quia quis 32
aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à 33
Deo, nõ poterat facere quicquã. Respõ- 34
derunt, & dixerũt ei, In peccatis natus es
totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum
foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum 35
foras: & cũ inuenisset eũ, dixit ei, Tu cre-
dis in filium Dei? Respõdit ille, & dixit, 36
Quis est Dñe, vt credã in eum? Et dixit 37
ei Iesus, Et vidisti eũ: & qui loquitur te-
cum, ipse est. At ille ait, Credo Dñe. Et 38
procidẽs adorauit eum. Et dixit ⌐ei' Ie- 39
sus, In iudiciũ ego in hunc mundũ veni:
vt qui non vidẽt videãt, & qui vidẽt cæci
fiant. Et audierũt quidam ex Pharisæis 40
qui cũ ipso erãt: & dixerũt ei, Nũquid & 41
nos cęci sum⁹? Dixit eis Iesus, Si cæci es- 42
setis, nõ haberetis peccatũ. nũc verò dici-
tis, Quia videm⁹. Peccatũ *vestrũ manet.

*quia G.

‖loquetur G.

⌐3 MS. Aug. G.

⌐4 MS. Aug. G.

*non G. S.

CAP. X.

AMen, amen dico vobis, qui nõ intrat 1
per ostium in ouile ouiũ, sed ascẽdit
aliunde: ille fur est & latro. Qui aũt in- 2
trat per ostium, pastor est ouium. Huic 3
ostiarius aperit: & oues vocẽ eius audiũt:
& proprias oues vocat nominatim, & edu
cit eas. Et cùm proprias oues emiserit, 4
ante eas vadit: & oues illũ sequũtur, quia
sciunt vocẽ eius. Alienum autẽ non se- 5
quuntur, sed fugiunt ab eo: quia non no-
uerunt vocẽ alienorum. Hoc prouerbiũ 6
dixit eis Iesus. Illi aũt non cognouerunt
quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterũ 7
Iesus, Amen, amen dico vobis, quia ego
sum ostiũ ouium. Omnes quotquot ve- 8
nerunt*, fures sunt & latrones: sed non
audierũt eos oues. Ego sum ostium. Per 9
me si quis introierit, saluabitur: & ingre-
dietur & egredietur, & pascua inueniet.
Fur non venit nisi vt furetur & mactet 10
& perdat. Ego veni vt vitam habeant, &
abundantius habeant. Ego sum pastor 11
bonus. ‖ Bonus pastor animã suam ‖dat' 12
pro ouibus ⌐suis'. Mercenarius autẽ &
qui non est pastor, cuius non sunt oues
propriæ, videt lupũ venientẽ, & dimittit
oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit
oues. mercenarius autẽ fugit, quia mer- 13
cenarius est: & non pertinet ad eum de
ouibus. Ego sum pastor bonus: & co- 14
gnosco meas, & cognoscunt me meæ.
Sicut nouit me pater, & ego agnosco 15
patrẽ: & animam meã pono pro ouibus
⌐meis'. ‖ Et alias oues habeo quæ non 16
sunt ex hoc ouili: & illas oportet me ad-
ducere, & vocem meam audient, ‖ & fiet
vnũ ouile & vnus pastor. Propterea me 17
diligit pater; ‖ quia ego pono animã meã,
vt iterum sumam eam. ‖ Nemo tollit 18
eam à me: sed ego pono eam à meipso.
potestatẽ habeo ponẽdi eam: & potesta-
tem habeo iterũ sumẽdi eam. Hoc man-
datũ accepi à patre meo. Dissensio iterũ 19
facta est inter Iudæos propter sermones
hos. Dicebãt autem multi ex ipsis, Dæ- 20
monium habet & insanit: quid eum au-
ditis? Alij dicebãt, Hæc verba non sunt 21
dæmoniũ habentis. nunquid dæmonium
potest cæcorum oculos aperire? ‖ Facta 22
sunt autem Encænia in Ierosolymis: &
hyems erat. Et ambulabat Iesus in tem- 23
plo, in porticu Salomonis. Circundede- 24
rũt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quo-
usque animã nostrã tollis? si tu es Chri-
stus, dic nobis palàm. Respondit eis Ie- 25
sus, Loquor vobis: & non creditis. opera
quæ ego facio in nomine patris mei, hæc
testimoniũ perhibẽt de me: sed vos non 26
creditis, quia non estis ex ouibus meis*.
Oues meæ vocẽ meam audiunt; & ego 27
cognosco eas, & sequuntur me. & ego 28
vitã æternã do eis: & nõ perbũt in æter-
num, & non rapiet eas quisquã de manu
mea. Pater meus ‖quod dedit mihi, ma- 29
ius' omnibus est: & nemo potest rapere
de manu

*ante me 1 MS. G.

Isa. 40,11. Ezec. 34,23 & 37,24.

‖ponit MS R.G.S.

⌐6 MS. G.S.

Mat. 11,27 Luc. 10,22.

⌐5 MS. G.S.

Mat. 28,19 Mar. 16,15 Luc. 24,47 Act. 10,38 13,47.1 Cor. 1,17 Gal. 1,9. Ezec. 37,24 Isa. 55,3.

1 Mach. 4 56,59.

*sicut dixi vobis R. G.S.

‖quod dedit mihi, maior R.G.S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de manu patris mei. Ego & pater vnũ 30
sumus. Sustulerũt lapides Iudæi, vt la- 31
pidarẽt eum. Respondit eis Iesus, Multa 32
bona opera ostendi vobis ex patre meo,
propter quod eorum opus me lapidatis?
Responderunt ei Iudæi, De bono opere 33
non lapidamus te, sed de blasphemia, &
quia tu homo cũ sis, facis teipsum Deũ.
Respõdit eis Iesus, Nónne scriptum est 34
in lege vestra, quia ‖ Ego dixi, dij estis?
Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei 35
factus est, & non potest solui scriptura:
quẽ pater sanctificauit & misit in mun- 36
dũ, vos dicitis, Quia blasphemas: qa dixi
Filius Dei sum? Si nõ facio opera patris 37
mei: nolite credere mihi. Si aũt facio: & 38
si mihi nõ vultis credere, operibus credi-
te: vt cognoscatis & credatis quia pater
in me est, & ego in patre. Quærebãt er- 39
go eũ apprehẽdere: & exiuit de manibus
eorum. Et abiit iterũ trans Iordanem in 40
eum locũ vbi erat Iohãnes baptizãs pri-
mùm: & mansit illic. & multi venerunt 41
ad eum, & dicebant, Quia Iohãnes qui-
dem signum fecit nullum. Omnia autem
quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera
erant. Et multi crediderunt in eum. 42

CAP. XI.

ERat aũt quidam ‖languens' Lazarus à 1
Bethania, de castello Mariæ & Mar-
tha ‖sororis' eius'. (Maria aũt erat ‖quæ 2
vnxit Dñm vngũto, & extersit pedes ei'
capillis suis: cuius frater Lazarus infir-
mabatur.) Miserũt ergo sorores eius ad 3
eũ, dicẽtes, Dñe, ecce quẽ amas, infirma-
tur. Audiẽs aũt Iesus, dixit eis, Infirmi- 4
tas hæc nõ est ad mortem, sed pro gloria
Dei: vt glorificetur filius Dei per eam.
Diligebat aũt Iesus Marthã, & sororem 5
eius Mariã, & Lazarũ. Vt ergo audiuit 6
quia infirmabatur, tunc quidẽ mansit in
eodẽ loco duob. diebus, deinde post hæc 7
dicit discipulis suis, Eamus in Iudęã ite-
rũ. Dicũt ei discipuli, Rabbi, nũc quæ- 8
rebãt te Iudæi lapidare: & iterũ vadis il-
luc? Respondit Iesus, Nónne duodecim 9
sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in
die, non offendit: quia lucẽ huius mundi
videt: si aũt ambulauerit in nocte, of- 10
fendit: quia lux nõ est in eo. Hæc ait: & 11
post ‖hæc' dicit eis, Lazarus amicus noster
dormit: sed vado vt à somno excitẽ eum.
Dixerũt ergo discipuli eius, Dñe, si dor- 12
mit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de 13
morte eius: illi aũt putauerũt quia de dor
mitione somni diceret. Tunc ergo Iesus 14
dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est:
& gaudeo propter vos, vt credatis, quo- 15
niã non erã ibi. sed eamus ad eũ. Dixit 16
ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad
cõdiscipulos: Eamus & nos, vt moriamur
cũ eo. Venit itaq. Iesus: & inuẽnit eum 17
quatuor dies iã in monumento habentẽ.
(Erat aũt Bethania iuxta Ierosolymam 18
quasi stadijs quindecim.) Multi autẽ ex 19
Iudæis venerãt ad Marthã & Mariam, vt
consolarentur eas de fratre suo. Martha 20
ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit
illi: Maria autẽ domi sedebat. Dixit ergo 21
Martha ad Iesum, Dñe, si fuisses hîc,
frater meus non fuisset mortuus. sed & 22
nunc scio quia quæcunque poposceris à
Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus, 23
Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, 24
Scio quia resurget ‖ in resurrectione, in
nouissimo die. Dixit ei Iesus, Ego sum 25
resurrectio & vita: ‖qui credit in me: etiã
si mortuus fuerit, viuet. & omnis qui 26
viuit, & credit in me: non morietur in
æternũ. Credis hoc? Ait illi, Vtiq. Dñe, 27
ego credidi quia tu es Christus fili' Dei*
qui in hunc' mundũ venisti. Et cũ hæc 28
dixisset, abiit, & vocauit Mariã sororem
suã silentio, dicens, Magister adest, & vo-
cat te. Illa vt audiuit, ‖surgit' citò, & ve- 29
nit ad eum. nondũ enim venerat Iesus 30
in castellũ: sed erat adhuc in illo loco vbi
occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui 31
erãt cum ea in domo, & consolabãtur eã,
cùm vidissent Mariã quia citò surrexit &
exiit, secuti sunt eam, dicẽtes, Quia vadit
ad monumentũ, vt ploret ibi. Maria er- 32
go cũ venisset vbi erat Iesus, vidẽs eum,
cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Dñe si
fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus:
Iesus ergo vt vidit eam plorantẽ, & Iu- 33
dæos qui venerãt cũ ea, plorantes, infre-
muit spiritu, & turbauit seipsum, & di- 34
xit, Vbi posuistis eũ? Dicunt ei, Dñe, ve-
ni & vide. Et lachrymatus est Iesus. 35
Dixerũt ergo Iudæi, Ecce quomodo a- 36
mabat eum. Quidã autẽ ex ipsis dixe- 37
runt, Non poterat hic, ‖qui aperuit ocu-
los cæci*, facere, vt *hic non moreretur?
Iesus ergo rursum fremens in semet- 38
ipso, venit ad monumentũ. erat aũt spe-
lunca: & lapis superpositus erat ei. Ait 39
Iesus, Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha so-
ror eius qui mortu' fuerat, Dñe, iã fœtet,
quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus, 40
Nõne dixi tibi qm̃ si credideris, videbis
gloriã Dei? Tulerũt ergo lapidem. Iesus 41
autẽ eleuatis sursum oculis, dixit, Pater,
gratias ago tibi qm̃ audisti me. ego aũt 42
sciebã quia semper me audis, sed propter
populũ qui circũstat, dixi; vt credãt qa tu
me misisti. Hęc cũ dixisset, voce magna 43
clamauit, Lazare, vepi foras. Et statim 44
prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes
& manus institis, & facies illius sudario
erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eũ, &
sinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui 45
venerãt ad Mariã & Marthã, & viderant
quæ fecit Iesus, crediderũt in eũ. Quí- 46
dam aũt ex ipsis abierunt ad Pharisæos,
& dixerũt eis quæ fecit Iesus. College- 47
runt ergo Põtifices & Pharisæi concilio,
& dicebant, Quid ‖facimus', quia hic ho-
mo multa signa facit. Si dimittimus eũ 48
sic, omnes credẽ' in eũ: & venient Roma-
ni, & tollent* nostrum locum & gentem.
Vnus aũt ex ipsis ‖Caiphas nomine', 49

Sup. 5,29. Luc. 14,14. Sup. 6,33. 47.

*viui MS. 9. -7 MS.S.

‖surrexit MS. S.

Sup. 9,6. *nati MS. 9. *& 3 MS. Aug. G.S.

‖faciemus MS. Aug. S. *& 9 MS. G. -8 MS. Aug. G.

Inf. 18,14.

cùm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis,
Vos nescitis quicquam, nec cogitatis 50
quia expedit ‖nobis' vt vnus moriatur ho
mo pro populo, & non tota gens pereat.
Hoc autē à semetipso nō dixit: sed cùm 51
esset pontifex anni illius, prophetauit
quòd Iesus moriturus erat pro gente:
& non tantùm pro gente, sed vt * filios 52
Dei qui erant dispersi, cōgregaret in vnū.
Ab illo ergo die cogitauerunt vt inter- 53
ficerent eum. Iesus ergò iam non in pa- 54
lam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in
regionem iuxta desertū in ciuitatem quæ
dicitur ‖Ephrem', & ibi morabatur cum
discipulis suis. Proximum autem erat 55
Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi
Ieroso lymam de regione ante Pascha, vt
sanctificarent seipsos. Quærebant ergo 56
Iesum: & colloquebantur adinuicem, in
tēplo stantes, Quid putatis, quia non vē-
nit ad diem festum? Dederant aūt Ponti-
fices, & Pharisæi mādatum, vt si quis co-
gnouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant
eum.

CAP. XII.

IEsus ergo ante sex dies Paschæ venit 1
Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mor-
tuus quem suscitauit Iesus. Fecerūt au- 2
tem ei cœnam ibi: & Martha ministra
bat, Lazarus verò vnus erat ex discum-
bētibus cū eo. Maria, ergo accepit libram 3
vnguenti nardi ‖pistici', pretiosi, & vnxit
pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis
suis: & domus impleta est ex odore vn-
guenti. Dixit ergo vnus ex discipulis 4
eius Iudas Iscariotes, qui erat eum tra-
diturus, Quare hoc vnguentū non væ- 5
nijt trecentis denariis, & datū est egenis?
Dixit autē hoc, non quia de egenis per- 6
tinebat ad eū: sed quia fur erat, & loculos
habens, ea quæ mittebantur portabat.
Dixit ergo Iesus, ‖Sine' illam, vt in ‖die' 7
sepulturæ meæ ‖seruet' illud. Pauperes 8
enim semper habetis vobiscū: me autem
non semper ‖habebitis'. Cognouit ergo 9
turba multa ex Iudæis quia illic est: &
venerunt, non propter Iesum tātùm, sed
vt Lazarum viderent, quem suscitauit à
mortuis. Cogitauerūt aūt principes sa- 10
cerdotum vt & Lazarum interficerent:
quia multi propter illū abibant ex Iu- 11
dæis, & credebant in Iesum. In crasti- 12
num autem turba multa quæ venerat ad
diem festū, cùm audissent quia venit Ie-
sus Ieroso lymam: acceperūt ramos pal- 13
marum, & processerūt obuiam ei, & cla-
mabant, Hosan-na, benedictus qui venit
in nomine Dñi, Rex Israël. ‖Et inuenit 14
Iesus asellū, & sedit super eū, sicut scri-
ptum est: Noli timere filia Sion: ‖ecce 15
rex tuus venit sedēs super pullum asinæ.
Hęc non cognouerūt discipuli eius pri- 16
mùm: sed quando glorificatus est Iesus,
tunc recordati sunt quia hæc erāt scripta
de eo; & hæc fecerunt ei. Testimonium 17
ergo perhibebat turba quæ erat cum eo
quando Lazarū vocauit de monumento,
& suscitauit eum à mortuis. Propterea 18
& obuiam venit ei turba: quia audierunt
eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo 19
dixerūt ad semetipsos, Videtis quia nihil
proficimus? ecce mundus totus post eum
abiit. Erant autē quidā Gentiles ex his 20
qui ascenderant vt adorarēt in die festo.
Hi ergo accesserunt ad Philippum qui 21
erat à Bethsaida Galilææ; & rogabāt eū,
dicentes, Dñe, volumus Iesum videre.
Venit Philippus, & dicit Andreæ. An- 22
dreas rursum & Philippus dixerūt Iesu.
Iesus autem respōdit eis, dicens, Vēnit 23
hora, vt clarificetur filius hominis.
Amen, amen dico vobis, nisi granum 24
frumenti cadens in terrā, mortuū fuerit,
ipsum solum manet: si autē mortuū fue-
rit, multū fructū affert. ‖Qui amat ani- 25
mam suā, perdet eam: & qui odit animā
suam in hoc mūdo, in vitā æternam cu-
stodit eam. Si quis mihi ministrat, mē 26
sequatur; & vbi sum ego, illic & minister
meus erit. Si quis mihi ministrauerit, ho
norificabit eum Pater meus. Nunc ani- 27
ma mea turbata est. Et quid dicā? Pater,
saluifica me ex hac hora. Sed, propterea
vēni, in horā hanc. Pater, clarifica no- 28
men tuum. Venit ergo vox de cælo*, Et
clarificaui, & iterum clarificabo. Turba 29
ergò quæ stabat & audierat, dicebat toni-
truū esse factum. Alij dicebāt, Angelus ei
locutus est. Respōdit Iesus, & dixit, Nō 30
propter me hæc vox vēnit, sed propter
vos. Nunc iudiciū est mundi: nūc prin- 31
ceps huius mundi eiicietur foras. Et ego 32
si exaltatus fuero à terra, omnia traham
ad meipsum. (hoc autem dicebat, signi- 33
ficans qua morte esset moriturus.) Re- 34
spōdit ei turba, Nos audiuimus ‖ex lege,
quia Christus manet in æternū: & quo-
modo tu dicis, Oportet exaltari filiū ho-
minis? Quis est iste filius hominis?
Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modi- 35
cum, lumen in vobis est. Ambulate dum
lucem habetis, vt non vos tenebræ com-
prehendant. & qui ambulat in tenebris,
nescit quò vadat. Dum lucem habetis, 36
credite in lucē, vt filij lucis sitis. Hæc lo-
cutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab
eis. Cùm aūt tanta signa fecisset coram 37
eis, non credebant in eū: vt sermo Isaię 38
prophetæ impleretur, quem dixit, ‖Dñe,
quis credidit auditui nostro? & brachium
Dñi cui reuelatum est? Propterea non 39
poterant credere, quia iterū dixit Isaias,
‖Excæcauit oculos eorum, & indura- 40
uit cor eorū: vt non videāt oculis, & non
intelligant corde, & conuertantur, & sanē
eos. Hæc dixit Isaias, quādo vidit glo- 41
riam eius, & locutus est de eo. Verūta- 42
men & ex principibus multi crediderunt
in eum: sed propter Pharisæos nō confi-
tebantur, vt è synagoga non eicerentur.
dilexerunt enim gloriā hominum ma- 43
gis, quàm gloriā Dei. Iesus autem cla- 44
mauit, & dixit, Qui credit in me, nō cre-
dit in

vobis o.

*& MS. G.S.

Ephraim G. Hier. l. de locis Hebraicis, Syra. vtro modo legatur, licet.

Matt. 26, 6. Mar. 14, 3.

Q. n.

Sinite o. die MS q. Q. n. habetis 4 MS. G.

Matt. 21, 7. Mar. 11, 7. Luc. 19, 35. Zach. 9, 9.

*dicens MS q.

Ps. 109, 4. & 116, 2. Esa. 40, 6. Ezec. 37, 25

Isa. 53, 1. Rom. 10, 16

Isa. 6, 10. Matt. 13, 15. Mar. 4, 12. Luc. 8, 10. Act. 28, 27. Rom. 11, 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dit in me, sed in eum qui misit me. Et 45
qui videt me, videt eũ qui misit me. Ego 46
lux in mundũ veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Et si quis 47
audierit verba mea, & nõ custodierit: ego non iudico eũ. non enim veni vt iudicem mũdũ, sed vt saluificem mundum. Qui 48
spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eũ. ‖ sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die:
Quia ego ex meipso non sum locutus: 49
sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicã, & quid loquar. Et 50
scio quia mãdatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

ANte diem autẽ festum Paschæ, sciẽs 1
Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem
dilexit eos. Et cœna facta, cũ diabolus 2
iam misisset in cor, vt traderet eũ Iudas Simõnis Iscariotes: sciẽs quia oĩa dedit 3
ei Pater in mãnus, & quia à Deo exiuit, & ad Deũ vadit: surgit à cœna, & ponit 4
vestimenta sua. & cũ accepisset linteum, præcinxit se. Deinde ‖ misit aquã in pel- 5
uim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus.
Venit ergo ad Simonẽ Petrũ. Et dicit ei 6
Petrus. Dne, tu mihi lauas pedes? Respõ- 7
dit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò: scies autẽ postea. Dicit ei 8
Petrus, Nõ lauabis mihi pedes in ęternũ. Respõdit ei Iesus, Si nõ lauero te, nõ ‖ habebis' partẽ mecũ. Dicit ei Simõ Petrus, 9
Dne, nõ tãtum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus, Qui lotus est, 10
nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Et vos mundi estis, sed nõ oẽs.
Sciebat enim quisnã esset qui traderet 11
eũ. propterea dixit, Nõ estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, 12
& accepit vestimenta sua, cũ recubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Dne: & 13
bene dicitis. sum etenim. Si ergo ego la- 14
ui pedes vestros, dns & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽ- 15
plum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. ‖ Amẽ, 16
amẽ dico vobis, nõ est seruus maior dño suo; neq. apostolus maior est eo qui misit illũ. Si hæc scitis; beati eritis si feceritis 17
ea. Nõ de omnibus vobis dico: ego scio 18
quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura, ‖ Qui mãducat mecũ panẽ, ‖ leuabit' contra me calcaneũ suũ. Amodò di- 19
co vobis, priusquã fiat: vt cũ factũ fuerit, credatis, quia ego sum. ‖ Amẽ, amẽ 20
dico vobis, qui accipit si quẽ misero, me accipit. qui aũt me accipit, accipit eũ qui me misit. Cũ hæc dixisset Iesus, turba- 21
tus est spiritu: & protestatus est, & dixit: ‖ Amẽ, amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad in- 22
uicẽ discipuli, hæsitantes de quo diceret.
23 ‖ Erat ergo recũbẽs vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. *Luc.* 22,21. *Inf.* 21,20.
24 Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dixit
25 ei, Quis est de quo dicit? Itaq. cũ recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Do-
26 mine, qs est? Respõdit Iesus: Ille est cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cùm intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simõnis, Iscario-
27 riotæ. Et post buccellam, tunc introiuit in eũ Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod fa-
28 cis, fac citiùs. Hoc autẽ nemo sciuit dis-
29 cumbentiũ ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quę opus sunt nobis ad diẽ festũ: aut egenis vt
30 aliquid daret. Cùm ergo accepisset ille buccellã, exiuit continuò. Erat autẽ nox.
31 Cũ ergo exisset, dixit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis: & Deus clarifi-
32 catus est in eo. Si Deus clarificat' est in eo, & Deus clarificabit eũ in semetipso:
33 & cõtinuò clarificabit eũ. Filioli, adhuc modicũ vobiscũ sum. ‖ Quæretis me: & *Sup* 7,34.
sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos nõ *Leu.* 19,18.
34 potestis venire: & vobis dico modò. ‖ Mãdatũ nouũ do vobis, Vt diligatis inuicẽ: *Mar.* 22,39 *Inf.* 15,12.
sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicẽ.
35 In hoc cognoscẽt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad in-
36 uicẽ. Dicit ei Simon Petrus, Dne, quò vadis? Respondit Iesus, Quò ego vado, non potes me modò sequi, sequeris autẽ
37 postea. Dicit ei Petrus, Quare nõ possum te sequi modò? ‖ animam meã pro *Mat.* 26,35
38 te ponã. Respondit ei Iesus, Animã tuã *Mar.* 14,29
pro me pones? Amen, amen dico tibi, nõ *Luc.* 22,33.
cantabit gallus, donec ter me neges.

CAP. XIIII.

1* NOn turbetur cor vestrũ. Creditis in *Et ait discipulis suis MS ℔. G q.
2 Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. si quò minus, dixissem vobis, Quia vado parare
3 vobis locũ. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos
4 sitis. Et quò ego vado scitis, & viã scí-
5 tis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam
6 scire? Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrẽ nisi per
7 me. Si cognouissetis me, & Patrẽ meũ vtiq. cognouissetis: & amodò ‖ cognoscetis 2 MS. *August.* G. S.
8 tis' eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus, Dne, ostende nobis Patrẽ, & sufficit
9 nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tẽpore vobiscũ sum: & non ‖ cognouistis' me? Philippe, qui ‖ videt me, videt' & Patrem. ‖ cognouisti 1 MS. *August.* G. S.
*Quomodo tu dicis, Ostẽde nobis patrẽ?
10 Non ‖ credis' quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nõ loquor. Pater aũt in me ma-
11 nẽs, ipse facit opera. Nõ creditis qa ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin pro-
12 pter opera ipsa credite. Amẽ, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego ‖ videt me vidit 5 MS. G. *Et 2 MS. R. G. S. ‖ creditis o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet:
quia ego ad Patrem vado. ¶ Et quodcũque 13
petieritis *in nomine meo, hoc faciã:
vt glorificetur Pater in filio. Si quid pe- 14
tieritis ~ me' in nomine meo, hoc faciam.
Si diligitis me: mandata mea seruate. 15
Et ego rogabo Patrẽ, & aliũ paraclẽtũ 16
dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ, Spiritum veritatis, quẽ mundus nõ 17
potest accipere, quia nõ videt eũ, nec scit
eũ. vos autẽ ᵛcognoscitis' eũ: qa apud vos
ᵛmanebit', & in vobis erit. Nõ relinquã 18
vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc mo- 19
dicũ: & mundus me iam non videt. Vos
autem videtis me: quia ego viuo, & vos
viuetis. In illo die vos cognoscetis quia 20
ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego
in vobis. Qui habet mãdata mea, & ser- 21
uat ea: ille est qui diligit me. Qui autem
diligit me, diligetur à Patre meo: & ego
diligã eum, & manifestabo ei meipsum.
Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Dñe, 22
quid factũ est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit 23
Iesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. qui nõ diligit me, 24
sermones meos non seruat. Et sermonẽ
quem auditis, non est meus: sed eius qui
misit me, Patris. Hæc locutus sum vo- 25
bis apud vos manens. Paraclẽtus autem, 26
Spiritus sanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq. dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis, pacem meã do 27
vobis: non quomodo mundus dat, ego do
vobis. Non turbetur cor vestrũ, neq formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Va- 28
do & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrẽ: quia
Pater maior me est. Et nunc dixi vobis 29
priùs quã fiat: vt cũ factũ fuerit, credatis.
Iã non multa loquar vobiscũ. venit e- 30
nim princeps mũdi ~ huius', & in me non
habet quicquã. Sed, vt cognoscat mũdus 31
quia diligo Patrẽ: ¶ & sicut mandatũ dedit mihi Pater, sic facio: Surgite, eamus
hinc.

CAP. XV.

EGo sum vitis vera: & Pater meus a- 1
gricola est. Omnẽ palmitem in me, 2
non ferentẽ fructum, ᵛtollet' eũ: & omnẽ
qui fert fructum, ᵛpurgabit' eũ, vt fructũ
plus afferat. Iam vos ¶ mundi estis pro- 3
pter sermonem quẽ locutus sum vobis.
Manete in me: & ego in vobis. Sicut 4
palmes nõ potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi
in me mãseritis. Ego sum vitis: vos pal- 5
mites: qui manet in me, & ego in eo, hic
fert fructum multum: quia sine me nihil
potestis facere. Si qs in me nõ mãserit: 6
mittetur foras sicut palmes, & ᵛarescet',
& ᵛcolligent eum', & in ignẽ ᵛmittent', &
ᵛardet'. Si manseritis in me, & verba 7
mea in vobis manserint: quodcunque
8 volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc
clarificatus est Pater meus: vt fructũ plu-
rimũ afferatis, & efficiamini mei disci-
9 puli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi
10 vos. Manete in dilectione mea. Si præ-
cepta mea seruaueritis, manebitis in di-
lectione mea: sicut & ego Patris mei præ-
cepta seruaui, & maneo in ei° dilectione.
11 Hæc locutus sum vobis: vt gaudium
meũ in vobis sit, & gaudium vestrũ im-
12 pleatur. ¶ Hoc est præceptũ meũ, vt dili-
13 gatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Maiorẽ hac
dilectionẽ nemo habet, vt animam suam
14 ponat quis pro amicis suis. Vos amici
mei estis, si feceritis quæ ego præcipio
15 vobis. Iã non ᵛdico' vos seruos: quia ser-
uus nescit quid faciat dñs eius. Vos autẽ
dixi amicos: quia omnia quæcũq. audiui
16 à Patre meo, nota feci vobis. Non vos
me elegistis: sed ego elegi vos, & posui
vos: vt ¶ eatis, & fructũ afferatis; & fructus
vester maneat: vt quodcũq petieritis Pa-
17 trem in nomine meo, det vobis. Hæc
18 mãdo vobis, vt diligatis inuicẽ. Si mũ-
dus vos odit: scitote quia me priorẽ vo-
19 bis odio habuit. Si de mundo fuissetis:
mũdus quod suũ erat diligeret. quia ve-
rò de mũdo nõ estis, sed ego elegi vos de
20 mũdo, propterea odit vos mundus. Me-
mentote sermonis mei quẽ ego dixi vo-
bis, ¶ Non est seruus maior dño suo. ¶ Si
me persecuti sunt: & vos persequentur.
si sermonẽ meum seruauerunt: & vestrũ
21 seruabũt. Sed hæc omnia facient vobis
propter nomen meum: quia nesciunt eũ
22 qui misit me. Si non venissem, & locu-
tus fuissem eis, peccatum non haberent:
nunc autem excusationem nõ habent de
23 peccato suo. Qui me odit: & Patrẽ meũ
24 odit. Si opera non fecissem in eis quæ
nemo alius fecit: peccatum non haberẽt.
nunc autẽ & viderunt & oderunt & me
25 & Patrem meũ. Sed vt adimpleatur ser-
mo qui in Lege eorũ scriptus est, ¶ Quia
26 odio habuerũt me gratis. Cũ autẽ vene-
rit Paraclẽt', ¶ quẽ ego mittã vobis à Pa-
tre, ᵛspiritum' veritatis, qui à Patre pro-
cedit, ille testimoniũ perhibebit de me:
27 & vos testimonium ᵛperhibebitis': quia
ab initio mecum estis.

CAP. XVI.

1 HAec locutus sum vobis, vt non scã-
2 dalizemini. Absq. synagogis faciẽt
vos: sed venit hora, vt omnis qui inter-
ficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare
3 Deo. & hæc facient vobis; quia nõ no-
4 uerunt patrẽ neq. me. Sed hæc locutus
sum vobis: vt cũ venerit hora, eorũ re-
5 miniscamini, quia ego dixi vobis. Hæc
autẽ vobis ab initio non dixi, quia vo-
biscũ erã: ᵛEt' nunc, vado ad eũ qui misit
me; & nemo ex vobis interrogat me, Quò
6 vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis,
7 tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego ve-
ritatem dico vobis, expedit vobis vt ego
vadã. Si enim *non abiero, paraclẽtus non
veniet ad vos: si autẽ abiero, mittã eum

ad vos.

Inf. 16,23. Mat. 7,7. & 21, 22. Mar. 11,24. *Patrem MS. q. ~ 3 MS. Aug. G.

ᵛcognoscetis MS. Aug. ᵛmanet MS. G.S.

~ G.

Act. 2,22.

ᵛtollit 1, MS. G.S. ᵛpurgat G.S. Sup. 13, 10. ᵛarescit 2 MS.S. ᵛcolligunt eos 3 MS. G. ᵛmittunt 4 MS. G. S. ᵛardent 4 MS. G.

Sup. 13, 34. Ephes. 5, 2. 1 Thes. 4, 9.

ᵛdicam MS. Aug.

Mat. 28, 19.

1 Ioan. 1, 4. & 4, 17.

Sup. 15, 18. Mar. 10, 24. Luc. 6, 40. Mat. 10, 24.

Psal. 34, 19. Luc. 24, 49.

ᵛSpiritus MS. S. G. autem deest. Aug. habent enim: Nec autem. *ego non G.

ᵛperhibetis 5 MS. G.S.

ᵛAt 1 MS. cui fauet Aug. G.S.

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mũ- 8
dũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio.
de peccato quidẽ: quia non credunt in 9
me. de iustitia verò: quia ad Patrem va- 10
do; & iam non videbitis me. de iudicio 11
autẽ: quia princeps huius mũdi iam iudi-
catus est. Adhuc multa habeo vobis di- 12
cere: sed nõ potestis portare modò. Cùm 13
aũt venerit ille Spiritus veritatis, docebit
vos omnẽ veritatẽ? non enim loquetur
à semetipso: sed quæcunq. audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit
vobis. Ille me clarificabit: quia de meo 14
accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia 15
quæcũq. habet Pater, mea sunt. Propterea
dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit
vobis. Modicũ, & iã nõ videbitis me: 16
& iterũ modicũ, & videbitis me: quia va-
do ad Patrem. Dixerũt ergo ex discipu- 17
lis eius ad inuicẽ, Quid est hoc quod di-
cit nobis: Modicum, & non videbitis me:
& iterũ modicũ, & videbitis me; &, quia
vado ad Patrem? Dicebant ergo, Quid 18
est hoc quod dicit; Modicum? nescimus
quid loquitur. Cognouit autem Iesus; 19
quia volebãt eũ interrogare: & dixit eis,
De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Mo-
dicũ, & nõ videbitis me: & iterũ modicũ;
& videbitis me. Amẽ, amen dico vobis, 20
quia plorabitis, & flebitis vos, mundus
autem gaudebit: vos autẽ cõtristabimini,
sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
Mulier cũ parit, tristitiã habet; quia ve- 21
nit hora eius: cùm autẽ pepererit puerũ,
iã nõ meminit pressuræ propter gaudiũ,
quia natus est homo in mũdum. Et vos 22
igitur, nũc quidẽ tristitiã habetis, iterum
autẽ videbo vos, & gaudebit cor vestrũ:
& gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis.
Et in illo die me nõ rogabitis quicquã. 23
Amẽ, amen dico vobis, siquid petieritis
Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vsq. 24
modò non petistis quicquam in nomine
meo. Petite & accipietis: vt gaudium ve-
strũ sit plenũ. Hęc in prouerbiis locutus 25
sum vobis. Venit hora cũ iam nõ in pro-
uerbiis loquar vobis, sed palam de Patre
annuntiabo vobis. in illo die in nomine 26
meo petetis: & non dico vobis quia ego
rogabo Patrẽ de vobis. Ipse enim Pater 27
amat vos, quia vos me amastis, & credi-
distis, quia ego à Deo exiui. Exiui à Pa- 28
tre, & veni in mundum: iterum relinquo
mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei 29
discipuli eius, Ecce, nũc palam loqueris,
& prouerbium nullum dicis. nunc sci- 30
mus quia scis omnia, & non opus est tibi
vt quis te interroget. in hoc credimus
quia à Deo existi. Respondit eis Iesus, 31
Modò creditis? Ecce venit hora, & iam 32
venit, vt dispergamini vnusquisq. in pro-
pria, & me solum relinquatis: & non sum
solus, quia Pater mecum est. Hæc locu- 33
tus sum vobis, vt in me pacem habeatis.
In mundo pressuram habebitis: sed con-
fidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

1 HAec locutus est Iesus: & sublevatis
oculis in cælum, dixit, Pater, vẽnit
hora, clarifica filiũ tuũ, vt *filius tu⁹ cla- *& G.
2 rificet te: Sicut dedisti ei potestatem Mat. 28,18
omnis carnis, vt, omne quod dedisti ei,
3 det eis, vitã æternam. Hæc est autẽ vita
æterna, Vt cognoscãt te, solũ Deũ verũ, &
4 quẽ misisti Iesum Christũ. Ego te clari-
ficaui super terrã: opus cõsummaui quod
5 dedisti mihi vt faciam: & nunc clarifica
me tu Pater apud temetipsum, claritate
quã habui priusquàm mũdus esset, apud
6 te. Manifestaui nomen tuũ hominibus
quos dedisti mihi de mũdo: Tui erant, &
mihi eos dedisti: & sermonẽ tuũ seruа-
7 uerunt. Nunc cognouerunt quia omnia
8 quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia ver-
ba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi ac-
ceperunt, & cognouerunt verè quia à te
exiui, & crediderunt quia tu me misisti.
9 Ego pro eis rogo: Nõ pro mũdo rogo,
10 sed pro his quos dedisti mihi; quia tui
sunt: & mea omnia, tua sunt; & tua mea
sunt: & clarificatus sum in eis: Et iã non
sum in mundo, & hi in mundo sunt, &
11 ego ad te venio. Pater sancte, serua eos
in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint
12 vnũ, sicut & nos. Cùm essem cũ eis, ego
seruabã eos in nomine tuo. Quos dedi- Inf. 18,9.
sti mihi, cũstodiui: & nemo ex eis periit,
nisi filius perditionis, vt scriptura im- Ps. 40,10.
13 pleatur. Nũc autem ad te venio: & hæc & 108,8.
loquor in mũdo, vt habeãt gaudiũ meum
14 impletũ in semetipsis. Ego dedi eis ser-
monem tuũ, & mundus eos odio habuit,
quia nõ sunt de mundo; sicut & ego non
15 sum de mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de
16 mũdo, sed vt serues eos à malo. De mũ-
do nõ sunt: sicut & ego nõ sum de mũdo.
17 Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus
18 veritas est. Sicut tu me misisti in mũdũ,
19 & ego misi eos in mũdũ. Et pro eis ego
sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sancti-
20 ficati in veritate. Nõ pro eis autẽ rogo
tãtũ, sed & pro eis qui credituri sunt per
21 verbũ eorũ in me: vt omnes vnum sint,
sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi
in nobis vnũ sint: vt credat mundus quia
22 tu me misisti. Et ego claritatẽ quã dedi-
sti mihi, dedi eis: vt sint vnũ, sicut & nos
23 vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt
sint consummati in vnum: & cognoscat
mundus quia tu me misisti, & dilexisti
24 eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos de-
disti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint
mecum: vt videãt claritatem meã quam
dedisti mihi, quia dilexisti me ante con-
25 stitutionem mundi. Pater iuste, mũdus
te non cognouit. ego autẽ te cognoui: &
26 hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et
notum feci eis nomen tuũ, & notũ faciã:
vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, &
ego in ipsis. CAP. XVIII. Mat. 26,36
1 HAec cùm dixisset Iesus, egressus est Mar. 14,32
cum discipulis suis trans Torrentẽ- Luc. 22,39.
2 Re. 15,23

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cedron, vbi erat hortus, in quē introiuit ipſe & diſcipuli eius. Sciebat autem & 2
Iudas, qui tradebat eū, locū: quia frequēter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis
Mat. 26,47 ſuis. ¶ Iudas ergo cū accepiſſet cohortē, 3
Mar. 14,43 & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros:
Luc. 22,47. venit illuc cum laternis & facibus & armis. Ieſus itaq. ſciens omnia quæ ventura erāt ſuper ſe, proceſsit, & dixit eis, 4
Quē quæritis? Reſponderunt ei, Ieſum 5
Nazarenum. Dicit eis Ieſus, Ego ſum. Stabat aūt & Iudas qui tradebat eū, cum
ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierūt 6
retrorſum, & ceciderūt in terram. Iterū 7
ergo interrogauit eos, Quē quæritis? Illi aūt dixerūt, Ieſum Nazarenum. Reſpōdit Ieſus, Dixi vobis, quia ego ſum. ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt im- 9
Sup. 17, 12. pleretur ſermo quem dixit, ¶ Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquā.
Simō ergo Petrus habens gladium, eduxit eū: & percuſsit pontificis ſeruum, & abſcidit auriculā eius dexterā. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus 11
Petro, Mitte gladiū tuū in vaginā. Calicē
*vis vt MS q. Aug. quem dedit mihi Pater, non *bibā illum?
Cohors ergo & tribun⁹ & miniſtri Iu- 12
dæorū cōprehenderunt Ieſum; & ligauerūt eum: & adduxerūt eū ad ¶ Annā pri- 13
Luc. 3,2. mùm. erat enim ſocer Caiphæ, qui erat
* Q. n. pontifex anni illius *. Erat autē ¶ Cai- 14
Sup. 11,49. phas, qui conſilium dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominē mori pro populo.
Sequebatur autē Ieſum Simō Petrus, & 15
alius diſcipulus. Diſcipulus autē ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in
atrium pōtificis. Petrus autē ſtabat ad 16
Mat. 26,58 oſtiū foris. ¶ Exiuit ergo diſcipulus *alius
Mar. 14,54 qui erat notus pontifici; & dixit oſtiariæ:
Luc. 22,54. & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro 17
*ille 6 MS. G.S. ancilla oſtiaria, Nūquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, Non ſum.
Stabāt aūt ſerui & miniſtri ad prunas, 18
quia frigus erat: & ‖calefaciebant ſe'. erat
‖calefiebāt 7 MS. G. S. autē cū eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de 19
diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus, Ego palam locutus ſum 20
mundo: ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo quò omnes Iudæi conueniunt:
& in occulto locutus ſum nihil. Quid 21
me interrogas? interroga eos qui audierūt quid locutus ſim ipſis: ecce, hi ſciunt quæ dixerim ego. Hæc autē cū dixiſſet, vnus 22
aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens, Sic reſpondes pontifici? Reſpon- 23
dit ei Ieſus, Si malè locutus ſūm, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene,
Mat. 25,57. quid me cædis? ¶ - ‖Et' miſit' eum An- 24
Mar. 14,53 Luc. 22,54. nas ligatum ad Caiphām pontificem.
- G.
Erat autem Simon Petrus ſtans, & ca- 25
lefaciens ſe. ¶ Dixerunt ergo ei; Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit
‖Emiſit 1 MS. Q. n. ille & dixit, Non ſum. Dicit ei vnus ex 26
Mat. 26,69 ſeruis pontificis, cognatus eius cuius abMar. 14,67 Luc. 22,56. ſcidit Petrus auriculā, Nonne ego te vi-

27 di in horto cūm illo? Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit.
28 ¶ Adducunt ergo Ieſum à Caipha' in prætorium. erat autem manè: & ipſi non introierunt in prætorium, vt nō ¶ contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha.
29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accuſationem affertis aduer-
30 ſus hominē hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei, Si nō eſſet hic malefactor, non
31 tibi tradidiſſemus eū. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eū vos, & ſecūdum legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei
32 Iudæi, Nobis non licet interficere quenquā. ¶ Vt ſermo Ieſu impleretur quē dixit, ſignificās qua morte eſſet moriturus.
33 ¶ Introiuit ergo iterū in prætorium Pilatus: & vocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es
34 rex Iudæorū? Reſpōdit Ieſus, A temetipſo hoc dicis, an alij dixerūt tibi de me?
35 Reſpōdit Pilatus, Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & pontifices tradiderunt
36 te mihi. quid feciſti? Reſpondit Ieſus, Regnum meum nō eſt de hoc mundo. ſi ex hoc mundo eſſet regnū meū, miniſtri mei vtiq. decertarent vt non traderer Iudæis. nunc autem regnum meum non eſt
37 hinc. Dixit itaq. ei Pilatus, Ergo rex es tu? Reſpōdit Ieſus, Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum: vt teſtimoniū perhibeam veritati: omnis qui eſt ex veritate, audit
38 vocē meā. Dicit ei Pilatus, Quid eſt veritas? Et cū hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullā inuenio in
39 eo cauſam. ¶ Eſt autē cōſuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Paſcha: vultis ergo dimittam vobis regē Iudæorum?
40 Clamauerunt ergo rurſum omnes, dicentes, Nō hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. CAP. XIX.
1 TVnc ergo apprehēdit Pilatus Ieſum,
2 & flagellauit. ¶ Et milites plectētes coronā de ſpinis, impoſuerūt capiti eius:
3 & veſte purpurea circūdederūt eum. Et veniebant ad eū, & dicebāt, Aue rex Iudæorū. & dabāt ei alapas. Exiuit *iterū
4 Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eū foras, vt cognoſcatis quia nullā
5 inuenio in eo cauſam. Exiuit ergo Ieſus *portās coronā ſpineā, & purpureū veſtimentū. Et dicit eis, Ecce homo. Cū ergo
6 vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige ‖- eū'. Dicit eis Pilatus: Accipite eū vos; & crucifigite. ego enim nō inuenio in eo
7 cauſam. Reſponderūt ei Iudæi, Nos legē habemus: & ſecundum legē *debet mori,
8 quia filiū Dei ſe fecit. Cū ergo audiſſet
9 Pilatus hunc ſermonē, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterū: & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus aūtē reſponſum
10 non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatē habeo crucifigere te, & poteſtatē habeo dimit-
11 tere te? Reſpondit Ieſus, Non haberes

ad Caiphām MS Aug. Mat. 27, Mar. 15, Luc. 23, Act. 10, & 11,
Mat. 26,
Mat. 27, Mar. 15,
*ergo R. G.S.
*foras R. G.S.
- 6 MS. G q.
*noſtrum 1 MS. R. G.S.
Mat. 27,15 Mar. 15,6. Luc. 23,17

poteſta-

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datū esset désuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. *Exinde 12
quærebat Pilatus dimittere eū. Iudæi aūt clamabant, dicētes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. omnis* qui se regem facit, cōtradicit Cæsari. Pilatus aūt cùm 13
audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóstrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat aūt parasceue Paschæ, hora 14
quasi sexta: & dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autē clamabāt, Tolle, tolle, cru- 15
cifige eum. Dicit eis Pilatus, Regē vestrū crucifigam? Respondērūt pontifices, Non habemus Regē, nisi Cæsarem. Tūc ergo 16
tradidit eis illū, vt crucifigeretur. Susceperunt autē Iesum: & eduxerunt*. ¶ Et 17
bajulans sibi crucē exiuit in eū qui dicitur Caluariæ locū, Hebraicè* Golgotha:
vbi crucifixerūt eū, & cū eo alios duos 18
hinc & hinc, medium aūt Iesum. Scri- 19
psit autē & titulū Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo ti- 20
tulū multi Iudæorū legerunt: quia propè ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè & Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifices 21
Iudæorū, Noli scribere Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sūm Iudæorum.
Respōdit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. 22
Milites ergò cùm crucifixissent eū, ac- 23
ceperunt vestimēta eius (& fecerūt quatuor partes: vnicuiq. militi partē) & tunicā. Erat autē tunica inconsutilis, désuper cōtexta per totum. Dixerūt ergo ad- 24
inuicē, Nō scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens, ¶ Partiti sunt vestimēta mea sibi: & in vestē meā miserūt sortē. Et milites quidē hęc fecerunt. Stabāt autem iuxta 25
crucē Iesu mater eius, & soror matris ei⁹, Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. Cū 26
vidisset ergo Iesus matrē & discipulum ᵃstātem' quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit di- 27
scipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipul⁹ inᵇ suaᵇ. Posteà sciēs 28
Iesus quia omnia iam cōsummata sunt, ¶ vt cōsummaretur scriptura, dicit, Sitio.
Vas ergo erat positum aceto plenū. Illi 29
autē spongiā plenā aceto, hyssopo circūponentes, obtulerūt ori eius. Cùm ergo 30
accepisset Iesus ācetū, dixit, Cōsummatū est. Et inclinato cāpite tradidit spiritum.
Iudæi ergo (quōm Parascéue erat) vt non 31
remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerūt Pilatum vt frangerētur eorum crura, & tollerentur. Venerūt ergo mi- 32
lites: & primi quidē fregerūt crura, & alterius q crucifixus est cū eo. Ad Iesum 33
autē cùm veniissent, vt viderūt eum iam mortuū, nō fregerūt ei⁹ crura: sed vnus 34
militū lancea latus eius aperuit, & cōti-
35 nuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit: & verū est testimoniū eius. Et ille scit quia vera dicit:
36 vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur, ¶ Os non cōmi- Exo. 12,46
37 nuetis ex eo. Et iterum alia scriptura Num. 9, 12.
dicit, ¶ Videbunt in quem transfixerunt. Zac. 12, 10.
38 ¶ Post hæc autē rogauit Pilatū Ioseph Mat. 27, 57
ab Arimathæa (eo quòd esset discipulus Mar. 15, 42
Iesu, occultus autē propter metū Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Luc. 23, 50.
Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.
39 Venit aūt & ¶ Nicodemus, qui venerat Sup. 3, 1.
ad Iesum nocte primùm, ferens mixturā & 7, 50.
40 myrrhę & aloēs, quasi libras centū. Acceperunt ergò corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cū aromatibus, sicut mos est
41 Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentū nouū, in quo nōdum quisquā po-
42 situs erat. Ibi ergò propter Parascéuen Iudæorum, quia iuxtà erat monumentū, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

1 VNa aūt sabbathi, Maria Magdalēne venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentū: & vidit lapidē sub- Mat. 28, 1. Mar. 16, 1. Luc. 24, 1.
2 latum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonē Petrū, & ad aliū discipulū quē amabat Iesus: & dicit illis, Tulerunt Dñm de monumēto, & nescimus
3 vbi posuerūt eum. Exiit ergo Petrus: & ille alius discipulus, & venerunt ad mo-
4 numētum. Currebant aūt duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.
5 Et cùm se inclinasset, vidit posita lin-
6 teamina: nō tamē introiuit. Venit ergo Simō Petrus sequēs eum, & introiuit in monumentū, & vidit linteamina posita,
7 & sudariū quod fuerat sup caput eius, nō cū linteaminib. positū, sed separatim
8 inuolutū in vnū locū. Tūc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad
9 monumētum: & vidit, & credidit. nondum enim sciebāt scripturā, quia ᵃoporteret eum à mortuis resurgere. Abierūt
10 ergo iterū discipuli ad semetipsos. ¶ Maria autē stabat ad monumentū foris, plo-
11 rans. Dum ergo fleret, inclinauit se, ¶ &
12 prospexit in monumentum: ¶ & ᵃvidit' duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput & vnū ad pedes, vbi positū fuerat
13 corpus Iesu. Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerūt Dñm meū:
14 & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsùm, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus
15 est. Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras? quē quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Dñe, si tu sustulisti eū, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego
16 eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur,
17 Magister.) Dicit ei Iesus, Noli me tangere; nondū enim ascendi ad Patrē meū: vade autem ad fratres meos, & dic eis,

ᵃ oporteret MS.
Mat. 28, 1.
Mar. 16, 5. Luc. 24, 4.
ᵃ videt 1 MS. G. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ascẽdo ad Patrẽ meũ & Patrẽ vestrum, Deũ meũ & Deũ vestrum. Venit Maria 18
Magdalene annuntians discipulis, Quia
Mat. 16,14 vidi Dñm, & hæc dixit mihi. ¶ Cũ ergo 19
Luc. 24,36. sero esset die illo, vna sabbathorũ, & fores
1 Cor. 15,5 essent clausæ, vbi erãt discipuli cõgregati propter metũ Iudeorũ: venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et 20
cùm hoc dixisset, ostẽdit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Dño.

*Iesus R. G.S. Dixit ergo eis *iterum, Pax vobis: Sicut 21
misit me Pater, & ego mitto vos. Hoc 22
cùm dixisset, insufflauit: & dicit eis, Ac-
Mat. 18,18 cipite Spiritũ sanctum: ¶ quorũ remiseritis 23
peccata, remittũtur eis: & quorũ retinueritis, retẽta sunt. Thomas aũt vnus 24
ex duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cũ eis quãdo venit Iesus. Dixerũt ergo 25
ei alij discipuli, Vidimus Dñm. Ille aũt dixit eis, Nisi videro in manibus eius ᵂfigu-
ram 5 MS. G. Q.n. xurã' clauorũ, & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ, & mittã manũ meã in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterũ erãt 26
discipuli eius intus: & Thomas cũ eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thõ- 27
mæ, Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & affer manũ tuã, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

Respõdit Thomas, & dixit ei, Dñs meus 28
& Deus meus. Dicit ei Iesus, Quia vi- 29
-MS. Aug. G.S. disti me Thoma', credidisti: beati qui nõ
Inf. 21,25. viderũt & crediderunt. ¶ Multa quidẽ & 30
alia signa fecit Iesus in cõspectu discipulorũ suorũ, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis 31
quia Iesus est Christus filius Dei: & vt credentes, vitã habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

*discipulis 4 MS. R. G S. POstea manifestauit se iterũ Iesus *ad 1
mare Tiberiadis. Manifestauit autem
Sup. 1,45. sic: Erãt simul Simõ Petrus & Thomas 2
Mat. 4,21. qui dicitur Didymus, & ¶ Nathanaël qui
Mar. 1,19. erat a Cana Galilææ, ¶ & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Si- 3
mon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierũt & ascẽderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Manè autẽ iã facto stetit Iesus 4
in littore: nõ tamen cognouerũt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus, Pue- 5
ri, nunquid pulmentarium habetis? Respõderũt ei, Non. Dicit eis, ¶ Mittite in de- 6
Luc. 5,4. xterã nauigij rete: & inuenietis. Miserũt ergo: & iam nõ valebãt illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipu- 7
lus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dñs est. Simon Petrus cùm audisset quia Dñs est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autẽ discipuli 8
nauigio venerunt (nõ enim longè erant à terrã, sed quasi cubitis ducentis) trahẽtes rete piscium. Vt ergo descenderunt in 9
terrã, viderunt prunas positas, & piscem superpositũ, & panem. Dicit eis Iesus, 10
Afferte de piscibus quos prendidistis nũc.

11 Ascẽdit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenũ magnis piscibus, centũ quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, non
12 est scissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat ᵂdiscumbentium' interrogare eum, Tu quis es? sciẽtes
13 quia Dñs est. Et venit Iesus, & ᵂaccipit' panẽ & ᵂdat' eis, & piscẽ similiter. Hoc
14 iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis.

15 Cùm ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simõ ᵂIohannis', diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Dñe: tu scis quia
16 amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ, Simon ᵂIohannis', diligis me? Ait illi, Etiã Dñe, tu scis quia amo te. Di-
17 cit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò, Simõ ᵂIohannis', amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei, Dñe, tu omnia ᵂscis' tu scis quia amo te. Dicit ei*, Pasce oues meas.

18 ¶ Amẽ, amẽ dico tibi, cùm esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas. cùm autẽ senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò *non vis.

19 Hoc autẽ dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deũ. Et cùm hoc di-
20 xisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus, vidit illũ discipulũ quẽ diligebat Iesus, sequentẽ, ¶ qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Dñe quis est
21 qui tradet te? Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dicit Iesu, Dñe, hic autem quid?

22 Dicit ei Iesus, ᵂSic'eũ volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23 Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei Iesus, Nõ moritur: sed, ᵂSic'eũ vo-
24 lo manere donec veniã, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia ve-
25 rum est testimoniũ eius. ¶ Sunt autẽ & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribãtur per singula, nec ipsum arbitror mũdũ capere posse eos qui scribẽdi sunt, libros.

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I.

1 PRimum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit
2 Iesus facere & docere, vsq. in diẽ qua præcipiẽs Apostolis per Spiritũ sanctũ, quos elegit, assumptus est: quibus &
3 præbuit seipsum viuũ post passionẽ suã in multis argumẽtis, per dies quadraginta
4 apparẽs eis, & loquẽs de regno Dei. Et ᵂcõuiescẽs', ¶ præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederẽt, sed expectarẽt promissionem Patris, ¶ quã audistis (inquit) per os
5 meũ: ¶ quia Iohannes quidẽ baptizauit aqua, vos autem ¶ baptizabimini Spiritũ
6 sancto non post multos hos dies. Igitur qui cõuenerãt, interrogabãt eũ, dicentes, Dñe, si in tempore hoc restitues regnum Israël?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Israël? Dixit autē eis, Non est vestrum 7
nosse tępora vel momēta, quæ Pater po-
suit in sua potestate: sed ‖accipietis vir- 8
tutē superuenientis Spiritus sancti in vos,
& eritis mihi testes in Ierusalē, & in om-
ni Iudæa, & Samaria, & vsq. ad vltimum
terræ. ‖ Et cùm hæc dixisset, vidētibus 9
illis eleuatus est: & nubes suscepit eū ab
oculis eorū. Cumq. intuerentur in cælū 10
euntē illū, ecce duo viri astiterunt iuxta
illos in vestibus albis, qui & dixerunt, 11
Viri Galilæi, quid statis aspiciētes in cæ-
lū? hic Iesus qui assumptus est à vobis in
cælū, sic veniet quemadmodū vidistis eū
euntē in cælū. Tunc reuersi sunt Iero- 12
solymā à monte qui vocatur Oliueti, qui
est iuxta Ierusalem, sabbathi habēs iter.
Et cùm introissent in cœnaculū, ascē- 13
derūt vbi manebant Petrus & Iohannes,
Iacobus & Andreas, Philippus & Tho-
mas, Bartholomæus & Matthæus, Iaco-
bus Alphæi & Simō Zelotes, & Iudas Ia-
cobi. hi oēs erāt perseverātes vnanimi- 14
ter in oratione cum mulieribus & Maria
matre Iesu, & fratribus eius. In die- 15
bus illis exurgens Petrus in medio fra-
trum, dixit (erat autē turba ‖hominum‖
simul, ferè centum viginti) Viri fra- 16
tres, oportet impleri scripturam ‖quam
prædixit Spiritus sanctus per os Dauid
de Iuda, ‖(qui fuit dux eorum qui com-
prehenderūt Iesum: qui connumeratus 17
erat in nobis, & sortitus est sortē mini-
sterij huius. ‖ Et hic quidē possedit agrū 18
de mercede iniquitatis; ‖& suspēsus cre-
puit medi°: & diffusa sunt omnia viscera
eius. Et notū factū est omnibus habitā- 19
tibus Ierusalē: ita vt appellaretur ager ille,
lingua eorum, Hacel-dema, hoc est, ager
sanguinis) Scriptum est enim in libro 20
Psalmorū: ‖Fiat cōmoratio ‖eorū‖ deser-
ta, & nō sit q̄ inhabitet in ea: ‖ Et episco-
patū ei° accipiat alter. Oportet ergo ex 21
his viris q̄ nobiscū fuit cōgregati, in omni
tępore quo intrauit & exiuit inter nos Dñs
Iesus, incipiens à baptismate Iohannis 22
vsq. in diē qua assumpt° est à nobis, testē
resurrectionis eius nobiscū fieri vnū ex
istis. Et statuerūt duos, Ioseph, qui vo- 23
cabatur Barsabas, ęcognominatus est Iu-
stus: & Mathiā. Et orantes dixerūt, Tu 24
Dñe qui corda nosti omniū, ostende quē
elegeris ex his duob° vnū, accipere locū 25
ministerij huius & apostolatus, de quo
prævaricatus est Iudas vt abiret in locū
suū. Et dederūt sortes eis: & cecidit sors 26
super Mathiam, & annumeratus est cum
vndecim Apostolis.

CAP. II.

ET cùm ‖cōplerētur‖ ‖dies Pēthecostes, 1
erāt oēs pariter in eodē loco: ‖& fa- 2
ctus est repētè de cælo sonus, tanquā ad-
uenientis spiritus vehementis, & replevit
totā domū vbi erāt sedētes. Et apparue- 3
rūt illis dispertitæ linguæ tanquā ‖ignis‖,
seditq. supra singulos eorū: & ‖repleti 4
sunt oēs Spiritu sancto, & cœperūt loqui
‖variis‖ linguis prout Spiritus sanctus da- ‖aliis MS.G.
bat eloqui illis. Erāt autē in Ierusalem 5
habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni
natione quæ sub cælo est. facta autem 6
hac voce cōuenit multitudo, & mēte cō-
fusa est, qm̄ audiebat vnusquisq. lingua
sua illos loquētes. Stupebāt autē oēs, & 7
mirabātur, dicētes*: Nonne, ecce, oēs isti *adhuc MS.G.S.
qui loquuntur, Galilæi sunt, & quomo- 8
dō nos ‖audiuimus‖ vnusquisq. linguā no- ‖audimus 1 MS. G.S
strā, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, 9
& Aelamitæ, & qui habitant Mesopota-
miā, Iudæā, & Cappadociā, Pontum, &
Asiā, Phrygiā, & Pamphyliā, Aegyptū, & 10
partes Libyæ quæ est circa Cyrenen, &
aduenæ Romani, Iudæi quoq. & Prose- 11
lyti, Cretes, & Arabes: ‖audiuimus‖ eos ‖audimus 1 MS. G.S
loquentes nostris linguis magnalia Dei.
Stupebāt aūt oēs, & mirabātur, adinui- 12
cē dicentes, Quidnā vult hoc esse? Alij 13
autē irridētes dicebāt, Quia musto pleni
sunt isti. Stās autē Petrus cū vndecim, 14
leuauit vocē suam, & locutus est eis, Viri
Iudæi, & qui habitatis Ierusalē vniuersi,
hoc vobis notum sit, & auribus percipite
verba mea. Nō enim, sicut vos æstima- 15
tis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia:
sed hoc est quod dictū est per prophetā 16
Ioēl, Et erit, in nouissimis diebus (dicit Ioel. 2, 28.
Dñs) effundā de Spiritu meo super omnē Isa. 44, 3.
17 carnē: & prophetabunt filij vestri & filiæ
vestræ, & iuuenes vestri visiones videbūt,
& seniores vestri somnia somniabunt.
Et quidē sup̄ seruos meos, & super an- 18
cillas meas in diebus illis effundā de Spi-
ritu meo, & prophetabūt: & dabo ‖pro- 19
digia in cælo sursum, & signa in terra deor-
sum, sanguinē, & ignem, & vaporē fumi.
Sol conuertetur in tenebras, & luna in 20
sanguinē, antequā veniat dies Dñi ma-
gnus & manifestus. Et erit ‖omnis qui- 21 Ioel. 2, 32.
cumq. inuocauerit nomē Dñi, salu° erit. Rom. 10, 13.
Viri Israëlitæ, audite verba hæc, Iesum 22
Nazarenū virū approbatū à Deo in vo-
bis, virtutibus & prodigiis & signis quæ
fecit Deus per illū in medio vestri, sicut
*vos scitis: hunc definito cōsilio & præ- 23 *& 5 MS.
scientia Dei traditū, p̄ manus iniquorū af- G.S.
figentes, interemistis, quē Deus suscita- 24
uit solutis doloribus inferni, iuxta quod
impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid 25
enim dicit in eū, ‖Prouidebā Dñm in cō- Psal. 15, 8.
spectu meo semp: qm̄ à dextris est mihi
ne cōmouear. Propter hoc lætatum est 26
cor meū, & exultauit lingua mea, insup̄,
& caro mea requiescet in spe. Quoniā 27
nō derelinques animā meam in inferno,
nec dabis sanctū tuū videre corruptionē.
Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis 28
me iucūditate cū facie tua. Viri fratres, 29
liceat audēter dicere ad vos de patriarcha
Dauid ‖qm̄ *defunct° est, & sepult° est: & 3 Re. 2, 10.
sepulchrū ei° est apud nos, vsq. in hodier- *& 4 MS.
nū diē. Propheta igit cū esset, & sciret qa 30 G.S.
iureiurando ‖ iurasset illi Deus de fructu Ps. 131, 11.
lumbi eius sedere sup̄ sedē ei°: prouidēs 31

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

locutus est de resurrectione Christi, quia ‖ neque derelictus est in inferno, ‖ neque caro eius vidit corruptionē. Hūc Iesum 32
resuscitauit Deus, ‖ cuius oēs nos testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus, & 33
promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit ℣hunc quē vos videtis & auditis. Nō enim Dauid ascendit in cælū: 34
dicit autē ipse, ‖ Dixit Dns Dño meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos 35
tuos scabellū pedum tuorū. Certissimè 36
sciat ergo omnis domus Israël, quia & Dñm eū, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quē vos crucifixistis. His autem 37
auditis cōpuncti sunt corde, & dixerūt ad Petrū & ad reliquos Apostolos, Quid faciem⁹ viri fratres? Petrus verò ad illos, 38
Pœnitentiā (inquit) agite, & baptizetur vnusquisq. vestrū in nomine Iesu Christi in remissionē peccatorū vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis 39
enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscūq. aduocauerit Dns Deus noster. Aliis etiā ver- 40
bis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione ista praua. Qui ergo receperūt sermonē 41
eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Erāt 42
autē perseuerantes in doctrina Apostolorū, & cōmunicatione fractionis panis, & orationibus. Fiebat autē omni animæ 43
timor: multa quoq prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. Oēs etiā qui 44
credebant, erāt pariter, & habebāt omnia cōmunia. Possessiones & substātias vē- 45
debāt, & diuidebant illa omnibus, prout cuiq. opus erat. Quotidie quoq. perdu- 46
rantes vnanimiter in tēplo, & frangentes circa domos panē, sumebāt cibū cū exultatione & simplicitate cordis: collaudā- 47
tes Deū, & habētes gratiā ad omnē plebē. Dns aūt augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

CAP. III.

PEtrus autē & Iohannes ascendebāt in templū, ad horā orationis nonā. Et 1 2
quidā vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quē ponebant quotidie ad portā tēpli, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynā ab introeuntibus in templū. Is cùm vidisset Petrū & Io- 3
hannē incipiētes introire in templū, rogabat vt eleemosynā acciperet. Intuens 4
autē in eū Petrus cū Iohanne, dixit, Respice in nos. At ille intendebat in eos, 5
sperās se aliquid accepturū ab eis. Petrus autē dixit, Argentū & aurū non est 6
mihi: quod autē habeo, hoc tibi do: In ℣nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehēsa manu ei⁹ dextera, alleuauit eum, & protinus cōsolidatæ 7
sunt bases eius & plantæ. Et exiliēs stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in tēplū ambulās, & exiliēs, & laudās Deū. 8
Et vidit omnis populus eū ambulantē, 9
& laudantē Deū. Cognoscebāt aūt illū, 10
quòd ipse erat q ad eleemosynā sedebat ad Speciosam portā tēpli: & impleti sunt stupore & extasi in eo quod cōtigerat illi.
Cùm ℣teneret' autē Petrū & Iohannē, 11
cucurrit omnis populus ad eos ad porticū quæ appellatur Salomonis, stupentes.
Vidēs autē Petrus, respōdit ad populū, 12
Viri Israëlitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut ℣pietate' fecerimus hunc ambulare?
Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus 13
Iacob, Deus patrū nostrorū glorificauit filiū suū Iesum, quē vos quidē tradidistis & negastis ante faciē Pilati, iudicāte illo
dimitti. ‖ Vos autē sanctū & iustū ne- 14
gastis, & petistis virum homicidā donari
vobis: authorē verò vitæ interfecistis, 15
quē Deus suscitauit à mortuis, cuius nos
testes sum⁹. Et in fide nominis ei⁹, hūc 16
quem vos ℣videtis' & nostis, confirmauit nomē eius: & fides quæ per eū est, dedit *integrā sanitatē istā in cōspectu omniū
vestrū. Et nunc fratres scio quia p ig- 17
norantiā fecistis, sicut & principes vestri.
Deus autē ℣qui' prænuntiauit p os om- 18
niū prophetarū, pati Christū suū, sic impleuit.
Pœnitemini igitur & cōuertimini, 19
vt deleātur peccata vestra: vt cū ve- 20
nerint tēpora refrigerij à cōspectu Dñi, & miserit eū qui prædicat⁹ est vobis Iesum Christū, quē oportet quidē cælum 21
suscipere vsq. in tēpora restitutionis omniū, quæ locutus est Deus per os sanctorū suorū, à seculo, prophetarū. Moyses 22
quidē dixit, ‖ Quoniā p̄phetā suscitabit vobis Dns Deus vester de fratribus vestris tāquā me: ipsum audietis iuxta oīa
quæcunque locutus fuerit vobis. Erit 23
autē, omnis anima quæ nō audierit prophetā illū, exterminabitur de plebe. Et 24
oēs prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, * annuntiauerunt dies istos.
Vos estis filij prophetarū & testamēti 25
quod disposuit Deus ad patres nostros, dicēs ad Abrahā, ‖ Et in semine tuo be-
nedicētur oēs familiæ terræ. Vobis pri- 26
mùm Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: vt cōuertat se vnusquisque à nequitia sua.

CAP. IIII.

LOquentibus autē illis ad populū, su- 1
peruenerūt sacerdotes & magistratus tēpli & Sadducæi, dolentes quòd docerent populū, & annuntiarēt in ℣Iesum' re- 2
surrectionē ex mortuis: & iniecerunt in 3
eos manus, & posuerūt eos in custodiā, in
crastinū. erat enim iā vespera. Multi aūt 4
eorū qui audierant verbū, crediderūt: & factus est numerus virorū quinq. millia.
Factū est autē in crastinū, vt cōgrega- 5
rentī principes eorū, & seniores & scribæ
in Ierusalē, & Annas princeps sacerdo- 6
tū, & Caiphas, & Iohānes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali.
Et statuētes eos in medio, interrogabāt: 7

Ps. 15,10. Inf. 13.25 Sup. 1,8.

℣hoc donum quod MS.

Psal. 109,1

℣teneret MS. ℣videret

℣potestate MS.S.

Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioā. 18,40.

℣vidistis o

*illi MS. R.G.S.

℣quæ MS.G. ℣quem ad- modum S.

*& 5 MS. G.S.

Gen. 12,3. & 18,18. & 26,4.

Deu. 18,15.

℣Iesu 7 MS.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In qua virtute aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc repletus Spiritu ſancto 8
petrus, dixit ad eos, Principes populi & ſeniores**: Si nos hodie diiudicamur 9
in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notū ſit omnibus vo- 10
bis & omni plebi Iſraël, quia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifi-
xiſtis, quē Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. ¶Hic 11
eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus: qui factus eſt in caput anguli:
& non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enī 12
aliud nomē eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vi- 13
dentes autem Petri conſtantiā & Iohannis, comperto quòd homines eſſent ſine
literis & idiotæ, admirabātur, & cognoſcebant eos quoniam cum Ieſu fuerant:
hominē quoq. videntes ſtantem cū eis 14
qui curatus fuerat, nihil poterant cōtradicere. Iuſſerunt autem eos foras extra 15
concilium ſecedere: & conferebant adinuicē, dicentes, Quid faciemus homini- 16
bus iſtis? quoniā quidē notū ſignū factū
eſt per eos, omnibus habitantibus Ieruſalē: manifeſtū eſt, & nō poſſumus negare. Sed ne amplius diuulgetur in popu- 17
lū: cōminemur eis, ne vltrà loquantur in
nomine hoc vlli hominum. Et vocātes 18
eos, denuntiauerunt ne omnino loquerētur, neq. docerent in nomine Ieſu. Pe- 19
trus verò & Iohannes reſpondentes, dixerunt ad eos, Si iuſtum eſt in conſpectu
Dei, vos potius audire quàm Deū, iudicate. non enim poſſumus quæ vidimus 20
& audiuimus non loqui. At illi cōmi- 21
nantes, dimiſerunt eos: non inuenientes
quomodo punirent eos, propter populū, quia omnes clarificabant id quod factum
fuerat, in eo quod acciderat. Annorum 22
enim erat amplius quadraginta homo in
quo factum fuerat ſignū iſtud ſanitatis.
Dimiſſi autē venerūt ad ſuos: & annū- 23
tiauerunt eis quanta ad eos principes ſacerdotum & ſeniores dixiſſent. Qui cū 24
audiſſent, vnanimiter leuauerunt vocem
ad Deū, & dixerunt, Dñe, tu *qui feciſti
cælū & terrā, mare, & omnia quæ in eis
ſunt, qui Spiritu ſancto per os patris 25
noſtri Dauid pueri tui dixiſti, ¶ Quare
fremuerunt Gentes, & populi meditati
ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & 26
principes cōuenerunt in vnum aduerſus
Dñm, & aduerſus Chriſtū eius? conue- 27
nerūt enim verè in ciuitate iſta aduerſus
ſanctū puerum tuum Ieſum, quē vnxiſti,
Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Iſraël, facere quæ ma- 28
nus tua & conſilium tuū decreuerūt fieri. Et nunc Dñe reſpice in minas eorū, 29
& da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui
verbū tuū, in eo quòd manū tuā extē- 30
das ad ſanitates & ſigna & prodigia fieri
per nomen ſancti filij tui Ieſu. Et cùm 31
oraſſent, motus eſt locus in quo erāt congregati: & repleti ſunt oēs Spiritu ſancto, & loquebātur verbū Dei cū fiducia.
32 Multitudinis autē credentium erat cor —vnū' & anima vna; nec quiſquā eorum —5 MS. G.
quæ poſſidebat aliquid ſuū eſſe dicebat,
33 ſed erāt illis omnia cōmunia. Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniū
reſurrectionis Ieſu Chriſti Dñi —noſtri': —6 MS. G.
& gratia magna erat in omnibus illis. S.
34 Neque enim quiſquā egens erat inter
illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorū aut domorū erant, vendentes afferebant
35 pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorū. Diuidebatur autem ſingulis prout cuiq. opus erat.
36 Ioſeph autem qui cognominatus eſt ¶Barnabas' ab Apoſtolis, (quod eſt inter- ¶Barſabas
pretatum, filius conſolationis) Leuites, o.
37 Cyprius genere, cùm haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.

CAP. V.

1 VIr autem quidā nomine Ananias, cū Saphira vxore ſua vendidit agrum,
2 & fraudauit de pretio agri, cōſcia vxore ſua: & afferens partē quandā, ad pedes
3 Apoſtolorū poſuit. Dixit autē Petrus*, *ad Ananiam o.
Anania, cur tētauit ſatanas cor tuū, mētiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pre- *ad eum
4 tio agri? Nōne manens tibi manebat, & MS. Gq. S.
venundatū in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Non es
5 mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autē Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus eſt timor magn' ſuper
6 omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes, amouerunt eum, & efferētes ſepelierunt. ~ Factū eſt autem quaſi horarum triū ſpatium, & vxor ipſius, neſciēs
8 quod factū fuerat, introiuit. Reſpondit autē ei Petrus, Dic mihi mulier', ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit, Etiā, tāti. —6 MS. G.
9 Petrus autē ad eam, Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Dñi? Ecce, S.
pedes eorū qui ſepelierunt virum tuum,
10 ad oſtiū, & efferent te. Confeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrātes autem iuuenes, inuenerunt illā mortuā: & extulerunt, & ſepelierunt ad virū ſuū.
11 Et factus eſt timor magnus in vniuerſa eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.
12 Per manus autē Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter omnes in porticu Salomonis.
13 Cæterorū autē nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus.
14 Magis autē augebatur credentiū in Dño multitudo virorum ac mulierum:
15 ita vt in platēas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabātis, vt veniēte Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquā illorū, — & liberarentur om- —5 MS.
16 nes ab infirmitatibus ſuis'. Cōcurrebat G.S.
autē & multitudo vicinarum ciuitatum Ieruſalem, afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immūdis: qui curabantur oēs.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Exurgens autem princeps sacerdotũ & 17
omnes qui cum illo erãt, quæ est hæresis
Sadducæorũ, repleti sunt zelo: & in- 18
iecerunt manus in Apostolos, & posuerũt
eos in custodia publica. Angelus autem 19
Dñi per noctẽ aperiens ianuas carceris,
& educens eos, dixit, Ite: & stantes lo- 20
quimini in tẽplo plebi omnia verba vi-
tæ huius. Qui cùm audissent, intraue- 21
runt diluculo in templũ, & docebãt. Ad-
ueniẽs autẽ princeps sacerdotum & qui
cum eo erant, conuocauerunt conciliũ &
omnes seniores filiorum Israël: & mise-
runt ad carcerẽ vt adducerentur. Cùm 22
aũt venissent ministri, & aperto carcere
nõ inuenissent illos: reuersi nuntiauerũt,
dicentes, Carcerem quidem inuenimus 23
clausum cum omni diligẽtia, & custodes
stantes ante ianuas: aperientes autem,
neminem intus inuenimus. Vt autem 24
audierunt hos sermones magistratus tẽ-
pli & principes sacerdotum, ambigebant
de illis quidnã fieret. Adueniens autem 25
quidã nuntiauit eis, Quia ecce viri quos
posuistis in carcerẽ, sunt in tẽplo stantes,
& docentes populũ. Tunc abiit magi- 26
stratus cũ ministris, & adduxit illos sine
vi: timebãt enim populũ ne lapidarẽtur.
Et cùm adduxissent illos, statuerunt in 27
cõcilio. Et interrogauit eos princeps sa-
cerdotũ, dicẽs, Præcipiendo præcepim⁹ 28
vobis ne docereti⁹ in nomine isto: & ec-
ce replestis Ierusalẽ doctrina vestra, &
vultis inducere super nos sanguinẽ homi
nis istius. Respõdẽs aũt Petrus & Apo- 29
stoli, dixerunt, Obedire oportet Deo ma-
gis, quã hominibus. Deus patrũ nostro- 30
rũ suscitauit Iesum, quẽ vos interemistis,
suspendentes in ligno. Hũc principẽ & 31
saluatorẽ Deus exaltauit dextera sua, ad
dandã pœnitentiã Israëli, & remissionẽ
peccatorũ. & nos sumus testes horum 32
verborum, & Spiritus sanctus, quẽ dedit
Deus omnibus obedientibus sibi. Hæc 33
cùm audissent, dissecabãtur, & cogitabãt
interficere illos. Surgens autem quidã 34
in cõcilio Pharisæus, nomine Gamaliel,
legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi,
iussit ᵃforas ad breue homines fieri'. di- 35
xitq. ad illos, Viri Israëlitæ, attendite vo-
bis super hominib. istis quid acturi sitis.
Ante hos enim dies extitit Theodas, di- 36
cẽs se esse aliquẽ, cui consensit numerus
virorum circiter quadringentorũ, qui oc-
cisus est: & omnes ᵇqui' credebãt ei, dissi-
pati sunt, & ᵇredacti' ad nihilũ. Post hũc 37
extitit Iudas Galilæus in diebus profes-
sionis, & auertit populum post se, & ipse
periit: & oẽs quotquot cõsenserũt ei, di-
sperti sunt. Et nũc itaq.' dico vobis, dis- 38
cedite ab hominibus istis, & sinite illos:
quoniã si est ex hominibus consiliũ hoc
aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, 39
non poteritis dissoluere ᶜeos', ne fortè &
Deo repugnare inueniamini. Cõsenserũt
aũt illi. Et cõuocantes Apostolos, cæsis 40
denuntiauerũt ne loquerẽtur in nomine
Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem 41
ibãt gaudẽtes àcõ spectu concilij, quoniã
digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtu-
meliã pati. Omni autẽ die nõ cessabant 42
in tẽplo & circa domos docentes & euã-
gelizãtes Christum Iesum. CAP. VI.
IN diebus autẽ illis crescente numero 1
discipulorũ, factũ est murmur Græco-
rũ aduersus Hebræos, eò quòd despice-
rẽtur in ministerio quotidiano viduæ eo-
rũ. Conuocantes autẽ duodecim mul- 2
titudinẽ discipulorum, dixerunt, Non est
æquũ, nos derelinquere verbum Dei, &
ministrare mensis. Cõsiderate ergo, fra- 3
tres, viros ex vobis boni testimonij septẽ,
plenos Spiritu sancto & sapientia, quos
cõstituamus super hoc opus. nos verò, 4
orationi & ministerio verbi instãtes eri-
mus. Et placuit sermo corã omni mul- 5
titudine. Et elegérũt Stephanũ virũ ple-
nũ fide & Spiritu sancto, & ‖ Philippũ, & Infra, 8.
Prochorũ, & Nicánorẽ, & ᵇTimónẽ', & Timothe-
Parmenã, & Nicolaũ aduenã Antioche- um.
num. Hos statuerunt ante conspectum 6
Apostolorũ: & orantes imposuerunt eis
manus. Et verbum ᵇDei' crescebat, & 7 ᵇDñi MS.
multiplicabatur numerus discipulorũ in
Ierusalẽ valde: multa etiam turba sacer-
dotũ obediebat fidei. Stephanus autem 8
plenus gratia & fortitudine faciebat pro-
digia & signa magna in populo. Surre- 9
xerunt autẽ quidã de synagoga, quæ ap-
pellatur Libertinorũ, & Cyrenensium, &
Alexandrinorũ, & eorũ qui erant à Cili-
cia & Asia, disputãtes cũ Stéphano, & 10
nõ poterãt resistere sapientiæ & Spiritui
qui loquebatur. Tũc summiserũt viros, 11
qui dicerent se audiuisse eũ dicentẽ ver-
ba blasphemiæ in Moysen & Deũ. Cõ- 12
mouerũt itaq. plebẽ, & seniores, & Scri-
bas: & cõcurrẽtes rapuerunt eũ, & addu-
xerunt in conciliũ, & 13
statuerunt falsos
testes qui dicerent, Homo iste non cessat
loqui verba aduersus locũ sanctũ, & legẽ.
audiuimus enim eũ dicentẽ, quoniam 14
Iesus Nazarenus hic, destruet locũ istũ,
& mutabit traditiones, quas tradidit no-
bis Moyses. Et intuentes eum omnes 15
qui sedebant in concilio, viderunt faciẽ
eius tanquam faciem angeli.
CAP. VII.
DIxit autẽ princeps sacerdotũ, Si hæc 1
ita se habẽt? Qui ait, Viri fratres 2
& patres audite. Deus gloriæ apparuit pa-
tri nostro Abrahæ cùm esset in Mesopo-
tamia, prius quã moraretur in Charã, & 3
dixit ad illũ, ‖ Exi de terra tua, & de co- Gen. 12, 1.
gnatione tua, & veni in terrã quã mon-
strauero tibi. Tunc exiit de terra Chal- 4
dæorũ, & habitauit in Charan. Et inde,
postquã mortuus est pater eius, transtulit
illũ in terrã istã, in qua nũc vos habitatis.
Et non dedit illi hæreditatem in ea nec 5 ᵇsedo.
passum pedis: ᵇ&' repromisit dare illi eã
in possessionẽ, & semini eius post ipsum,

ᵃpusillum foras Apostolos secedere 5 MS. G. S.

ᵇquicunq. 5 MS. G.

ᶜredactus est 10 MS.

ᶜ1 MS. G. S.

ᵇillud 2 MS. G. S.

cùm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cùm nõ haberet filium. Locutus est autẽ 6
- ei Deus, ‖ Quia erit semen eius accola
in terra aliena, & seruituti eos subiicẽt,
& malè tractabũt eos annis quadringẽtis:
& gentem cui seruierint, iudicabo ego, 7
dixit Deus'. & post hæc exibũt, & seruiẽt
mihi in loco isto. ‖ Et dedit illi testamẽ- 8
tum circuncisionis, ‖ & sic genuit Isaac,
& ‖ circũcidit eũ die octauo: & ‖ Isaac, Ia-
cob: & ‖ Iacob, duodecim Patriarchas.
Et Patriarchæ æmulãtes, ‖ Ioseph ven- 9
diderunt in Aegyptũ: & erat Deus cũ eo:
& eripuit eũ ex omnibus tribulationi- 10
bus eius. & ‖ dedit ei gratiã & sapientiam
in conspectu Pharaonis regis Aegypti, &
constituit eum præpositum super Aegy-
ptum & super omnem domum suam.
Venit autẽ fames in vniuersam Aegy- 11
ptũ & Chanãan, & tribulatio magna: &
nõ inueniebãt cibos patres nostri. ‖ Cũ 12
audisset autẽ Iacob esse frumentũ in Ae-
gypto, misit patres nostros primùm: & 13
‖ in secundo cognitus est Ioseph à fratri-
bus suis, & manifestatum est Pharaoni
genus eius. Mittẽs autẽ Ioseph, accersi- 14
uit Iacob patrẽ suũ, & omnẽ cognationẽ
in animabus septuagintaquinque. ‖ Et 15
descendit Iacob in Aegyptum: & ‖ defun-
ctus est ipse & patres nostri. ‖ Et trãsla- 16
ti sunt in Sichem, & positi sunt in sepul-
chro ‖ quod emit Abrahã pretio argenti à
filiis Hemor filij Sichem. Cùm aũt ap- 17
propinquaret tẽpus promissionis, quam
confessus erat Deus Abrahæ, ‖ creuit po-
pulus & multiplicatus est in Aegypto,
quoadusq. surrexit alius rex in Aegy- 18
pto, qui nõ sciebat Ioseph. Hic circun- 19
uenies genus nostrum, afflixit patres no-
stros: vt exponerent infantes suos, ne vi-
uificarẽtur. ‖ Eodem tempore natus est 20
Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus
est tribus mensibus in domo patris sui.
Exposito aũt illo, sustulit eum filia Pha 21
raonis, & nutriuit eũ sibi in filium. Et 22
eruditus est Moyses omni sapiẽtia Aegy-
ptiorũ: & erat potẽs in verbis & in operi-
bus suis. Cùm autẽ impleretur ei qua- 23
draginta annorũ tẽpus, ascẽdit in cor eius
vt visitaret fratres suos filios Israël. ‖ Et 24
cùm vidisset quendã iniuriam patiẽtem,
vindicauit illum: & fecit vltionem ei qui
iniuriam sustinebat, percusso Aegyptio.
Existimabat aũt intelligere fratres, qm̃ 25
Deus per manũ ipsius daret salutẽ illis:
at illi non intellexerunt. ‖ Sequẽti verò 26
die apparuit illis litigantibus: & reconci-
liabat eos in pace, dicens, Viri, fratres e-
stis: vt quid nocetis alterutrũ? Qui aũt 27
iniuriã faciebat proximo, repulit eũ, di-
cens, Quis te constituit principẽ & iudi-
cem super nos? nunquid interficere me 28
tu vis, quemadmodum interfecisti heri
Aegyptiũ? Fugit autẽ Moyses in verbo 29
isto: & factus est aduena in terra Madian,
vbi genauit filios duos. Et expletis an- 30
nis quadraginta, ‖ apparuit illi in deserto
mõtis Sina angelus in igne flammæ rubi.
Moyses aũt vidẽs, admirat' est visum. 31
Et accedẽte illo vt consideraret, facta est
ad eũ vox Dñi*, Ego sum Deus patrum 32 *dicens MS q.
tuorũ, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus
Iacob. Tremefactus autẽ Moyses, nõ au-
debat cõsiderare. Dixit autem illi Dñs, 33
Solue calceamentũ pedum tuorum: locus
enim in quo stas, terra sancta est. Vidẽs 34
vidi afflictionem populi mei qui est in
Aegypto, & gemitum eorũ audiui, & de-
scẽdi liberare eos. Et nũc veni, - &' mit- - 5 MS.G.
tã te in Aegyptum. Hũc Moysen, quem 35 S.
negauerunt, dicentes, Quis te constituit
principẽ & ducẽ: hũc Deus principem &
redemptorẽ misit, cum manu angeli qui
apparuit illi in rubo. ‖ Hic eduxit illos 36 Exo. 7, 8, 9.
facies prodigia & signa in terra Aegypti, 10, 11, 14.
& in rubro mari, & ‖ in deserto annis Exod. 16, 1
quadraginta. Hic est Moyses qui dixit 37
filiis Israël, ‖ Propheram suscitabit vobis Deu. 18, 15
Deus de fratribus vestris tanquam me:
ipsum audietis. ‖ Hic est qui fuit in ec- 38 Exo. 19, 3.
clesia in solitudine, cum angelo qui lo- 19.
quebatur ei in mõte Sina, & cum patri-
bus nostris: qui accepit verba vitæ dare
nobis. Cui noluerũt obedire patres no- 39
stri: sed repulerunt, & auersi sunt cordi-
bus suis in Aegyptũ, dicentes ad Aarõ: 40
‖ Fac nobis Deos qui præcedant nos: Exo. 32, 1.
"Moyses enim hic' qui eduxit nos de terra "Moysi e-
Aegypti, nescimus quid factũ sit ei. Et 41 nim huic
vitulũ fecerũt in diebus illis, & obtulerũt MS 9.
hostiã simulachro, & lætabãtur in operi-
bus manuũ suarum. Cõuertit aũt Deus, 42
& tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut
scriptũ est in Libro Prophetarum: ‖ Nũ- Amos 5, 25
quid victimas & hostias obtulistis mihi
annis quadraginta in deserto, domus Is- 43
raël? Et suscepistis tabernaculum Mo-
loch, & sydus Dei vestri Remphan, figu-
ras quas fecistis, adorare eas. Et transfe- 44
ram vos trã- Babylonem. Tabernaculũ
testimonij fuit patribus nostris in deser-
to, sicut disposuit - Deus', ‖ loquens ad - 4 MS.G.
Moysen, vt faceret illud secũdum formã S.
quã viderat. ‖ Quod & induxerunt, sus- 45 Exo. 25, 40
cipiẽtes patres nostri cum Iesu in posses- Heb. 8, 5.
sionẽ gentium, quas expulit Deus à facie Ios 3, 14.
patrũ nostrorum, vsque in diebus Dauid, 1 Re. 16, 13
‖ qui inuenit gratiã ante Deum, & ‖ pe- 46 Psal. 131, 5
tiit vt inueniret tabernaculũ Deo Iacob. 3 Reg. 6, 1.
‖ Salomon autẽ ædificauit illi domum. 47 1 Par. 17,
Sed ‖ non Excelsus in manufactis habi- 48 12.
tat, sicut "propheta' dicit: ‖ Cælum mihi 49 Isa. 17, 25.
sedes est: terra aũt, scabellũ pedum meo- "per pro-
rum. Quã domũ ædificabitis mihi, dicit pheram o.
Dñs? aut quis locus requietionis meæ est? Isa. 66, 1.
Nónne manus mea fecit hæc omnia? 50 3 Re. 8, 27.
Dura ceruice & incircuncisis cordibus 51 2 Par. 6, 18
& auribus, vos semper Spiritui sancto
"resistitis': sicut patres vestri & vos. "restitistis
Quem Prophetarum non sunt perse- 52 o.
cuti patres vestri? Et occiderunt eos qui
prænuntiabant de aduentu Iusti, cu-
ius vos nunc proditores & homicidæ 53
fuistis:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuistis: qui accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. 54 Audiētes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebāt dentibus in eum. 55 Cùm autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait, Ecce 56 video cælos apertos, & filium hominis *virtutis o stantem à dextris* Dei. Exclamātes autem voce magna, cōtinuerunt aures suas, 57 & impetum fecerūt vnanimiter in eum. Et eicientes eū extra ciuitatē, lapidabant: & testes deposuerūt vestimenta sua 58 secus pedes ‖adolescentis qui vocabatur *Inf.* 22,20. Saulus. Et lapidabāt Stephanum inuocantē, & dicentem: Dñe Iesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, 60 clamauit voce magna, ←dicens': Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm *in Dño o. hoc dixisset, obdormiuit*. Saulus autem ←3 MS.G. erat consentiens neci eius.

CAP. VIII.

FActa est autem in illa die persecutio 1 magna in Ecclesia, quę erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Curauerūt autem Stephanū viri timorati, & fecerūt planctū magnū super eū. 2 ‖Saulus autē deuastabat ecclesiam: per *Inf.* 22,4, 19. domos intrans, ‖& trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Igitur qui 3 4 dispersi erant, pertransibāt, euangelizantes verbum*. Philippus autem descen- *Dei MS. S. dēs in ciuitatē Samariæ, prædicabat illis 5 Christum. Intēdebant autem turbæ his 6 quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quę faciebat. Multi enim eorū qui habebant spiritus 7 immundos, clamantes voce magna, exibāt. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factū est ergo gaudiū magnū 8 in illa ciuitate. Vir autē quidā nomine 9 Simō, qui antè fuerat in ciuitate magus, seducēs gentē Samariæ, dicēs se esse aliquē magnum: cui auscultabāt omnes à 10 minimo vsq. ad maximum, dicentes, Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. Attendebāt autem eum, propter quod multo tēpore ᵃmagicis suis'* dementasset eos. * artibus 9 MS. Cùm verò credidissent Philippo euan- 12 ᵃmagiis G.S. gelizanti de regno Dei, ᵇ&' nomine Iesu Christi, baptizabantur viri ac mulieres. ᵇin MS. S. Tunc Simon & ipse credidit: & cùm 13 baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiā signa & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur. Cùm autem au- 14 dissent Apostoli qui erāt in Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbū Dei: miserunt ad eos Petrum & Iohānem. Qui 15 cùm venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperēt Spiritū sanctum. Nondum enim 16 ᵇsuperue- in quenquam illorum ᵇvenerat', sed bap- nerat t tizati tātum erant in nomine Dni Iesu. MS.R.G. Tunc imponebant manus super illos, & 17 accipiebāt Spiritū sanctum. Cùm vidisset aūt Simō, quia per impositionē man' 18 Apostolorū, daretur Spiritus sanctus, ob- 19 tulit eis pecuniam, dicens, Date & mihi hāc potestatē, vt cuicūq. imposuero ma- 20 nus, accipiat Spiritū sanctū. Petrus aūt dixit ad eū: Pecunia tua tecū sit in perditionē: quoniā donū Dei existimasti pecu- 21 nia possideri. Nō est tibi pars, neq. sors in sermone isto. cor enim tuū nō est rectū 22 corā Deo. Pœnitentiā itaq. age ab hac nequitia tua: & roga Deū, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In 23 felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respōdens aūt 24 Simō, dixit: Precamini vos p me ad Dūm, vt nihil veniat super me horū quæ dixistis. Et illi quidem testificati & locuti 25 verbū Dñi, redibāt Ierosolymā, & multis regionibus Samaritanorū euāgelizabant. Angelus autē Dñi locutus est ad Phi- 26 lippū, dicens: Surge, & vade contra meridianū, ad viā quæ descēdit ab Ierusalem in Gazā: hæc est deserta. Et surgēs abiit. 27 Et ecce, vir Aethiops, eunūchus, potens ᵃCādaces' Reginæ Aethiopū, qui erat su- ᵃCandę per omnes gazas eius: venerat adorare in MS q. R. Ierusalem: & reuertebatur sedens super 28 currū suum, legensq. Isaiam prophetam. Dixit aūt Spiritus Philippo: Accede, & 29 adiūge te ad currū istum. Accurrēs autē 30 Philippus, audiuit eū legentē Isaiā Prophetā, & dixit: Putāsne intelligis quæ legis? Qui ait, Et quomodo possum, si nō 31 aliquis ostēderit mihi? Rogauitq. Philippū vt ascēderet, & sederet secum. Locus aūt scripturæ quā legebat, erat hic: ‖Tā- ‖Isa.53,7. quā ouis ad occisionē ductus est: & sicut agnus corā tondente se, sine voce, sic non 32 aperuit os suum. In humilitate iudiciū 33 eius sublatū est. Generationem eius quis enarrabit, quoniā ᵃtolletur' de terra vita ᵃtollitur 34 eius? Respōdens aūt eunūchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiēs 35 aūt Philippus os suū, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. Et 36 dum irent per viā, venerunt ad quandam aquā: & ait eunūchus, Ecce aqua, ᵃquis' ᵃquid t prohibet me baptizari? Dixit autē Phi- 37 MS. G.S lippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondēs ait, Credo filiū Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum: & de- 38 scenderunt vterque in aquam, Philippus & eunūchus, & baptizauit eum. Cùm 39 autem ascēdissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunūchus. Ibat autē per viam suam gaudens. Philippus autem inuen- 40 tus est in Azoto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

1 SAulus autē adhuc spirās minarum & cædis in discipulos Dñi, accessit ad 2 principē Sacerdotū, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas; vt si quos inueniisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem.

‖Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Et cùm iter faceret: cõtigit vt appro- 3
pinquaret Damasco: ¶ & subitò circũfulsit eum lux de cælo. ¶ Et cadẽs in terrã, 4
audiuit vocem dicẽtem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Qui dixit, Quis 5
es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupẽs 6
dixit, Domine, quid me vis facere? Et 7
Dñs ad eum, Surge, & ingredere ciuitatẽ, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autẽ videntes. Surrexit 8
autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autẽ illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et 9
erat *tribus diebus nõ vidẽs, & nõ manducauit, neq. bibit. Erat autẽ quidã dis- 10
cipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visũ Dñs, Anania. At ille ait, Ecce ego Dñe. Et Dñs ad eum, Sur- 11
ge, & vade in vicũ qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulũ nomine, Tarsensem: ecce enim orat. (Et vidit virũ 12
Ananiam nomine, introeũtem, & imponentem sibi manus vt visum recipiat.)
Respondit autẽ Ananias, Dñe, audiui à 13
multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem: & hic habet 14
potestatem à principibus sacerdotũ alligandi omnes qui inuocant nomen tuum.
Dixit aũt ad eum Dñs, Vade, quoniam 15
vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum corã gentibus & regibus, & filiis Israël. Ego enim ostendã illi quãta 16
oporteat eum pro nomine meo pati. Et 17
abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, & implearis Spiritu sancto. Et confestim ce- 18
ciderunt ab oculis eius tãquam squamæ, & visum recepit: & surgẽs baptizatus est.
Et cùm accepisset cibũ, confortatus est. 19
Fuit autem cum discipulis qui erãt Damasci, per dies aliquot. Et continuò in- 20
gressus *in synagogas, prædicabat Iesum, quoniã hic est filius Dei. Stupebant aũt 21
omnes qui audiebãt, & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabãt nomẽ istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus aũt multò mã- 22
gis conualescebat, & cõfundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniã hic est Christus. Cùm aũt implerẽ- 23
tur dies multi, consiliũ fecerunt Iudæi vt eum interficerent. Notæ aũt factæ sunt 24
Saulo insidiæ eorũ. ¶ Custodiebãt autem & portas die ac nocte, vt eũ interficerent.
Accipiẽtes autem eum discipuli *nocte, 25
per murũ demiserũt eum, submittẽtes in sporta. Cùm aũt venisset in Ierusalem, 26
tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset
27 discipulus. Barnabas autẽ apprehẽsum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dñm, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco
28 fiducialiter egerit in nomine Iesu. Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, & fiducialiter agens in nomine Dñi.
29 Loquebatur quoq. Gentibus; & disputabat cum Græcis: illi aũt quærebant oc-
30 cidere eũ. Quod cùm cognouissent fratres, deduxerũt eum Cæsaream, & dimi-
31 serũt Tarsum. Ecclesia quidẽ per totam Iudæam & Galilæã & Samariam habebat pacẽ, & ædificabatur ambulans in timore Dñi, & cõsolatione sancti Spiritus
32 replebatur. Factum est autem, vt Petrus dum trãsiret vniuersos, deueniret ad san-
33 ctos qui habitabãt Lyddæ. Inuenit autẽ ibi hominem quẽdam, nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabãto, qui e-
34 rat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea, *sanet te Dominus Iesus Christus: surge, *sanat 5
35 & sterne tibi. Et continuò surrexit. Et MS. G. S.
viderũt eum omnes qui habitabant Lyddę, & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dñm.
36 In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha: quę interpretata dicitur Dorcas. Hęc erat plena operibus bonis &
37 eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cùm lauissent, posuerũt eam
38 in cœnaculo. Cùm autem propè esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire vsque
39 ad nos. Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cùm aduenisset, duxerũt illũ in cœnaculum: & circunstetерunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dor-
40 cas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponẽs genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos; & viso Petro, resedit.
41 Dans autẽ illi manum, erexit eam. Et cùm vocasset sanctos & viduas, assigna-
42 uit eam viuam. Notum autẽ factum est per vniuersam Ioppen: & crediderunt
43 multi in Domino. Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.

CAP. X.

1 VIr autẽ quidam erat in Cæsaréa, nomine Cornelius, centurio cohortis
2 quæ dicitur Italica, religiosus, ac timẽs Deũ cũ omni domo sua, faciẽs elemosynas multas plebi. Et deprecans Deũ sem-
3 per, is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, angelũ Dei introeuntẽ ad se,
4 & dicẽtem sibi, Cornẽli. At ille intuens eũ, timore correptus, dixit, Quis es Dñe? Dixit aũt illi, Orationes tuę & eleemosynę tuæ ascẽderũt in memoriã in cõspectu
5 Dei. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simonẽ quendã qui cognominatur Petrus.
6 hic hospitatur apud Simonẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quendam

quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cùm discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militē metuentē Dñm ex his qui illi parebāt. Quibus cùm narrasset omnia, misit illos in Ioppen. Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquātibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horā sextam. Et cùm esuiret, voluit gustare. Parātibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus:

"videt t MS. G. & "vidit cælū apertū, & descendens vas quoddam, velut linteū magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terrā, in quo erāt omnia quadrupedia & serpētia terræ, & volatilia cæli. Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occīde, & manduca.

Ait autē Petrus, Absit Dñe, quia nunquam māducaui omne commune & immūdum. Et vox iterū secundo ad eum, "Quod MS. "Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autē factum est per ter. & statim receptū est vas in cælū. Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset, ecce, viri, qui missi erāt à Cornelio, inquirētes domū Simōnis, astiterūt ad ianuam. Et cùm vocassent, interrogabant, si Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.

Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei, Ecce viri tres quærunt te.

Inf. 15,7. ‖ Surge itaque, & descēde, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego misi illos.

Descendens autē Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quem quæritis: quæ causa est, propter quā venistis? Qui dixerunt, Cornelius Centurio, vir iustus & timens Deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorū, respōsum accepit ab Angelo sancto accersire te in domū suam, & audire verba abs te. Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequēti aūt die surgens, profectus est cum illis: & quidā ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.

Altera autem die introiuit Cæsaréam. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis, & necessariis amicis.

Et factū est cùm introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius: & procidens ad pedes eius adorauit*. Petrus verò eleuauit eū, dicens, Surge, & ego ipse homo sum. Et loquēs cum illo intrauit, & inuenit multos qui cōueuerant: dixitq. ad illos, Vos scitis quomodo abominatū sit viro Iudæo cōiungi, aut accedere ad alienigenā: sed mihi ostēdit Deus, neminem communē aut immundū dicere hominē.

*cum o.

Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, quā ob causam accersistis me? Et Cornelius ait, A nudiūsquarta die, vsq. ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait, Cornéli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ cōmemoratæ sunt in conspectu Dei. Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simōnē qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simōnis coriarij iuxta mare. Confestim ergo misi ad te: & tu bene fecisti veniēdo. Nūc ergo omnes nos in cōspectu tuo adsumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta sunt à Domino. Aperiens autē Petrus os suū, dixit, In veritate comperi ‖ quia non est personarū acceptor Deus. sed in omni gēte, qui timet eum, & operatur iustitiā, acceptus est illi. Verbum misit Deus filiis Israēl, annuntians pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dns.) Vos scitis, quod factū est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à ‖ Galilæa, post baptismum quod prædicauit Iohannes: Iesum a Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem, quem occiderunt suspendētes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo: nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, postquā resurrexit a mortuis*: Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorū & mortuorum. Huic ‖ omnes Prophetæ testimoniū perhibēt, remissionē peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquēte Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebāt verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui venerāt cum Petro, ‖ quia & in nationes gratia Inf. 15,8. Spiritus sancti effusa est. Audiebāt enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus, Nūquid aquā quis prohibere potest, vt nō baptizentur hi qui Spiritū sanctum acceperūt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Dñi Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.

*predicare quatuor in MS. Q.

CAP. XI.

1 AVdierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniā & Gētes
2 receperunt verbū Dei. Cùm aūt ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erāt ex circumcisione,
3 dicentes, Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?
4 Incipiens aūt Petrus exponebat illis ordinem, dicens:
5 Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vidi in excessu mētis visionem, descendēs vas quoddam velut linteū magnū, quatuor initiis summitti de cælo, & venit vsque ad me.
6 In quod intuens, considerabam, & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cæli.
7 Audiui autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, occide & māduca.

Dixi

Dixi autem, Nequaquã Domine: quia 8
*commune aut immundũ nunquam introiuit in os meum. Respõdit aũt*vox 9
secundò de cælo: Quæ Deus mũdauit, tu
ne cõmune dixeris. Hoc aũt factum est 10
per ter: & recepta sunt omnia rursum in
cælum. Et ecce, viri tres confestim astiterunt in domo in qua eram, missi a Cę- 11
sarea ad me. Dixit aũt Spiritus mihi, vt 12
irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt
autem mecũ & sex fratres isti: & ingressi
sumus in domũ viri. Narrauit aũt nobis, quomodo vidisset angelum in domo 13
sua, stantem & dicentẽ sibi, Mitte in Ioppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba in 14
quibus saluus eris tu & vniuersa domus
tua. Cùm aũt cœpissem loqui, cecidit 15
Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos
in initio. Recordatus sum autem verbi 16
Dñi, sicut dicebat, ‖ Iohãnes quidem baptizauit aqua, ‖ vos autem baptizabimini
Spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam 17
dedit illis Deus, sicut & nobis qui credidimus in Dñm Iesum Christũ: ego quis
eram, qui possem prohibere Deum? His 18
auditis tacuerũt: & glorificauerunt Deũ,
dicentes, Ergo & Gentibus pœnitentiam
dedit Deus ad vitam. Et illi quidem qui 19
dispersi fuerant à tribulatione quæ facta
fuerat sub Stephano, perambulauerunt
vsq Phœnicen & Cyprum & Antiochiã,
nemini loquẽtes verbũ, nisi solis Iudæis.
Erant aũtẽ quidã ex eis viri Cyprij & 20
Cyrenæi; qui cũ introissent Antiochiam,
loquebãtur ad Græcos, annũtiãtes Dñm
Iesum. Et erat manus Dñi cũ eis: mul- 21
tusq; numerus credentiũ conuersus est ad
Dñm. Peruẽnit aũtẽ sermo ad aures ec- 22
clesiæ quę erat Ierosolymis, super istis: &
miserũt Barnabam vsq. ad Antiochiam.
Qui cùm peruenisset, & vidisset gratiã 23
Dei, gauisus est: & hortabatur omnes*
proposito cordis permanere in Domino:
quia erat vir bonus, & plenus Spiritu 24
sancto & fide. Et apposita est multa turba Domino. Profectus est aũtẽ Tarsum 25
vt quæreret Saulum: quem cùm inue- 26
nisset, perduxit Antiochiam. Et annum
totum conuersati sunt ibi in Ecclesia: &
docuerunt turbam multã, ita vt cognominarentur primũ Antiochiæ discipuli,
Christiani. In his autem diebus super- 27
uenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam: & surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum fa- 28
mem magnam futuram in vniuerso orbe
terrarum, quæ facta est sub Claudio*.
Discipuli aũtẽ prout quis habebat, pro- 29
posuerunt singuli in ‖ ministeriũ mittere
habitantibus in Iudæa fratribus: quod 30
& fecerunt, mittẽtes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. CAP. XII.
EOdem autem tempore misit Hero- 1
des rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobũ fra- 2
trem Iohannis gladio. Videns aũtẽ quia 3
placeret Iudæis, apposuit apprehendere
& Petrum. Erant autem dies Azymorũ.
Quẽ cùm apprehendisset, misit in car- 4
cerem, "tradens' quatuor quaternionibus militum "custodiẽdum', volens post Pa- 5
scha producere eum populo. Et Petrus
quidẽ seruabatur in carcere. Oratio aũtẽ
fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad
Deum pro eo. Cùm autem productu- 6
rus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus
catenis duabus: & custodes ante ostium
custodiebãt carcerẽ. Et ecce angel' Dñi 7
astitit: & lumen refulsit in habitaculo:
percussoq; latere Petri, excitauit eũ, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt cate-
næ de manibus eius. Dixit aũtẽ angelus 8
ad eum, Præcingere, & calcea te "caligas tuas'. Et fecit sic. Et dixit illi, Circunda
tibi vestimentũ tuũ, & sequere me. Et 9
exiẽs sequebatur eum, & nesciebat quia
verũ est quod fiebat per angelum: existimabat aũt se visum videre. Transeũtes 10
aũt primã & secundã custodiã, venerunt
ad portã ferreã quæ ducit ad ciuitatem,
quę vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicũ vnum: & cõtinuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuer- 11
sus, dixit: Nunc scio verè quia misit Dñs
angelum suũ, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iu- 12
dæorum. Consideransque, venit ad domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erãt multi con-
gregati & orãtes. Pulsante aũtẽ "eo' ostiũ 13
ianuæ, processit puella ad videndũ, no-
mine Rhode. Et vt cognouit vocẽ Pe- 14
tri, præ gaudio non aperuit ianuã, sed intrò currens nuntiauit stare Petrum ante
ianuam. At illi dixerunt ad eam, Insa- 15
nis. Illa autẽ affirmabat sic se habere. Illi
aũt dicebant, Angelus eius est. Petrus 16
autem perseuerabat pulsans. Cùm autem
aperuissent*, viderũt eum; & obstupue-
runt. Annuẽs aũt eis manu, vt tacerent, 17
narrauit quomodo Dñs eduxisset eum de
carcere: dixitque, Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abiit in aliũ locũ.
Facta aũt die, erat non parua turbatio 18
inter milites, quidnam factũ esset de Pe-
tro. Herodes aũt cùm requisisset eum, 19
& nõ inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendensque à
Iudæa in Cęsaream, ibi commoratus est.
Erat autẽ iratus Tyriis & Sidoniis. At 20
illi vnanimes venerũt ad eũ, & persuaso
Blasto, qui erat super cubiculũ regis, postulabãt pacẽ, eo quòd alerẽtur regiones
eorũ ab illo. Statuto autẽ die Herodes 21
vestitus veste regia, sedit pro tribunali, &
concionabatur ad eos. Populus aũt ac- 22
clamabat, Dei voces, & non hominis.
Cõfestim aũt percussit eũ angel' Dñi, 23
eò quòd nõ dedisset honorẽ Deo: & con-
sumptus à vermib. expirauit. Verbũ aũt 24

*tradẽsq. o
"ad custodiẽdum es
MS. R. G. S

"Petro 3
MS. G.

*ostium o.

"sandalia
tua G. S.

Domini

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Domini crescebat & multiplicabatur.
Barnabas autē & Saulus reuersi sunt ab 25
Supr. 11,29. Ierosolymis expleto ‖ ministerio, assumpto Iohāne qui cognominat⁹ est Marcus.

CAP. XIII.

ERant aūt in ecclesia quæ erat Antio- 1
Inf. 14,25. chiæ, ‖ prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenēsis, & Manahen qui erat Herodis Tetrarchę collactaneus, & Saulus. Ministrantibus aūt illis Dño, 2
Rom. 1, 1. & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus: ‖ Segregate mihi Saulum & Barnabā in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq. eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidē missi à Spiritu sancto, abierūt Seleuciam: & 4
inde nauigauerūt Cyprum. Et cùm venissent Salamînam, prædicabāt verbum Dei in synagogis Iudæorū. Habebāt autē & Iohannē in ministerio. Et cùm perambulassent vniuersam insulam vsq. ad 6
Paphum, inuenerunt quendā virum magum pseudoprophetam, Iudæū, cui nomen erat ᵛBar-iesu', qui erat cum Pro- 7
ᵛBarieu. MS. Q.n. consule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire verbum Dei. Resistebat autē illis 8
Elymas, magus (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere Procōsulem à fide. Saulus autē, qui & Paulus, 9
repletus Spiritu sancto, intuens in eum, dixit, O plene omni dolo, & omni fal- 10
lacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Dñi super te, 11
& eris cæcus, non videns Solem vsq. ad tempus. Et cōfestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manū daret. Tunc Procōsul cùm vi- 12
disset factū, credidit, admirans super doctrina Domini. Et cùm à Papho nauigassent Paulus, & qui cum eo erant, ve- 13
nerunt Pergen Pamphyliæ. Iohannes aūt discedēs ab eis, reuersus est Ierosolymā.
Illi verò pertranseuntes Pergen, vene- 14
runt Antiochiā Pisidiæ: & ingressi synagogam die sabbathorum, sederunt. Post 15
lectionē autem Legis & Prophetarū, miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgēs 16
autē Paulus, & manu silentium indicēs, ait, Viri Israëlitæ, & qui timetis Deum, audite: Deus plebis Israël elegit patres 17
nostros, & plebem exaltauit cùm essent
Exod. 1,1. incolæ ‖ in terra Aegypti, & in ‖ brachio
Exo. 15,16 14,22,29. excelso eduxit eos ex ea, & per ‖ qua- 18
Exo. 16,2. draginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes 19
Ios. 14, 2. septem in terra Chanaan, ‖ sorte distribuit eis terram eorum, quasi post qua- 20
Iud. 3,9. dringētos & quinquaginta annos: & ‖ post
1 Reg. 8,5. hæc dedit iudices, vsque ad Samuel Pro-
1 Reg. 9,16 17,10. 1. pheram. Et exinde ‖ post ulauerunt regē: 21
& dedit illis Saul filiū Cis, virum de tri-
bu Ben-iamin, annis quadraginta. & a- 22
moto illo, ‖ suscitauit illis Dauid regem: cui testimoniū perhibens, dixit, ‖ Inueni Dauid filiū Iessæ, virum secundum cor meum, qui faciet omnes volūtates meas.
1 Reg. 13, 14. Psal. 88, 21.
Huius Deus ex semine ‖ secundū pro- 23
Isa. 11, 1. Mat. 1, 21. Mat. 3, 11. Luc. 3, 16. misionem eduxit Israël saluatorem Iesum, ‖ prædicante Iohanne ante faciem 24
aduētus eius baptismū pœnitentiæ omni populo Israël. Cùm impleret aūt Iohā- 25
Ioan. 1, 20. nes cursum suum, dicebat, Quē me arbitramini esse? ‖ nō sum ego, sed ‖ ecce venit post me, cuius nō sum dignus calceamenta pedum soluere. Viri fratres, filij 26
Mat. 1, 1. Mat. 3, 9. Luc. 1, 69. generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusa- 27
Ioan. 19, 7. lem, & principes eius hunc ignorātes, & voces Prophetarum quæ per omne sabbathum leguntur, iudicātes impleuerunt.
Mat. 27, 22. Mar. 15, 14. Luc. 23, 4. & nullā causam mortis inuenientes in 28
eo, ‖ petierūt à Pilato, vt interficerent eū.
Ioan. 19, 31. Mat. 28, 6. Mar. 16, 6. Luc. 24, 20. Ioan. 20, 9. Cumq. consummassent omnia quæ de 29
eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerūt in monumēto. ‖ Deus ve- 30
rò suscitauit eum à mortuis tertia die: ‖ qui visus est per dies multos his qui 31
simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsq. nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus 32
eam quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit filiis ᵛnostris', resuscitās Iesum, sicut & in Psalmo ᵛ-secundo' scriptū est: ‖ Filius' meus es tu: ego hodie genui te.
Psal. 2, 7. Hebr. 1, 5. Hebr. 5, 5. Quod autē suscitauit eum à mortuis, 34
Isa. 55, 3. amplius iam nō reuersurū in corruptionem, ita dixit, ‖ Quia dabo vobis sancta
Psal. 15, 10. Dauid fidelia. Ideoq. & aliās dicit: ‖ Nō 35
Sap. 2, 6. dabis Sanctū tuum videre corruptionē.
3 Reg. 2, 10. Dauid enim in sua generatione cū ad- 36
*à mortuis o. ministrasset, voluntati Dei ‖ dormiuit: & appositus est ad patres suos, & vidit cor- 37
*& 1 MS. R. G. S. Abac. 1, 5. ruptionem. Quem verò Deus suscita- 38
Deum MS. R. uit, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, *ab omnibus quibus non potuistis in le- 39
ge Moysi iustificari. In hoc omnis qui credit, iustificatur. Videte ergo ne su- 40
perueniat vobis quod dictum est in Propheris, ‖ Videte contemptores, & admira- 41
mini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarrauerit vobis. Exeū- 42
tibus autem illis rogabāt vt sequēti sabbatho loquerētur sibi verba hæc. Cūq. 43
dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Iudæorū, ᵛ& colentium* aduenarū' Paulum & Barnabam: qui loquentes suadebant eis vt permanerent in gratia Dei.
Sequenti verò sabbatho penè vniuersa 44
ciuitas conuēnit audire verbum Dei.
Videntes aūt turbas Iudæi, repleti sunt 45
zelo, & contrādicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc con- 46

stanter

Ministerio de Educacion, Cultura y Deporte

stanter Paulus & Barnabas dixerũt: Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitę: ecce conuertimur ad Gentes. sic enim præcepit nobis 47
Dñs: ¶ Posui te in lucem Gentium: vt sis in salutem vsq. ad extremum terræ. Audientes autẽ Gentes gauisæ sunt, & glorificabãt verbũ Dñi: & crediderũt quotquot erant præordinati ad vitã æternam. 48
Disseminabatur autẽ verbum Domini per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerũt persecutionem in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis. ¶ At illi excusso puluere pedũ in eos, venerũt Iconium. Discipuli quoq. replebantur gaudio & Spiritu sancto. 49 50 51 52

CAP. XIIII.

FActum est aũt Conij vt simul introirent synagogã Iudæorum, & loquerẽtur, ita vt crederet Iudæorũ & Græcorũ copiosa multitudo. Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad iracũdiã concitauerunt animas Gentiũ aduersus fratres*. Multo igitur tẽpore demorati sunt, fiducialiter agẽtes in Domino, testimoniũ perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorũ. Diuisa est autẽ multitudo ciuitatis: & quidã quidem erãt cũ Iudæis, quidam verò cũ Apostolis. Cũ autẽ factus esset impetus Gentiliũ & Iudæorum cũ principibus suis, vt cõtumelijs afficerẽt, & lapidarent eos, intelligẽtes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizãtes erãt. *Et quidã vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ: qui nunquã ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquentẽ. Qui intuitus eum, & videns quia fidẽ haberet vt saluus fieret, dixit magna voce*, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit: & ambulabat. Turbę autem cũ vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suã Lycaonicè dicentes, Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabã, Iouẽ: Paulũ verò, Mercuriũ, quoniã ipse erat dux verbi. Sacerdos quoq. Iouis qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus conscissis tunicis suis exilierũt in turbas clamantes, & dicentes, Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annũtiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deũ viuum ¶ qui fecit cælũ, & terrã, & mare, & omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus ¶ dimisit omnes gẽtes ingredi vias suas. Et quidẽ non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cælo, dãs pluuias, & tẽpora fructifera, 13 14 15 16
implens cibo & lętitia corda nostra. Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas, ne sibi immolarent. Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis ¶ lapidãtesq. Paulum, traxerunt extra ciuitatẽ, existimãtes eum mortuum esse. Circundantibus autem eũ discipulis, surgens intrauit ciuitatẽ, & postera die profectus est cũ Barnaba in Derben. Cumq. euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiã: confirmantes animas discipulorũ, exhortantesque vt permanerent in fide, & quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Et cũ constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Dño in quem crediderunt. Transeuntesq. Pisidiã, venerũt in Pamphyliam, & loquentes verbum Domini in Pergen', descenderunt in Attaliam: ¶ & inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod cõpleuerunt. Cùm autem venissent, & congregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis. 17 18 16 20 21 22 23 24 25 26 27

CAP. XV.

ET quidã descendentes de Iudæa, docebant fratres: ¶ Quia nisi circuncidamini secundũ morẽ Moysi, nõ potestis saluari. Facta ergo seditione nõ minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex aliis ad Apostolos & presbyteros in Hierusalẽ, super hac quęstione. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionẽ Gentiũ: & faciebant gaudiũ magnũ omnibus fratribus. Cùm autẽ venissent Ierosolymã, susceptí sunt ab ecclesia & ab Apostolis & senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis. Surrexerunt autẽ quidã de hæresi Pharisæorũ qui crediderũt, dicẽtes, Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoq. seruare legem Moysi. Conuenerunt́que Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cũ autẽ magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, ¶ Viri fratres, vos scitis quoniã ab antiquis diebꝰ Deus in nobis elegit, per os meum audire Gẽtes verbũ Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimoniũ perhibuit, ¶ dans illis Spiritũ sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorũ. Nunc ergo quid tentatis Deũ, imponere iugũ super ceruices discipulorũ, quod neque patres nostri neq. nos portare potuimus? Sed per gratiã Dñi Iesu Christi credimus saluari, quemadmodũ & illi. Tacuit autẽ omnis multitudo: & audiebant Barnabã 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos.
Et postquã tacuerunt, respondit Iacobus, dicẽs, Viri fratres, audite me. Simõ narrauit quemadmodũ primũ Deus visitauit sumere ex Gentibus populũ nomini suo. Et huic concordãt verba Prophetarum, sicut scriptũ est: ‖ Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculũ Dauid, quod décidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirãt cæteri hominum Dominũ, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dñs faciens hæc. Notum à seculo est Dño opus suum. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex Gentib. conuertuntur ad Deum, sed ‖ scribere ad eos vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eũ prædicent in synagogis, vbi per omne sabbathum legitur. Tũc placuit Apostolis & senioribus cũ omni ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barsabas, & Silam viros primos in fratribus, scribẽtes per manus eorũ*: APOSTOLI & seniores, fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, salutẽ.
Quoniã audiuimus, quia quidã ex nobis exeũtes, turbauerũt vos verbis, euertẽtes animas vestras, quibus nõ mãdauimus: placuit nobis collectis in vnũ, eligere viros & mittere ad vos cũ charissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Dñi nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silã, qui & ipsi vobis verbis referent eadẽ. Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quam hæc necessaria: vt ‖ abstineatis vos ab immolatis simulachrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodiẽtes vos, bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiã: & congregata multitudine tradiderunt epistolã. Quam cùm legissent, gauisi sunt super consolatione.
Iudas autẽ & Silas, & ipsi cùm essent prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquãto tẽpore, dimissi sunt cũ pace à fratribus ad eos qui miserant illos. Visum est autẽ Silæ ibi remanere: ‖ Iudas autem solus abiit'*: Paulus autẽ & Barnabas demorabãtur Antiochiæ, docẽtes, & euãgelizantes cum aliis pluribus verbum Dñi. Post aliquot autẽ dies, dixit ad Barnabã Paulus, Reuertẽtes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prædicauimus verbũ Domini, quomodo se habeant. Barnabas autẽ volebat secum assumere & Iohannẽ, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat eũ, (vt qui discessisset ab eis de Pãphylia, & nõ isset cũ eis in opus*) non debere recipi. Facta est autẽ dissensio, ita vt discederent ab inuicẽ, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum. Paulus verò electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autẽ Syriã & Ciliciã, confirmãs ecclesias: ‖ præcipiẽs custodire præcepta Apostolorũ & seniorum'.

CAP. XVI.

PErueniit autem in Derben & Lystrã. Et ecce, discipulus quidam erat ibi nomine Timótheus, filius mulieris ‖ viduæ' fidelis, patre Gẽtili. Huic testimonium bonũ reddebant qui in Lystris erãt & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circuncîdit eũ propter Iudæos qui erãt in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater eius erat Gentilis. Cũ autẽ pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Ierosolymis. Et ecclesiæ quidẽ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Transeuntes autẽ Phrygiã & Galatiæ regionẽ, vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbũ* in Asia. Cũ venissent autẽ in Mysiam, tentabant ire in Bithyniã: & nõ permisit eos Spiritus Iesu. Cũ autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem: & visio per noctẽ Paulo ostensa est: Vir Macedo quidã erat stans & deprecans eum, & dicens, Transiens in Macedoniam, adiuua nos. Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus ‖ proficisci in Macedoniã, certi facti quòd vocasset nos Deus euãgelizare eis. Nauigantes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciã, & sequenti die Neapolim: & inde Philippos: quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas colonia. Eramus autẽ in hac vrbe diebus aliquot, ‖ cõsistentes'. Die autẽ sabbathorum egressi sumus foras portã iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse: & sedẽtes loquebamur mulieribus quæ cõuenerãt.
Et quædã mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dñs aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. Cũ autem baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens, Si iudicastis me fidelẽ Dño esse, introite in domum meã, & manete. Et coëgit nos. Factum est autem euntibus nobis ad orationẽ, puellã quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinãdo. Hæc subsecuta Paulũ & nos, clamabat dicens, Isti homines, serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. Hoc autẽ faciebat multis diebus. Dolẽs autẽ Paulus, & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadẽ hora. Videntes autẽ domini eius

*epistolã continentem hæc 4 MS. ‖ hæc G. *hoc modo S.
Amos 9, 11
Inf. 15, 29. 21, 25.
Sup. 15, 20. Inf. 21, 25.
-7 MS. G. S. *Ierusalem o. nam, etsi G q præcedentia habeant verba, hanc tamen dictionem in nullis inuenimus.
*quòd fuerãt q.
-4 MS. G. S.
‖ conferentes q.
*Dei MS S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendētes Paulū & Silam perduxerūt in forum ad principes: & offerentes eos magistratibus, dixerunt, Hi homines cōturbāt ciuitatem nostrā, cùm sint Iudæi: & annuntiant morē quem nō licet nobis suscipere, neq. facere, cùm simus Romani. Et ‖cucurrit' plebs aduersus eos: & magistratus ‖scissis tunicis ‖eorum', iusserunt eos virgis cædi. Et cū‖ multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in ‖carcerē, præcipiētes custodi vt diligenter custodiret eos. Qui cū tale præceptū accepisset, misit eos in interiorē carcerē, & pedes eorū strinxit ligno. Media autē nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deū. Et audiebāt eos qui in custodia erāt. Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt mouerētur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorū vincula soluta sunt. Expergefactus autē custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos. Clamauit aūt Paulus voce magna, dicēs, Nihil tibi mali feceris: vniuersi enim hīc sumus. Petitoq. lumine introgressus est: & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes: & producēs eos foras, ait, Dñi, quid me oportet facere vt saluus fiam? At illi dixerūt, Crede in Dominū Iesum: & saluus eris tu, & domus tua. Et locuti sunt ei verbū Dñi cū omnibus qui erāt in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorū: & baptizatus est ipse, & omnis dom⁹ eius cōtinuò. Cumq. perduxisset eos in domū suā, apposuit eis mensam, & lætatus est cū omni domo sua credens Deo. Et cùm dies factus esset, miserūt magistratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos. Nūtiauit autē custos carceris verba hæc Paulo, Quia miserunt magistratus vt dimittamini. nunc igitur exeuntes, ite in pace. Paulus aūt dixit eis, Cæsos nos publicè, indēnatos, homines Romanos miserūt in carcerē, & nunc occultè nos eiciūt? Non ita: sed veniāt, & ipsi nos eiciant. Nuntiauerūt aūt magistratibus lictores verba hæc. Timueruntq. audito quòd Romani essent: & veniētes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederētur de vrbe. Exeuntes autē de carcere, introierūt ad Lydiā: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

CVm autem perambulassent Amphipolim & Apolloniā, venerunt Thessalonicā, vbi erat synagoga Iudęorū. Secundū consuetudinē autē Paulus introiuit ad eos, & per sabbatha tria differebat eis de scripturis, adaperiēs & insinuans quia Christum oportuit pati & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus Christus, quē ego annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & de colētibus Gētilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Zelantes autē Iudæi, assumentesque de vulgo viros quosdā malos, & turba facta, concitauerūt ciuitatē: & assistētes domui Iásonis, quærebant eos producere in populum. Et cū nō inuenissent eos, trahebāt Iásonē & quosdā fratres ad principes ciuitatis, clamātes, Quoniā hi qui ‖orbē' cōcitant, & huc venerūt, quos suscepit Iason, & hi omnes cōtra decreta Cæsaris faciunt, regē alium dicentes esse, Iesum. Cōcitauerunt autē plebē, & principes ciuitatis audiētes hæc. Et accepta satisfactione à Iásone & à cæteris, dimiserunt eos. Fratres verò confestim per noctem dimiserūt Paulū & Silā in Beroeam. Qui cū venissent, in synagogā Iudæorū introierūt. (Hi autē erāt nobiliores eorū qui sunt Thessalonicæ, qui susceperūt verbū cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberēt. Et multi quidē crediderūt ex eis, & mulierū Gentiliū honestarū, & ‖viri nō pauci.) Cū autē cognouissent in Thessalonica Iudei, quia & Beroęę prædicatū est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouētes & turbātes multitudinem. Statimq. tūc Paulum dimiserūt fratres, vt iret vsq. ad mare: Silas aūt & Timótheus remānserūt ibi. Qui aūt deducebāt Paulū, perduxerunt eū vsq. ad Athenas. & accepto mandato ab eo ad Silā & Timotheū, vt quàm celeriter venirent ad illum: profecti sunt. Paulus autē cū Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditā ciuitatem. Disputabat igitur in synagoga cum Iudęis, & colētibus, & in foro, per omnes dies ad eos qui ‖aderant'. Quidā autem Epicurēi & Stoici philosophi differebant cum eo: & quidam dicebant, Quid vult ‖seminator verborū' hic, dicere? Alij verò, Nouorum dæmoniorū videtur annūtiator esse. quia Iesum & resurrectionem annūciabat eis. Et apprehensum eum, ad Areópagum duxerunt, dicētes, Possumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? noua enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. (Athenienses autē omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid noui.) Stans autē Paulus in medio Areopagi, ait; Viri Atheniēses, per omnia quasi ‖superstitiosos' vos video. Prętereiens enim & videns simulachra vestra, inueni & arā in qua scriptū erat, IGNOTO DEO. Quod ergo ignorātes colitis, hoc ego annuntio vobis. ‖Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terrę cùm sit Dñs, ‖non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cū ipse det omnibus vitam & inspiratione, & omnia: fecitq. ex vno omne genus hominū, inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens

‖ vrbem o.
‖ virorum MS.B.G.
‖ adierant MS.
‖ audierant o.
‖ seminiuerbius MS.B.G.
‖ superstitiosiores 2 MS.G.S.
Gen. 1, 1.
Sup. 7, 48.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

statuta tempora & terminos habitationis
eorum, quærere Deũ, si forte attractét eũ 27
¶ & R.G. ¶ aut' inueniant, quamuis non longè sit ab
S. vnoquoq. nostrũ. In ipso enim viuimus 28
Aratus. & mouemur & sumus, sicut & ¶ quidam
vestrorũ poëtarũ dixerũt, Ipsius enim &
genus sumus. Genus ergo cũ simus Dei, 29
Isa. 40, 18. ¶ non debemus æstimare auro aut argẽto,
aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis
hominis, Diuinum esse simile. Et tem- 30
pora quidem huius ignorantię despiciens
Deus, nunc annũtiat hominibus vt om-
nes vbiq. pœnitentiam agant, eo quòd 31
statuit diẽ in quo iudicaturus est orbẽ in
æquitate, in viro in quo statuit, fidẽ præ-
bens omnibus, suscitans eum à mortuis.
Cùm audissent aũt resurrectionẽ mor- 32
tuorum, quidam quidem irridebant, qui-
dam verò dixerunt, Audiemus te de hoc
iterũ. Sic Paulus exiuit de medio eorũ. 33
Quidam verò viri adhærentes ei, credi- 34
derunt: in quibus & Dionysius Areopa-
gita, & mulier nomine Damaris, & alij
cum eis.

CAP. XVIII.

POst hæc egressus ab Athenis, venit 1
Corinthum. & inueniens quendam 2
Iudæũ, nomine Aquilã, Põticum genere,
qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam
vxorẽ eius (eo quòd præcepisset Claudius
discedere omnes Iudæos à Roma,) acces-
sit ad eos. Et quia eiusdẽ erat artis, ma- 3
nebat apud eos, & operabatur (erant autẽ
scenofactoriæ artis.) Et disputabat in 4
synagoga per omne sabbathũ, ← interpo-
← MS.B. G.S. *minus verò probanda videntur illa* MS. *quæ totum hunc versum tollunt.* nens nomẽ Dñi Iesu', suadebatq. Iudæis
& Græcis. Cùm venissent autẽ de Ma- 5
cedonia Silas & Timothe', instabat ver-
bo Paulus, testificãs Iudæis esse Christũ,
Iesum. Contradicentibus autem eis & 6
blasphemãtibus, excutiẽs vestimẽta sua,
dixit ad eos, Sanguis vester super caput
vestrũ: mũdus ego, ex hoc ad Gentes va-
dam. Et migrans inde, intrauit in domũ 7
cuiusdã, nomine Titi Iusti, colẽtis Deũ,
cuius domus erat coniuncta synagogæ.
Crispus autem archisynagogus credidit 8
Dño, cum omni domo sua: & multi Co-
rinthiorũ audientes credebant, & bapti-
zabantur. Dixit autẽ Dñs nocte per vi- 9
sionẽ Paulo, Noli timere, sed loquere, &
ne taceas, propter quod ego sum tecum: 10
& ¶ nemo apponetur tibi vt noceat te': ¶ nullus nocere poterit tibi 3 MS.S.
quoniã populus est mihi multus in hac
ciuitate. Sedit autẽ *annũ & sex men- 11 *ibi MS. *quibus fauent* G q & S. *addũt enim: in Corintho.*
ses, docẽs apud eos verbũ Dei. Gallione 12
autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt
vno animo Iudæi in Paulum, & adduxe-
runt eũ ad tribunal, dicẽtes, Quia con- 13
tra legẽ hic persuadet hominibus colere
Deum. Incipiẽte autẽ Paulo aperire os, 14
dixit Gallio ad Iudæos, Si quidem esset
iniquũ aliquid, aut facinus pessimum ô
viri Iudæi, rectè vos sustinerem. Si verò 15
quæstiones sunt de verbo & nominibus,
& legis vestræ, vosipsi videritis: Iudex
ego horum nolo esse. Et minauit eos à 16
tribunali. Apprehendẽtes autem omnes 17
Sosthenem principẽ synagogæ, percutie-
bant eũ ante tribunal: & nihil eorũ Gal-
lióni curæ erat. Paulus verò cùm adhuc 18
sustinuisset dies multos, fratribus valefa-
ciens, nauigauit Syriã, (& cum eo Pris-
cilla & Aquila,) qui sibi ¶ totonderat in
Cenchris caput: habebat enim votum.
Deuenitq́ue Ephesum, & illos ibi reli- 19
quit. Ipse verò ingressus synagogam, dis-
putabat cũ Iudæis. Rogantibus autẽ eis, 20
vt ampliori tempore maneret, non con-
sensit, sed valefaciens, & dicẽs, Iterum 21
reuertar ad vos Deo volẽte: profectus est
ab Epheso. Et descendens Cæsaréam, 22
ascẽdit, & salutauit ecclesiam, & descẽdit
Antiochiam. Et facto ibi aliquãto tem- 23
pore profectus est, perambulãs ex ordine
Galaticã regionẽ & Phrygiã, confirmans
omnes discipulos. Iudæus autem quidã, 24
Apollo nomine, Alexandrinus ¶ genere', ¶ natione Mi.
vir eloquens, deuẽnit Ephesum, potens
in scripturis. Hic erat edoctus viã Do- 25
mini: & feruens spiritu loquebatur, &
docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciẽs
tantùm baptisma Iohannis. Hic ergo 26
cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quẽ
cùm audissent Priscilla & Aquila, assum-
pserunt eum, & diligentius exposuerunt
ei viam ¶ Domini'. Cùm autem vellet 27 ¶ Dei R.G.
ire Achaiam, exhortati fratres, scripserũt
discipulis vt susciperent eum. Qui cùm
veniisset, contulit multum his qui credi-
derant. Vehementer enim Iudæos re- 28
uincebat publicè, ostendens per scriptu-
ras esse Christum, Iesum.

CAP. XIX.

FActũ est autem cùm Apollo esset Co- 1
rinthi, vt Paulus peragratis superiori-
bus partibus veniret Ephesum, & inue-
niret quosdam discipulos: dixitq́ue ad 2
eos: Si Spiritum sanctum accepistis cre-
dentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neq.
si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille 3
verò ait, In quo ergo baptizati estis? Qui
dixerũt, In Iohannis baptismate. Dixit 4
autem Paulus: ¶ Iohannes baptizauit ba-
ptismo pœnitentiæ populum, dicens: In
eũ qui venturus esset post ipsum vt cre-
derent, hoc est, in Iesum. His auditis, 5
baptizati sunt in nomine Domini Iesu.
Et cùm imposuisset illis manus Pau- 6
lus, ¶ venit Spiritus sanctus super eos, &
loquebantur linguis, & prophetabant.
Erant autẽ omnes viri ferè duodecim. 7
Introgressus autem synagogam, cum 8
fiducia loquebatur per tres mẽses, dispu-
tans & suadens de regno Dei. Cùm aũt 9
quidã indurarentur, & non crederẽt, ma-
ledicentes ¶ viã' ← Domini' coram multi- ¶ viri MS.
tudine, discedens ab eis, segregauit disci- ← MS.C
pulos, quotidie disputãs in schola tyranni
cuiusdam. Hoc autẽ factum est per biẽ- 10
niũ, ita vt omnes qui habitabant in Asia,
audirent verbum Dñi, Iudæi atq. Genti-
les. Virtutesq́ue non quaslibet faciebat 11

Deus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus per manũ Pauli: ita vt etiã super 12
languidos deferrentur à corpore eius sudaria vel semicinctia, & recedebãt ab eis languores, & spiritus nequã egrediebãtur.
Tentauerũt autẽ quidã- &'de circun- 13
cũtibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Dñi Iesu, dicentes, Adiuro vos per Iesum quẽ Paulus prædicat. Erãt autẽ quidam 14
Sceuæ Iudæi principis sacerdotũ septem filij, qui hoc faciebãt. Respondẽs autem 15
spiritus nequam dixit eis, Iesum noui, & Paulũ scio: vos autem qui estis? Et insiliens homo in eos, in quo erat dæmoniũ 16
pessimũ, & dominatus amborũ, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum 17
factũ est omnibus Iudæis atq. Gẽtilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomẽ Dñi Iesu. Multiq. credentiũ venie- 18
bãt confitẽtes & annũtiantes actus suos.
Multi autem ex eis qui fuerant curiosa 19
sectati, contulerunt libros, & cõbusserunt coram omnibus: & cõputatis pretiis illorũ, inuenerunt pecuniã denariorũ quinquaginta milliũ. Ita fortiter crescebat ver- 20
bum Dei & cõfirmabatur. His autem 21
expletis proposuit Paulus in Spiritu, trãsita Macedonia & Achaia ire Ierosolymã, dicens, Postquam fuero ibi, oportet me & Romã videre. Mittens autẽ in Mace- 22
doniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Facta est autẽ illo tem- 23
pore turbatio non minima de via- Dñi.
Demetrius enim quidã nomine, argen- 24
tarius, faciẽs ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus nõ modicum quæstum:
quos conuocans & eos qui huiusmodi 25
erãt opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis, 26
& auditis quia nõ solùm Ephesi, sed penè totius Asiæ, Paulus hic suadens auertit multã turbã, dicens, Quoniã non sunt dij qui manibus fiunt. Nõ solùm autem 27
hæc periclitabitur nobis pars in redargutionẽ venire, sed & magnæ Dianæ tẽplũ in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius, quã tota Asia & orbis colit. His auditis, repleti sunt ira, & 28
exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est ciuitas tota 29
confusione, & impetũ fecerunt vno animo in theatrũ, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo 30
autẽ volente intrare in populum, nõ permiserunt discipuli. Quidam autẽ & de 31
Asiæ principibus qui erãt amici eius, miserũt ad eũ, rogantes ne se daret in theatrũ: alij autẽ aliud clamabãt. Erat enim 32
ecclesia confusa: & plures nesciebãt qua ex causa conuenissent. De turba autem 33
detraxerũt Alexandrũ, propellentibus eũ Iudæis. Alexander autẽ manu silentio postulato, volebat reddere rationẽ populo.

Quem vt cognouerunt Iudæum esse, 34
vox facta vna est omniũ, quasi per horas duas clamãtiũ, Magna Diana Ephesiorũ.
Et cùm sedasset scriba turbas, dixit, 35
Viri Ephesij, quis enim est hominũ, qui nesciat Ephesiorum ciuitatẽ cultricẽ esse
magnæ Dianæ, Iouisq. prolis? Cùm ergo 36
his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temerè agere. Ad- 37
duxistis enim homines istos, neq. sacrilegos, neq. blasphemantes deam vestram.
Quòd si Demetrius, & qui cũ eo sunt, 38
artifices, habent aduersus aliquẽ causam, conuẽtus forenses aguntur, & proconsu-
les sunt, accusent inuicem. Si quid autẽ 39
alterius rei quæritis: in legitima ecclesia
poterit absolui. Nã & periclitamur ar- 40
gui seditionis hodiernæ: cùm nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cùm hęc dixisset, dimisit ecclesiam. CAP. XX.
Postquam autẽ cessauit tumultus, vo- 1
catis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in
Macedoniam. Cùm autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuis- 2
set multo sermone, venit ad Græciam:
vbi cùm fecisset mẽses tres, factæ sunt 3
illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriã: habuitq. cõsiliũ vt reuerteretur per Ma-
cedoniam. Comitatus est aũt eũ *Sosi- 4
pater Pyrrhi Beroënsis, Thessalonicensiũ verò Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbẽus & Timotheus, Asiani verò Ty-
chicus & Trophimus. Hi cùm præces- 5
sissent, sustinuerũt nos Troade: nos ve- 6
rò nauigauimus post dies Azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus die-
bus septem. Vna aũt Sabbathi cũ cõue- 7
nissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eis profecturus in crastinum, protraxitq. sermonem vsque in mediam
noctem. Erant autem lampades copio- 8
sæ in cœnaculo vbi eramus congregati.
Sedens autẽ quidã adolescens nomine 9
Eutychus, super fenestram, cùm mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno, cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.
Ad quẽ cùm descendisset Paulus, incu- 10
buit super eũ: & complexus dixit, Nolite turbari; anima enim ipsius in ipso est.
Ascendẽs autẽ, frangensq. panẽ & gu- 11
stãs, satisq. allocutus vsq. in lucẽ, sic pro-
fectus est. Adduxerũt aũt puerũ viuen- 12
tem, & consolati sunt nõ mediocriter. Nos 13
autẽ ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum. sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus.
Cùm autem inueniſſet nos in Asson, 14
assumpto eo venimus Mitylénẽ. Et inde 15
nauigantes, sequenti die venimus contra Chiũ: & alia applicuimus Samum: & se-
quẽti die venimus Milẽtũ. proposue- 16
rat enim Paulus trãsnauigare Ephesum,

*vsque in Asiam 3 MS.G.S.
*Sopater 5 MS.G.S.
conueniſſet 1 MS.
1 MS.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nequa mora illi fieret in Asia. Festinabat
enim, si possibile sibi esset, vt die ¶Pen- ¶ Pentecostes R. G. S.
tecosten faceret Ierosolymis. A Mileto 17
autē mittens Ephesum, vocauit maiores
natu Ecclesiæ. Qui cùm venissent ad 18
eū, & simul essent, dixit eis, Vos scitis à
prima die qua ingressus sum in Asiam,
qualiter vobiscū per omne tempus fue-
rim, seruiens Dño cū omni humilitate 19
& lachrymis, & tentationibus quæ mihi
acciderūt ex insidiis Iudæorū: quomodo 20
nihil subtraxerim vtilium, quominus an-
nuntiarē vobis, & docerē vos publicè &
per domos, testificans Iudæis atq. Gen- 21
tilibus in Deū pœnitentiā & fidē in Dñm
nostrū Iesum Christum. Et nūc ecce al- 22
ligatus ego spiritu, vado in Ierusalē: quæ
in ea ventura sint mihi ignorans, nisi 23
quòd Spiritus sanctus per oēs ciuitates
mihi protestatur, dicens: qm vincula &
tribulationes Ierosolymis me manent.
Sed nihil horū vereor: nec facio animā 24
meam pretiosiorem quàm me, dummodo
consummē cursum meū & ministerium
*quod accepi à Dño Iesu, testificari Euā- *verbi o.
gelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio, 25
quia amplius nō videbitis faciē meā vos
omnes, per quos trāsiui prædicans regnū
Dei. Quapropter contestor vos hodier- 26
na die quia mūdus sum à sanguine om-
nium. Non enim subterfugi, quominus 27
annūtiarem omne consilium Dei vobis.
Attendite vobis & vniuerso gregi, in 28
quo vos Spiritus sanct⁹ posuit episcopos,
regere ecclesiā Dei, quam acquisiuit san-
guine suo. Ego scio qm intrabunt post 29
discessionē meā lupi ¶rapaces in vos, non ¶ graues r MS.G.S. autem lupi efferi.
parcentes gregi. Et ex vobisipsis exur- 30
gent viri loquētes peruersa, vt abducant
discipulos post se. Propter quod vigila- 31
te, memoria retinētes qm per triennium
nocte & die nō cessaui, cū lachrymis mo-
nens vnūquenq. vestrum. Et nūc com- 32
mēdo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui
potens est ædificare, & dare hæreditatem
in sanctificatis omnibus. Argentum ¶& 33 ¶ aut MS. G.S.
aurum, aut vestem nullius concupiui *. *sicut o.
scitis qm ad ea quæ mihi opus e- 34 2 Cor. 4, 12
rāt, & his qui mecū sunt, ministrauerunt 2 Thes. 2, 9
manus istæ. Omnia ostēdi vobis, qm sic 35 2 Thes. 3, 8.
laborantes, oportet suscipere infirmos, ac
meminisse verbi Dñi Iesu, (qm ipse di-
xit,) Beatius est magis dare, quàm accī-
pere. Et cùm hæc dixisset, positis geni- 36
bus suis orauit cū omnib. illis. Magnus 37
autē fletus factus est omniū: & procum-
bentes super collū Pauli, osculabātur eū,
dolentes maximè in verbo quod dixe- 38
rāt, quoniam amplius faciem eius non
essent visuri. Et deducebāt eum ad nauē.

CAP. XXI.

CVm autē factū esset vt nauigaremus, 1
abstracti ab eis, recto cursu venimus
Coū, & sequenti die Rhodū, & inde Pa-
taram. Et cùm inuenissemus nauē trās- 2
fretantem in Phœnicē: ascendētes naui-
gauimus. Cùm apparuissemus aūt Cy- 3
pro, relinquētes eā ad sinistrā, nauigaui-
mus in Syriā, & venimus Tyrū: ibi enim
nauis exposita erat onus. Inuētis autē 4
discipulis, māsimus ibi diebus septē: qui
Paulo dicebant per Spiritū, ne ascenderet
Ierosolymā. Et expletis diebus profecti 5
ibamus, deducentibus nos omnibus cum
vxoribus & filiis vsq. foras ciuitatem: &
positis genibus in litore, orauimus. Et 6
cùm valefeciss emus inuicem, ascēdimus
nauē: illi autē redierunt in sua. Nos ve- 7
rò nauigatione ¶explicita, à Tyro descē- ¶ explet 12 MS.
dimus Ptolemaidā: & salutatis fratribus,
manssimus die vna apud illos. Alia autē 8
die profecti, venimus Cæsarēā. Et intrā-
tes domū ‖ Philippi Euangelistæ, qui erat ‖ Sup. 6, 5.
vnus de septē, māsimus apud eū. Huic 9 ¶ 12 MS.
autē erāt quatuor filiæ virgines, prophe-
tātes. Et cū moraremur per dies aliquot, 10
superuenit quidā à Iudæa propheta, no-
mine Agabus. Is cū venisset ad nos, tu- 11
lit zonam Pauli: & alligans sibi pedes &
manus dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus:
Virū cuius est zona hæc, sic alligabunt in
Ierusalē Iudæi, & tradēt in man⁹ Gentiū.
Quod cū audissemus, rogabamus nos 12
& qui loci illius erāt, ne ascenderet Iero-
solymam. Tūc respōdit Paulus, & dixit, 13
Quid facitis flētes & affligētes cor meū?
Ego enim nō solùm alligari, sed & mori
in Ierusalē paratus sum propter nomen
Dñi Iesu. Et cùm ei suadere nō posse- 14
mus, quieuim⁹, dicētes, Dñi volūtas fiat.
Post dies autē istos præparati, ascende- 15 Sup. 15, 20
bamus in Ierusalem. Venerūt autē & ex 16 29.
discipulis à Cæsaréa nobiscū, adducentes
secū (apud quē hospitaremur) ¶Iasonem ¶ Mnasō-
quendā Cypriū, antiquū discipulum. Et 17 nem MS. G.S.
cùm venissemus Ierosolymam, libenter
exceperunt nos fratres. Sequenti autem 18
die introibat Paulus nobiscū ad Iacobū,
omnesque collecti sunt seniores. Quos 19
cùm salutasset, narrabat per singula, quæ
Deus fecisset in Gentibus per ministeriū
ipsius. At illi cū audissent, magnificabāt 20
Deū, dixerūtq. ei: Vides frater quot millia
sunt in Iudæis qui crediderunt: & omnes
æmulatores sunt legis. Audierūt autem 21
de te quia discessionem doceas à Moyse
eorū qui per Gētes sunt Iudæorū, dicens
non debere eos circuncidere filios suos,
neq. secundum consuetudinem ingredi.
Quid ergo est? vtiq. oportet conuenire 22
multitudinem: audient enim te superue-
nisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus, 23
Sunt nobis viri quatuor, votum habentes
super se. His assumptis, sanctifica te cū 24
illis: & impende in illis, ‖ vt radant ca- ‖ Num. 6, 18.
pita: & scient oēs quia quæ de te audie- Sup. 18, 18.
rūt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custo-
dis legem. De his autē qui crediderunt 25
ex Gentibus nos ‖ scripsimus, iudicantes ‖ Sup. 15, 20.
vt abstineant se ab idōlis immolato, & 29.
sanguine, & suffocato, & fornicatione.
Tūc Paulus assumptis viris, postera die 26

‖ purifica-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

purificatus cum illis intrauit in tẽplũ, annuntians expletionẽ dierũ purificationis, donec offerretur pro vnoquoq. eorũ oblatio. Dum autẽ septẽ dies consummarẽtur, hi qui de Asia erant Iudæi, cùm vidissent eũ in tẽplo, concitauerũt omnẽ populũ, & iniecerũt ei manus, clamantes, Viri Israëlitæ, adiuuate: hic est homo qui aduersus populũ & legẽ & locũ hũc, oẽs vbiq. docens, insuper & Gentiles induxit in templũ, & violauit sanctũ locum istum. (Viderãt enim Trophimũ Ephesiũ in ciuitate cum ipso, quẽ estimauerũt quoniã in templũ introduxisset Paulus.)

Commotaque est ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulũ, trahebãt eũ extra tẽplũ: & statim clausæ sunt ianuæ. Quærentibus autẽ eũ occidere, nuntiatũ est tribuno cohortis, Quia tota cõfunditur Ierusalẽ. Qui statim assumptis militibus & centurionibus, decurrit ad illos. ¶ Qui cùm vidissent tribunũ & milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedẽs tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset. Alij autẽ aliud clamabãt in turba. Et cũ nõ posset certũ cognoscere præ tumultu, iussit duci eũ in castra. Et cùm venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eũ. Et cũ cœpisset induci in castra Paul⁹, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit, Græcè nosti?

Nõnne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertũ quatuor millia virorũ sicariorũ?

Et dixit ad eũ Paulus, ¶ Ego homo sum quidẽ Iudæus à Tarso, Ciliciæ nõ ignotæ ciuitatis ᵛ municeps⁹. Rogo autẽ te, permitte mihi loqui ad populum. Et cùm ille permisisset, Paulus, stans in gradibus, annuit manu ad plebem. & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens:

CAP. XXII.

Viri fratres & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationẽ. (Cùm audissent autẽ quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentiũ. Et dicit,) ¶ Ego sum vir Iudæus, natus Tarso Ciliciæ, nutritus autẽ in ista ciuitate, secus pedes Gamaliel eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis sicut & vos oẽs estis hodie: ¶ qui hanc viã persecutus sum vsq. ad mortem, alligãs & tradẽs in custodias viros ac mulieres, sicut princeps sacerdotũ mihi testimonium reddit, & oẽs maiores natu: ¶ à quibus & epistolas accipiens ad fratres, Damascũ pergebã, vt adducerẽ inde vinctos in Ierusalẽ, vt punirentur. ¶ Factũ est autẽ eunte me, & appropinquãte Damasco media die, subitò de cælo circumfulsit me lux copiosa: & decidẽs in terrã, audiui vocẽ dicẽtẽ mihi, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego aũt respondi, Quis es Dñe? Dixitq́ue ad me, Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et qui mecũ erãt, lumẽ quidẽ viderũt, vocẽ autẽ non audierunt eius qui loquebatur mecũ. Et dixi, Quid faciã Dñe? Dñs autẽ dixit ad me, Surgens vade Damascũ: & ibi tibi dicetur de omnib⁹ quæ te oporteat facere. Et cùm nõ viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damascum. Ananias autẽ quidã, vir *secundũ legem testimoniũ habẽs ab omnibus habitantibus Iudæis, veniens ad me, & astans, dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eadẽ hora respexi in eum. At ille dixit, Deus patrũ nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatẽ eius, & videres iustũ, & audires vocẽ ex ore eius: qa eris testis illius ad oẽs homines, eorum quæ vidisti & audisti. Et nũc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ᵗ ablue* peccata tua inuocato nomine ipsius. Factum est autẽ reuertenti mihi in Ierusalẽ, & orãti in templo, fieri me in ᵘ stupore mentis*, & videre illũ dicentẽ mihi, Festina, & exi velociter ex Ierusalẽ: qm̃ nõ recipiẽt testimoniũ tuum de me. Et ego dixi, Dñe, ipsi sciunt quia ¶ ego erã concludẽs in carcerẽ, & cædens per synagogas eos q credebant in te: & cùm funderetur sanguis Stephani testis tui, ego ¶ astabam & cõsentiebã, & custodiebã vestimenta interficientiũ illũ. Et dixit ad me, Vade, qm̃ ego in nationes longè mittã te. Audiebãt autẽ eũ vsque ad hoc verbũ, & leuauerũt vocẽ suã, dicentes, Tolle de terra huiusmodi: nõ enim fas est eum viuere. Vociferãtibus autẽ eis, & proiicientibus vestimẽta sua, & puluerẽ iactantibus in aërẽ, iussit tribunus induci eũ in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum: vt sciret ꝓpter quã causam sic acclamarent ei. Et cùm astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi Cẽturioni Paulus: Si hominẽ Romanũ & indemnatũ licet vobis flagellare? Quo audito, Centurio accessit ad tribunũ, & nuntiauit dicẽs, Quid acturus es? hic enim homo, ciuis Romanus est. Accedẽs autem tribunus, dixit illi, Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit, Etiã. Et respõdit tribunus, Ego multa summa ᵛciuitatẽ⁹ hãc cõsecutus sum. Et Paulus ait, Ego autẽ & natus sum. Protinus ergò discesserunt ab illo qui eũ torturi erãt. Tribunus quoq. timuit postquã resciuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eũ. Postera autem die volens scire diligentiùs qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire & omne concilium: & producens Paulum, statuit inter illos.

CAP. XXIII.

INtendens autẽ in conciliũ Paulus ait, Viri fratres, ego omni cõscientia bona cõuersat⁹ sum ante Deũ, vsq. in hodiernũ diem.

*timoratus 1 MS. R.G.
ʷiustus S.
ᵗabluere 3 MS. S.G.
autem dubia sunt.
ᵘQ. n.
Sup. 8,3.
Sup. 7,38.
ᵛciuilitatẽ MS. R.B.
ᵛπολιτείαν, G.
ᵛius municipij. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diem. Princeps autē ſacerdotū Ananias præcepit aſtātibus ſibi percutere os eius.
Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu ‖ſedens iudicas' me ſecundū legē, & cōtra legē iubes me percuti? Et qui aſtabant dixerunt: Summū ſacerdotē Dei maledicis? Dixit autē Paulus, Neſciebā fratres, quia princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim: ‖Principem populi tui non maledices.
Sciens autē Paulus quia vna pars eſſet Sadducæorū, & altera Phariſæorū, exclamauit in concilio, Viri fratres, ‖ego Phariſæus ſum filius ‖Phariſæorū': ‖de ſpe & reſurrectione mortuorū ego iudicor. Et cùm hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſęos & Sadducęos, & ſoluta eſt multitudo. ‖Sadducæi enim dicunt nō eſſe reſurrectionē, neq. Angelū, neq. Spiritū: Phariſæi autē vtraq. cōfitentur. Factus eſt autē clamor magnus. Et ſurgētes quidā Phariſæorū, pugnabāt, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine iſto. quid ſi Spiritus locutus eſt ei, aut angelus? Et cū magna diſſenſio facta eſſet, timēs tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcendere, & rapere eū de medio eorū, ac deducere eum in caſtra.
Sequēti autē nocte aſsiſtēs ei Dñs, ait, Conſtās eſto: ſicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalē, ſic te oportet & Romæ teſtificari. Facta autem die collegerunt ſe quidā ex Iudæis, & deuouerunt ſe, dicentes, neq. māducaturos neq bibituros donec occiderent Paulū. Erāt autem plus quā quadraginta ‖viri', qui hāc cōiurationē fecerāt: q acceſſerūt ad principes ſacerdotū & ſeniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulū. Nūc ergo vos notū facite tribuno cū cōcilio, vt producat illū ad vos, tanquā aliquid certius cognituri de eo. Nos verò, prius quàm appropiet, parati ſumus interficere illum.
Quod cùm audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit & intrauit in caſtra, nuntiauitq. Paulo. Vocās autē Paulus ad ſe vnū ex Centurionibus, ait, Adoleſcētem hunc perduc ad tribunū: habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidē aſſumēs eū, duxit ad tribunū, & ait, Vinctus Paulus *rogauit me hunc adoleſcentē perducere ad te, habentē aliquid loqui tibi. Apprehendēs autē tribunus manū illius, ſeceſſit cū eo ſeorſum, & interrogauit illum, Quid eſt quod habes indicare mihi? Ille autē dixit, Iudæis conuēnit rogare te, vt craſtina die producas Paulū in conciliū, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo: tu verò ne credideris illis, inſidiantur enim ei ex eis viri amplius quā quadraginta, qui ſe deuouerūt nō māducare neq. bibere, donec interficiāt eū: & nunc parati ſunt, expectātes promiſſum tuum.
Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcipiēs ne cui loqueretur qm̄ hęc nota ſibi feciſſet. Et cōuocatis duobus cēturionibus, dixit illis, Parate milites ducētos, vt eant vſq. Cæſareā, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate; vt imponētes Paulū, eū ſaluū perducerēt ad Felicē præſidē. –(Timuit enim ne fortè raperēt eum Iudæi, & occiderent, & ipſe poſtea calūniā ſuſtineret, tāquā accepturus pecuniā') ſcribēs epiſtolā cōtinentē hæc: CLAVDIVS Lyſias optimo Præſidi Felici ſalutē. Virū hunc cōprehēſum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, ſuperueniens cū exercitu, eripui, cognito quia Romanus eſt: Volenſq; ſcire cauſam quā obiiciebāt illi, deduxi eū in cōciliū eorū. Quē inueni accuſari de quæſtionibus legis ipſorū: nihil verò dignum morte aut vinculis habentē crimen. Et cùm mihi perlatū eſſet de inſidiis quas parauerāt illi, miſi eū ad te, denuntiās & accuſatoribus, vt dicant apud te. Vale.
Milites verò, ſecundū præceptum ſibi, aſſumētes Paulū, duxerūt per noctem in Antipatridem. Et poſtera die dimiſſis equitibus vt cū eo irent, reuerſi ſunt ad caſtra. Qui cùm veniſſent Cæſareā, & tradidiſſent epiſtolā prę ſidi, ſtatuerūt ante illū & Paulū. Cùm legiſſet autem, & interrogaſſet de qua prouincia eſſet: & cognoſcens quia de Cilicia, Audiā te, inquit, cū *accuſatores tui venerint. Iuſſitq; in prætorio Herodis cuſtodiri eum.

CAP. XXIIII.

Poſt quinq. autē dies deſcendit princeps Sacerdotū Ananias, cū ſenioribus quibuſdā & Tertullo quodā oratore, qui adierunt præſidē aduerſus Paulum.
Et citato Paulo cœpit accuſare Tertullus, dicēs, Cùm in multa pace agamus p te, & multa corrigātur p tuā prouidentia: ſemper & vbiq. ſuſcipimus optime Felix, cū omni gratiarū actione. Ne diutius autē te protrahā, oro breuiter vt audias nos pro tua clemētia. Inuenimus hunc hominē peſtiferū, & concitantē ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, & authorem ſeditionis ſectæ Nazarenorū, qui etiā tēplū violare conatus eſt, quē & ‖apprehenſum' ‖voluimus ſecundum legē noſtrā iudicare. Superueniens autē tribunus Lyſias, cū vi magna eripuit eū de manibus noſtris, iubens accuſatores eius ad te venire', à quo poteris ipſe iudicās, de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eū. Adiecerūt aūt & Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere. Reſpondit aūt Paulus, (annuente ſibi præſide dicere) Ex multis annis te eſſe iudicē gēti huic ſciēs, bono animo pro me ſatis faciam. Potes enim cognoſcere quia nō plus ſunt mihi dies quàm duodecim, ex quo aſcendi adorare in Ieruſalē. & neq. in tēplo inuenerunt me cū aliquo diſputantē, aut concurſum facientem turbæ, neq. in ſynagogis, neq. in ciuitate: neq.

probare

*vocans MS.R.G.S

–5 MS.G. *at* R.& S. *legunt.*

Ex.22,21.

Phil.3,5. ‖Phariſæi R.G.S.

Infr.24,22

Mat.22,23

‖apprehē dimiſi MS.R.G. –3 MS. G q.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Cõfiteor autẽ hoc tibi, quòd 14
secundũ sectã, quã dicũt hæresim, sic deseruio patri Deo meo, credẽs omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt:
spẽ habens in Deũ, quã & hi ipsi expectant, resurrectionẽ futurã iustorũ & iniquorũ. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiã habere ad Deum, & ad homines semper. Post annos aũt plures, eleemosynas facturus in gentẽ meam veni, & oblationes, & vota; ‖ in quibus inuenerunt me purificatũ in tẽplo: nõ cũ turba, neq. cũ tumultu.* Quidã autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse & accusare, siquid haberent aduersum me: aut hi ipsi dicant, siquid inuenerunt in me iniquitatis, cũ stem in cõcilio, nisi de vna hac solũmodo voce, qua clamaui inter eos stans, ‖ Quoniã de resurrectione mortuorũ ego iudicor hodie à vobis. Distulit aũt illos Felix, certissimé sciens de via hac, dicens, Cũ Tribunus Lysias descenderit, audiam vos.
Iussitq. Centurioni custodire eum, & habere requiẽ, nec quenquã de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autẽ dies veniens Felix cũ Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidẽ quæ est in Christum Iesum. Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade: tẽpore autẽ opportuno accersam te. simul & sperãs, quòd pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequẽter accersens eũ, loquebatur cũ eo. Biẽnio autẽ expleto accepit successorẽ Felix Portiũ Festũ. Volens aũt gratiã præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

FEstus ergo cùm venisset in prouinciã, post triduũ ascẽdit Ierosolymã à Cæsaréa. Adieruntq. eũ principes sacerdotũ, & primi Iudæorũ aduersus Paulũ: & rogabãt eũ, postulantes gratiã aduersus eũ, vt iuberet perduci eũ in Ierusalẽ, insidias tendentes vt interficerẽt eũ in via.
Festus autẽ respondit, seruari Paulum in Cæsaréa: se autẽ maturius profecturũ.
Qui ergò in vobis (ait) potentes sunt, descendẽtes simul, si quod est in viro crimẽ, accusent eũ. Demoratus autẽ inter eos dies nõ amplius quàm octo aut decẽ, descendit Cæsaréã, & altera die sedit pro tribunali: & iussit Paulum adduci. Qui cũ perductus esset, circunsteterũt eũ qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas & graues causas obiicientes, quas non poterãt probare, Paulo rationẽ reddente, Quoniã neq. in legẽ Iudæorũ, neq. in templũ, neq. in Cæsarẽ quicquã peccaui.
Festus autẽ volens gratiã præstare Iudæis, respondẽs Paulo, dixit, Vis Ierosolymã ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autẽ Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari: Iudæis nõ nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuso mori. si verò nihil est eorũ quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarẽ appello. Tunc Festus cum cõcilio locutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. Et cũ dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaréã ad salutandũ Festũ. Et cũ dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicẽs, Vir quidam est derelictus à Felice vinctus, de quo cũ essem Ierosolymis, adierũt me principes sacerdotum & seniores Iudæorũ, postulantes aduersus illũ damnationẽ. Ad quos respondi, Quia non est Romanis consuetudo donare aliquẽ hominẽ, prius quã is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locũq. defendendi accipiat ad abluenda crimina.
Cũ ergo huc conueniissent, sine vlla dilatione sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virũ. De quo cũ stetissent accusãtores, nullã causam deferebant, de quibus ego suspicabar malum:
Quæstiones verò quasdã de sua superstitione habebãt aduersus eũ, & de quodã Iesu defuncto quẽ affirmabat Paulus viuere. Hæsitans autẽ ego de huiusmodi quæstione, dicebã si vellet ire Ierosolymã, & ibi iudicari de istis. Paulo aũt appellante vt seruaretur ad Augusti cognitionẽ, iussi seruari eũ, donec mittam eũ ad Cæsarẽ. Agrippa aũt dixit ad Festum, Volebam & ipse hominem audire.
Cras, inquit, audies eũ. Altera autẽ die cũ venissent Agrippa & Bernice cũ multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus.
Et dicit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorũ interpellauit me Ierosolymis, * petentes & acclamantes non oportere eum viuere amplius. Ego verò comperi, nihil dignum morte eũ admisisse. Ipso autẽ hoc appellante ad Augustũ, iudicaui mittere.
De quo quid certum scribam dño, non habeo. Propter quod produxi eũ ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid scribã. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & causas eius non significare.

CAP. XXVI.

AGrippa verò ad Paulũ ait, Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationẽ reddere. De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatũ, apud te cùm sim defensurus me hodie, maximè te sciente omnia quæ apud Iudæos sunt consuetudines & quæstiones: propter quod obsecro, patienter me audias. Et quidem vitã meam à iuuentute, quæ ab initio

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 27 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 1 2 3 4

* Augusti cognitioni MS.
* & hîc 4 MS. G. S.
* omnes R. G. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

initio fuit in gente mea in Ieroſolymis, nouerunt omnes Iudæi: præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniã ſecundũ certiſsimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus. Et nunc in ſpe quæ ad patres noſtros repromiſsionis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus: in quã duodecim tribus noſtræ nocte & die deſeruientes, ſperãt deuenire. De qua ſpe accuſor à Iudæis, rex. Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? Et ego quidem exiſtimauerã, me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere. quod & feci Ieroſolymis, & multos ſanctorũ ego in carceribus incluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cùm occiderentur, detuli ſententiã. Et per omnes ſynagogas frequenter puniẽs eos, cõpellebam blaſphemare: & amplius inſaniens in eos, perſequebar vſq. in exteras ciuitates. In quibus dũ irem Damaſcum cũ poteſtate & permiſſu principum ſacerdotũ, die media, in via, vidi, rex, de cælo ſupra ſplendorẽ ſolis circũfulſiſſe me lumen, & eos qui mecũ ſimul erãt. Omnesq. nos cũ decidiſſem in terrã, audiui vocẽ loquentẽ mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me perſequeris? durũ eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare. Ego aũt dixi, Quis es Dñe? Dñs autẽ dixit, Ego ſum Ieſus, quẽ tu perſequeris. Sed exurge & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi vt conſtituam te miniſtrũ & teſtẽ eorũ quæ vidiſti, & eorũ quibus apparebo tibi, eripiens te de populis & gentibus in quas nunc ego mitto te, aperire oculos eorũ, vt conuertantur à tenebris ad lucẽ, & de poteſtate ſatanæ ad Deũ, vt accipiant remiſsionẽ peccatorum & ſortẽ inter ſanctos per fidem quæ eſt in me. Vnde, rex Agrippa, nõ fui incredulus cælesti viſioni: ſed his qui ſunt Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in omnẽ regionẽ Iudææ, & Gentibus annuntiabã, vt pœnitentiã agerent, & cõuertерentur ad Deũ, digna pœnitẽtiæ opera facientes. Hac ex cauſa me Iudæi cũ eſſem in tẽplo, comprehenſum tẽtabant & volẽtes me interficere. Auxilio autẽ adiutus Dei, vſque in hodiernũ diẽ ſto, teſtificans minori atque maiori, nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes, ſi paſsibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorũ, lumẽ annuntiaturus eſt populo & Gentibus. Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit, Inſanis Paule: multæ te literæ ad inſaniã cõuertũt. Et Paulus: Nõ inſanio (inquit) optime Feſte: ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex ad quẽ & conſtanter loquor. latẽre enim eũ nihil horũ arbitror. Neq. enim in angulo quicquã horũ geſtũ eſt. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autẽ ad Paulũ: In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus: Opto apud Deũ, & in modico, & in magno: nõ tantũ te, ſed etiam omnes qui audiũt hodie, fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex, & præſes, & Bernice, & qui aſsidebãt eis. Et cũ ſeceſsiſſent, loquebantur ad inuicẽ, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid facit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit, Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

in quã MS.G.S. — populo MS.G.S. — Sup. 8,3.9. 2. 22,4. — Sup. 9,2. — Sup. 9, 3. 22,9. — Sup. 9,20. 28,13. 14, 24.1. — Sup. 21,32. -4 MS. G.S. — facit MS.G.

CAP. XXVII.

VT autẽ iudicatũ eſt nauigare eum in Italiã, & tradi Paulũ cũ reliquis cuſtodiis centurioni nomine Iulio, cohortis Auguſtæ, aſcendentes nauẽ Adrumetinã incipientes nauigare circa Aſiæ loca, ſuſtulimus, perſeuerante nobiſcũ Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi. Sequenti autẽ die deuenimus Sidõnẽ. Humanè autẽ tractãs Iulius Paulũ, permiſit ad amicos ire, & curam ſui agere. Et inde cũ ſuſtuliſſemus, ſubnauigauimus Cyprũ propterea quòd eſſent vẽti cõtrarij. Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ nauigantes, venimus Lyſtram, quæ eſt Lyciæ: & ibi inueniẽs centurio nauem Alexandrinã nauigantẽ in Italiã, tranſpoſuit nos in eã. Et cũ multis diebus tardè nauigaremus, & vix deueniſſemus cõtra Gnidũ prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem: & vix iuxtà nauigãtes, venimus in locum quendam qui vocatur Boni-portus, cui iuxtà erat ciuitas Thalaſſa. Multo autẽ tẽpore peracto, & cùm iam nõ eſſet tuta nauigatio, eo quòd * ieiuniũ iã præteriiſſet, conſolabatur * Paulus, dicens eis, Viri, video quoniã cũ iniuria & multo damno, non ſolùm oneris & nauis, ſed etiã animarũ noſtrarũ incipit eſſe nauigatio. Cẽturio autẽ gubernatori & naucléro magis credebat, quã his quę à Paulo dicebantur. Et cùm aptus portus non eſſet ad hyemandũ, plurimi ſtatuerũt cõſilium nauigare inde, ſi quomodò poſſent deuenientes Phœnicẽ, hyemare, portum Cretæ reſpicientẽ ad Africũ & ad Corũ. Aſpirante autẽ Auſtro, æſtimãtes propoſitũ ſe tenere, cũ ſuſtuliſſent de Aſſon, legebãt Cretã. Nõ poſt multum autem miſit ſe cõtra ipſam ventus Typhonicus qui vocatur Euroaquilo. Cumq. arrepta eſſet nauis, & nõ poſſet conari in vẽtum, data naue ſtatibus, ferebamur. In inſulam autẽ quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere ſcapham. Qua ſublata, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderent, ſummiſſo vaſe ſic ferebãtur. Validè autem nobis tempeſtate iactatis, ſequenti die iactum fecerũt: & tertia die ſuis manib armamẽta nauis proiecerunt. Neque autẽ ſole,

2 Cor. 11. — Adrumetinam MS. Q. n. — incipientem MS. G q.S. — Myra G. S. — *&6 MS. — conſolabat S. — παρήνει id eſt, ſuadebat, admonebat, G. — eos MS.S. — *&3 MS. G.S.

neque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate nō exigua imminēte, iam ablata erat spes omnis salutis nostrę.

Et cùm multa ieiunatio fuisset, tūc stās 21
Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidē ô viri, audito me, nō tollere à Creta, lucriq facere iniuriā hāc & iacturam.

Et nūc suadeo vobis bono animo esse. 22
amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquā nauis. Astitit enim mihi 23
hac nocte angelus Dei cuius sum ego, & cui deseruio, dicens, Ne timeas Paule, 24
Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigāt tecum.

Propter quod bono animo estote viri: 25
credo enim Deo, quia sic erit, quēadmodum dictū est mihi. In insulā autē quā- 26
dā oportet nos deuenire. Sed postea quā 27
quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediā noctem, suspicabātur nautæ apparere sibi aliquā regionem. Qui & summittētes bolidē, 28
inuenerunt passus viginti: & pusillū inde separati, inuenerunt passus quindecim.

Timētes autem ne in aspera loca inci- 29
deremus, de puppi mittētes ancoras quatuor, optabāt diē fieri. Nautis verò quæ- 30
rentibus fugere de naui, cùm misissent scaphā in mare, sub obtētu quasi incipereta prora ancoras extēdere, dixit Pau- 31
lus Cēturioni & militibus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis.

Tunc absciderūt milites funes scaphæ: 32
& passi sunt eam excidere. Et cùm lux 33
inciperet fieri, rogabat Paulus oēs sumere cibū, dicens, Quarta decima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipiētes. Propter quod rogo vos accipere cibū pro salute vestra: quia ‖ nulli² ve- 34
strū capillus de capite peribit. Et cū hæc 35
dixisset, sumens panē, gratias egit Deo in cōspectu omnium: & cùm fregisset, cœpit manducare. Animæquiores autem facti 36
omnes, & ipsi sumpserūt cibū. Eramus 37
verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. Et satiati cibo alleuia- 38
bāt nauē, iactātes triticū in mare. Cū aūt 39
dies factus esset, terrā nō agnoscebāt: sinū verò quendā considerabāt habentē litus, in quem cogitabāt, si possent, eiicere nauem. Et cū ancoras sustulissent, cōmit- 40
tebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorū: & leuato artémone secūdū auræ flatū, tendebāt ad litus. Et cùm 41
incidissemus in locū dithalassum, impegerūt nauē: & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis verò soluebatur à vi maris. Militū autē consiliū fuit vt 42
custodias occiderent: nequis cùm enatasset, effugeret. Centurio autē volens ser- 43
uare Paulum, prohibuit fieri: iussitq. eos qui possent natare, emittere se primos, & euadere, & ad terram exire: & cæteros 44
alios in tabulis ferebant: quosdam super ea quæ de naui erant. Et sic factum est, vt omnes animæ euaderent ad terram.

CAP. XXVIII.

1 ET cùm euasissemus, tūc cognouimus quia ‖ Mitylene', insula vocabatur. Barbari verò præstabant nō modicā hu- 2 manitatē nobis. Accensa enim pyra reficiebāt nos omnes, propter imbrem qui imminebat & frigus. Cùm congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinē, & imposuisset super ignem, viperā à calore cùm processisset, inuasit 4 manum eius. Vt verò viderunt Barbari pendentē bestiam de manu eius, adinuicem dicebant, Vtiq. homicida est homo hic, qui cùm euaserit de mari, vltio non 5 sinit eū viuere. Et ille quidē excutiens 6 bestiā in ignē, nihil mali passus est. At illi existimabant eū in tumorē cōuertendū, ‖ &' subitò casurum & mori. Diu aūt illis ‖ expectātibus' & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant eū esse Deum. In locis autē illis erāt prędia 7 principis insulæ, nomine Publij, qui nos susceptos, triduo benignè exhibuit. Cōtigit autē patrē Publij febribus & dysenteria vexatum iacēre. Ad quem Paulus intrauit: & cùm orasset, & imposuisset ei 9 manus, saluauit eum. Quo facto, & omnes qui in insula habebant infirmitates, 10 accedebant, & curabātur: qui etiā multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerūt quæ necessaria erāt.

11 Post menses autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hye- 12 mauerat, cui erat insigne Castorum. Et cū venissemus Syracusam, mansimus ibi 13 triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegiū. & post vnū diem flante Austro, 14 secunda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Ro- 15 mam. Et inde cū audissent fratres, occurrerunt nobis vsq. ad Apij forū, ac tres Tabernas: Quos cū vidisset Paulus, gra- 16 tias agens Deo, accepit fiduciam. Cùm autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiēte se milite. Post tertiūm autem diem 17 conuocauit primos Iudæorū. Cumq. conuenissent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil aduersus ‖ plebem' faciens, aut morē paternum, vinctus ab Ierosolymis tradi- 18 tus sum in manus Romanorum. qui cū interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quòd nulla esset 19 causa mortis in me. Contradicentibus autē Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens 20 aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spem enim Israēl, catena hac circundatus sum. At illi dixerunt ad eum, 21 Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neq. adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus est quid de te malum. 22 Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia

Melita R. G. S.

naut R. G. ‖ sperantibus MS q.

Regem o.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbique ei cõtradicitur. Cùm constituissent autẽ illi diẽ, venerũt ad eum in hospitium plures: quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadensq. eis de Iesu ex Lege Moysi & Prophetis, à mane vsq. ad vesperam. Et quidá credebát his quæ dicebantur: quidam verò non credebant.

Cumq. inuicem non essent cõsentientes, discedebant, dicente Paulo vnũ verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiá Prophetá ad Patres nostros,

dicens, Vade ad populũ istum, & dic ad eos, ¶ Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.

Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videát oculis, & auribus audiant, & corde intelligát, & conuertantur, & sanem eos. Notum ergo sit vobis, quoniam Gẽtibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cùm hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem.

Mánsit aũt biẽnio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

Isa. 6,9. Mat. 13,14 Mar. 4,12. Luc. 8,10. Ioan. 12,40 Rom. 11,8.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAP. I.

PAulus, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, ¶ segregatus in Euangeliũ Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, (qui factus est ~ei' ex semine Dauid secundum carnem, qui prędestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi Dñi nostri, per quẽ accepimus gratiã & Apostolatum ad obediendũ fidei in omnibus Gẽtibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi:) omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Dño Iesu Christo. Primũ quidẽ gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, quòd sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis, obsecrás si quomodo tandẽ aliquãdo prosperũ iter habeam in volũtate Dei, veniẽdi ad vos. Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicẽ est, fidẽ vestrã atq. meã.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsq. adhuc) vt aliquẽ fructũ habeã* in vobis, sicut & in cęteris gentibus.

Græcis ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum: ~ita', quod in me, promptũ est, & vobis qui Romæ estis, euangelizare. Non enim erubesco Euãgelium. Virtus enim Dei est, in salutẽ omni credenti, Iudæo primũ & Græco.

Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptũ est: ¶ Iustus autẽ ex fide ~viuit'. Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnẽ impietatẽ & iniustitiá hominũ eorũ qui veritatẽ ~Dei' in iniustitia detinẽt: quia quod notũ est Dei, manifestũ est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoq. eius virtus & diuinitas: ~ita' vt sint inexcusabiles. ¶ Quia cùm cognouissent Deum; non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedũ, & serpentium. (Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ, in immunditiam: vt cõtumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.) qui commutauerũt veritatem Dei in ~mendacium': & coluerunt, & seruierũt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula, Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt naturalẽ vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis inuicẽ, masculi in masculos turpitudinẽ operantes, & mercedẽ (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut nõ probauerũt Deũ habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea quę non ~conueniunt': repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, ~non intellexerunt'; quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solùm ~qui' ea faciunt, sed etiam ~qui' consentiunt facientibus.

Act. 13,2.

~2 MS. G. S.

*& 4 MS. Amb. G g S.

~itaque 9 MS. Amb. S.

Abac. 2,4. Heb. 10,38 Gal. 3,11.

~viuet 2 MS. R. G. S.

~1 MS. G. S.

~2 MS. G. S.

Eph. 4,17. 18.

~mendacio 2 MS. G. S.

~conuenit 1 MS. S.

~G. S. Q. n.

~1 MS. G. S.

~1 MS. G. S.

CAP. II.

PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. ¶ In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. eadem enim agis ~quæ' iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est

Mat. 7,1.

~qui 1 MS. G

secundum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

secũdum veritatẽ in eos qui talia agunt.
Existimas aũt hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis ᵃcontemnis, ignorans' quoniã benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Secũdum aũt duritiam tuã & impœnitẽs cor, thesaurizas tibi iram, in ᵃdie' iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, ¶ qui reddet vnicuique secundum opera eius. iis quidem, qui secũdum patientiã boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem ᵃquærũt', vitã æternam. iis aũt qui sunt ex contẽtione, & qui nõ acquiescunt veritati, credunt aũt iniquitati: ira & indignatio. Tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci: gloria aũt & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primũ & Græco. ¶ nõ enim est acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerũt, sine lege* peribunt: & quicunq. in lege peccauerũt, per legem iudicabuntur. ¶ Non enim auditores legis iusti sunt apud Deũ: sed factores legis iustificabũtur. Cùm enim Gẽtes quæ legem non habẽtes, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habẽtes, ipsi sibi sunt lex: qui ostẽdũt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniũ reddẽte illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem ᵃcogitationum accusantiũ, aut etiã defendẽtium', in die cùm iudicabit Deus occulta hominũ, secundum euangelium meum, per Iesum Christum. Si autẽ tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatẽ -eius', & probas vtiliora, instructus per legem, confidis teipsum esse ducẽ cæcorũ, lumẽ eorũ qui in tenebris sunt, eruditorẽ insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege.
Qui ergo alium doces, teipsum non doces. qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idõla, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. (¶ Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.) Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autẽ præuaricator legis sis, circũcisio tua præputium facta est. Si igitur præputiũ iustitias legis custodiat: nónne præputium illius in circuncisionem reputabitur?
& iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es? Nõ enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circuncisio: sed qui in abscõdito, Iudæus est: & circuncisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

CAP. III.

1 QVid ergo amplius Iudæo est? aut quæ
2 vtilitas circũcisionis? Multum per omnem modum. Primùm quidem quia
3 credita sunt illis eloquia Dei. quid enim, si quidã illorum nõ crediderunt? ¶ Nunquid incredulitas illorũ fidem Dei ᵃeuacuauit'? Absit. ¶ ᵃEst' aũt Deus verax:
4 ¶ omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, ¶ Vt iustificeris in sermonibus
5 tuis: & vincas cùm iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiã Dei commendat, quid dicemus? Nũquid iniquus est Deus qui infert iram? (secũdum hominem dico.) Absit. alioquin quomodo iudicabit
6 Deus - hunc' mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam
7 peccator iudicor, & non (sicut blasphemamur, & sicut aiũt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniãt bona? quorum
8 damnatio iusta est. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. ᵃ¶ Causati' enim sumus Iudæos & Græcos, omnes sub
9 peccato esse: sicut scriptum est: ¶ Quia
10 non est iustus quisquam, ¶ nõ est intel-
11 ligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ, non est vsque ad
12 vnum. ¶ Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant. ¶ Venenum aspidũ sub labiis eorum. ¶ Quo-
13 rum os maledictione & amaritudine ple-
14 num est: ¶ Veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Contritio & in-
15 felicitas in viis eorum: & viam pacis
16 non cognouerunt. ¶ Non est timor Dei
17 ante oculos eorum. ¶ Scimus autẽ quoniam quæcunq. lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo:
18 ¶ quia ex operibus legis nõ iustificabi-
19 tur omnis caro corã illo. Per legem enim
20 cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à
21 lege & Prophetis. Iustitia autẽ Dei per fidẽ Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. non enim est di-
22 stinctio. Omnes enim peccauerunt: &
23 egent gloria Dei. Iustificati gratis per
24 gratiam ipsius, per redemptionem quæ
25 est in Christo Iesu, quẽ proposuit Deus ᵃpropitiationem', per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delicto-
26 rum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex
27 fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio -tua'? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fi-
29 dem sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantùm? nónne & Gentium? Imò
30 & Gentium. quoniam quidem vnus est Deus, qui ᵃiustificat' circuncisionem ex

2 Ti. 2, 13.
ᵃeuacuabit 5 MS. R. G.
Ioan. 3, 33.
ᵃEsto G.
Ps. 115, 11.
Psal. 50, 6.
— 4 MS. S.
ᵃPræcausati 1 MS. R. G. S.
Gal. 3, 22.
Psal. 13, 1. 52, 3.
Psal. 5, 11.
Psa 139, 4.
Psal. 9, 7.
Isa 59, 7.
Prou. 1, 16.
Psal. 35, 2.
Gal. 2, 16.
Gal. 2, 16.
ᵃ propitiatorem MS Amb. S. & possunt hoc modo etiã verti G.
— 1 MS. G. S.
ᵃ iustificabit 3 MS. G.

fide,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. sed legem statuimus. 31

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus inuenisse Abrahã patrem nostrum secundum carnem? 1
Si enim Abraham ex operibus *iustificatus est: habet gloriã, sed nõ apud Deũ. 2
Quid enim dicit scriptura? ‖ Credidit Abraham Deo: & reputatũ est illi ad iustitiam. 3
Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiã, sed secundum debitum. 4
Ei verò qui nõ operatur, credenti autem in eũ qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam 5
-secũdum propositũ gratiæ Dei'. Sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis, cui Deus accepto fert iustitiã sine operibus: 6
‖ Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. 7
Beatus vir cui nõ ¶imputauit' Dominus peccatum. 8
Beatitudo ergo hæc in circuncisione *-manet', an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. 9
Quomodo ergo reputata est? in circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. 10
‖ Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omniũ credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: 11
& sit pater circuncisionis, non iis tantùm qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. 12
Non enim per legẽ promissio Abrahæ, aut semini eius vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei. 13
Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio. 14
Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex: nec præuaricatio. 15
Ideo ex fide, -vt' secundum gratiam* firma sit promissio omni semini, nõ ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omniũ nostrum, 16
(sicut scriptum est: ‖ Quia patrẽ multarũ gentium posui te) ante Deum, ¶cui credidisti', qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non sunt, tãquam ea quæ sunt. 17
qui cõtra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gẽtium secũdum quod dictum est -ei': ‖ Sic erit semẽ tuum -sicut stellæ cæli, & arena maris'. 18
Et nõ infirmatus est fide: nec considerauit corpus suum *emortuum, cùm ferè cẽtum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. 19
In repromissione etiã Dei nõ hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriã Deo: 20
plenissimè sciẽs quia quæcunq. promisit, potẽs est & facere. 21
Ideo & reputatũ est illi ad iustitiam. 22
Non est autẽ scriptũ tantùm propter ipsum quia reputatũ est illi -ad iustitiã': 23
sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum -Christum' Dominum nostrum à mortuis, 24
qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. 25

CAP. V.

IVstificati ergo ex fide, pacem ¶habeamus' ad Deum per Dominum nostrum 1
Iesum Christum: ‖ per quẽ & habemus accessum ¶per fidem' in gratiã istã in qua stamus, & gloriamur, in spe gloriæ -filiorum' Dei. 2
Non solùm autem: sed & gloriamur in tribulationibus: ‖ scientes 3
quòd tribulatio patientiã operatur; patiẽtia autem probationem, probatio verò 4
spem. spes autem non confundit: ‖ quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est 5
nobis. Vt quid enim ‖ Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus 6
pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. 7
Commẽdat autẽ charitatem suã Deus in nobis; quoniam *cùm adhuc peccatores essemus, *Christus pro nobis mortuus est. 8
Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. 9
Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. 10
Non solùm aũt: sed & gloriamur in Deo per Dñm nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationẽ accepimus. 11
Propterea sicut per vnum hominem peccatũ in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. 12
Vsq. ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum aũt non ¶imputabatur, cùm lex non esset'. 13
Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. 14
Sed nõ sicut delictum, ita & donum. si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donũ, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. 15
Et non sicut per vnum ¶peccatum', ita & donũ. nam iudicium quidem ex vno, in condemnationẽ: 16
gratia autem ex multis delictis, in iustificationẽ. 17
Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. 18
Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. 19
Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores cõstituti sunt multi: ita & per vnius obeditionem, iusti constituẽtur multi. 20
Lex autẽ subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abũdauit delictum, superabundauit gratia. vt sicut regnauit peccatũ ¶in mortem': ita & gratia regnet per iustitiam in vitã æternam, per Iesum Christum Dominũ nostrum. 21

CAP.

*legis MS. Amb.
Gen. 15,6. Gal. 3,6. Iac. 2,23.
-2 MS. G.S.
Psal. 31,1.
¶imputabit 6 MS. R. Amb. G.
*tantum MS. Amb.
-3 MS. G. S.
Gen. 17,10 11.
-Amb. S.
*vt 1 MS. Amb. G.S.
Gen. 17,4.
¶cui credidit 2 MS. G.
-1 MS. Amb. G.S.
Gen. 15,5.
-7 MS. Amb. G.S.
*iam 2 MS. G.
-3 MS. G.
-1 MS. G.
¶habemus G. Q. 9. Eph. 2,18.
¶fide 1 MS. G.
-G.S.
Iac. 1,3.
Heb. 9,14.
Heb. 9,15. 28.
1 Pet. 3,18.
*sic. Q. a. *secundum tẽpus MS.
¶imputatur, cum lex non erat 5 MS. G.
¶peccatum 5 MS. G.
¶in mortem 1 MS. G.S.

CAP. VI.

QVid ergo dicemus? Permanebimus 1
in peccato vt gratia abũdet? Absit. 2
Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis*quia ¶quicunq. baptizati sumus in 3
Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? ¶Consepulti enim sumus cum 4
illo per baptismũ in mortẽ: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ¶ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. ¶Si enim cõplantati facti sumus 5
similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes quia ve- 6
tus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. Qui enim mortuus 7
est, iustificatus est à peccato. Si autem 8
mortui sumus cũ CHRISTO: credimus quia simul etiam viuemus cũ Christo; scientes quòd Christus resurgens ex 9
mortuis iam nõ moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Quod enim mortuus 10
est, peccato mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existi- 11
mate, vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autẽ Deo, in Christo Iesu Dño nostro. Non ergo regnet peccatũ in ve- 12
stro mortali corpore vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neq. exhibeatis mẽ- 13
bra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquã ex mortuis viuentes: & membra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatũ enim vobis nõ domina- 14
bitur: nõ enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? peccabimus, quoniam 15
nõ sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. ¶Nescitis quoniã cui exhibetis vos ser- 16
uos ad obediẽdũ, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo 17
quòd fuistis serui peccati, obedistis autẽ ex corde in eam formã doctrinæ in ᵃqua' traditi estis. Liberati aũt à peccato, ser- 18
ui facti estis iustitiæ. Humanum dico, 19
propter infirmitatem carnis vestræ. sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationẽ. Cùm enim 20
serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię.
Quem ergo fructum habuistis tunc- in 21
illis', in quibus nũc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nũc verò liberati 22
à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrũ in sanctificationẽ, finem verò vitam æternam. Stipendia enim 23
peccati, mors. Gratia autẽ Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim 1
legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tẽpore viuit? ¶Nam 2
quæ sub viro est mulier; ᵃviuẽte' viro alligata est ᵃlegi'. si autẽ mortuus fuerit vir ᵃeius': ᵃsoluta' est à lege viri. Igitur vi- 3
uẽte viro, vocabitur adultera, si fuerit cũ alio viro. si autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege ᵃviri': vt non sit adul- 4
tera si fuerit cum alio viro. Itaq. fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alteri' qui ex mortuis 5
resurrexit, vt fructificemus Deo. Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erãt, operabantur in mẽbris nostris, vt fructificarẽt morti. 6
nunc autem soluti sumus à lege ᵃmortis', in qua detinebamur: ita vt seruiam' in nouitate spiritus, & non in vetustate 7
literæ. Quid ergo dicemus? lex peccatũ est? Absit. Sed peccatum nõ cognoui, nisi per legem. nam cõcupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, ¶Non concupisces. 8
Occasione autem accepta, peccatũ per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autẽ viuebam 9
sine lege aliquando. Sed cùm veniisset 10
mandatum: peccatũ reuixit. Ego autem mortuus sum: & inuẽtum est, mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad 11
mortem. Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per 12
illud occidit. Itaq. lex quidem sancta, & mandatũ sanctum, & iustũ & bonum.
Quod ergo bonum est, mihi factum est 13
mors? Absit. sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccãs 14
peccatum per mandatum. Scimus enim quòd lex spiritualis est: ego autẽ carnalis 15
sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. nõ enim quod volo*, hoc ago: sed quod odi*, illud fa- 16
cio. Si autem quod nolo, illud facio: cõ- 17
sentio legi, quoniã bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod 18
habitat in me peccatũ. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonũ. Nam velle adiacet mihi: perficere 19
autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod 20
nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.
Inuenio igitur legem, volenti mihi fa- 21
cere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secun- 22
dum interiorẽ hominem: video autem 23
aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę est in membris meis.
Infelix ego homo, quis me liberabit de 24
corpore mortis huius? Gratia* ᵃDei' per 25
Iesum Christũ Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem, legi peccati.

CAP. VIII.

NIhil ergo nunc damnationis est iis 1
qui sunt in Christo Iesu: qui nõ se- 2
cũdũ carnẽ ambulãt*. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege 3
peccati & mortis. Nã quod impossibile

erat

1 MS. G. S.

ᵃmortui G. S. verùm textus cõfirmis est MS R. Amb. & G q.

Exo. 20, 17 Deut. 5, 21

*b onũ MS *malũ MS

*autem MS G q.

ᵃDeo G. Q. n.

*sed secũdum spiritum G. at textus noster, Ambr. consonat & S.

2 Tim. 1, 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erat legi, in quo infirmabatur per carnẽ:
Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio 4
legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum
spiritum. Qui enim secũdũ carnẽ sunt: 5
quæ carnis sunt sapiunt. qui verò secundum spiritũ sunt: quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est: 6
prudẽtia autẽ spiritus, vita & pax. quoniam sapientia carnis, ¶inimica est Deo': 7
legi enim Dei nõ ¶est subiecta', nec enim
potest. Qui autem in carne sunt, Deo 8
placere nõ possunt. Vos aũt in carne nõ 9
estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei
habitat in vobis. Siquis autem Spiritum
Christi non habet: hic non est eius. Si 10
autẽ Christus in vobis est: corpus quidẽ
mortuũ est propter peccatũ, spiritus ve-
rò ¶viuit' propter ¶iustificationẽ'. Quòd 11
si Spiritus eius qui suscitauit Iesum à
mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit
Iesum Christũ à mortuis, viuificabit &
mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritũ eius in vobis. Ergo fra- 12
tres, debitores sumus: nõ carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secun- 13
dum carnem vixeritis: moriemini. si aũt
spiritu, facta carnis mortificaueritis; viuetis. Quicunq. enim spiritu Dei agun- 14
tur, ij sunt filij Dei. ‖ Non enim accepi- 15
stis spiritum seruitutis iterũ in timore,
‖ sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, (Pater.)
Ipse-enim' Spiritus, testimoniũ reddit 16
spiritui nostro quòd sumus filij Dei. Si 17
aũt filij: & hæredes. hæredes quidẽ Dei: cohæredes aũt Christi: si tamẽ compatimur, vt & conglorificemur. Existimo 18
enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nã expectatio crea- 19
turæ, reuelationẽ filiorum Dei expectat.
Vanitati enim creatura subiecta est, nõ 20
volẽs, sed ꝓpter eum qui subiecit-eam' ¶in spe': quia & ipsa creatura liberabi- 21
tur à seruitute corruptionis, in libertatẽ glorię filiorum Dei. Scimus enim quòd 22
omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq. adhuc. Non solũ autẽ illa, sed & 23
nos ipsi primitias spiritus habẽtes, & ipsi
intra nos gemimus, adoptionẽ filiorum
-Dei' expectantes, redemptionẽ corporis
nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes 24
aũt quæ videtur, nõ est spes: nã quod videt quis: quid sperat? Si aũt quod nõ vi- 25
demus, speramus: per patientiã expectamus. Similiter autẽ & Spiritus adiuuat 26
infirmitatẽ nostrã. nã quid oremus sicut
oportet nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui aũt scrutatur corda; scit quid 27
desideret Spiritus: quia secundũ Deũ postulat pro sanctis. Scimus aũt quoniam 28
diligentibus Deũ, omnia cooperantur in
bonum, iis qui secundũ propositũ vocati
29 sunt-sancti'. Nam quos præscisti: & -G.S.
prædestinauit conformes fieri imagines
Filij sui: vt sit ipse primogenitus in mul.
30 tis fratribus. Quos autẽ prædestinauit,
hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. quos autẽ iustificauit; illos & ¶magn-
31 ¶glorificauit'. Quid ergo dicemus ad cauit
hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? MS.
32 Qui etiã proprio filio* nõ pepercit, sed *suo
pro nobis omnibus trãdidit illũ: quomodo non etiã cum illo omnia nobis ¶dona- ¶dona-
33 uit'? ¶Quis accusabit aduersus electos G.S.
34 Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui ¶Q.
condemnet? Christus Iesus qui mortuus
est, imò qui & resurrexit, qui* est ad de- *&
xteram Dei, qui etiã interpellat pro no- Amb
35 bis. Quis-ergo' nos separabit à charita- -3 MS.
te Christi? tribulatio? an angustia? an fa- Amb.
mes? an nuditas? an periculũ? an persecu-
36 tio? an gladius? (sicut scriptũ est: ‖ Quia Psal.
propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed
37 in his omnibus superamus ¶propter' eum ¶per
38 qui dilexit nos. Certus sum enim quia G.S.
neq. mors, neq. vita, neque angeli, neque
principatus, neq. virtutes, neq. instantia,
39 neq. futura, -neq. fortitudo', neq. altitudo, neq. profundũ, neque creatura alia Amb.
poterit nos separare à charitate Dei, quæ Q.
est in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

1 VEritatẽ dico in Christo*, non mentior, testimonium mihi perhibente *Iesu MS.
2 conscientia mea in Spiritu sancto, quo- Amb.
niã tristitia mihi magna est, & continuus
3 dolor cordi meo. ‖ Optabam enim ego
ipse anáthema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secũdum
4 carnem, qui sunt Israëlitæ, quorũ adoptio est filiorũ, & gloria, & ¶testamẽtum', ¶testa-
& legislatio, & obsequium, & promissa, mẽtum
5 quorum patres, & ex quibus est Christus secũdum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.
6 Non autem quòd exciderit verbũ Dei. ¶quia
Non enim omnes qui ex Israël, ij sunt MS.
7 Israëlitæ: neque ¶qui' semen sunt Abra- Amb.
hæ, omnes filij: ‖ sed in Isaac vocabitur Gen.
8 tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi Gal.
filij Dei: sed qui ‖ filij sunt promissionis, Gen.
9 æstimantur in semine. Promissionis e- -2 MS.
nim verbũ hoc est, ‖ Secũdum hoc tem- Gen.
10 pus veniam: & erit Saræ filius. Nõ solùm aũt- ¶illa': ‖ sed & Rebecca ex vno Gen.
¶concubitu' habens, Isaac ¶patris nostri'. ¶pri
11 Cùm enim nondũ nati fuissent, aut a- G.S.
liquid boni egissent aut mali (vt secundũ
12 electionẽ propositũ Dei maneret,) non
ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei:
13 ‖ Quia maior seruiet minori. sicut scri- MS.
ptũ est: ‖ Iacob dilexi, Esau aũt odio ha-
14 bui. Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deũ? Absit. Moysi enim di-
15 cit, ‖ Miserebor cuius misereor: & mise- G.
ricordiam præstabo ¶cui' ¶miserebor'.

Igitur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Igitur nō volētis, neq currentis, sed mi- 16
serentis est Dei. Dicit enim scriptura 17
Pharaoni: ¶ Quia in hoc ipsum excitaui
te, vt ostendā in te virtutē meā: & vt annuntietur nomē meū in vniuersa terra.
Ergo cuius vult miseretur: & quē vult 18
indurat. Dicis', itaq; mihi: Quid adhuc 19
queritur? voluntati enī eius quis resistit?
O homo, tu quis es qui respōdeas Deo? 20
¶ Nūquid dicit figmentū ei qui se finxit:
Quid me fecisti sic? An nō habet pote- 21
statē figulus luti, ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorē, aliud verò in cōtumeliā? Quòd si Deus volens ostendere irā, & notā facere potētiam suā, sustinuit in multa patientia, vasa iræ 'apta' 22
in interitū, vt ostenderet diuitias gloriæ 23
suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit
in gloriam. Quos & vocauit nos: nō so- 24
lūm ex Iudæis, sed etiā ex Gētibus, sicut
in Osee dicit, ¶ Vocabo nō plebem meā, 25
plebem meā: - & non dilectā, dilectā': &
non misericordiā cōsecutam, misericordiā consecutā. ¶ Et erit: in loco vbi di- 26
ctum est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui: Isaias autē cla- 27
mat pro Israël: ¶ Si fuerit numerus filiorum Israël tanquā arena maris, reliquiæ
saluæ fient. 'Verbū' enim consummās, 28
& abbreuians in æquitate: quia verbum
breuiatū faciet Dominus super terrā. & 29
sicut prædixit Isaias: ¶ Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen: sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha
similes fuissemus. Quid ergo dicemus? 30
Quòd gentes quę nō iectabātur iustitiā,
apprehenderūt iustitiā, iustitiā autē quæ
ex fide est: Israël verò 'sectando' legem 31
iustitiæ, in legem iustitiæ non peruēnit.
Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex 32
operibus. offenderūt enim in lapidē offēsionis, sicut scriptū est: ¶ Ecce pono in 33
Sion lapidē offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eū, non confundetur.

CAP. X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei 1
& obsecratio ad Deum, fit pro illis in
saluē. Testimoniū enim perhibeo illis 2
quòd æmulationē Dei habent, sed nō secundū scientiā. Ignorātes enim iustitiā 3
Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ
Dei non sunt subiecti. Finis enim legis, 4
Christ*: ad iustitiā omni credēti. 'Moy- 5
ses enim scripsit, quoniā iustitiā quæ ex
lege est ¶ qui fecerit homo, viuet in ea'.
Quæ autē ex fide est iustitia, sic dicit, 6
¶ Ne dixeris in corde tuo, quis ascēdet in
cælū? id est, Christū deducere. Aut quis 7
descēdet in abyssum? hoc est, Christum à
mortuis reuocare. Sed quid dicit - scri- 8
ptura'? ¶ Propè est verbū in ore tuo, & in
corde tuo. hoc est verbū fidei quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo 9
Dōm Iesum, & in corde tuo credideris
quòd Deus illū 'suscitauit' à mortuis: sal-
uus eris. Corde enī creditur ad iustitiā: 10
ore autē confessio fit ad saluē. Dicit enim scriptura: ¶ Omnis qui credit in il- *Isa.* 28,16.
12 lū, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nā idē Dominus
omniū, diues in omnes qui inuocant illū.
13 ¶ Omnis enim 'quicūque' inuocauerit *Ioel* 2,32.
14 nomen Domini, saluus erit. Quomodo *Act.* 2,21.
ergo inuocabunt in quē non crediderūt? 'qui 1
Aut quomodo credent ei quē non audie- MS. G.S.
runt? Quomodo autē audiēt sine prædi-
15 cante? Quomodo verò prædicabunt nisi mittātur? sicut scriptum est: ¶ Quā spe- *Isa.* 52,7.
cioſi pedes euangelizantiū pacē, euange- *Nahū* 1,15
16 lizantium bona! Sed non omnes 'obe- 'obedierūt
diunt' Euāgelio. Isaias enim dicit, ¶ Dñe, 1 MS G.S.
17 quis credidit auditui nostro? Ergo fides *Isa.* 53,1.
ex auditu: auditus autē per verbū Chri- *Ioā.* 12,38.
18 sti. Sed dico, Nunquid nō audierunt? Et *Psal.* 18,5.
quidē ¶ in omnē terrā exiuit sonus eorū:
19 & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico, Nunquid Israël non cognouit? Primus Moyses dicit, ¶ Ego ad æmulationē *Deu.* 32,21
vos adducā in nō gentē: in gentem insi-
20 pientē, in iram vos mittā. Isaias autem audet, & dicit, ¶ Inuentus sum à nō quæ- *Isa.* 65,1.
rentibus me: palā apparui iis qui me non
21 interrogabāt. Ad Israël autē dicit, ¶ To- *Isa.* 65,2.
ta die expandi manus meas ad populum
non credentē, & contradicentem - mihi'. - 6 MS. R.
Amb. G.S.

CAP. XI.

1 DIco ergo: Nūquid Deus repulit populum suū? Absit. Nā & ego Israëlita sum, ex semine Abrahā, de tribu Bē-
2 iamin. Nō repulit Deus plebē suam quā præscinit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quēadmodū interpellat Deum
3 aduersum Israël? ¶ Dómine, prophetas *3 Re.* 19,10
tuos occiderunt, altaria tua suffoderūt; & ego relictus sum solus, & quærunt animā
4 meā. Sed quid dicit illi diuinū responsum? ¶ Reliqui mihi septē millia virorū, *3 Re.* 19,18
5 qui nō curuauerunt genua - *Baal'. Sic - MS q.
ergo & in hoc tempore reliquiæ secundū *ante MS.
6 electionem gr. æ - saluæ' factæ sunt. Si q.
autē gratia: iam nō ex operibus, alioquin -2 MS. G.
7 gratia iā nō est gratia. Quid ergo? quod S. Q. n.
quærebat Israël, hoc non est consecutus:
electio autē cōsecuta est: cæteri verò excæcati sunt, sicut scriptū est: ¶ Dedit illis *Isaiæ* 6,9.
Deus spiritū cōpunctionis: oculos, vt nō *Mat.* 13,14
videant: & aures, vt nō audiant vsque in *Ioā.* 12,40.
9 hodiernū diē. Et Dauid dicit: ¶ Fiat mē- *Act.* 28,26.
sa eorū * in laqueū & in captionem & in *Ps.* 68,23.
10 scādalū & in retributionē illis. Obscu- *coram
rentur oculi eorū ne videant: & dorsum ipsis MS.
11 eorū semper incurua. Dico ergo, Nun- S.
quid - sic' offenderūt vt caderent? Absit. - G.S.
Sed illorū delicto, salus est Gentibus, vt
12 illos æmulentur. Quòd si delictū illorū diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentiū: quantò magis plenitudo
13 eorū? Vobis enim dico Gentibus, 'quā- 'ad quan-
diu' quidem ego sum Gentiū Apostolus, tū G. Q. n.
14 ministerium meum 'honorificabo', si quo 'honorifi-
modo ad æmulandū prouocem carnem co 1 MS.
meam, & saluos faciam aliquos ex illis. G.S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autē cùm oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris: nō tu radicem portas, sed radix te. Dices 2 MS. G.S. Dicis'ergo: Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene: propter incredulitatē fracti sunt, tu autē fide stas: noli altū sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis nō pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē & seueritatē Dei: in eos quidē qui ceciderūt, seueritatē: in te autē bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excidēris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. potēs est enim Deus iterū inserere illos. Nā si tu ex naturali excisus es oleastro, & cōtra naturā insertus es in bonam oliuā: quantò magis ij qui secūdum naturā, inserētur suæ oliuæ? Nolo enim vos ignorare fratres mysteriū hoc, (vt nō sitis vobisipsis sapientes) quia excitas ex parte cōtigit in Israēl, donec plenitudo Gentiū intraret: & sic omnis Isra- Isa. 59,20. ēl salu' fieret, sicut scriptū est: Veniet ex Siō, qui eripiat, & auertat impietatē à Iacob. Et hoc illis à me testamentum: cū abstulero peccata eorū. Secūdū Euangeliū quidem, inimici propter vos: secundā electionē autē, charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquādo & vos nō credidistis Deo, nūc autē misericordiā consecuti estis propter incredulitatē illorum. ita & isti nunc nō crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiā consequantur. Conclusit enim Deus omnes Aug. G.S. Q. n. *& G.S. Sup. 9, 13. Isa. 40, 13. 1 Cor. 2, 16 omnia' in incredulitatem: vt omniū misereatur. O altitudo diuitiarū *sapientiæ, & scientiæ Dei: quā incōprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula, Amen. CAP. XII.

Phil. 4, 18. OBsecro itaq. vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē, sanctā, Deo placētem, rationale Q. n. Eph. 5, 17. 1 Thes. 4, 3 rationabile' obsequiū vestrū. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta'. Dico enim, per gratiā quæ data est mihi, omnib' qui sunt inter vos, Nō plus sapere, quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, vnicuiq. sicut Deus diuisit mensuram fidei.

1 Co. 12, 11 Ephe. 4, 7. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autē membra nō eundē actū habēt: ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius mēbra. Habentes autē donationes, secūdū gratiā quæ data est nobis, differentes, siue prophetiā secundum rationē fidei, siue ministerium in ministrādo, siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortādo, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malū: adhærentes bono. Charitatē' fraternitatis inuicē diligētes. Honore inuicē præuenientes. Solicitudine nō pigri. Spiritu feruentes: Dño' seruientes. Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi instantes. Necessitatibus' sanctorum communicātes. Hospitalitatē sectātes. Benedicite persequētibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cū flentibus. Idipsum inuicē sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddētes. Prouidētes bona — nō tantùm corā Deo, sed etiā' corā omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes. Nō vosmetipsos defendētes charissimi, sed date locū iræ. scriptum est enim, Mihi vindictam': *ego retribuam, dicit Dñs. Sed si esurierit inimicus tuus; ciba illū: si sitit, potū da illi: hoc enim faciēs, carbones ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.

Ames Eph. 6 1 Pet. 2, 17. Char 4 MS. Q. n. Heb. 1 Pet. Tem Amb Mem Q. n. Heb. 1 Pet. Mat. 1 Co. Prou. Isa. Prou. 1 Pet. 2 Co. G. S. Heb. 11, 14 Eccl. 18, 1. Mat. 5, 19. Deu. 32, 35 Heb. 10, 30

CAP. XIII.

OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. quæ autem sunt, à Deo ordinata' sunt. Itaq. q resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aūt resistūt, ipsi sibi dānationē acquirūt. nā principes nō sunt timori boni operis, sed mali. Vis autē non timere potestatē? Bonū fac: & habebis laudē ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autē malum feceris: time. non enim sine causa gladiū portat. Dei enim minister est: vindex in iram, ei qui malum agit. Ideo necessitate' subditi estote: non solùm propter iram, sed etiā propter conscientiā. Ideo enim & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo oībus debita: cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorē, honorē. Nemini quicquam debeatis: nisi, vt inuicem diligatis. qui enim diligit proximū, legē impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Nō furaberis, Non falsum testimonium dices, Nō cōcupisces, & si quod est aliud mandatū: in hoc verbo instauratur, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio proximi', malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nūc enim propior est

Ordinata MS. G.S. Pro. 15, 11. Sap. 6, 4. Isi 3, 3. 1 Pet. 2, 13 necessitati MS. Q. n. Mat. 22, 21 Exo. 20, 14 Deu 5, 18. Mat. 19, 18. Luc. 18, 18. Mat. 22, 39 Mat. 19, 18 Gal. 5, 14 Iacobi 2, 8. proximo 1 MS. G. S.

nostra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtra ſalus, quàm cũ credidimus. Nox 12
'præceſsit', dies aũt appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Sicut in die, honeſtè 13
ambulemus: ‖ non in comeſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione:
ſed 'induimini' Dñm Ieſum Chriſtum, 14
& carnis curã ne feceritis in deſyderiis.

CAP. XIIII.

INfirmem aũtẽ in fide aſſumite: non in 1
diſceptationibus cogitationum. Alius 2
enim credit ſe mãducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus 'mãducet'. Is qui 3
manducat, non manducantem non ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit.
‖ Tu quis es, qui iudicas alienũ ſeruum? 4
Dño ſuo ſtat aut cadit. ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum. Nam 5
alius iudicat diẽ inter diem: alius autem iudicat omnem diem. vnuſquiſq. in ſuo ſenſu abũdet. Qui ſapit diem, Domino 6
ſapit*. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non
mãducat, Domino nõ manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim noſtrum ſibi 7
viuit: & nemo ſibi moritur. Siue enim 8
viuimus, Dño viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Dñi ſumus. In hoc enim 9
Chriſtus *mortuus eſt, & 'reſurrexit': vt & mortuorũ & viuorum dominetur. Tu 10
autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrẽ tuũ? ‖ Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. ſcriptũ 11
eſt enim, ‖ Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi 'flectetur' omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſ- 12
quiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicẽ iudicemus. ſed hoc iudicate magis, ne ponatis 13
offendiculũ fratri vel ſcãdalum. Scio & 14
confido in Dño Ieſu, quia nihil cõmune per 'ipſum': niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi cõmune eſt. Si enim 15
propter cibũ frater tuus contriſtatur: iam non ſecundũ charitatem ambulas. ‖ Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt. Nõ ergo blaſphemetur bo- 16
nũ 'noſtrũ'. Nõ eſt enim regnũ Dei eſca 17
& potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. qui enim in hoc ſeruit 18
Chriſto, placet Deo, & probatus eſt hominibus. Itaq. quę pacis ſunt, ſectemur: 19
& quæ ædificationis ſunt, inuicẽ - cuſtodiamus'. Noli propter eſcam deſtruere 20
opus Dei. ‖ omnia quidẽ ſunt munda: ſed malum eſt homini qui per offendiculum mãducat. ‖ Bonũ eſt non mãducare car- 21
nem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus 'offenditur', aut ſcandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes 22
temetipſum habe corã Deo: Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. Qui aũtẽ diſcernit, ſi mãducauerit, 23
damnatus eſt: quia non ex fide. Omne autem quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt.

CAP. XV.

1 DEbemus aũtẽ nos firmiores, imbecillitates infirmorũ ſuſtinere, & non
2 nobis placere. Vnuſquiſq. 'veſtrum' proximo ſuo placeat in bonũ, ad ædificatio-
3 nem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptum eſt, ‖ Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me.
4 Quæcunq. enim 'ſcripta' ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarũ, ſpem habeamus. Deus aũtẽ patientiæ & ſolatij ‖ det
6 vobis idipſum ſapere in alterutrũ ſecundũ Ieſum Chriſtum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deũ & patrẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite
7 inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in
8 honorẽ Dei. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrũ fuiſſe circũciſionis propter veritatẽ Dei, ad cõfirmandas promiſsiones patrum: Gẽtes aũt ſuper miſericor-
9 dia honorare Deũ, ſicut ſcriptũ eſt: ‖ Propterea confitebor tibi in Gentibus Dñe,
10 & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit,
11 Lætamini Gentes cũ plebe eius. Et iterum, ‖ Laudate omnes gẽtes Dominum:
12 & magnificate eũ omnes populi. Et rurſus Iſaias ait, ‖ Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gẽtes, in 'eũ' Gentes ſperabunt. Deus aũtẽ ſpei repleat vos omni
13 gaudio & pace in credendo: vt abundetis
14 in ſpe, '&' virtute Spiritus ſancti. Certus ſum autem fratres mei & ego ipſe de vobis, 'quoniã & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita vt poſsitis
15 alterutrũ monere. Audacius aũtẽ ſcripſi vobis fratres ex parte, tanquã in memoriam vos reducens: propter gratiam quæ
16 data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gẽtibus: ſanctificãs Euãgeliũ Dei, vt fiat oblatio Gentiũ accepta
17 - & 'ſanctificata in Spiritu ſancto. Habeo igitur gloriã in Chriſto Ieſu* ad Deũ.
18 Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non 'efficit' Chriſtus in obedientiam Gẽtium, verbo & factis, in vir-
19 tute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti: ita vt ab Ieruſalẽ per circuitũ vſq ad Illyricum replenerim Euãgeliũ Chriſti. Sic aũtẽ 'prædicaui' Euan-
20 gelium hoc, nõ vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienũ fundamentũ ædificarem: ſed ſicut ſcriptum eſt, ‖ Quibus
21 non eſt annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent. Propter
22 quod & impediebar plurimum venire ad vos*. Nunc verò vlterius locũ non habens in his regionibus, cupiditatẽ autem habens veniendi ad vos ex multis iam
23 - præcedẽtibus 'annis: ſcũ in Hiſpaniã proficiſci cœpero*, ſpero quòd præteriẽs 'videam' vos, & à vobis deducar illuc, ſi
25 vobis primũ ex parte fruitus fuero. Nũc igitur 'proficiſcar' - in 'Ieruſalẽ miniſtrare

	'noſtrum 4 MS. G q. S.
Pſ. 68, 10.	
	'anteſcripta G.S.
2 Cor. 1, 10	
Pſ. 17, 50. 2 Re. 22, 50	
Pſ. 116, 1.	
Iſa 11, 10.	
	'eo 3 MS. G.
	'in 1 MS. G.S.
	- 5 MS. G.
	*in iis, quæ G.
	'effecit 1 MS. G.S.
	'annitens prædicare G.S.
Iſa. 52, 13.	
	*& prohibitus ſum vſq. adhuc o.
	- G.S.
	*ſed 2 MS.
	*veniã ad vos, nã G.
	'videbo 2 MS. Amb. G.S.
	'proficiſcor 1 MS. G.S.
	- MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanctis. Probauerũt enim Macedonia & Achaia collatione aliquã facere in pauperes sanctorũ qui sunt in Ierusalẽ. Placuit enim eis: & debitores sunt eorũ. ¶ Nã si spiritualibũ eorum participes ‖facti sunt gentiles', debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cùm consummauero, & assignauero eis fructũ hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autẽ quoniã veniẽs ad vos, in abundantia benedictionis * Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per Dñm nostrũ Iesum Christum, & per charitatẽ sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me' ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio *accepta fiat in Ierusalem' sanctis, vt veniã ad vos in gaudio per voluntatẽ Dei, ‖vt' ‖refrigerer' vobiscum. Deus autẽ pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

1 Co. 9, 11. ‖facte sunt gentes 1 MS. Amb. G.S.

* euangelij G.S. — 1 MS. G. S. — MS q. *in Ierosolymam 14 MS. G. — 14 MS. G. Q n. ‖& 9 MS. Amb. G.S. ‖requiescã 1 MS. G.S.

CAP. XVI.

COmmendo autẽ vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchris: vt eam suscipiatis in Dño dignè sanctis: & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoq; astitit multis, & mihi ipsi. Salutate ¶ Priscã & Aquilã adiutores meos in Christo Iesu, (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium) & domesticã ecclesiã eorũ. Salutate Epænetũ dilectum mihi: qui est primitiuus ‖Asiæ' in Christo*. Salutate Mariã, quæ multũ laborauit in ‖nobis'. Salutate Andronicũ & ‖Iuliã' cognatos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerũt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimũ mihi in Dño. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectũ meum. Salutate Apellen probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli*. Salutate Herodionem cognatũ meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Dño. Salutate Tryphænã & Tryphosam quæ laborant in Dño. Salutate Persidem charissimam, quæ multũ laborauit in Dño. Salutate Rufum electum in Domino, & matrẽ eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cũ eis sunt, fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum, & sororẽ eius & ‖Olympiadem': & omnes qui cũ eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. Rogo autẽ vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinã quam vos didicistis faciũt: & declinate ab illis. Huiusce modi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducũt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnẽ locũ' diuulgata est. Gaudeo igitur in

Act. 18, 2. 26.

‖ Q n. * Iesu MS q. ‖ vobis MS. Amb. G q.S. ‖ Iuniam 1 MS. R. G. S.

* domo MS. S at textus cõsensit G.

‖ Olympam G.S.

‖ omnes G.S.

vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono: & simplices in malo. Deus autem pacis ‖conterat' Satanã sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. ¶ Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolã, in Dño. Salutat vos Caius hospes meus, & ‖vniuersa ecclesia'. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater. Gratia Dñi nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen. ¶ Ei autẽ qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meũ & prædicationẽ Iesu Christi, secundũ reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarũ secundum præceptum æterni Dei ad obeditionem fidei, in cunctis Gentibus cogniti, soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

1 Co. 16, 20. ‖conteret MS. Amb. G.S. Act. 16, 1. Phil. 2, 19. ‖vniuersa ecclesia MS. Amb. G.S. Eph. 3, 10.

— 1 MS. R. G.S. Q n. — 1 MS. Amb. G.S. — 3 MS.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS PRIMA.

CAPVT I.

1 PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cùm omnibus qui inuocãt nomẽ Domini nostri Iesu Christi, 3 in omni loco ipsorum & nostro. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. 4 Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ 5 data est vobis in Christo Iesu, quòd in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, (sicut testimoniũ Christi confirmatũ est in vobis,) 7 ità vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectãtibus reuelationẽ Dñi nostri Iesu 8 Christi, qui & confirmabit vos vsq. in finem sine crimine, in die aduentus Dñi 9 nostri Iesu Christi. ¶ Fidelis Deus: per quẽ vocati estis in societatẽ filij eius Iesu Christi Domini nostri. 10 Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autẽ perfecti ‖in eodẽ sensu, & in eadem 11 scientia'. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloës, 12 quia cõtentiones sunt inter vos. Hoc autẽ dico, quòd vnusquisq. vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem ¶ Apollo, 13 ego vero Cephæ, ego autẽ Christi. Diuisus est Christus? Nũquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli 14 baptizati estis? Gratias ago Deo *quòd neminem vestrum baptizauì, nisi ¶ Crispum & Caium: 15 ne quis dicat quòd in nomine

1 Thes. 5, 24.

‖ eadem mente, & eadẽ sententia 3 MS. G.S.

Act. 18, 14.

* meo MS. 8.

Act. 18, 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nomine meo baptizati estis. Baptizaui autē & Stephanę domū. Cęterùm nescio 16
si quē alium *baptizauerim. Non enim 17
misit me Christus baptizare, sed euangelizare: ¶ nō in sapientia verbi, vt nō euacuetur crux Christi. Verbū enim crucis 18
pereuntibus quidem stultitia est: iis autē qui salui fiunt, id est nobis, ¶ Dei virtus est. Scriptū est enim, ¶ Perdā sapiētiam 19
sapientiū: & prudentiā prudentū reprobabo. ¶ Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nónne stultā fecit 20
Deus sapientiā huius mūdi? Nam quia 21
in Dei sapientia nō cognouit mundus per sapientiam Deū: placuit Deo per stultitiā prædicationis, saluos facere credētes.
Quoniā & Iudæi signa petūt, & Græci 22
sapientiam quærunt: nos autē prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem 23
scandalū, Gētibus autē stultitiam, ipsis 24
autē vocatis Iudæis atq. Græcis Christū Dei virtutem & Dei sapientiam. quia 25
quod stultū est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Videte enim vocationē ve- 26
strā fratres, quia non multi sapientes secundū carnē, nō multi potentes, nō multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, 27
elegit Deus, vt confundat sapiētes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contem- 28
ptibilia elegit Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt nō glorietur 29
omnis caro in conspectu eius. Ex ipso 30
autē vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo & ¶ iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemad- 31
modum scriptum est: ¶ Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. II.

ET ego cùm venissem ad vos fratres, 1
veni ¶ non *in sublimitate* sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimoniū Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, 2
& hūc crucifixum. Et ¶ ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud 3
vos: & ¶ sermo meus & prædicatio mea 4
nō in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapiētia 5
hominum, sed in virtute Dei. Sapiētiam autē loquimur inter perfectos. sapiētiam 6
verò nō huius seculi, neq principū huius seculi, qui destruūtur: sed loquimur Dei 7
sapientiā in mysterio, quæ abscōdita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriā nostrā, quā nemo principū huius 8
seculi cognouit: si enim cognouissent, nūquā Dñm gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, ¶ Quod oculus non vidit, 9
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus iis qui diligūt illū: nobis autē reuelauit Deus per 10
spiritū suū. Spiritus enim omnia scrutatur, etiā profunda Dei. Quis enim homi- 11
num scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei.
Nos autē non spiritū — huius mūdi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. 12
¶ quæ & loquimur nō in doctis humanæ sapiētiæ verbis: sed in doctrina Spiritus *, spiritualibus spiritualia cōparantes. 13
Animalis aūt homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei. stultitia enim est illi, & non potest intelligere, *quia spiritualiter 14
*examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur. 15
¶ Quis enim cognouit sensum *Dñi, qui instruat eum? Nos autem sensum 16
Christi habemus.

CAP. III.

ET ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquā paruulis in Christo, lac vo- 1 2
bis potū dedi, nō escā: nondū enim poteratis, sed nec nunc quidē potestis: adhuc 3
enim carnales estis. Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?
Cùm enim quis dicat, Ego quidē sum 4
Pauli, alius aūt, Ego Apollo: nónne *homines estis? Quid igitur est Apollo? quid 5
verò Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuiq. sicut Dñs dedit. Ego 6
plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incremētū dedit. Itaq neque qui plantat est 7
aliquid, neq. qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus. ¶ Qui aūt plantat & qui 8
rigat, vnū sunt. ¶ Vnusquisq. autē propriā mercedē accipiet secundū suū laborem.
Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Secūdum gratiā Dei quæ data est mihi, vt sa- 9 10
piens architectus fundamentum posui: alius autē superædificat. Vnusquisq. autē 11
videat quomodo superædificet. Fundamentū enim aliud nemo potest ponere, prēterid quod positū est: *quod est Chri- 12
stus Iesus. Si quis aūt superædificat sup fundamentū hoc, aurū, argentum, lapides 13
pretiosos, ligna, fœnū, stipulam, vniuscuiusq opus manifestum erit: Dies enim — Dñi declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusq. opus quale sit, ignis 14
probabit. Si cuius opus manserit quod 15
superædificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimētum patietur; ipse autē saluus erit: sic tamen quasi per 16
ignem. Nescitis quia templū Dei estis: & 17
Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis aūt tēplū Dei violauerit, disperdet illū Deus. ¶ Templū enim Dei sanctū est: quod estis 18
vos. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiēs. Sapiētia enim huius 19
mundi, stultitia est apud Deū. Scriptū est enim: ¶ Comprehendā sapiētes in astutia 20
eorū. Et iterū, ¶ Dñs nouit cogitationes 21
sapientiū qm vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominib⁹. Omnia enim ve- 22
stra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue

Cephas,

*sanctis 2 MS. G.
*ea quæ 4 MS.
*quę 2 MS
*examinantur 6 MS. R. Q. n. Isa. 40, 13. Sap. 9, 13. Rom. 11, 34
*Domini? aut quis instruxit eū? MS q.
*carnales 3 MS. G. S.
— 3 MS. S.
2 Pet. 1, 16.
*qui 3 MS
— 3 MS. G. S.
Inf. 6, 19. 2 Cor. 6, 16
Iob 5, 13.
Psal. 93, 11
Psal 61, 13 Gal. 6, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cephas, siue mũdus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia enim vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei. 23

CAP. IIII.

1 Cor. 6,4. SIc nos existimet homo vt ‖ ministros 1
Christi, & dispensatores mysteriorum
Dei. Hîc iam quæritur inter dispẽsato- 2
res vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ 3
pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab
humano die: sed neque meipsum iudico.
Nihil enim mihi cõscius sum: sed non 4
in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat
me, Dñs est. Itaq. nolite ante tẽpus iu- 5
dicare: quoadusq. veniat Dñs, qui & illu-
minabit abscõdita tenebrarum, & mani-
festabit consilia cordiũ: & tunc laus erit
vnicuiq. à Deo. Hæc autẽ fratres trans- 6
figurauí in me & Apollo, propter vos: vt
in nobis discatis, ne suprà quàm scriptum
est, vnus aduersus alterũ infletur pro alio.
Quis enim te discernit? Quid autẽ ha- 7
bes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti,
quid gloriaris quasi non acceperis? Iam 8
saturati estis, iam diuites facti estis: sine
nobis regnatis: & vtinã ᵘregnetis', vt &
nos vobiscum ᵘregnemus'. Puto enim 9
quòd Deus nos Apostolos nouissimos o-
stendit, tanquam morti destinatos: quia
spectaculũ facti sumus mundo, & angelis
& hominibus. Nos stulti propter Chri- 10
stũ: vos aũt prudentes in Christo. nos in-
firmi: vos autem fortes. vos nobiles, nos
autẽ ignobiles. Vsq. in hãc horã & esu- 11
rimus, & sitimus, & nudi sumus, & cola-
phis cædimur, & instabiles sumus, ‖ & 12
laboramus operantes manibus nostris.
maledicimur: & benedicimus. persecu-
tionẽ patimur: & sustinemus. blasphe- 13
mamur: & obsecramus. tanquam purga-
mẽta huius mundi facti sumus, omnium
peripsema vsq. adhuc. Nõ vt cõfundam 14
vos, hæc scribo: sed vt filios meos charis-
simos moneo. Nã si decẽ millia pædago- 15
gorũ habeatis in Christo: sed non multos
patres. Nã in Christo Iesu, per euangeliũ
ego vos genui. Rogo ergo vos, imitato- 16
res mei estote*. Ideo misi ad vos Timo- 17
theum, qui est filius meus charissimus &
fidelis in Dño: qui vos commonefaciet
vias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut
vbiq. in omni Ecclesia doceo. Tãquam 18
non venturus sim ad vos, sic inflati sunt
quidam. Veniã autẽ ad vos citò, si Dñs 19
voluerit: & cognoscã nõ sermonẽ eorum
qui inflati sunt; sed virtutem. Nõ enim 20
in sermone est regnũ Dei: sed in virtute.
Quid vultis? in virga veniam ad vos: 21
an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

CAP. V.

OMnino auditur inter vos fornicatio, 1
& talis fornicatio, qualis nec inter
Gẽtes, ‖ ita vt vxorẽ patris aliqs habeat.
Et vos inflati estis: & nõ magis luctum 2
habuistis, vt tollatur de medio vestrum
qui hoc opus fecit. ‖ Ego quidẽ absens 3
corpore, præsens autẽ spiritu, iã iudicaui

4 vt præsens, eum qui sic *operatus est, in
nomine Dñi nostri Iesu Christi, congre-
gatis vobis & meo spiritu, cũ virtute Dñi
5 nostri Iesu*, tradere huiusmodi Satanæ
in interitum carnis, vt spiritus saluus sit
6 in die Dñi ~ nostri' Iesu ~ Christi'. Non
est bona gloriatio vestra. ‖ Nescitis quia
modicũ fermentũ totã massam corrũpit?
7 Expurgate vetus fermẽtum, vt sitis no-
ua conspersio, sicut estis azymi. Etenim
Pascha nostrũ * immolatus est Christus.
8 Itaq. epulemur: nõ in fermento veteri,
neq. in fermẽto malitię & nequitię; sed in
9 azymis synceritatis & veritatis. Scripsi
vobis in epistola, Ne cõmisceamini for-
10 nicariis. nõ vtiq. fornicariis huius mũ-
di, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis
seruientibus: alioquin debueratis de hoc
11 mundo exisse. Nunc autẽ scripsi vobis
non commisceri, si is qui frater nomina-
tur, est fornicator, aut auarus, aut idôlis
seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut
rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere.
12 Quid enim mihi de iis qui foris sunt
iudicare? Nonne de iis qui intus sunt vos
13 iudicatis? nam eos qui foris sunt, Deus
iudicabit. Auferte malum ex vobismetipsis.

CAP. VI.

1 AVdet aliquis vestrũ habẽs negotium
aduersus alterum, iudicari apud ini-
2 quos, & non apud sanctos? An nescitis
qm̃ sancti de* mundo iudicabunt? Et si in
vobis iudicabitur mundus: indigni estis
3 qui de minimis iudicetis? Nescitis qm̃
angelos iudicabimus? quantò magis sæ-
4 cularia? Secularia igitur iudicia si ha-
bueritis: contemptibiles qui sunt in ec-
5 clesia, illos constituite ad iudicãdum. Ad
verecundiã vestrã dico. Sic non est inter
vos sapiẽs quisquam, qui possit iudicare
6 inter fratrẽ suum? Sed frater cum fratre
iudicio contendit: & hoc apud infideles?
7 Iam quidẽ omnino delictũ est in vobis,
quòd iudicia habetis inter vos. ‖ Quare
nõ magis iniuriã accipitis? quare nõ ma-
8 gis fraudẽ patimini? ‖ Sed vos iniuriam
9 facitis & fraudatis: & hoc fratribus. An
nescitis quia iniqui regnũ Dei non pos-
sidebunt? Nolite errare: Neq. fornicarij,
neq. idôlis seruientes, neq. adulteri, neq.
molles, neq. masculorum concubitores,
10 neq. fures, neq. auari, neq. ebriosi, neq.
maledici, neq. rapaces regnũ Dei possi-
11 debunt. Et hæc ᵘquidem' fuistis: sed ab-
luti estis, sed sanctificati estis, sed iustifi-
cati estis in nõie Dñi nostri Iesu Christi,
12 & in Spiritu Dei nostri. ‖ Omnia mihi
licẽt, sed nõ omnia expediũt. Omnia mi-
hi licent: sed ego sub nullius redigar po-
13 testate. „Esca ventri, & venter escis; Deus
aũt & hũc & ᵘhas' destruet: corpus autem
nõ fornicationi, sed Dño: & Dñs corpori.
14 Deus verò & Dñm suscitauit: & nos
15 suscitabit per virtutẽ suam. Nescitis qm̃
corpora vestra mẽbra sunt Christi? Tol-
lens ergo membra Christi, faciã membra

meretricis?

*hoc MS. G.S.
* Christi MS.G. ~ 3 MS. Amb. G ~ 3 MS. G q. Gal 5,9 *igitur MS.G rùm MS. S. nr G q. nitur. * prudẽtes G.S.
*hoc MS. Amb.
Mat. 5, 32. Luc. 6,29. Rom. 12,19 1 Thes. 4,6
ᵘquidam 1 MS.R. Amb.G.S. Eccl. 37,38 Inf. 10,23.
ᵘhanc o. ᵘhanc o.
Leu. 18,8. 20,11.
Col. 2,5.
Aã. 20,34. 1 Thes. 2,9. 2 Thes. 3,8.
*sicut & ego Christi MS. G q.
ᵘregnare-tis 9 MS. ᵘregnare-mus 5 MS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meretricis? Absit. An nescitis, quoniã q 16
adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur?
‖Erunt enim (inquit) duo in carne vna.
Qui autẽ adhæret Dño: vnus spiritus 17
est. Fugite fornicationẽ. Omne *peccatũ 18
quodcũq. fecerit homo, extra corpus est:
qui autẽ fornicatur, in corpus suũ peccat.
An nescitis qm̃ ‖membra vestra, tẽplũ 19
ʼsuntʼ Spiritus sancti qui in vobis est, quẽ
habetis à Deo, & nõ estis vestri? ‖Empti 20
enim estis pretio magno. Glorificate &
portate Deum in corpore vestro.

CAP. VII.

DE quibus autẽ scripsistis mihi: Bo- 1
nũ est homini mulierẽ nõ tangere.
propter fornicationẽ aũt vnusquisque 2
suã vxorẽ habeat, & vnaquæq. suũ virũ
habeat. ‖Vxori vir debitũ reddat: simi- 3
liter autẽ & vxor viro. Mulier sui cor- 4
poris potestatẽ nõ habet, sed vir. Simili-
ter autẽ & vir, sui corporis potestatẽ non
habet: sed mulier. Nolite fraudare in- 5
uicẽ, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt
vacetis *orationi: & iterũ reuertimini in
idipsum, ne tentet vos Satanas ꝓpter in-
continentiã vestrã. Hoc autẽ dico secũ- 6
dum indulgentiã, nõ secundùm imperiũ.
Volo autẽ oẽs homines esse sicut me- 7
ipsum: sed vnusquisq. propriũ donũ ha-
bet ex Deo: alius quidẽ sic, alius verò sic.
Dico autẽ non nuptis & viduis: bonũ 8
est illis si sic ʼpermaneantʼ sicut & ego.
Quòd si nõ se cõtinent: nubãt. Melius 9
est enim nubere, quàm vri. His autẽ qui 10
matrimonio iuncti sunt, prꝫcipio nõ ego,
sed Dñs, ‖vxorem à viro non discedere:
quòd si discesserit, manere innuptam, 11
aut viro suo recõciliari. Et vir vxorẽ nõ
dimittat. Nã cæteris ego dico, nõ Dñs. 12
Si quis frater vxorẽ habet infidelem, &
hæc cõsentit habitare cũ illo: nõ dimittat
illã. Et si qua mulier habet virũ infide- 13
lẽ, & hic cõsentit habitare cũ illa: nõ di-
mittat virum. sanctificatus est enim vir 14
infidelis per mulierẽ fidelẽ: & sanctifica-
ta est mulier infidelis per virum fidelem.
alioquin filij vestri immundi essent: nũc
aũt sancti sunt. Quòd si infidelis disce- 15
dit: discedat, nõ enim seruituti subiectus
est frater aut soror in huiusmodi. in pace
autẽ vocauit nos Deus. Vnde enim scis 16
mulier, si virũ saluũ facies? aut vnde scis
vir, si mulierẽ saluã facies? nisi vnicuiq. 17
sicut diuisit Dñs, vnumquemq. sicut vo-
cauit Deus, ita ambulet, & sicut in om-
nibus ecclesiis doceo. Circuncisus ali- 18
quis vocatus est? nõ adducat prꝫputium.
In prꝫputio aliquis vocatus est? non cir-
cuncidatur. Circũcisio nihil est, & prꝫ- 19
putiũ nihil est: sed obseruatio mandato-
rum Dei. ‖Vnusquisq. in qua vocatione 20
vocatus est: in ea permaneat. Seruus vo- 21
catus es? non sit tibi curæ. sed & si potes
fieri liber: magis vtere. Qui enim in 22
Dño vocatus est seruus, libertus est Dñi:
similiter qui liber vocatus est, seruus est
Christi. ‖Pretio empti estis, nolite fieri 23 *Sup. 6,20.
serui hominũ. Vnusquisq. in quo voca- 24 1 Pet. 1,18.
tus est, ʼfraterʼ in hoc ʼpermaneatʼ apud ʼfratres 3
Deũ. De virginibus autẽ præceptũ Dñi 25 MS. R. G.
non habeo: cõsiliũ autẽ do, tanquã mise- S.
ricordiã cõsecutus à Dño vt sim fidelis. ʼmaneãt o
Existimo ʼergoʼ hoc bonũ esse propter 26 ʼmaneat
instantẽ necessitatẽ, qm̃ bonũ est homi- MS. Amb.
ni sic esse. Alligatus es vxori? noli quæ- 27 G. S.
rere solutionẽ. Solutus es ab vxore? noli ʼenim MS
quærere vxorẽ. Si autẽ acceperis vxorẽ: 28 ʼautem
nõ peccasti. Et si nupserit virgo, nõ pec- MS q.
cauit: tribulationẽ tamẽ carnis habebunt
huiusmodi. Ego autẽ vobis parco. Hoc 29
itaq. dico fratres, tempus breue est, reli-
quũ est, vt & qui habẽt vxores, tanquam
nõ habentes sint: & qui flent, tanquam 30
nõ flentes: & qui gaudẽt, tanquã nõ gau-
dentes: & qui emunt, tanquã non possi-
dẽtes: & qui vtuntur hoc mundo, tan- 31
quã nõ vtãtur. prꝫterit enim figura huius
mundi. Volo autẽ vos sine solicitudine 32
esse. Qui sine vxore est: solicitus est quæ
Domini sunt, quomodo placeat Deo.
Qui autẽ cum vxore est, solicitus est 33
quæ sunt mũdi, quomodo placeat vxori:
& ʼdiuisusʼ est. Et mulier innupta & vir- 34 ʼdiuisa est
go ʼ, cogitat quæ Dñi sunt: vt sit sancta & mulier &
corpore & spiritu. Quæ autẽ nupta est, virgo.
cogitat quæ sunt mundi: quomodo pla- Quæ in-
ceat viro. Porrò hoc ad vtilitatẽ vestrã 35 nupta est
dico: nõ vt laqueũ vobis iniiciã, sed ad id 2 MS. G.
quod honestũ est, & quod facultatẽ præ- Q. n.
beat sine impedimẽto Dñm ʼobseruãdiʼ. ʼobsecran-
Si quis autẽ turpẽ se videri existimat 36 di MS. R.
sup virgine suã; quòd sit superadulta, &
ita oportet fieri: quod vult faciat. non
peccat, ‖si ʼ nubat. Nam qui statuit in 37 ‖1 MS. G.
corde suo firmus, nõ habẽs necessitatem, S.
potestatẽ autem habẽs suæ voluntatis, &
hoc iudicauit in corde suo, seruare virgi-
nẽ suã: bene facit. Igitur & qui matri- 38
monio iungit virginẽ suã, benefacit: & q
nõ iungit, melius facit. ‖Mulier alligata 39 Rom. 7,2.
est legi quãto tẽpore vir eius viuit. quòd
si dormierit vir eiʼ, liberata est*: cui vult *à lege
nubat: tantùm in Dño. Beatior autem 40 MS q.
erit, si sic permanserit, secundùm meum
consilium. puto autem quòd & ego spiri-
tum Dei habeam.

CAP. VIII.

DE iis autẽ quæ idõlis sacrificantur, 1
scimus quia omnes scientiã habe-
mus. Sciẽtia inflat: charitas verò ædificat.
Si quis autẽ se existimat scire aliquid, 2
nondũ cognouit, quemadmodũ oporteat
eũ scire. Si quis autẽ diligit Deum, hic 3
cognitus est ab eo. De escis autem quæ 4
idõlis immolantur, scimus quia nihil est
idõlũ in mundo, & quòd nullus sit Deus,
nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicantur 5
dij, siue in cælo, siue in terra (siquidẽ sunt
dij multi, & dñi multi) nobis tamẽ v- 6
nus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in
illũʼ: & vnus Dñs, Iesus Christus ꝑ quẽ ʼillo MS.
omnia, & nos per ipsum. Sed non in 7 Amb S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnibus est scientia. Quidam autem
*cum MS. 7. *cõscientia vsq nunc idôli, quasi idolóthytum manducant: & conscientiã ipsorum cũ sit infirma, polluitur. Esca autẽ 8
nos nõ commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neq si nõ mãducauerimus, deficiemus. Videte 9
autẽ ne fortè hæc licentia vestra offendiculũ fiat infirmis. Si enim quis viderit 10
eũ qui habet sciẽtiã, in idolio recumbentem; nónne conscientia eius, cùm sit infirma, ædificabitur, ad manducandũ idolothyta? ‖ Et peribit infirmus in tua 11
Rom. 14,19 *conscientia MS q. *scientia' frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autẽ peccantes in fra- 12
tres, & percutientes conscientiã eorũ infirmam: in Christum peccatis. ‖ Quapropter si esca scandalizat fratrẽ meum: 13
Rom. 14,21 non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

CAP. IX.

NOn sum liber? Non sum Apostolus? 1
Nonne Christum Iesum Dñm nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis
-r MS. Amb. G. in Dño? -Et' si aliis nõ sum Apostolus: 2
sed tamẽ vobis sum, nam signaculũ apostolatus mei vos estis in Dño. mea de- 3
fensio apud eos qui me interrogant, hæc est: Nunquid non habemus potestatem 4
mãducandi & bibẽdi? Nunquid nõ habemus potestatẽ mulierẽ sororẽ circumducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Dñi, & Cephas? Aut ego solus & 6
Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis 7
vnquã? Quis plantat vineã: & de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregẽ: & de lacte gregis nõ manducat? Nũquid secũ- 8
dũ hominẽ hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, 9
Deut. 25,4 1 Tim. 5,18 ‖ Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter 10
hoc MS. G q. S. nos vtiq. dicit? Nã propter nos scripta sunt, quoniã debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.
Rom. 15,27 ‖ Si nos vobis spiritualia seminauimus: 11
magnũ est si nos carnalia vestra metam°? Si alij potestatis vestrę participes sunt: 12
quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio
Deut. 18,1. Christi. ‖ Nescitis quoniã qui in sacra- 13
-8. MS. G. rio operantur: quæ de sacrario sunt edũt: -&' qui altari deseruiũt: cum altari participant? Ita & Dñs ordinauit iis qui 14
Euangeliũ annuntiant, de Euangelio viuere. Ego autẽ nullo horum vsus sum. 15
Non autem scripsi hæc, vt ita fiãt in me: bonũ est enim mihi magis mori, quàm vt gloriã meã quis euacuet. Nam & si 16
euãgelizauero, nõ est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est si nõ euangelizauero. Si enim volẽs 17
hoc ago: mercedẽ habeo. si autẽ inuitus: dispẽsatio mihi credita est. 'Quæ est ergo merces mea? Vt Euangeliũ prædicãs, 18
sine sumptu ponam Euangelium, vt non
19 abutar potestate mea in Euãgelio. Nam cùm liber essem ex omnibus, omniũ me
20 seruũ feci: vt plures lucrifacerẽ. Et factus sum Iudæis tanquã Iudæus: vt Iu-
21 dæos lucrarer. iis q sub lege sunt: quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerẽ: iis qui sine lege erant, tanquã sine lege essem (cùm sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos
22 qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum: vt oẽs facerem
23 saluos. Omnia autẽ facio propter Euã-
24 geliũ: vt particeps eius efficiar. Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidẽ currunt: sed vnus accipit brauiũ?
25 Sic currite vt cõprehẽdatis. Omnis aũt qui in agone cõtendit, ab omnibus se abstinet. & illi quidẽ vt corruptibilẽ coro-
26 nam accipiant: nos autẽ incorruptã. Ego igitur sic curro, non quasi in incertũ: sic
27 pugno, non quasi aërẽ verberans: sed castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

CAP. X.

1 NOlo enim vos ignorare fratres, quoniã patres nostri omnes ‖ sub nube Exo 13,21
2 fuerunt, & omnes ‖ mare transierunt, & Num 9,8.
omnes in Moyse baptizati sunt in nube Exo 14,22.
3 & in mari: & ‖ omnes eandem escã spi- Exo 16,15
4 ritalẽ manducauerũt, & ‖ omnes eundẽ Exo 17,6.
potũ spiritalem biberunt: (bibebãt autẽ Num 20,
de spiritali, consequente eos, petra: petra 10,11.
5 autẽ erat Christus,) sed non in pluribus Nu 26,65.
eorũ beneplacitum est Deo. nã ‖ prostrati Num 11,
6 sunt in deserto. Hæc autẽ in figura facta 4,5.
sunt nostri, vt non simus concupiscentes Ps. 105,14.
7 malorũ, ‖ sicut & illi concupierũt. neq. °idolorum
°idololatræ' efficiamini, sicut quidam ex cultores
ipsi: quemadmodum scriptũ est: ‖ Sedit 2 MS.S.
populus mãducare & bibere, & surrexe- Exod 32,6
8 runt ludere. Neque fornicemur. ‖ sicut Num.25,1.
quidã ex ipsis fornicati sunt, & ceciderũt
9 vna die viginti tria milia. Neq tentemus Christum: sicut quidam eorum ten-
10 tauerũt, & ‖ à serpentibus perierũt. Neq. Num 11,
murmuraueritis: ‖ sicut quidam eorum 5,6.
murmurauerunt, & perierunt ab exter- Num. 11,
11 minatore. Hęc autẽ omnia in figura cõtingebant illis: scripta sunt autẽ ad correptionẽ nostrã, in quos, fines seculorum
12 deuenerunt. Itaq. qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non °apprehẽdat', nisi humana. fidelis autem °apprehẽdit B. G.
13 Deus est, qui non patietur vos tentari S.
supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis
14 sustinere. Propter quod charissimi mi-
15 hi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod
16 dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nónne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est?

Quo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quoniã vnus panis, vnũ corpus multi 17
sumus; ¶omnes qui de vno pane *participamus. Videte Israël secundũ carnẽ: 18
nõne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? dico quòd idolis im- 19
molatũ, sit aliquid? aut quòd idôlum sit aliquid? Sed quæ immolãt Gentes, dæ- 20
moniis immolãt, & nõ Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorũ. Nõ potestis 21
calicẽ Dñi bibere, & calicẽ dæmoniorũ: nõ potestis mensæ Dñi participes esse, &
mensæ dæmoniorum. An æmulamur 22
Dñm? Nũquid fortiores illo sum⁹? ¶ Omnia mihi licẽt, sed non omnia expediunt.

Omnia mihi licẽt, sed nõ omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat: sed 23 24
quod alterius. Omne quod in macello 25
venit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiã. ¶ Dñi *est terra, & ple- 26
nitudo ei⁹. Si quis vocat vos infidelium⁺, 27
& vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiã. Si quis autẽ dixerit, Hoc 28
¶immolatũ' est idolis: nolite manducare propter illũ qui indicauit, & propter cõscientiã: conscientiã autẽ dico non tuã, 29
sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab ¶aliena' conscientia? Si ego 30
cũ gratia participo: quid blasphẽmor *
eo quod gratias ago? ¶ Siue ergo mãducatis, siue bibitis, siue ¶aliud' quid facitis: omnia in gloriã Dei facite. Sine of- 31 32
fensione estote Iudæis & Gentibus, & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia om- 33
nibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

CAP. XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autẽ vos fratres, quòd per 1 2
omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo 3
autẽ vos scire, ¶ quòd omnis viri caput, Christus est: caput autẽ mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. Omnis vir orãs 4
aut prophetans velato capite: deturpat caput suũ. Omnis autẽ mulier orãs aut 5
prophetans non velato capite: deturpat caput suũ: vnũ enim est ac si decaluetur.
Nã si nõ velatur mulier, *tondeatur Si 6
verò turpe est mulieri tõderi aut decaluari: velet caput suũ. Vir quidẽ non debet 7
velare caput ¶suũ': quoniã imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est.
Nõ enim vir ex muliere est, sed mulier 8
ex viro. ¶ Etenim nõ est creatus vir propter mulierẽ, sed mulier propter virum. 9
(Ideo debet mulier ¶potestatẽ' habere 10
supra caput *propter angelos.) Verun- 11
tamen neq. vir sine muliere: neq. mulier sine viro, in Dño. Nam sicut mulier de 12
viro, ita & vir per mulierẽ: omnia aũt ex Deo. Vosipsi iudicate: decet mulierẽ nõ 13
velatã orare Deũ? Nec ipsa natura do- 14
cet vos, quòd vir quidẽ si comã nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comã 15
nutriat, gloria est illi, quoniã capilli pro
16 velamine ei dati sunt? Si quis autẽ videtur contentiosus esse: nos talẽ consuetudinẽ nõ habemus, neque ¶ecclesiæ' Dei.
17 Hoc autẽ præcipio: non laudans quòd non in melius, sed in deterius cõuenitis.
18 Primũ *quidem conuenientibus vobis in ecclesiã, audio scissuras esse inter vos,
19 & ex parte credo. Nã oportet & hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti
20 fiãt in vobis. Cõuenientibus ergo vobis in vnũ, iã non est dominicã cœnã mãducare.
21 Vnusquisq enim suã cœnã præsumit ad manducandũ. Et alius quidem
22 esurit: alius autẽ ebrius est. Nũquid domos nõ habetis ad manducandũ & bibẽdum? aut ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis eos qui non habẽt? Quid dicã vobis? ¶Laudo' ¶vos in hoc? nõ' laudo.
23 Ego enim accepi à Dño quod & tradidi vobis, quoniã Dns Iesus in qua nocte
24 tradebatur, accepit panẽ: & gratias agẽs fregit, & dixit: ¶ Aceipite & manducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis ¶tradetur': hoc facite in meã cõmemorationẽ.
25 Similiter & calicẽ, postquã cœnauit, dicens, Hic calix, nouũ testamentum est in meo sanguine. hoc facite, quotiescunque bibetis, in meã cõmemorationẽ.
26 Quotiescunq. enim manducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis: mortem Dñi
27 annuntiabitis, donec veniat. ¶ Itaq. quicunq. mãducauerit panẽ hũc, vel biberit calicẽ Dñi indignè: reus erit corporis &
28 sanguinis Dñi. ¶ Probet autem seipsum homo: & sic, de pane illo edat, & de cali-
29 ce bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudiciũ sibi manducat & bibit,
30 non diiudicans corpus Dñi. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dor-
31 miunt multi. Quòd si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur.
32 Dum iudicamur autem, à Dño corripimur: vt nõ cum hoc mundo damnemur.
33 Itaque fratres mei, cùm conuenitis ad
34 manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cùm venero, disponam.

CAP. XII.

1 DE spiritualibus autẽ, nolo vos ignorare fratres. Scitis quoniã cũ Gẽtes essetis, ad simulachra muta prout du-
2 3 cebamini, euntes. Ideo notũ vobis facio, quòd ¶ nemo in Spirita Dei loquens, dicit anathema ¶Iesu'. Et nemo potest dicere, Dñs Iesus: nisi in Spiritu sancto.
4 ¶ Diuisiones verò gratiarũ sunt: idem
5 autem spiritus. Et diuisiones ministra-
6 tionũ sunt: idẽ autẽ Dñs. Et diuisiones operationũ sunt, idẽ verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq autẽ
7 datur manifestatio Spiritus ad vtilitatẽ.
8 Alij quidẽ per Spiritũ datur sermo sapientiæ: alij autẽ sermo scientiæ secundũ
9 eundẽ Spiritũ: alteri fides in eodẽ Spiritu: alij gratia sanitatum, in vno Spiritu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ. ¶ Hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idẽ Spiritus, diuidẽs singulis prout vult. ¶ Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autẽ mẽbra corporis cùm sint multa, vnũ tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnũ baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & oẽs in vno Spiritu potati sumus. Nam & corpus nõ est vnũ membrum, sed multa.

Si dixerit pes, Quoniã nõ sum manus, nõ sum de corpore: num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniã nõ sum oculus, non sum de corpore: nũ ideo non est de corpore? Si totũ corpus oculus: vbi auditus? Si totũ auditus: vbi odoratus? Nũc autẽ posuit Deus membra, vnũquodq. eorũ in corpore sicut voluit.

Quòd si essent omnia vnũ membrum, vbi corpus? Nũc autẽ multa quidẽ mẽbra: vnũ autẽ corpus. Nõ potest autem oculus dicere manui, Opera tua nõ indigeo. aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multò magis quæ videntur mẽbra corporis infirmiora esse, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora mẽbra esse corporis, his honorem abundãtiorem circũdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantioré honestatẽ habẽt. Honesta autem nostra, nullius egẽt: sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorẽ tribuẽdo honorem: vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra.

Et siquid patitur vnũ membrũ: cõpatiuntur omnia mẽbra. siue gloriatur vnũ membrum: congaudent omnia membra.

¶ Vos autẽ estis corpus Christi, & mẽbra de mẽbro. Et ¶ quosdã quidem posuit Deus in ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ. Nũquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? nũquid omnes gratiã habent curationũ? nũquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretãtur? Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

CAP. XIII.

SI linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ autem non habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalũ tinniens. Et si habuero prophetiã; & nouerim mysteria omnia, & omnẽ scientiã, & si habuero omnẽ fidem, ita vt montes transferã, charitatẽ autẽ nõ habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatẽ aũt nõ habuero: nihil mihi prodest.

Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit perperam: non inflatur, nõ est ambitiosa, nõ quærit quæ sua sunt, nõ irritatur, nõ cogitat malũ: non gaudet super iniquitate: cõgaudet autẽ veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquã excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cùm autẽ venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quãdo autẽ factus sum vir: euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nũc autẽ manẽt, fides, spes, charitas; tria hæc. maior autem horũ est charitas.

CAP. XIIII.

SEctamini charitatẽ, æmulamini spiritalia: magis autem vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria. nam qui prophetat: hominibus loquitur ad ædificationẽ, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autẽ prophetat, ecclesiam ædificat. Volo autem oẽs vos loqui linguis: magis autẽ prophetare. Nã maior est qui prophẽtat, quã qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur vt ecclesia ædificationẽ accipiat. Nunc autẽ fratres, si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamẽ quæ sine anima sunt vocẽ dãtia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctionẽ sonitũ dederint, quomodo scietur id quod canit, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocẽ det tuba: quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguã nisi manifestũ sermonẽ dederitis: quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes. Tam multa, vtputa, genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutẽ vocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & vos, quoniã æmulatores estis spirituum: ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua: oret vt interpretetur.

Nã si orem lingua, spiritus meus orat, mens autẽ mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Cæterùm si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniã quid dicas, nescit. nam tu quidem bene gratias agis: sed alter nõ ædificatur. Gratias

Lingnarũ G. S. Rom. 12,3. Ephes 4.7 Rom. 12,4.

vnũ spiritum potauimus 1 MS. Amb. S.

Rom. 12,5. ex parte G. in loco vestro S. Ephe. 4,11. interpretationes sermonum MS. Amb.

-O.

-3 MS. Amb. G. S.

manet MS. G.

Spiritus -3 MS. G. S.

-2 MS. G. S.

quis supplet locum idiotæ i.e.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ago Deo meo, quòd omniũ vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinq. 19
verba sensu meo loq, vt & alios instruã:
quàm decem millia verborum in lingua.
Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed 20
malitia paruuli estote: sensibus autẽ perfecti estote. In lege *scriptum est, ‖ Qm̃ 21
in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudiẽt me, dicit Dns.
Itaq. linguę in signũ sunt nõ fidelib⁹, sed 22
infidelib⁹: ℟ pphetiæ' aũt, nõ infidelibus,
sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa 23
ecclesia in vnũ, & oẽs linguis loquantur,
intrẽt autẽ idiotæ aut infideles, nõne dicent, *quòd' insanitis'? Si autẽ oẽs pro- 24
phetent, intret aũt quis infidelis vel idiota: conuincitur ab omnibus, diiudicatur
ab omnibus. occulta cordis eius mani- 25
festa fiunt: & ita cadens in faciẽ adorabit
Deũ, pronuntiãs quòd verè Deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? cũ conue- 26
nitis, vnusquisq. vestrũ psalmũ habet, doctrinã habet, apocalypsin habet, linguam
habet, interpretationem habet: omnia ad
ædificationẽ fiant. Siue lingua quis lo- 27
quitur: secundũ duos, aut vt multũ tres,
& per partes, & vnus interpretetur. Si 28
autẽ non fuerit interpres: taceat in ecclesia, sibi autẽ loquatur & Deo. Prophetę 29
aũt duo aut tres dicãr, & cæteri diiudicẽt.
Quòd si alij reuelatũ fuerit sedẽti, prior 30
taceat. Potestis enim omnes per singu- 31
los prophetare: vt omnes discãt, & omnes
exhortẽtur. & spiritus prophetarũ, pro- 32
phetis *subiecti sunt'. Non enim est dis- 33
sensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorũ - doceo'. ‖ Mu- 34
lieres in ecclesiis taceant. non enim permittitur eis loqui, ‖ sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid aũt volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est 35
enim mulieri loqui in ecclesia. An a vo- 36
bis verbũ Dei processit? aut in vos solos peruẽnit? Si quis videtur propheta esse, 37
aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Dñi sunt mãdata. Si quis au- 38
tem ignorat, *ignorabitur'. Itaq. fratres 39
æmulamini prophetare: & loqui linguis
nolite prohibere. Omnia autem hone- 40
stè & secũdum ordinem fiant - in vobis'.

CAP. XV.

‖ NOtũ aũt vobis facio, fratres, Euã- 1
gelij quod prædicaui vobis, quod
& accepistis, in quo & statis, per quod 2
& saluamini, qua ratione prædicauerim
vobis si teneris, nisi frustra credidistis.
Tradidi enim vobis in primis quod & 3
accepi: quoniã ‖ Christus mortuus est pro
peccatis nostris secũdum scripturas: & 4
‖ quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secũdum scripturas: & ‖ quia vi- 5
sus est Cephę: & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quã quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsq. 6
adhuc, quidam autẽ dormierunt. Dein- 7
de visus est Iacobo. deinde Apostolis om-
8 nibus. ‖ Nouissime autẽ omnium tan- Act. 9,3.
9 quam abortiuo, visus est & mihi. ‖ Ego Ephes. 3,8.
enim sum minimus Apostolorum: qui
non sum dignus vocari Apostolus, quo-
10 niã persecutus sum ecclesiã Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia
eius in me vacua nõ fuit, sed abundãtius
illis omnibus laboraui: nõ ego autem, sed
11 gratia Dei mecũ: Siue enim ego, siue il-
12 li: sic prædicamus, & sic credidistis. Si
autẽ Christus prędicatur quòd resurrexit
à mortuis: quomodo quidã dicunt in vo-
13 bis, qm̃ resurrectio mortuorũ nõ est? Si
autẽ resurrectio mortuorũ non est: neque
14 Christ⁹ resurrexit. Si aũt Christ⁹ nõ resurrexit, inanis est ergo prędicatio nostra,
15 inanis est & fides vestra. inuenimur aũt
& falsi testes Dei: qm̃ testimoniũ dixim⁹
aduersus Deũ, q⁹ suscitauerit Christũ, quẽ
16 nõ suscitauit, si mortui nõ resurgũt. Nã
si mortui nõ resurgũt, neq. Christ⁹ resur-
17 rexit. Quòd si Christus non resurrexit: vana est fides vestra, adhuc enim estis in
18 peccatis vestris. Ergo & qui dormierũt
19 in Christo, perierunt. Si in hac vita tãtum, in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus.
20 Nunc autẽ Christus resurrexit à mor-
21 tuis, ‖ primitiæ dormiẽtium, ‖ quoniam Apoc. 1,5.
*quidẽ' per hominẽ mors: & ‖ per homi- Col. 1,18.
22 nem resurrectio mortuorum. Et sicut in *enim 3
Adam omnes moriũtur: ita & in Christo MS. G.
23 omnes viuificabuntur. ‖ Vnusquisq. aũt Gen. 3,6.
in suo ordine, primitiæ Christus: deinde Rom. 5,12.
ij qui sunt Christi, - qui' - in *aduentum' 6,23.
24 eius - crediderunt'. Deinde finis: cùm 1 Th. 4,15.
tradiderit regnũ Deo & Patri, cùm euacuauerit omnẽ principatũ & potestatẽ & - 2 MS. G.
25 virtutẽ. Oportet autẽ illũ regnare: ‖ do- S.
nec ponat oẽs inimicos sub pedibus eius: *aduentu 2
26 *Nouissima' autem inimica destruetur MS. Amb.
mors. ‖ Omnia enim subiecit sub pedib⁹ G.S.
27 eius. Cùm autẽ dicat, Omnia subiecta - 2 MS.
sunt ei: sine dubio, præter eum qui sub- Amb. G.S.
28 iecit ei omnia. Cùm autẽ subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit
29 Deus omnia in omnibus. Alioquin qd
facient qui baptizantur pro mortuis, si
omnino mortui nõ resurgunt? vt quid &
30 baptizãtur pro illis? vt quid & nos pe-
31 ricitamur omni hora? Quotidie mo- *Nouissimè MS q.
rior *per' vestrã gloriã fratres, quã habeo Psal. 8,8.
32 in Christo Iesu Dño nostro. Si (secundũ Heb. 2,8.
hominẽ) ad bestias pugnaui Ephesi, quid
mihi prodest, si mortui non resurgunt?
‖ manducemus & bibamus, cras em̃ mo- Isa. 22,13,
33 riemur. Nolite seduci: Corrumpũt mo- 56,12.
34 res bonos colloquia mala. Euigilate *iusti', & nolite peccare. ignorantiã em̃ Dei Sap. 2,6.
quidã habẽt. ad reuerentiã vobis loquor. *iustè 4
35 Sed *dicit' aliquis, Quomodo resurgunt MS. G. S.
mortui? quali autem corpore *venient'? *dicet 4
36 Insipiens, tu quod seminas non viuifi- MS. G. S.
37 catur, nisi prius moriatur. Et quod se- *veniunt
minas, nõ corpus quod futurũ est, semi- 8 MS. G.

nas,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nas, sed nudum granũ, vtputa, tritici aut
alicuius cæterorum. Deus autẽ dat illi 38
corpus sicut ‖vult': & vnicuiq. seminum
propriũ corpus. Nõ omnis caro, eadem 39
caro: sed alia *hominũ, alia *pecorũ, alia
volucrũ, alia pisciũ. Et corpora cælestia 40
& corpora terrestria: sed alia quidẽ cæ-
stiũ gloria, alia autẽ terrestriũ. Alia cla- 41
ritas solis, alia claritas lunæ, & alia clari-
tas stellarũ. Stella enim à stella differt in
claritate: sic & resurrectio mortuorum. 42
Seminatur in corruptione: ‖surget' in in-
corruptione. Seminatur in ignobilitate: 43
‖surget' in gloria. Seminatur in infirmi-
tate: ‖surget' in virtute. Seminatur cor- 44
pus animale: ‖surget' corpus spirituale. Si
est corpus animale, est & spirituale, sicut 45
scriptum est, ¶ Factus est primus homo
Adã in animã viuẽtem: nouissimus Adã
in spiritũ viuificantẽ. Sed nõ prius quod 46
spirituale est, sed quod animale: deinde qd
spirituale. Primus homo de terra, terre- 47
nus: secundus homo de cælo, cælestis.
Qualis terrenus: tales & terreni & qua- 48
lis cælestis: tales & cælestes. Igitur sicut 49
portauimus imaginẽ terreni: portemus &
imaginẽ cælestis. Hoc autẽ dico fratres, 50
quia caro & sanguis regnũ Dei possidere
non possunt: neq. corruptio, incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis 51
dico. ‖Omnes quidẽ resurgemus: sed non
omnes immutabimur'. In momento, in 52
ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim
–tuba') & mortui resurgent incorrupti:
& nos immutabimur: Oportet enim 53
corruptibile hoc induere incorruptionẽ:
& mortale hoc induere immortalitatem.
Cùm autem *mortale hoc induerit im- 54
mortalitatem: tũc fiet sermo qui scriptus
est: ¶ Absorpta est mors in victoria. Vbi 55
est mors victoria tua? vbi est mors stimu-
lus tuus? Stimulus autẽ mortis, peccatũ 56
est: virtus verò peccati, lex. Deo autem 57
gratias qui dedit nobis victoriã per Dñm
nostrum Iesum Christum. Itaq. fratres 58
mei dilecti, stabiles estote & immobiles:
abundantes in opere Dñi semper, sciẽtes
quòd labor vester non est inanis in Dño.

CAP. XVI.

DE collectis autẽ quæ fiũt in sanctos, 1
sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita
& vos facite. Per vnam sabbathi vnus- 2
quisq. vestrũ apud se seponat, recondens
quod ei bene placuerit: vt nõ cũ venero,
tũc collectæ fiant. Cùm autem præsens 3
fuero: quos probaueritis per epistolas,
hos mittã perferre gratiã vestram in Ie-
rusalem. Quod si dignũ fuerit vt & ego 4
eam: mecũ ibunt. Veniã autem ad vos, 5
cùm Macedoniã pertrãsiero. nã Macedo-
niã pertransibo. Apud vos autẽ forsitan 6
manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me
deducatis, quocunque iero. Nolo enim 7
vos modò in transitu videre. spero enim
me aliquantulum temporis manere apud
vos, si Dñs permiserit. Permansbo au- 8
tem Ephesi vsq ad Pentecosten. Ostiũ 9
enim mihi apertum est magnum & evi-
dens: & aduersarij multi. Si autem ve- 10
nerit Timotheus, videte vt sine timore
sit apud vos. opus enim Dñi operatur,
sicut & ego. Nequis ergo illum spernat; 11
deducite autẽ illum in pace: vt veniat ad
me: expecto enim illum cum fratribus.
De Apollo autẽ fratre – vobis notũ fa- 12
cio, quoniã' multũ rogaui eum vt veniret
ad vos cũ fratribus: & vtique nõ fuit vo-
luntas eius vt nũc veniret. veniet autem 13
cùm ei vacuum fuerit. Vigilate, state
in fide, viriliter agite, & confortamini.
omnia vestra in charitate fiant. Ob- 14
secro autem vos fratres, nostis domum
Stephanæ – & Fortunati*', quoniam sunt 15
primitiæ Achaiæ, & in ministerium san-
ctorum ordinauerunt seipsos: vt & vos
subditi sitis eiusmodi, & omni cooperãti 16
& laboranti. Gaudeo autẽ in præsentia
Stephanæ & Fortunati & Achaici; quo-
niam id quod vobis deerat, ipsi suppleue-
runt. refecerunt enim & meũ spiritum 18
& vestrum. Cognoscite ergo qui huius-
mod sunt. Salutant vos *ecclesiæ Asiæ. 19
Salutant vos in Dño multum, Aquila &
Priscilla cum domestica sua ecclesia*.
Salutãt vos omnes fratres. Salutate in- 20
uicem in osculo sancto. Salutatio, mea 21
manu Pauli. Si quis non amat Dñm no- 22
strum Iesum Christum, sit anáthema.
Maranatha. Gratia Domini nostri Iesu 23
– Christi' vobiscum. Charitas mea cum 24
omnibus vobis in Christo Iesu, Amen.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS SECVNDA.

CAP. I.

PAulus Apostolus Iesu Christi per 1
voluntatem Dei, & Timótheus fra-
ter: ecclesiæ Dei quæ est Corinthi,
cum omnibus sanctis qui sunt in vniuer-
sa Achaia. Gratia vobis & pax à Deo 2
Patre nostro, & Dño Iesu Christo. ¶ Be- 3
nedictus Deus & Pater Dñi nostri Iesu
Christi, pater misericordiarum, & Deus
totius consolationis, qui consolatur nos 4
in omni tribulatione nostra: vt possimus
& ipsi consolari eos qui in omni pressura
sunt, per exhortationẽ qua exhortamur
& ipsi à Deo. qm̃ sicut abundãt passio- 5
nes Christi in nobis: ita & per Christum
abundat consolatio nostra. Siue aũt tri- 6
bulamur, pro vestra exhortatione & sa-
lute: *siue exhortamur, pro vestra exhor-
tatione – & salute', quæ operatur *tolerã-
tiam' earundem passionũ quas & nos pa-
timur: ‖ & spes nostra firma est' pro vo- 7
bis: scientes quòd sicut socij passionum
estis, sic eritis & cõsolationis. Nõ enim 8
volumus ignorare vos fratres, de tribula-
tione nostra, quæ facta est in Asia, quoniã

‖ voluit 8 MS. Amb. G.
*quidem 1 MS. Amb. G.
*verò 1 MS. Amb. G.
‖ surgit 1 MS. G. S.
Gen. 2, 7.
‖ Q. n.
– 8 MS. S. Q. n.
*corruptũ hoc induerit incorruptionẽ, & 1 MS. G. S.
Osee 13, 14 Heb. 2, 14. 1 Ioan. 5, 5
– 3 MS. G. S.
– G. S. Q. n.
*& Achaici o.
*omnes MS. S.
* apud quos & hospitem MS. Amb.
– 18 MS. Amb. S.
*siue consolamur pro vestra consolatione MS. Q. n.
– 15 MS. Amb. S.
‖ in tolerãtiam 9 MS. G. Q. n.
‖ vt spes nostra firma sit MS.
Ephes. 1, 3. 1 Pet. 1, 3

supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiã viuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus, quoniã & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarũ personis factum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agãtur pro ^nobis'. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus, in hoc' mundo: abundãtius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quam quæ ^legistis' & ^cognoscitis'. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.

Cùm ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum carnẽ cogito, vt sit apud me EST, & NON? Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui ^fuit' apud vos, non est in illo EST, & NON. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit EST & NON, sed EST in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST: ideo & per ipsum, Amen Deo, ad gloriam ^nostram'. Qui autem confirmat ^nos vobiscum' in ^Christo', & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, nõ veni vltrà Corinthum: non, quia dominamur fidei vestræ: sed adiutores sumus gaudii vestri: nam fide statis.

CAP. II.

STatui autem hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia venirem ad vos.

Si enim ego cõtristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cùm venero, tristitiam super tristitiã habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrũ est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini: sed vt sciatis, ^quam charitatem ^habeam' abundantiùs in vobis. Si quis autem contristauit, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos.

Sufficit illi cui eusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt econtrariò magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos vt cõfirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi, vt cognoscã experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autẽ aliquid ^donastis': & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Christi, vt non circũueniamur à satana: non enim ignoramus cogitationes eius. Cùm venissem autẽ Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Dño, non habui requiẽ spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrẽ meum, sed valefaciẽs eis, profectus sum in Macedoniam. Deo aũt gratias, qui semper triũphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereũt. aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autẽ odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Nõ enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

CAP. III.

INcipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam) commẽdatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Fiduciã autẽ talẽ habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non ^litera, sed Spiritu'. Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat.

Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israël in faciẽ Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis, — in' gloria est: multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod clarum est in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriã est: multò magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spẽ, multa fiducia ^vtimur': & nõ sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderẽt filij Israel in faciẽ eius quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamẽ in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (^quoniam' in Christo euacuatur) sed vsq in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamẽ positũ est super cor eorũ. Cùm autem

^litere, sed Spiritus MS. G.

— ? MS. Amb. G.S.

^vtamur a MS Amb. Exo. 34, 33

^quod 6 MS R.G. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autē conuersus fuerit ad Dñm, auferetur
Exod. 4,24. velamen. ¶ Dñs autem Spiritus est. Vbi 17
autē Spiritus Dñi: ibi libertas. Nos verò 18
omnes, reuelata facie gloriā Dñi speculantes, in eandē imaginē transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

IDeo habētes hanc ministrationem: iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbū Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnē conscientiam hominum corā Deo. Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum: in iis qui pereunt est opertum, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt nō fulgeat *illuminatio Euāgelij gloriæ Christi, qui ēst imago Dei. Nō enim nosmetipsos prædicamas, sed Iesum Christum Dñm -nostrum': nos autem, seruos vēstros per Iesum. quoniā Deus qui dixit de tenebris lucem splēdescere, -[u]ipse' illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientię claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autē thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas [u]sit virtutis' Dei, & nō ex nobis. In omnibus tribulationē patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: *deiicimur, sed non perimus: semper mortificationē Iesu in corpore nostro circūferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autē in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptū est: ¶ Credidi, Propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur: scientes quoniā qui suscitauit Iesum, & nos cū Iesu suscitabit & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundās, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriā Dei. Propter quod nō deficimus: sed licet is qui foris est noster homo, corrumpitur: tamen is qui intus est renouatur de die in diē. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operatur -in' nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

*eis 2 MS. R. Amb. G. S.
-2 MS. G.
-11 MS. Amb.
[u]qui 3 MS. G.
[u]ipse qui S.
[u]virtutis est G.S.
*humiliamur, sed non confundimur MS.
-2 MS. G.8.

CAP. V.

SCimus enim quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, 3 superindui cupientes: ¶ si tamen vestiti, Apoc. 16,15
4 non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in
5 hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus
6 spiritus. Audētes igitur semper, & sciētes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Dño. (per fidē enim ambulamus, & non per speciem) audemus
8 autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes
9 esse ad Dominum. Et ideò contēdimus, siue absentes, siue præsentes placere illi.
10 ¶ Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnus- Rom. 14,10
quisque propria corporis, prout gessit, si-
11 ue bonum siue malum. Sciētes ergo timorem Domini hominibus suademus: Deo autē manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos
12 esse. Non iterū commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriādi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie
13 gloriantur, & non in corde. Siue enim mente [u]excedimus', Deo; siue sobrij su-
14 mus, vobis. Charitas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes
15 mortui sunt. & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam nō sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est,
16 & resurrexit. Itaq. nos, ex hoc neminē nouimus secūdum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed
17 nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura: vetera transierūt,
18 ¶ ecce facta sunt omnia noua. Omnia Isa. 43,19. Apoc. 21,5.
autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministeriū
19 reconciliationis. quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.
20 Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.
21 Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

[u]excidimus MS. Syra transferunt: Insani', similiter verti possunt Græca. Textus conformis est Amb.

CAP. VI.

1 ADiuuantes autem *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.
2 (Ait enim, ¶ Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies
3 salutis.) ¶ nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium
4 nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos ¶ sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,
5 in plagis, in carceribus, in seditionib', in laboribus, in vi-
6 giliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu

*& 7 MS. Amb. G. Isa. 49,8.
1 Cor. 10,32
1 Cor. 4,2.

sancto,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sancto, in charitate non ficta, in verbo 7
veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ
à dextris, & à sinistris, per gloriam & 8
ignobilitatem, per infamiam & bonã fa-
mam: vt seductores & veraces: sicut qui
ignoti & cogniti: quasi morientes, & 9
ecce viuimus: vt castigati, & non mor-
tificati: quasi tristes, semper autẽ gau- 10
dentes: sicut egẽtes, multos autẽ locuple-
tantes: tanquam nihil habẽtes, & omnia
possidentes. Os nostrum patet ad vos ô 11
Corinthij, cor nostrum dilatatum est.
Non angustiamini in nobis: angustia- 12
mini aũt in visceribus vestris. eandem 13
autẽ habentes remunerationẽ (tanquam
filiis dico) dilatamini & vos. Nolite iu- 14
gum ducere cum infidelibus. Quæ enim
participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut
quæ societas luci ad tenebras? Quæ au- 15
tem cõuentio Christi ad Belial? Aut quæ
pars fideli cum infideli? Qui autem 16
consensus templo Dei cum idõlis? ¶ Vos
Lev. 26,12. enim estis templum Dei viui: sicut dicit
19. Deus, ¶ Quoniam inhabitabo in illis, &
Ezech. 37,27. inambulabo; & ero illorum Deus: & ipsi
erũt mihi populus. ¶ Propter quod exite 17
de medio eorũ, & separamini, dicit Dñs,
& immundum ne tetigeritis; & ego reci-
Esa. 43,6. piam vos. ¶ & ero vobis in patrem: & 18
vos eritis mihi in filios & filias, dicit Do-
minus omnipotens.

CAP. VII.

HAs ergo habẽtes promissiones cha- 1
rissimi, mũdemus nos ab omni in-
quinamẽto carnis & spiritus, perficientes
sanctificationem in timore Dei. Capite 2
nos. Neminem læsimus, neminẽ corru-
pimus; neminem circumvẽnimus. Non 3
ad condemnationẽ * dico. prædixi enim
quòd in cordibus nostris estis ad cõmo-
riendũ & ad conuiuendum. Multa mihi 4
fiducia est apud vos, multa mihi gloria-
tio pro vobis: repletus sum cõsolatione:
superabundo gaudio in omni tribulatio-
ne nostra. Nam & cùm venissemus in 5
Macedoniam, nullam requiẽ habuit caro
nostra, sed omnẽ tribulationem passi su-
mus: foris, pugnæ: intus, timores. Sed 6
qui consolatur humiles, cõsolatus est nos
Deus, in aduentu Titi. Non solùm autẽ 7
in aduentu eius, sed etiam in consolatio-
ne, qua consolatus est in vobis, referens
nobis vestrum desiderium, vestrum fletũ,
vestram æmulationem pro me, ita magis
vt gauderem. Quoniã & si contristaui 8
vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœ-
nitebat, videns quòd epistola illa (& si ad
horam) vos contristauit. nunc gaudeo: 9
non quia cõtristati estis, sed quia contri-
stati estis ad pœnitentiã. Cõtristati enim
estis secundum Deum, vt in nullo detri-
mentum patiamini ex nobis. ¶ Quæ 10
enim secundum Deum tristitia est, pœ-
nitentiam in salutem stabilem operatur:
seculi autem tristitia mortem operatur.
Ecce enim hoc ipsum, secũdum Deum 11
contristari vos, quantã in vobis operatur
solicitudinem: sed defensionẽ, sed indi-
gnationem, sed timorẽ, sed desiderium,
sed æmulationem, sed vindictã. in omni-
bus exhibuistis vos, incontaminatos esse
negotio. Igitur etsi scripsi vobis, nõ pro- 12
pter eum qui fecit iniuriam, nec propter
eum qui passus est: sed ad manifestãdam
solicitudinem nostram quã habemus pro
vobis * corã Deo, ideo consolati sumus. 13
In consolatione autẽ nostra, abundantiùs
magis gauisi sumus super gaudio Titi,
quia refectus est spiritus eius ab omnibus
vobis. & siquid apud illũ de vobis glo- 14
riatus sum, non sum confusus: sed sicut
omnia vobis in veritate locuti sumus, ita
& gloriatio nostra quæ fuit ad Titũ, ve-
ritas facta est, & viscera eius abundan- 15
tiùs in vobis sunt: reminiscẽtis omnium
vestrum obedientiam, quomodo cum ti-
more & tremore excepistis illũ. Gaudeo 16
quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

NOtam autem facimus vobis fratres 1
gratiam Dei quæ data est in eccle-
sijs Macedoniæ, quòd in multo experi- 2
mento tribulationis abundantia gaudij
ipsorũ fuit, & altissima paupertas eorum
abundauit in diuitias simplicitatis eorũ.
quia secũdum virtutem (testimonium 3
illis reddo) & supra virtutem voluntarij
fuerunt, cum multa exhortatione obse- 4
crantes nos gratiã & communicationem
ministerij quod fit in Sanctos. Et non 5
sicut sperauimus, sed semetipsos dede-
rũt, primùm Domino, deinde nobis per
voluntatem Dei: ita vt rogaremus Ti- 6
tum, vt quẽadmodum cœpit, ita & per-
ficiat in *vobis* etiã gratiam istam. Sed 7
sicut in omnibus abundatis fide & ser-
mone, & scientia, & omni solicitudine,
-insuper & charitate vestra in nos, vt &
in hac gratia abundetis. Non quasi im- 8
perãs dico: sed per aliorum solicitudinẽ,
etiam vestræ charitatis *ingeniũ* bonum
comprobans. Scitis enim gratiam Do- 9
mini nostri Iesu Christi, quoniam pro-
pter vos egenus factus est, cũ esset diues:
vt illius inopia vos diuites essetis. Et 10
consiliũ in hoc do: hoc enim vobis vtile
est, qui non solũ facere, sed & velle cœ- 11
pistis ab anno priore: nunc verò & facto
perficite. vt quemadmodum promptus
est animus voluntatis: ita sit & perficiẽdi
ex eo quod habetis. Si enim voluntas 12
prompta est: secũdum id quod habet, ac-
cepta est, non secundũ id quod nõ habet.
Nõ enim vt aliis sit remissio, vobis aũt 13
tribulatio: sed ex æqualitate. In præsenti 14
tẽpore vestra abundantia, illorũ inopiam
suppleat: vt & illorum abũdantia vestræ
inopiæ sit supplementum, vt fiat æquali-
tas, sicut scriptũ est: ¶ Qui multum, *nõ 15
abundauit: & qui modicum, nõ minora-
uit. Gratias aũt Deo, qui dedit eandem 16
solicitudinem pro vobis in corde Titi,

* 2d vos 6 MS. G.

* vos 2 MS. Amb. G. -6 MS. G. S.

* ingenuũ MS. G. Pro ingeniumbonũ, Amb tantùm legit Bonum. Sy vi Confitẽtiam.

Exo. 16,11. * habuit 11 MS. Ambr. S.

quo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quoniam exhortationē quidem suscepit: sed cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam 18
cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias: non solùm 19
autē, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatē nostram. deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quę ministratur 20
Rom. 12,17 à nobis. ‖ Prouidemus enim bona non 21
solùm coram Deo, sed etiā corā hominibus. Misimus autē cùm illis & fratrem 22
nostrum, quē probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autē multo solicitiorem, confidentia multa in vos, siue 23
[a]vobis MS. Amb. S. pro Tito qui est socius meus & in [a]vos adiutor, siue fratres nostri Apostoli ecclesiarum, [b]gloriæ Christi. Ostēsionem 24
[b]gloria 2 MS. G. ergo quæ est charitatis, vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

CAP. IX.

NAm de ministerio quod fit in sanctos: ex abundanti est mihi scribere 1
vobis. Scio enim promptum animū vestrū: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est 2
ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. Misi autē fratres: 3
vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodū dixi) parati sitis: ne cùm venerint Macedones mecū, & inuenerint vos imparatos, 4
erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substātia. Necessarium ergo existi- 5
mauī rogare fratres vt perueniāt ad vos, & præparēt repromissam benedictionem hāc paratam esse sic, quasi benedictionē, non tanquā auaritiam. Hoc autem di- 6
co, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: Vnusquisque 7
prout destinauit in corde suo: non ex tristitia aut ex necessitate. ‖ hilarem enim
Eccl. 35.11 datorem diligit Deus. Potens est autem 8
Deus omnem gratiam abūdare facere in vobis: vt in omnibus semper omnē sufficientiam habentes, abundetis in omne
Psal. 111,9 opus bonum, sicut scriptū est: ‖ Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet 9
[a]secundum seculi MS. G. q. in [a]æternum'. Qui autem administrat 10
semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit: & multiplicabit semē vestrum, & augebit incrementa frugum
iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletati abundetis in omnē simplicitatē, quæ 11
operatur per nos gratiarum actionē Deo.
Quoniam ministeriū huius officij non 12
solùm supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationē mi- 13
nisterij huius, glorificātes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangeliū Christi, & simplicitate communicationis
14 in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vo-
15 bis. Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

CAP. X.

1 IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.
2 Rogo autem, ne præsens audeā per eam cōfidentiā qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tanquam secū-
3 dum carnē ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem mi-
4 litamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potētia Deo ad destructionem munitionum, cōsilia destruētes,
5 & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatem redigētes omnē intellectū in obsequium
6 Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundū fa-
7 ciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est: ita & nos.
8 Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram: non erubescam.
9 Vt autē non existimer tanquam terre-
10 re vos per epistolas, (quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia aūt corporis infirma, & sermo
11 cōtemptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in fa-
12 cto. Nō enim audemus inserere aut cōparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos
13 nobis. Nos autē non in immensum gloriabimur, ‖ sed secundum mensuram re- Eph. 4,8.
gulæ, qua mensus est nobis Deus, mensūram pertingēdi vsq. ad vos. Nō enim
14 quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsq. ad vos enim peruēnimus in Euangelio Christi: non in im-
15 mensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescētis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum re-
16 gulam nostram in abundantiā, etiam in illa quæ vltra vos sunt, euangelizare, non in aliena regula, in iis quę præparata sunt
17 gloriari. ‖ Qui autem gloriatur: in Do- Iere. 9,23. 1 Cor. 1,31
18 mino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem [a]Deus' commendat. [a]Dominus 3 MS. Amb. G. S.

CAP. XI.

1 VTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate
2 me: Aemulor enim vos Dei æmulatione. Despōdi enim vos vni viro, virginem
3 castam exhibere Christo. Timeo autem ne ‖ sicut serpens Heuam seduxit astutia Gen. 3,4
sua: ita corrumpantur sensus vestri, &

excidant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

excidát à simplicitate quæ est in Christo.
Nam si is qui venit, aliũ Christũ prædi- 4
cat quẽ non prædicauimus, aut aliũ spi-
ritũ accipitis quẽ nõ accepistis: aut aliud
euãgeliũ quod non recepistis: rectè pate-
remini. Existimo enim nihil me minus 5
fecisse à magnis Apostolis. Nã etsi im- 6
peritus sermone, sed nõ scientia, in omni-
bus autẽ manifestati sumus vobis. Aut 7
nũquid peccatũ feci, meipsum humilias,
vt vos exaltemini? quoniã gratis Euan-
gelũ Dei euangelizaui vobis? Alias Ec- 8
clesias expoliaui, accipiẽs stipẽdiũ ad mi-
nisteriũ vestrũ. Et cũ essem apud vos, & 9
egẽrem; nulli onerosus fui: nã quod mihi
deerat, suppleuerũt fratres qui venerũt à
Macedonia: & in omnibus sine onere me
vobis seruaui, & seruabo. Est veritas 10
Christi in me, quoniã hæc gloriatio non
infringetur in me in regionibus Achaiæ.
Quare? quia non diligo vos? Deus scit. 11
Quod autẽ facio: & faciã, vt amputem 12
occasionẽ eorũ qui volunt occasionẽ: vt
in quo gloriãtur, inueniãtur sicut & nos.
Nã eiusmodi pseudoapostoli, sunt ope- 13
rarij subdoli, transfigurãtes se in apos-
tolos Christi. Et nõ mirũ: ipse enim Sata- 14
nas trãsfigurat se in Angelũ lucis. nõ est 15
ergo magnũ si ministri eius trãsfigurẽtur
velut ministri iustitię: quorũ finis erit se-
cundũ opera ipsorũ. Iterũ dico, (ne quis 16
me putet insipientẽ esse: alioquin velut
insipientẽ accipite me, vt & ego modicũ
quid glorier) quod loquor, nõ loquor se- 17
cũdũ Deũ, sed quasi in insipiẽtia, in hac
substantia gloriæ. Quoniã multi gloriã- 18
tur secundũ carnẽ: & ego gloriabor. Li- 19
benter enim suffertis insipientes: cũ sitis
ipsi sapiẽtes. Sustinetis enim si quis vos 20
in seruitutem redigit, si quis deuorat, si
quis accipit, si quis extollitur, si quis in
faciẽ vos cædit. Secundũ ignobilitatem 21
dico, quasi nos infirmi fuerimus, in hac
parte. In quo quis audet (in insipientia
dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. 22
Israëlitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ
sunt: & ego. Ministri Christi sunt: & 23
ego (vt minus sapiens dico) plus ego:
in laboribus plurimis, in carceribus abũ-
dãtius, in plagis supra modũ, in mortib⁹
frequẽter. A Iudæis quinquies, quadra- 24
genas, vna min⁹, accepi. Ter virgis cæ- 25
sus sum, semel lapidatus sum, ter nau-
fragiũ feci, nocte & die in profũdũ maris
fui; in itineribus sæpe, periculis fluminũ, 26
periculis latronũ, periculis ex genere, pe-
riculis ex Gẽtib periculis in ciuitate, pe-
riculis in solitudine, periculis in mari, pe-
riculis in falsis fratrib. in labore & ærũ-
na, in vigiliis multis, in fame & siti, in 27
ieiuniis multis, in frigore & nuditate.
præter illa quę extrinsecus sunt: instãtia 28
mea quotidiana, solicitudo omniũ eccle-
siarũ. Quis infirmatur, & ego non infir- 29
mor? quis scandalizatur, & ego nõ vror?
Si gloriari oportet: quæ infirmitatis 30
meæ sunt gloriabor. Deus & pater Dñi 31
nostri Iesu Christi, qui est benedictus in
secula, scit quod nõ mentior. Damasci Act. 9, 24.
præpositus Gentis Aretæ regis, custodie- 32
bat ciuitatẽ Damascenorũ, vt me cõpre-
henderet: & per fenestram in sporta 33
dimissus sum per murum, & sic effugi -4 MS.
manus eius. CAP. XII. Amb. G.S.
Si gloriari oportet (non expedit quidẽ) 1
veniã autẽ ad visiones & reuelationes
Domini. Scio hominẽ in Christo ante 2 Act. 9, 3.
annos quatuordecim (siue in corpore, ne- 22, 17.
scio: siue extra corpus, nescio: Deus scit)
raptum huiusmodi vsq. ad tertium cælũ.
Et scio huiusmodi hominẽ (siue in cor- 3
pore, siue extra corpus, nescio: Deus scit)
quoniã raptus est in Paradisum: & au- 4
diuit arcana verba, quæ nõ licet homini
loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me 5
autẽ nihil gloriabor, nisi in infirmitatib⁹
meis. Nã & si voluero gloriari, non ero 6
insipiens: veritatẽ enim dicã. parco autẽ:
ne quis * me existimet supra id quod vi- *in 1 MS.
det in me, aut aliquid audit ex me. Et 7 G.S.
ne magnitudo reuelationũ extollat me, -5 MS.
datus est mihi stimulus carnis meæ an- Amb. G.S.
gelus satanæ, vt me colaphizet. Propter 8
quod ter Dñm rogaui, vt discederet à me:
& dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. 9
nam virtus in infirmitate perficitur. Li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus
meis, vt inhabitet in me virtus Christi.
Propter quod placeo mihi in infirmita- 10
tibus, in cõtumeliis, in necessitatibus, in
persecutionibus, in angustiis pro Chri-
sto. Cũ enim infirmor: tunc potens sum.
Factus sum insipiens: vos me coëgistis. 11
Ego enim à vobis debui cõmendari: ni-
hil enim minus fui ab iis qui sunt supra feci MS.
modũ Apostoli: tametsi nihil sum. Signa 12 R. Amb.
tamen Apostolatus mei facta sunt super Q n.
vos in omni patientia, in signis & prodi- Apostoli
giis & virtutibus. Quid est enim quòd 13 6 MS.
minus habuistis præ cæteris ecclesiis: nisi Amb. G.S.
quòd ego ipse non grauaui vos? Donate
mihi hãc iniuriã. Ecce, tertio hoc para- 14
tus sum venire ad vos: & non ero grauis
vobis. Nõ enim quæro quæ vestra sunt; sed
vos. Nec enim debẽt filij parẽtibus the-
saurizare, sed parentes filiis. Ego aũt li- 15
bentissimè impẽdã & superimpẽdar ipse
pro animabus vestris: licet plus vos dili-
gens minus diligar. Sed esto: ego vos nõ 16
grauaui; sed cùm essem astutus, dolo vos
cepi. Nunquid per aliquẽ eorum quos 17
misi ad vos, circũueni vos? Rogaui Ti- 18
tũ: & misi cũ illo fratrẽ. Nunquid Titus
vos circũuenit? nonne eodẽ spiritu am-
bulauimus? nonne iisdẽ vestigiis? Olim 19
putatis quòd excusemus nos apud vos?
Coram Deo, in Christo loquimur: omnia
autẽ charissimi propter ædificationẽ ve-
strã. Timeo enim ne fortè cùm venero, 20
non quales volo, inueniã vos: & ego in-
ueniar à vobis, qualẽ non vultis: ne fortè
contẽtiones, æmulationes, animositates,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos: ne 21
iterũ cùm venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeã multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immũditia & fornicatione & impudicitia quã gesserunt. CAP. XIII.

Deu. 19,15 Mat. 17,16 Ioan 8,17. Heb. 10,28 *bis 4 MS. G.S. Q.n

ECce tertio hoc venio ad vos: ‖In ore 1
duorũ vel trium testium stabit omne verbũ. Prædixi & prædico, vt præsens*, 2
& nũc absens, iis qui antè peccauerũt, & cæteris omnibus; quoniã si venero iterũ, nõ parcã. An experimentũ quæritis eius 3
qui in me loquitur Christus: qui in ℣vobis' non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nã & nos 4
infirmi sumus in illo: sed ℣viuemus' cũ eo ex virtute Dei in vobis. ‖Vosmetipsos 5
tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi fortè reprobi estis. Spero autẽ quòd ℣cognoscitis' 6
quia nos nõ sumus reprobi. Oramus 7
autẽ Deum, vt nihil malifaciatis; non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonũ est, faciatis; nos autẽ vt reprobi simus. Non enim possumus aliquid ad- 8
uersus veritatẽ: sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniã nos infirmi sumus, 9
vos autẽ potentes estis. Hoc & oramus, vestrã cõsummationẽ. Ideò hæc absens 10
scribo: vt nõ præsens duriùs agã secundũ potestatẽ quã Dñs dedit mihi in ædificationẽ, & non in destructionẽ. De cætero 11
fratres, gaudete, perfecti estote: exhortamini, idem sapite: pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Salu- 12
tate inuicẽ in osculo sancto. Salutant vos oẽs sancti. Gratia Dñi nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & cõmunicatio sancti 13
Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD GALATAS.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus nõ ab homi- 1
nibus, neq. per hominẽ, sed per Iesum Christum, & Deum patrẽ qui
suscitauit eum à mortuis, & qui mecũ 2
sunt oẽs fratres: ecclesiis Galatiæ. Gra- 3
tia vobis & pax à Deo patre & Dño nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum 4
pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequã, secundũ voluntatem Dei & patris nostri: cui est gloria 5
in secula seculorũ. Amẽ. Miror, quòd sic 6
tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiã Christi, in aliud Euangelium: quod nõ est aliud, nisi sunt aliqui 7
qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangeliũ Christi. Sed licet nos, aut 8
angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, 9
anáthema sit. Sicut prædiximus, & nũc iterũ dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anáthema sit. 10
Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus nõ es- 11
sem. ‖Notum enim vobis facio fratres Euangeliũ quod euangelizatũ est à me, 12
quia nõ est secũdũ hominẽ. ‖neq. enim ego ab homine accepi illud, neq. didici: 13
sed ℣per reuelationẽ Iesu Christi. Audistis enim cõuersationẽ meã aliquãdo in Iudaismo, quoniã supra modũ persequebar 14
ecclesiã Dei, & expugnabã illã, & proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantiùs æmulator existẽs paternarũ mearũ tradi- 15
tionũ. Cũ autẽ placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per 16
gratiã suã, vt reuelaret filiũ suũ in me; vt euangelizarem illũ in Gentibus, cõtinuò, nõ acquieui carni & sanguini, neq. 17
veni Ierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiã, & iterũ re- 18
uersus sum Damascũ. Deinde post annos tres veni Ierosolymã videre Petrum: 19
& mãsi apud eũ diebus quindecim. Aliũ autẽ apostolorũ vidi neminẽ: nisi Iacõbũ 20
fratrem Domini. Quæ autẽ scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior.
Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. 21
Eram autem ignotus facie ecclesiis Iu- 22
dææ, quæ erant in Christo: tantũ autem 23
auditũ habebant, Quoniã qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat
fidem, quam aliquando expugnabat: & 24
in me clarificabant Deum.

CAP. II.

DEinde post annos quatuordecim, 1
iterum ascendi Ierosolymã cũ Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem 2
secundum reuelationẽ: & contuli cũ illis Euangelium quod prædico in Gentibus, seorsum autẽ iis qui videbãtur ←℣aliquid esse': ne fortè in vacuum currerẽ aut cu-
currissem. Sed neq. Titus qui mecũ erat, 3
cũ esset Gẽtilis, cõpulsus est circũcidi:
←sed' ℣per subintroductos falsos fra- 4
tres, qui subintroierunt explorare libertatem nostrã, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent.
←Quibus' neq. ad horã cessimus ℣subie- 5
ctioni': vt veritas Euangelij permaneat
apud vos. Ab iis autem qui videbantur 6
esse aliquid (quales aliquãdo fuerint, nihil mea interest. ‖Deus personã hominis nõ accipit) mihi enim qui videbãtur esse
←aliquid', nihil contulerunt. Sed ecõtra 7
cũ vidissent quòd creditũ est mihi Euangeliũ præputij, sicut Petro circuncisionis
(qui enim operatus est Petro in Apo- 8
stolatũ circũcisionis: operatus est & mihi
inter Gentes) & cũ cognouissent gratiã 9
quæ data est mihi, Iacõbus & Cephas & Iohannes qui videbantur columnæ esse,

←7 MS. Hier. G.
℣maiores esse MS.
←MS q.
←15 MS. Amb. Q.
℣subiectione 3 MS. Q.
Deu. 19,15
2 Par. 13,5
Iob 34,30
Sap. 6,8
Eccl. 35,16
Rom. 1,16
Ephes. 6,19
Col. 3,25
Act. 10,36
1 Pet. 1,17
←6 MS. Hier. G.

dextras

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dextras dederunt mihi & Barnabę, societatis: vt nos in Gentes, ipsi autē in circūcisionem: tantū vt pauperum memores
10 essemus, quod etiā solicitꝰ fui hoc ipsum facere. Cùm autē venissetꝰ Cephas Antiochiā: in faciē ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm venirent
12 quidā à Iacobo, cū Gentibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timēs eos qui ex circūcisione erāt.
13 Et simulationi eius cōsenserunt cæteri Iudæi; ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.
14 Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatē Euāgelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cùm Iudæus sis, gētiliter viuis, & non Iudaicè: quomodo Gentes cogis Iudaizare?
15 Nos natura Iudæi, & non ex
16 Gentibus peccatores. ‖ Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidē Iesu Christi: & nos in Christo Iesu ꝰcredimusꝰ, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ‖ ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro.
17 Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nūquid Christus peccati minister est? Absit.
18 Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico: præuaricatorē me constituo.
19 Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt Deo viuā: Christo confixus sum cruci.
20 Viuo aūt, iam non ego: viuit verò in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.
21 Nō abiicio gratiā Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAP. III.

1 O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit nōꝰobedireꝰ veritati, ante quorū oculos Iesus Christus proscriptus est, in
2 vobis crucifixus? Hoc solū à vobis volo discere, Ex operibus legis Spiritū accepistis, an ex auditu fidei?
3 Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, nūc carne consummemini?
4 Tāta passi estis sine causa? si tamē sine causa.
5 Qui ergo tribuit vobis Spiritū, & operatur virtutes in vobis: ex operib. legis, an ex auditu fidei?
6 Sicut*, ‖ Abraham credidit Deo, & reputatū est illi ad iustitiam.
7 ꝰCognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ.
8 Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, prænūtiauit Abrahæ, ‖ Quia benedicētur in te omnes gentes:
9 Igitur qui ex fide sunt, benedicētur cū fideli Abrahā.
10 Quicūq. enim ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Scriptū est enim: ‖ Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea.
11 Quoniā autē in lege nemo iustificatur apud Deū, manifestum est: ‖ quia iustus ex fideꝰviuitꝰ.
12 Lex aūt nō est ex fide: sed ‖ Qui fecerit
13 ea, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est: ‖ Maledictus omnis qui pendet in ligno)
14 vt in Gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu: vt pollicitationē Spiritꝰ accipiamus
15 per fidē. Fratres (secundū hominē dico) ‖ tamē hominis confirmatū testamētum
16 nemo spernit, aut superordinat. Abrahę dictæ sunt promissiones: & semini eius. Nō dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est
17 Christus. Hoc aūt dico, testamentū cōfirmatū à Deo: quæ post quadringētos & triginta annos facta est lex, non irritū facit ad euacuandā promissionem.
18 Nā si ex lege hæreditas, iā nō ex promissione. Abrahæ autē per repromissionē donauit
19 Deus. Quid igitur lex? Propterꝰtransgressionesꝰ posita est, donec veniret semē cui promiserat: ordinata per angelos in
20 manū mediatoris. Mediator aūt, vnius
21 non est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæꝰpossetꝰ viuificare: verè ex
22 lege esset iustitia. Sed ‖ conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibns.
23 Prius autē, quàm veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem
24 quæ reuelanda erat. Itaque lex, pędagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iu-
25 stificemur. At vbi venit fides: iam non
26 sumus sub pædagogo. Omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu.
27 ‖ Quicunq. enim in Christo baptizati
28 estis: Christum induistis. Non est Iudæus neq. Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo
29 Iesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

CAP. IIII.

1 Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cū
2 sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsq. ad præfinitum tempus
3 à patre: ita & nos, cū essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.
4 At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiū suum factū ex mu-
5 liere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.
6 Quoniam autem estis filij *, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater.
7 Itaque iam non est seruus, sed filius.
8 Quòd si filius: & hæres per Deum. Sed tunc quidem ignorantes Deū, iis qui na-
9 tura non sunt dij, seruiebatis. Nunc autem cùm cognoueritis Deū, imò cogniti sitis à Deo: quomodo conuertimini iterū ad infirma & egena elementa, quibus de-
10 nuò seruire vultis? Dies obseruatis, &
11 menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in
12 vobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres, obsecro vos. Nihil me læ-

Dex. 21, 23.

Heb. 9, 17.

ꝰtrāsgressionem MS. S.

ꝰposit 3 MS.

Rom. 3, 9.

Rom. 6, 3.

*Dei MS. Hier.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sistis. Scitis autē quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem:
13 & tentationē ¶vestrā in carne mea, non spreuistis, neq; respuistis, sed sicut angelū
14 Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri
15 posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus
16 sum verum dicens vobis? Aemulantur
17 vos non bene: sed excludere vos volūt, vt illos æmulemini. Bonum autē æmulamini in bono semper: & nō tantùm cùm
18 præsens sum apud vos. Filioli mei, quos
19 iterū parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellē autē esse apud vos mo-
20 dò, & mutare vocē meā: quoniā confundor in vobis. Dicite mihi qui sub lege
21 vultis esse, legē non legistis? Scriptū est
22 enim quoniā Abrahā duos filios habuit:
Gen. 16,15 ¶vnū de ancilla, & ¶vnum de libera. Sed
Gen. 21,2. 23 qui de ancilla, secundum carnē natus est: qui autē de libera, per repromissionem.
24 quæ sunt per allegoriā dicta. Hæc enim sunt duo testamēta. Vnū quidem ¶à mōte
¶in o. Sina, in seruitutem genera: quę est Agar,
25 (Sina enim, mons est in Arabia: qui cōiunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autem quæ
26 sursum est Ierusalem, libera est: quæ est
Isa. 54,1. 27 mater nostra. Scriptū est enim: ¶Lętare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ nō parturis: quia multi filij desertæ,
Rom. 9,8. magis quā eius quæ habet virum. ¶Nos
28 autē fratres secūdum Isaac promissionis
29 filij sumus. Sed quomodo tūc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eū qui secundū spiritū: ita & nunc.
Gen. 21,10 30 Sed quid dicit scriptura? ¶Eiice ancillā & filium eius. non enim hæres erit filius
31 ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

CAP. V.

1 STate: & nolite iterum iugo seruitutis
Act. 15,1.2 2 cōtineri. ¶Ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circuncidamini, Christus
3 vobis nihil proderit. Testificor aūt rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciēdæ.
4 Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim
5 spiritu, ex fide, spē iustitiæ expectamus.
6 Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neq. pręputiū: sed fides quę
7 per charitatē operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire?
*Nemini consenseritis o. Q. n. 8 *Persuasio*, non est ex eo qui vocat vos. ¶Modicum fermentum totam
9 massam corrumpit. Ego confido in vo-
10 bis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autē conturbat vos, portabit iudiciū,
11 quicunq. est ille. Ego aūt fratres, si circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionē pa*tior? Ergo euacuatum est
* hæc MS. G. *vesta, Hier. S. 12 scandalū crucis. Vtinam & abscindātur
1 Cor. 5,6. 13 qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantū ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per
14 charitatē *seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur: ¶Diliges
15 proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis: videte
16 ne ab inuicem consumamini. Dico autē: ¶Spiritu ambulate, & ¶desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem
17 aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunq. vultis, illa
18 faciatis. Quòd si spiritu ducimini: non
19 estis sub lege. Manifesta sunt autē opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia,
20 ¶impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones,
21 æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. quæ prædico vobis, sicut prædixi; quoniam qui talia
22 agūt, regnū Dei non cōsequētur. Fructus autem Spiritus est: charitas, gaudiū,
23 pax, patientia, benignitas, bonitas, lōganimitas, mansuetudo, fides, modestia, continētia, castitas: Aduersus huiusmodi
24 non est lex. Qui autem sunt Christi, carnē ¶suā crucifixerunt cū vitiis & cō-
25 cupiscentiis. Si viuimus spiritu: spiritu
26 & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocātes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

1 FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu
2 tenteris. Alter alterius onera portate: &
3 sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cū nihil sit:
4 ipse se seducit. Opus autē suum probet vnusquisq, & sic in semetipso tantū glo-
5 riam habebit, & non in altero. ¶Vnus- 1 Cor. 3,8
6 quisq. enim onus suū portabit. Cōmunicet autē is qui catechizatur ¶verbo, ei ¶verbum MS. Hier. G.S.
7 qui se catechizat, in omnib. bonis. No-
8 lite errare: Deus nō irridetur. Quæ em seminauerit homo: hæc & metet. Quoniā qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem. qui autē seminat in spiritu: de spiritu meret vitam æternam.
9 ¶Bonū aūt facientes, nō deficiamus. tēpore enim suo metemus nō deficientes. 1 Thes. 5,15
10 Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autē ad do-
11 mesticos fidei. Videte qualibus literis
12 scripsi vobis mea manu. Quicunq. *volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tātum vt crucis Christi persecu-
13 tionē non patiātur. Neq. enim qui circunciduntur, legem custodiunt, sed volūt vos circūcidi: vt in carne vestra glorien-
14 tur. Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi: per quem mihi
15 mundus crucifixus est, & ego mūdo. In Christo enim Iesu neq. circūcisio aliquid

vale-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

valet, neq; præputium: sed noua creatura.
16 Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, &
17 super Israël Dei. De cætero nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata Domini
18 Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD EPHESIOS.

CAPVT I.

1 PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Chri
2 sto Iesu. Gratia vobis & pax à Deo pa-
3 tre nostro, & Dño Iesu Christo. ¶ Benedictus Deus & Pater Dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Chri-
4 sto: sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui
5 prædestinauit nos in adoptionem filiorũ, per Iesum Christũ, in ipsum: secundum
6 propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos
7 in dilecto-filio suo^λ. In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius (remissionẽ peccatorũ) secundũ diuitias gratiæ
8 eius, quæ superabundauit in nobis in
9 omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis suę, secundùm beneplacitum eius, quod pro-
10 posuit in eo, ^λin dispensatione' plenitudinis temporũ, instaurare omnia in Chri-
sto, quæ in cælis & quæ in terra sunt, in
11 ipso. In quo etiam nos sorte vocati sumus: prædestinati secundũ propositũ eius qui operatur omnia, secundum cõsilium
12 voluntatis suę: vt simus in laudẽ gloriæ eius nos, qui antè sperauimus in Christo:
13 in quo & vos, cùm audisseris verbũ veritatis, (Euangelium salutis vestræ,) in quo & credẽtes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hęredi-
14 tatis nostræ, in redemptionẽ acquisitionis, in laudẽ gloriæ ipsius. Propterea &
15 ego audiens fidẽ vestrã quæ est in ^λDño' Iesu, & dilectionem in omnes sanctos:
16 nõ cesso gratias agẽs pro vobis, memoriã vestri faciẽs in orationibus meis, vt
17 Deus, Dñi nostri Iesu Christi pater, gloriæ, det vobis spiritum sapiẽtiæ & reuelationis, in ^λagnitione' eius, illuminatos
18 oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quę diuitię gloriæ hęreditatis eius in sanctis, & quæ sit su-
19 pereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus][secundũ operationem
20 potentiæ virtutis eius, quã operatus est in Christo, suscitãs illũ à mortuis, & cõ-
21 stituẽs ad dexterã suã in cælestibus, supra omnẽ principatũ & potestatẽ & virtutem, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur nõ solùm in hoc seculo,
22 sed etiã in futuro. ¶ Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput
23 ^λsupra omnẽ ecclesiam', quæ est corpus ipsius, * plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. CAP. II.
1 ¶ ET vos *cũ essetis mortui delictis &
2 peccatis vestris, in quibus aliquãdo ambulastis secundum seculum mundi huius, secũdum principẽ potestatis aëris huius, spiritus qui nunc operatur in filios
3 diffidentiæ, in quibus & nos oẽs aliquãdo conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes ^λvoluntatẽ' carnis & cogitationũ, & eramus natura filij iræ sicut
4 & cæteri: Deus autem (qui diues est in misericordia) propter nimiã charitatem
5 suã qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo,
6 (cuius gratia estis saluati,) & cõresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in
7 Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundãtes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo
8 Iesu. Gratia enim estis saluati per fidẽ (& hoc nõ ex vobis, Dei enim donũ est)
9 non ex operibus, vt nequis glorietur.
10 Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operib. bonis, quę præparauit Deus vt in illis ambulemus. Pro-
11 pter quod memores estote, quòd aliquãdo vos *-eratis' Gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur
12 circuncisio in carne, manu facta: ^λqui' eratis illo in tẽpore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites testamentorum, promissionis spem non ha-
13 bẽtes, & sine Deo in-hoc' mũdo. Nunc autẽ in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine
14 Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq. vnum, & medium parietem maceriæ soluens, ^λinimicitias' in carne
15 sua: legem mandatorum decretis euacuans: vt duos cõdat in semetipso in vnũ
16 nouũ hominẽ, faciẽs pacẽ, ^λ&' reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucẽ, interficiẽs ^λinimicitias' in ^λsemetipso'.
17 Et veniẽs euãgelizauit pacẽ vobis qui
18 longè fuistis, & pacẽ iis qui propè.][qm̃ per ipsum habemus accessum ambo in
19 vno Spiritu ad Patrẽ. Ergo iam nõ estis hospites & aduenæ: sed estis ciues san-
20 ctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophętarum, ipso summo angulari la-
21 pide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templũ sanctũ
22 in Dño, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

CAP. III.

1 HVius rei gratia, ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus:
2 si tamen audistis dispẽsationem gratiæ
3 Dei quæ data est mihi in vobis, quoniã

Psal. 8,8. ^λ super omnia ipsi ecclesiæ 5 MS. Hier. G.S.
* & MS.S. Col. 2,13. 3,3. * conuiuificauit MS q.
^λvoluntates 2 MS. Hier. G.
*qui MSq. -1 MS. Hier. G. ^λquod 8 MS. Hier. G. -2 MS. Hier. G.S.
^λinimicitiã 4 MS. Hier. G.S. ^λvt MS. Hier. ^λinimicitiam 8 MS Hier. G.S. ^λQ n. Rom. 5,2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

secundū reuelationē notum mihi factum est sacramētū, sicut suprà scripsi in breui:
prout potestis legentes intelligere prudentiam meā in mysterio Christi, quod aliis generationibus nō est agnitum filiis hominū, sicuti nūc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu,
Gentes esse cohæredes & concorporales & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euāgelium: Cuius factus sum minister secundum donū gratiæ Dei, quæ data est mihi ¶ secūdum operationem virtutis eius. ¶ Mihi omniū sanctorum minimo, data est gratia hæc, In Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit: vt innotescat *¶principibus' & potestatibus, in cælestibus, per ecclesiam, multiformis sapiētia Dei, secundum præfinitionem seculorū, quā fecit in Christo Iesu Dño nostro: In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius.
Propter quod peto ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Dñi nostri Iesu Christi,
ex quo omnis paternitas in ¶cælis' & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, ¶virtutem' corroborari per Spiritum eius in ¶ interiori homine': Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum,
scire etiā supereminentē scientiæ charitatē Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. ¶ Ei autē qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secūdum virtutem quæ operatur in nobis: Ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum, Amē.

*nunc R. Hier. G.
¶principatibus ; MS R. Hier. G. S.

¶cælo 9 MS.
¶virtute ; MS. R. Hier. G. S
¶interiorē hominē ; MS. Hier. G.

Sup. 1, 19.
1 Cor. 13, 9
Rom. 16, 25
Rom. 16, 27

CAP. IIII.

OBsecro itaq. vos ego vinctus in Domino, ¶ vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitatē & mansuetudine, cum patiētia, supportantes inuicē in charitate, ¶ solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis.
Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut *vocati estis in vna spe vocationis vestrę.
Vnus Dñs, vna fides, vnum baptisma.
¶ Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. ¶ Vnicuiq. autē nostrum data est gratia ¶ secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, ¶ Ascendēs in altum, captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. (Quod autē ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascēdet supra omnes cęlos, vt impleret oſa.) ¶ Et ipse dedit quosdā quidē Apostolos, quosdā autē Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores & doctores ad consummationē sanctorum in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi: donec occurramus oēs in vnitatē fidei & agnitionis filij Dei, in virū perfectū, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam nō simus paruuli fluctuātes, & circūferamur omni vēto doctrinæ in nequitiis hominū, in astutia ad circūuentionē erroris. ¶ Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactū & cōnexum per omnē iunctura submini-strationis, secundū operationē in mensuram vniuscuiusq. membri, augmentū corporis facit in ædificationē sui in charitate.
Hoc igitur dico & ¶ testificor in Dño: vt iam nō ambuletis ¶ sicut & Gētes ambulant in vanitate sensus sui, ¶ tenebris obscuratum habētes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiā quæ est in illis, propter cæcitatē cordis ipsorum. qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos aūt nō ita didicistis Christum: si tamē illū audistis, & in ipso edocti estis, (sicut est veritas in Iesu,) ¶ *Deponite' vos, secundū pristinam cōuersationem, veterē hominē, qui corrumpitur secundum desideria erroris.
¶ Renouamini autem spiritu mētis vestræ: & ¶ induite nouum hominem qui secūdùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. ¶ Propter quod deponentes mendaciū, ¶ loquimini veritatē vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. ¶ Irascimini, & nolite peccare. sol non occidat super iracundiam vestram. ¶ Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur, iam nō furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationē *fidei', vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritū sanctum Dei: in quo signati estis *in die' redēptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cū omni malitia. ¶ Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & & Deus in Christo donauit vobis.

*deponere MS. R. Hier. G. S.
*oppor-nitatis ; MS. G. Q. n.
*in diem 8 MS. G. S.

Rom. 12, 10
1 Cor. 7, 10
*& MS. Hier. G.
Deut. 4, 35.
Mal. 2, 10.
Rom. 12, 3.
1 Co. 12, 11
2 Co. 10, 15
Psal. 67, 19
1 Co. 12, 28
Phil. 1, 27.
Col. 1, 10.
1 Th. 2, 12.
4, 1.

CAP. V.

ESTote ergo imitatores Dei: sicut filij charissimi. ¶ & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam Deo in odorem suauitatis.
¶ Fornicatio aūt & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem non *¶pertinet': sed magis gratiarū actio. Hoc enim

*¶pertinent ; MS. R. Hier. G. S.

Ioan. 13, 34 & 15, 12. 1 Ioan. 4, 11
Col. 3, 5

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorũ seruitus') non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.
6 ¶ Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios
7 diffidentiæ. Nolite ergo effici participes
8 eorũ. Fratis enim aliquando tenebræ: nunc autẽ lux in Dño. Vt filij lucis ambulate. (fructus enim lucis, est in omni
9 bonitate, & iustitia, & veritate) proban-
10 tes quid sit beneplacitum Deo: & nolite
11 cõmunicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autẽ *redarguite. Quæ
12 enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à
13 lumine manifestantur: omne enim quod *manifestatur', lumẽ est. Propter quod
14 dicit: Surge qui dormis & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Videte
15 itaq. fratres quomodo cautè ambuletis. ¶ non quasi insipientes, sed vt sapientes:
16 redimentes tempus, qm̃ dies mali sunt.
17 Propterea nolite fieri imprudẽtes: ¶ sed
18 intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria,
19 sed implemini Spiritu*, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes
20 in cordibus vestris Dño: gratias agẽtes semper pro omnibus, in nomine Dñi nostri Iesu Christi Deo & Patri. Subiecti
21 stri Iesu Christi Deo & Patri. Subiecti
22 inuicẽ, in timore Christi. ¶ Mulieres vi-
23 ris suis subditæ sint, sicut Dño: ¶ quoniã vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse, salnator corporis
24 *eius'. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in om-
25 nibus. ¶ Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum
26 tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo*,
27 vt exhiberet *ipse' sibi gloriosam ecclesiam' non habentẽ maculã, aut rugã, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & im-
28 maculata. Ira & viri debẽt diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suã vxorem
29 diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquã carnẽ suã odio habuit: sed nutrit &
30 fouet eã, sicut & Christus ecclesiã: quia membra sumus corporis eius, de carne
31 eius & de ossibus eius. ¶ Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ suã: & adhærebit vxori suæ; & ¶ eruot duo in carne vna.
32 Sacramentũ hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.
33 Verumtamẽ & vos singuli, vnusquisq. vxorẽ suã sicut seipsum diligat: vxor aũt *timeat virum *suum'.

CAP. VI.

1 ¶ Filij, obedite parentibus vestris in
2 Dño. hoc enim iustum est. ¶ Honora patrem tuũ & matrẽ tuã. (quod est
3 mandatũ primũ in promissione,) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.
4 Et vos patres, nolite ad iracundiã prouocare filios vestros: sed educate illos in
5 disciplina & correptione Dñi. ¶ Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri,
6 sicut Christo: non ad oculũ seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatẽ Dei ex animo,
7 cum bona voluntate seruientes, sicut
8 Dño & nõ hominibus. scientes quoniã vnusquisq. quodcumq. fecerit bonũ, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber.
9 Et vos dñi eadẽ facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum & vester Dñs, est in cælis: & ¶ personarũ acceptio
10 nõ est apud eũ. De cætero fratres, confortamini in Dño, & in potentia virtutis
11 eius. Induite vos armaturã Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. qm̃
12 non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequi-
13 tiæ, in cęlestibus. Propterea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, & *in omnibus perfecti' stare.
14 State ergo succincti lumbos vestros in
15 veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euan-
16 gelij pacis: in omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. & ¶ galeã salutis
17 assumite: & gladium spiritus, (quod est
18 verbum Dei) ¶ per omnẽ orationem & obsecrationẽ orantes omnitẽpore in spiritu: & in ipso ¶ vigilantes in omni instãtia, & obsecratione pro omnibus sanctis:
19 ¶ & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notũ facere mysteriũ Euangelij,
20 pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipso audeam, prout oportet me, loqui.
21 Vt autẽ & vos sciatis quę circa me sunt, quid agã: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Dño:
22 quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & consolentur corda vestra.
23 Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre*, & Dño Iesu
24 Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

1 PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cũ episcopis
2 &*diaconibus'. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Dño Iesu Christo.
3 Gratias ago Deo meo in omni memo-
4 ria vestri (semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens) super com-
5 municatione vestra in Euangelio Chri-
6 sti à prima die vsque nunc. confidens

1 Pet. 2, 18

Deu. 10, 17
2 Par. 19, 7.
Ioã. 34, 19.
Sap. 6, 8.
Eccl. 35, 16.
Rom. 12, 11
Gal. 2, 6.
Col. 3, 25.
Act. 10, 34.
1 Pet. 1, 17

*omnibus perfectis 1 MS. G. Q. n.

Isa. 59, 17.
1 Thes. 5, 8
Luc. 18, 1.

Col. 4, 2.

2 Thes. 3, 1.

*nostro MS q.

*diaconis 2 MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq. in diē Christi Iesu.
7 Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis; eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & cōfirmatione Euāgelij, socios gaudij mei oēs vos esse. Testis enim mihi
8 est Deus quomodo cupiā oēs vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in
9 scientia & in omni sensu: vt probetis
10 potiora, vt sitis sinceres & sine offensa in diē Christi, repleti fructu iustitiæ p Iesum Christum, in gloriam & laudē Dei.
12 Scire autē vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectū venerūt
13 Euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus
14 in Dño, cōfidentes in vinculis meis, abūdantius auderent sine timore verbū Dei
15 loqui. Quidā quidē & propter inuidiā & contentionē: quidā autem & propter
16 bonam voluntatē Christum prædicant. Quidam ex charitate: scientes quoniā in defensionem Euangelij positus sum.
17 Quidā autē ex contentione Christum annuntiāt nō sincerè: existimātes pressurā se susscitare vinculis meis. Quid
18 enim? Dūmodo omni modo, siue per occasionē, siue per veritatē, Christus ᵃannūtietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.
19 Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutē, per vestrā orationē & subministrationem Spiritus Iesu Christi, secundū
20 expectationē & spem meā, quia in nullo cōfundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitā; siue p mortē.
21 Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrū. Quod si viuere in carne, ᵇhic'
22 mihi fructus operis est, & quid eligā ignoro. Coarctor autē è duobus: desiderium
23 habens dissolui & esse cū Christo, multò
24 magis melius: permanere autē in carne, *necessariū propter vos. Et hoc confi-
25 dens, scio quia manebo & p̄manebo omnibus vobis, ad profectū vestrū & gaudiū
26 fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduēntum iterum ad vos.
27 Tantùm dignè Euāgelio Christi conuersamini: vt siue cū venero, & videro vos, siue absens, audiā de vobis qa statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei Euāgelij. Et in nul-
28 lo terreamini ab aduersantis, quæ illis est causa perditionis: vobis autem salutis, &
29 hoc à Deo: quia vobis donatum est pro Christo, nō solùm vt in eum credatis, sed
30 vt etiā pro illo patiamini, idē certamē habentes quale & vidistis in me, & nunc ᵃaudistis' de me.

CAP. II.

1 Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, siqua societas spiritus, siqua viscera ᵃmiserationis':
2 implete gaudiū meum, vt idē sapiatis, eandē charitatē habentes, vnanimes, id-
3 ipsum sentientes: nihil per contentionē, neq. per inanē gloriā: sed in humilitate,
4 superiores sibi inuicē arbitrantes: ‖ nō quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea
5 quæ aliorū. Hoc enim sentite in vobis,
6 quod & in Christo Iesu; qui cùm in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse
7 sē æqualē Deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuentus
8 vt homo. ‖ Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq. ad mortē: mortē autē
9 crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomē quod est sup
10 omne nomē: ‖ vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū*, terrestriū, & in-
11 fernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dñs Iesus Christus in gloria est Dei
12 Patris. Itaq. charissimi mei (sicut semper obedistis:) non vt in præsentia mei tantùm, sed multò magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestrā sa-
13 lutē operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, p bona voluntate.
14 ‖ Omnia autē facite sine murmurationibus & hæsitationibus:
15 vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis
16 sicut luminaria in mundo: verbū vitæ continentes ad gloriā meā in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neq. in va-
17 cuum laboraui. Sed & si immolor, supra sacrificiū & obsequiū fidei vestræ, gaudeo
18 & cōgratulor omnibus vobis. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini
19 mihi. Spero autē in Dño Iesu, ‖ Timotheum me citò mittere ad vos: vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos
20 sunt. Neminē enim habeo tā vnanimē, qui sincera affectione pro vobis solicitus
21 sit. ‖ Omnes enim quę sua sunt quærūt:
22 nō quæ sunt Iesu Christi. Experimentum autē eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in ᵃEuangelio'.
23 Hunc igitur spero me mittere ad vos,
24 mox, vt videro quæ circa mè sunt. Cōfido autē in Domino quoniā & ipse veniā ad vos citò.
25 Necessarium autē existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum
26 necessitatis meæ, mittere ad vos. quoniam quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis
27 illum infirmatum. Nam & infirmatus est vsque ad mortem: sed Deus misertus est eius: non solùm autem eius, verùm etiam & mei, ne tristitiā super tristitiam
28 haberem. Festinantiùs ergo misi illum: vt viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine
29 tristitia sim. Excipite itaq. illum cum omni gaudio in Dño: & eiusmodi cum
30 honore habetote. quoniam propter opus Christi, vsque ad mortem accessit: tra-

dens

ᵃannuntiatur t MS. G.

ᵇhoc R. G.

*magis 4 MS. G. *valde Amb.

Ephes. 4, 1. Col. 1, 10. 1 Thes. 2, 12

ᵃaudistis t MS. Amb. G. S.

ᵃac miserationes 7 MS. Amb. G. S.

1 Cor. 16, 2 Phil.

Isa. 45, 23 Rom. 14, 11 Col. 2, 9.

1 Pet. 4, 9.

Act. 16, 1.

1 Cor. 16, 24. 13, 5

ᵃEuangelium t MS. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dens animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

CAP. III.

DE cætero fratres mei, gaudete in Dño. Eadem vobis scribere, mihi quidé nõ pigrũ, vobis autẽ necessarium.
Videte canes, videte malos operarios, videte cõcisionẽ. Nos enim sumus circũcisio, qui spiritu seruimus Deo: & gloriamur in Christo Iesu, & nõ in carne fiducią habentes, quãquam ~ &' ego habeam confidentią* in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circumcisus octauo die, ex genere Israël, de tribu Bẽiamin, ‖ Hebræus ex Hebræis, ‖ secundũ legẽ Pharisæus, secũdum æmulationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querẽla. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum ꝓpter Christũ detrimẽta. Verumtamen existimo omnia detrimentũ esse propter eminentẽ scientią Iesu Christi Dñi mei: propter quẽ omnia detrimentũ feci, & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam: & inueniar in illo nõ habens meã iustitiam quæ ex lege est, sed illã quæ ex fide est Christi*, quæ ex Deo est iustitia in fide: ad cognoscẽdũ illũ, & virtutẽ resurrectionis eius, & societatẽ passionũ illi*: configuratus morti eius, si quo modo occurrã ad resurrectionẽ quæ est ex mortuis. Nõ quòd iã acceperim, aut iã pfectus sim: sequor autẽ, si cõprehẽdã in quo & cõprehẽsus sũ à Christo Iesu. Fratres, ego me nõ arbitror cõprehẽdisse. Vnũ autẽ: quæ quidẽ retro sunt obliuiscẽs, ad ea verò quæ sunt priora extẽdẽs meipsum, ad destinatũ persequor, ad brauiũm supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.
Quicunq, ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & siquid aliter sapitis, & hoc vobis Deus [a]reuelauit[a]. Veruntamẽ ad qđ peruẽnimus, vt idẽ sapiamus, in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam [a]nostrã[a].
‖ Multi enim ambulãt, quos sæpe dicebã vobis (nunc autẽ & flens dico) inimicos crucis Christi: quorũ finis, interit[a]: quorum Deus, venter est: & gloria in cõfusione ipsorum, qui terrena sapiunt.
Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiã Saluatorem expectamus, Dñm nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiam possit subiicere sibi omnia.

CAP. IIII.

ITaq. fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium ~ meum' & corona ~ mea': sic state in Domino, charissimi.
[a]Euodiã[a] rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in Dño. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecũ laborauerunt in Euãgelio cũ Clemẽte, & cæteris adiutoribus meis, quorũ nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in Dño semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dñs propè est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cũ gratiarum actione petitiones vestræ innotescãt apud Deũ. Et pax Dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda vestra & intelligẽtias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunq pudica, quæcũque iusta, quæcunq sancta, quæcũq amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus ~ disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscũ. Gauisus sum aũt in Dño vehementer, quoniã tandẽ aliquando reflоruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati aũt eratis. Non quasi propter penuriã dico. ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare: (vbique, & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen bene fecistis, cõmunicantes tribulationi meæ. Scitis autẽ & vos Philippenses, quòd in principio Euangelij quãdo profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicã, semel & bis in vsum mihi misistis. Non quia quæro datum: sed requiro fructum abundantem [a]in ratione vestra[a]. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suauitatis, ‖ hostiã acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autẽ & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.

EPISTOLA PAVLI AD COLOSSENSES.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: iis qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes: audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quã habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vo-

a MS. Amb. G. S.
a MS. Amb. G. S.
Co. 11, 22 Ga. 2, 5, 6.
Iesu MS q. passionis MS q.
MS. G.
Amb.
Euodiã 2 MS. R. G S
Euhodiã Amb.
reuelabit MS. R. G
os 1. MS. G. sm. 16, 17
2 MS. G. S.
in rationẽ vestram 2 M S. Amb. G.
Rom. 12, 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bis in cælis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, 6
sicut & in vniuerso mũdo est, & fructificat, & crescit sicut in vobis, ex ea die qua
audistis & cognouistis gratiã Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo cõseruo nostro, qui est fidelis ℣ vo- 7
bis minister Christi Iesu, qui etiã manifestauit nobis dilectionẽ vestrã in spiritu. 8
ideo & nos ex qua die audiuimus, non 9
cessamus pro vobis orantes & postulãtes,
vt impleamini agnitione volũtatis eius,
in omni sapientia & intellectu spiritali:
vt ambuletis dignè, Deo per omnia pla- 10
centes: in omni opere bono fructificãtes,
& crescentes in scientia Dei: in omni 11
virtute confortati secundum potentiam
claritatis eius, in omni patiẽtia & longanimitate cũ gaudio gratias agẽtes *Deo 12
& Patri' qui dignos nos fecit in partem
sortis sanctorum, in lumine: qui eripuit 13
nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ, in quo 14
habemus redemptionem, * remissionem
peccatorũ, qui est imago Dei inuisibi- 15
lis, primogenitus omnis creaturæ: quo- 16
niã ‖ in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue
throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, &
in ipso creata sunt: & ipse est ante oẽs, & 17
omnia in ipso cõstant. Et ipse est caput 18
corporis ecclesiæ, qui est principiũ, ‖ primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus
ipse primatũ tenẽs: quia in ipso cõpla- 19
cuit, omnẽ plenitudinem inhabitare: & 20
per eũ recõciliare omnia in ipsum, pacificãs per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in
terris, siue quæ in cælis sunt. Et vos cũ 21
essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: nunc autẽ recon- 22
ciliauit in corpore carnis eius per mortẽ,
exhibere vos sanctos & immaculatos, &
irreprehensibiles, corã ipso: si tamẽ per- 23
manetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euangelij quod audistis,
quod prædicatũ est in vniuersa creatura
quæ sub cælo est, cuius factus sum ego
Paulus minister. Qui nunc gaudeo in 24
passionibus pro vobis, & adimpleo ea
quæ desunt passionum Christi, in carne
mea pro corpore eius, quod est ecclesia:
cuius factus sum ego minister secundũ 25
dispensationẽ Dei, quæ data est mihi in
*vobis', vt impleã verbũ Dei, mysteriũ 26
quod absconditũ fuit à seculis & generationibus, nunc autẽ manifestatũ est sanctis eius, quibus voluit Deus notas fa- 27
cere diuitias gloriæ sacramenti huius in
Gẽtibus, quod est Christus, in vobis spes
gloriæ, quẽ nos annũtiamus, corripiẽtes 28
omnẽ hominẽ, & docentes omnẽ hominẽ in omni sapiẽtia, vt exhibeamus oẽm
hominẽ perfectũ in Christo Iesu. in quo 29
& laboro, certando secundũ operationem
eius quam operatur in me in virtute.

*Patri 2 MS. Amb. G g.
*Deo patri 19 MS. S. Q. n.
*& MS. S.
Ioan. 1, 3.
1 Cor. 15, 21 Apoc. 1, 5.
*vos 2 MS. Amé. G.

CAP. II.

1 VOlo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis & ℣ iis
qui sunt Laodiciæ, & quicunq. nõ vide-
2 runt faciem meam in carne: vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in oẽs diuitias plenitudinis intel-
lectus, in agnitionẽ mysterij Dei *Patris*
3 Christi Iesu, in quo sunt omnes thesau-
4 ri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sub-
5 limitate sermonum. ‖ Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscũ sum: gaudens, & videns ordinẽ vestrum, & firmamẽtũ eius quẽ in Christo est, fidei ve-
6 stræ. Sicut ergo accepistis Iesum Chri-
7 stũ Dñm*, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & cõfirmati fide, sicut & didicistis, abundantes - *in illo'
8 in gratiarũ actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiã, & inanem fallaciam: secundum traditionem hominũ, secundum elemẽta mundi, & non secun-
9 dum Christum. quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:
10 & estis in illo repleti, qui est caput om-
11 nis principatus & potestatis: in quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis *carnis, *in
12 circuncisione Christi, consepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidẽ operationis Dei, qui suscitauit illum à
13 mortuis. Et vos cùm mortui esseris in delictis & præputio carnis vestræ, cõuiuificauit cũ illo: donans vobis omnia de-
14 licta, delens quod aduersus nos erat, chirographum *decreti', quod erat cõtrarium nobis. & ipsum tulit de medio, afũ-
15 gens illud cruci: & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter pa-
16 lam, triũphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei - festi', aut neomeniæ,
17 aut sabbathorũ: quæ sunt vmbra futu-
18 rorum, corpus autem Christi. ‖ Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorũ, quæ non vidit ambu-
19 lans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones submin istratũ & constructũ, crescit in augmẽtũ Dei.
20 Si ergo mortui estis cũ Christo, ab elementis - huius' mũdi: quid adhuc tanquã
21 viuẽtes in mũdo decernitis? *Ne tetigeritis, neq. gustaueritis, neq. cõtrectaueri-
22 tis': quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas ho-
23 minum. quæ sunt rationem quidẽ habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendũ corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAP. III.

1 IGitur si consurrexistis - cum' Christo: quæ sursum sunt, quærite: vbi Christ'
2 est in dextera Dei sedens. quæ sursum
3 sunt sapite: non quæ super terrã. Mor-

*& 3 MS. R. G.
*& 7 MS. R. G. S.
1 Cor. 5, 3
*nostrum MS. Amí. G.
- o.
- ne et 3 MS. Amí. G. S.
*peccatorũ G. Q. n.
*sed o.
Ephes. 2, 1.
*decretis 3 MS. Amb. G. S.
- o.
Mat. 24, 4
- 2 MS. G. S.
*Ne tetigeris, neq. gustaueris, neque cõtrectaueris MS. G. S.
- 1 MS. G. S.

tui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tui enim estis: & vita vestra est abscondita cũ Christo in Deo. Cùm*Christus 4
apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. ¶Mortificate 5
ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationẽ, immunditiã, libidinẽ, concupiscentiam malã, & auaritiam, quę
est simulachrorũ seruitus: propter quæ, 6
venit ira Dei super filios incredulitatis.
in quibus & vos ambulastis aliquando, 7
cùm viueretis in illis. ¶Nũc autem de- 8
ponite & vos omnia: irã, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri in- 9
uicem, expoliantes vos veterẽ hominem cum actibus suis, & induentes nouum 10
eum qui renouatur in agnitionem, secũdum imaginẽ eius qui creauit illum. vbi 11
non est*, Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputiũ, Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia, & in omnibus Christus. ¶Induite vos ergo sicut electi Dei, 12
sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatẽ, modestiam, patientiam, supportantes inuicem: & do- 13
nantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut & Dñs donauit vobis: ita & vos. Super omnia aũt 14
hæc, charitatem ~habete', quod est vinculum perfectionis: & pax Christi ex- 15
ultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote.
Verbũ Christi habitet in vobis abun- 16
danter, in omni sapiẽtia: docẽtes & commonentes vosmetipsos, *psalmis, hymnis, & cãticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. ¶Omne 17
quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Dñi Iesu Christi*, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.
¶Mulieres, subditæ estote viris, sicut o- 18
portet, in Dño. ¶Viri, diligite vxores*: 19
& nolite amari esse ad illas. ¶Filij, obedite parentibus per omnia. hoc enim placitũ est ~in' Dño. ¶Patres, nolite ad in- 20 21
dignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. ¶Serui, obedite 22
per omnia dñis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunq. facitis, ex animo o- 23
peramini sicut Dño, & non hominibus:
scientes quòd à Domino accipietis re- 24
tributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. qui enim iniuriã facit, ¶re- 25
cipiet id quod iniquè gesserit: & ¶non est personarum acceptio ~apud Deum'.

CAP. IIII.

DOmini, quod iustũ est & æquũ, ser- 1
uis præstate: scientes quòd & vos Dñm habetis in cælo. ¶Orationi insta- 2
te: vigilantes in ea in gratiarum actione.
¶orantes simul & pro nobis, vt Deus a- 3
periat nobis ostiũ sermonis ad loquẽdum mysteriũ Christi (propter quod etiã vinctus sum) vt manifestẽ illud ita vt opor- 4
tet me loqui. ¶In sapiẽtia ambulate ad 5
eos qui foris sunt: tẽpus redimẽtes. Sermo vester semper, in gratia sale sit cõdîtus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq. respondere. Quę circa me sunt, 7
omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & cõ- 8
seruus in Dño, quẽ misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, &
consoletur corda vestra, cum Onesimo 9
charissimo & fideli fratre qui ex vobis est. *Omnia' quæ hîc agũtur, nota faciẽt vobis. Salutat vos Aristarchus cõcaptiuus 10
meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, Si venerit ad vos, excipite illum,) & Iesus qui dicitur 11
Iustus: qui sunt ex circuncisione. hi soli sunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerũt solatio. Salutat vos Epaphras 12
qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper solicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate
Dei. Testimonium enim illi perhibeo 13
quòd habet multũ laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. Salutat vos ¶Lucas medicus cha- 14
rissimus: & Demas. Salutate fratres qui 15
sunt Laodiciæ: & Nympham & quæ in
domo eius est Ecclesiam. Et cùm lecta 16
fuerit apud vos epistola, facite vt & in Laodicensiũ ecclesia legatur: & *eam quæ
Laodicensium est, vos legatis'. Et dicite 17
Archippo, Vide ministeriũ quod accepisti in Dño, vt illud impleas. Salutatio, 18
mea manu Pauli. Memores estote vinculorũ meorum. Gratia*vobiscum, Amen.

Eph. 5, 15.

*qui omnia MS q.

2 Tim. 4, 1.

*ea quæ Laodicensium est vobis legatur MS q.

*Domini nostri Iesu Christi MS q.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

CAP. I.

PAVLVS & Siluanus & Timótheus ecclesię Thessalonicensium in 1
Deo patre, & Dño Iesu Christo. Gratia vobis & pax*. Gratias agimus 2
Deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri faciẽtes in orationibus nostris
sine intermissione, memores operis fi- 3
dei vestræ & laboris, & charitatis, & sustinẽtiæ spei Dñi nostri Iesu Christi, ante
Deũ & patrẽ nostrum: scientes fratres 4
dilecti à Deo, electionem vestram: quia 5
Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed in virtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter
vos. Et vos imitatores nostri facti estis, 6
& Dñi: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti:
ita vt facti sitis forma omnibus credẽ- 7
tibus in Macedonia & in Achaia. A vo- 8
bis enim diffamatus est sermo Domini: non solùm in Macedonia & in Achaia, sed*in omni loco, fides vestra quæ est ad

*à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo 3 MS. R.G.

*& 1 MS. G.S.

Deum,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicquá loqui. Ipsi enim de nobis annuntiãt qualem introitũ habuerimus ad vos: & quomodo cõuersi estis ad Deum à simulachris, seruire Deo viuo & vero, & expectare Filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira vẽtura.

CAP. II.

NAm ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed ante passi ‖ & cõtumelijs affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciá habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra nõ de errore, neq. de immũditia, neq in dolo: sed sicut probati sumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placẽtes, sed Deo, qui probat corda nostra.

Neq. enim aliquãdo fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neq. in occasione auaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neq. à vobis, neq. ab aliis. Cùm possemus ~ vobis' honeri' esse, vt Christi Apostoli: sed facti sumus paruuli' in medio vestrũ, tãquã si nutrix foueat filios suos: Ita desiderãtes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangeliũ Dei, sed etiã animas nostras: quoniã charissimi nobis facti estis. ‖ Memores enim estis fratres laboris nostri & fatigationis. ‖ nocte & die operãtes, ne quẽ vestrũ grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei.

Vos testes estis & Deus, quã sanctè, & iustè, & sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus. sicut scitis qualiter vnumquemq. vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suũ regnũ & gloriam.

Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniã cũ accepisletis à nobis verbũ auditus Dei, accepistis ~ illud' nõ vt verbum hominũ, sed (sicut est verè) verbũ Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à cõtribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dñm occiderũt Iesum & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo nõ placẽt, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos Gentibus loqui vt saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper. præuẽnit' eñ' ira Dei super illos vsq in finem. Nos aũt fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde: abũdantius festinauimus faciẽ vestrã videre cũ multo desiderio. qñ voluimus venire ad vos, ego quidẽ Paul⁹, & semel & iterũ: sed impediuit nos Satanas.

Quæ est eñ nostra spes, aut gaudiũ aut coronæ gloriæ? Nónne vos ante Dñm nostrũ Iesum Christũ estis in aduẽtu eius? vos enim estis gloria nostra & gaudiũ.

CAP. III.

1 PRopter quod non sustinẽtes amplius, placuit nobis remanere Athenis, so-
2 lis. & misimus ‖ Timótheũ fratrem nostrũ, & ministrũ Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos
3 pro fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi eñ scitis, quòd
4 in hoc positi sumus. Nam & cùm apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est,
5 & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendã fidem vestram: ne fortè tentauerit vos is qui ten-
6 tat, & inanis fiat labor noster. Nunc aũt veniẽte Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidẽ & charitatẽ vestrã, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut nos
7 quoq. vos: ideo cõsolati sumus fratres, in vobis, in omni necessitate & tribula-
8 tione nostra per fidẽ vestram: quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino.
9 Quã enim gratiarũ actionẽ possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum
10 nostrum, nocte ac die abundãtiùs orantes vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ desunt fidei vestræ? Ipse
11 autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viã nostram
12 ad vos. Vos autem Dñs multiplicet, & abundare faciat charitatẽ' *in inuicem, & in omnes: quemadmodũ & nos in vo-
13 bis, ad confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrũ, in aduentu Dñi nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amẽ.

CAP. IIII.

1 DE cætero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in Dño Iesu, vt quẽadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ~ sicut & ambulatis', vt abũdetis magis.
2 Scitis enim quæ præcepta dederim' vo-
3 bis per Dñm Iesum. ‖ Hæc est eñ voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnus-
4 quisq. vestrum vas suũ possidere in sanctificatione & honore: non in passione
5 desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant
6 Deum, & nequis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniã vindex est Dominus de his omnibus, sicut *prædiximus vobis, & testificati sumus. nõ enim vocauit nos Deus in
7 immunditiam: sed in sanctificationem.
8 Itaque qui ~ hæc' spernit, nõ hominem spernit, sed Deũ, qui etiã dedit Spiritum
9 suum sanctũ in nobis. De charitate autẽ fraternitatis nõ necesse habemus scribere vobis: ‖ ipsi enim vos à Deo didici-
10 stis vt diligatis inuicẽ. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogam⁹ aũt vos fratres vt abũde-
11 tis magis: & operã detis vt quieti sitis,

Act. 16, 19. 22. — Act. 17, 2

habuerimus 1 MS.

~4 MS.G.S. — honori 1 MS. — lenes 2 MS. G.S. Q.n.

Act. 20, 34. 1 Cor. 4, 12 2 Thes. 3, 8

~5 MS. Amb. G.

perenit MS.S. Q n — autem 8 MS. Amb. G.S.

1 Ioan. 3, 11. 15, 17. 1 Ioan. 2, 7. 10. 4, 13.

chanitate Amb. G. — *vestrum MS.S.

sic & ambuletis MS. R. — G.S. — Q.n. — dederimus 2 MS. R.G.S. — Rom. 12, 2. Eph. 5, 17. — *& 2 MS. Amb. G.S. — ~2 MS.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& vt

& vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & vt honestè ambuletis ad 12
eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare 13
fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habẽt. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui 14
dormierunt per Iesum, adducet cum eo.
Hoc enim vobis dicimus in verbo Do- 15
mini, ¶ quia nos qui viuimus, qui residui sumus ‖ in aduentu' Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam 16
ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus, qui relin- 17
quimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiá ‖ Christo' in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Itaq. consola- 18
mini inuicem in verbis istis.

CAP. V.

DE temporibus autem & momentis 1
fratres, non indigetis vt scribamus vobis. ¶ Ipsi enim diligenter scitis quia 2
dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet, cùm enim dixerint, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet in- 3
teritus, sicut dolor ‖ in vtero ‖ habenti', & non effugient. Vos autem fratres, non 4
estis in tenebris: vt vos dies illa tãquam fur comprehendat. omnes enim vos, filij lucis estis, & filij diei: non sumus nocte neque tenebrarum. Igitur non dor- 5 6
miamus sicut & cæteri: sed vigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, no- 7
cte dormiũt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij 8
simus, ¶ induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam non 9
posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro 10
nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod 11
consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut & facitis. Rogamus autem 12
vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abun- 13
dantiùs in charitate propter opus illorum. pacem habete cum eis. Rogamus 14
autẽ vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. ¶ Vide- 15
te nequis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonũ est sectamini inuicem, & in omnes. Semper gaudete. 16
¶ Sine intermissione orate. In omni- 17
bus gratias agite. hæc est enim voluntas 18
Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.
Spiritum nolite extinguere. 19
Prophetias nolite spernere. 20
Omnia autem probate: quod bonum 21
est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus 23
vester, & anima & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi
seruetur. ¶ Fidelis est qui vocauit vos, 24 1 Cor. 1,9.
qui etiam faciet. Fratres orate pro no- 25
bis. Salutate fratres omnes in osculo 26
sancto. Adiuro vos per Dominum vt 27 — 2 MS.
legatur epistola — hæc' omnibus sanctis
fratribus. Gratia Domini nostri Iesu 28
Christi vobiscum. Amen.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAPVT I.

PAulus & Siluanus & Timótheus ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Pátre nostro, & Domino Iesu Chri- 1
sto. Gratia vobis & pax à Deo patre no- 2
stro & Domino Iesu Christo. Gratias 3
agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas vnius cuiusque * vestrum in inuicem: * omnium 3 MS. R. Amb. G.S.
ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in 4
ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & 5
tribulationibus, quas sustinetis in exemplũ iusti iudicij Dei, vt digni habeamini * regno Dei, pro quo & patimini. * in o.
si tamen iustum est apud Deum retri- 6
buere ‖ tribulationem' iis qui vos tribu- ‖ retribulant: & vobis qui tribulamini requiem 7 tionem o.
nobiscũ, in reuelatione Domini Iesu de
cælo cum angelis virtutis eius, in flam- 8
ma ignis dantis vindictam iis qui nõ nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi.
qui pœnas dabunt in interitu æternas 9
à facie Domini & à gloria virtutis eius;
cùm venerit glorificari in sanctis suis, 10
& admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium
nostrum super vos in die illo. In quo 11
etiam oramus semper pro vobis: vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem volũtatem bonitatis * & * suę MS q.
opus fidei in virtute, vt clarificetur no- 12
men Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

ROgamus autem vos fratres per ad- 1
uentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum:
vt non citò moueamini à vestro sensu, 2
neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos — missam', quasi — 1 MS. G. S
instet dies Domini. ¶ Nequis vos sedu- 3 Ephes. 5,6.
cat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo

peccati,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Num retinetis quòd cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. (Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.) Et tùc reuelabitur ille iniquus: ‖ quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secũdum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed cõsenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus & fide veritatis: in quam & vocauit vos per Euangelium nostrum, in acquisitionẽ gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

4 quia r MS. G.

Isa. 11, 4.

2 Thes. 2, 4-12

8 nos MS. Q n.

9 ad quod 20 MS. G. S.

CAP. III.

Eph. 6, 18. Col. 4, 3.

DE cætero fratres, ‖ orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omnium est fides. Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos & cũstodiet à malo. Confidimus autem de vobis in Domino. quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & nõ secundùm traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: ‖ neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cùm essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. Iis autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. ‖ Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. ita scribo. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

Act. 20, 34. 1 Cor. 4, 12 1 Thes. 2, 9.

4 præcepimus MS. Amb. S.

11 Audiuimus MS. G.

Gal. 6, 9.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAPVT I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ: ‖ Timótheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax, à Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro. Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. ‖ Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur: sciẽs hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secũdum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortauit * Christo Iesu Domino nostro quia fidelem me existimauit, ponẽs in ministerio, qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus. sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quòd ‖ Christus Iesus venit in

2 Act. 16, 1. -4 MS. Amb. G.

Rom. 7, 12. 1 Tim. 1, 8

9 sciens MS.

10 Matth. 5, 11. Matth. 5, 17.

* in G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nit in hunc mundum peccatores saluos
facere: quorum primus ego sum. Sed 16
ideo misericordiam consecutus sum: vt
in me primò ostenderet Christus Iesus
omnem patientiam, ad informationem
eorum qui crediturí sunt illi in vitam
æternam. Regi autem seculorum im- 17
mortali, inuisibili, soli Deo honor & glo-
ria in secula seculorũ. Amen. Hoc præ- 18
ceptum cõmendo tibi fili Timothee, se-
cundum præcedentes in te prophetias vt
milites in illis bonam militiam, habens 19
fidem & bonam conscientiam, quam qui-
dam repellentes, circa fidem naufraga-
uerunt. ex quibus est Hymenæus & A- 20
lexander: quos tradidi Satanæ, vt discant
non blasphemare.

CAP. II.

OBsecro igitur primùm omnium fie- 1
ri obsecrationes, orationes, postula-
tiones, gratiarum actiones, pro omnibus
hominibus, pro regibus & omnibus qui 2
in sublimitate sunt: vt quietam & tran-
quillam vitam agamus in omni pietate
& castitate. hoc enim bonum est & ac- 3
ceptũ coram saluatore nostro Deo, qui 4
omnes homines vult saluos fieri, & ad
agnitionem veritatis venire. Vnus enim 5
Deus, vnus & mediator Dei & homi-
num, homo Christus Iesus: qui dedit 6
redemptionem semetipsum pro omni-
bus, cuius testimonium temporibus
suis confirmatum est. ‖ In quo posi- 7
tus sum ego prædicator & Apostolus (ve-
ritatem dico, non mentior) doctor Gen-
tium in fide & veritate. Volo ergo viros 8
orare in omni loco: leuantes puras mã-
nus, sine ira & disceptatione. ‖ Simili- 9
ter & mulieres in habitu ornato: cum
verecundia & sobrietate ornantes se, non
in tortis crinibus, aut auro, aut margari-
tis, vel veste pretiosa, sed quod decet 10
mulieres promittentes pietatem per o-
pera bona. Mulier in silẽtio discat, cum 11
omni subiectione. ‖ Docere autem mu- 12
lieri non permitto, neq. dominari in vi-
rum: sed esse in silentio. ‖ Adam enim 13
primus formatus est: deinde Heua.
& Adam non est seductus: ‖ mulier au- 14
tem seducta, in præuaricatione fuit.
Saluabitur autem per filiorum genera- 15
tionem: si permanserint in fide & dile-
ctione & sanctificatione cum sobrietate.

CAP. III.

FIdelis sermo. Siquis episcopatum de- 1
siderat, bonũ opus desiderat. ‖ Opor- 2
tet ergo episcopum irreprehensibilem
esse, ‖ vnius vxoris virum, sobrium, pru-
dentem, ornatum, pudicum, hospita-
lem, doctorem, non vinolentum, non 3
percussorem: sed modestum, non liti-
giosum, non cupidum, *suæ domui be- 4
ne præpositum, filios habentem subdi-
tos cum omni castitate. Siquis autem 5
domui suæ præesse nescit: quomodo ec-
clesiæ Dei diligentiam habebit? Non 6
neophytum: ne in superbiam elatus, in
7 iudicium incidat diaboli. Oportet au-
tem illum & testimonium habere bo-
num ab iis qui foris sunt: vt non in op-
probrium incidat & laqueum diaboli.
8 Diaconos similiter pudicos, non bilin-
gues, non multo vino deditos, non turpe
9 lucrum sectantes: habentes mysterium
10 fidei in conscientia pura. Et hi autem
probentur primùm: & sic ministrẽt, nul-
11 lum crimen habentes. Mulieres simili-
ter pudicas, non detrahentes, sobrias, fi-
12 deles in omnibus. Diaconi sint vnius
vxoris viri: qui filiis suis bene præsint,
13 & suis domibus. Qui enim bene minis-
trauerint, gradum bonum sibi acqui-
rent, & multam fiduciam in fide quæ est
14 in Christo Iesu. Hæc tibi scribo*: spe- *fili Timo
15 rans me ad te venire citò. si autem tar- thee MSq.
dauero: vt scias quomodo oporteat te in
domo Dei conuersari, quæ est ecclesia
Dei viui, columna & firmamentum ve-
16 ritatis. Et manifestè magnum est pie-
tatis sacramentũ, quod manifestatum est
in carne, iustificatum est in spiritu, appa-
ruit angelis, prædicatum est Gentibus,
creditum est in mundo, assumptum est
in gloria.

CAP. IIII.

1 SPiritus autem manifestè dicit quia 2 Tim. 3, 1.
in nouissimis temporibus discedent 2 Pet. 3, 3.
quidam à fide, attendentes spiritibus er- Iud. 18.
2 roris & doctrinis dæmoniorum, in hy-
pocrisi loquentium mendacium, & cau-
teriatam habentium suam conscientiam,
3 prohibentium nubere, abstinere à ci-
bis quos Deus creauit ad percipiendum
cum gratiarum actione fidelibus, & iis
4 qui cognouerunt veritatem. Quia om-
nis creatura Dei bona est, & nihil reii-
ciendum quod cum gratiarum actione
5 percipitur. sanctificatur enim per ver-
6 bum Dei & orationem. Hæc propo-
nẽs fratribus, bonus eris minister Chri-
sti Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ
7 doctrinæ quam assecutus es. ‖ Ineptas 2 Ti. 2, 23.
autem & aniles fabulas deuita: exerce Tit. 3, 9.
8 autem teipsum ad pietatem. Nam — 13 MS.
corporalis exercitatio, ad modicum vtilis Amb.
est: pietas autem ad omnia vtilis est: pro-
missionem habens vitæ quæ nunc est, &
9 futuræ. Fidelis sermo, & omni acce-
10 ptione dignus. In hoc enim laboramus
& maledicimur, quia speramus in quòd spe
Deum viuum qui est saluator omnium rauimus
11 hominum, maximè fidelium. Præci- 1 MS. G.
12 pe hæc & doce. Nemo adolescentiam
tuam contemnat: sed exemplum esto fi-
delium in verbo, in conuersatione, in
13 charitate, in fide, in castitate. Dum
venio, attende lectioni, exhortationi*, *& MS.
14 doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ Amb. S.
in te est: quæ data est tibi per prophetiã,
cum impositione manuum presbyterij.
15 Hæc meditare, in his esto: vt profectus
16 tuus manifestus sit omnibus. Attende

tibi &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

CAP. V.

1 Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem; iuuenes, vt fratres:
2 anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores
3 in omni castitate. Viduas honora: quæ
4 verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: ‖discat' primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram Deo.
5 Quæ autè verè vidua est & desolata: ‖speret' in Deum, & ‖instet' obsecrationibus & orationibus nocte & die.
6 Nam quæ in deliciis est: viuês mortua est.
7 Et hoc præcipe vt irreprehensibiles sint.
8 ‖Si quis' autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior.
9 Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor,
10 in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est.
11 Adolescentiores autem viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt:
12 habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.
13 simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet.
14 Volo ergo iuniores nubere: filios procreare, matresfamilias esse: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.
15 Iam enim quædam conuersæ sunt retro *satanam.
16 Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, ‖&' non grauetur ecclesia: vt iis quæ verè viduæ sunt, sufficiat.
17 Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.
18 Dicit enim scriptura: ‖Non ‖infrænabis' os boui trituranti. &, ‖Dignus est operarius mercede sua.
19 Aduersus presbyterum accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus.
20 Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant.
21 Testor coràm Deo & Christo Iesu & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in aliam partem declinando.
22 Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi.
23 Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.
24 Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedêtia ad iudicium: quosdam autem *subsequuntur.
25 Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

CAP. VI.

1 Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos, arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina
2 blasphemetur. Qui autem fideles habêt dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes
3 sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ:
4 superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones,
5 blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.
6 ‖Nihil enim intulimus in hûc' mundum: haud dubiũ, quòd nec auferre quid
8 possumus. ‖Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.
9 Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum -diaboli', & desideria multa *inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perdi-
10 tionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraueruut à fide, & inseruerunt se doloribus multis.
11 Tu autem ô homo Dei, hæc fuge; sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patiêtiam, mansuetudinem.
12 Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.
13 Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu ‖ qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem:
14 vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum
15 Domini nostri Iesu Christi. quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, ‖Rex regum & Dominus dominantium,
16 qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, ‖quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. cui honor & imperium *seimpiternum. Amen.
17 Diuitibus huius seculi præcipe non sublimè sapere, ‖neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum)
18 bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare,
19 thesaurizare sibi fundamêtum bonum in futurum, vt apprehendât veram vitam.
20 O Timothee, depositum custodi: deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi
21 nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

ad discant 2 MS. G. S.
sperat 10 MS. Amb. S.
sperauit 3 MS. R. G. Q. n.
instat 10 MS. Amb. R. G. S.
Istud ad viduam pertinere admonent Græcanica scholia.
Itaque, Siquis. pro Siqua, positum esset.
post 6. vt MS q.
Deut. 25, 4. 1 Cor. 9, 9.
aliligabis MS. G. S.
Mat. 10, 10 Luc. 10, 7.
& 4 MS. R. Amb. G.

Prou 17, 28 Mat 6, 25. 1 MS. Amb. G. S. & MS q.
Mat 27, 10 coñ. 18, 37.
po. 17, 14 & 19, 16.
oan. 1, 18. 1 oã 4, 12. in MS. S.
Luc. 13, 15.

EPI-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu: Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, *pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro.

Gratias ago Deo†, cui seruio à progenitoribus*in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die, desiderans te videre, memor lachrymarũ tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. Propterquã causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionẽ manuũ mearum. ‖ Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaq; erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius: sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione ~ sua' sancta, ‖ non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ‖ ante tempora secularia. Manifestata est autẽ nũc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autẽ vitam & incorruptionem per Euangelium: in quo ‖ positus sum ego prædicator & Apostolus & magister Gentium. Ob quã causam et & iã hæc patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meũ seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborũ, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis *hoc, quòd auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est ‖ Phigelus, & Hermogenes. Det misericordiam Dominus ‖ Onesiphori domui: quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam nõ erubuit, sed cùm Romam venisset: solicitè me quæsiuit, & inuenit.

Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta Epheso ministrauit, tu melius nosti.

CAP. II.

TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans ~ Deo', implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agõne: non ‖ coronatur' nisi legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto, ~ Dominum' IESVM CHRISTVM resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelĩ meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutẽ consequãtur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti.

Fidelis sermo. Nã si cõmortui sumus: & conuiuemus. si sustinebimus: & conregnabimus. ‖ si negauerimus: & ille negabit nos. ‖ si nõ credimus: ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.

Hæc cõmone: testificans coram ‖ Dño'. Noli cõtẽdere verbis, ‖ ~ ad' nihil ~ enim' vtile ~ est'; ~ nisi' ad subuersionẽ audientiũ. Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilẽ, rectè tractantẽ verbum veritatis. Profana autem & inaniloquia deuita, multum enim ‖ proficiunt' ad impietatẽ: & sermo eorum vt cancer ‖ serpit': ex quibus est Hymenæus & Philẽtus: qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factã, & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculũ hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius. & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Dñi. In magna autẽ domo, nõ solũ sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidẽ in honorẽ, quædam autem in contumeliã. Si quis ergo emundauerit se ab istis: erit vas in honorem sanctificatum & vtile Dño, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare verò iustitiã, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui inuocant Dominum de corde puro.

‖ Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetũ esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ~ veritati': nequando Deus det illis pœnitentiã ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo ‖ captiui' tenentur ad ipsius voluntatem.

CAP. III.

HOc autem scito, quòd ‖ in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quã Dei: habẽtes speciem quidem pietatis, virtutẽ aũt eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt qui penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: semper 7
Exo.7,11. 22. discentes, & nunquã ad scientiam veritatis peruenientes. ¶ Quemadmodum autẽ Iannes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. sed vltrà non proficient: insipientia enim eorũ manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidẽ, longanimitatẽ, dilectionem, patientiam, 8 9 10
persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui. & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui piè 11 12
Act.13, & 14. volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autẽ homines & seductores proficient in peius: errãtes & in errorem mittentes. Tu verò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris; & quia ab 13 14 15
infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ
1 Pet. 1,20 est in Christo Iesu. ¶ Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendũ, 16
ad arguendum, ad "corrigendum', ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonũ instructus. 17
"corripiẽdum MSq.

CAP. IIII.

TEstificor corã Deo & Iesu Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum, insta opportunè, 1 2
importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tẽpus cùm sanã doctrinã non sustinebunt: sed ad suas desideria coacernabũt sibi magistros, pruriẽtes auribus, & à veritate 3 4
quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuũ imple. "Sobrius esto'. 5
"2 MS. Amb. G.S. Q. n.

Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamẽ certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. 6 7
In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt aduẽtum eius. Festina ad me venire citò. Demas enim 8 9 10
me reliquit, diligẽs hoc seculum, & abiit Thessalonicã: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiã. ¶ Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est 11 12
Col.4, 14. enim mihi vtilis in "ministerium'. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem mẽbranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. "reddet' illi Dominus secundum opera eius: quem & tu 13 14 15
"ministerio MS q. "reddat 7 MS. R. Amb. G. Q. n.
deuita: valde enim restitit verbis nostris.
In prima mea defensione nemo mihi 16
affuit, sed omnes me dereliquerunt: non
17 illis "imputetur'. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio "impleatur', & audiant omnes Gentes, & liberatus sum de ore leonis.
18 "Liberauit' me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnũ suum cæleste. cui gloria in secula seculorum, Amen. Saluta "Priscam' & Aquilam, &
19 20 ¶ Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui
21 infirmum Mileti. Festina ante hyemem venire. "Salutant' te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.
22 Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia "vobiscum'. Amen.
"reputet 2 MS. "impleatur 6 MS. Amb. "Liberabit autem 2 MS. Amb. G.S. "Priscam MS. R. Amb. G. Q. n. Sup. "Salutat MS. Amb. G.S. "vobiscum G q "recum S.

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.

CAP. I.

1 PAVLVS seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundũ fidem electorum Dei & agnitionem veri-
2 tatis: quæ secundũ pietatẽ est in spem vitæ æternæ, quã promisit qui non men-
3 titur, Deus, ¶ ante tẽpora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbũ suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptũ saluatoris no-
4 stri Dei: Tito dilecto filio secundũ cõmunẽ fidem, gratia & pax à Deo patre, &
5 Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates pres-
6 byteros, sicut & ego dispositi tibi, ¶ Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione
7 luxuriæ, aut non subditos. ¶ Oportet enim episcopũ sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidũ: sed hospitalem, benignum, * sobriũ, iustũ, sanctũ,
8 9 continentẽ: amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonẽ, vt potens sit * exhortari in doctrina sana,
10 & eos qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui & seductores, maximè qui de circuncisione
11 sunt: quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non
12 oportet, turpis lucri gratia. ¶ Dixit quidam ex illis, propriùs ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ be-
13 stiæ, vẽtres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos
14 durè, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ
15 auertentiũ se à veritate. ¶ Omnia mũda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ
16 sunt eorum & mens & cõscientia. Cõfitentur se nosse Deum: factis autem negant, cùm sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.
1 Tim.3,2. 1 Tim.3,2. * prudentẽ 17 MS. R. Q. n. * & 4 MS. G.S. Epimenides. Rom.14,20

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. II.

TV autem loquere quæ decent sanam 1
doctrinam. Senes, vt sobrij sint, pu- 2
dici, prudentes, sani in fide, in dilectione,
in patientia. Anus similiter, in habitu 3
sancto, non criminatrices, non multo vi-
no seruientes: bene docentes, vt pru- 4
dentiam doceant adolescentulas, vt viros
suos ament, filios suos diligant, pruden- 5
tes, castas, ~sobrias', domus curã haben-
tes, benignas, subditas viris suis, vt non
blaiphemetur verbum Dei. Iuuenes si- 6
militer hortare vt sobrij sint. In omni- 7
bus teipsum præbe exemplum bonorum
operum, in doctrina, ¶in integritate, in
grauitate', verbum sanum, irreprehen- 8
sibile: vt is qui ex aduerso est, vereatur,
nihil habẽs malũ dicere de nobis. ¶Ser- 9
uos dominis suis subditos esse, in omni-
bus placentes, non contradicentes: non 10
fraudãtes, sed in omnibus fidẽ bonã ostẽ-
dẽtes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei
ornent in omnibus. Appatuit enim gra- 11
tia Dei ¶saluatoris nostri' omnibus homi-
nibus: erudiens nos vt abnegantes im- 12
pietatem & secularia desideria, sobriè, &
iustè, & piè viuamus in hoc seculo, ex- 13
pectãtes beatã spẽ & aduentũ gloriæ ma-
gni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi,
qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos 14
redimeret ab omni iniquitate, & munda-
ret sibi populum acceptabilem, sectato-
rem bonorum operum. Hæc loquere, & 15
exhortare, & argue cum omni imperio.
Nemo te contemnat. CAP. III.
ADmone illos principibus & potesta- 1
tibus subditos esse, dicto obedire, ad
omne opus bonum paratos esse, nemi- 2
nem blasphemare, non litigiosos esse, sed
modestos: omnem ostendentes mansue-
tudinem ad omnes homines. Eramus e- 3
nim aliquando & nos insipientes, incre-
duli, errantes, seruiẽtes desideriis & vo-
luptatibus ¶variis, in malitia & inuidia a-
gentes, odibiles, odientes inuicem. Cùm 4
autem benignitas & humanitas apparuit
1 Tim. 1,9. saluatoris nostri Dei: ¶non ex operibus 5
iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundùm
suam misericordiam saluos nos fecit, per
lauacrum regenerationis & renouationis
Spiritus sancti, quem effudit in nos ab- 6
undè per Iesum Christum saluatorem
nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæ- 7
redes simus secundum spem vitæ æter-
næ. Fidelis sermo est: & de his volo te 8
confirmare: vt curent bonis operibus
præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bo-
1 Tim. 4,7. na & vtilia hominibus. ¶Stultas autem 9
1 Tim. 2,23 quæstiones, & genealogias, & contentio-
nes, & pugnas legis deuita. sunt enim in-
utiles & vanæ. Hæreticum hominẽ post 10
vnam & secũdam correptionem deuita:
sciens quia subuersus est qui eiusmodi 11
est, & delinquit, cũ sit proprio iudicio cõ-
demnatus. Cùm misero ad te Artemam 12
aut Tychicum, festina ad me venire Ni-
copolim. ibi enim statui hyemare. Zenã 13
legisperitũ & Apollo solicitè præmitte,
vt nihil illis desit. Discãt autem & no- 14
stri bonis operibus præesse ad vsus ne-
cessarios: vt non sint infructuosi. Salu- 15
tant te qui mecũ sunt omnes: saluta eos
qui nos amant in fide. Gratia Dei cum
omnibus vobis, Amen.

EPISTOLA PAVLI AD PHILEMONEM.

PAulus vinctus Christi Iesu, & Ti- 1
móthеus frater: Philémoni dilecto 2
& adiutori nostro, & Appiæ sorori
charissimæ, & Archippo commilitoni
nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est.
Gratia vobis & pax à Deo patre no- 3
stro, & Domino Iesu Christo. Gratias 4
ago Deo meo, semper memoriam tui fa-
ciens in orationibus meis, audiens cha- 5
ritatem tuam & fidem quam habes in
Domino Iesu, & in omnes sanctos: vt 6
communicatio fidei tuæ euidens fiat in
agnitione omnis *boni ~quod est' ~in
vobis' in Christo Iesu. Gaudium enim 7
magnum habui & cõsolationem in cha-
ritate tua; quia viscera sanctorũ requie-
uerunt per te frater. Propter quod mul- 8
tam fiduciam habẽs in Christo Iesu im-
perandi tibi quod ad rem pertinet: pro- 9
pter charitatem magis obsecro, cùm sis
talis, vt Paulus senex, nunc autem &
vinctus Iesu Christi. Obsecro te pro 10
meo filio quem genui in vinculis, One-
simo, qui tibi aliquando inutilis fuit, 11
nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem 12
remisi ~tibi'. Tu autem illum ¶vt' mea
viscera, suscipe. quem ego voluerã me- 13
cum detinere, vt pro te mihi ministraret
in vinculis Euangelij: sine consilio au- 14
tem tuo nihil volui facere; vti ne velut
ex necessitate bonum tuum esset, sed
voluntarium. Forsitan enim ideo dis- 15
cessit ad horam à te, vt æternum illum
reciperes: iam non vt seruum, sed pro 16
seruo charissimum fratrem, maximè mi-
hi; quanto autem magis tibi & in carne
& in Domino? Si ergo habes me so- 17
cium: suscipe illum sicut me. Si autem 18
aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi
imputa. Ego Paulus scripsi mea manu: 19
ego reddam: vt non dicam tibi, quòd &
teipsum mihi debes. ita frater. Ego te 20
fruar in Domino. Refice viscera mea in
¶Domino'. Confidens in obedientia tua 21
scripsi tibi: sciens quoniam & super id
quod dico, facies. Simul autem & pa- 22
ra mihi hospitium: nam spero per ora-
tiones vestras donari me vobis. Salutat 23
te Epaphras concaptiuus meus in Chri- 24
sto Iesu, Marcus, Aristarchus, Dẽmas &
Lucas adiutores mei. Gratia Domini 25
nostri Iesu Christi cum spiritu vestro,
Amen.

*operis 2 MS. R. G. Q. n.
¶quæ est 5 MS.
~4 MS. R. G.
¶in nobis 7 MS. Amb. G.
~MS. Q. n.
~3 MS. G.
¶id est 6 MS. Hier. G.
¶Christo MS. Hier. G q. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD HEBRAEOS.

CAP. I.

MVltifariam multisq. modis olim Deus loquens patribus in prophetis: ℣nouissimè' diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredē vniuersorum, per quem fecit & secula. ¶ qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, ℣sedet' ad dexteram maiestatis in excelsis: tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, ¶ Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: ¶ Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium? Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, ¶ Et adorent eū omnes angeli Dei. Et ad angelos quidē dicit, ¶ Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis. Ad filium autem: ¶ Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et, ¶ Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum ℣mutabis' eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando: ¶ Sede à dextris meis, ¶ quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nónne omnes, sunt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos qui hæreditatem ℣capient' salutis?

CAP. II.

PRopterea abundātius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne fortè pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutē: quæ cùm initium accepissent enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in ℣nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam volūtatem. Non enim angelis subiecit ~Deus' orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens, ¶ Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. ¶ Omnia subiecisti sub pedibus eius: In eo enim quòd omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. ¶ Eum autem qui modico quam angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: vt ℣gratia' Dei, pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum, per ℣passionem' ℣consummare'. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur: ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens, ¶ Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, ¶ Ego ero fidens in eum. Et iterum: ¶ Ecce ego & pueri mei: quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem: ¶ vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari.

CAP. III.

VNde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum*: qui fidelis est ei qui fecit illū, sicut & ¶ Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis namq. domus fabricatur ab aliquo. qui autē omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidē fidelis erat in tota domo eius tanquā famulus, in testimonium eorum quæ dicēda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem, firmā retineamus. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus, ¶ Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tētationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas. quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiē meam. Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum, incredulitatis, discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos

dies,

*Christū 6 MS.G.S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dies, donec Hodie cognominatur, vt non
obduretur quis ex vobis fallacia peccati.
Participes enim Christi effecti sumus: 14
si tamen initium substantiæ eius vsq. ad
finem firmum retineamus. Dum dici- 15
tur, Hodie si vocem eius audieritis, noli-
te obdurare corda vestra quemadmodum
in illa exacerbatione. Quidam enim 16
audientes exacerbauerunt: sed non vni-
uersi qui profecti sunt ex Aegypto per
Moysen. Quibus autē infensus est qua- 17
draginta annis? Nónne illis qui peccaue-
runt, ‖ quorum cadauera prostrata sunt in
deserto? Quibus autem iurauit non in- 18
troire in requiem ipsius: nisi illis qui in-
creduli fuerunt? Et videmus quia non 19
potuerūt introire *propter incredulitatē.

CAP. IIII.

TImeamus ergo ne forte relicta pol- 1
licitatione introëundi in requiem
eius, existimetur aliquis ex vobis deesse.
Etenim & nobis nuntiatum est, quem- 2
admodum & illis. sed non profuit illis
sermo auditus, non admistus fidei ex iis
quæ audierunt. Ingrediemur enim in 3
requiē qui credidimus: quemadmodum
dixit, ‖ Sicut iurauí in ira mea, si introi-
bunt in requiem meam: & quidē operi-
bus ab institutione mundi ℣perfectis'.
Dixit enim quodam loco de die septi- 4
ma sic, ‖ Et requieuit Deus die septima
ab omnibus operibus suis. Et in isto 5
rursum, Si introibūt in requiem meam.
Quoniam ergo superest introire quos- 6
dam in illam, & ij quibus prioribus an-
nuntiatum est, non introierunt propter
incredulitatem: iterum terminat diem 7
quendam, Hodie, in Dauid dicendo, post
tantum temporis, sicut suprà dictum est,
‖ Hodie si vocem eius audieritis: nolite
obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus 8
requiem præstitisset: nunquam de alia
loqueretur posthac die. Itaq. relinquitur 9
sabbathismus populo Dei. Qui enim 10
ingressus est in requiem eius: etiam ipse
requieuit ab operibus suis, sicut * à suis
Deus. Festinemus ergo ingredi in illam 11
requiem: vt ne in idipsum quis incidat
incredulitatis exēplum. Viuus est enim 12
sermo Dei & efficax, & penetrabilior o-
mni gladio ancipiti: & pertingens vsque
ad diuisionem animę ac spiritus, compa-
gum quoq. ac medullarum, & discretor
cogitationum & intentionū cordis. ‖ Et 13
non est vlla creatura inuisibilis in cōspe-
ctu eius. omnia autē nuda & aperta sunt
oculis eius, ad quem nobis sermo. Ha- 14
bentes ergo pontificem magnum qui pe-
netrauit cælos Iesum filium Dei: tenea-
mus *cōfessionem. Non enim habemus 15
pontificē, qui nō possit cōpati infirmita-
tibus nostris: tentatum autem per omnia
pro similitudine absque peccato. Adea- 16
mus ergo cum fiducia ad thronum gra-
tię*: vt misericordiā cōsequamur, & gra-
tiam inueniamus in auxilio opportuno.

CAP. V.

1 OMnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quę sunt ad Deum: vt offe-
2 rat dona & sacrificia pro peccatis. qui condolere possit iis qui ignorant & errāt: quoniam & ipse circundatus est infirmi-
3 tate: & propterea debet, quēadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. ‖ Nec quisquam su- 2 Pa. 26,18.
4 mit sibi honorem, sed quivocatur à Deo,
5 tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, ‖ Filius P*sal* 2,7.
6 meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodū & in alio loco dicit, ‖ Tu es sa- P*sal*. 105,4
7 cerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesq. ad eum qui possit illum saluum facere à morte cum cla-
8 more valido & lachrymis offerens, *exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cùm esset filius*, didicit ex iis quæ
9 passus est, obedientiam. & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus
10 sibi, causa salutis æternæ, appellatus à Deo pontifex iuxta ordinē Melchi-sedec.
11 De quo nobis grandis sermo & ℣interpretabilis' ad dicendum: quoniam imbe-
12 cilles facti estis ad audiendum. Etenim cùm deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonū Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non so-
13 lido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: par-
14 uulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

* & 10 MS G.S.
*Dei MS q.
℣ininterpretabilis 10 MS.R. G.S.Q.n.

CAP. VI.

1 QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus
2 mortuis, & fidei ad Deum, baptismatū doctrinæ, impositionis quoq. manuū, ac resurrectionis mortuorū, & iudicij æterni.
3 Et hoc faciemus, si quidē permiserit
4 Deus. ‖ Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiā donum cæleste, & participes facti sunt Spi-
5 ritus sancti, gustauerunt nihilominus bonū Dei verbum, virtutesq. seculi ven-
6 turi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habētes.
7 Terra enim sæpe venientē super se bibēs imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur: accipit be-
8 nedictionem à Deo. proferens autē spinas ac tribulos: reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combu-
9 stionem. Confidimus autē de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutí: ta-
10 metsi ita loquimur. Non enim iniustus

Mat. 12,45
Inf. 10,26.
2 Pet. 2,20.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autem vnumquenque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem:
vt non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt promissiones. Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem
Gen. 22,16 habuit per quem iuraret maiorem, ‖ iurauit per semetipsum, dicens, ‖ Nisi
Gen. 12,3. 18,18. 22, 17. benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem.
Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum.
In quo abundantius volēs Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem,
quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

Gen. 14, 18 HIc enim ‖ Melchi-sedec, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham: primùm quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autē & rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq. initium dierum neq. finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem ‖ de filiis Leui sacerdotium accipiētes, ‖ mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur. Et hîc quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia viuit. Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui, qui decimas ᵃaccepit, decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchi-sedec. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchi-sedec, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis trāslatio fiat.
In quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit.
Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de ᵃsacerdotibus' Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est: si secundùm similitudinem Melchi-sedec exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim, ‖ Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchi-sedec. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati: propter infirmitatē eius & inutilitatem. nihil enim ad perfectū adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem, sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autē cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, ‖ Iurauit Dominus, & non pœnitebit eū: tu es sacerdos in æternum) in tantum melioris testamēti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberē-tur permanere: hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest ᵃaccedens' per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro ᵃnobis'. Talis enim decebat vt nobis esset pōtifex, sanctus, innocēs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) ‖ prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatē habentes: sermo autem iurisiurādi qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

CApitulum autem super ea quæ dicuntur, Talem habemus Pōtificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis: sanctorum minister & tabernaculi veri, quod fixit ᵃDominus' & non homo. Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hostias constituitur. vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. si ergo esset super terrā, nec esset sacerdos: cùm essent qui offerrent secundùm legem munera, qui exemplari & vmbræ deseruiūt cælestiū. Sicut responsum est Moysi, cùm cōsummaret tabernaculum, ‖ Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium quantò & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sanctum est. Nam si illud prius culpa vacasset: nō vtiq. secūdi locus inquireretur.

Num. 18, 22. Deut. 18, 1. 3 Ios. 14, 4.

ᵃaccipit 6 MS. G. Q. n.

Exo. 25, 40. Act. 7, 44

ᵃaccedentes 13 MS. R. G. S.

ᵃsacerdotio 1 MS. R. G. S.

Psal. 109.

Psal. 109.

Leuit. 9, 7. 16, 6.

ᵃ Deus MS. B. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vituperans enim eos dicit: ‖ Ecce dies 8
venient, dicit Dominus: & consummabo
super domum Israël, & super domum
Iuda testamentum nouum, non secun- 9
dùm testamentum quod feci patribus
eorum in die qua apprehendi manum
eorum vt educerem illos de Terra Aegy-
pti: quoniam ipsi non permanserunt in
testamento meo: & ego neglexi eos, di- 10
cit Dominus. Quia hoc est testamen-
tum quod disponam domui Israël post
dies illos, dicit Dominus: Dando leges
meas in mentem eorum, & in corde eo-
rum superscribam eas: & ero eis in Deũ,
& ipsi erunt mihi in populum: & non 11
docebit vnusquisque proximum suum,
& vnusquisque fratrem suum, dicens,
Cognosce Dominum: quoniam omnes
scient me à minore vsque ad maiorem
eorum: quia propitius ero iniquitati- 12
bus eorum: & peccatorum eorum iam
non memorabor. Dicẽdo autẽ nouum: 13
veterauit prius. Quod autem antiquatur
& senescit: prope interitum est.

CAP. IX.

HAbuit quidem & prius, iustificatio- 1
nes culturæ, & sanctum seculare.
‖ Tabernaculum enim factum est pri- 2
mùm, in quo erant, candelabra, & men-
sa, & propositio panum, quæ dicitur San-
cta. Post velamentum autem secundũ, 3
tabernaculum, quod dicitur Sancta san-
ctorum: aureum habens thuribulum, 4
& arcam testamenti circumtectam ex
omni parte auro, in qua vrna aurea ha-
bens manna, & virga Aaron quæ fron-
duerat, & ‖ tabulæ testamenti. superque 5
eam erãt ‖ Cherubim gloriæ obumbran-
tia propitiatorium. de quibus non est
modò dicendum per singula. His verò 6
ita compositis, in priori quidem taberna-
culo semper introibant Sacerdotes, sa-
crificiorum officia consummantes. in 7
secundo autem, ‖ semel in anno solus
pontifex: non sine sanguine quem ⁿ offe-
rt' pro sua & populi ignorantia: hoc 8
significante Spiritu sancto, nondum pro-
palatam esse sanctorũ viam, adhuc prio-
re tabernaculo habente statum. quæ 9
parabola est temporis instantis: iuxta
quam munera & hostiæ offeruntur, quæ
non possunt iuxta conscientiam perfe-
ctum facere seruientem, solummodo 10
in cibis & in potibus, & variis baptismà-
tibus, & iustitiis carnis vsque ad tempus
correctionis impositis. Christus autem 11
assistens pontifex futurorum bonorum,
per amplius & perfectius tabernaculum
non manufactum, id est, non huius crea-
tionis: neque per sanguinem hircorum 12
ⁿ aut' vitulorum, sed ‖ per proprium san-
guinem introiuit semel in Sancta, æterna
redemptione inuenta. ‖ Si enim sanguis 13
hircorum & taurorum & cinis vitulæ
aspersus, inquinatos sanctificat ad emun-
dationem carnis: ‖ quantò magis san- 14
guis Christi qui per Spiritum sanctum
semetipsum ‖ obtulit immaculatum Deo,
ⁿ emundauit' conscientiam ⁿ nostram' ab
operibus mortuis, ad seruiẽdum Deo vi-
uenti? Et ideò noui testamenti media- 15
tor est: vt morte intercedente, in redem-
ptionem earum prævaricationum quæ
erant sub priori testamento, repromissio-
nem accipiant qui vocati sunt, æternæ
hæreditatis. ‖ Vbi enim testamentum 16
est: mors necesse est intercedat testatoris.
Testamentum enim, in mortuis con- 17
firmatum est: alioquin nondum valet,
dũ viuit qui testatus est. Vnde nec pri- 18
mùm quidem sine sanguine dedicatũ est.
lecto enim omni mãdato legis à Moyse 19
vniuerso populo: accipiens sanguinem
vitulorum & hircorum cum aqua & lana
coccinea & hyssopo: ipsum quoque li-
brum & omnem populum aspersit, di- 20
cens, ‖ Hic sanguis testamenti, quod mã-
dauit ad vos Deus. Etiam tabernaculũ 21
& omnia vasa ministerij, sanguine
similiter aspersit. Et omnia pene in san- 22
guine secundum legem mundantur: &
sine sanguinis effusione non fit remissio.
Necesse est ergo exemplaria quidem 23
cælestium, his mundari: ipsa autem cæ-
lestia, melioribus hostiis quàm istis.
Non enim in manufacta Sancta Iesus 24
introiuit, exemplaria verorum: sed in ip-
sum cælum, vt appareat nunc vultui Dei
pro nobis. Neque vt sæpe offerat se- 25
metipsum, quemadmodum Pontifex in-
trat in Sancta, per singulos annos in san-
guine alieno: alioquin oportebat eum 26
frequenter pati ab origine mundi: nunc
autem semel ⁿ in consummatione' secu-
lorum, ad ⁿ destitutionem' peccati, per ho-
stiam suam apparuit. Et quemadmo- 27
dum statutum est hominibus semel mo-
ri, post hoc autem iudicium: ‖ sic & 28
Christus semel oblatus est ad multorum
exhaurienda peccata: secundò sine pec-
cato apparebit expectantibus se, in sa-
lutem.

CAP. X.

VMbram enim habẽs lex, futurorum 1
bonorum, non ipsam imaginem re-
rum: per singulos annos eisdem ipsis ho-
stiis quas offerũt indesinenter, nunquam
potest accedentes perfectos facere:
alioquin cessassent offerri, ideo quòd 2
nullam haberent vltrà cõscientiam pec-
cati, cultores semel mundati. sed in ipsis 3
commemoratio peccatorum per singulos
annos fit. impossibile enim est, sangui- 4
ne taurorũ & hircorum auferri peccata.
Ideo ingrediens mundum dicit: ‖ Ho- 5
stiam & oblationem noluisti: corpus au-
tem aptasti mihi: holocautomata, & 6
pro peccato, non tibi placuerunt.
Tunc dixi, Ecce venio: ‖ in capite libri 7
scriptũ est de me: Vt faciã Deus volũta-
tem tuam. Superiùs dicẽs, Quia hostias 8

Luc. 1, 77.
Rom. 5, 5. 6
ⁿ emundabit 7 MS. R. G. S.
ⁿ vestram 7 MS. G q.
Gal. 3, 15.
Exo. 24, 8. Mat. 26, 28
ⁿ in consummationem MS q.
ⁿ destructionem 15 MS. Q. x.
Rom. 5, 6. 8 1 Pet. 3, 18 Lev. 16, 14.
Psal. 39, 7.
Ibidem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur: tunc dixi, 9
Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuat.
In qua voluntate sanctificati sumus 10
per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos præsto 11
est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata: hic autẽ vnã pro pec- 12
catis offerẽs hostiam, in sempiternũ sedet in dextera Dei, de cætero expectans, 13
Psal.109,5 ‖donec ponantur inimici eius scabellum
1 Co.15,25 pedum eius. Vna enim oblatione, con- 14
summauit in sempiternum sanctificatos.
Contestatur autẽ nos & Spiritus san- 15
Ier.31, 33. ctus. Postquam enim dixit: ‖Hoc autẽ 16
Sup.8,8. testamentum quod testabor ad illos post
"Dabo MS. Hay- dies illos, dicit Dominus, "Dando' leges
mo, S. meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribã eas: & peccatorũ & 17
iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio: 18
iam nõ est oblatio pro peccato. Haben- 19
tes itaq. fratres fiduciã in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam ini- 20
tiauit nobis viam nouã & viuentem per velamen, id est, carnẽ suã, & sacerdotem 21
magnũ super domũ Dei, accedamus cũ 22
vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à cõscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ cõ- 23
fessionẽ indeclinabilem (fidelis enim est qui repromisit) & consideremus inuicẽ 24
in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionẽ no- 25
Sup.6,4. strã, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tantò magis quantò videritis appropinquantẽ diẽ. ‖Volun- 26
tariè enim peccantibus nobis post acceptã notitiã veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. terribilis autẽ quæ- 27
dam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irri- 28
Deut.17, 19.15. tam quis faciens legem Moysi: sine vlla
Mat.18,16 miseratione, ‖duobus vel tribus testibus
Ioan.8,17. moritur. quantò magis putatis deterio- 29
2 Cor.13,1 ra mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?
Deu.32,35 Scimus enim qui dixit, ‖Mihi "vin- 30
Rom.12,19 dictam, ego "retribuã'. Et iterũ: —Quia'
"Vindicta 1 MS.G.S. ‖iudicabit Dominus populum suum:
"reddam 4 MS. Horrendum est incidere in manus Dei 31
—5 MS.G.S viuentis. Rememoramini autẽ pristinos 32
Psal.34,14 dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. & in al- 33
tero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autẽ so-
cij taliter conuersantium effecti. Nam 34
& vinctis compassi estis: & rapinam bonorum vestrorum cũ gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioreẽ & manentem substantiam. Nolite itaq. amit- 35
tere confidentiam vestrã, quæ magnam
36 habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.
37 ‖Adhuc enim modicum, aliquantu- Abac.2,3
lumque, qui venturus est, veniet, & non 1 Pet.1,
38 tardabit. ‖Iustus autem meus ex fide Rom.1,
"viuit'. quòd si subtraxerit se: non place- Gal.3,11
39 bit animæ meæ. Nos autem nõ sumus "viuet R
subtractionis — filij' in perditionem: sed G.S.
fidei in acquisitionem animæ. —6 MS.
G.S.

CAP. XI.

1 EST autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non ap-
2 parentium. In hac enim testimonium
3 cõsecuti sunt senes. ‖Fide, intelligimus Gen.1,1
aptata esse secula verbo Dei: vt ex inui-
4 sibilibus visibilia fierent. ‖Fide, plurimam hostiam Abel quàm Cain, obtulit Gen.4,4
Deo: ‖per quam testimonium cõsecutus est esse iustus, testimonium perhibente Mar.3,35
muneribus eius Deo, & per illam defun-
5 ctus adhuc loquitur. Fide, ‖Henoch, Gen.5,24
translatus est, ne videret mortem, & non Eccl.44,
inueniebatur: quia transtulit illum Deus: 49,16
ante translationem enim, testimonium
6 habuit placuisse Deo. Sine fide autem —5 MS.
impossibile est placere — Deo'. Credere Q.n.
enim oportet accedentem ad Deum quia
est, & inquirentibus se remunerator sit.
7 Fide, ‖Noë responso accepto de iis quæ Gen.6,13
adhuc non videbantur, metuens, aptauit 18.
arcam in salutem domus suæ, per quam Eccl.44,
damnauit mundum: & iustitiæ quæ per
8 fidẽ est, hæres est institutus. Fide, ‖qui Gen.12,4
vocatur Abraham obediuit in locũ exire 13,1.
quem acceperat accepturus erat in hæreditatem: &
9 exiit, nescies quò iret. Fide, demoratus est in Terra repromissionis, tãquam
in aliena, in casulis habitando cum Isaac
& Iacob cohæredibus repromissionis
10 eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex &
11 conditor Deus. Fide, ‖& ipsa Sara ste- Gen.17,19
rilis virtutem in cõceptione seminis ac- 18,10.21,2
cepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui re-
12 promiserat. Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) ‖tanquam si- Eccl.44,21
dera cæli, in multitudine, & sicut arena 23.
quæ est ad oram maris, innumerabilis.
13 Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, nõ acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt
14 super terram. Qui enim hæc dicunt: si-
15 gnificant se patriã inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt: habebant vtique tempus reuer-
16 tendi. nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. pa-
17 rauit enim illis ciuitatem. Fide, ‖obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur: & Gen.22,9.
vnigenitum offerebat, "qui' susceperat Eccl.44,21
18 repromissiones; (ad quem dictum est, "in quo MS.G.S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

‖ Quia in Isaac vocabitur tibi semen,) arbitrãs quia & à mortuis suscitare potens est Deus. vnde eum & in parabolam accepit. Fide, ‖ & de futuris, benedixit Isaac, Iacob & Esau. Fide, ‖ Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: ‖ & adorauit fastigium virgæ eius.

Fide, ‖ Ioseph moriens, de profectione filiorum Israël memoratus est: & de ossibus suis mandauit. Fide, ‖ Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eò quòd vidissent elegantẽ infantem, & non timuerunt ‖ regis edictum. Fide, ‖ Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucũditatem, maiores diuitias æstimãs thesauro Aegyptiorum, improperiũ Christi. aspiciebat enim in remunerationem. Fide, reliquit Aegyptum: non veritus animositatem regis. inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide, ‖ celebrauit pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. Fide, ‖ transierunt Mare-rubrum tanquam per aridam terram: quod experti Aegyptij, deuorati sunt. Fide, ‖ muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem. Fide, ‖ Rahab meretrix non perijt cum incredulis: ‖ excipiens exploratores cum pace.

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis: qui per fidem, deuicerũt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, ᵂeffugauerunt' aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti: quibus dignus nõ erat mundus. in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionẽ; Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

ITaque & nos tantam habentes impositam nubem testium: ‖ deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad' propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei. & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ, confusione contẽpta, atq. in dextera sedis Dei ᵂsedet'. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nõdum enim' vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: & obliti estis consolationis, quæ vobis, tanquam filiis loquitur, dicẽs, ‖ Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. ‖ Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autẽ omnem filiũ quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanqua filiis, vobis offert se Deus. quis enim filius, quẽ non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. nũ multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundũ voluntatem suam erudiebant nos: hic autẽ ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mæroris: postea autem fructũ pacatissimum exercitatis per eam, ᵂreddet' iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. ‖ Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum: contemplantes nequis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illã inquinentur multi. Nequis fornicator aut profanus ‖ vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua: scitote enim quoniam & ‖ postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. nõ enim inuênit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam.

‖ Non enim accessistis ad tractabilem montem, & ᵂaccessibilem' ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui ᵂaudierunt', excusauerunt se, ne eis fieret verbum. (Non enim portabant quod dicebatur, ‖ Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur, Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus.) Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorũ millium angelorum frequẽtiam, & ecclesiam primitiuorum, qui cõscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorẽ Iesum, & sanguinis aspersionẽ melius loquentem quã Abel. Videte ne recusetis lõquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis, auertimus. cuius vox mouit terrã tunc:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aggæi 2,7. nunc autem repromittit, dicens, ¶ Adhuc semel: & ego mouebo nō solùm terram, sed & cælum. Quod autem Adhuc semel dicit: declarat mobilium translationē tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo, cū metu & reuerentia. Etenim ¶ Deus noster ignis consumens est.

Deu. 4,24. Rom. 12,10

CAP. XIII.

-5 MS. G. Q. n. Rom. 12,13 1 Petr. 4,9. Gen. 18,3. 19,2. "latuerunt 1 MS. G. Q n.

CHaritas fraternitatis maneat-in vobis'. ¶ Et hospitalitatē nolite obliuisci, ¶ per hanc enim "placuerunt' quidā, angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum, tanquam simul vincti: & laborantium, tanquā & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in "omnibus; & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

Deut. 31,8. Iosue 1,5. Psal. 55,12. 117,6.

Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus. ipse enim dixit: ¶ Non te deserā, neque derelinquam. ita vt confidenter dicamus: ¶ Dñs mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestrorū, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorū intuentes exitū conuersationis, imitamini fidē. Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.

"stabilire MS.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim, gratia "stabiliri' cor, non escis: quæ nō profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatē qui tabernaculo deseruiunt. ¶ Quorū enim animaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificē, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinē populū, extra portā passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. ¶ Nō enim habemus hīc manentē ciuitatem: sed futurā inquirimus.

Leu. 4, 12. 6,30. 16,27 Mich. 2,10

Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semper Deo, id est, fructum labiorū confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostiis promeretur Deus.

Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. ipsi enim pernigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. confidimus enim quia bonam conscientiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autē deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorē magnū ouiū, in sanguine testamenti æterni, Dūm nostrum Iesum Christum: aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen. Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrē nostrū Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia-fratres'. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

-2 MS. G. S.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI.

CAP. I.

IACOBVS Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem.

Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis:

Rom. 5,3. ¶ scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autē opus perfectum habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autē vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus "affluenter', & non improperat: & dabitur ei. Postulet autē in fide, nihil hæsitans. qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur. non ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Dño.

"simpliciter G.S. Mat. 7,7. 21,22. Mar. 11,24. Luc. 11,9. Ioā. 14,13. 16,23.24.

Vir duplex animo, inconstās est in omnibus viis suis. Glorietur aūt frater humilis, in exaltatione sua. diues autē, in humilitate sua, ¶ quoniam sicut flos fœni transibit: exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnū, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescet. ¶ Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Psa. 102,13 Eccl. 14,18 Isa. 40,6. 1 Per. 1,24. Iob. 5,17.

Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Vnusquisq. verò tentatur, à concupiscētia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscētia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortē. Nolite itaq. errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donū perfectū, de sursum est, descēdens à Patre luminū, apud quē nō est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Volūtariè *genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi, ¶ Sit autē omnis homo velox ad audiendū: tardus autem ad loquēdum, & tardus ad irā. Ira enim viri, iustitiā Dei non operatur. Propter quod abiicientes oēm immunditiā & abundātiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitū verbū, quod potest saluare animas vestras. ¶ Estote autē factores verbi, & non auditores tantùm: fallentes vosmetipsos.

*enim MS. B. Gq.

Pro. 17,27. Mat. 7,24. 21. Rom. 2,13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nàtiuitatis suæ in speculo. consideravit enim se, & abiit, & 24
statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit ¶in lege perfectæ' libertatis, & permanserit in ea, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem pu- 26
tat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducẽs cor suum: huius vana est religio. Religio munda & im- 27
maculata apud Deum & Patrem, hæc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

CAP. II.

FRatres mei, ‖nolite in personarũ ac- 1
ceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum 2
annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu,
& intendatis in eũ qui indutus est veste 3
præclara, & dixeritis ei, Tu sede hîc bene; pauperi autem dicatis, Tu sta illic; aut sede sub scabello pedum meorum:
nónne iudicatis apud vosmetipsos, & 4
facti estis iudices cogitationũ iniquarũ?
Audite fratres mei dilectissimi: nonne 5
Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? Vos au- 6
tem exhonorastis pauperem. Nónne diuites per potentiã opprimunt vos: & ipsi trahũt vos ad iudicia? Nonne ipsi blas- 7
phemant bonũ nomen quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis 8
regale secundũ ¶scripturas', Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis:
si autem personas accipitis, peccatum 9
operamini, redarguti à lege quasi transgressores. ‖Quicunq. autẽ totam legem 10
seruauerit, offendat aũt in vno: factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœ- 11
chaberis, dixit &, Non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autẽ: factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic 12
facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi qui non ¶fecit' misericordiam. 13
Superexaltat aũt misericordia iudicium.
Quid proderit fratres mei, si fidem quis 14
dicat se habere: opera autem nõ habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si 15
autem frater aut soror ‖nudi sint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem a- 16
liquis ex vobis, illis; Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori: quid proderit? Sic & fides, si non habeat opera, 17
mortua est in semetipsa. Sed ¶dicit' quis: 18
Tu fidẽ habes, & ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.
Tu credis quoniam vnus est Deus. Be- 19
nefacis: & dæmones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire ô homo inanis, quoniã fides sine operibus ¶otiosa' est? ¶mortua 5 MS. R. G. S.
21 Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, ‖offerẽs Isaac filiũ
22 suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex ope-
23 ribus fides consummata est? Et suppleta est scriptura, dicens, ‖Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & Gen. 15,6. Rom. 4,3. Gal. 3,6.
24 amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantùm?
25 Similiter aũtem & ‖Rahab meretrix, nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via Ios. 2,10. 40,25.
26 eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Heb. 11,32

CAP. III.

1 NOlite ‖plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudi- Mat. 23,8.
2 cium ¶sumitis'. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo nõ offendit: hic perfectus est vir. ¶potest' etiam frenare circunducere totum corpus. ¶Si' autem 3
¶equis frena' in ora mittimus ad consentiendum nobis, ¶etiam' omne corpus illorum circunferimus. ¶Et ecce', naues, 4
cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur: circunferuntur ¶-autẽ' à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicũ quidẽ mẽ- 5
brum est, & magna exaltat. Ecce ¶quantus' ignis quam magnã syluam incendit!
6 Et lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua cõstituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotã natiuitati- nostræ inflam-
7 mata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & cæterorum domantur, & domita sunt à
8 natura humana. linguam autem nullus hominum domare potest, inquietũ malum, plena veneno mortifero. In ipsa
9 benedicimus Deum & Patrem: & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudi-
10 nem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri.
11 Nunquid fons de eodem foramine emanat dul-
12 cem, & amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus vuas facere; aut vitis, ficus? Sic neque ¶salsa', dulcem po-
13 test facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationẽ suam in mansuetudine sapientiæ.
14 Quod si zelum amarum habetis, & contentiones ¶-sint' in cordibus vestris: nolite gloriari &
15 mendaces esse aduersus veritatem. non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica.
16 Vbi enim zelus & contentio: ibi in-
17 constantia, & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, ¶-bonis consentiens', plena misericordia & fructibus bonis,

¶mortua 5 MS. R. G. S.
¶sumemus G.S.
¶potens 1 MS. G.
¶Sicut MS.
¶equorum frenos Q.n.
¶& MS. B. G.S.
¶Ecce & MS. G.
¶tamen MS q.
¶-3 MS. B. G.S.
¶quantulus G.S.
¶falsam 1 MS. G. Q.n.
¶-7 MS. G. S.
¶-4 MS. G. S.

non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitię, in pace seminatur, facientibus pacem.

CAP. IIII.

1 VNde bella & lites in vobis? Nónne hinc? ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris? 2 Concupiscitis: & non habetis. occiditis, & zelatis: & nō potestis adipisci. litigatis & belligeratis: & nō habetis, propter quod non postulatis. 3 Petitis, & non accipitis: eo quòd male petatis: vt in concupiscentiis vestris insumatis. 4 ‖Adulteri*, nescitis quia ‖amicitia huius mundi, inimica est Dei? ‖Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius: inimicus Dei constituitur. 5 ‖An' putatis quia inaniter scriptura ‖dicat: Ad inuidiam' cócupiscit spiritus qui habitat in ‖vobis'? 6 Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit, ‖Deus superbis resistit, ‖humilibus autem dat gratiam. 7 Subditi ergo estote Deo, ‖resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. 8 Appropinquate Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. 9 Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum cōuertatur, & gaudium in mœrorem. 10 ‖Humiliamini in cōspectu Domini: & exaltabit vos. 11 Nolite detrahere alterutrum fratres ~ mei'. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrē suum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex. 12 Vnus est ~ enim' legislator, & iudex qui potest perdere & liberare. ‖Tu 13 autē quis es qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annū, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. 14 Quæ est enim vita vestra? Vapor est*, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur) 15 pro eo vt dicatis: Si Dñs voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud. 16 Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. 17 Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum est illi.

CAP. V.

1 AGite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris quæ aduenient vobis. 2 Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. 3 Aurum & argentum vestrum ærugināuit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & māducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis ~ vobis iram' in nouissimis diebus. 4 Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum, in aures Domini sabbaoth introiuit. 5 Epulati estis super terram: & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. 6 ‖Adduxistis' ~ &' occidistis iustum: ~ &' nō ‖restitit' vobis. 7 Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentū Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneū & serotinū: 8 Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini 9 ‖appropinquabit'. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. 10 Ecce, iudex ante ianuam assistit. Exemplū accipite fratres*laboris & patientiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine 11 Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Dñi vidistis, quoniam misericors 12 Dominus est & miserator. Ante omnia autem fratres mei, ‖nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neq. aliud quodcūque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: vt nō sub iu- 13 dicio decidatis. Tristatur*aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat. 14 Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eū, ‖vn- 15 gentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & si in peccatis sit, re- 16 mittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicē vt saluemini. multum enim valet deprecatio iusti assidua. 17 ‖Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit 18 annos tres & menses sex. Et ‖rursum orauit: & cælum dedit pluuiā, & terra dedit fructum suum. 19 Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & cōuerte- 20 rit quis eum: scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viæ suæ, saluabit animam ‖eius' ~ morte, & ‖operit' multitudinem peccatorum.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAPVT I.

1 PETRVS Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bi- 2 thyniæ, secundum præscientiam Dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis & pax multipli- 3 cetur. ‖Benedictus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui secūdum misericordiā suā magnā regenerauit nos in spē viuam, per resurrectionē Iesu Christi ex 4 mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilē, conseruatam in cælis in vobis, qui 5 in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratā reuelari in tempore no- 6 uissimo. In quo ‖exultabitis', modicum nūc si oportet contristari in variis tentationibus: vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignē probatur)

inueniatur

*enim 1 MS.R.G.

Gen.6,5. 8,21. 1 Ioan.2,15 *& adulteræ 1 MS. R.G. Ioan.15,19 ‖Aut MS. ‖dicat ad inuidiam? Concupiscit Q.n. ‖nobis 1 MS.G:S. 1 Pet.5,5. Prou. 3,34. Eph 4,27. 1 Pet.5,9. 1 Pet.5,6. ~6 MS.G. ~1 MS.G. Rom. 14,4. ~7 MS.G. Q.n. ‖Addixistis 6 MS. G.S. Q.n. ~MS.G. ~MS.G. ‖restitit 7 MS.G.

Mat. 5,34. *autem MS q. Mat.6,13. 3 Reg. 17,1 Luc. 4,25. 3 Reg. 18, 41.45. ‖suam MS Q.n. ‖operiet 3 MS.R.Beda, G.S. 1 Cor.1,3. Ephes.1,3 ‖exultatis 6 MS.G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inueniatur in laudem & gloriam & honorem in ℵ reuelatione' Iesu Christi:
quem cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes - creditis': credentes autem exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum*.
De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntiãs eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in ℵ quem' desiderant angeli prospicere. Propterquod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, ℵ perfectè' sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in ℵ reuelatione' Iesu Christi,
quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:
sed secundũ eum qui vocauit vos, Sanctum, *& ipsi in omni cõuersatione sancti sitis: quoniam scriptum est: ‖ Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si Patrem inuocatis eum ‖ qui sine acceptione personarum iudicat secundum vnuscuiusque opus: in timore, incolatus vestri tempore conuersamini. ‖ Scientes quòd nõ corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: ‖ sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi cõstitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos; qui per ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra, & spes esset in ℵ Deo'. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbũ Dei viui & permanentis in æternum.
‖ quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria eius tanquam flos fœni. exaruit fœnum: & flos eius decidit. Verbum autem Domini manet in æternum. hoc est autem verbum quod euangelizatum est in ℵ vobis'.

CAP. II.

DEponẽtes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones,
sicut modò geniti infantes, ℵ rationabiles', sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem, si - tamen' gustastis quoniam ℵ dulcis' est Dominus. Ad quem accedẽtes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, ℵ domos spirituales' sacerdotiũ sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propterquod continet scriptura, ‖ Ecce pono in Sion lapidem summum angularem electum, pretiosum. & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, ‖ lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scãdali, his qui offendunt verbo, nec credunt in ℵ quo' & positi sunt.
‖ Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. ‖ Qui aliquando non populus: nunc autẽ populus Dei, qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam cõsecuti. ‖ Charissimi - obsecro vos' tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam, ‖ conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. ‖ Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habẽtes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate. ‖ Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. ‖ Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis. ‖ Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè.
Quæ enim est ℵ gloria': si peccantes, & colaphizati sustinetis? Sed si bene facientes *ℵ patienter' sustinetis: hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro ℵ nobis, vobis' relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. ‖ qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. qui cùm malediceretur, nõ maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ℵ se iniustè'. ‖ qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.
Erratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

CAP. III.

SImiliter & ‖ mulieres subditæ sint viris suis: vt & siqui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore

ℵ domos spirituales 3 MS. R. G. Q. n. Isa. 28, 16. Rom. 9, 33.
Ps. 117, 22. Mat. 21, 42 Act. 4, 11. Isa. 8, 14.
ℵ quod 3 MS. B. G. Q. n.
Exo. 19, 6.
Osea 2, 23. Rom. 9, 25.
Rom. 13, 14 Gal. 5, 16. 19.
- 2 MS. G.
Inf. 3, 16.
Rom. 13, 1.
Rom. 12, 10 Eph. 6, 5. Col 3, 22. Tit. 2, 9. 2 Cor. 7, 10
ℵ gratia MS q.
*& 3 MS. B G.S.
ℵ patientes 4 MS. B. G.S.
ℵ vobis, vobis MS. G q.
ℵ nobis, nobis 3 MS. G q.S. Q.n.
Isa. 53, 9. 1 Ioan 3, 5.
ℵ iustè G. Q n.
Isa. 53, 4-5. Eph 5, 25. Col. 3, 18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ᵍsanctam MS.
2 Tim. 2,9.
ʰquod MS q.
Gen. 18,12
1 Cor. 7,3.
ⁱIn fine 4 MS. G. S. Q. n.
Pro. 17,13. 20,22. Mat. 5,39. Rom. 12,17 1 Th. 5,15. Psal. 33,13. Psal. 33,14 36,8. Isa. 1,16.
*autem MS q.
Mat. 5,10.
ᵏvt MS q.
*& fide MS. Q. n. Sup. 2,12. Rom. 5,6. Heb. 9,14. 28.
-5 MS. G.
ˡmortificatus quidem carne, viuificatus 5 MS. G. S.
ᵐspiritibus MS. G. S. Q. n.
Gen. 6,14. Mat. 24,37 Luc. 17,26.
ⁿ nos 3 MS R. G. Pro lectione textus faciunt B. S. & vt videtur, scho iastes Græcus.

ᵃcastam'conuersationẽ vestram. ‖ Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, ᵇqui' est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ propriis viris. ‖ Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius estis filiæ, bene facientes, & non pertimentes vllam perturbationem. ‖ Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes vestræ. ⁱIn fide'autem: omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles:

‖ non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto; sed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. ‖ Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: Coërceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. ‖ Declinet'à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam: Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Vultus autem Domini super facientes mala.

Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? ‖ Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorum ne timueritis, ᵏ& 'non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe*, ‖ sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim vt bene facientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malè facientes.

‖ quia & Christus semel pro peccatis -nostris' mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, ˡmortificatos quidem carne, viuificatos' autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant ᵐspiritu' veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, ‖ quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur arca: in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & ⁿvos' nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cælum, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

CAP. IIII.

1 CHristo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne, desiit à peccatis:
2 vt iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in car-
3 ne viuat temporis. ‖ Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. ᵃin quo' ᵇadmirantur' non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes.
5 qui reddent rationem ei, qui paratus
6 est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum
7 Deum -in'Spiritu. Omnium autem finis ᶜappropinquabit'. Estote itaque pru-
8 dentes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuã in ᵈvobismetipsis' charitatem continuam habentes: quia ‖ charitas operit multitudinem peccato-
9 rum. Hospitales inuicem sine murmu-
10 ratione. ‖ Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrãtes: ‖ sicut boni dispensatores multi-
11 formis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat; tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.
12 Charissimi, nolite ᵉperegrinari'in feruore qui ad tentationem vobis fit, quasi
13 si noui aliquid vobis cõtingat: sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.
14 Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam ᶠquod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus: super vos
15 requiescet'. Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem
16 vt Christianus: non erubescat, glorificet
17 autem Deum in isto nomine. quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum qui non credunt Dei Euan-
18 gelio? ‖ Et si iustus*vix ᵍsaluabitur': impius & peccator vbi parebunt? Itaque
19 & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

CAP. V.

1 SEniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi passionum, -qui' & eius quæ in futuro reue-
2 landa est, gloriæ communicator: pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed vo-
3 luntariè: neque vt dominãtes in cleris,

sed

ᵃ in quibus nunc offenduntur 11 MS.
ᵇperegrinantur 3 MS. G. -1 MS. G. S.
ᶜappropinquauit MS. G. S.
ᵈvosmetipsos 3 MS G. S.
Pro. 10,12. Rom. 12,10 Heb. 13,2 Phil. 2,14. Rom. 12,6 1 Cor. 4,1.
ᵉminini MS. B. S. Q. n.
ᶠgloria Dei Spiritus in vobis requiescit 1 MS. S.
ᵍgloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit 3 MS. G. Q. n.
Pro. 11,31.
*quidem & vix saluabitur 1 MS. G. S.
-MS q. S.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed [a]formæ facti gregi'- ex animo'. Et 4
cùm apparuerit princeps pastorum, per-
cipietis immarcescibilẽ gloriæ coronam.
Similiter adolescentes subditi estote 5
senioribus. ¶ Omnes autem inuicem hu-
militatem insinuate; quia Deus superbis
resistit: humilibus autem dat gratiam.
¶ Humiliamini igitur sub potenti ma- 6
nu Dei, vt vos exalter in tempore visita-
tionis: ¶ omnem solicitudinem vestram 7
proiicientes in eum, quoniam ipsi cura
est de vobis. Sobrij estote & vigilate:
quia aduersarius vester diabolus tan-
quam leo rugiens circuit, quærens quem
deuoret. Cui resistite fortes in fide: scié- 9
tes eandem passionem ei quæ in mun-
do est, vestræ fraternitati fieri. Deus au- 10
tem omnis gratiæ, qui vocauit nos in
æternam suam gloriam in Christo Iesu,
modicum passos ipse perficiet, confir-
mabit, solidabitque. Ipsi gloria, & im- 11
perium in secula seculorum. Amen.
Per Syluanum fidelem fratrem vobis, 12
vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans &
contestans hanc esse veram gratiam Dei,
in qua statis. Salutat vos ecclesia, quæ 13
est in Babylone, [b]coëlecta': & Marcus fi-
lius meus. Salutate inuicem in osculo 14
sancto: Gratia vobis omnibus qui estis
in Christo Iesu. Amen.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI SECVNDA.

CAP. I.

SIMON' Petrus, seruus & Apos- 1
tolus Iesu Christi, iis qui coæqualem
nobiscum sortiti sunt fidem in iusti-
tia Dei nostri, & Saluatoris Iesu Christi.
Gratia vobis & pax adimpleatur in co- 2
gnitione Dei & Christi' Iesu Domini
nostri: quomodo omnia nobis diuinæ 3
virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem,
[a]donata sunt', per cognitionem, eius, qui
vocauit nos propria gloria & virtute,
per [a]quem' maxima & pretiosa nobis 4
promissa donauit: vt per hæc efficiami-
ni diuinæ consortes naturæ, fugiẽtes eius
quæ in mundo est, concupiscentiæ cor-
ruptionem. Vos autem curam omnem 5
subinferentes, ministrate in fide vestra
virtutem, in virtute autem scientiam,
in scientia autem abstinentiam, in ab- 6
stinentia autem patientiam, in patientia
autem pietatem, in pietate autem amo-
rem fraternitatis, in amore autem frater- 7
nitatis charitatem. Hæc enim [a]si vobis- 8
cum adsint', & superent: non vacuos, nec
sine fructu vos constituẽt in Domini no-
stri Iesu Christi cognitione. Cui enim 9
non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu
tentans, obliuionem accipiens purgatio-
nis veterum suorum delictorum. Qua- 10
propter fratres magis satagite vt per bo-
na opera certam vestram vocationem &
electionem faciatis: hæc enim facientes,
11 non peccabitis aliquando. Sic enim
abundãter ministrabitur vobis introitus
in æternum regnũ Domini nostri & sal-
12 uatoris Iesu Christi. Propter quod in-
cipiam vos semper commonere de his:
& quidem scientes & confirmatos vos in
13 præsenti veritate. Iustum autẽ arbitror
quandiu sum in hoc tabernaculo, susci-
14 tare vos in commonitione: certus quòd
velox est depositio tabernaculi mei se-
cundum quod & Dominus noster Iesus
15 Christus ¶ significauit mihi. Dabo au- Ioã. 21, 19.
tem operam & frequẽter habere vos post
obitum meum, vt horum memoriam fa-
16 ciatis. ¶ Non enim [a]indoctas' fabulas se- [a]doctas 3
cuti, notam fecimus vobis Domini no- MS. Q. x.
stri Iesu Christi virtutem & [a]præscien- 1 Cor. 1, 17
tiam': sed speculatores facti illius' ma- 13, 20.
17 gnitudinis. Accipiens enim a Deo pa- [a]præsen-
tre honorem & gloriam, voce delapsa ad tiam 5 MS
eum huiusce modi à magnifica gloria, R. G.
¶ Hic est filius meus dilectus in quo mi- [b]εὐδόκησα.
18 hi complacui, ipsum audite. Et hanc Mat. 17, 5.
vocem nos audiuimus de cælo allatam,
cùm essemus cum ipso in monte sancto.
19 Et habemus firmiorem propheticum
sermonem: cui benefacitis attendentes
quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco,
donec dies elucescat, & lucifer oriatur in
20 cordibus vestris: hoc primum intelli- 2 Ti. 3, 16.
gentes quòd omnis prophetia scripturæ
21 propria interpretatione non fit. Non e-
nim voluntate humana allata est aliquã-
do prophetia: sed Spiritu sancto inspira-
ti, locuti sunt sancti Dei homines.

CAP. II.

1 FVerũt verò & pseudoprophetæ in po-
pulo, sicut & in vobis erunt magistri
meodaces, qui introducent sectas perdi-
tionis, & eum qui emit eos, Dominum
negant: superducentes sibi celerem per-
2 ditionem. Et multi sequentur eorum
luxurias, per quos via veritatis blasphe-
3 mabitur: & in auaritia fictis verbis de
vobis negotiabuntur. quibus iudicium
iam olim non cessat: & perditio eorum
4 non dormitat. ¶ Si enim Deus angelis Iob 4, 18.
peccantibus non pepercit, sed rudentibus Iuda 6.
inferni detractos in tartarũ tradidit cru-
5 ciandos, in iudicium reseruari: Et ori- Gen. 7, 1.
ginali mundo nõ pepercit, sed ¶ octauum
Noë iustitiæ præconem custodiuit, di-
luuium mundo impiorum inducens:
6 ¶ Et ciuitates Sodomorum & Gomor- Gen. 19, 25
rhæorum in cinerem redigens, euersio-
ne damnauit, exemplum eorum qui im-
pie acturi sunt ponens: & iustum Lot
7 oppressum a nefandorum - [a] iniuria ac' - [a] MS.
8 luxuriosa conuersatione eripuit. aspe- R. G.
ctu enim & auditu iustus erat: habitans [a]impudica
apud eos qui de die in diem animam iu- 1 MS. Q. x.
9 stam iniquis operibus cruciabant. No-
uit [a]Dominus' pios de tentatione eripere, [a]Deus
iniquos verò in diem iudicij reseruare MS 9.

crucian-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cruciandos: magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes: ‖ sectas' non metuunt ← introducere' blasphemantes.

Vbi angeli, fortitudine & virtute cùm sint maiores, non portant aduersum se *execrabile iudicium. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem, existimantes diei delicias ℵ, coinquinationis', & maculæ: deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquentes rectam viam errauerunt, ‖ secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit,

correptionem verò habuit suæ vesaniæ. subiugale mutum ← animal' *hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. ‖ Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.

ℵ Superbâ' enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis. ‖ à quo enim quis superatus est: huius & seruus est. ‖ Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.

Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij: ‖ Canis reuersus ad suum vomitum: &, Sus lota in volutabro luti.

CAP. III.

HAnc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem: vt memores sitis eorum quæ prædixi verborum à sanctis prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris. ‖ hoc primùm scientes, quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta propria concupiscentias ambulantes, dicentes. ‖ Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierũt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ.

Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant priùs & terra, de aqua, & per aquã, consistens Dei verbo: per quæ, ille tunc mũdus aqua inundatus perijt. Cæli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diẽ iudicij & perditionis impiorum hominum.

Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominũ sicut millenanni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus ℵ promissionem suam', sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. ‖ Aduenient autem dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluẽtur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia dissoluẽda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus,

expectantes & properantes in aduẽtum diei ℵ Domini', per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? ‖ Nouos verò cælos & nouam terram ℵ secundum' promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace. ‖ & Domini nostri *longanimitatem, salutem arbitremini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorũ perditionem.

Vos igitur fratres, præscientes, custodite, ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis, Amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI PRIMA.

CAPVT I.

QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ: (& vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annũtiamus vobis vitam æternam quæ erat apud patrem, & apparuit nobis:) quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & cùm Filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus vobis vt ← gaudeatis, &' gaudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis, ‖ Quoniam Deus lux est: & tenebræ in eo nõ sunt vllæ. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambula-

mus

:δόξας ← 6 MS. G.

* à Domino 1 MS. R. G.

ℵ coinquinationes 1 MS. G.

Nu. 22, 23. Iuda 11

← 4 MS. B. G.

*in MS. R. B. G.

Iuda 12.

ℵ Superbia o.

Ioan 8, 34. Rom 6, 20. Heb 6, 4. 10, 26. Mat. 12, 45.

Pro. 26, 12.

1 Tim. 4, 1. 2 Tim. 3, 1. Iuda 18.

Exec. 12, 27

ℵ promissa 4 MS. G. ℵ promissi MS q. 1 The 5, 2. Apoc. 3, 3. 16, 15.

ℵ Dei 1 MS G. Apoc. 21, 1. Isa. 65, 17. 66, 22. ℵ & o. Rom 1, 4. * Iesu Christi MS q.

← 3 MS. Aug. 6. 5.

Isa. 1, 22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus sicut & ipse est in luce: societatem habemus ad inuicem, ¶ & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. ¶ Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus: ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emūdet nos omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

CAP. II.

Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mūdi. Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mādata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum', & mandata eius non custodit: mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat verbum eius: verè in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum quod audistis. ¶ Iterum mandatum nouū scribo vobis, quod verum est — &' in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrē suum odit: in tenebris est vsque adhuc. ¶ Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suū: in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli, quoniam remittūtur vobis peccata propter nomen eius. Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignū. Scribo' vobis infantes, quoniam cognouistis patrem. * Scribo vobis iuuenes', quoniam fortes estis, & verbū Dei manet in vobis, & vicistis malignum. Nolite diligere mūdum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit', & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Filioli, nouissima hora est. & sicut audistis, quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt. vnde scimus, quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum: sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniā omne mendacium ex veritate non est. Quis est mēdax, nisi is qui negat quoniam Iesus — non' est Christus? Hic est Antichristus qui negat Patrē & Filium. Omnis qui negat Filium: nec Patrem habet. qui confitetur Filium: & Patrem habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos vnctionem quā accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mēdacium. Et sicut docuit vos: manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiā, ex ipso natus est.

CAP. III.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos: quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hāc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas. ¶ Et scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret: & ¶ peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, nō vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est: sicut & ille iustus est. ¶ Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & nō potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus', non est ex Deo, & qui nō diligit fratrem suum: quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ¶ Vt diligatis' alterutrum. Non sicut ¶ Cain qui ex maligno erat: & occīdit fratrem suū. Et propter quid occīdit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam ¶ translati sumus de morte ad vitā,

-5 MS. Q. n.

Isa. 53,4. 1 Pet. 2,22. Isa. 53,9. Ioan. 8,44. non facit iustitiam R.G.S. Ioā. 13.34. 15,12. diligamus R. Aug. G. Gen. 4,8. Ioan. 5,24 Sup. 2,10. Leu. 19,17. Mat. 5.22.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶quoniam diligimus fratres. Qui nō diligit: manet in morte. ¶omnis qui odit 15
fratrem suum: homicida est. Et scitis
quoniam omnis homicida non habet
vitam æternam in semetipso manētem.
Ioan.15,13 ¶In hoc cognouimus charitatem Dei, 16
quoniam ille animam suam pro nobis
posuit: & nos debemus pro fratribus a-
nimas ponere. ¶Qui habuerit substan- 17
Iac.2,15. 16. tiam * mundi, & viderit fratrem suum
*huius MS q. necesse habere, & clauserit viscera sua ab
eo: quomodo charitas Dei manet in eo?
Filioli mei, non diligamus verbo, ne- 18
que lingua, sed opere & veritate. in hoc 19
cognoscimus quoniam ex veritate su-
mus: & in conspectu eius suadebimus
corda nostra. Quoniam si reprehende- 20
rit nos cor nostrum: maior est Deus cor-
de nostro, & nouit omnia. Charissimi, 21
si cor nostrum non reprehenderit nos:
Marc.7,7. 21,22. fiduciam habemus ad Deum. & quic- 22
Ioan.14,13 quid petierimus, accipiemus ab eo: quo-
15,7. niam mandata eius custodimus, & ea
16,24. quæ sunt placita corā eo, facimus. ¶Et 23
Inf.5,14. hoc est mandatum eius, Vt credamus in
Ioan.6,29. nomine filij eius Iesu Christi: & ¶diliga-
17,3. mus alterutrum, sicut dedit mandatum
Ioan.13,34 nobis. ¶Et qui seruat mandata eius: 24
13,12. in illo manet, & ipse in eo. & in hoc sci-
Ioan.14,23 mus quoniam manet in nobis, de Spiritu
15,10. quem dedit nobis.

CAP. IIII.

CHarissimi, nolite omni spiritui cre- 1
dere, sed probate spiritus si ex Deo
sint: quoniam multi pseudoprophetæ
exierunt in mundum. In hoc cognosci- 2
tur spiritus Dei. omnis spiritus qui con-
fitetur Iesum Christum in carne venisse,
ex Deo est: & omnis spiritus qui ‖soluit 3
‖Q.n. ‖Antichristi G.Q.n. Iesum', ex Deo non est, & hic est ‖Anti-
christus', de quo audistis quoniam ve-
nit, & nunc iam in mundo est. Vos ex 4
*eos 4 MS.G.S. Deo estis filioli, & vicistis ‖eum'. quo-
niam maior est qui in vobis est, quàm
qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideo 5
Ioan. 8,47. 10,27. de mundo loquuntur, & mundus eos au-
dit. Nos ex Deo sumus. ¶Qui nouit 6
Deum: audit nos. qui non est ex Deo:
non audit nos. in hoc cognoscimus spi-
ritum veritatis, & spiritū erroris. Cha- 7
rissimi, diligamus nos inuicē: quia cha-
ritas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex
Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui 8
non diligit, non nouit Deum: quoniam
Ioan. 3,16. Deus charitas est. ¶In hoc apparuit 9
charitas Dei in nobis, quoniam filium
suum vnigenitum misit Deus in mun-
dum, vt viuamus per eum. In hoc est 10
*prior MS q. charitas: nō quasi nos dilexerimus Deū,
sed quoniam ipse *dilexit nos, & misit fi-
lium suum propitiationem pro peccatis
nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit 11
nos: & nos debemus alterutrum diligere.
1 Ioan.v. 2 Tim.6,16 ¶Deum nemo vidit vnquam. Si diliga- 12
mus inuicem: Deus in nobis manet, &
charitas eius in nobis perfecta est. In 13
hoc cognoscimus quoniam in eo manē-
mus, & ipse in nobis: quoniam de Spi- 14
ritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, &
testificamur quoniam Pater misit Filiū
15 ‖suū' Saluatorē mundi. Quisquis cō- ‖1 MS.G.
fessus fuerit quoniā Iesus est filius Dei:
16 Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et
nos cognouimus, & credidimus charitati,
quam habet Deus in nobis. Deus chari-
tas est: & qui manet in charitate, in Deo
17 manet, & Deus in eo. In hoc perfecta
est charitas * nobiscum, vt fiduciam ha- *Dei MS q.
beamus in die iudicij: quia sicut ille est, *eius S.
18 & nos sumus in hoc mundo. Timor nō
est in charitate: sed perfecta charitas, fo-
ras mittit timorem, quoniam timor pœ-
nam habet. qui autem timet: non est per-
19 fectus in charitate. Nos ergo diligamus
Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.
20 Si quis dixerit, quoniam diligo Deum:
& fratrem suum oderit, mendax est. Qui
enim nō diligit fratrem suum quem ‖vi- ‖vidit 4 MS.R.G.
det': Deum quem non ‖videt', quomodo Ioan.13,34
21 potest diligere? Et hoc mandatum ha- 15,12.
bemus ‖à Deo:' vt qui diligit Deum, di- Ephes.5,2.
ligat & fratrem suum. ‖ab eo 5 MS.Aug. G.S.

CAP. V.

1 OMnis qui credit quoniam Iesus est
Christus, ex Deo natus est. Et om-
nis qui diligit eum qui genuit: diligit
2 & eum qui natus est ex eo. In hoc co-
gnoscimus quoniā diligimus natos Dei:
cùm Deum diligamus, & mandata eius
3 faciamus. Hęc est enim charitas Dei, vt
mandata eius custodiamus: ¶& mandata Mat.11,30
4 eius grauia non sunt. Quoniam omne
quod natum est ex Deo, vincit mūdum:
& hæc est victorja quæ vincit mundum:
5 fides nostra. ¶Quis est *qui vincit mū- 1 Cor.15,
dum, nisi qui credit quoniam Iesus est 57.
6 filius Dei? hic est qui venit per aquam *autē MS.
& sanguinem Iesus Christus: non in a- G q.
qua solùm; sed in aqua & sanguine. Et
Spiritus est qui testificatur, quoniam ‖Spiritus
7 ‖Christus' est veritas. Quoniam tres G.S.
sunt qui testimonium dant — in cælo, Pa- — 5 MS. B.
ter, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres S.Q.n.
8 vnum sunt. Et tres sunt qui testimo-
nium dāt' in terra: Spiritus, aqua, & san- — 15 MS.
9 guis. — & hi tres, vnum sunt.' Si testi- R.G.Q.
monium hominum accipimus: testimo-
nium Dei maius est. quoniam hoc est
testimonium Dei quod maius est, quoniā
10 testificatus est de filio suo. Qui credit
in filium Dei, habet testimonium Dei in
se. ¶Qui non credit filio, mendacem facit Ioan.3,36.
eum: quia non credit in testimoniū quod
11 testificatus est Deus de filio suo. Et hoc
est testimonium, quoniam vitam æternā *Dei MS.
dedit nobis Deus. Et hęc vita in filio eius G q.
12 est. Qui habet filium*: habet vitam. ‖scripsi 1
qui non habet filium Dei, vitam non ha- MS.B.G.
13 bet. Hæc ‖scribo' vobis: vt sciatis quo- S.
niam vitā habetis æternam qui creditis ‖Deum
14 in nomine filij Dei. Et hæc est fiducia MS q
quam habemus ad ‖eum'; Quia ¶quod- Sup 3,22

cunque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cunque perierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas ‖postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, ‖petat, & dabitur ei vita, peccanti' non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas, peccatum est: &, est peccatum, *ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius Dei venit: ‖ & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus: & vita æterna. Filioli, custodite vos à simulachris, Amen.

15 16 17 18 19 20 21

EPISTOLA IO-HANNIS APOSTOLI SECVNDA.

1 SEnior, Electæ Dominæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem, 2 propter veritatem quę permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. 3 Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo patre, & à Christo Iesu filio Patris in veritate, & charitate. 4 Gauisus sum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre.

5 Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ‖ vt diligamus alterutrum. 6 Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: 7 quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem: hic est seductor & antichristus. 8 Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. 9 Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi: Deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic & Patrem, & Filium habet. 10 Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec A V E ei dixeritis. 11 Qui enim dicit illi A V E: communicat operibus eius malignis*. 12 Plura habens vobis scribere; nolui per chartam & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. 13 Salutant te filij sororis tuæ electæ.

EPISTOLA IO-HANNIS APOSTOLI TERTIA.

1 SEnior Gaio charissimo, quem ego
2 diligo in veritate: Charissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi, & valere, sicut prosperè agit
3 anima tua. Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.
4 ‖Maiorem horum, non habeo gratiam' quàm vt audiam filios meos
5 in veritate ambulare. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, &
6 hoc in peregrinos testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ: quos ‖benefacies, deducens' dignè
7 Deo. Pro nomine enim eius profecti
8 sunt, nihil accipientes à Gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt
9 cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitâ ecclesiæ: sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non re-
10 cipit nos. propter hoc si venero, commoneam eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos. & quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, &
11 de ecclesia eiicit. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui malè facit, non
12 vidit ‖Deum'. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus: & nosti quoniam testimonium nostrũ ve-
13 rum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scri-
14 bere tibi. Spero autẽ protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutãt te amici. Saluta amicos nominatim.

‖ Maius horum non habeo gaudium R. G. Q. n.

‖ benefaciens, deduces o.

‖ eũ MS q.

IVDAE APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

1 IVdas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: his qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, &
2 vocatis. Misericordia vobis, & pax &
3 charitas adimpleatur. Charissimi, omnem solicitudinẽ faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecãs ‖ supercertari' semel traditæ sanctis fidei. Subintroierũt
4 enim quidã homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudiciũ) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.
5 Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus, populum de terra Aegypti saluans, ‖ secundò eos qui
6 non crediderunt, perdidit: Angelos

‖ supercertare 2 MS. Q. n.

Nu. 14, 37.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis
Gen.19,24. æternis sub caligine reseruauit. ¶ Sicut 7
Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnẽ alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.
Similiter & hi carnem quidẽ maculant, 8
dominationẽ autem spernũt, maiestatem
Zach.3,1. autẽ blasphemant. ¶ Cùm Michaël Ar- 9
changelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit,
ᵑIncrepet te MS.G. ᵑImperet tibi' Dominus. Hi autẽ quæ- 10
cunque quidem ignorant, blasphémant: quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpũtur. Væ illis, ᵑqui'-in' via ¶ Cain ab- 11
ierunt: & ¶ errore Balaam, mercede effusi sunt; & ¶ in contradictione Core perierũt.
Hi sunt in epulis suis, maculæ, conui- 12
uantes sine timore, semetipsos pascentes,
ᵑquia 3 MS.R.G. -5 MS.G. Gen.4,8. Nu.22,23. 24. Nu.16,1. 32,27.3. 2 Pet.2,17. nubes sine aqua quæ à ventis ᵑcircunferuntur', arbores autumnales, infructuosę,
ᵑconferuntur R. Q.n. bis mortuæ, eradicatæ, fluctus fieri ma- 13
ris, despumãtes suas confusiones, sydera errãtia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Prophetauit autẽ 14
Apoc.1,7. de his septimus ab Adam, Enoch, dicẽs, ¶ Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium cõtra omnes, 15
& arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ locuti
ᵑDeum MS q. Ps.16,10. ᵑsuperba 4 MS.R.G. 1 Tim.4,1. 2 Tim.3,1. 2 Pet.3,3. ᵑ in nouissimis temporibus MS. ᵑimpietatum 4 MS. G. ᵑin impietate MS q. ᵑvestræ 8 MS.B. G q. ᵑipsos vos 3 MS. sunt contra ᵑeum' peccatores impij. Hi 16
sunt murmuratores queruloſi, secundum desideria sua ambulantes, ¶ & os eorum loquitur ᵑsuperbiam', mirantes personas quæstus causa. Vos autem charissimi 17
memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam 18
¶ ᵑin nouissimo tempore' venient illusores, secundum desideria sua ambulantes ᵑin impietatibus'. Hi sunt qui segre- 19
gant semetipsos, animales, Spiritum non habentes. Vos autẽ charissimi, superæ- 20
dificantes vosmetipsos sanctissimæ ᵑnostræ' fidei, in Spiritu sancto, orantes,
ᵑvosmetipsos' in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini 21
nostri Iesu Christi in vitam æternam.
Et hos quidem arguite iudicatos: illos 22
verò saluate, de igne rapiẽtes. Aliis au- 23
tem miseremini in timore: odientes & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos con- 24
seruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos -in exultatione' -in aduentu Domini nostri Iesu Christi', soli Deo Saluatori nostro 25
per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum, Amen.

-o. -3 MS. B. G.

APOCALYPSIS IOHANNIS APOSTOLI.

CAP. I.

1 APocalypsis Iesu Christi quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri citò: & significauit, mittens per angelum suum
2 seruo suo Iohanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. Beatus
3 qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. tempus enim propè est. Iohannes septem
4 ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo ¶ qui est, & qui erat, & qui Exo.3,14. venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt,
5 & à Iesu Christo qui est testis fidelis, ¶ primogenitus mortuorum, & princeps 1 Co.15,20. regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos Col.1,18. Heb.9,12.
6 à peccatis nostris ¶ in sanguine suo, & 14. fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in se- 1 Pet.1,20.
7 cula seculorum, Amen. ¶ Ecce venit 1 Ioan.1,7. cum nubibus, & videbit eum omnis Isa.3,13. oculus, & qui eum pupugerunt. Et plan- Mat.24,30. gent se super eum omnes tribus terræ: Iude 14.
8 etiam, Amen. ¶ Ego sum α & ω, prin- Isa.44,6. cipium & finis, dicit Dominus Deus, qui Inf.21,6. est, & qui erat, & qui venturus est, om- 22,13.
9 nipotens. Ego Iohannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei
10 & testimonium Iesu. Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem
11 magnam tanquam tubæ dicentis, Quod vides, scribe in libro: & mitte septem ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.
12 Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus
13 vidi septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum -aureorum' similem filio hominis, vestitum podêre, & præcinctum ad mamillas zo- -1 MS. Pr.G.
14 na aurea. caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix: & oculi eius tanquam flam-
15 ma ignis: & pedes eius similes ᵃaurichalco', sicut in camino ardenti. & vox illius tanquam vox aquarum multarum: ᵃ auricalco libri Pr.G.
16 & habebat in dextera sua stellas septem. & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, sicut sol χαλκολιβάνῳ
17 lucet in virtute sua. Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere: ¶ ego sum pri- Isa.41,4 & 44,6.
18 mus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & in-

ferni.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ferni. Scribe ergo quæ vidisti, & quæ 19
sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sa- 20
cramentum septem stellarum quas vidi-
sti in dextera mea, & septem candelabra
aurea. septem stellæ : angeli sunt septem
ecclesiarum. & candelabra septē: septem
ecclesiæ sunt.

CAP. II.

MS.G. ¶ET' angelo Ephesi ecclesiæ scribe, 1
Hæc dicit qui tenet septē stellas in
dextera sua, qui ambulat in medio se-
ptem candelabrorum aureorum; Scio 2
opera tua & laborem, & patiētiam tuam:
& quia non potes sustinere malos, &
tentasti eos qui se dicunt Apostolos es-
se, & non sunt, & inuenisti eos menda-
ces: & patientiam habes, & sustinuisti 3
propter nomen meum, & non defecisti.
Sed habeo aduersum te ¶pauca', quòd 4
charitatem tuam primam reliquisti.
Memor esto itaque vnde excideris : & 5
age pœnitentiam, & prima opera fac. sin
autem : venio tibi, & mouebo candela-
brum tuum de loco suo, nisi pœniten-
tiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti 6
facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.
Qui habet aurem, audiat quid Spiri- 7
tus dicat ecclesiis, Vincenti dabo edere
de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei
mei. Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scri- 8
be, Hæc dicit primus & nouissimus, qui
fuit mortuus, & ¶viuit', Scio tribulatio- 9
nem tuam & paupertatem tuam, sed di-
ues es : & blasphemaris ab his qui se di-
cunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt
synagoga satanæ. Nihil horum timeas 10
quæ passurus es. Ecce missurus est dia-
bolus aliquos ex vobis in carcerem vt
tentemini : & habebitis tribulationem
diebus decem. Esto fidelis vsque ad mor-
tem : & dabo tibi coronam vitæ. Qui 11
habet aurem, audiat quid Spiritus dicat
ecclesiis, Qui vicerit, non lædetur à mor-
te secunda. Et angelo Pergami ecclesiæ 12
scribe, Hæc dicit qui habet rhomphæam
vtraque parte acutam, Scio vbi habi- 13
tas, vbi sedes est satanæ : & tenes nomen
meum, & non negasti fidem meam. Et in
diebus illis Antipas testis meus fidelis,
qui occisus est apud vos, vbi satanas ha-
bitat. Sed habeo aduersus te pauca: 14
quia habes illic tenentes doctrinam ¶Ba-
laam, qui docebat Balac mittere scanda-
lum, coram filiis Israël, edere, & forni-
cari: ita habes & tu tenentes doctrinam 15
Nicolaitarum. Similiter pœnitentiam 16
age. si quo minus : veniam tibi citò, &
pugnabo cum illis in gladio oris mei.
Qui habet aurem, audiat quid spiritus 17
dicat ecclesiis, Vincenti dabo manna abs-
conditum, & dabo illi calculum candi-
dum : & in calculo, nomen nouum scri-
ptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.
Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, 18
Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos
tanquam flammam ignis, & pedes eius
19 similes aurichalco. Noui opera tua, & ¶1 MS.
fidem, & charitatem ¶tuam', & minis- Pr.G.
terium, & patientiam tuam, & opera tua
20 nouissima plura prioribus. Sed habeo
aduersus te pauca: quia permittis mulie-
rem Iezabel, quæ se dicit propheten, do-
cere & seducere seruos meos, fornicari,
21 & manducare de idolothytis. Et ¶ dedi Iob 24,13.
illi tempus vt pœnitentiam ageret: &
non vult pœnitere à fornicatione sua.
22 Ecce ¶mittam' eam in lectum : & qui ¶ego mitto
mœchantur cum ea, in tribulatione ma- 1 MS.R.
xima erunt, nisi pœnitentiam ab operi- Pr.G.
23 bus suis egerint: & filios eius interfi- ¶in morte
ciam ¶in mortem', & scient omnes ec- 8 MS.G.
clesiæ quia ¶ ego sum scrutans renes & 1 Re.16,7.
corda; & dabo vnicuique vestrum secun- Psal.7,10.
24 dum opera sua. Vobis autem dico*cæ- Ier.11,20.
teris qui Thyatiræ estis, Quicunque non 17,10.
habent doctrinam hanc, qui non cogno- 20,12.
uerunt ¶altitudinem' satanæ, quemadmo- *& MS.
dum dicunt, non mittam super vos aliud G q.
25 pondus: tamen id quod habetis, tenete ¶altitudi-
26 donec veniam. Et qui vicerit & *custo- nes 5 MS.
dierit vsque in finem opera mea: dabo il- G.
27 li potestatem super Gentes, & reget eas *qui 3 MS
in virga ferrea, ¶&' tanquam vas figuli Psal.2,8.
28 confringentur, sicut & ego accepi à pa- ¶1 MS.
tre meo: & dabo illi stellam matutinam. Pr.G.
29 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus
dicat ecclesiis.

CAP. III.

1 ET angelo ecclesiæ Sardis, scribe, Hæc
dicit qui habet septem Spiritus Dei,
& septem stellas, Scio opera tua, quia
nomen habes quòd viuas, & mortuus
2 es. Esto vigilans, & confirma cætera
quæ moritura erant. Non enim ¶inue- ¶inueni 3
nio' opera tua plena coram Deo meo. MS. Pr.G.
3 In mente ergo habe qualiter acceperis
& audieris: & serua, & pœnitentiam
age. Si ergo non vigilaueris, ¶ veniam ad Inf.16,15.
te tanquam fur, & nescies qua hora ve- 1 Thes.5,2
4 niam ad te. Sed habes pauca nomina 2 Pet.3,10.
in Sardis, qui non inquinauerunt vesti-
menta sua : & ambulabunt mecum in
5 albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic
vestietur vestimentis albis, & non dele-
bo nomen eius de libro vitæ, & confi-
tebor nomen eius coram patre meo, &
6 coram angelis eius. Qui habet aurem,
7 audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. Et
angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe,
Hæc dicit Sanctus & Verus, ¶ qui ha- Isa.22,22.
bet clauem Dauid; qui aperit, & ne- Iob 12,14.
mo claudit; claudit, & nemo aperit :
8 Scio opera tua. Ecce dedi coram te o-
stium apertum quod nemo potest clau-
dere : quia modicam habes virtutem,
& seruasti verbum meum, & non nega-
9 sti nomen meum. Ecce dabo de synagóga satanæ, qui dicunt se Iudæos es-
se, & non sunt, sed mentiuntur : Ecce
faciam illos vt veniant, & adorent ante
pedes tuos; & scient quia ego dilexi te,
10 quoniam seruasti verbum patientiæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mea, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciã illum columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomẽ meũ nouũ.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. Et angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit, Amen, testis fidelis & verus, qui est ‖ principium creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neq. frigidus es, neque calidus. vtinam frigidus esses, aut calidus. sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, Quòd dines sum, & locupletatus, & nullius egeo; & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum probatum, vt locuples fias; & vestimẽtis albis induaris, vt nõ appareat cõfusio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos vt videas.

‖ Ego quos amo, arguo & castigo. Aemulare ergo, & pœnitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso. si quis audierit vocem meam, & aperuerit *ianuam, intrabo ad illũ, & cœnabo cũ illo, & ipse mecum.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

CAP. IIII.

POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendã tibi quæ oportet fieri – cito' ‖ post hæc. ‖ Statim' fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidis iaspidis, & sardinæ: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & sup thronos, vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorũ coronæ aureæ. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardẽtes ante thronũ, ‖ qui' sunt septem Spiritus Dei*.

Et in conspectu sedis tanquã mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis antè & retrò. Et animal primũ, simile leoni: & secundum animal, simile vitulo: & tertium animal, habens faciẽ quasi hominis: & quartum animal, simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia, singula eorum, habebãt alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis: & requiẽ non habebãt die ac nocte, dicẽtia, ‖ Sanctus, sanctus, sanctus Dñs Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui vẽtu-

rus est. Et cùm darẽt illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuẽti in secula seculorum: procidebant viginti quatuor seniores ante sedẽtem in throno, & adorabãt viuentem in secula seculorum, & mittebãt coronas suas ante thronum dicentes, Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.

CAP. V.

ET vidi in dextera sedẽtis supra thronum, librum scriptũ intus & foris, signatũ sigillis septem. Et vidi angelum fortẽ, prædicantem voce magna, Quis est dignus aperire librũ, & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq. in cælo neq. in terra, neq. subtus terrã aperire librum, neq. respicere illum. Et ego flebã multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librũ, nec videre eum. Et vnus de senioribus ‖ dixit' mihi, Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librũ, & soluere septem signacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animaliũ, & in medio seniorum, agnum stantem tãquam occisum, habẽtem cornua septẽ & oculos septem: qui sunt septẽ spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, & accepit de dextera sedẽtis in throno librum. Et cùm aperuisset librũ, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorum: & cantabãt canticum nouum, dicentes, Dignus es – Dñe' accipere librũ, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo *in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro ‖ regnum' & sacerdotes, & ‖ regnabimus' super terram. Et vidi, & audiui vocẽ angelorũ multorũ in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorũ ‖ millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutẽ, & ‖ diuinitatem', & sapientiã, & fortitudinẽ, & honorem, & gloriã, & benedictionem. Et omnem creaturã quæ in cælo est, & super terrã, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicẽtes, Sedẽti in throno, & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt – in facies suas': & adorauerunt – viuentem in secula seculorum'.

CAP. VI.

ET vidi quòd aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tãquam vocem tonitrui, Veni, & vide. Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona,

& exiuit

*mihi MS q. Pr.

–7 MS. Pr. R. G.

‖ Post hæc statim MS q.

‖ Et 5 MS. R. G.

*quæ 2 MS. R. G.

Isaiæ 6, 5.

‖ dicit 6 MS. Pr. G.

–3 MS. Pr. G.

‖ reges G.

‖ regnabũt 12 MS. G.

Q. n. Dan. 7, 10.

‖ dixitiu Pr. G.

–Pr. G.

–7 MS. G. verùm ‖. Pr. & Gg. legunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& exiuit vincens vt vinceret. Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni, & vide. 3

Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. 4

Et cùm aperuisset sigillum tertiũ, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat staterã in manu sua. 5

Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animaliũ dicentiũ: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum & oleum ne lxseris. 6

Et cùm aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni, & vide. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eũ, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ. 7 8

Et cùm aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant. & clamabant voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, (sanctus, & verus,) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrũ de iis qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi. 9 10 11

Et vidi, cùm aperuisset sigillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquã saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cælo cecidерunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cùm à vento magno mouetur: & cælum recessit sicut liber involutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderũt se in speluncis & in petris montium. & dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni: quoniã venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? 12 13 14 15 16 17

CAP. VII.

Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ ne flarent super terram, neque super mare, neq. in vllam arborem. Et vidi alterum angelũ ascẽdentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israël. Ex tribu Iudã, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Ben-iamin, duodecim millia signati. 1 2 3 4 5 6 7 8

Post hæc vidi turbã magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super throno, & Agno. 9 10

Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum & quatuor animaliũ: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deũ, dicẽtes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen. 11 12

Et respõdit vnus de senioribus: & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? 13

Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine Agni. ideo sunt ante thronum Dei, & seruiũt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. non esurient neque sitiẽt amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus. quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abstergет Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ. 14 15 16 17 Isa. 49, 10.

CAP. VIII.

Et cùm aperuisset sigillũ septimum, factum est silentiũ in cælo, quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ. Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habẽs thuribulũ aureũ: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorũ omnium super altare aureũ, quod est ante thronũ Dei. 1 2 3

Et ascendit fumus incensorũ de orationibus sanctorũ de manu angeli coram Deo. Et accepit angelus thuribulũ*, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua & voces & fulgura, & terræmotus magnus. Et septẽ angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grãdo & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ cõbusta est, & tertia pars arborũ cõcremata est, & 4 5 6 7

Isa. 25, 8. Iuf. 21, 4.

Aeli 2 MS. G.
Insula R. 8.
Isa 2, 19. Ose 10, 8. Luc. 23, 30. Iuf. 9, 6.
Ne flaret ventus 4 MS. G.
Neque 4 MS. Pr. G.
dicentem MS. R. r. G. χαὶ ἐξ χεινικὸς
-2 MS. G. Q u.
-7 MS. Pr. G.
*aureum MS 9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est, & omne fœnum viride combustũ est.
Et secundus angelus tuba cecinit: & 8
tanquã mons magnus igne ardens, missus
est in mare, & facta est tertia pars maris,
sanguis: & mortua est tertia pars crea- 9
turæ eorũ quę habebant animas in mari,
& tertia pars nauiũ interiit. Et tertius 10
angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo
stella magna, ardens tanquã facula, & ce-
cidit in tertiã partẽ fluminũ, & in fontes
aquarum: & nomen stellæ, dicitur Ab- 11
sinthium. & facta est tertia pars aquarum
in absinthium: & multi hominũ mortui
sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.
Et quartus angelus tuba cecinit: & per- 12
cussa est tertia pars solis, & tertia pars
lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt ob-
scuraretur tertia pars eorum, & diei non
luceret pars tertia, & ‖noctis similiter.
Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ 13
volantis per medium cæli, dicentis voce
magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra:
de cæteris vocibus *trium angelorum qui
erant tuba cantaturi.

‖ nox 3 MS. ‖ noctis 5 MS. Q. n. * tubæ 2 MS. G.

CAP. IX.

ET quintus angelus tuba cecinit, & vi- 1
di stellam de cælo cecidisse in terram,
& data est ei clauis putei abyssi. Et ape- 2
ruit puteũ abyssi: & ascendit fumus pu-
tei, sicut fumus fornacis magnæ: & ob-
scuratus est sol & aër de fumo putei. Et 3
de fumo putei exierunt locustæ in terrã;
& data est illis potestas, sicut habent po-
testatem scorpiones terræ: & pręceptũ 4
est illis ne læderent fœnum terræ, neque
omne viride, neq. omnem arborem: nisi
tantùm homines qui non habent signum
Dei in frontibus suis. & ‖datum est illis 5
ne occiderent eos: sed vt ‖ cruciarentur
mensibus quinque: & cruciatus eorũ, vt
cruciatus scorpij cùm percutit hominem.
Et ‖ in diebus illis quærent homines 6
mortem, & non inuenient eam: & desi-
derabunt mori, & fugiet mors ab eis. ‖ Et 7
similitudines locustarum, similes equis
paratis in prœlium: & super capita earũ
tanquam coronæ, similes auro: & facies
earum tanquam facies hominũ. Et ha- 8
bebant capillos sicut capillos mulierum:
& dentes earum, sicut *leonum erant. & 9
habebant loricas sicut loricas ferreas, &
vox alarum earũ sicut vox curruũ equo-
rum multorum currentium in bellum:
& habebant caudas similes scorpionũ; 10
& aculei erant in caudis earum: & pote-
stas earum nocere hominibus mensibus
quinque. & habebant super se regẽ an- 11
gelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abad-
don, Græcè autem Apollyon: Latinè ha-
bens nomen Exterminans. Væ vnum 12
abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post
hæc. Et sextus angelus tuba cecinit: & 13
audiui vocem vnã ex quatuor cornibus
altaris aurei, quod est ante oculos Dei,
dicentem sexto angelo qui habebat tu- 14
bam, Solue quatuor angelos, qui alligati
15 sunt in flumine magno Euphrate. Et
soluti sunt quatuor angeli, qui parati erãt
in horam, & diem & mensem & annum:
vt occiderent tertiam partem hominum.
16 Et numerus equestris exercitus vicies
millies dena millia. Et audiui numerum
17 eorum. Et ita vidi equos in visione: &
qui sedebant super eos, habebant loricas
igneas, & hyacinthinas, & sulphureas: &
capita equorum erant tanquam capita
leonum: & de ore eorum procedit ignis,
18 & fumus, & sulphur. Et ab his tribus
plagis occisa est tertia pars hominum, de
igne & ex fumo & sulphure, quæ proce-
19 debant de ore ipsorum. Potestas enim
equorum in ore eorũ est, & in caudis eo-
rum. nam caudæ eorum, similes serpen-
tibus, habentes capita: & in his nocent.
20 Et cæteri homines qui non sunt occisi
in his plagis, neq. pœnitentiam egerunt
de operibus manuũ suarum, vt non ado-
rarent dæmonia & simulachra aurea &
argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ
neque videre possunt, neque audire, neq.
21 ambulare, & non egerunt pœnitentiã
ab homicidiis suis, neque à veneficiis
suis, neque à fornicatione sua, neque à
furtis suis.

CAP. X.

1 ET vidi alium angelum fortẽ descen-
dentem de cælo, amictũ nube, & iris
in capite eius, & facies eius erat vt sol, &
pedes eius tanquam ‖ columnæ ignis.
2 & habebat in manu sua libellum aper-
tum: & posuit pedem suum dextrum su-
per mare, sinistrum autem super terram.
3 & clamauit voce magna, quemadmo-
dum cùm leo rugit. Et cùm clamasset,
locuta sunt septem tonitrua voces suas.
4 Et cùm locuta fuissent septẽ tonitrua
voces suas, ego scripturus erã: & audiui
vocem de cælo dicẽtem mihi, Signa quæ
locuta sunt septem tonitrua: & noli ea
5 scribere. ‖ Et angelus quem vidi stantẽ Dan. 12, 7.
super mare, & super terram, leuauit ma-
6 num suam ad cælum. & iurauit per vi-
uentem in secula seculorum, qui creauit
cælum & ea quæ in eo sunt: & terram, &
ea quæ in ea sunt: & mare, & ea quæ in
eo sunt, Quia tempus non erit amplius:
7 sed in diebꝰ vocis septimi angeli, cùm
cœperit tuba canere, cõsummabitur my-
sterium Dei, sicut euãgelizauit per seruos
8 suos Prophetas. Et audiui vocẽ de cælo
iterum loquentem mecum, & dicentem,
Vade, & accipe librum apertum de manu
angeli stãte super mare & super terram.
9 Et abij ad angelum, dicens ei vt daret
mihi librum. Et dixit mihi: ‖ Accipe li- Ezec. 3, 1.
brum, & deuora illum: & faciet amari-
cari ventrẽ tuum, sed in ore tuo erit dul-
10 ce tanquã mel. Et accepi librũ de manu
angeli, & deuoraui illũ: & erat in ore meo
tanquã mel, dulce: & cũ deuorassem eũ,
11 amaricatus est venter meus, & dixit
mihi, Oportet te iterũ ꝓphetare Gẽtibꝰ,
& populis, & linguis, & regibus multis.

‖ dictum o. ‖ cruciarent R. G. Textus conformis est G q. Isa 2, 19. Osee 10, 8. Luc. 23, 30. Sup. 6, 16. Sup. 16, 9.

* dentes MS q.

‖ columnæ 1 MS. R. Pr. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XI.

ET datus est mihi calamus similis virgæ: & dictum est mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. atrium autem quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duob⁹: & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. & siquis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint. Et cùm finierint testimonium suum: bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & AEgyptus, vbi & dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gētibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terram. Et post dies tres & dimidium, spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia: & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli. Væ secundum abiit: & ecce væ tertium veniet citò. Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo dicentes, Factum est regnum huius mundi, Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. ⁻Amen⁹. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorū, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corrumperunt terram. Et apertum est templum Dei in cælo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grādo magna.

CAP. XII.

ET signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in vtero habens ⁻&' ⁿclamabat' parturiens, & cruciatur vt pariat. Et visum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus ⁿeius' diademata septē, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terrā, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cùm peperisset, filium eius deuoraret.

Et peperit filium masculum, qui rectorus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinē vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi ⁿpascant' eā diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prœliū ⁻magnū' in cælo, Michaël & angeli eius prœliabantur cū dracone, & draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt, neq. locus inuentus est eorum amplius in cælo.

Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbem: ⁻&' proiectus est in terrā, & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocem magnam in cælo dicentē, Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbū testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsq. ad mortē. propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicū tempus habet. Et postquā vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locū suū, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.

Et iratus est draco in mulierē: & abiit facere prœlium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

⁻5 MS. R. G. Q. n. ⁿclamat 9 MS. G q. ⁿsuis 2 MS. R.

ⁿpascat o.

⁻5 MS. Pr. G.

⁻2 MS. R. Pr. G.

⁻6 MS. Pr. G.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CAP. XIII.

ET vidi in mari bestiam ascẽdentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemię. Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut *vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem magnã.

Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna' & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant.

Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eã omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem dũxerit, in captiuitatem ‖vadit': ‖qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occîdi. Hic est patientia & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram & habitãtes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciãt imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestię, & vt loquatur imago bestiæ: & ‖faciat' vt quicũque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.

Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterẽ in dextera manu sua, aut in frontibus suis. & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerũ nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

CAP. XIIII.

ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centũ quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorũ citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centũ quadragintaquatuor millia, qui empti sunt dẽ terra. Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnũ quocunq. ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. sine macula enim sunt ‖ante thronum Dei'. Et vidi alterum angelum volantẽ per medium ‖cæli' habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: dicens magna voce, ‖Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum ‖qui fecit cælum & terram, ‖ mare & omnia quæ in eis sunt' & fontes aquarum. Et alius angelus secutus est dicens, ‖Cecidit cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna, Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectũ Agni. & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius.

Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & fidẽ Iesu. Et audiui vocẽ de cælo, dicentẽ mihi, Scribe, Beati mortui qui in Dño moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. opera enim illorũ sequũtur illos. Et vidi, & ecce nubẽ candidã: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentẽ in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

Et alius angelus exiuit de templo, clamãs voce magna ad sedentẽ super nubẽ, ‖Mitte falcẽ tuã, & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubẽ, falcẽ suã in terrã: & demessa est terra. Et alius angelus exiuit de tẽplo quod est in cælo, habẽs & ipse falcẽ acutã. Et alius angelus exiuit de altari qui habebat potestatẽ supra ignẽ: & clamauit voce magna ad eũ qui habebat falcem acutã, dicens, Mitte falcẽ tuã acutã, & vindemia botros vineæ terræ: quoniã maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam

acutam

*pedes MS g.

‖vadet MS. Pr. Gen. 9,6. Mat. 26,52

‖facit MS. G. Q. R.

4 MS. G. Q. R. ‖cælum 1 MS. R.

4 Esdr. 16, 68. Eccl. 12, 13. Psal. 145, 6. Act. 14, 15. ‖& mare MS. R. Pr. G. Isa. 21, 9. Ier. 51, 8. Inf. 18, 2.

Ioel. 3, 13. Mar. 13, 19

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

acutam in terrā, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacū iræ Dei magnum:
& calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. 20

CAP. XV.

ET vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile: angelos septem, habētes plagas septem nouissimas. Quoniam in illis consummata est ira Dei. 1
Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginē eius & numerum nominis eius stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: 2
& cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicētes, Magna & mirabilia sunt opera tua Dñe Deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ *rex ‖seculorum'. ‖ Quis nō timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. 3 4
Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo: 5
& exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti ‖lapide' mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. 6
Et vnum de quatuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. 7
Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum', donec consummarentur septem plagæ septem angelorum. 8

CAP. XVI.

ET audiui vocē magnā de tēplo, dicētem septē angelis: Ite, & effundite septē phialas iræ Dei in terram. 1
Et abiit primus*, & effudit phialā suā in terram, & factū est vulnus sævum & pessimum in homines qui habebant characterē bestiæ: & in eos qui adorauerunt imaginem eius. 2
Et secūdus ‖ angelus' effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuēs, mortua est in mari. 3
Et tertius effudit phialam suā super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. 4
Et audiui angelum ‖aquarū' dicētem, Iustus es Dñe, qui es, & qui eras, sanctus, ‖quia' hæc iudicasti: 5
quia sanguinē sanctorum & Prophetarū effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt. 6
Et audiui alterum dicētem, Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. 7
Et quartus ‖ angelus' effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines & igni: 8
& æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiā vt darent illi gloriam. 9
Et quintus ‖ angelus' effudit phialā suā super sedem bestiæ: & factum est regnū eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore: 10
& blasphemauerūt Deū cæli præ doloribus & vulneribus suis, & nō egerunt pœnitentiā ex operibus suis. 11
Et sextus ‖ angelus' effudit phialā suam in flumen illud magnum Euphráten: & siccauit aquā ei⁹, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. 12
Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ *spiritus tres immūdos in modum ranarum. 13
Sunt enim spiritus dæmoniorū facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ cōgregare illos in prœlium ad diē magnum omnipotentis Dei. 14
‖ Ecce venio sicut fur. ‖ Beatus qui vigilat, & custodit vestimēta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. 15
Et congregabit illos in locū qui vocatur Hebraicè Armagedon. 16
Et septimus ‖ angelus' effudit phialam suā in aërem: & exiuit vox magna de templo à throno, dicens, Factum est. 17
Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquā fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus, sic magnus. 18
Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentiū ceciderūt. Et Babylon magna venit in memoriā ante Deum, dare illi calicē vini indignationis iræ eius. 19
Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. 20
Et grando magna sicut talentum descēdit de cælo in homines: & blasphemauerūt Deū homines ꝓpter plagā grādinis: quoniā magna facta est vehemēter. 21

CAP. XVII.

ET venit vnus de septem angelis qui habebant septē phialas, & locutus est mecum, dicēs, Veni, ostendā tibi damnationē meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, 1
cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. 2
Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentē super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. 3
Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum ‖abominatione' & immunditia fornicationis ‖eius'. 4 5
Et in fronte eius nomē scriptū, Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. 5
Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrū Iesu. Et miratus sum cùm vidissem illam, admiratione magna. 6 7
Et dixit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. 8
Bestia quā vidisti, fuit, & nō est, & ascensura est de abyssō, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitātes terram (quorum non sunt scripta nomina

‖abominationum 11 MS. Pr.G. ‖Pr. *legit* plenū abominationū & immunditiæ fornicationis totius terræ. *Cui consentit Aretha Græcus.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat, & non est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. 9
Septem capita: septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.
►7 MS.G. Quinque ceciderunt, vnus est, ►&' alius nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia quæ erat & nō est; & ipsa octaua est: & de septem est, & in interitum vadit. 10 11
Et decem cornua quæ vidisti: decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora ℵaccipient' ℵpost bestiam'. Hi vnum consilium habent & virtutem: & potestatem suam bestię tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, ‖quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt: vocati, & electi, & fideles. Et dixit mihi, 12 13 14 15
Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt, & Gentes, & linguæ. Et 16
decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni conremabunt.
Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. Et mulier quam vidisti: 17 18
est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

ℵaccipiunt 5 MS.Pr. G.
ℵcum bestia Pr.
quomodo G. rectissimè versum est.
1 Tim. 6, 15
Inf. 19, 16.

CAP. XVIII.

ET post hæc vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in ℵfortitudine' dicens, Cécidit cécidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de cælo, dicentem, Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est ℵDeus' iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo quo miscuit, miscete illi duplum.
Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, ‖ Sedeo regina; & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est *Deus qui ℵiudicabit' illam. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, 1 2 3 4 5 6 7 8 9

ℵforti voce 18 MS.G. Q.n.
Isa. 21, 19.
Ier. 51, 8.
Sap. 14, 8.
ℵDominus MS q.
Isa. 47, 8.
*Dominus R.G.
ℵindicauit 4 MS R.G.

cùm viderint fumum incēdij eius, longè stantes propter timorem tormētorum eius, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna 10
hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet 11
amplius, merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & ℵmargaritæ', & byssi, & purpuræ, & serici, & ℵcocci', & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore, & ℵcinnamomum', *& odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et poma 12 13 14
desiderij animæ tuæ discesserunt à te; & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient.
Mercatores ℵhorum' qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssō, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam vna 15 16 17
hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnis qui in lacum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicētes, Quæ 18
similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretiis eius: quoniam *vna hora 19
desolata est. ℵExulta super eam cælum' & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. 20
Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltrà iam 21
non inuenietur. Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium & tubà, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te 22
amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis 23
tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est; & omnium qui interfecti sunt in terra. 24

ℵmargaritā MS.G.
ℵ coccini 5 MS.R.G.
ℵ cinnamomi Pr. Q.n.
*& amomum o.
ℵhominū o.
ℵExultate super eam cæli 7 MS. Pr.

CAP. XIX.

POST hæc audiui quasi vocem ℵturbarum' multarum in cælo dicentium, Allelu-Ia. ℵLaus, & gloria, & virtus Deo 1
nostro est': quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione 2

ℵ turbarū o.
ℵSalus & virtus, & gloria Dei nostri R. G. Q.n.

sua,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sua, & vindicauit sanguinem seruorum
suorum de manibus eius. Et iterum 3
¶dixerunt', Allelu-Ia. Et fumus eius a-
scendit in secula seculorum. Et cecide- 4
runt seniores viginti quatuor, & quatuor
animalia, & adorauérunt Deum sedē-
tem superthronum, dicentes, Amen, Al-
lelu-Ia. Et vox de throno exiuit, dicēs, 5
Laudem dicite Deo nostro omnes serui
eius: & qui timetis eum pusilli & magni.
Et audiui quasi vocem ¶turbæ' magnæ, 6
& sicut vocem aquarum multarum, &
sicut vocem tonitruorum magnorum,
dicentium, Allelu-Ia: quoniam regnauit
Dominus Deus noster omnipotens.
Gaudeamus, & exultemus, & demus 7
gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni,
& vxor eius præparauit se. Et datum est 8
illi vt cooperiat se byssino splendenti &
candido. Byssinum enim: iustificationes
sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scribe: 9
¶Beati qui ad cœnam nuptiarum agni
vocati sunt. & dicit mihi: Hæc verba Dei,
vera sunt. ¶Et cecidi ante pedes eius, vt 10
adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne
feceris: conseruus tuus sum, & fratrum
tuorum habentium testimonium Iesu.
Deum adora. Testimonium enim Iesu,
est spiritus prophetiæ. Et vidi cælum 11
apertum, & ecce equus albus: & qui se-
debat super eum, vocabatur Fidelis &
Verax, & ¶cum' iustitia iudicat & pugnat.
Oculi autem eius sicut flamma ignis, 12
& in capite eius diademata multa. habēs
nomen scriptum, quod nemo nouit nisi
ipse. ¶Et vestitus erat veste aspersa 13
sanguine: & ¶vocatur' nomen eius, Ver-
bum Dei. Et exercitus qui sunt in cæ- 14
lo, sequebantur eum in equis albis, ve-
stiti byssino albo & mundo. Et de ore 15
eius procedit gladius *acutus: vt in ipso
percutiat Gentes. ¶Et ipse reget eas in
virga ferrea: & ipse calcat torcular vini
furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet 16
in vestimēto & in femore suo scriptum,
¶Rex Regū, & Dominus dominantium.
Et vidi vnum Angelum stantem in so- 17
le, & clamauit voce magna, dicens om-
nibus auibus quæ volabant per medium
cæli, Venite, & congregamini ad cœnam
magnam Dei: vt manducetis carnes 18
regum, & carnes tribunorum, & carnes
fortium, & carnes equorum, & sedēntium
in ipsis, & carnes omnium liberorum &
seruorum, & pusillorum & magnorum.
Et vidi bestiam & reges terræ, & exer- 19
citus eorum congregatos ad faciendum
prœlium cum illo qui sedebat in equo &
cum exercitu eius. Et apprehensa est 20
bestia, & cum ea Pseudopropheta: qui
fecit signa coram ipso, quibus seduxit
eos qui acceperunt characterem bestiæ,
& qui adorauerunt imaginem eius. Vi-
ui missi sunt hi duo in stagnum ignis
¶ardentis &' sulphure: Et cæteri occisi 21
sunt in gladio sedentis super equum, qui
procedit de ore ipsius: & omnes aues sa-
turatæ sunt carnibus eorum.

CAP. XX.

1 ET vidi angelum descendentem de
cælo, habentem clauem abyssi, &
2 catenam magnam in manu sua. Et ap-
prehendit draconem serpentē antiquum,
qui est diabolus & satanas, & ligauit eum
3 per annos mille: & misit eum in abys-
sum, & clausit, & signauit super illum,
vt non seducat amplius gentes, donec
consummentur mille anni. & post hæc
oportet illum solui modico tempore.
4 Et vidi sedes: & sederunt super eas, &
iudicium datum est illis: & animas de-
collatorum propter testimonium Iesu, &
propter verbum Dei, & qui non adora-
uerunt bestiam, neque imaginem eius,
nec acceperunt characterem ¶eius' in ¶5 MS.
frontibus aut in manibus suis, & vixe- Pr.G.
runt, & regnauerunt cum Christo mille
5 annis. Cæteri mortuorum non vixe-
runt, donec consummentur mille anni.
6 Hæc est resurrectio prima. Beatus &
sanctus qui habet partem in resurrectio-
ne prima. in his secunda mors non ha-
bet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei
& Christi: & regnabunt cum illo mille
7 annis. ¶Et cùm consummati fuerint *Exec.39,2.*
mille anni, soluetur Satanas de carcere 39.
suo, & exibit, & seducet Gentes que sunt
super quatuor angulos terræ, Gog, & Ma-
gog; & congregabit eos in prœlium, quo-
rum numerus est sicut arena maris.
8 Et ascenderunt super latitudinem ter-
ræ, & circuierunt castra sanctorum, &
9 ciuitatem dilectam. Et descendit ignis
10 à Deo de cælo, & deuorauit eos: &
Diabolus qui seducebat eos, missus est
in stagnum ignis & sulphuris, vbi & be-
stia & pseudopropheta cruciabuntur die
11 ac nocte in secula seculorum. Et vidi
thronum magnum candidum, & sedēn-
tem super eum, à cuius conspectu fugit
terra & cælum, & locus non est inuen-
12 tus ¶eis'. Et vidi mortuos magnos, & ¶eorū Pr.
pusillos stantes in conspectu throni, & Rab eis o.
libri aperti sunt: & alius liber apertus est,
qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex
his quæ scripta erant in libris secundum
13 opera ipsorum. & dedit mare mortuos
qui in eo erant, & mors & infernus de-
derunt mortuos suos qui in ipsis erant,
& iudicatum est de singulis secundùm
14 opera ipsorum. Et infernus & mors
missi sunt in stagnum ignis. Hæc est
15 mors secunda. Et qui non inuentus est
in libro vitæ scriptus, missus est in stag-
num ignis.

CAP. XXI.

1 ET vidi cælum nouum, & terram no-
uam. ¶Primum enim cælum, & pri- *Isa.65,17.*
ma terra abiit, & mare iam non est. *& 66, 21.*
2 Et ego Iohannes vidi sanctam ciuita- *2 Pet.3,13.*
tem Ierusalem nouam, descendentem de
cælo, à Deo, paratā, sicut sponsam ornatā

viro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicẽtem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. ¶ & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, ªquæ' prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno, ¶ Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt & vera. Et dixit mihi, Factum est. ego sum α & ω: initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis.

Qui vicerit, possidebit hæc. & ero illi Deus: & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et venit vnus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni.

Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi ªiaspidis, sicut crystallum'. Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis ªangelos' duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël. Ab oriente, portæ tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab occasu, portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina, duodecim Apostolorum Agni.

Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram ªarundineam' auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murum. & ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine *per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphirus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ: duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mũdum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus. ¶ Et ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei ªilluminauit' eam, & lucerna eius est Agnus. Et ambulabunt Gẽtes in lumine eius: & regés terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. ¶ Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium; nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

Et ostendit mihi fluuium aquæ ªvitæ', splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gẽtium. Et omne maledictum non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum. ¶ Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neq. lumine solis, quoniam Dominus Deus ªilluminabit' illos, & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis quę oportet fieri citò. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Iohannes qui audiui, & vidi hæc. ¶ Et postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. & dixit mihi, Vide ne feceris; conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba *libri huius. Deum adora. Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetię libri huius: tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, ªiustificetur' adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio citò: & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. ¶ Ego sum α & ω, primus & nouissimus, principium & finis. ªBeati qui lauant stolas suas'*: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idólis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit,

Isa. 25,8. Sup. 7,17.

ªquia 1 MS. R. Pr. G.

Isa 43,19. 2 Cor. 5,17 Sup. 1,8. Inf. 22,12.

ªiaspidi crystallizanti G. Q n.

ªangulos o.

ªarũdinem 6 MS. Pr. G. Q. n.

*aurea MS q.

Isa. 60,19. ªilluminabit MS q.

Isa. 60,11.

ªvitæ MS. R. Pr. G.

Isa. 60,20.

ªilluminabit MS. R. Pr. G. Textus communis formę est G q.

Sup. 10,10.

*prophetię MS q. Pr.

ªiustificet MS. G. Q. n.

Isa 40,4. 42,6. Sup. 1,5. 21,6.

ªQ. n. *in singulis angulo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sitit, veniat: ¶ & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius, Si quis apposuerit ad hæc: apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri propheticæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Iesu. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. AMEN.

APPROBATIO.

Has Bibliorum varias lectiones, ex diuersis vulgatæ editionis manuscriptis exemplaribus, olim quidem ex mandato facultatis nostræ Theologicæ magna ex parte collectas; nunc verò ex eiusdem facultatis commissione auctas & fideliter examinatas, nos infrascripti Theologi vidimus & probauimus, Anni 1573. mense Maio.

Iohannes Molanus, Louanij in facultate Theologica librorum Pontificius & Regius Censor, atque pro tempore eiusdem facultatis Decanus.

Augustinus Hunnæus Regius & ordinarius S. Theologiæ Professor.

Cornelius Reyneri Goudanus S. Theologiæ Professor ordinarius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORVM ex veteri, quæ huc in id congesta sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita, assequantur, perspiciantque in quem vsum ea Apostoli & Euangelistæ adduxerint.

GENESIS.

1 d Masculũ & fœminã fecit eos. Mat.19.a.Mar.10,a
2 a requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis Heb.4,b
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuentem 1 Cor.15,f
2 d Dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori. Mat.19,a.Mar.10,a. Eph.5,g. 1 Co.6,d
2 d Erunt duo in carne vna Mat.19,a. Mar.10,a 1 Cor.6,d. Eph. 5,g
12 a Exi de terra tua & de cognatione tua Act.7,a
12 a Et in semine tuo benedicentur omnes gentes Act.3,d. Gal.3.b.
15 b Sic erit semen tuum Rom.4,c
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam Rom.4,a. Iac 2,d. Gal.3.a
15 c Erit semen tuũ peregrinũ in terra non sua Act.7,a
17 a Quia patrẽ multarũ gentiũ constitui te Rom.4,c
18 b Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius Rom.9,b
21 b Eiice ancillam & filium eius Gal.4,d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen Rom.9,b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & mul. Heb.6,c.
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes Gal. 3,b Act. 3,d
25 c Quia maior seruiet minori Rom.9,c

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abraham, &c. Mat.22,c. Mar.12.c Luc. 20,f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam Rom.9,d
12 g Os non comminuetis ex eo Ioan.19,f
13 a Omne masculinum adaperiens vuluam Luc.2,d
16 d Qui multum, non abundauit, &c. 2 Cor.8,c
20 c Non mœchaberis Matth.5,d
20 c Non adulterabis, Non occides, Nõ furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces Rom.13,c
20 c Non concupisces Rom.7,b
20 c Non occides. Mat.5.c. Luc.18,d
20 c Honora patrem tuum & matrem tuam Mat.15,a Mar.7,b. Eph.6,a
21 c Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur Mat.15,a. Mar.7,b
21 c Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5,f
22 d Principi populi tui non maledices Act.23,a
24 e Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus Heb.9,e
25 g Vide, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum, est, &c. Heb.8,b. Act.7,f
32 a Fac nobis deos qui præcedant nos Act.7,c
33 d Miserebor cui voluero, &c. Rom.9,c.
34 d Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem 2 Cor.2,c

LEVIT.

11 g Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum 1 Pet.1,c
18 a Qui fecerit homo, viuet in ea Rom.10,b. Gal.3.b
19 c Non periurabis Matth.5,e
19 d Diliges proximum tuum sicut teipsum Rom.13,d Gal.5,c. Iac,2,b. Mat. 22,d. Mar.12,c
19 d Diliges proximum tuum Mat.5,g
20 b Qui maledixerit patri, &c. Mat.15,a
24 d Oculum pro oculo Mat.5,f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c. 2 Cor.6,d.

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Ioan.19,f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis cõsumẽs est Heb.12,g
5 b Non concupisces Rom.7,c. 13,c
5 b Non occides Mat.5,c. Luc.18,d
5 b Non mœchaberis Mat.5,d.Luc.18,d
5 b Non furtum facies Luc.18,d. Rom.13,c
5 b Non loquẽris contra proximum tuum falsum testimonium Luc.18,d. Rom.13,c
5 b Honora patrem & matrem Mat.15,a. Mar.7,b Ephes. 6, a.
6 a Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus vnus est Mat. 12,c
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Matth.22,d. Mar.12,c. Luc.10,c
6 c 10 d Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies Matt.4,b. Luc.4,b
6 c Non tentabis Dominum Deum tuum Matt.4,b Luc.4,b
8 a Non in solo pane viuit homo. Mat.4,a. Luc.4,a
10 d Deus personam hominis non accipit Gal.2,b
18 c Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus Act 3, d. 7,c.
19 d In ore duorum vel trium testiũ stabit omne verbum 2 Cor.13,a. Mat.18,b. Ioan.8,c
19 d Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat.5,f
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno Gal.3,b
25 b Non alligabis os boui trituranti 1 Corinth. 9,a 1 Timoth. 5,c
25 b Si quis mortuus fuerit nõ habens filium Mat.22,c Mar. 12,b. Luc.20,c
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ, &c. Gal. 3,b
30 c Quis ascendet in cælum? Rom.10,b
30 c Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo Rom. 10,b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. Rom.10,b
32 c Mihi vindictam, ego retribuam Rom.12,a

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derelinquam Heb.13,b

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium Hebr. 1,b.

REG. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Rom.11,a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum Rom.11,a

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum 1 Cor. 3,d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a Quare fremuerunt gentes Act.4,c
b Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act.13,c Heb 1,b. 5,b
c Reges eos in virga ferrea Apoc.2,g.19,c
c Irascimini, & nolite peccare Eph.4,f
c Sepulchrum patens est guttur eorum Rom.3,b
c Discedite à me, omnes qui operamini iniquitatē Mat.7,d. 25,d. Luc.13,f
b Ex ore infantium & lactentium, &c. Mat.21,b
c Quid est homo quòd memor es eius? Heb. 2,a
c Omnia subiecit sub pedibus eius 1 Cor. 15,d
c Quorum os maledictione & amaritudine plenum est Rom.3,c
a Non est iustus quisquam, non est intelligens Rom.3,b
b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Rom.3,c
c Prouidebam Dominū in conspectu, &c. Act.2,d
d Non dabis sanctum tuum videre corruptionem Act.2,e. 13,e.
a Ego ero fidens in eum Heb.2,c
g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine Rom.15,b
a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorū Rom. 10,d
a Eli, eli, lamma sabacthani Mat.27,e. Mar.15,c
c Diuiserunt sibi vestimenta mea, Mat.27,d Ioan.19,e
c Nuntiabo nomen tuum fratribus meis Heb.2,c
a Domini est terra & plenitudo eius 1 Cor.10,f
c Odio habuerunt me gratis Ioan. 15,d
a In manus tuas cōmendo spiritū meū Luc.23,f
a Beati quorū remissæ sunt iniquitates Rom.4,a
g Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1 Pet.3,b.
d Hostiam & oblationem noluisti Hebr. 10,b
c Qui manducat mecum panem Ioan.13,b
d Propter te mortificamur tota die Rom.8,g
b Thronus tuus Deus in seculum seculi Heb.1,c
a Vt iustificeris in sermonibus tuis Rom.3,a
d Iacta super Dominum curam tuam 1 Pet.5,b
d Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet 1 Cor.3,b
d Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē Ephes.4,b.
b Zelus domus tuæ comedit me Ioan.2,d
b Improperia improperantium tibi ceciderunt super me Rom.15,a
c Fiat mensa eorū coram ipsis in laqueū Rom. 11,b
c Fiat commoratio eorum deserta Act.1,d
e In siti mea potauerunt me aceto Ioan.19,f
a Aperiam in parabolis os meum Matth. 13,e
c Panem cæli dedit eis Ioan.6,d
b Ego dixi dij estis Ioan. 10,g
d Inueni Dauid seruum meum Act. 13,d
c Angelis suis mandauit de te Mat.4,a. Luc.4,b
b Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt 1 Cor.3,d
c Hodie si vocem eius audieritis Heb.3,b
d Sicut iurauī in ira mea Heb. 4,a
b Et adorent eum omnes angeli eius Heb.1,c
d Tu in principio Domini terrā fundasti Heb.1,c
a Qui facit angelos suos spiritus Heb.1,c
b Et episcopatum eius accipiat alter Act.1,d
a Dixit Dominus Domino meo Mat.22,d Luc.20,g. Act.2,f
a Sede à dextris meis Heb.1,d
a Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Heb.1,d. 1 Cor.15,d
b Tu es sacerdos in æternum Heb.5,b. 7,c
b Iurauit Dominus & non pœnitebit eum Heb.7,c
b Dispersit, dedit pauperibus 2 Cor.9,c
a Credidi, propter quod locutus sum 2 Cor.4,c
a Omnis homo mendax Rom.3,a
a Laudate Dominum omnes gentes Rom.15,c
a Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo Heb.13,b
d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, Mat.21,d. Mar.12,a. Act.4,b. 1 Pet.2,b
d Hosanna filio Dauid Mat.21,b
c De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, Act.2,c
a Venenum aspidum sub labiis eorum Rom. 3,b

PROVERB.

a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos Ro.12,d
b Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, &c. Heb.12, b
b Quem diligit Dominus corripit, &c. Heb.12,b Apoc.3,d
b Charitas operit multitudinem pec. 1 Pet.4,b
c Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat 1 Thess.5,d. 1 Pet.3,b
c Qui maledixerit patri vel matri Mat. 15,a Marc.7.b
c Si esurierit inimicus tuus, ciba illum Rom.12,d
b Canis reuersus ad vomitum 2 Pet.2,d

ISAIAS

c Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen Rom.9,f
d Homo plantauit vineam Mat.21,b. Luc.20,b Marc.12,a
a Sanctus, sanctus, sanctus Dominꝰ Deus Apo.4,c
c Auditu audietis, & non intelligetis Mat.13,b Mar.4,b. Luc.8,b. Act.28,f. Ioan.12,f. Ro.11,b
c Ecce virgo in vtero habebit Mat.1,d
d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2,d
a Terra Zabulon & Terra Nephthali Mat.4,c
c Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris Rom.9,f
a Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet spiritu oris sui 2 Thess.2,c
c Erit radix Iesse Rom.15,c. Act.13,d
c Cecidit cecidit Babylon illa magna Apoc. 14,b
d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur 1 Cor.15,e
f Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid Apoc.3,b
c Absterget Dominus omnem lachrymam ab oculis, &c. Apoc.7,d. 21.b
c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1 Cor. 14,d
d Ecce pono in Sion lapidē offensionis Rom. 9,g 1 Pet.2,b. Act.4,b
d Populꝰ hic labiis me honorat Mat.15,a. Mar.7,b
e Perdam sapientiam sapientū, & prudentiā, &c. 1 Cor.1,c
c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? 1 Cor. 1,c
a Vox clamantis in deserto Matt.3,a. Marc.1,a Luc.3,a. Ioan.1,c.
b Omnis caro fœnum 1 Pet.1,d. Iac.1,d
d Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? 1 Cor.2,d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

40 d Quis enim cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? Rom. 11,d
41 b 44 a Ego sum prim⁹ & nouiss. Ap. 1,d. & 22,c.
42 a Ecce puer meus quem elegi. Mat. 12,b
43 d Ecce noua facio omnia Apoc. 21, b. 2 Cor. 5.d
45 b Nunquid dicit figmentū ei qui se, &c. Ro. 9,d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Rom. 14,b.
49 b Posui te in lucem Gentium Acto. 13,g
49 c Tempore accepto exaudiui te, & in 2 Cor. 6,a
49 e Non esurient neque sitient amplius Apo. 7,d
50 b Tunc expuerunt in faciem eius Mat. 26,g
52 b Quàm speciosi pedes euang. pacē Rom. 10,c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c 2 Cor. 6,d
52 b Nomen Dei per vos blasphematur Rom. 2,d
52 d Quibus nō est annuntiatum de eo, videbunt. Rom. 15,e
53 a Domine, quis credidit auditui nostro? Rom. 10,c Ioan. 12,f
53 b Ipse infirmitates nostras accepit Matt. 8,c
53 c Tanquam ouis ad occisionem Act. 8,f
53 d Et cū iniquis reputatus est Mar. 15,c. Luc. 22,d
53 e Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus 1 Pet. 2,d. 1 Ioan. 3,a
53 e Qui peccata nostra pertulit in corpore 1 Pet. 2,d
54 a Lætare sterilis quæ non paris Gal. 4,d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Ioan. 6,e
55 a Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis Apoc. 22.d
55 b Dabo vobis sancta Dauid fidelia Act. 13,e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Mat. 21,b. Marc. 11,c. Luc. 19,g
59 b Contritio & infelicitas in viis eorum Rom. 3,c
59 c Galeam salutis assumite Ephes. 6,c. 1 The. 5,b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob Rom. 11,d
60 c Et portæ eius non claudentur per diē Ap. 21,g
60 d Et ciuitas non eget sole neque lu. Apoc. 21,g
60 d Nox vltra non erit Apoc. 22,a
61 a Spiritus Domini super me Luc. 4,c
62 d Dicite filiæ Siō, Ecce Rex tuus venit Mat. 21,a
64 b Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, &c. 1 Cor. 2,b.
65 a Inuentus sum à non quærētibus me. Ro. 10,d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Rom. 10,d.
65 c Nouos verò cælos & no. ter. 2 Pet. 3,c. Ap. 21,a
66 a Cælum mihi sedes est Act. 7,f
66 g Vbi vermis eorum non moritur. Mar. 9,g

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam speluncam latronum Mat. 21,b. Marc. 1,11,c. Luc. 19,g
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur 1 Cor. 1,d 2 Cor. 10,d
10 a Quis non timebit te Domine? Apoc. 15, b
17 d Ego sum scrutans renes & corda Apoc. 2,f
31 c Vox in Rama audita est Matth. 2,d
31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios 2 Cor. 6,d
31 c Ecce dies venient, dicit Dñs, & consummabo super domum Israël & super domum Iuda testamentum nouum Heb. 8,c
31 f Hoc autē testamentū quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorū Heb. 10,c
52 a Cecidit, cecidit Babylon magna. Apoc. 18,a

EZECH.

3 a Accipe librum, & deuora illum Apoc. 10,
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea Rom. 10,
32 b Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen su Matth. 24,c
36 c Nomen Dei per vos blasphematur inter Gent Rom. 2,d

DANIEL.

9 g Cùm videritis abominationē desolationis quæ dicta est à Daniele propheta Mat. 24,b Mar. 13,b. Luc. 21,d

OSEE.

1 d Et erit, in loco vbi dictū est eis, Non plebs mea vos, &c. Rom. 9,e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam Rom. 9,e. 1 Pet. 2,b
6 c Misericordiā volo, & non sacrific. Matt. 9,b,12,a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos Luc. 23,d
11 a Ex AEgypto vocaui filium meum Matth. 2,d
13 d Absorpta est mors in victoria 1 Cor. 15,g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act. 2,d
2 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit Rom. 10,e

AMOS.

5 g Nūquid victimas & hostias obtul. mihi Act. 7,e
6 a Væ vobis diuitibus Luc. 6,d
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid. Act. 15,e

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus Matt. 12,c. Luc. 11,d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ Matth. 12,d. Luc. 11,e

MICHAE.

5 a Et tu Bethlehem terra Iuda. Matth. 2,a
7 b Veni separare hominē aduersus patrem suum & filiam aduersus matrem Matt. 10,d. Luc. 12,g

AGGAE.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo non solùm terrā, sed & cælum Heb. 12,g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & dispergimini: quia opus operor ego in dieb. vestr. Act. 13,f
2 a Iustus autē ex fide viuit Rom. 1, c. Gal. 3,b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem! Rom. 10,c
4 b Quid est quod scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primùm venire Matth. 17,b. Mar. 9,b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios Luc. 1,b

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Ephes. 4,f

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio habui Rom. 9,c
3 a Ecce ego mitto angelum meum Matt. 11,b Marc. 1,a. Luc. 7,d. Ioan. 1,c
4 b Ipse est Elias qui venturus erat Matth. 11,b
9 b Ecce rex tuus venit. Matt. 21,a. Ioan. 12,b
11 c Et acceperunt triginta argenteos Matth. 27,a
12 c Videbunt in quem compunxerunt Ioan. 19,g
13 c Percutiam pastorem, Matt. 26,c. Mar. 14,b

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HEBRAICORVM, CHALDAEORVM, GRAECORVMQVE NOMINVM INTERPRETATIO.

Aaron, Mõs siue mõtanus.
Abba, Pater, Syrum est verbum.
Abarim, Transitus, plu. nu. siue transeuntes.
Abdemelech, Seruus regis.
Abdenago, Seruus claritatis.
Abdias, Seruus Domini.
Abdon, Seruus.
Abel, per aleph, Luctus, Ciuitas.
Abel, per he, in principio, Vanitas, filius Adam.
Abessalom, Pater pacis.
Abia, Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater spontaneus.
Abisag, Patris ignorantia.
Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcum verbum.
Abram, Pater excelsus.
Abraham, Pater multitudinis.
Absilom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor, vel tristitia.
Achaz, Apprehendens, siue possidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achitob, Frater bonitatis.
Adam, Homo, siue terrenus, aut Rufus.
Adon, Dominus, aut basis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis. vnũ est ex nominibus Dei, quod interpres aliquando posuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Aegyptus, Angustiæ, siue tribulationes. Hebraicè, Misraim.
Aeneas, Laudatus.
Aethiopia Græcè, ardorem significat. Hebraicè Cus dicitur. i. nigredo vel nigra.
Agabus, Locusta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Festiuus.
Ahod, Laudans.
Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraicè dicitur No. quod interpretatur crudum, siue irritatio.
Allelu-ia, Laudate Dominum.
Amalec, Populus lambens.
Aman, Mater, timor eorum.
Aman, Conturbans.
Amana, Fides, siue veritas.
Amasai, per aleph, Fortis vel robustus.
Amasai, per ain, populi munus.
Amelech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum sit.
Aminadab, Populus spõtaneus.
Ammon, Populus eius.
Amnon, fidelis, aut verax.
Amorrha, Amari, Rebelles.
Amos per aleph, Fortis, Pater Esaiæ.
Amos, per ain, Oneratus, vnus ex duodecim prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per ain, Manipulus vel dominium. Princeps militiæ Israëliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Responsiones, siue cantica.
Andreas, Fortissimus.
Anna, Gratiosa, siue misericors.
Antiochia, pro vehiculo.
Aphrica Hebraicè Pul dicitur, id est, casus vel ruina Esaiæ 66, 34.
Aphrica, Nahum 3, 9. Put.
Crassa, siue pinguis.
Apostolus, Missus, legatus.
Arabes, Vespertini. 2 Par. 26. 2.
Arabes, Psalm. 71, 15. Hebraicè Saba, id est, conuersio.
Aram, Celsitudo, sublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quatuor.
Architriclinus, Princeps triclinij.
Areopagita, De colle Martis.
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glarea.
Armenia, Hebraicè dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, siue maledictio.
Asaph, Congregans.
Aser, per samech, Vinctus. Filius Caath.
Aser, per sin, Beatitudo, siue felicitas, Filius Iacob.
Assuerus, Princeps & caput.
Assur, Insidians, siue beatus.
Astaroth, Greges siue diuitiæ.
Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, sine cumulo.
Attalia, Augens vel nutriens.
Aua, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adiutor.
Azotus, Hebraicè Asdod, Deprædatio.

B.

Baal, Idolum, aut dominans.
Baal. Osee 10, 14. Arbel legendum, id est, pugnauit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confusio, Commistio.
Bala, Inueterata, turbata, Ancilla Rachel, per he in fine.
Bala, Deglutiens, Destruens, Vrbs, per ain in fine.
Balaam, Vetustas populi.
Balac, Destruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens Dominum.
Bariona, Filius columbæ.
Barnabas, Filius consolationis.
Barsabas, Filius conuersionis.
Barthimæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius suspendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
Beel-phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muscæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Iumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, Peruersus, Absque iugo.
Ben-ennom, Filius diuitiarum suarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Beresith, In principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Bersabee, Puteus iuramenti.
Beth-abara, Domus transitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ vel afflictionis.
Beth-auen, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Diuisio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Beth-ſabee, Domus iuramenti, Ciuitas.
Beth-ſaida, Domus frugum.
Beth-ſames, Domus ſolis.
Bethul, Virgo.
Bezec, Fulgur.
Boanerges, vel iuxta S. Hieronymum, Banerecm, Filij tonitrui.
Booz, In fortitudine.
Borith, Herba in qua eſt acrimonia ſaponis.
Boſor, Munitio.
Boſra, Idem.

C.

Caath, Congregatio, Obtuſio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Poſſeſsio, Poſſeſſus.
Caleb, quaſi cor.
Cana, Zelus, Aemulatio.
Cananæus, id eſt, ex Cana vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraicè Caphthorim, id eſt, ſphærulæ.
Cariath-iarim, Ciuitas ſyluarum.
Cariath-ſepher, Ciuitas literarum.
Carmel, Cognitio circunciſionis, vel agnus circunciſus.
Carthaginenſes, Hebraicè Tharſis, id eſt, contemplatio gaudij.
Cedar, Nigredo, triſtitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, Triſtis.
Cephas, Petrus à petra. Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè Chaſdim, id eſt, Quaſi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaã, Mercator, Negotiator.
Charmel, Idem quod Carmel.
Cherub, Quaſi magiſter.
Chodchod, Iaſpis.
Chorræi, Furores.
Chriſtus, Vnctus.
Chus, Aethiops.
Cin, Poſſeſsio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleopas, Gloria omnis.
Cœleſyria, Curua Syria.
Coloſſenſes, Supplicio affecti.
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core, Caluus, Caluitium, per heth in fine.
Core, per aleph in fine, vocans, legens. 1 Par. 9, 19.
Corozaim, Hic eſt myſterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quaſi miſer.

D.

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damaſcus, Sanguinis ſuccus.
Damaſcus, 1 Reg. 16, b. Similitudo incendij: Heb. Dumeſec.
Dan, Iudicans, ſiue iudicium.
Daniel, Iudicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmaſcus, Generationis procuratio.
Dathan, Ritus, Lex.
Dauid, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatum, ſub. regio.
Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3, a, 4. Hebraicè Reſeph, id eſt, Volucris, Flamma.
Dibre haiamim, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Iudicium, vel Iudicans.
Dionyſius, Diuinitus ſtillatus.
Dithalaſſim, Duo maria.
Doeg, Solicitus, Anxius.
Dor, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E

Ebal, Aceruus vetuſtatis.
Eccleſiaſtes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adiutorium.
Elehanan, Dei gratia ſiue miſericordia.
Eliacim, Dei reſurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus iuramenti.
Eliſeus, Dei ſalus, Deus ſaluans.
Ellehaddebarim, Hæc ſunt verba. ſic incipit quintus liber Legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel Nobiſcum Deus.
Emmaus, Timens conſilium.
Enac, Gigas, Torques.
Encænia, Renouatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Ephraim, Frugifer, Creſcens.
Ephraim, Hebraicè Ephra, id eſt pulueruleuta, ſiue plumbea, 2 Reg. 13, b. 7.
Ephrata, Vbertas, ſiue frugifera.
Ephron, Puluis.
Eſau, Faciens, Operans.
Eſdras, Adiutor, Atrium.
Eſther, Occulta, abſcondita.
Etam, Auis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G.

Galaad, Abiectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, Vir Deus, aut Dei.
Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Aceruus teſtimonij.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio.
Galilæa, Volubilis.
Gazer, Præſciſsio.
Gazophylacium, Vbi thefauri templi ſeruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis triſtitiæ.
Gehennom, Vallis contriſtans.
Gelboe, Reuolutio inuestigationis.
Gerſom, Aduena ibi.
Gerſon, Exilium eius.
Giblij, Termini.
Gihon, Pectus, exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Tranſmigratio.
Gomor, Genus menſuræ.
Gomorrha, Populus rebellis.
Græci, Hebraicè Ieuanim, id eſt deceptores.

H.

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Deſtructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
Hebal, Aceruus vetuſtatis.
Heber, Socius. Particeps, per heth in principio.
Heber, per ain, Tranſitus.
Hebræus, Tranſiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id eſt, dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Deſtructio.
Heſron, Sagitta exultationis.
Heua, Viua, Viuens.
Hierapolis, Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Deſertum.
Horma, Deſtructio.
Hur, Libertas.
Hus, Conſilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I.

Iabel, Defluens.
Iabes, Siccitas, per ſin in fine.
Iabes, Triſtitia, per ſade in fine.
Iacob, Supplantator.
Iahel, Aſcendens, Damula.
Iahiel, Viuit Deus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iariitis, Illuminatus.
Iamin, Dextera, vel dexter.
Iapheth, Dilatatus.
Iason, Sanans.
Iauan, Deripiens.
Ichabod, Vbi gloria, Væ gloriæ.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipse, Exiſtens.
Iehus, Tinea corroſus, per ſin.
Iehus 1 Par.8,b.10. Conſilians. per ſade.
Iemini, Dextera, vel dexter.
Iephte, Aperiens.
Ierameel, Miſericordia Domini.
Ieremias, Celſitudo Domini.
Iericho, Luna, Menſis.
Ierobaal, Impugnans idolum.
Ieroboam, Impugnans populum.
Ieroſolyma, Viſio pacis, Viſio perfecta.
Ieruſalem, Idem.
Ieſſe, Ens, Exiſtens.
Iesboc, Eſt vacuus.
Ieſus Hebraicè Iehoſua, Dominus ſaluator.
Iethro, Excellens.
Iezonias, Auſcultatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
Indus, id eſt, de India, Hebraicè dicitur Hodu, id eſt, laudatio.
India, Iob 28,c.13. Hebraicè Ophir, id eſt cinis.
Ioab, Paternitas, Habens patrem.
Ioachaz, Domini apprehenſio.
Ioachaz, 2 Par.34.b.8. Apprehendens.
Ioachin, Domini præparatio.
Ioacim, Domini reſurrectio.
Ioas, Diffidens, Deſperans.
Ioas, Domini ignis. 4 Reg.11. d.21. Heb. Iehoas.
Ioas, 1 Par.7, b.8. & 27. d.28. Tinea corroſus. per ain.
Iob, Dolens, Gemens.
Ioel, Volens, Incipiens.
Iohanan, Gratioſus, Pius, Miſericors.
Iohannes, Idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donum, Filius Saul.
Ioram, Excelſus.
Iordanis, Fluuius iudicij.
Ioſaphat, Dominus iudex.
Ioſeph, Augmentum.
Ioſeph. Pſal.80,a.2. Domini augmentum. Heb. Iehoſeph.
Ioſias, Ignis Domini.
Ioſue, Dominus ſaluator.
Iſaac, Riſus.
Iſai, Munus aut ens.
Iſai, 1 Par.2.b.13. Vir meus.
Iſaias, Domini ſalus.
Iſboſeth, Vir confuſionis.
Iſcariotes, Vir occiſionis.
Iſmahel, Exauditio Dei.
Iſraël, Prævalens Deo.
Iſſachar, Eſt merces, præmium.
Ithamar, Inſula palmæ.
Iubileus, Buccina.
Iudas, Laudatio.
Iulius, Lanuginoſus.

L.

Laban, Albus, Candidus.
Lameeh, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
Lechi, Maxilla.
Leci, Lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio, Societas ſua.
Lia, Laborioſa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraicè Lubim, Cor maris.
Lithoſtrotos, Lapidibus ſtratus.
Lot, Inuolutus, Colligatus.

M.

Maacha, Attrita.
Maaſias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Iudicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philoſophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer, De ſcorto natus.
Manahem, Conſolator.
Manaſſes, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, Amara,
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis marè.
Martha, Prouocans.
Maſſa, Onus.
Maſpha, Specula.
Mathuſael, Mortem ſuam poſtulans.
Matthæus, Donatus.
Melchias, Rex dominus.
Melchi-ſedec, Rex iuſtitiæ.
Melchi-ſua, Rex ſaluator.
Meſollam, Pacificus.
Meſopotamia, Regio ſic dicta, quòd duobus fluuiis, Euphrate & Tigri ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis ſicut Deus.
Michæas, Idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboſeth, De ore ignominia.
Miſael, Quis poſtulatus?
Miſle, Prouerbia, Nomen libri.
Miſphat, Iudicium.
Mna, Libra, Talentum.
Moab, De patre.
Moria, Amaritudo.
Moſa, Azymum, per ſade.
Moſa, 1 Par.8,a 9. Onus.
Moyſes, Attractus (ſub. de aquis.)
Myſia, Sceleſta.

N.

Naaman, Pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, Idem.
Nabuchodonoſor, Planctus iudicij.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahaſſon, Coluber, Serpens.
Nahum, Conſolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sāctificata, Separata. Si autem per ſade ſcribatur, Cuſtodita, vel florida interpretatur.
Neapolis, Noua ciuitas.
Nehemias, Conſolatio.
Nehuſtan, Aeneum.
Nemrod, Rebellis.
Mephthali, Aequiparatio.
Niniue, Pulchra.
Noë, Ceſſatio, Requies.
Noema, Decora.

O.

Obadias, Seruus Domini.
Obed, Seruus.
Obed-edom, Seruus hominis.
Ochozias, Apprehenſio.
Odollam, Teſtimonium illis.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Eleuatio, Holocauſtum.
Onam, Dolor.
Onana, Dolor, Iniquitas.
Oneſimus, Vtilis.
Oolla, Tabernaculum.
Ophni, Pugnus, Pugillus.
Oreb, Coruus.
Oſee, Saluator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P.

Palæſthina, Conſperſa (ſub. cinere)
Paracletus, Conſolator, Aduocatus.
Paraſceue, Præparatio.
Paſcha, Tranſitus.
Pētateuchus, Quinq. volumins.
Pentecoſte, Quinquageſima (ſub. dies)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Diſſipans.
Phares, Diuiſio, Filius Iudæ.
Phares, per ſin, 1 Paral.7.d 16. Eques.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pharisæi, Diuisi.
Phase, Transitus.
Phasga, Collis.
Philisthæa, Conspersa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probatica, Ouina, Locus vbi pecora sacrificanda tenebantur.
Proselytus, Aduena, Peregrinus.

R.

Raab, Psalm. 86. a. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ouis.
Raguel, Pastor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelsus.
Rameses, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblatha, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Respha, Extensio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelsa, Sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelsa.
Ruth, Saturata.

S.

Saaph, Cogitans.
Saba, per sin, Conuersio, Captiuitas.
Saba, per samech, Circuitio.
Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbathismus, Requies, Cessatio
Sabbathum, Idem.
Sadducæi, Iusti.
Sadoc, Iustus.
Sale, Missio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanasar, Pax ligata.
Salmon, Pacificus.
Salomon, Pacificus.
Salomith, Idem, f. g.
Salphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Custodia, Adamas.
Samson, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Positus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina, Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sareptha, Angustia buccellæ.
Saron, siue Sarona, Planities.
Satan, Aduersarius.
Saul, Postulatus, Commodatus.
Saul, 1. Regum 9. a 2. Hebraicè Sual, Vulpes.
Scenopegia, Festum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iustus Domini.
Segor, Parua.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Dissoluens, Filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Positus.
Semei, Obediens.
Semei, 1 Par. 2. d. 28. nomẽ meũ.
Sennacherib, Rubus destructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut tuba, Exod. 1. c. 15. per sin.
Sephora, Exod. 2. d. 21. Auis, Passer, Vxor Mosis.
Seth, Positus.
Setim, Expansiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus: Nilus.
Siloe, Missus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. a. 1. per samech.
Sin, per sade, Arma, Scutum.
Sion, Aceruus. 2 Reg. 5. b. 7.
Sion, Deut. 4. g. 48. Strepitus.
Sisara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Custos.
Sophtim, Iudices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Susanna, Lilium, Rosa.

T.

Tarsus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharsis, Contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Theraphim, Simulachra.
Thomas, Abyssus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana possessio.
Tyrij, Hebraicè Sorim, id est, tribulantes.

V.

Vaicra, Et vocauit. Liber Leuitici.
Vaiedabber, Et locutus est. Liber Numerorum.
Vasthi, Potans, Bibens.
Veelle semoth, Et hæc sunt nomina. Secundus liber Legis qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z.

Zabad, Dos, Dotatus.
Zabdi, Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zacchæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Aemulator.
Zelpha, Distillatio oris.
Zorobabel, Alienus à cõfusione.

EXCVDEBAT ANTVERPIAE CHRISTOPHORVS PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS ANNO M. D. LXXXII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NDEX BIBLICVS, QVI RES EAS DE QVIBVS IN SACRIS BIBLIIS AGITVR, AD CERTA CAPITA, ALPHABETI ORDINE digesta, reuocatas, summa breuitate complectitur.

IOHANNES HARLEMIVS LECTORI S.

IN hoc Bibliorum indice, Candide lector, primus numerus, libri caput denotat; proximè deinde sequentes vsque ad hoc signum †, vel (si hoc signum non adsit) ad proximam vsq. sequentis libri citationem, sunt versuum in eodem capite signatorum notæ. Exempli gratia in voce AARON, *Exo.4, 14, 16, 30 † 5, 1. † 6, 13 † 7, 1, 2. legendum est: Exodi capite 4, versu 14, versu 16, & versu 30. Item cap. 5. versu 1. cap. 6, vers. 13. capite 7, versu 1, & 2. Cum autem asteriscus seu stella in hunc modum (Leuit. 8*.) numero apponitur, indicium rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari: vel significat locum illum esse inter reliqua gentius notandum. Porrò si quod quæris, in versu hic notato contingat non adeò perspicuè inueniri, tum notet ex propinquis versibus antecedentibus, vel sequentibus tibi erunt perlustrandi. In librorum nonnullis ad faciliorem & certiorem distinctionem id obseruatum est, vt Eccle. Ecclesiasten, Ecoli. verò Ecclesiasticum notet. Vale.*

AARON adiungitur fratri suo Mosi socius, Exod. 4, 14, 16, 30 ‡ 5, 1 ‡ 6, 13 ‡ 7, 1, 2. Mich. 6, 4. fuit pronepos Leui, Exod. 6, 16, 18, peculiari ritu consecratur cũ suis ad ministerium sacerdotij Le- 28* Nu. 3, 10. Deut. 18, 5. Heb. 5, 4. Dominus præscripserat Exo. 29* 9, 12. Aaronis & filiorum sacerdo- s ornatus, Exod. 28*. Aaronis sa- dotis auctoritatem qui noluerunt gnoscere, inusitato genere mortis ereunt, Exod. 16, 3, 11, 30, 31. aron insigni miraculo ostenditur præ cæteris à Deo in Sacerdotẽ sum- mum electus, Exo. 17, 5, 8. post obla- tionem factam benedicit extensa manu populo, Exod. 9, 22. iure perpetuo accipit pro officio sacerdotali oblationes & primitias à populo, Num. 18, 8, 9, 11, 12*. & à Leuitis decimas decimarum, Num. 18, 26, 28. moritur, Num. 20, 28. ‡ 33, 36. Deut. 10, 6 ‡ 32, 50. succedit ei in summo sacerdotio Eleazar, Numer. 20, 26. Deut. 10, 6. Aaronis laus Eccli. 45, 7, 8, 9*.

ABARIM mons vnde moritur iam Moyses terram Chanaan prospexit, Num. 21, 11 ‡ 27, 12 ‡ 33, 48*. Deuteronom. 32, 49.

ABBA pater, Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Galat. 4, 6.

ABDEMELECH propugnator, & patronus Ieremiæ, Ierem. 38, 7. liberatur à gladio Chaldæorũ, Ierem. 39, 16, 17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardentem. Dan. 3, 21. appellatur Azaria, Dan. 1, 6.

ABDIAS abscondit prophetas Domini, 3 Reg. 18, 3, 13.

ABDON Iudex in Israël, Iudi. 12, 13.

ABEL occiditur à fratre Cain Gen. 4, 8. 1 Ioan. 3, 12. de eodem lege Matth. 23, 35. Lucæ 11, 51. Hebræ. 11, 4 ‡ 12, 24.

ABIAM filius Roboam rex Iuda, 3 Reg. 14, 31 ‡ 15, 1. 2 Paral. 13, 15 reliquit Asa regni successorem. 3 Re. 15, 8. Matth. 1, 7.

ABIATHAR sacerdos effugit manus Saulis, 1 Reg. 22, 20. confugit ad Dauid in Ceilam, 23, 6. cum Adonia se coniungit, 3 Reg. 1, 7. amouetur sacerdotio, 2, 27. iuxta illud 1 Reg. 2, 30, 32.

ABIDAN dux Beniamin, Numer. 1, 11.

ABIGAIL, vxor impij Nabal, 1 Reg. 25, 3. nubit Dauidi regi, post mortem Nabal, 25, 39.

ABIHV & Nadab filij Aaron igne absumuntur, Leuit. 10, 2. Num. 26, 61.

ABIMELECH rex Geraris sufert Abrahæ Saram, Gen. 20, 2. init pactum cum Abraham, Gen. 21, 23, 32. init pactum cum Isaac. Gen. 26, 31.

Abimelech filius Gedeonis, Iudic. 8, 32. occidit 70. suos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iudic. 9, 5, 53* 2 Reg. 11, 21.

ABIRON effert se cõtra Moysen, vnde & terra discedens, eum absorbet, Numer. 16*. ‡ 26, 10. Deut. 11, 6. Psal. 105, 17. Eccli. 45, 22.

ABISAG, Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3 Reg. 1, 3. petitur ab Adonia in vxorem, 2, 17.

ABISAI filius Saruiæ, 2 Reg. 2, 18 ‡ 16, 9 ‡ 19, 21 ‡ 20, 6 ‡ 23, 18.

ABIVD filius Zorobabel. Mat. 1, 13. appellatur Anania, 1 Paral. 3, 19

ABNEGATIO suiipsius, Gen. 12, 4 ‡ 22, 1, 9. Deut. 33, 9. 3 Reg. 19, 19. 2 Mach. 6, 19, 23. Mat. 4, 19 ‡ 5, 29. ‡ 10, 39 ‡ 16, 24 ‡ 19, 21. Marc. 10, 21. Luc. 9, 23 ‡ 14, 26 ‡ 17, 33. Ioan. 12, 25.

Abnegatio omnium rerum, Gen. 12, 1. Deut. 33, 8. Ruth 2, 11. 2 Paral. 25, 9. Matth. 4, 19 ‡ 19, 21, 27. Mar. 1, 17 ‡ 10, 28. Luc. 5, 11 ‡ 14, 26 ‡ 18, 22. 1 Corinth. 7, 29. Ioann. 12, 25. Phil. 3, 7.

ABNER, præfectus militum Saulis, creat Is-boseth regem Israël

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

2 Reg.2,8. paciſcitur cum Dauid,3 12. occiditur à Ioab,2 Reg.3,27.

ABRA ancilla Iudith, Iudith 8, 32 ‡ 10,2. libertate donatur, Iudith 16,28.

ABRAM filius Thare habet Sarai vxorem, Gen.11,29. egreditur ex patria in terram Chanaan præcipiẽte Domino, 12,4 proficiſcitur in Aegyptum, 12, 10. redit inde in Chanaan, 13,1. liberat Loth fratrẽ ſuum ex manibus hoſtium, 14, 14. accipit promiſsionem ſeminis, 15,4 ‡ 17,16 ‡ 18,10 concumbit cum Agar. 16,4 accipit promiſsionem ſeminis & ſignum fœderis, appellaturque Abraham, 17,5. orat pro Sodomitis, 18, 23,28,32. Iſaac ei naſcitur,21,2. paratus eſt offerre Iſaac, 22,9. mittit ſeruum qui quęrat vxorem filio ſuo Iſaac,24,4. moritur,25,8. commendatur, Eccli.44, 20. appellatur pater multarum gentium, & omniũ credentium, Gen.17,5. Eſai.51,2. Matth.3,9. Lucæ 19,9. Ioan.8,39. Rom.4,11,17,18 ‡ 9,7. Gal.3,8.

de ipſo & eius ſemine vide Ioſ.24, 3 Eſaiæ 41,8 ‡ 51,2. Ezech.33, 24. 2 Eſd.9,7. Matth. 8, 11. Act.7,2, 16. Hebr. 11, 17.

ABRAHAE filij qui dicantur, Ioan.8,33. Roma.9,7. Gal.3,7.

ABSALON filius Dauid, 2 Reg.3,3. occidit ſuum fratrem, & fugit ad Tholomai regem Geſſur, 13, 37. reuocatur, 14,21, 23. conatur patris occupare regnum, 15,6. cõcumbit cum patris concubinis, 16,22. iuxta prophetiam, 12, 11. tribus haſtis transfigitur à Ioab, 18, 14.

ABSTINENTIA à quibuſdam cibis, Gen.1,29, 30 ‡ 2,17 ‡ 3, 11 ‡ 9,4. Exo.12, 9*. ‡ 13, 6 ‡ 21, 28 ‡ 22,31 ‡ 29, 34. Leuitic. 6, 24 ‡ 7, 18*. ‡ 11,4*. ‡ 17,27*. ‡ 19, 7 ‡ 22, 8*. ‡ 23,14. Num. 6, 4 ‡ 18, 10. Deut. 12, 16 ‡ 14,3*. Tob. 1,12. Iudith 12,2. Dan. 1,8. 2 Machab.7, 1. Matth.12,4. Marci 2,23. Lucæ 6,1. Act. 15, 29.

Abſtinentia à vino, Leuit. 10, 8 ‡ 11, 34. Num.6,3 Iudic.13,4,14. Ierem. 35,6. Ezech.44, 21. Lucæ 1, 15.

Abſtinendum à cibo & potu etiã licito propter ſcandalum alterius, 2 Mach.6,24. Rom. 14,20,21. 1 Cor. 8, 13.

Abſtinentiæ præceptũ violare nolentes, Ierem.35,6. * 2 Mach.6, 19* ‡ 7.2*.

ABVSVS veſtium, Eſa. 3, 18 Ezech.7,20. Heſter 14,16. Mat.11,8. Mar.12. 38. Luc. 7, 25 ‡ 16, 19 ‡ 20, 45. 1 Timoth 2,9. 1 Pet.3, 3.

ACCEPTIO perſonarum, vide Perſona.

ACCEPTIO munerum, Exo. 23,8. Num.35,31. Deut. 10,17 ‡ 16, 19 ‡ 27, 25. 2 Para. 19,7. Iob 15, 34 ‡ 36, 18. Prou.14, 20 ‡ 15, 27 ‡ 17, 23 ‡ 19, 6 ‡ 22, 9 ‡ 28, 21. Eccli. 4, 36 ‡ 7, 6 ‡ 20, 31. Eſa. 1, 23 ‡ 5, 23 ‡ 33, 15. Iudæ 16.

ACEDIA, 2 Reg.11* Prou.6, 6 ‡ 10, 4, 26 ‡ 12, 11 ‡ 13, 4 ‡ 18, 8 ‡ 19, 15, 24 ‡ 20, 4, 13 ‡ 21, 25 ‡ 24, 30 ‡ 26, 13 ‡ 28, 19. Ezec. 16,49. Eccli. 33,26. Rom.12, 11.

ACHAB impius rex Iſraël, 3 Regum 16,29,30 ‡ 18*. vincit Syrios 20,20,29. init fœdus cum Benhadad rege Syriæ 20, 34. exercet tyrannidem in Naboth, 3 Reg. 21, 2. traiicitur telo, & ſanguinem eius canes lambunt,22,38. ſecundum verba Heliæ, 21, 19. filij eius pereunt, 4 Regum 10,7, 11. ſecundùm illud 3 Reg.21,21. 4 Reg.9,7.

ACHAIA, Actor.18, 12,27 ‡ 19, 21. Roman. 15,26. 1.ad Cor. 16, 15. 2 ad Cor. 1, 1 ‡ 9, 2 ‡ 11, 10. 1 ad Theſſ. 1,7.

ACHAN lapidatur. Ioſ.7, 25. 1 Para.2,7. in valle Achor, Ioſ.7,24 ‡ 15,7. Eſaiæ 65,10. Oſeæ 2,15.

ACHAZ filius Ioatham, impius rex Iuda, 4 Reg. 16. * 2 Paralip. 28.* Eſaiæ 7*. Matth. 1,9. appellatur Eliezer, Luc.3,29. Ezechias filius in regnum patri ſuccedit,2 Paral.28,27. Mat.1, 10.

ACHIAS filius Achitob, ſacerdos Domini, 1 Reg.14,3, 18. appellatur Achimelech, 21,1.

ACHIOR dux Ammonitarũ, Iudith 5,5. traditur in manus filiorũ Iſraël 6, 7. fit Iudæus, 14, 6.

ACHIS rex Geth donat Dauidi ciuitatem Siceleg, 1 Reg.27, 6.

ACHITOPHEL Dauidi à conſiliis, adhæret Abſaloni, 2 Reg. 15,12. dat impium conſilium, 16,21 ſuſpendit ſe, 17,23.

ADAM creatur, Gen.1, 27. collocatur in paradiſo, & ligni ſcientiæ vſus ei interdicitur,2, 15. perſuaſione Euæ præceptum violat, & paradiſo pellitur, 3,6,23. Oſeæ,6,7. moritur 5,5. Rom.5, 14. 1 Cor.15,22.

ADHORTARI ad bonum, Gen.13,8 ‡ 45,24. Ioſ.22,5. 2 Par. 30, 6 ‡ 32, 7. 2 Eſdr.5,6,9. Act. 11, 23 ‡ 14,21. ‡ 20, 17*. 1 Theſſ.5, 11. Tit.2*. ‡ 3,1. Heb.3,12.

ADONIAS affectat regnum patris ſui, 3 Reg.1, 5. vxorem petit Abiſag, & occiditur, 2, 17, 25. 34.

ADONIBEZEC capitur, Iudic. 1,6.

ADORATIO angelis & hominibus tributa, Geneſ.18,2 ‡ 19,1 ‡ 23,12 ‡ 27, 29 ‡ 33,3*. ‡ 42,6 ‡ 43, 26. Exo.18,7. Num.22,31. 1 Reg.20, 41 ‡ 25,23 ‡ 28, 14. 2 Reg.9,6 ‡ 3*. 3 Reg.1, 15, 12. Iudith 10, Eſter 3,2. Dan.2,46. Actor.10,

ADRAMELECH ido 4 Reg.17, 31.

Adramelech vſus ſubſidio fu ſui Saraſar, occidit patrem Sen cherib, 4 Reg.19,37. Eſaiæ 37,38.

ADVENTVS Domini e candus, Matth.24, 42 ‡ 25, 40. Marc.13,33. Luc 12,40 ‡ Rom.13,12. Epheſ. 6, 18. Co 1. 1 Theſſ. 5, 6. 1 Petr. 4,7 ‡ Apoc.3,3 ‡ 16, 15.

ADVLTERIVM, luxuria & fornicatio, Geneſ. 6,2. ‡ 19, 33*. ‡ 38, 15. Exod.22, 16. Leu. ‡ 19,29 ‡ 20, 10,13. ‡ 21, 9. N 25,1,6. Deut. 22, 13, 22,23 ‡ 23, Iudic.19, 2, 25. 1 Reg.2, 22. To 13. Prouerb.2,16 ‡ 5* ‡ 7,10* ‡ ‡ 23,27 ‡ 29, 3. Eccle.7, 27. Ec 23, 25* ‡ 25,4. Ezech. 22, 10. A 20. Rom.1, 26. 1 Cor. 5, 1 ‡ 6, ‡ 10, 8. Epheſ. 5, 5. Coloſſ. 1 Theſſ.4,3. 1 Timoth.1,10. Heb 13,4.

Adulterium carnale & ſpirituale prohibetur, committitur, & punitur, Geneſ. 20, 2 ‡ 26, 7. Exod. 20, Leuitic. 18, 8 ‡ 20, 10. Nume. 5, Deuter. 5, 18 ‡ 22, 22, 30. Iudic. 2 Reg. 11, 2, 4 ‡ 12, 1, 9. Iob. 24, ‡ 31, 1, 9. Pſalm. 72, 27. Prou. 5, 20 ‡ 6, 24, 32. ‡ 7* Eſaiæ 57, 1. Ierem. 2, 36 ‡ 3, 1 ‡ 5, 7 ‡ 13, 26. Hoſe. 2, 4 ‡ 4, 2. Sapien. 3, 16. Matth. 5, 27 ‡ 14, 3 ‡ 19, 9. Ioan. 8, 3 1 Corinth. 6, 10. 1 Theſſ. 4, 3. Heb. 13, 4. Iacob. 4, 4.

ADVRAM, ſuper tributa ſeu quæſtor ærarius Dauidi, 2 Reg. 20, 24. poſtea à tributis ipſi Roboam, lapidatur 3 Reg. 12, 18.

AEGYPTIACA captiuitas prædicitur, Geneſ. 15, 13. incipit, Exod. 1, 8, 13. Actor. 7, 18.

De Aegypto exitus, & liberatio Iſraëlis promittitur, Geneſ. 15, 16 ‡ 48, 21 ‡ 50, 14. Exod. 3, 17 ‡ 6, 6.

adimpletur, & exeunt viri 600000. Exod. 12, 37, 51 ‡ 13*. 14*. Numer. 33, 1. Deuteron. 16, 1. Hoſe. 13, 4. Mich 6, 4.

In Aegyptum redire improbè flagitat Iſraëliticus populus, Exo. 14, 11 ‡ 16, 3 ‡ 17, 3. Num. 11, 5 ‡ 14, ‡ 20, 3.

Contra Aegyptum prophetatur, Eſaiæ 19, 1, 11, 18 ‡ 20, 3. Ierem. 43, 20 ‡ 44, 30 ‡ 46*. Ezech. 29*. ‡ 30* ‡ 31*. ‡ 32*.

Aegyptiaca redemptio frequenter in memoriam reuocatur tanquam ſummum beneficium, Exod. 20, 2. Leuit. 22, 33 ‡ 26, 13. Deuter. 4, 37 ‡ 5, 6 ‡ 7, 8 ‡ 8, 14 ‡ 16, 6. Iudith 2, 1. ‡ 6, 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

6, 8. 1 Regum 10, 18. 4 Regum
7. Mich.6, 4.
Aegyptus affligitur plagis variis,
od.7* 8*. 9*. 10*. 11* vt prædi-
Dominus, Exod. 3, 19
Aegyptus expugnatur à rege Ba-
ylonię, 4 Reg. 24,7. Ierem.46, 2.
Aegyptij prodeunt in pugnam cō-
tra Iudam, 2 Paralip. 12,2.
Aegypto potitur Antiochus, 1
Machab.1, 17. in Aegyptum fugit
Christus Herodem, Matth.2, 13.
AEGROTATIO & morbus
erna peccati, Exod.15,26. Leuit.26,
6. Num.12*. Deut.7, 15 ‡ 28,27,
. 2 Reg.24, 13. 4 Reg.5,27. 2 Paral.
1,18. Ioan.5, 14.
Aegroti visitandi sunt & conso-
landi, Genes.48, 1. 4 Regum 8,29
13,14. Iob 2, 11. Psal.40,4. Eccle.
7. Eccli. 7,38. Matth. 25, 37, 40.
Iac.11,3 ‡ 12, 9. 2 Cor. 1, 4.
Quomodo se viri sancti in morbo &
decessu ab hac vita habuerint, Gen.
49 ‡ 50, 14. Deut.31, 1,6. Ios. 13*.
23 ‡ 24. * 1 Reg. 12.*. 3 Regum 2,
1. 2 Paral.32, 24. Tob.4*. Esaiæ
38. 1 Machab.2,49,61.
AENEAS sanatur, Act.9, 33.
AGABVS imminentem famem
prædicit, Act. 11,28. & Paulo manus
iniectendas, 21, 11.
AGAG rex Amalechitarum ca-
ptus à rege Saule, 1 Reg. 15,8. iu-
xta Samuele occiditur, 15, 33.
iuxta prophetiam, Num.24, 20.
AGAR ancilla Saræ parit Ismae-
lem, Gen. 16,15. expellitur cum
filio suo,21, 14. Galat.4,30. Agareni
sea terra per Rubenitas profligan-
tur, 1 Para.5, 19.
AGGAEVS prophetat Iudęis,
Esdræ 1,3.1 Esdr.5, 1 ‡6, 14.
AGRIPPA audit Paulum, A-
ctum 26,2.
AHIAS Propheta in Silo secat
vestimentum in 12. partes,3 Reg. 11,30.
Baasa prædicit vxori Ieroboam, 14,
6. scripsit prophetias, 2 Paralip.
9,29.
AHIMELECH sacerdos
dat Dauidi panes propositionis, 1
Reg.21,6. & gladium Goliath, 21,
9. transfigitur,22, 18. appellatur A-
bias 14,3. vocatur Abiathar, Marc.
2,26.
AHIRA dux Nephthali, Num.
1,15.
ALCIMVS periurus Iudæus ad-
uersus est sacerdotium, 1 Mach.7, 5,
9. 2 Machab. 14, 3, 13. perit subita
morte, 1 Mach.9,55, 56.
ALEXANDER rex Græco-
rum,occiso Dario, regnum suum fi-
nibus dilatat, 1 Mach.1,7. vide Dan.
6 ‡ 8,8 ‡ 11, 4.
ALPHA & ω, principium & fi-
nis, primus & nouissimus est Do-
minus, Esai.41.4 ‡ 44, 6 ‡ 48, 12.
Apoc.1,8 ‡ 2,8 ‡ 21,6 ‡ 22, 13.
ALPHAEVS, pater Iacobi A-
postoli, Matthæi 10,3. Marc.3, 18.
Luc 6,15. Act.1, 13.
ALTARE holocausti, Exod.27,
1 ‡ 38, 1. Num.7.*. 2 Reg.24, 25
3 Reg.18,32. 4 Reg.16,15. 2 Paral.
1,5 ‡ 4,1 ‡ 15,8. 1 Esd. 3, 2. Ezech.
43,13. 1 Mach.4,47,53.
Altare incensi, Exod.30,1,10 ‡ 37,
25 ‡ 40, 10.
AMALECH filius Esau na-
scitur, Gen. 36,12,16. pugnat contra
Israël, Exod. 17,8. Nume. 14,43. Iu-
dic.6,3. cæditur, 7,*. 1 Reg. 14, 48.
funditus deletur, 1 Reg. 15,2, 8. iu-
xta verba Exod.17,14. Num.24,20.
Deut.25, 19.
AMAN postquam ad honores
fuit euectus, fit lethalis hostis Iu-
dæorum, Hest.3.*. suspenditur, 7,
10. eodem supplicio afficiuntur &
decem filij eius,9,13.
AMASA filius Abigail sororis
Dauidis, 1 Paral.2, 17. fit dux mili-
tiæ apud Absalonem. 2 Reg.17,25.
post militi Dauidis præficitur, 19,
13. tandem à Ioab per fraudem oc-
ciditur 20, 10. causa cædis ponitur
2 Regum 19.
AMASIA filius Ioas recenset
populum,2 Para.25,5. vlciscitur cæ-
dem patris sui, 4 Reg.12, 21 ‡ 14,5.
bello deuincit Edomæos, 14,7. ca-
pitur & occiditur, 14,13. relinquit
successorem filium Azariam regem,
15,1. appellatur Leui, Luc.3,29.
AMICI veri & ficti, Deut.13,
6 ‡ 33,9. 2 Reg.3, 27 ‡ 13, 14 ‡ 15,
19 ‡ 20,8. Psalm.40, 10 ‡ 54, 14.
Prouer. 14, 20 ‡ 18,24 ‡ 27, 10, 19.
Eccli.6, 7. ‡ 7,20 ‡ 9, 12 ‡ 12, 14
‡ 22,25 ‡ 37, 10. Ierem.9, 4 ‡ 12,
6 ‡ 41, 1. Daniel 11, 26. Mich.7, 5.
Matth. 10,35. Luc. 12,53. Ioan.13,
18. 1 Thess.2, 14.
AMINADAB, filius Aram,
Matth. 1,4. hunc Naasson filius eius
in regno secutus est, Nu.1,7 ‡ 7,12
‡ 10, 14.
AMMON filius Loth & filiæ
eius, Gen. 19, 38. Ammonitæ pro-
hibentur ab ingressu templi, Deut.
23,3. 2 Esdr.13,1. cæduntur ab Is-
raël, Iudic. 11, 32. 1 Reg. 11, 11.
2 Reg.8,12 ‡ 10*. ‡ 12,26. aduersus
Ammon prophetatur, Psalm. 82,8.
Ierem.49, 1. Ezechie.21,20 ‡ 25,2.
Amos 1,13. Sophon.2,8.
AMNON filius Dauid oppres-
sit sororem suam Thamar,2 Reg. 13,
14. vnde & ab Absalone fratre suo
confoditur, 13, 28.
AMON filius Manasse rex Iuda,
occiditur, 4 Regum 21, 19, 23. ei
in regno succedit filius Iosias 4 Re-
gum 22, 1.
AMORI filius Canaan, Gen. 10,
16. Amorrhæi non patiuntur Israëlē
per suos terminos proficisci, Nume.
21,23. Iudic. 11, 19.
AMRI impius rex Israël, 3. Reg.
16,16,17,22,23. contra Amri, Mich.
6,16.
ANAMELECH idolum Se-
pharuaim. 4 Reg. 17, 31.
ANANIAS prophetat contra
Ieremiam, Ierem. 28, 1.
Ananias cum vxore Saphira subi-
tò moritur, Acto.5,5,10.
ANATHOTH ciuitas Beniа-
min, Iere.32,7. vbi & Ieremias est
natus, Ier. 1, 1 ‡ 29,27. & sacerdos
Abiathar, 3 Reg.2,26.
Anathothitæ nolunt Ieremiã au-
dire, Ierem. 11,21.
ANDREAS à Christo voca-
tur, Mat.4,18 Mar.1,16. Ioã. 1, 40.
ANDRONICVS vicarius
Antiochi occiditur, 2 Machab. 4,38.
ANGELI, horumque minis-
teriũ & natura, Genes. 16,7*. 18.*.
19*. 21, 17 ‡ 22, 11 ‡ 24,7 ‡ 28, 12
‡ 31, 11,65 ‡ 32, 24 ‡ 48, 16. Exod.
3,2 ‡ 13,21 ‡ 14, 19 ‡ 23, 20 ‡ 32, 34
‡ 33, 2. Nu. 20, 16 ‡ 22, 22. Ios. 5, 13.
Iudic. 2, 1 ‡ 5, 23 ‡ 6, 11, 14, 20 ‡ 13, 3,
6, 9. 1 Reg. 29, 9. 2 Reg. 14, 17 ‡ 19, 27
‡ 24, 16. 3 Reg. 13, 18 ‡ 19, 5. 4 Reg. 1,
3, 15 ‡ 19, 35. 1 Par. 21, 15. 2 Par. 32,
21. Psal. 33, 8 ‡ 90, 11 ‡ 102, 20 ‡ 103,
4 ‡ 148, 2. Esa. 6, 6 ‡ 37, 36. Dan. 3, 49
‡ 6, 22 ‡ 8, 16 ‡ 9, 21 ‡ 10, 5, 10, 16
‡ 12, 1. Zach. 2, 3 ‡ 3, 1, 6 ‡ 4, 1 ‡ 5, 5,
10 ‡ 6, 4. Mal. 2, 7 ‡ 3, 1. Iud. 13, 20.
Tob. 5, 27 ‡ 6.*9*. 12*. Tob. 7, 5 ‡ 8, 3
‡ 10, 11 ‡ 11, 2. Baru. 6, 6. 2 Mac. 11, 8.
Mat. 1, 20 ‡ 2, 13, 19 ‡ 4, 11 ‡ 11, 10
‡ 13, 39, 49 ‡ 16, 27 ‡ 18, 10 ‡ 22, 30
‡ 24, 31 ‡ 26, 53 ‡ 28, 2. Marc. 13, 32.
Luc. 1, 13, 19, 28 ‡ 2, 9, 15 ‡ 12, 8 ‡ 16,
22 ‡ 22, 43. Ioan. 1, 51 ‡ 5, 4 ‡ 20, 12.
Act. 1, 10 ‡ 5, 19 ‡ 6, 15 ‡ 7. 30 ‡ 8,
26 ‡ 10, 3 ‡ 11, 13 ‡ 12, 7, 11, 23 ‡ 23, 9
‡ 27, 23. Rom. 8, 38. Gal. 1, 8 ‡ 3, 19 ‡ 4,
14. Col. 2, 18 2 The. 1, 7. 1 Tim. 3. 16
‡ 5, 21. He. 1*. ‡ 2, 2 ‡ 12, 22 ‡ 13, 2. 1 Pe.
1, 12 ‡ 3, 22. 2 Pet. 2, 11. Iudæ 9. Apo*.
Angelorum ruina, Iob 4, 18 ‡ 15,
15. Esaiæ 14, 9. Ezech. 28, 2, 14, 17.
Ioan. 8, 44. 2 Pet. 2, 4. Iudæ 6.
Angelorum nomine appellantur
doctores & prædicatores, Esai. 33, 7.
Mal. 2, 7 ‡ 3, 1. Mat. 11, 10. Marc. 1, 2.
Luc. 7, 27. Gal. 4, 14. Apoc. 2*. 3*.
ANIMAE quorundam piorum
statim post mortem sunt cum Chri-
sto, 2 Cor. 5, 8. Phil. 1, 24. Apoc. 14, 13.
contra eos qui putant illas vsque
in diem iudicij quiescere.
ANNA parit propheram Sa-
muel, 1 Regum 1, 20.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Anna prophetissa laudat Dominũ Deum, Luc. 2, 36.

ANNAS socer Caiphæ, Luc. 3, 2 Ioan. 18, 13. Act. 4, 6.

ANTICHRISTVS, & eius regnum, Esai. 11, 4. Ezech. 38* 39*. Dan. 7, 7, 19, 24 ‡ 8, 9, 23 ‡ 9, 27 ‡ 12, 1. Zach. 11, 15. Matth. 24, 24. Mar. 13, 6. Ioan. 5, 43. Actor. 20, 29. 2 Thess. 2, 3. 1 Tim. 4, 1. 2 Tim. 3, 2. 2 Pet. 2*. 1 Ioan. 2, 18, 22 ‡ 4, 3. 2 Ioann. 1, 7. Iudæ 10. Apoc. 11, 7 ‡ 12, 8 ‡ 13*. ‡ 14, 9 ‡ 17*. ‡ 19, 20 ‡ 20, 2, 8.

ANTIOCHIA suscipit Apostolorum de Christo prædicationẽ. Act. 11, 19, 26 ‡ 13, 1.

ANTIOCHVS Illustris proficiscitur in Aegyptum, 1 Mach. 1, 18 destruit templum, & subuertit ciuitatem Ierusalem, 1 Mach. 1, 23, 33. 2 Mach. 5, 16. erigit idolum super altare Domini, 1 Mach. 1, 57. moritur, 6, 16. 2 Mach. 9*.

Antiochus Eupator, filius prædicti Antiochi fit rex, 1 Machab. 6, 17. cum exercitu tendit in Iudæã, 6, 31. non seruat Israëli fidem, 6, 62. cæditur, 7, 4.

ANTIQVAE viæ inquirendæ & obseruandæ, & à nouis declinandum, Ierem. 6, 16. Prouerb. 22, 28. Eccli. 8, 11 ‡ 39, 1. Rom. 16, 17. Gal. 1, 6, 7, 8. 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 4, 3. 2 Pet. 3, 17. 1 Ioan. 2, 24. 2 Ioan. ver. 7. Iud. ver. 18, 19, 20.

APOLLO vir facundus, & Scripturarum peritus, Act. 18, 24. 1 Cor. 1, 12 ‡ 3, 4 ‡ 16, 12.

APOLLONIVS dux in Syria, 1 Mach. 3, 12 ‡ 10, 69.

APOSTOLVS magnus est Christus, Hebr. 3, 1.

Apostoli eliguntur ex discipulis, Luc. 6, 13. mittuntur ad annuntiandum regnũ Dei in Iudæa, Mat. 10.* Luc. 9, 24, 46. reuertuntur. 9, 10. mittuntur in vniuersum mũdum ad euangelizandum, Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. Lucæ 24, 46. Ioann. 15, 16, 27 ‡ 20, 21. Act. 1, 8 ‡ 10, 42.

Apostoli vsi sunt membranis, seu libris, 2 Tim. 4, 13. hortantur ad studium legendi, 1 Timoth. 4, 13, 15. Opifices autem qui noctes & dies aliis occupantur, iubentur non immiscere se ecclesiasticis rebus, Eccli. 38, 26, 37.

Apostoli & Prophetæ habuerunt spiritum Dei, Exod. 4, 12. 2 Reg. 23, 2. Dan. 9, 10. Zach. 7, 7. Matt. 10, 20. Marc. 13, 11. Ioann. 14, 17. Acto. 1, 5. ‡ 2, 4 ‡ 4, 31 ‡ 9, 17 ‡. 19, 6. 1 Cor. 2, 12 ‡ 12, 3. 2 Cor. 13, 3. 1 Thess. 4, 8. 2 Timoth. 3, 16. 1 Pet. 1, 11. 2 Pet. 1, 21.

APPARITIONES Dei, angelorum & hominum, Gen. 32, 24. Exod. 3*. Numer. 22, 21. Ios. 5, 13. 1 Reg. 28, 11. Matth. 17, 3 ‡ 28, 2, 9. Marc. 9, 3 ‡ 16, 5, 9, 12, 14. Luc. 9, 30. ‡ 24, 4, 15, 36. Ioan. 20, 12, 14, 19, 26. ‡ 21, 1. Actor. 1, 10 ‡ 16, 9 ‡ 18, 9.

AQVA nihil nocumenti vel impedimenti adfert electis Dei, Exod. 14, 22. Psalm. 65, 6. Esaiæ 43, 2. Ionæ 2, 5.

Aqua nominatur persecutio, Psal. 68, 10 ‡ 143, 7. Pro. 17, 14. Mar. 7, 25. Luc. 6, 48. Apoc. 12, 17.

Aquæ assimilantur cognitio Dei & dona spiritus sancti, Esaiæ 11, 9 ‡ 12, 3 ‡ 35, 6 ‡ 43, 20 ‡ 44, 3. Ezech. 47* Zachar. 14, 8. Ioann. 4, 10 ‡ 7, 38.

Aqua benedicta. vide Benedictio.

ARAD rex Chananitarum pugnat contra Israël, Num. 21, 1.

ARAM, qui & Ram nominatur, filius Esron, genuit Aminadab, Ruth 4, 19. 1 Par. 2, 10. Mat. 1, 4. Luc. 3, 33.

ARAN frater Abraham, & pater Loth. Genes. 11, 27.

ARCA Noe, Genes. 6, 14 ‡ 7*. ‡ 8* Sap. 10, 4 ‡ 14, 6. Matth. 24, 38. Luc. 17, 27. Heb. 11, 7. 1 Pet. 3, 20.

Arca fœderis Domini paratur, Exod. 25, 10, 21. assumitur in castra contra Philistæos, 1 Reg. 4, 5. capitur, 4, 11.

Arca quid continebat, Exod. 16, 34. Deut. 10, 2 ‡ 31, 26. 3 Reg. 8, 9. 2 Para. 5, 10. Heb. 9, 4.

ARCHELAVS regnat loco patris sui Herodis, Matth. 2, 22.

ARIOLI & aruspices, Dan. 2, 2, 27 ‡ 4, 6 ‡ 5, 7, 11. Act. 19, 13. vide Incantatores.

ARISTARCHVS socius D. Paulo & in itinere, & in vinculis Actor. 19, 29 ‡ 20, 4 ‡ 27, 2. Coloss. 4, 10.

ARPHAXAD rex Medorum, à Nabuchodonosor victus, Iudith 1, 1. 5, 6.

ARSACES rex Persarum & Medorum superat Demetriũ, 1 Machab. 14, 3.

ARTAXERXES rex Persarũ recipit literas plenas querelis aduersus Iudæos, 1 Esdr. 4, 7, 17. respondet, iubet ædificationem templi impediri, 4, 21. permittit Israëli ædificare templum, 1 Esdr. 7*.

ASA filius Abiam rex Iuda tollit idola, 3 Reg. 15, 8, 12. subsidium quærit à Syris, & moritur, 15, 19, 24. Iosaphat filius eius rex post eum, 1 Para. 3, 10.

ASAPH cantor Dauidis, 1 Par. 6, 39 ‡ 16, 5.

ASARHADDON, postquam pater eius Senacherib confossus est, succedit in regnum, 4 Regum 19, 37. Esaiæ 37, 38.

ASENETH parit ipsi Ioseph Ephraim & Manasse, Genes. 41, 50 ‡ 46, 20.

ASIA subiicitur Romanorum imperio 1 Mach. 8, 6.

ASSVERVS rex Persarum instruit splendidam cœnam, Hest. 1, 3. accipit Hester vxorem, 2, 9, 17. relinquit Darium filium suum successorem, Dan. 9, 1.

ASSVR filius Sem filij Noe, constituit regnum Assyriorum, Gen. 22. 1 Paral. 1, 17.

Assur virga furoris Domini, Esaiæ 10, 5. contra Assyrios prophetatur, Numer. 24, 24. Esaiæ 10, 5. ‡ 14, 25 ‡ 17, 3 ‡ 30, 28, 31 ‡ 31, 8.

Rex Assur expugnat Israëlitas, & transfert in Assyriam, 4 Reg. 15, 29 ‡ 16* ‡ 17*. expugnat ciuitates Iudæ, 4 Reg. 18* 2 Paral. 32* Ezech. 39.

Assyriorum exercitus ab angelo cæditur, 4 Reg. 19, 37. 2 Para. 32, 21. Esaiæ 37, 36. Eccli. 48, 24. 1 Mach. 7, 41. 2 Mach. 8, 19. Tob. 1, 21. Ionæ 2, 6.

ASTHAROTH Iudic. 2, 13 ‡ 10, 6. 1 Reg. 7, 3 ‡ 12, 10.

ATHALIA filia Amos regis Israël, 4 Reg 8, 26. perdit totam fere regiam stirpem 11, 1. regnat sex annos in Iudæa, 2 Par. 22, 12. interimitur, 4 Reg. 11, 16, 20.

ATHENOBIVS mittitur ad Simonem, 1 Mach. 15, 28.

AVARITIA, Ios. 7, 20. 1 Reg. 3 ‡ 25, 3, 10. 3 Regum 21, 2. 4 Reg. 5, 20, 22. Psalm. 36, 16, 21. Prouerb. 1, 19 ‡ 11, 28 ‡ 12, 27 ‡ 15, 6, 16, 27 ‡ 28, 16, 22 ‡ 30, 15. Eccle. 2, 26 ‡ 4, 8 ‡ 5, 9 ‡ 6, 1. Esai. 5, 8 ‡ 56, 11. Ierem. 6, 13 ‡ 8, 10. Ezec. 22, 13. Amos 8. 4. Mich. 6, 10. Abac. 2, 9. Eccli. 14, 3 ‡ 31, 3 ‡ 41, 4. 2 Mach. 4, 50 ‡ 10, 20. Matth. 6, 19. ‡ 26, 14, 46 ‡ 27, 3. Marc. 8, 36. Luc. 12, 15. Ioan. 12, 4. Actor. 5, 1 ‡ 8, 19 ‡ 24, 26. 1 Cor. 6, 10. Ephes. 5, 3. Philip. 4. 11. Col. 3, 5. 1 Timoth. 6, 9. ad Titum 1, 7, 11. Hebr. 13, 5.

AVDIENDVM verbum Dei, vide Verbum Dei.

AXA filia Caleb traditur Othonieli in vxorẽ, Ios. 15, 17. Iud. 1, 13.

AZARIAS filius Amasiæ rex Iuda, fit leprosus, 4 Regum 15, 5. 2 Paral. 26, 19. reliquit filium Ioatham regem, 4 Reg. 15, 32. 1 Par. 3, 12. appellatur Ozias, 2 Paral. 26, 19. Matt. 1, 9. Matthat, Luc. 3, 29.

Azarias propheta mittitur ad regem Asa. 2 Paral. 15, 2.

B.

BAAL idolum Samaritanorum, 3 Reg. 16, 31. altare Baal destruitur, Iudic. 6, 25, 30. Sacerdotes Baal occiduntur, 3 Reg. 18, 40. 4 Reg. 10, 25 ‡ 23, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

BAANA & Rechob ſuſpendun-
Reg.4,12.
BAASA impius rex Iſraël, pu-
contra Aſa regem Iuda,3 Re.15,
rum omni progenie ſua extirpa-
16,4,11.ſecundum verbum Iehu,
1,2,3.
BABYLONICA captiuitas
annorum prædicitur,Leuit.26,31.
uter.4,26. ‡ 28,36,49 4 Reg.20,17.
iæ 5,13,19.Ierem.13.19,24 ‡ 16,9
4,6‡25, 8. Ezech. 7*. 12*. 22,5.
h.3,12‡4, 10.Abac.1,6.Baruc.6,1.
Babylonicæ captiuitatis initium
g. 34*25*.2 Paral.36*. 3 Eſdr. 1,
2.
Finis captiuitatis promittitur &
phetatur Leuit. 26, 42. Deut.4, 29
2. 3 Reg. 8,33. 2 Paral. 6, 24, 37.
iæ 14,1‡ 40,1 ‡48,20. Ierem. 12,
16,15 ‡24,5 ‡ 25, 12 ‡ 29, 10‡30*.
9‡32,37 ‡ 16,27. Ezech. 11, 17.
n.9,2,25.Baruch 6,2. Liberatio fit
ſdr.1*2*.3 Eſdr.2, 1.
Babylonicæ captiuitatis cauſa,4
.17,7,13. 18. contra Babylonem,
lm.136,8.Eſaiæ 13*.‡ 14,2,4 ‡21
9.‡47*. Ierem. 25, 12 ‡ 50*. 51*.
uch 4,27.Apoc.14,8 ‡ 16,19 ‡17*.

BACCHIDES dux Deme-
1 Mach.7,8. occidit Iudã ex præ-
to Demetrij,9,18.
BALAAM conducitur ad ma-
dicendum Iſraël, Num.22*. ‡23*.
cetur à Domino quid illi loquen-
m ſit, 23, 5, 26. Balaam doctrina,
et.2,15. Apoc.2,14.
BALAC rex Moabitarũ mittit
ntios ad Balaam, Numer.22,5. Io-
24,9.vide Iudic. 11,25. Michææ 6,
Apoc.2, 14.
BALTHASAR videt manum
ibentem, Daniel 5,5. occiditur, &
gnum eius delabitur ad manus Da-
5,30‡6,1.
BANAIAS dux Cerethi &Pe-
thi,2 Reg. 20,23. Dauidi à conſiliis
23.1Par. 11,25. poſtea præfectus
litum Salomonis,3 Reg.2,35.
BAPTISMVS à Chriſto pre-
ptus,Matth.28,19.Marc.16,16. Io-
n.3,5.
Baptiſmum docuerunt Apoſtoli,
adminiſtrarunt, Act. 2, 38, 41 ‡ 8,
36‡9,18‡ 10, 47 ‡ 16, 15, 33 ‡ 19,
‡32,16.Rom.6,3. 1 Cor. 1,14. Gal.
17.Eph.4,5.Hebr.6,2.
Baptiſmus ſaluat, 1 Petr.3,21.
ptiſmus eſt lauacrum regeneratio-
is, Tit.3,5.
Baptiſmus tollit omnia peccata,
ene.17,14.Eſaiæ 44,3.Ezech.36,25.
Zachar. 13,1. Matth. 18, 14‡28, 19.
Marc. 1,4‡ 16, 16. Ioan. 1,33‡3, 5.
Act.2, 38‡8, 12, 38‡16, 33‡18, 8.
Rom. 6, 3,4,5,6*.1 Cor.6,11.Eph. 5,
26. Coloſſ.2,11*. Tit. 3,5*.Hebr. 10,
22. 1 Petr. 3,21.
Baptiſmus non eſt iterandus, E-
phe.4,5.Heb.6,6‡10,26.Idẽ declarat
ipſius figura, Gen.17, 14.1 Cor.10,2.
Baptiſmus Iohannis,Matt.3,6‡21,
25.Marc.1,4‡ 11,30. Luc.3,16‡ 7,29
‡20,4.Ioann.1,25,33‡3,23. Actor.1,
5‡ 11,16‡ 13,24‡ 19,3.
Baptiſmus pœnitentiæ prædica-
tur,Marc.1,4. Lucæ 3,3.Act.2,38‡13,
24‡ 19,3.Rom.6,3.Col 2,12.
Baptiſmi nomine ſignificatur paſ-
ſio,Mat.20,22.Mar.10,38. Luc.12,50.
Baptiſmus in ſpiritu ſancto & igne
Mat.3,11.Mar.1,8.Luc.3,16.Ioã.1,33.
Act.1,5‡2,4‡11,15.
BAPTIZANDI ſunt paruu-
li, Gen.17,14. Exod.4,24,25,26. Mat.
11,28‡ 18, 14‡ 19, 13. Marci 10, 14.
Luc. 18,15.Ioan.3,5.Act.2,39,41‡16,
15,33‡ 18,8. 1 Cor.1,16‡10,2‡ 15,22.
1 Timot.2,4.
Baptizari in Scripturis aliquando
exprimitur per verbum Illuminari,
Hebr. 6, 4. aliquando per Renouari,
Heb.6,6.
Baptizatus Chriſtus,Mat.3,15.Mar.
1,9.Luc.3,21. in baptizatũ delabitur
Spiritus ſanctus,Matth.3,16.Marc.1,
8.Lucæ 3,21.Ioan.1,33.
Baptizat Chriſtus per diſcipulos,
Ioan.3,22‡4,2.
Baptizata integra domus, 1 Cor.1,
14.Act.16,15,33‡ 18,8‡16,33.
Baptizati accipiunt Spiritum ſan-
ctum,Act.2,38‡ 19,3. induunt Chri-
ſtum,Gal.3,27.in morte ipſius bapti-
zantur,Rom.6,3. in vnum corpus ba
ptizantur,1 Corint.12,13,27.
Baptizatus Simõ Magus,Act.8,13.
Baptizatus Eunuchus, Act.8,38.
Baptizatus Cornelius gentilis. Act.
10,47.
BARIEHV à Deo per Paulum
vſu oculorum priuatur. Act.13,11.
BARNABAS ponit pretium
agri ante pedes Apoſtolorum, Act.4,
37.ducit Paulum ad Apoſtolos, 9,27.
mittitur Antiochiam, 11, 22. redit in
Ieruſalem, 11, 30. iterum recepit ſe
Antiochiam cum Paulo 12,25.
BARABBAS latro dimittitur
Matth.27,26.Marc.15,15.Lucæ 23,25.
Ioan.18,40.Act.3,14.
BARTIMAEVS viſu dona-
tur Mar.10,46,52.
BARVCH filius Neriæ, Iere.
32,12.dictante Ieremia ſcribit librũ,
qui comburitur, 36. *. conſcribit a-
lium, qui populo prælegitur 45, 1.
Baruch 1,3.
BARZELLAI prouidet regi
Dauid de cibis,2 Reg. 17,27. deducit
eum vſque ad Iordanem, 19, 3. 1*.
Dauid præcepit vt filiis Barzellai be-
neſiat,3 Reg.2,7.
Barzellai quoniam ſuæ genealogiæ
ſcripturam demonſtrare non poterat,
reiicitur à Sacerdotio, 1 Eſdræ 2, 62.
2 Eſdr.7,64.
BASEMATH filia Salomo-
nis,vxor Achimaas,3 Regum 4,15.
BATHVEL filius Nachor pa-
ter Rebeccæ,Gen.22,23.
BEATITVDO ſeu beatorũ
gaudium,& vita æterna, Sapien. 3,7
‡ 5,1,16. Eſaiæ 25, 9‡ 30, 29‡ 49, 20
‡60*64, 2. Ieremiæ 31, 3, 8, 13. Da-
niel.12,13.Matth. 13, 43‡ 19,28‡25
*.Marc.12,25. Lucæ 9,33 ‡ 16,22‡ 22
29. Ioann. 16,20‡ 17, 2,24. Roma.8,
30. 1 Corinth.2,9‡ 15,41.2 Corinth.
12,3. 2 Timoth.4,8. 1 Petri 1,4,8‡ 5,
4. Hebræ.10, 35‡ 12,23. Iacob.1,12.
Apoc.2*.3*.7,9;15‡ 14, 1‡21*. 22*.
Beatitudo quomodo comparetur,
Eſaiæ 25, 9. Matth. 20, 23‡25.34.
Marc. 10, 40. Ioann. 3,15, 16,36‡ 5,
24‡ 20,29.Act.2, 21‡ 15, 11‡ 16, 31.
Roman.1,16‡10,4. Epheſ.1,13‡2,
6. 1 Theſſal.5,9. 2 Theſſalon. 2, 13.
2 Timoth.1,9.Tit.1,1‡3,5.1 Petri 1,
9. Hebr.5, 12.
BELIS & Draconis hiſtoria,
Dan.14*.
BELLVM eſt pœna peccati,
Leuit.26,24. Deut. 28,36,49. Iudic.2,
13‡3,1,8‡4,1‡6, 1‡10, 6‡13, 1.
Eſa.5,25.Ierem.5,15.
In Belli neceſsitate quomodo ſe
quis habere debeat, Exod. 17, 8, 12.
1 Reg.17,20*.2 Paral. 12, 2, 6‡ 14,9,
12‡ 18*. 20, 1‡ 32,1, 6. Iudith 8,9*.
1 Machab. 3,16,20‡ 4, 7, 10‡ 7,41,
45. 2 Mach. 8,16,19.Deus puguat pro
ſuis,Exod.14,13. Deut. 1, 30‡ 3, 22.
1 Regum 17,46. 2 Paral.20,15.Pſalm.
17, 35‡ 143, 1. Eſaiæ 30, 15. Quære
Victoria.
Bellandum armis quoque ſpiri-
tualibus,Roman.13,12. 2 Cor. 10, 4.
Epheſ.6,11. Galat.5, 17.
Bellum quibus de cauſis ſuſcepe-
rint olim fideles,Geneſ.14,14. Iudic.
9,27‡20*.Ioſue 10,1,7.1 Reg.30,1,8.
BENEDICTIO qua homo
homini benedicit,Geneſ.14,19‡ 27,
4*‡ 28.4‡ 48,9.Exod. 12,32, 39,43.
Leuit.9,22.Numer.24,9*.Deuter. 10,
8‡ 33,1. Ioſue 8, 33‡ 14, 13‡ 15, 19
‡22, 6. 1 Regum 2,20. 2 Regum 6,18
‡ 13,26‡ 14,22‡ 19,29. 3 Regũ 1, 47
‡ 8,14. 4 Regum 10, 14. 1 Paral. 16,2.
2 Paral.6,3.Iudith 15,10. Pſalm. 117,
26‡ 128,8.Prouerb. 27,14.1 Machab.
2,69.Lucæ 2,34‡6,28.Roman.12,14.
Hebræ.7,2.
Benedictio qua creaturæ conſe-
crantur & ſanctificantur, Exod.28,2
‡29,6,27. Leuitic. 21,10‡22,2‡ 27,
28,29,30. Numer. 5,17‡ 31, 6. Ioſue
6,24.Iudi.17,3. 1 Regum 21, 5. 1 Par.
18,11. 3 Eſdr. 1,41. 1 Timoth. 4, 5*.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Heb.9,2,3. Hinc consecratio Sacerdotum, vestium, altarium, templorum, cereorum, aquę lustralis, &c.

BENHADAD seruat fidem & pactum cum rege Asa, 3 Reg. 15, 20. obsidet Samariam, 20,1. 4 Reg. 6,24. ægrotat & moritur, 8,7. 15.

Benhadad filius Hazael fit rex Syriæ, 4 Reg. 3, 24. subiicit sibi Israëlem, 13,3.

BENIAMIN filius Iacob nascitur, Gen. 35, 16.

BENIAMITAE abutuntur vxore Leuitæ, Iudic. 19, 25. puniuntur, 20,41.

BESELEEL insignis artifex, Exod. 31,1 ‡ 35. 30.

BESTIAE & bruta animantia non crudeliter tractanda, Gen. 33,13. Exod. 23, 12. Num. 22, 23, 28. Deut. 5, 14 ‡ 22, 10. Prou. 12, 10. Eccli. 7, 24.

BETHSABEE filia Eliam vxor Vriæ à Dauid cognoscitur, & parit, 2 Reg. 11, 4, 27. puer ægrotat & moritur, 12, 15, 18. fit vxor Dauidis, parit ei Salomonem, 12, 24. 1 Par. 3, 5. Matth. 1, 6.

BETHSAIDA vrbs natiua Andreæ & Philippi, Ioan. 1, 44 ‡ 12, 21. deploratur, Mat. 11, 21. Luc. 10, 13.

BETHSEMITAE grauiter puniuntur, 1 Reg. 6, 19.

Bona opera pietasque vera in Deũ commendãtur, Exod. 19, 5 ‡ 20 * ‡ 23, 19, 25. Deut. 5, 6, 11, 16 ‡ 10, 12. Iosue 22, 5. 1 Reg. 15, 22. Psalm. 2, 10 ‡ 39, 7 ‡ 49, 14. Prou. 3, 1 ‡ 14, 31 ‡ 1, 3. Esaiæ 1, 16 ‡ 58, 6. Iere. 22, 3. Ezech. 18, 6. Hose. 6, 11. Mich. 6, 8. Zach. 7, 9 ‡ 8, 16. Eccli. 35, 12. Matt. 5, 24, 29, 39. Luc. 1, 75 ‡ 3, 11. Ioan. 12, 26. Roman. 12*. 13*. 14, 17. Philip. 3, 3. Iac. 1, 27. vide Opera.

Bonitas & benignitas Dei erga suos, Gen. 18, 26, 30. Exod. 6, 1 ‡ 9, 26 ‡ 11, 7 ‡ 20, 6 ‡ 34, 6 Numer. 20, 8. Deut. 4, 29 ‡ 5, 10 ‡ 7, 9 ‡ 10, 18 ‡ 28, 1 ‡ 30, 3 ‡ 32, 10. 2 Reg. 7, 12 ‡ 12, 13 ‡ 24, 14. 3 Reg. 8, 23. 4 Regum 20, 5. 2 Esdr. 9, 8. Sap. 11, 24. Eccli. 2, 12 ‡ 18, 1. Psal. 31, 5 ‡ 35, 7 ‡ 36, 25 ‡ 85, 5 ‡ 102* ‡ 135* ‡ 144, 8. Esaiæ 30, 18 ‡ 54, 5, 7 ‡ 55, 7. Ierem. 12, 15 ‡ 18, 8. Ezech. 18, 27 ‡ 33, 15. Hose. 2, 21. Ioel 2, 13. Ionæ 4, 2. Matth. 11, 28 ‡ 18, 19. Lucæ 1, 30 ‡ 6, 36 ‡ 15, 20, 27 ‡ 23, 43. Rom. 11, 4, 31. 2 Corinth. 1, 3. Ephes. 2, 4. 1 Timoth. 1, 13, 16.

C.

CAECITAS tum corporis, tum animi, Genes. 19, 11. Deut. 28, 28. 4 Reg. 6, 18. Psalm. 68, 24 ‡ 145, 8. Esaiæ 6, 10 ‡ 42, 7, 16, 18 ‡ 35, 5 ‡ 29, 18 ‡ 43, 8 ‡ 56, 10 ‡ 59, 10. Sapien. 2, 21. Tob. 2, 11. 2 Macha. 10, 30. Matth. 15, 14. Marc. 8, 18. Luc. 4, 19. Ioan 9, 1, 4 ‡ 12, 40. Act. 9, 8, 18 ‡ 13, 11. Rom. 1, 21 ‡ 11, 10. 2 Corin. 4, 4 Ephes. 4, 18. 2 Pet. 1, 9. 1 Ioan. 2, 11. Apoc. 3, 17.

Cæci illuminantur, Tob. 11, 15. Matth. 9, 30 ‡ 20, 34. Marc. 8, 25 ‡ 10, 46. Luc. 18, 35. Ioan. 9, 7.

CAERIMONIAE Ecclesiasticæ, seu cultus externus, Gene 8, 20 ‡ 14, 18 ‡ 15, 9 ‡ 17, 10 ‡ 22*. ‡ 26, 5 ‡ 28, 11 ‡ 33, 20 ‡ 43. 4, 26. Exo. 12*. ‡ 18, 20 ‡ 19*. Leuit. 8, 34 ‡ 9*, ‡ 1*, 19 ‡ 12*. ‡ 14* ‡ 23* ‡ 24*. Numer. 1, 50 ‡ 4* ‡ 5* ‡ 6* ‡ 7* ‡ 8* ‡ 9* ‡ 15*. 1 Paralipom. 23*. 1 Esdr. 6*. Matth. 2, 11.

Cærimoniæ seu ritus certi in orando, 3 Regum 8, 22, 54 ‡ 17, 21 ‡ 18, 42. 2 Paral. 5, 12*. Matth. 2, 11 ‡ 26, 39. Marc. 14, 35. Lucæ 22, 41. 1 Cor. 11, 4*. 1 Timoth. 2, 8.

CAIN primus filius Adam nascitur, Genes. 4, 1. occidit suum fratrem Abel, 4, 8. Sap. 10, 3. 1 Ioan. 3, 12.

CALEB filius Hesron, 1 Para. 2, 18. explorator terræ Canaan. Numer. 13, 8, 31 ‡ 14, 6, 24, 30, 38.

postulat, & consequitur terram Hebron, Ios. 14, 6, 9, 13 ‡ 21, 12. Iudic. 1, 20. 1 Par. 6, 56.

CALIX iræ & furoris, Esaiæ 51, 17. Iere. 25, 15. Psalm. 59, 5 ‡ 74, 9. Apoc. 16, 19.

Calix passionis, Matth. 20, 22 ‡ 26, 38. Marc. 10, 38. Lucæ 22, 42. Ioann. 18, 11.

CAMOS, vide Chamos.

CANA ciuitas Galilææ, vbi Christus aquam in vinum mutauit, Ioan. 2, 7.

CANAAN filius Noë maledicitur, Genes. 9, 25 ‡ 10, 1, 6. laus terræ Canaan, Deut. 11, 10. Terra Canaan promittitur Abrahamo & eius semini, Genes. 12, 7 ‡ 13, 15 ‡ 15, 18 ‡ 17, 8 ‡ 26. 4 ‡ 35, 12. Exod. 3, 8, 17. Leuit. 20, 24. Deut. 9, 6. datur, Iosue 13, 6. quam ob causam Deus Cananæos expulerit, Leuitic. 18, 25. Deuter. 9, 4 ‡ 18, 12 ‡ 20, 17. quamobrem paulatim & non simul illas nationes profligauerit, Exod. 23, 29. Deuter. 7, 22. Iudic. 2, 23 ‡ 3, 1. descriptio & diuisio terræ Canaan. Genes. 10, 19. Exod. 23, 31. Numer. 26, 52 ‡ 33, 54 ‡ 34*. Iosue 13* ‡ 14* ‡ 15* ‡ 16* ‡ 17* ‡ 18*. ‡ 19*. Ezec. 47, 13, 21.

Cananæa mulieris filia à dæmonio liberatur, Mat. 15, 28.

CAPHARNAVM, ciuitas Galilææ, in qua cœpit Iesus prædicare, Matth. 4, 17. Lucæ 4, 31. curat ibidem seruum Centurionis, Matth. 8, 13. appellatur ciuitas eius, 9, 1. increpatur, 11, 13.

CAPTIVOS inuisere, Ge 14, 14. 1 Reg. 30, 9. Tob. 1, 15. Ier 9. Matth. 25, 37. Act. 12, 5. 2 Timo 16. Heb. 13, 3.

CAPTIVOS non de Deus, Gen. 39, 21. Sap. 10, 13. Es 7. Act. 5, 18 ‡ 12, 17 ‡ 16, 25.

CARNEM suam crucif quomodo quisque debeat, Ec 1. Rom. 6, 12 ‡ 8, 12, 13, 14. Gal Ephes. 4, 22 ‡ 5, 3. Tit. 2, 12. 1 Pe ‡ 4, 2, 6. Heb. 12, 1.

CASTITAS cœlibum fertur castitati coniugali, Psa 15. Sapien. 6, 20. Matth. 19, 12 ‡ 1 Cor. 7, 25, 32, 34, 38*. Apoc. 14.

Castitas hæc consulitur vt tio euangelica, Matth. 19, 12. 1 rint. 7, 25.

Castitatis laus, 1 Reg. 21, 5. To 6, 16*. Iudith 15, 11 ‡ 16, 26. Psa 15. Prou. 22, 11. Sap. 3, 13, 14 ‡ ‡ 6, 20. Eccli. 6, 28 ‡ 26, 20. Esai ‡ 56, 3, 4, 5*. Zach. 9, 17. 2 Machab 38. Matth. 5, 8, 48 ‡ 19, 12 ‡ 22, ‡ 25, 1. Luc. 1, 27 ‡ 20, 34. Act. Rom. 2, 7. 1 Cor. 7, 25*. 2 Cor. ‡ 11, 2. 1 Timot. 2, 2 ‡ 3, 2 ‡ 4, 12 ‡ Tit. 1, 8 ‡ 2, 5. Apoc. 14, 4.

CAVENDVM à pseudoprophetis, Matth. 7, 15. Marc. 8, 15 ‡ 1 Lucæ 17, 23.

CAYPHAS summus Sacerd consilium dat contra Christum, Ioa 11, 49 ‡ 18, 14. prohibet Apostol ne prædicent, Act. 4, 18.

CEPHAS, vide Petrus.

CEREORVM & lãpadum in templis vsus, 2 Par. 4, 20.

CERTI non sumus de accepta peccatorum remissione, vel vita æterna consequenda, Eccle. 9, 1, 2. Eccli. 5, 5. Rom. 8, 17 ‡ 11, 20. 1 Cor. 4, 4, 5 ‡ 9, 27 ‡ 10, 12. Philip. 2, 12 ‡ 3, 11, 13. 1 Timot. 1, 19. 2 Petri 3, 17. Heb. 3, 14 ‡ 4, 1.

CHAMOS, siue Camos, idolũ Moabitarum, Num. 21, 29. huic Salomon ædificat templum, 3 Regum 11, 7. destruitur, 4 Regum 23, 13.

CHARITAS virtus fide præstantior, Prouer. 10, 12, Matth. 22, 38 ‡ 25*. vbi à nuptiis excluduntur non habentes oleum charitatis, Mar. 12, 33. 1 Corin. 12, 31*. ‡ 13, 1, 8, 13*. Coloss. 3, 14. 1 Tim. 1, 5. 1 Petri 4, & 1 Ioan. 4, 16.

Charitas fraterna, Gen. 13, 8. Leuit. 19, 18 Deut. 22, 1. 1 Reg. 18, 1. Eccli. 25, 2. Psalm. 132, 1. Prouer. 10, 12. Mat. 7, 3 ‡ 19, 19 ‡ 22, 38. Ioan. 13, 14, 34 ‡ 15, 12. Rom. 12, 10 ‡ 13, 9. 1 Corinth. 13*. Gal. 5, 14. Ephes. 4, 15 ‡ 5, 1. Philip. 2, 2. Col. 3, 13. 1 Thessal. 4, 9. 1 Timoth. 1, 5. Heb. 13, 1. 1 Petri 4, 8. 1 Ioan. 3, 23 ‡ 4, 7. Diligendi etiam inimici, Exodi 23, 4. 1 Regum 24, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

‡30, 11. 2 Regũ 19, 19. 4 Regũ Iob 31, 29. Prouer. 25, 21. Matth. Lucæ 6, 27, 35 ‡ 23, 33. Actor. 7, Rom. 12, 20. vide Dilectio.

CHOREAS ducere, Exod. 32, Iudic. 11, 34 ‡ 21, 21. 2 Reg. 6, 14. Psalm. 149, 3 ‡ 150, 4.

CHRISTVS Iesus verus & homo promittitur, Genes. 3, ‡ 12, 3 ‡ 17, 19, 21 ‡ 22, 18 ‡ 26, 4 ‡ 14 ‡ 9, 10. Nu. 24, 17. Deu. 18, 18. Regum 1, 10, 35. 2 Regum 7, 13. Psalm. 2*. 21*. 109, 1. Esaiæ 7, 15 ‡ 8, ‡ 6 ‡ 11, 1, 10 ‡ 28, 16 ‡ 40, 9 ‡ 42, ‡ 45, 1 ‡ 46, 13 ‡ 49, 1, 6, 10 ‡ 50, 5 ‡ 53, 10 ‡ 55, 20 ‡ 53*. ‡ 60, 1 ‡ 62, 11. Ierem. 23, 5 ‡ 30, 9 ‡ 33, 15. Ezec. 17, ‡ 34, 11, 15, 23 ‡ 37, 24. Dan. 7, 13 ‡ 34. Mich. 5, 1. Agg. 2, 8. Zachar. 2, ‡ 3, 8 ‡ 9, 9. Malac. 3, 1.

Christus secũdum promissum Dei patris primùm in tempore propter nos verus homo factus, & nobiscum conuersatus, Ioann. 1, 14. Deus in carne manifestatus est, 1 Timoth. 3, 1 Ioann. 4, 2. Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, Rom. 8, 3.

Christus est verus Dei filius, Mat. 7 ‡ 14, 33 ‡ 17, 5. Marc. 1, 11 ‡ 5, 7 ‡ 15, 39. Lucæ 1, 31 ‡ 3, 22 ‡ 9, 3, Ioan. 1, 34, 49 ‡ 6, 69 ‡ 9, 36 ‡ 11, 27 ‡ 17, 3. Rom. 1, 4 ‡ 8, 3. Hebr. 1, 2 ‡ 5, ‡ 6, 6 ‡ 7, 3 ‡ 10, 29. 2 Petri 1, 17. Ioan. 3, 8 ‡ 4, 9 ‡ 5, 20.

Christus conceptus de Spiritu sancto, Mat. 1, 20. Luc. 1, 35.

Christus natus ex Maria virgine, Mat. 1, 25. Lucæ 1, 31 ‡ 2, 6, 11. Galat. 4. Esaiæ 7, 14. natus in Bethleem, Mich. 2, 1. Lucæ 2, 6, 11. Ioan. 7, 42. Miche. 5, 1.

Christus sine peccato, Esaiæ 53, 12 Ioan. 8, 46. 2 Corin. 5, 21. 1 Petri 2, 22. Ioan. 3, 5. Hebr. 4, 15 ‡ 7, 26. circumciditur, Lucæ 2, 21. baptizatur in Iordane, Matth. 3, 16. Marc. 1, 9. Lucæ 3, 21.

Christus manifestatur & demonstratur certis testimoniis, Matth. 1, 1, 3, 23 ‡ 3, 11 ‡ 8, 29 ‡ 11, 5 ‡ 16, 16 ‡ 17, 5 ‡ 22, 44 ‡ 26, 64 ‡ 27, 53. Marc. 9, 7 ‡ 15, 39. Lucæ 1, 41, 31 ‡ 2, 10, 11* ‡ 9, 29 ‡ 22, 68. Ioann. 1, 14, 29, 32, 49 ‡ 2, 11 ‡ 3, 2, 13, 16, 35 ‡ 5, 39 ‡ 6, 69 ‡ 7, 40 ‡ 9, 35 ‡ 10, 7, 24, 36 ‡ 11, 27, 41 ‡ 12, 17 ‡ 14*. ‡ 15, 25 ‡ 17, 1 ‡ 20, 31. Roman. 1, 2 ‡ 8, 3 ‡ 9, 5. 2 Cor. 5, 19. Galat. 4, 4. Philipp. 2, 6. Col. 2, 9. 1 Timot. 3, 13. Tit. 2, 11. Hebr. 1*. ‡ 5* 1 Ioan. 5, 20.

Christus est agnus Dei, Esaiæ 53, 7 Ioan. 1, 29. Actor. 8, 31. 1 Corint. 5, 7. Apoc. 5, 6, 12 ‡ 7, 9, 17 ‡ 14, 1 ‡ 13, 8 ‡ 17, 14.

Christus est dominus dominantium & rex regum, Ezech. 37, 24. Psalm. 2, 6 ‡ 24, 7. Colos. 2, 10. 1 Timoth. 6, 15 Apoc. 1, 5 ‡ 17, 14 ‡ 19, 16.

Christus est imago Dei, Sapien. 7, 26. 2 Cor. 4, 4. Heb. 1, 3.

Christus est lux gentium & totius mundi, Esaiæ 2, 5 ‡ 9, 2 ‡ 42, 6 ‡ 49, 6 ‡ 60, 1, 19. Matth. 4, 16. Lucæ 2, 32. Ioan. 1, 4 ‡ 3, 19 ‡ 8, 12 ‡ 9, 5 ‡ 12, 35, 46. Actor. 13, 47. 1 Ioan. 1, 5 ‡ 2, 8. Apoc. 21, 23.

Christus verus pastor, Esaiæ 40, 11. Ezech. 34*. ‡ 37, 24. Mich. 5, 3. Zach. 13, 7. Matth. 26, 30. Marc. 14, 27. Ioan. 10, 11. Hebr. 13, 20. 1 Petri 2, 25 ‡ 5, 4.

Christus docuit & prædicauit, Mat. 4, 17 ‡ 5*. 6*. 7*. Marc. 1, 14. Lucę 4, 15 ‡ 6, 20*. curauit omnem infirmitatem, Mat. 4, 23 ‡ 8*. ‡ 9, 2, 20, 28. Marc. 8, 23. Lucæ 17, 12.

Christus est transfiguratus, Matth. 17, 2. Marc. 9, 2. Lucæ 9, 29.

Christus per proditorem traditur, quære Iudas.

Christus passus est, Psal. 21*. Esaiæ 53*. Dan. 9, 26. Matt. 16, 21 ‡ 17, 12, 22 ‡ 20, 18, 22 ‡ 26, 37, 66 ‡ 27*. Marc. 8, 31 ‡ 9, 31. Lucæ 17, 25 ‡ 18, 31 ‡ 23*. Ioann. 18, 28 ‡ 19*. Acto. 3, 18 ‡ 8, 32 ‡ 17, 3. Roma. 8, 32. 1 Petri 2, 21 ‡ 4, 1. Hebr. 2, 18 ‡ 13, 12.

Christus est crucifixus, Matth. 27, 35. Marc. 15, 24. Lucæ 23, 32. Ioan. 19, 12. Act. 2, 23 ‡ 4, 10. 1 Corinth. 2, 2. 2 Cor. 13, 4.

Christi passio prædicta & prefigurata est, Gen. 22, 2. Num. 21, 8. Psalm. 21*. Esaiæ 53*. Dan. 9, 26. Matt. 20, 22. Ioan. 3, 14, 16 ‡ 8, 28 ‡ 12, 32.

Christus mortuus est & sepultus propter peccata nostra, Matth. 27, 49, 58. Marc. 15, 37, 42. Lucæ 23, 45, 49. Ioann. 19, 30, 40. Actor. 13, 29. Rom. 5, 6 ‡ 6, 10 ‡ 8, 34 ‡ 14, 9. 1 Corint. 15, 3. 2 Corint. 5, 15. 1 Thess. 5, 10. vt prædixerat futurum, Matth. 16, 21 ‡ 20, 22.

Christus tertia die resurrexit à mortuis, Psal. 15, 19. Matth. 28, 6. Mar. 16, 6. Lucæ 24, 5. Ioan. 20, 9. Act. 2, 24. 31 ‡ 10, 40 ‡ 13, 30 ‡ 17, 31. Roman. 4, 25 ‡ 8, 34 ‡ 14, 9. 1 Cor. 15, 4, 12. 2 Tim. 2, 8. idque prædictũ & præfiguratum est, Psalm. 15, 10. Ionę 2, 1. Matth. 12, 40 ‡ 16, 21 ‡ 17, 22 ‡ 20, 22. Marc. 8, 31 ‡ 9, 31 ‡ 10, 34. Lucæ 11, 30 ‡ 18, 33. Ioan. 2, 19.

Christus ascendit in cælum, Marc. 16, 19. Lucæ 24, 51. Ioann. 3, 13 ‡ 6, 62. Act. 1, 9. Ephe. 1, 20 ‡ 4, 8. 1 Petri 3, 22 Heb. 4, 14. Psal. 67, 19.

Christus est Deus & Dei filius à principio & ab æterno, Ioan. 1, 1 ‡ 8, 58 ‡ 17, 5, 24. Michæ. 5, 2. Prouer. 8, 22. Coloss. 1, 16. Heb. 1, 2.

Christus mediator, reconciliator & aduocatus, Ioann. 6, 44, 65 ‡ 10, 7 ‡ 14, 6. Actor. 4, 12. Roman. 3, 25 ‡ 5, 2 ‡ 8, 34. Galat. 3, 20. Ephes. 2, 14, 17. Coloss. 1, 19. 1 Timot. 2, 5. Hebr. 7, 24 ‡ 8, 6 ‡ 9, 15 ‡ 12, 24. 1 Ioan. 2, 1 ‡ 4, 10.

Christus sedet ad dexteram Dei patris, Psalm. 109, 1. Matth. 22, 44. Marc. 16, 19. Lucæ 22, 69. Actorum 7, 56. Rom. 8, 34. Ephes. 1, 20. Coloss. 3, 1. 1 Pet. 3, 22. Heb. 1, 13 ‡ 10, 12 ‡ 12, 2

Christus venturus est iudicare viuos & mortuos, Psalm. 95, 13. Matth. 16, 27 ‡ 24, 30 ‡ 25, 21. Lucæ 17, 24, 30 ‡ 21, 25. Ioan. 5, 22. Actor 1, 11 ‡ 10, 42 ‡ 17, 31. Rom. 2, 16. 2 Corinth. 5, 10. 1 Thess. 4, 16. 2 Thess. 1, 7. 2 Tim. 4, 1. 1 Pet. 4, 5. Heb. 9, 28. Iudæ 14. Apoc. 1, 7 ‡ 20, 11.

Christo omnia tradita sunt à Patre, & subiecta, Matth. 11, 27 ‡ 28, 18. Lucæ 10, 22. Ioan. 3, 35 ‡ 17, 2. Ephe. 1, 22.

Per Christum cuncta sunt creata, Psalm. 32, 6. Ioan. 1, 3. Ephe. 3, 9. Col. 1, 15. Hebr. 1, 2.

Christus manet in æternum, Psal. 109, 4. Esaiæ 9, 7. Daniel 7, 14. Mich. 5, 1. Ioan. 12, 34.

Christus est Leo, Apoc. 5, 5.

Christus est stella matutina, 2 Pet. 1, 19. Apoc. 22, 16.

Christus nouit omnia, Ioan. 16, 30 ‡ 21, 17. Apoc. 2, 23.

Christus est vnũ cum Patre, Ioan. 10, 30 ‡ 14, 10, 20 ‡ 17, 21.

Christus sibi reputat fieri quod Christianis fit, Zach. 2, 8. Prou. 14, 31 ‡ 17, 5. Matth. 10, 42 ‡ 18, 5 ‡ 25, 35. Mar. 9, 40. Luc. 10, 16. Act. 9, 4. 1 Thessal. 4, 8.

CHRISTIANI appellantur fideles, Actor. 11, 26 ‡ 26, 28. 2 Corinth. 10, 7.

Christiani dicuntur sancti, quia sanctitatem profitentur, Act. 9, 41. Roman. 1, 7 ‡ 12, 13 ‡ 15, 26 ‡ 16, 2, 15. 1 Cor. 1, 2 ‡ 6, 1 ‡ 14, 33. 2 Cor. 1, 1 ‡ 9, 1, 12 ‡ 13, 12. Ephes. 1, 1, 15 ‡ 5, 8, 18 ‡ 4, 12 ‡ 6, 18. Phil. 1, 1 ‡ 4, 21. Col. 1*. 1 Thess. 5, 27. 1 Timot. 5, 10. Hebr. 6, 10 ‡ 13, 24.

Christianis viuendum sicut Christus vixit, Galat. 2, 19. 1 Ioan. 1, 7 ‡ 2, 6 ‡ 3, 3.

Christiani erunt cũ Christo, Ioan. 12, 26 ‡ 14, 3 ‡ 17, 24.

CHVS filius Cham, Gen. 10, 6. 1 Paral. 1, 8.

CHVSAI amicus Dauidis, nũtiat Dauidi quid in eum meditetur Absalon, 2 Reg. 15, 32 ‡ 17, 15, 16.

CHVSAN Rasathaim rex Syriæ regnat super Israël octo annos, Iudicum 3, 8.

CIBVS qui Iudæis vetitus, Exod. 21, 28 ‡ 22, 31. Leuit. 3, 17 ‡ 7, 23 ‡ 11, 4 ‡ 17, 10, 13 ‡ 19, 26. Deu. 12, 16,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

23 ‡ 14,7,10. 1 Regum 14, 32.

CIBORVM & potus in cõiuiis luxus, Esaiæ 5,12. Ezech. 16,49. Lucæ 21,34 ‡ 16, 19. Roman. 13, 13. Galat. 5,21. 1 Petri 4,3. 2 Petri 2,13. vide Ebrietas.

Cibare esurientes seu fame laborantes, Deut. 23,4. Iudi. 8,5. 1 Reg. 21, 3 ‡ 35, 8,23. 2 Regum 16, 1. Esaiæ 58, 7. Matth. 25,35.

Cibus sumendus cum gratiarum actione. vide Gratia.

CIBI delectus habendus. vide Abstinentia.

CIRCVNCISIO carnalis & spiritualis, Gene. 17, 10 ‡ 21,4 ‡ 34, 24. Exod. 4,25 ‡ 12,44. Leui. 12,3. Deu. 10, 16 ‡ 30,6. Iosue 5,2,7. Iudith 14,6. Ierem. 4,4 ‡ 6, 10 ‡ 9,25. 1 Mach. 1,16 51,63. 2 Macha. 6, 10. Lucæ 1,59 ‡ 2, 21. Ioann. 7,22. Act. 7,8 ‡ 15, 1,24 ‡ 16 3. Roman. 2,25,29 ‡ 3, 1 ‡ 4, 10. 1 Corinth 7, 19. Galat. 2, 3 ‡ 5, 2 ‡ 6, 12. Ephesior. 2, 11. Philip. 3,2. Coloss. 2, 11 ‡ 3, 11.

CLAVDIVS Cæsar Romanus, præcipit omnes Iudæos exire Roma, Act. 18, 2. huius tẽpore magna erat in orbe annonę caritas, Act. 11,28

CLAVDIVS Lysias mittit Paulum ad Felicem præfectum Cæsareæ, Act. 23,23,30.

CLEOPATRA filia Ptolemæi traditur Alexandro, 1 Mach. 10, 58. tũc adimitur, & traditur Demetrio, 11, 11.

CLEOPHAS ibat cum altero discipulo in Emaus, Lucæ 24, 13. cognouit Christum in fractione panis, 24, 30.

COGITATIONES prauæ quas odit Dominus, Zach. 8, 17. Prouerb. 6, 14. Matth. 15, 19. Marc. 7,21.

Cogitationes cordis Deus nouit, 3 Reg. 8,39. 2 Paral. 6,30. Ioann. 2, 25. & nulla latet eum, Iob 42, 2. Eccli. 42, 19. Esaiæ 29, 15. Matth. 9,4. Hebr. 4, 12. nouerunt eas & alij, quib⁹ Deus voluerit reuelare, 4 Reg. 5,26 ‡ 6, 12. Dan. 2, 29*.

COGNOSCERE licet subinde homines ex verbis & factis, Eccli. 19,27 ‡ 27,9. Matth. 7, 16 ‡ 12, 33. Lucæ 6,44.

Cognosci Deus humana sapientia non potest, nisi ipse reuelet paruulis & humilibus, Matth. 11, 25 ‡ 16, 17. Lucæ 10,21. Ioan. 7, 28 ‡ 8, 19, 27 ‡ 10, 14 ‡ 14, 4 ‡ 15, 15 ‡ 17, 6. Act. 17, 23. 1 Corinth. 1, 17, 18 ‡ 2, 6, 10 ‡ 3, 19. Coloss. 1, 26.

CONCIONATORVM, Pastorum, & Prophetarum officium, 1 Reg. 12,23. Esaiæ 58, 1 ‡ 61, 1. Iere. 1,5. Eze. 3, 1, 9, 12 ‡ 33, 2, 7. Act. 3, 18. 24. vide Episcoporum electio & officium.

CONCORDIA fratrum cõmendatur, Psalm. 132, 1. Eccli. 25, 2. Roma. 12, 16. idem sapere, idemque sentire iubemur, Roma. 12, 16 ‡ 15, 6. 1 Corinth. 1, 10. Ephes. 4, 3. Phil. 2, 2 ‡ 3, 17 ‡ 4, 2. 1 Petri 3, 8.

CONCVPISCENTIA prohibetur, & punitur, Exod. 20, 17. Nu. 11, 33 ‡ 21, 5, 6. Iosue 7, 21, 24. Eccli. 19, 1 ‡ 42, 11. Iob 31, 1. Prouer. 6, 25. Matth. 5, 28. Marc. 4, 19. Roman. 6, 12 ‡ 7, 8 ‡ 13, 14. Galat. 5, 16. Coloss. 3, 5. 1 Thessal. 4, 3. 1 Timo. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. 1 Cor. 10, 6. 1 Pet. 1, 15 ‡ 2, 11 ‡ 4, 3. 2 Petri 1, 4. 1 Ioann. 2, 16. Iacob. 1, 14 ‡ 4, 1. Iudæ 23.

Concupiscentias carnis crucifigere, refrenare & mortificare iubemur, Eccli. 18, 30. Roman. 6, 12 ‡ 8, 8, 12 ‡ 13, 14. Galat. 5, 16. Ephes. 4, 22 ‡ 5, 3. Col. 3, 5. Tit. 2, 12. 1 Petri 2, 1 ‡ 4, 3, 6. Heb. 12, 1.

CONDONANDVM fratri in nos peccanti, Eccli. 28, 8. Mat. 5, 23 ‡ 6, 14 ‡ 18, 22, 35. Luc. 17, 3. Eph. 4, 32. Col. 3, 13.

CONFESSIO peccatorum in scripturis varia, & multiplex, Gen. 41, 9. Leuit. 16, 21, 39 ‡ 26, 40. Numer. 5, 6. Iosue 7, 19. 2 Regum 24, 17. 1 Esdræ 9, 6. 2 Esdr. 9, 2. Psalm. 27, 7 ‡ 31, 5 ‡ 37, 19 ‡ 73, 19 ‡ 94, 2. Prou. 16, 3 ‡ 18, 17 ‡ 28, 13. Eccli. 4, 25, 31 ‡ 7, 34 ‡ 17, 27. Esaiæ 38, 15. Daniel. 9, 5. Matt. 3, 6 ‡ 16, 19. Lucæ 11, 4 ‡ 18, 13. Ioann. 20, 23. Iacob. 5, 16. 1 Ioan. 1, 8, 9.

CONFIRMATIONIS sacramentum, Actor. 8, 17. Heb. 6, 2.

CONFITERI Christum & eius doctrinam, Matt. 10, 32. Lucæ 12, 8. Rom. 10, 9. 1 Petri 13, 15. vide Erubescere Euangelium.

CONIVRATIO & seditio, eiusque punitio, Numer. 16*. ‡ 20, 2. Iudic. 9, 23, 31, 34 ‡ 12, 1, 4. 2 Reg. 20*. 3 Regum 1, 5. Hest. 2, 21. Acto. 5, 36, 37 ‡ 19, 23 ‡ 23, 13, 20.

CONNVBIVM, vide Matrimonium.

Connubium spiritale inter Deum, & animam, Cantic.*. Esaiæ 50, 1 ‡ 54, 5 ‡ 62, 4. Ierem. 31, 22. Ezech. 16, 7, 8. Hose. 2, 20. Matth. 9, 15 ‡ 22, 2 ‡ 25, 5. Marc. 2, 19. 2 Cor. 11, 2. Apocal. 19, 7 ‡ 21, 2, 9.

CONSCIENTIAE bonæ trãquillitas, Prou. 15, 15. Eccli. 13, 30. 1 Ioann. 3, 21. 2 Corinth. 1, 12. conscientiæ malæ perturbatio, Sapien. 17 10, 11.

CONSECRATIO sacerdotum, dierum, altarium, vestium, cæterarumq. rerum, quarum est vsus in sacris, Exod. 28, 41 ‡ 29, 1, 7, 21, 29, 35 ‡ 32, 29 ‡ 40, 11. Leuit. 7, 30, 37 ‡ 8, 9, 22, 31, 33 ‡ 18, 21 ‡ 21, 7, 10 ‡ 22, 2, 3 ‡ 23, 12 ‡ 27, 10, 16, 21, 28. Nume. 3, 3 ‡ 6, 5, 9, 13 ‡ 7, 1*. ‡ 8, 12 ‡ 18, 10. Iosue 6, 24. Iudic. 16, 17 ‡ 17, 3. 3 Reg. 15, 13. 1 Paral. 10, 10 ‡ 18, 11 ‡ 23, 13. 2 Paralip. 2, 4 ‡ 17, 16 ‡ 23, 9 ‡ 26, 18. 1 Esdr. 3, 5 ‡ 8, 25. Eccli. 49, 9.

CONSILIA mala disputãtes, Gen. 11, 7 ‡ 37, 18 ‡ 50, 19. Num. 22*. 2 Regũ 15*. ‡ 17, 14. 2 Esdr. 4, 8, 15. Hest. 7, 5*. Iob 5, 13. Psal. 4, 4 ‡ 30, 12 ‡ 32, 10. Esaiæ 7, 8 ‡ 19, 3. Matth. 27, 62. Actor. 5, 19 ‡ 9, 24 ‡ 23, 12, 19 ‡ 27, 42.

CONSOLATIO pauperũ, vide Eleemosyna.

CONSORTIVM bonorum & malorum, vide Societas.

CONSTANTIA fidelium, 1 Regum 13, 13 ‡ 16, 26*. 3 Regum 18, 4, 13. 4 Regum 3, 13. Sapien. 5, 1. Iudith 13, 3, 10. 1 Machab. 1, 65 ‡ 2, 16, 24, 14, 42. 2 Machab. 6, 10, 19. * ‡ 7*. Daniel. 13*. Matth. 14, 3. Acto. 4, 8, 13. 1 Thess. 1, 6.

CONSTITVTIONES superiorum potestatem constituendi habentium, seruandæ sunt vt ipsius Dei, Exod. 16, 8. Lucæ 10, 16. Actor. 16, 4. 1 Thessal. 4, 2, 8. Roman. 13, 1. Tit. 3, 1.

CONSVLENDVS De⁹ dubiis in rebus, & eius vicarii. Gen. 25, 22. Exod. 18, 19. Leuit. 24, 12. Numer. 9, 7, 26 ‡ 15, 34 ‡ 27, 5. Deuter. 1, 17 ‡ 17, 8. Iosue 9, 14. Iudi. 1, 1 ‡ 18, 5 ‡ 20, 18, 23 ‡ 21, 2. 1 Reg. 10, 22 ‡ 23, 4, 10, 12 ‡ 30, 8. 2 Regum 2, 1 ‡ 5, 19, 23 ‡ 21, 1. 3 Regum 14, 2 ‡ 22, 5, 6, 15. 4 Regũ 3, 11, 16 ‡ 8, 8, ‡ 22, 13. 2 Par. 18, 4, 14 ‡ 33, 18. Psalm. 118, 24. Esaiæ 8, 1 ‡ 30, 1 ‡ 45, 11. Ierem. 37, 3, 5 ‡ 42, 2. Ezech. 14, 1, 2. Zach. 7, 2. Tob. 4, 19. Eccli. 37, 19. Lucæ 16, 29.

Consulendi non sunt diuini, vel magi, vel incantatores, & arioli, Leuit. 19, 31 ‡ 20, 6. Deut. 18, 11. 1 Regũ 28, 7, 9. 3 Regum 22, 6. 4 Reg. 1, 2, 6 ‡ 3, 13. 2 Paralip. 18, 5. Daniel. 2, 2 ‡ 4, 5 ‡ 5, 6.

CONTRISTARE Spiritũ sanctum, Ephes. 4, 30.

Contristari ad pœnitentiam commendatur, 2 Cor. 7, 9.

CONTRITIO vera prædicatur, Iere. 7, 3. Matth. 3, 2 ‡ 4, 17. Luc. 3, 3. 8 ‡ 13, 5 ‡ 24, 47. Actor. 2, 38 ‡ 3, 19 ‡ 8, 22 ‡ 17, 30 ‡ 20, 21 ‡ 26, 20.

Contritioni veræ promittitur remissio seu venia, Deut. 4, 29 ‡ 30, 2. 1 Regum 7, 3. 2 Par. 7, 14 ‡ 30, 6 ‡ 34, 26. Iob 22, 23. Prou. 28, 13. Psalm. 36, 5. Esaiæ 1, 16 ‡ 30, 18 ‡ 45, 22 ‡ 55, 7 ‡ 59, 20. Ierem. 3, 10, 17 ‡ 18. 8 ‡ 29, 12 ‡ 31, 18, 20. Ezech. 18, 21, 27 ‡ 33, 14. Hos. 14, 2. Ioel 2, 12. Ion. 3, 8. Zachar. 1, 3. Mal. 3, 7. Eccli. 17, 23. Lucæ 15, 18. Act. 3, 19 ‡ 26, 18, 20.

Contritio quærenda & amplectenda dum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

am sani sumus, Eccli.17, 24‡18, Gal.4,29.1 Thes.3,3.2 Timoth. 3,12. 1 Pet.4,1,12 ‡ 5,10.

ontritionis verę exempla. Iudic. 2 Regum 12,13 ‡ 24,10, 17. 2 lip. 12,6 ‡ 33,12. Ionæ 3.*Iudith Matthæi 26,74. Lucæ 7,37,44, 18‡18,13‡19,8 ‡ 22,62 ‡ 23,41. r.2, 37.

ontritionis falsæ exempla, Gen. 27,38. Exodi 8,8 ‡9,27 ‡ 10,16. e7,20. Iudic.1,7. 1 Regum 15, 30 ‡ 24,17. 3 Regum 13,6 ‡ 21,27. 5,3. 1 Machab.6,12. 2 Machab. 2. Matthæi 27,4. Actor.8,13,23. br.12,17.

COOPERARI gratiæ Dei, Liberum arbitrium.

COR siue voluntas hominis à o pro facto acceptatur, Genes.4,4 11. Exodi 25,2 ‡ 35,5. Deuteron. Matt.15,8. Marc.12,41. Lucæ 2 Corinth.8,12. quære Voluntas facto.

Cor mundatur & sanctificatur per ristum, Psalm.50,4. Ioan.13, 10 3‡17,19. Actorum 15,9.1 Corint. Ephe.5,26. 1Pet.1,22. 1 Ioan.1,7 Heb.1,3‡9,14‡10,10,14‡13,12.

CORNELIVS Centurio cō itur, Acto.10,3,44.

CORONA vitæ, 4 Esdr.2, 43. 5,17. 2 Timoth.4,8. 1 Pet.5,4. 1,12. Apoc.2,10.

CORREPTIO fraterna, ne.37,21. Leuit.19,18. Psalm. 140, Prou.1,20‡9,7‡10,17 ‡ 12,1‡13,1 31‡17,10‡24,25 ‡ 25,12 ‡ 27,5 8,23 ‡ 29,1. Ecclesiast. 7,6. Eccli. 15‡20,1‡21,7‡ 32,13. Hose.4,4. at.18,15. Luc.17,3. Galat.2,11‡6, 1 Timoth.5, 20. 2 Timoth.2, 25. br.3,13. Iacob.5,19.

Correptio impiorum est piis in morem & cautionem, vide Impio- m.

Corripiens alterum qualis esse de- at. Mat.7,3. Lucæ 6,41. Ioan.8,3. Tim.3,2.2 Tit.1,6.

CREATOR omnium rerum eus. Gene.1,1. Exo. 20,11. 1 Par.29, Psal.88,12 ‡ 95,5‡113,15 ‡ 120,2 123,8 ‡ 415,6. Esaiæ 37,16 ‡ 40, 28 42,5‡44,24‡45,12‡ 48,13 ‡ 51, 13. rem. 10,12‡32,17‡51,15. Zach. 12, Ionæ 1,9. Eccli. 1, 8. Baruch 3,32. Matth.11,25. Ioan. 1,3. Actorum 4,24 14,14‡17,24. 1 Corinth.8,6. Ephe.3, Colossen.1,16. Heb.1,2,10‡3,4‡11, Apoc.4,11 ‡ 10,6 ‡ 14,7.

CRESCERE in scientia, E- hes.4,15. Colossen.1,10. 1 Pet.2,2.

CRVX & tribulatio omnibus ie viuentibus, Gene.4,8‡27.41 ‡37, 8.2 Regum 16,5,13. Eccli.2,1. Psal. 20. Prou.24,16. Matth. 10,16.*‡12, ‡16,24‡24,9. Marc.13,9. Luc. 14,26 ‡21,11. Ioan. 15,20 ‡ 16,1. Acto.9,23.

Crux à Deo imponitur ad nostrā vtilitatem, 2 Reg.7,14. Iob 5,17‡33, 16. Prouerb.3,11. Iere.46,28. 2 Mach. 6,12. Tob.2,8 ‡12, 13. Iudith 8,22. 1 Corinth.11,31. 1 Pet.4,17. Hebræo. 12,5. Apoc.3,19.

Per Crucem & res aduersas pertingimus ad cognitionem Dei, & ad æternam gloriam, Exod.1,12. 2 Par. 33,11. Iudith 8,15,21. Prouerb.6,23. Matthæi 17,24. Luc.24,26,46. Ioan. 12,25. Acto.14,21. Roma.8,17. 2 Corinth.4,8,17‡5,1. Phil.2,8. 2 Thess. 1.*. Hebr.2,9. ‡12,2.

Crux patienter est & læto animo ferenda, Matth.5,10‡10,38. Ioan.15, 20 ‡16,33. Acto.5,41 ‡ 16,25. 2 Cor. 8,2. Col.1,24. Heb.10,34. Iac.1,2, 12. 1 Pet.4,12,16.

In Cruce & afflictione consolatio, Iob 5,17.*Prouerb.18,12. Esaiæ 26, 12,19. Thren.3,28. Matth.5,10. Ioan. 15,20‡16,20,33. Rom.8,18. 1 Corin. 10,13. 2 Corinth.1,4,8.

Per Crucem experitur nos Dominus, Iudith 8,21. Eccli.2,1 ‡ 27,8. Prouerb.17,3. Sap.3,5.6. 2 Thess.1,4 1 Pet.1,7.

CVLTVS Dei verus requirit præter opus externum etiam affectū hominis internum, Deut.5,19 ‡ 6,5. ‡10,12‡11,13‡26,16‡28,47 ‡ 30,2. Iosue 22,5. 1 Regum 12,20. Eccle.7, 31. Esaiæ 29,13‡64,11. Matth. 15,8. ‡22,36. Ioan.4,23.

Cultus externus Deo gratus vide Ceremoniæ.

CYRVS rex Persarum permittit captiuos Israëlitas in Iudæam redire 2 Paral. 36,22. 1 Esdr. 1,1. 3 Esdr. 2,1. restituit eis vasa quondā à Nabuchodonosor ablata, 1 Esdr. 1,7‡5, 14. Dan. 1,2.

D.

DAEMONES expelluntur Matth 8,16,31‡9,33‡12,22‡17, 18. Lucæ 4,35 ‡ 8,2,28 ‡ 9,42 ‡10,18 ‡13,10. Acto.5,16 ‡8,7 ‡ 16,18. etiam per malos, Matth.7,22. Marc.9,39. Luc.9,49. Acto.19,13.

Dæmones agnoscunt & credunt Deum, Matth.8,29. Marc.1,24 ‡ 3,11 ‡5,7. Luc.4.34,41‡8,28. Acto.19,15. Iac.2,19.

Dæmonibus immolare nefas, Leuit.17,7. Deuter.32,17. 2 Para.11, 15. Psal.105,37. Bar.3,4. 1 Corint.10,20.

DAGON idolum Philistinorū, Iudic.16,23. 1 Reg.5,2. 1 Machab.10, 83 ‡ 11,4.

DAMASCVS metropolis Syriæ vastatur à Theglath Phalasar, 4 Regum 16, 9. contra Damascum prophetia, Esaiæ 17,1 ‡ 8, 4. Iere.49, 23. Amos 1,3.

DAMNATIO æterna, quæ parata est diabolo & omnib⁹ impiis, Sap.5.*Iob 10,22 ‡ 36,12. Esaiæ 24, 21‡30,33‡66,24. Daniel.7,11. Matth. 3,12‡5,29‡8,12,29‡13,50‡18,8 ‡ 22, 13‡23,33 ‡ 25,30,42. Marc.9,47. Lucæ 3,17‡16,23,25. Hebr.10,27. 2 Thess.1, 8. 2 Pet.2,4. Iudæ 6. Apoc.19,20 ‡ 20, 10 ‡ 21,8.

DAN filius Iacob, Gene.30,6. tribus Dan quærit sibi possessionem, Iud.18,1. pugnat cōtra Lesem, & expugnat, Iosue 19,47.

DANIEL appellatur Balthasar, Daniel.1,7. interpretatur somnia, 2,31‡4,7,11,18,25. constituitur gubernator totius regni Babel, Daniel.6,3. proiicitur in lacum leonum, 6,16. liberat Susannam, 13, 51,60.

DARE melius quàm accipere, Eccli.4,36. Acto.20,33.

Dandum sine acceptione personarum. maximè autē domesticis fidei, Eccli.7,35‡12,8. Matth.5,42. Lucæ 6, 30,38. Rom.12,13. Galat.6,10. vide Eleemosyna.

DARIVS filius Assueri, Daniel.9,3. occupat regnum Babel, 6,1. impiam legem statuit 6,8. præparat regium conuiuium, 3 Esdræ 3,1.

Darius renouat mandatum Cyri, 1 Esdr. 6,1.

Darius cæditur ab Alexandro rege Macedoniæ, 1 Machabæorum 1,1.

DAVID filius Isai (qui Iesse appellatur Matth. 1,6) à Samuele vngitur, 1 Regum 16,13. interfecit leonem, vrsum & Goliath gigantem, 17, 34,49. paciscitur cum Ionatha, 18,3 ‡20,8,16,23 ‡ 23,18. manducat panes propositionis, 21,3. simulat amentiam coram Achis rege, 21,13. fugit cum patre & matre in Maspha 22,3. præcīdit orā chlamydis Saul, 24,5. mittit ad Nabal decem iuuenes, 15,5. tollit hastam Saulis, 26,11. fugit ad Achis regem Geth, 27,2. vngitur in Hebron in regem Iuda, 2 Regum 2,4. poscitque eum regem vniuersus Israël, 2 Reg. 5, 1. 1 Paral. 11,3‡12,38. iuxta verbum Ionathæ, 1 Regum 23,17. & Saulis. 24,21. committit adulterium & homicidium 2 Regum 11.* pœnitet eum peccati, 12,13. fugit à facie filij sui Absalom. 15,14. libauit aquam Domino, 23,16. recenset populum, 24, 2. emit ab Areuna aream, 24.24. cōsilium capit de domo Dei ædificanda 1 Paral. 17,1. constituit operarios & architectos, 23.*24* 25.*26.*27*. relinquit sibi successorem Salomonē filium 3 Reg. 1, 30. moritur & sepelitur, 2, 10 Acto.2, 29‡ 13,36. commendatur, Eccli.47,2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dauid ſpiritualis (qui eſt Chriſtus) promittitur, Ierem. 30,9. Ezec. 34,24 ‡ 37,23.

Dauidis filius appellatur Chriſtus, Matth. 1*. ‡ 15,22 ‡ 22,45. Marc. 12, 35. Lucæ 20,41. Acto. 2,29 ‡ 13,22. 2 Tim. 2,8. Apoc. 5,5.

DECIMARVM vſus & decimæ, Geneſ. 14,20 ‡ 28,23. Leuit. 27, 30. Num. 18,21,28. Deut. 12,6 ‡ 14, 28 ‡ 26,12. 1 Regum 8,15. 2 Par. 31,5. 2 Eſdr. 10,37. Heb. 7,2.

Decimæ debentur Sacerdotibus, Deut. 18,3. 2 Par. 31,4. vide Sacerdotes.

DEDICATIO templi, vel altarium, Num. 7,10, 11,84,88 3 Regum 8,26,63,65. 2 Paralip. 7, 5,9 ‡ 15,8. 1 Eſd. 6,16,17. 2 Eſd. 12,27. 3 Eſd. 7,7. Pſalm. 29,1. 1 Machab. 4, 56,57, 59. 2 Machab. 2,9, 12,20.

DEMETRIVS filius Seleuci exercet tyrannidem, 1 Machab. 7,1.
fœdus inire cupit cũ Ionatha 10,3.
fœdus ictum violat, 11,53.

Demetrius aurifaber negotiũ faceſsit Paulo, Acto. 19,23.

DETRACTIO, Pſalm. 14,3 ‡ 100,5. Eccle. 10,20. Prouerb. 10, 18 ‡ 11,13 ‡ 16,28 ‡ 20,19 ‡ 16,20. Rom. 1,30. 2 Corinth. 12,20. 1 Petri 2,1,12. Iac. 4,11.

DEVS eſt omnipotens, & nihil apud eum eſt impoſsibile. Geneſ. 17, 1 ‡ 18,14 ‡ 35,11 ‡ 3,14 ‡ 48,3. Nu. 11,23. 1 Regum 14, 6. 2 Paral. 14, 11. Sap. 11,22. Iob. 42,2. Eſaiæ 40, 10* ‡ 46,9 ‡ 50,2 ‡ 59,1. Ierem. 32,17,27. Zachar. 8,6. Matth. 19, 26. Marc. 9, 23 ‡ 10,27 ‡ 14,36. Luc. 1,37 ‡ 18,27. Epheſ. 3,20. Apoc. 16,7, 14 ‡ 19,6.

Deus omnia regit & gubernat pro ſua voluntate, Geneſ. 45, 5 ‡ 50, 19. Deut. 8,18. 1 Regum 9*. Sap. 12,13. Tob. 7,12. Iob 9,5 ‡ 12,13. Pſalm. 102, 19 ‡ 113,3 ‡ 126,1 Prou. 10,22 ‡ 16,4, 9 ‡ 19,21 ‡ 20,24 ‡ 21,1, 30. Eccle. 3, 15. Eſaiæ 26, 16 ‡ 45,7. Ierem. 10,23 ‡ 27,5. Dan. 2, 21 ‡ 5,18. Matth. 6,33 ‡ 11,26 ‡ 20,14. Luc. 12,31. Iohan. 5, 17. Rom. 9,15. 2 Corin. 3,5. Phil. 2,13. Heb. 13,21. Apoc. 4,11.

Deus eſt pater omnium fidelium ipſi obtemperantiũ, Deut. 32,6. Pſal. 102,13. Prouerb. 1,7. Iere. 3,4, 14, 19. Malach. 1,6. Matt. 6,9 ‡ 18,14 ‡ 23,8. Luc. 11,2. Iohan. 20,17. Roman. 8,15. 1 Corin. 8,6. 2 Cor. 1,3 ‡ 6,18. Ephe. 3,14 ‡ 4,6. 1 Theſſ. 1,3. 2 Theſſ. 1,1,2 ‡ 2,16.

Deus eſt verax & fidelis. Exo. 34, 6. Num. 23,19. Deuteron. 7,9 ‡ 32,4. 1 Regum 15,29. Eſaiæ 49,7. Ioan. 3,33 ‡ 8,26. Rom. 3,4. 1 Corin. 1,8 ‡ 10,13. 1 Theſſ. 5,24. 2 Theſſ. 3,3. 2 Timoth. 2, 13. Tit. 1,2. 1 Iohan. 1,9 ‡ 5,20. Heb. 10,23. Apoc. 3,7,14.

Deus eſt in eſſentia vnus, præter quem non eſt alius, Exo. 3,14. Deut. 4,35 ‡ 6,4 ‡ 7,9 ‡ 10,17 ‡ 32,39. 2 Re. 7,22. 3 Reg. 8,60 ‡ 18,36. 1 Par. 19,20. Sap. 12, 13. Eſaiæ 37,16 ‡ 43,10 ‡ 44, 6,24 ‡ 45* ‡ 46,9. Hoſ. 13,4. Tob. 8,20 ‡ 13,4. Eccli. 36,5. Marc. 12,29. Ioan. 17,3. 1 Corinth. 8,6 ‡ 12,6. Gal. 3,20. Epheſ. 4,6. 1 Timoth. 2,5.

Deus eſt trinus in perſonis, & vnus in eſſentia, vide Trinitas.

Deus æternus eſt, nec principium habet, nec finem: ſed eſt ipſe principium & finis, Geneſ. 21,33. Exod. 15, 18. Iob 36,26. Eſa. 41,4 ‡ 43,10 ‡ 44,6 ‡ 48,12 ‡ 57,15. Dan. 7,9. Rom. 16,26. Heb. 1,8. Apoc. 1,8,17 ‡ 21,6 ‡ 22,13.

Deus nouit, audit, & videt omnia, Exod. 3,19. Num. 12,2. Deute. 31, 21. 1 Reg. 2,3 ‡ 16,7,2. Paral. 16, 9. Iob 14,6 ‡ 22,11 ‡ 28,24 ‡ 31,4 ‡ 42,2. Pſal. 7,10 ‡ 32,13 ‡ 37,10 ‡ 89,8 ‡ 130, 8. Prou. 5,21 ‡ 15,3,11 ‡ 24,12. Eſaiæ 29,15 ‡ 40,27 ‡ 48.4. Iere. 1,5 ‡ 7,11 ‡ 17,10 ‡ 23,24 ‡ 32,19. Ezech. 11,5. Eccli. 16, 15 ‡ 17,13 ‡ 23,27 ‡ 39, 24, 27 ‡ 40,9. Sap. 1,10. 2 Mach. 9, 5 ‡ 12, 22. Matt. 6,4 ‡ 21,2. Marc. 2,8 ‡ 14,13. Lucæ 22,10. Ioan. 1, 47 ‡ 13, 21 ‡ 16, 30 ‡ 21,17. Actorum 15,8. Rom. 8,27. 1 Theſſ. 2,4. 1 Ioan. 3,20. Hebr. 4,13. Apoc. 2,23.

Deum nemo videre poteſt, Exodi 33,20. Deut. 4,12. Iohan. 1, 18 ‡ 6,46. 1 Tim. 6,16. 1 Iohan. 4,12.

Deus & diuina omnia nõ poſſunt humana induſtria aut ingenio comprehendi, Exodi 33,20. 3 Regum 3,5. Iob 32,8. Pſalm. 93,10 ‡ 118*. ‡ 142, 8. Eſaiæ 22,22 ‡ 54,13. Matth. 11,25 ‡ 13,11 ‡ 16,17. Lucæ 8,10 ‡ 10,21 ‡ 24,44. Iohan. 1,10 ‡ 3,3 ‡ 6,44,65. ‡ 14,8,17 ‡ 17,6. Acto. 16,14. Rom. 1,19 ‡ 11,33. 1 Corinth. 2*. Gal. 1,11. 1 Timoth. 6,16. Apoc. 3,7.

Deus eſt immenſus & incircumſcriptus, 3 Regum 8,27. 2 Paralip. 2,6 ‡ 6,18. Iob 11,8. Pſal. 138,7,10. Eſaiæ 6,3 ‡ 66,1. Ierem. 23,24. Amos 9,2. Sap. 1,7. Mat. 5,35. Act. 7,48. ‡ 17,24.

Deus teſtatur ſe Deum, id eſt, ſaluatorem & conſolatorem Iſraëlis, omniumque eorum qui ritè ipſum colunt & inuocant. Gen. 17,1,7. Exo. 6,2 ‡ 20,2 ‡ 29,45. Leuitic. 26, 11. Pſalm. 17,3 ‡ 49,6. Eſaiæ 30,19. Ieremiæ 31,33 ‡ 32,38. Ezech. 37,23. Iohan. 10,17.

Deus eſt Dominus ac creator cæli & terræ. vide Creator.

Deus nihil eorum quæ fecit, odit, Sap. 11,25.

Deus eſt iudex totius mundi, reddens vnicuique mercedem pro merito, Gene. 18,25. Deut. 10,17. Iob 34, 11. Pſalm. 7,9 ‡ 61,13 ‡ 93, 2 ‡ 95, 13. Eſaiæ 11,3. Eccli. 35,22,27. Ier. 17,10 ‡ 25,14. Matthæi 16,27 ‡ 25,31. Act. 17,31. Rom. 2,6. 2 Timoth. 4,8. Heb. 12,23.

Dei miſericordia, patientia, charitas, ſapientia, verbum, quære ſua quæque locis.

Deo ſoli attributa, ſubinde in ſcripturis & aliis per communicationem tribuuntur; vt vocabulum, Deus, ſolí Deo tribuitur, Deutero. 6,4 ‡ 32,39. 1 Regum 2,2. Pſalm. 85,10. 2 Mach. 7, 38. Marc. 12,29. aliis tribuitur, Exo. 7,1 ‡ 22,8. 1 Regum 28,13. Pſal. 46, 10 ‡ 81,6.

Deus ſolus bonus, Matth. 19,7. Lucę 18,19. aliis tribuitur bonitas, Gene. 1,31 ‡ 3,6 ‡ 49,15. Nume. 14,7. 1 Reg. 29,9. 2 Regum 18,27. 1 Paral. 28,8. Tob. 12,8. Iudith 12,12,14. Pſal. 110,10 ‡ 146,1. Prouerb. 18,22 ‡ 22,1. Eccle. 7,2. Sapien. 8,19. Eccli. 14,5. Ierem. 7,3. Matthæi 7, 17. Marc. 9,30. Lucæ 6,45.

Deus ſolus ſanctus, 1 Regum 2,2. aliis ſanctitas tribuitur. Exodi 15 ‡ 12,16 ‡ 22,31 ‡ 28,2 ‡ 29,29,31 ‡ 29, 29 ‡ 35,2. Leuit. 11,44. Numer. 16,5. Deut. 6,7. Ioſue 5, 15. 2 Reg. 22,26. 4 Regum 4,9. Iudith 8,29. Pſalm. 98. Matth. 7,6. Rom. 7,12.

Deus ſolus fortis, 1 Regum 2,2. aliis fortitudo attributa, Gen. 32,28 ‡ 49,14. Pſalm. 53,5. Cant. 3,7. Eſaiæ 19, 14. Ierem. 9,23. Matt. 12,29. Marc. 3,27. Luc. 11,21. Heb. 11,34. 1 Pet. 5,9.

Deus ſolus iuſtus, 2 Machab. 1,25. alij quoque iuſti, Gene. 7,2 ‡ 18,23. Pſalm. 33, 16 ‡ 36,29,30. Prouer. 8,8. Sap. 5,16. Matt. 1,19 ‡ 10,41 ‡ 25,46. Lucæ 1, 6. Rom. 1,17.

Deus ſolus pius, Apoc. 15,4. alij etiam pij, 1 Pet. 2,9.

Deus ſolus beatus, 1 Tim. 6,15. alij beati, Geneſ. 30, 13. Pſalm. 1,1 ‡ 32,1,2 ‡ 40,1 ‡ 118,1 ‡ 126, 1. Mat. 5* ‡ 16,17 ‡ 24,46. Lucæ 1,45 ‡ 14, 14. Iacobi 1,1.

Deus ſolus potẽs, 1 Timoth. 6,15. alij potentes, Exod. 18, 21. Pſalm. 111,2. Luc. 1,52. Acto. 8,27 ‡ 18,24.

Deus ſol⁹ immortalis, 1 Tim. 6,16. aliis tribuitur immortalitas. Sap. 1,15 ‡ 4,1 ‡ 8,17.

Deus facit mirabilia ſolus, Pſalm. 71,18 ‡ 135,4. Eccleſ. 11, 4.
alij quoq. faciunt mirabilia, Deut. 34,12. Eccli. 31,9 ‡ 48,4,15.

Deus ſolus nouit arcanas animi cogitationes, 3 Reg. 8,39. 2 Para. 6,30. alij quoque nouerunt, 1 Reg. 9,19. 4 Regum 5,26.

Deus ſolus peccata remittit, Lucæ 5,21. dimittunt & alij, Matth. 18,18. Iohan. 20,23.

Deo ſoli honor & gloria. Pſal. 113, 1. Eſaiæ 42,8. 1 Timoth. 1,17.
alijs quoque tribuuntur, 4 Reg. 14,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Paral. 17,5. Psalm. 149,9. Eccli. 0. Lucæ 14, 10. Iohan. 5,44.
Deus solus adorandus, Exod. 20,5. it. 26,1 Deut. 5,9. Matth. 4, 10.
iis adoratio tribuitur, Gen. 18,2. e Adoratio.
Deo soli seruiendum, Deuter. 6,13 0,20. 1 Reg. 7,3. Matth. 4,10. Luc. i. aliis etiã post Deum seruien- m, Genes. 25,23 ‡ 29,20 ‡ 47,25. Timoth. 6,2.
Deus cuius mali sit causa, & cuius nsit: vide Malum.
DIABOLVS studet semper aditioni hominũ, Genes. 3,1.*1Pa- lip. 21,1. Iob 1*. 2*. Zach. 3,1. Mat. 9 ‡ 8,28 ‡ 13,19. Luc. 8,12 ‡ 13,9, ‡ 22,31. Actorũ 5,3 ‡ 13,8. 2 Co- nth. 4,4 ‡ 11,14. Eph. 6,11. 1 Thess. 8. 1 Petr. 5,8. Apocal. 2,10 ‡ 12,9 ,10,7.
Diabolus non plura potest quàm Deus permittit, 3 Regum 22, 22. Par. 18,20. Iob 1,12 ‡ 2,6. Matth. 8. Marc. 5,12,13. Ephes. 2,2. 2 Tim. 26. Apoc. 20,7.
Diabolus pater & princeps mun- omniumque impiorum, Mat. 4,9. c. 4,6. Iob 41,25. Ioan. 8,44 ‡ 12, ‡ 14,30 ‡ 16,11. 2 Corinth. 4,4. hes. 2,2 ‡ 6,12. Coloss. 2,15.
Diaboli imperium per Christum blatum, Genes. 3,15. 1 Reg. 17*. Iob 6,13. Esaiæ 9,4 ‡ 14,8, 12 ‡ 27,1 52,3 Zach. 3,2. Matth. 12, 29. Lucæ 4,18 ‡ 11,22. Iohan. 12,31. Coloss. 1, ‡ 2,15. 2 Timoth. 1,10. 1 Iohan. 3, Hebræorum 2,14. Apocalyp. 12,9 20,2.
DIABOLI filij, Iohan. 8,44. Act. 13,10. 1 Iohan. 3,10.
DIACONI, Acto. 6,3 ‡ 21,8. Philip. 1,1. 1 Tim. 3,8.
DIANA colitur Ephesi, & in niuersa Asia, Acto. 19,27.
DIES nouissimi, & iudicium utremum, 1 Reg. 2,10. Psalm. 95,13. Esaiæ 2,10, 19 ‡ 13,4,6,13 ‡ 26,21 27,1 ‡ 30,30 ‡ 66,15,24. Ierem. 30, 7. Dan. 7,9. Sopho. 1,2, 14. Malach. 4,1. 4 Esdr. 2,27 ‡ 13,32. Mat. 12,36 ‡ 13,41,49 ‡ 16,27 ‡ 24* ‡ 25,31,42. Marc. 13.*. Luc. 17,24,30. Acto. 1,11 ‡ 3,20 ‡ 17,31. Roman. 2,5,16 ‡ 14, 10. 1 Corinth. 15*. 2 Corinth. 5, 10. 1 Thess. 4, 16 ‡ 5,2. 2 Thess. 1,7 ‡ 2, 1 Tit. 2,13. 2 Petri 3,13. Hebr. 9, 28. Iudæ 14. Apoc. 1,7 ‡ 20, 11.
Dies Domini, Esaiæ 13,6. Ierem. 30,7. Amos 5,18. Ioël. 2,1,31. Sopho. 1,14. Malach. 4,1. 4 Esdræ 2,27. Phil. 1,6 ‡ 2,10. 1 Thess. 5, 2. 2 Tim. 4,8.
Dies Domini & hora nulli cogni- ta, Matt. 24,36,50. Marc. 13,32. Lucæ 17,24,30. Acto. 1,7. 1 Thess. 5,1. 2 Pet. 3,10. Apoc. 3,3 ‡ 16,15.
Dies pro annis, Nume. 14,34. Ezech. 4,6.
DILECTIO Dei erga suos, Exod. 20,5 ‡ 34,14. Deut. 4,24 ‡ 6,15 ‡ 7,8. Iosue 24,19. Prouerb. 8,17. Eccli. 4,18. Ierem. 31,3. Ioan. 3,16 ‡ 10, 11 ‡ 13,1,18 ‡ 15,9 ‡ 16,27. Rom. 5, 8. Galat. 2,21. Ephes. 3,19 ‡ 5,2.
Diligendus est Deus super omnia, Gene. 22,2,9. Exodi 20,6. Deut. 5,10 ‡ 6,5 ‡ 10,12 ‡ 11,1,13,22,30,6. Ios. 22,5. Eccli. 7,32 ‡ 34,19 ‡ 47,11. Matth. 10,37 ‡ 22,36. Marc. 12,30. Lucæ 7,47 ‡ 10,27. Ioan. 21,15. Rom. 5,5 ‡ 8,28,35. 1 Corinth. 10,21, 1 Iohan. 4,17.
Dilectio. vide Charitas.
DINA filia Iacob, Genes. 30,21. violatur à Sichem. cap. 34,2.
DIONYSIVS Areopagita conuertitur, Acto. 17,34.
DISCORDIA vitanda. Prouer. 6,19 ‡ 10,12 ‡ 15,18 ‡ 16,28 ‡ 17, 11 ‡ 18,6 ‡ 30,33. Matthæi 12,24*. Lucæ 11,17. 1 Corint. 14,33. Gala. 5, 15. 2 Timoth. 2,23.
DIVINI, vide Incantatores.
Diuites quomodo se erga pauperes habere debeant. Leu. 25,35. Deut. 15,7,10. Iob 31,16. Psal. 61, 11. Prou. 14,31 ‡ 17,5 ‡ 19,17 ‡ 21,13 ‡ 22,7 ‡ 28,27 ‡ 30,7. Eccle. 11,1. Eccli. 4,4 ‡ 7,35 ‡ 11,10 ‡ 29,12 ‡ 31,8. Esaiæ 23,18. Matthæi 6,19 ‡ 19,21. Lucæ 14,13 ‡ 16*. ‡ 18,22. Act. 2,45 ‡ 4,34. 1 Tim. 6,18. vide Eleemosyna.
Diuitiarum vanitas & contemptus, & quemadmodum in diuitiis nõ sit sperandum. Psalm. 38,7 ‡ 48* ‡ 51, 9. Prouer. 10,2 ‡ 11,4,28 ‡ 15,16 ‡ 18, 11 ‡ 22,16 ‡ 23,4 ‡ 28,11 ‡ 30,7. Eccle. 5.9,12 ‡ 6,2. Esaiæ 2,7. Ierem. 17,3,11 ‡ 22,13. Ezech. 7,19. Sopho. 1,18. Eccli. 5,1,10 ‡ 10,10 ‡ 11,7 ‡ 14, 1 ‡ 31,3. Mat. 3,22 ‡ 19,21. Luc. 8,14 ‡ 12,15. 1 Tim. 6,9. Iac. 1,11.
Contra Diuites impios, 1 Reg. 25, 2. Iob 20,19 ‡ 27*. Prou. 23,4 ‡ 28,8, 20,27. Eccle. 6,1. Esaiæ 5,8 ‡ 32,9. Iere. 15,13. Amos 6,1 ‡ 8,4. Habac. 2,5. Luc. 6,24 ‡ 16,19,24. Iacobi 5,1.
vide Auaritia.
DOCTRINA Apostolica scripta & non scripta firmiter tenenda, Rom. 16,17. Galat. 1,8,11. 2 Thess. 2,15. 1 Corinth. 11,3,34.
Doctrina Apostolorum est Christi doctrina. Lucæ 10,16. 1 Corinth. 14, 37. 2 Corin. 2,14,17 ‡ 7,20. 1 Thess. 2, 2,13. Gal. 1,11.
DOEG seruus Saulis prodit sacerdotem Abimelech, 1 Reg. 22,9,18.
cædit sacerdotes Domini, 22,18.
DOLVS, Ierem. 9,6. Psalm. 34, 20 ‡ 9,28 Prouer. 12,17. Marc. 7, 22. Acto. 5,1. Rom. 1,29.
DOMVS ædificata super [illegible], firma manebit, Psal. 45,2. Matt. 7,24 ‡ 16,18. Luc. 6,48. Rom. 8,35.
DOMVS corporis nostri, 2 Corinth. 5,1. 2 Pet. 1,14.
DOMINI & dominæ erga seruos & ancillas totamq; familiam officium, & potestas, Exod. 21,2,20,26. Leuit. 19,13 ‡ 25,38. Deuter. 5,14,21 ‡ 15,12,16 ‡ 24,15. Iob 31,13. Prou. 29,19. Iere. 34,9,14. Eccli. 7,22 ‡ 33, 31 ‡ 42,16. Ephes. 6,9. Coloss. 4,1.
DONARIA accipere, sit ne prohibitum, Genes. 14,22. Exodi 18, 21 ‡ 23,8. Num. 22,18. Deute. 10,17 ‡ 27,25. 1 Reg. 8,3 ‡ 12,3. 3 Reg. 13,7. 4 Reg. 5,16. 2 Paral. 19,7. Iob 15, 34. Psalm. 14,5 ‡ 25,10. Prou. 15,27 ‡ 17, 23. Esa. 1,23 ‡ 5,23 ‡ 33,15 ‡ 45,13. Ezec. 13,19 ‡ 22,12. Dan. 5,17. Mich. 3,11. Eccli. 8,3 ‡ 20,31. Actorum 20, 35.
DRVSILLA vxor Felicis præfecti, audit doctrinam euangelicam à Paulo, Acto. 24, 24.

E.

EBRIETAS, & gula, Gene. 9, 21 ‡ 19,32. 35 ‡ 25,29. Leuit. 10, 9. 1 Reg. 25,36. 2 Reg. 11,13 ‡ 13,28. 3 Regum 20,12,16. Prou. 20,1 ‡ 21, 17 ‡ 23,1,2,3,20,29 ‡ 31,4. Eccli. 19, 1 ‡ 23,6 ‡ 31,12,17*, 31,35 ‡ 37,32*. Esaiæ 5,11,22 ‡ 22,13 ‡ 28,7 ‡ 56, 12. Ezech. 16,49. Dan. 5,2. Ose. 4,11. Ioël. 1,5. Mich. 2,11. Abac. 2, 5, 16. Iudith 13,4. Sap. 2,7. 1 Machab. 16, 16. Luc. 12,45 ‡ 21,34. Rom. 13, 13. 1 Corint. 5,10 ‡ 6,10 ‡ 15,32. Gal. 5, 21. Ephe. 5,18. 1 Thess. 5, 7. 1 Tim. 3, 3. Tit. 1,7. 1 Pet. 4,3. Hebr. 12,16. vide Ieiunium.
Ebrietas iram Dei prouocat. Esa. 5,11,22 ‡ 28,1. Daniel. 5,2. Ioël. 1, 4. 5. 1 Cor. 6,10. mentẽ alienat, Prou. 23,31. Eccli. 19,2. Esa. 28,1,7. Ose. 4, 11. ad libidinem incendit. Prouer. 20,1. Ephes. 5, 18. facultates dissipat. Prou. 25,20. Eccli. 19,1. secretum detegit. Prou. 31,4. Abac. 2,15.
ad furorem & rixas excitat, Prou. 20,1 ‡ 23,29. Eccli. 31,40,38. Ose. 7,5.
EBRON, vide Hebron.
ECCLESIA accipitur pro templo materiali, Deut. 23,1. Iudic. 20,2. Iudith 6,21. Psal. 67,27. Thren. 1,10. Ioël. 2,16. 1 Corin. 11,18 ‡ 14,34.
Ecclesia accipitur pro cœtu fidelium, Num. 19,20 ‡ 20,4. 1 Regũ 17, 47. 3 Regum 8,14,55. 1 Paral. 29, 1*. 2 Paral. 1,5. Psal. 21, 26 ‡ 25, 12 ‡ 34, 18 ‡ 106, 32 ‡ 149,1. 1 Machab. 4,37 ‡ 5,16 ‡ 14,19. Matth. 16,18. Acto. 5, 11 ‡ 8,1 ‡ 16,4. Roman. 16, 16, 23. 1 Corint. 6,5 ‡ 11,16 ‡ 12,28 ‡ 14,5. 2 Corint. 8,18,23,24 ‡ 11,8 ‡ 12,13.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ephe.5,23. Philip.4,15.Coloss.1,15. 1 Timoth.3,5,15.Iacobi 5,14. Apoc. 1,11 ‡ 22,16.

Ecclesia pro cœtu vnius prouinciæ,3 Reg.8,14.Act.9,31 ‡ 11,2,6‡12, 1‡13,1‡15,1 ‡19,32 ‡20,17.Rom. 16, 2. 1 Corinth.1,2 ‡ 16,1. 2 Corinth.8, 2.Gal.1,2. 2 Thess.1,1*. 1 Pet.5,13. Apoc.2,1*‡ 3,1.

Ecclesia pro prælatis & prepositis, 3 Regum 8,14.Matthæi 18,17.

Ecclesia est vna & visibilis præfigurata per vnam & visibilem arcam Noë.Gene.6,14. 1 Pet.3,20. per ciuitatem sanctam Ierusalem, Apocal. 21,2. per hortum conclusum,& fontem signatum.Cant.4,12. per vnam columbam,6,8. per vineam, Psalm. 79,9.Cant.2,15. Esaiæ 5,2*. Iere.2, 21‡12,10.Mat.20,1*.Marc.12,1.Luc. 20,9.Apoc.14,15.per nauem.Luc.5,3 per sagenam comprehendentem bonos & malos pisces.Mat.13,47.per agrum,Mat.13,24. per regnum cælorum.Mat.13* ‡25*.

Ecclesia firmamentum veritatis errare non potest, Esaiæ 29,21. Mat. 16,18‡ 28,20.Luc.22,32.Ioan. 14,16. ‡16,13 ‡ 17,11,20. 1 Tim.3, 15*. 1 Ioan.2,27.

Ecclesia est corpus Christi, Cant. 4,7,9,11,12.Ephes.1, 22 ‡ 4, 4 ‡ 5,23. 1 Corinth.12,27.

Ecclesia fidelium nascitur & propagatur per sanam doctrinam. Ioan. 1,12 ‡ 3,3.Rom.8,13‡9,8.Galat.3, 20 ‡4,19.Ephes.1,5.Tit.1,1. 1 Cor.4,15. Philem.10. 1 Pet.1,23. 1 Ioan. 3,9 ‡5,1,18.Iacob.1,18.

Ecclesia seu fidelium cœtus,tenetur sacerdotibus pastoribúsque suis quæ ad vitam sunt tuendam necessaria,suppeditare, Deut.12,19‡14,27 ‡16,11 ‡25,4. 1Esdr.7,23.Mat.10,10. Lucę 10,7.Rom.15,27.1 Corinth.9,7, 11. Galat.6,8. Philip.2,29‡ 4,10,16. 1 Thess.5,12.Heb.13,7. Tenetur etiam pro suis præfectis orare, Acto.4, 29 ‡ 12,5. Rom.15, 30. Ephes.6,18. Phil.1,19. Coloss.4,2. 2 Thess.3,1. Heb.13,18.

Ecclesia est sponsa Christi,Psalmo 44,11.Ezech.16,9. 2 Corint.11,2.Ephes.5,26.Apoc.19,8 ‡ 21,10.

Ecclesiæ caput est Christus,Hose. 2,2.1 Corinth.12,27. Ephes.1,22 ‡4, 15 ‡ 5,23.Col.1,18‡ 2,10.

Ecclesiæ quasi membra quædam sunt veri fideles,eidem capiti Christo eiúsq.vicario subiecti,cuiuscumque nationis fuerint, siue Iudæi siue Gentiles,Esaiæ 43,9. Ioan.10,16. 1 Corinth.12,12.Ephes.3,6.

Ecclesiæ claues promittuntur , & potestas,Mat.16,19. traduntur.Ioan. 20,23.exercentur, Matth.18,17. vide Excommunicatio & Confessio.

Ecclesiam sibi Christus comparauit, & emit sanguine suo, Act.20,28. 1 Cor.6,20‡ 7,23.Ephe.2,13.Coloss. 1,14.1 Pet.1,18.Heb.9,12. 1 Ioan.1, 7. Apoc.1,5 ‡ 5,9 ‡ 14,4.

Ecclesiam suam Deus protegit & custodit, Exod.13,21 ‡ 29,45. Leuit. 26,12. Deuteron.7,20‡23,14 ‡ 31,3. 3 Reg.6,13. Psalm.90,1,11 ‡ 131,13. Esaiæ 43,2. Ierem.46,28. Mat.18,20. ‡28,20. Ioan.14,23. 2 Corinth.6,16.

EDOM frater Iacob filius Isaac, appellatur Esau Gene.25,25.

Edumæi negant Israëlitis transitũ per suam regionem.Numer.20,14. cæduntur,& fiunt serui domui Israël, 2 Regum 8.14. deficiunt ab Israël, & creant sibi regem, 4 Regum 8,20. superantur à Iuda,14,7.2 Paralipom. 25,12.

Contra Edumæos prophetia, Numeri 24,18.Psalm.136,7.Esaię 21,11. ‡ 34.5. Iere.49,7.Thren.4,22.Ezech. 25,13,14 ‡ 32,29 ‡ 35.* ‡ 36,5. Amos 1,11.Abdiæ 1,1*. vide Esau.

ELEAZAR filius Aarõ,Exod. 6,23 ‡ 28,4. partitur cum Iosue terram Chanaan.Iosue 14,1.iuxta præceptum Domini, Nume.34,17.consecratur Sacerdos Leuit. 8, 24*. fit post mortem patris summus Sacerdos,Numeri 20,26.Deute.10,6. moritur & sepelitur , Iosue 24, 33. filium habet cui Phinees nomen erat. Exodi 6,25. quem in demortui patris locum sufficiunt. Numeri 25, 7,12.

ELEAZAR filius Saura occidit Elephantem, quo in vulnere procumbente,ipse oppressus suffocatur. 1Machab.6,43.

ELEAZARI senis martyriũ, 2 Machab.6,18,24.

ELEEMOSYNA pauperibus eroganda, Exodi 22,25 ‡ 23,11. Leuitici 19,10 ‡ 23,22 ‡ 25, 34. Deut. 15,7,10 ‡ 24,19.3 Reg.17,10. 2 Esdr. 8,11. Hest.9,22. Psalm.40,1 ‡ 81, 4. ‡111,9. Prouerb.3,9,28 ‡ 11,18,25. ‡14,21,31 ‡ 18, 17 ‡ 21, 13, 21 ‡ 22,9 ‡ 28,27 ‡ 31,20. Eccle.11,1. Esaiæ 58,7. Ezech.16,49 ‡18,7. Dan.4,24. Eccli. 4, 2 ‡ 7,35 ‡12,3 ‡ 14,11 ‡ 29, 12 ‡ 35,4. Tob 1, 4 ‡4, 7 , 17 ‡ 12 , 9 ‡14,12. Matth. 6, 3‡ 10, 42 ‡ 19,21 ‡25,35,42. Lucæ 3,11 ‡ 6,35 ‡ 11, 41 ‡12,33‡14,13‡ 16.9,21 ‡ 19,8 ‡ 21,1. Acto.2,42‡6,2‡9,39‡10,2‡11,29‡20, 35.Rom.12,8‡15,26. 1Corinth.16,1*. 2 Corinth.8,4, 15 ‡ 9*. Epl es.4, 28. Heb.13,16. 1 Ioan.3,17. Iacobi 2,15. quære Misericordia.

ELI sacerdos in Silo, 1 Reg.1,3. filij eius reprehenduntur. 2,12,22. è solio lapsus fractis ceruicibus moritur,4,18.

ELIAS, vide Helias.

ELISEVS vngitur propheta 3 Regum 19,19. iuxta præscriptum Domini,19,16. transit Iordanem 4 Regum 2,14. sanat aquam,2,21. reuocat puerũ ad vitam,4,32. mundat Naaman à lepra, 5, 14. percutit Syrios cæcitate, 6, 18. prædicit rerum abundantiam, 7,1. ægrotat & moritur,13,14,20. mortuũ et corpus excitat mortuum,13,21. commendatur,Eccli.48,13.

ELYMAS magus fit cæcus Actorum 13,8.

EMERE & vendere quemodo oporteat, Gene.23,9,14 ‡ 25,31‡ 19‡41, 57‡42*. Leuitic. 19, ‡ 25,14,46. Deuteron.15, 1‡ 2 Regum 4,21. Eccli.27, 3‡4. Prouer.11,1,26‡ 16, 11 ‡ 20, Isaiæ 23,18. Ierem.32,6. Ezech. 10.Mich 6,10. Matt.7,2. Luc. 1 Cor.7,30. 1 Thess.4,6.

EPHRON, quia negabat ladæ transitum , funditus perditus 1 Mach.5,46.2 Mach.12,27.

EPISCOPI, eorum electio officium Matt.20, 23,26. Luc. ‡22, 26. Ioan.10,4,14‡21, 15. 1,24‡6, 3‡ 11 , 22‡ 14, 20‡20. Rom.13,16,25.1 Corinth.3,5‡4. 1,9.2 Corinth.3,6‡4,5‡ 10, 8‡ Ephe.1,15‡3,2.Col.1,23.1 Tim. ‡4,6. 2 Tim.2,1,15,24.Tit.1,5.1Petri 5,2. vide Concionator.

ERVBESCERE nullus debet Euangelium, Psalm.39,11.Eccli.4, 9,21. Marc.8,38. Luc.9, 26. Rom. 16.2 Timoth. 1,8.

Erubescendum propter peccata Ezec.16, 52. Eccli.42,11.

ESAIAS filius Amos, Esaiæ 1, 1. vocatur , & mittitur, ‡49,1.

ESAV filius Isaac nascitur, Genes.25, 24. vendit sua primogenita 25,31. Heb.12, 16. supplantatur fratre suo Iacob, Genes. 27*. ducit filiam Ismaelis,28, 9‡ 36,3. procedit contra Iacob cum 400. viris, 6. osculatur suum fratrem Iacob 33,4. in Esau pugnare prohibetur Israël Deut.2,4. vide Edom.

ESDRAS Scriba proficiscitur ex Babylone, 1 Esd.7,6. separat mulieres Gentiles ex Israël, 9*.‡ legit coram multitudine librum Legis,2 Esd.8,2. 3 Esd.9,39. appellatur Iosedec, 1 Para.6, 15.

ESVRIRE iustitiam, Esaiæ 1. Psal.106,9. Mat.5,6. Luc.1,53‡ 21.Apoc.21,6‡22,17.

EVA formatur ex costa Adæ, Genes.2,21. comedit fructum vetitum,3,6.

EVANGELIVM Christi eiusque prædicatio.Gen.3,15.Esa.5 1‡55,5‡61,1.Mat.1,21‡ 11,28‡

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

arc. 16, 15. Luc. 2, 10 ‡ 24, 46.
,16 ‡ 6, 35 ‡ 8, 12 ‡ 10, 9 ‡ 12, 46.
1, 16 ‡ 3, 21, 24 ‡ 8, 3. 1. Corinth.
29 ‡ 4, 15 ‡ 15, 1. 2 Corint. 5, 18.
1, 6, 11. Eph. 1, 13. 1 Tim. 1, 15.
n. 1, 8 ‡ 2, 8. 1 Pet. 4, 17.
angelium adfert fiduciam, fi-
& timorem, consolationem, &
é, Mat. 3, 7*. ‡ 5, 20, 23 ‡ 7, 13, 19,
3, 12 ‡ 9, 15 ‡ 10, 33 ‡ 11, 12 ‡ 12,
‡ 13, 29, 40, 50 ‡ 15, 13 ‡ 16, 27
6, 7 ‡ 20, 16 ‡ 22, 13, 14 ‡ 24, 12,
35, 12, 13, 30, 41*. Mar. 10, 25, 31
Luc. 3, 17 ‡ 6, 24, 25 ‡ 9, 62 ‡ 12,
48 ‡ 13, 5, 26, 30 ‡ 16, 22 ‡ 17,
‡ 19, 22* ‡ 20, 47 ‡ 21*. Ioan. 5,
15, 16. Act. 5, 5, 6*. Roman. 1, 18
16 ‡ 6, 23 ‡ 9, 18* ‡ 11, 20, 22 ‡ 13,
‡ 14, 12. 1 Corinth. 3, 13. 17 ‡ 5,
10, 8 ‡ 11, 29*. ‡ 15, 51 ‡ 16, 22.
n. 7, 1, 8, 10 ‡ 13, 5. Galat. 5, 21,
phes. 5, 5. Philip. 2, 12. 1 Tim. 5,
ebr. 9, 27 ‡ 10, 26, 27*. Iacob. 4, 9
. 1 Pet. 4, 18 ‡ 5, 8. 2 Petri 1, 10
‡ 3, 10*. Iudæ 15.
angelizanti debetur neces saria
sustentatio Mat. 10, 9. Mar. 6, 8.
9.4 ‡ 10, 7. Rom. 15, 26. 1 Cor. 9,
, 13. Galat. 6, 6. 1 Timoth. 5, 17.
moth. 2, 6.
VCHARISTIA, Mat. 26,
Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1 Cor. 11,
‡ 10, 16. frequenter sumenda,
2, 42 ‡ 20, 7. præfiguratur, Exod.
5*.
charistia sub altera tantùm, ni-
um panis specie, Ioan. 6, 58. data
risto, Luc. 24, 30, 31. ab Apostо-
Act. 2, 42 ‡ 20, 7. in quorum v-
loco Syri vocem ἄρτον panem
unt nomine



id est

EVCHARISTIA.

Eucharistia non remanet sub-
ra panis post cõsecrationem, sed
rum Christi corpus & sanguis,
h. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19.
. 6, 51.
charistiã in publicis supplica-
bus circumferendam esse, præ-
tũ Iosue 6, 6, 7, 11*20. 1 Reg. 4,
Reg. 6, 4, 5, 6.
charistia adoranda, Psal. 21, 28,
98, 5. Ioan. 9, 38.
XACTIO, census, & tribu-
debetur principibus, Matt. 17, 24
, 17. Marc. 12, 16. Luc. 20, 22.
n. 13, 7.
XCOMMVNICATIO à
rito instituta & præcepta, Mat. 5,
‡ 16, 19 ‡ 18, 8, 18. Marc. 9, 42.
n. 20, 23.
Excõmunicatio in vsu fuit Apo-
stolis, 1 Corinth. 5, 3, 10. 2 Thess. 3, 6,
14. 1 Timoth. 1, 20. Tit. 3, 10.

Excõmunicatio exercẽda ad ædi-
ficationem & emundationem eccle-
siæ, & ad correctionem eius qui ex-
communicatur, 1 Cor. 5, 4. 1 Tim. 1,
20. 2 Thess. 3, 14. vt spiritus eius sal-
uus fiat, 1 Cor.* 5.

Excommunicatio Pharisæorum,
Ioan. 9, 22, 34 ‡ 12, 42 ‡ 16, 2.

Excommunicandi qui in moribus
aut doctrina grauiter errantes. admo-
niti, nolunt resipiscere, Prouerb. 22,
10. Matth. 18, 17. Rom. 16, 16. 1 Cor.
5*. 2 Cor. 2, 8. 2 Thess. 3*. 1 Tim. 1,
20 ‡ 6, 5. 2 Timot. 2, 17, 21 ‡ 3, 5. Tit. 3,
10. Ioan. ep. 2, 10.

Excommunicati vitandi, Mat. 18,
17. 1 Cor. 5*. Tit. 3, 10.

EXEQVIAE celebrantur,
Gen. 23, 2, 3 ‡ 50, 10. Deut. 34, 8. 2 Re-
gum 3, 31*.

EZECHIAS filius impij A-
chab cùm esset rex, tamen pius fuit,
4 Regum 16, 20. frangit serpentem
æneum, 18, 4. deficit ab Assyriis,
18, 7. mittit nuntiũ ad Esaiam pro-
phetam, 19, 2. Esa. 37, 2. decumbit
ex graui morbo, 4 Reg. 20, 1. Esaiæ
38, 1. ostendit Babyloniis suum the-
saurum, & reprehenditur, 4 Reg. 20,
12, 14. Esa. 39, 1, 5. commendatur,
Eccli. 48, 19.

EZECHIEL cum aliis capti-
uis vehitur in Babylonẽ, Ezech. 1, 1.
vocatur, & mittitur, 2, 3. com-
mendatur, Eccli. 49, 10.

F.

FACERE pro Sacrificare in
Scripturis, Leuit. 15, 15, 30. Nu-
mer. 6, 11, 16 ‡ 8, 12 ‡ 9, 2, 4, 10, 14.
Iudic. 13, 16. Luc. 22, 19.

FAMA bona præstantior diuitiis.
Prouerb. 22, 1. Eccle. 7, 2. Eccli. 41,
15, 16.

FAMES & annonæ caritas, Ge-
nes. 12, 10 ‡ 26, 1 ‡ 41*. 42*. 43*. 44*.
45*. 47*. Exod. 16, 3. Deut. 26, 53 ‡ 32,
24. Ruth 1, 1. 2 Regum 21, 1 ‡ 24, 13.
3 Reg. 8, 37 ‡ 18, 2. 4 Reg. 4, 38 ‡ 6, 25
‡ 8, 1 ‡ 25, 3. 2 Paralip. 6, 28 ‡ 20, 9.
2 Esd. 5*. Psalm. 36, 19. Esaiæ 5, 13.
Iere. 14, 1, 12, 15 ‡ 15, 2 ‡ 29, 17 ‡ 34,
17. Ezech. 5, 12, 16 ‡ 6, 11. Ioel. 1*.
Amos 4, 6. Hagg. 1, 6, 10 ‡ 2, 17. Matt.
24, 7. Luc. 4, 25 ‡ 15, 14. Actor. 7, 11
‡ 11, 28. Rom. 8, 35. 2 Cor. 8, 14 ‡ 11,
27. Apoc. 6, 8 ‡ 18.

Fames verbi Dei, 1 Reg. 3, 1. 2 Pa-
ralip. 15, 3. Oseæ 3, 4 ‡ 4, 1. Amos
8, 11.

FAMVLORVM famularũq.
officium, Gen. 16, 4, 6 ‡ 24*. ‡ 30, 25
‡ 31, 4 ‡ 39, 1, 6. Exod. 21, 2, 20. 4 Reg.
5, 20, 25. Prou. 14, 35 ‡ 17, 2 ‡ 19, 10
‡ 29, 19. Eccle. 2, 7. Eccli. 7, 22 ‡ 10, 28.
Ierem. 34, 8. Ioel 2, 29. Luc. 12, 37, 45.
Actor. 12, 13. 1 Corint. 7, 21. Eph. 6, 5
Coloss. 3, 22. 1 Timoth. 6, 1. Tit. 2, 9
1 Pet. 2, 18.

FELIX præfectus Iudææ, Actorum 23, 24 ‡ 24*.

FERMENTVM, mala doctrina, Leuitic. 2, 11 ‡ 6, 16. Deut. 16, 3
Matth. 16, 6. Marc. 8, 15. Luc. 12, 1.
1 Corinth. 5, 5. Galat. 5, 9.

FESTA Iudæorum, & in primis festum Paschæ. vide Pascha.

Festum Pentecostes, Exod. 21, 16
‡ 34, 22. Numer. 28, 26. Deuter. 16, 9.
Ioan. 5, 1. Act. 2, 1 ‡ 20, 16.

Festum tubarum, Leuitic. 23, 24,
Num. 29, 1. 2 Paral. 5, 3.

Festum expiationum. Leuit. 16, 30
‡ 23, 27. Num. 29, 7, 8.

Festum tabernaculorum, Exo. 23,
16. Leuit. 23, 34. Num. 22, 12. Deut. 16,
13 ‡ 31, 10. 1 Esd. 3, 4. 2 Esdr. 8, 15, 17.
2 Mach. 1, 9 ‡ 10, 6. Ioan. 7, 2.

Festum Sabbati, vide Sabbatum.

Festum neomeniæ, Numer. 28, 11.
1 Reg. 20, 5. Ezech. 45, 18.

Festorum violatio quàm grauiter
puniatur, Num. 15, 32.

FESTVS præfectus Iudææ, Actorum 24, 27.

FIDES in Scripturis variè accipitur, videlicet pro fidelitate & ve-
ritate Dei in seruandis promissis,
Psalm. 32, 4. Esaiæ 11, 5. Thren. 3, 23.
Ose. 2, 20 ‡ 5, 9. Rom. 3, 3. pro veri-
tate & constantia verborũ inter ho-
mines, Gen. 39, 16 ‡ 44, 32. Leuit. 6, 2.
Eccli. 22, 28. Iere. 42, 5. 1 Machab. 10,
27. 1 Tim. 2, 7. pro virtute Theolo-
gica, Sap. 1, 2 ‡ 3, 14. Abacuc 2, 4. Mat.
8, 13 ‡ 9, 22 ‡ 17, 20. Mar. 5, 34. Luc. 5,
20. Rom. 3, 21 ‡ 4, 3 ‡ 5, 1. pro fide viua & formata per charitatem, Abac.
2, 4. Matth. 9, 22 ‡ 15, 28. Marc. 5, 34
‡ 10, 52. Luc. 7, 50. Rom. 3, 22. Gal. 5, 6.
Hebr. 11*. pro fide mortua absque
charitate, Matth. 7, 21, 22. 1 Cor. 13, 2
‡ 15, 2. Iacob. 2, 26. pro sponsione seu
voto, 1 Tim. 5, 12. pro fiducia, Ia-
cob 1, 6.

Fides charitate inferior, vide Cha-
ritas.

Fides viua quæ per charitatem o-
peratur, magnæ virtutis est, Matth. 9.
2, 21, 29 ‡ 21, 22. Marc. 16, 16. Luc. 18,
42. Ioã. 1, 12 ‡ 3, 15, 16, 36 ‡ 6, 35 ‡ 7, 38
‡ 11, 25 ‡ 14, 12 ‡ 20, 29. Act. 3, 16 ‡ 10,
43 ‡ 15, 9 ‡ 16, 31. Rom. 1, 16 ‡ 3, 22.
Galat. 3, 8. Eph. 2, 7. Heb. 11, 6*.

Fides non facit nos certos aut se-
curos de accepta peccatorum remis-
sione, aut consequenda vita æterna.
vide Certi.

Fides sine operibus non iustificat,
1 Cor. 13, 2. Gal. 5, 6. Iacobi 2, 24.

Fides ipsa etiam appellatur opus
bonum, Philip. 1, 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fides est vna, Eph.4,5.

Fidei viuæ & operanti tribuitur iustitia & salus, Gen.15, 6. Marc.16, 16. Luc.1,45 ‡ 8,48 ‡ 23,41. Ioan.5,24 ‡ 17,3. Actor.13,38 ‡ 16, 31. Rom.3, 22 ‡ 4,3, 22 ‡ 5*. ‡ 10,1,10. Phil.3,9. 1 Pet.2,6. Heb.4,3.

Fidei prædicatio ad eorum qui præsunt in ecclesia, iudicium referenda est, Gal.2,2.

Fidem Gentilium etiam respicit Deus, Iere.39,18. Matth.8,5,13 ‡ 15, 28. Luc.7,9 ‡ 10, 33 ‡ 17, 16. Ioan.4, 47. Act.10,3 ‡ 8,26.

Fideles Deus liberat à communi perditione & internecione impiorum, Gen.6*. 7*. 8*. 19*. Exod.8,22 ‡9,4,6,26 ‡10,23 ‡ 11,7. Num.16,20, 26, 31. Ierem.39,18. Dan.6,22. 2 Petri 2,7.

Infidelitas seu incredulitas punitur, Genes. 19,11, 17,26. Num.11, 21 ‡14,2,11 ‡ 20,12. Deut.9, 20. 4 Reg. 7, 2, 17. 4 Esdr. 15, 4. Psalm.77, 32. Eccli.2,15. Matth.8, 28 ‡ 14, 30 ‡ 17, 17. Marc. 16, 16. Luc.1, 16 ‡ 24, 24. Ioann.3, 18, 36 ‡ 6, 7 ‡ 8, 24 ‡ 12, 48 ‡20, 27. Rom.11,20. Heb.3,18 ‡ 4,2 ‡11,6. Apoc.21,8.

FILIORVM officium erga parentes. Genes.9,23 ‡ 22,2,7 ‡ 27, 1 ‡ 28, 7 ‡ 37, 14*. Exod.20, 12 ‡ 21, 17. Leuit.19,3,32 ‡ 20,9 ‡ 21,9. Deut. 5,16 ‡ 21, 15, 18 ‡ 27, 16. Iudic.14, 1. 1 Reg.2,11, 18, 22 ‡ 3, 1,7 ‡ 8, 1 ‡ 18, 5. 3 Reg.2, 19. 4 Regum 2, 23 ‡ 12, 2 ‡ 22, 1. 2 Par.34, 3. Eccli. 3,1, 8 ‡6, 18 ‡ 7,29 ‡ 8,7, 11 ‡ 22, 3 ‡23, 18 ‡ 25, 10 ‡ 32, 24. Tob. 4, 1 ‡ 14, 5. Iob 1,4 ‡ 8,4 ‡ 32, 4, 6. Prou. 1,8 ‡ 4, 1 ‡ 6,20 ‡ 10, 1 ‡ 13, 1 ‡ 15,20 ‡ 19,26 ‡ 20, 11,20 ‡ 22, 15 ‡ 23, 19, 25 ‡ 28, 24 ‡ 30, 17. Ierem.35,16. Ezech.22,7. Matth.4, 20 ‡ 10, 35 ‡ 15, 4 ‡ 19, 19. Marc.10, 19. Luc.2,48 ‡ 18,20. Act.7, 14 ‡ 22, 3. Ephes. 6, 1. Colos. 3, 20. 1 Tim.5,1. 1 Pet.5, 5.

FOENVM & herba citò transiens omnis homo, Psalm.89,6 ‡ 128, 6. Esaiæ 40,6. Eccli.14, 15. 1 Pet.1, 24. Iacobi 1,10.

FOENVS, vide Vsura.

FORNICATIO iram Dei prouocat. Deut.22,21. Prouerb.23,27. Eccli.19,3. Iere.5,7. Ose.4.14. 1 Cor. 6,9,13,15. Coloss.3,5. Hebr.13,4.

corpus eneruat, & facultates abstrait. Iob 31, 12. Prouer.23, 27 ‡ 29 3 ‡ 31,3. Eccli.9,6. infamiam adfert, Eccli. 9, 10 ‡ 41, 21. fornicationis occasiones vitandæ, Eccli. 9, 4, 2 ‡ 42, 12. fornicatio non solùm in opere externo, sed & in affectu prohibetur, Exod.20, 17. Matth.5,28

Fornicatio spiritalis, quæ est hæresis, & idololatria. Deuter.31, 16. Iudic.2, 17 ‡ 27, 33. Esaiæ 1, 21 ‡ 57,3. Ierem.3,1. Ezech.6,9 ‡ 16*. Osee 1,2 ‡2,4 ‡ 4,15. Apoc.18,3.

FRATRES & sorores Christi qui sint, Matth. 12,49 ‡ 28, 10. Marc. 3,33. Luc.8,21. Ioan.20, 17. Heb.2,12. Psalm.21,23.

FRAVS, quære Dolus.

FRVCTVS boni operis, quære Opus.

FVNDAMENTVM est Christus, 1 Corint.3,11. Ephes.2,20. 1 Pet.2,6. fundamentum etiam Apostoli, Ephes.2, 20. Apoc.21, 14. & peculiariter Petrus, Mat.16, 18*. Ioan.21, 15, 17. cuius fides nunquam deficiet, Luc.22,31.

FVRTVM prohibetur, committitur, & punitur, Exod. 20, 15 ‡ 21, 17 ‡ 22, 1. Leuit.19,11. Deut.5, 19 ‡ 24, 7. Ios. 7, 1, 19. Tob. 2, 21. Prouer.6,30. Ose.4,2. 2 Mach.12, 40. Matth.19,18. Ioan.12,6. 1 Cor.6,10. Apoc.9, 21.

Fures dicũtur, verbum Dei & doctrinam veram adulterantes, Iere.23, 30. Ioan. 10, 1.

G.

GAAL opponit se Abimelech, Iudic.9,26,35,39.

GABAONITAE redimunt vitam astu quodam, Iosue 9*. obsidentur, & obsidione liberantur, 10, 5*. propter ipsos iniustè à Saule occisos suspenduntur filij Saulis, 2 Regum 21, 1,6,9.

GABELVS venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob.9,7.

GABRIEL apparet prophetæ Danieli, Dan.8,16 ‡ 9,21. Zachariæ sacerdoti, Luc.1,11. virgini Mariæ, 1,26.

GAD filius Iacob ex Lia, Genes. 30,11 ‡ 25,26.

Gaditæ recipiunt suam hæreditatem, Num.32*. Deut.3, 12. Iosue 13, 24.

Gad propheta admonet Dauid, vt non maneat in terra Moabitarum, 1 Reg. 22, 5. nuntiat Dauidi iram Dei, 2 Reg.24, 11, 18.

GAIVS, 1 Cor.1,14. capitur, Act.19, 29. deducit Paulum in Asiam, 20, 4. hospitio eum suscipit, Rom.16,23.

GALGAL, siue Galgala, ciuitas Israël, Ios.4, 19. in Galgal circunciditur populus, & celebrat Pascha, 5,2,7, 10. egreditur inde ad liberandos Gabaonitas, 10,7. reuertitur, 10, 43.

GALILAEA recipit Christũ, Ioan.4,45. in Galilæa incipit Christus prædicare, Mat.4, 12. Act. 10, 37.

GAMALIEL vir peritus Legis, Act.5,34 ‡ 22, 3.

Gamaliel dux Manasitarũ, Num. 1, 10.

GAVDERE & lætari hominem licet, 1 Paralip.29,9*. 2 Esdr. 12, Psalm.67,4. Lucæ 1, 14. 1 Thess. ‡ 5, 16.

Gaudendum non est more Gentilium, Eccle.2,2 ‡ 7,3. Hos.9, 1. mos 6,8. Prouerb.2, 14. Iacob 4,9.

Gaudium in persecutione, Mat. 12. Act.5,41 ‡ 20,24. Rom.5,3. Colo. 1,24. Heb. 10,34 ‡ 11,25.

Gaudium spiritus. Luc.10,21. Roman. 12, 12 ‡ 14, 17. Galat.5,22. Phil. 4,4. 1 Thessal.5, 16.

Gaudium salutis æternæ, Esa. 18 ‡ 26, 1 ‡ 33, 20 ‡ 65, 12. Sap.3, 1. vide Beatitudo.

GEDEON dux & iudex in Israël, Iudic.6*. ‡ 7*. ‡ 8*.

GEMITVS quis probandus, quis improbandus, Exod.2,24. Ezec. 9,4. Tob.3,1. 2 Machab.6,30. Rom.8, 22. Iacobi 5,9.

GENTIVM vocatio, Gen.49, 10. Num.24, 17. Deut.32,43. 2 Reg.22, 44,50. 3 Regum 8,41. Psalm.2,8 ‡ 21, 22 ‡ 67, 32 ‡ 71, 8, 17 ‡ 85, 9 ‡ 86, 4. Esaiæ 2, 2 ‡ 11, 10 ‡ 19, 18 ‡ 25, 7 ‡ 27, 13 ‡ 29, 17 ‡ 35*. ‡ 41, 25 ‡ 43, 5 ‡ 45, 14 ‡ 49*. ‡ 51, 5 ‡ 54*. ‡ 55*. ‡ 56, 3, 6 ‡ 60, 3, 9 ‡ 65, 1 ‡ 66, 19, 20. Ierem.9,24 ‡ 12, 16 ‡ 16, 19. Hose.2, 1, 24. Ioel 2,28. Mich.4, 2. Soph.3,9. Zach.2, 11 ‡ 8, 20 ‡ 9, 10. Mat.2,1,7 ‡ 8, 11 ‡ 21, 31, 43 ‡ 22, 9. Ioan.10, 16. Actor.8, 26, 30 ‡ 10*. 1 Cor.12, 13. Ephes.2, 10.

Gentium mores non sunt nobis imitandi, Leuit.18, 3 ‡ 20, 23. Ieremiæ 10,2.

GENV omne flectendum Domino, Psal.21,30. Esaiæ 45,23. Rom. 14,11. Philip.2,10.

GERSON filius Leui, Num. 3,17. Gersonitarum ministerium, 3,25 ‡4,22.

GIESI minister Elisei, 4 Reg.4, 25. fit leprosus, 5,26.

GLADIVS nõ cuiuis permittendus, Mat.26,51 Marc. 14,47. Lucæ 22,49. Ioan. 18,10.

Gladius spiritus est verbum Dei, 4 Esdr. 13, 9, 27. Esaiæ 11, 4 ‡ 27, 1. ‡ 31, 8 ‡ 49, 2 ‡ 66, 16. Ephes.6, 17. Hebr.4, 12. Apoc.1, 16 ‡ 2, 16 ‡ 19, 15. 2 Thess.2,8.

GLORIA Dei in omnibus quærenda, Ios. 7, 19. Psalm.113, 1. Mat.5,9. Ioan.9, 24 ‡ 17,4. Act.3, 12 ‡ 12,23. 1 Cor.6,20 ‡ 10,31. Philip. 1,20. Coloss.3,17. Tit.2, 10. quære Honor.

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

GODOLIA filius Ahicã gladio interimitur, 4 Re.25,25. Ier.41,2.

GRATIA in Scripturis accipitur pro beneficio, Ruth 2,20. 2 Regum 2,6 ‡ 15,20. Prou.4,9. Eccli.7,37

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro fauore, Genes.6,8 ‡ 18, 19 ‡ 39,21. Exod.12; 36. Tob. Hesth.2, 17. Prouerb. 13, 15. 4,25. Dan.1, 9. Act.2, 47 ‡ 24, 15,9. pro præmio quod à Deo datur, Prou.1, 9 ‡ 12, 2. 2 Ma- 13, 46. Luc.6,33. 1 Petr.2, 19. dono aliquo gratis dato, Hesth. Psal.44,3. Prouerb. 3, 22 ‡ 16, 11, 11. 1 Corinth.12*. Ephes.4, Pet.4,10. pro dono supernatu- Deo gratum facie-re, Psal.83, 12. 1,28 ‡ 2,40. Ioan.1,15. Rom.1, Cor.16, 23. 2 Cor.1, 12. Galat. Hebr. 13,.9. Iacobi 4,6. pro re pulchra, accepta, & amabili, erb.31,30. Eccle.10,12. Eccli.7, ur,19 ‡ 26, 16, 19 ‡ 40,22. Luc.4, phes 4,29.
atiæ donum quàm sit occul- & reconditum, quodque nemo illud sibi arrogare debeat, Iob 11. Psalm.2, 11 ‡ 18, 13 ‡ 142, 2. erb.14, 12 ‡ 20,9. Eccle.9, 1,2, ccli.5,5. Ierem.17,9. 1 Cor.4,4. rinth.10, 14 ‡ 13, 5. Galat.6,3. pp.2,12. 1 Petri 4,18. 2 Petri 1, Ioan.4,1.
nia qua quis hominibus gra- etiam illa à Deo est, Exod.3, 1,3 ‡ 12,36. 4 Regum 25, 27. r.2,5. Psalm.105,46. Ierem.40, Dan.1,9. Tobiæ 1,13. Act.24,23 ‡28, 16.
nus animus erga Deum & ho- commendatur, Genes.4,3 ‡ 8, 14,21 ‡23*. ‡ 24, 48 ‡ 26, 25. d.15,1. Leuit.25, 6. Num.15,17 48. Deuter.4,9 ‡ 6,5. Iudic.5, 1. 2,1 ‡ 14,35 ‡ 31,11. 2 Reg.10,2 33. 3 Reg.2,7. 1 Paralip. 29, 10, Paralip.15,11 ‡ 20, 26. Hest.6*. 6,1 ‡ 12,1,7. Eccli.7, 22 ‡ 32,28 13. 1 Mach. 4, 24 ‡ 5,54. 2 Ma- 33. Matth.11, 25. Marc.5, 19. 18,43. Ioan.11,.41. Actorum 4, 17, 35. Roman.6, 17. 2 Cor.6, 1. 5,19. Philip.4,6. Colossen.2,7 1 Thessal.5, 18. 2 Thessal.1,3* 4,3.
iæ agendę ante & post cibum m, Deuter.8,10. 1 Reg.9, 13. 9, Matth.14, 19 ‡ 15, 36 ‡ 26, uc.6, 41 ‡ 8,6 ‡ 14, 22. Luc.9, n.6, 11,23. Act.27,35. Rom.14, Cor.10,30. 1 Tim.4,3.
LA, vide Ebrietas, & Cibo- luxus.

H.

ERETICOS & infideles linquit Deus ad iustorū pro- m, Iudic.3,1. 1 Cor.11,19. retici iam inde à temporibus olorum extiterunt, 1 Timot.1, m.2,18. 1 Ioan.2,18. 2 Ioan.7. il.2,15.

Hæreticos futuros etiam nostris temporibus prędictum est, Mat.24,5, 24. Ioan.5,43. 1 Timoth.4,1. 2 Tim. 3,1. 2 Petr.2,1 ‡ 3,3. Iudæ 18.

Hæreticorum mores & doctrina, ibidem.

Hæretici vitandi, Deuteron.13,1. Matth.7,15. Roman.16,17. 2 Tim.2, 17 ‡ 3,5. Tit.3,10. 2 Thess.3,14. Ioan. 2, 10.

Hæretici malè tolerantur à præfectis, Apoc.2,14.

Hæretici tollendi è medio, Deut. 13,5 ‡ 18,20. 3 Reg.18,40*. 4 Regum 10,25*.

Hæresis, fornicatio spiritalis: vide Fornicatio.

HAZAEL famulus Benhadad regis Syriæ, 4 Regum 8,11,15. iuxta mandatum Domini, 3 Reg.19, 15.

percussit Israel in vniuersis finibus suis, 4 Regum 10,32 ‡ 12,17 ‡ 13,3.

quemadmodum prophetatum est, 4 Reg.8,11,13. moritur, 13,24.

HELIAS vir pilosus, & zona pellicea cinctus renibus, 4 Reg.1,8.

Heliæ orationis efficacia, 3 Reg.17, 1. Iac.5, 17, 18. alitur ministerio corui, 3 Reg, 17, 2. excitat puerum mortuum, 17, 19. occidit prophetas Baal, 18, 40. fugit Iezabel 19,3.

mittitur in Damascum, vt vngeret Hazael regem Syriæ, 19, 15. mittitur ad Achab, 21, 17. ad Heliam missi principes quinquagenarij cum suis, igne cælitus demisso consumuntur, 4 Reg.1,10. assumitur per turbinem in cælum, 2, 11. apparet in transfiguratione Domini, Matth. 17,3. Luc.9,30.

HELIODORVS à cubiculis Seleuco, tentat thesaurum templi auferre, 2 Mach. 3, 7, 13. punitur à Deo, 3,24.

HELISEVS: vide Eliseus.

HERODES Ascalonita occidit innocentes pueros, Matth.2, 16. & moritur, 2, 19.

Herodes Antipas filius Herodis, tetrarcha Galilææ, Luc. 3, 1.

occidit Ioannem Baptistam, Mat. 14, 9. Herodes & Pilatus morte Christi inter se reconciliantur, Lucæ 23, 12. Act.4,27.

HERVS & Hera: vide Dominus & Domina.

HESRON filius Phares, Genes.46, 12. Mat.1,3. reliquit post se Aram, & appellatur Iephonne, 1 Paralip.4, 15.

HESTER fit vxor Assueri, Hesth.2*. precibus suis apud Assuerum latam de Iudæis vno die occidendis sententiā reuocat, Hest.8,3,8.

HIEREMIAS, vide Ieremias.

HIERVSALEM, vide Ierusalem.

HOLOFERNES dux Nabuchodonosor mittitur cōtra Israel, Iudith 2,4. blasphemat Deum, 6,1. obsidet Bethuliam, 7, 1. proprio gladio ceruix ei præciditur, 13, 8. caput eius conspiciendum ponitur in muris ciuitatis, 14, 1. totus Assyricus exercitus se in fugā dedit, 15, 1.

HOMO creatus est ad imaginem Dei, Gen.1, 26 ‡ 2,7 ‡ 5, 1 ‡ 9, 6. Sap.2, 23. Eccli.17, 1. Iob 10, 8. Psal.118,73. Iac.3,9.

Homo maledicitur, Genes.3, 17.

benedicitur in Christo, Gen.12,3 ‡ 22, 18. Gal.3,8.

Hominis regeneratio, Matth.18,3. Ioann.1, 13 ‡ 3, 3, 6 ‡ 4, 14 ‡ 7, 38. 1 Corinth.4, 15. Galat.4, 19. Ephe.4, 22. Coloss.3.8. Tit.3,5. 1 Pet.1,23 ‡ 2, 2. Iacobi 1, 18.

Homo puluis & lutū, Gen.2,7 ‡ 3, 19 ‡ 18, 27. Eccle, 12, 7. Eccli.17, 1 ‡ 18,8 ‡ 41,13. Iob 4, 19 ‡ 10,8 ‡ 34, 15. Psalm. 77, 39 ‡ 102, 14 ‡ 145, 4. Esaiæ 40,6.

HOMICIDIVM, latrocinium, & sanguinis effusio, Gen.4*. ‡ 9,6 ‡ 37, 18. Exo.2, 12 ‡ 20, 13 ‡ 22, 2. Levit.24,21. Num.25,7*. Deu.5, 17 ‡ 19,4, 11 ‡ 21, 1 ‡ 27,24. Iosue 20,3. Iudic.9, 5. 1 Reg. 18, 17. 2 Reg.3, 27 ‡ 4,7, 12. 3 Reg.2,5,25,34,46. 4 Re. 14, 5 ‡ 21, 16. Prouer.6,17 ‡ 28,17. Eccli. 34,25,27. Thren.4, 13. Ezec.11,6 ‡ 22, 2 ‡ 24,6. Hose.4,2. Mat.5,21 ‡ 19,18 ‡ 23,34 ‡ 26,51. Ioan.8,44. Rom.13,9. Galat.5,21. 1 Ioan.3, 12. Apoc.13, 10.

HONOR qui ab hominibus proficiscitur, non magni faciendus, Num.16,1. Iudic.9, 1. 1 Reg.10, 27. 2 Reg.15. 1. 3 Reg.1,5. Hesth.3, 1*. ‡ 6,6. Eccli.9, 16 ‡ 10,29,30. Ier.9,23. Matth.6, 1 ‡ 8,4 ‡ 9, 30 ‡ 17, 9 ‡ 20, 21, 26. Mar.1,44 ‡ 5,43 ‡ 7,36 ‡ 8, 26 ‡ 9,8 ‡ 10,35,43 Luc.22, 24. Ioan.6, 15 ‡ 8,50 ‡ 12,43. Act.10,26 ‡ 14, 14. Gal.6,2. Phil.2,3. 1 Thess.2,6. 1 Pet. 5,3. 3 Ioan.9. Apoc.19,10 ‡ 22,9.

Honor Dei, quære Gloria.

Honorandi parētes, vide Parentes.

HOSPITALITAS cōmendatur, Esa.58,7. Mat.25,36. Luc.14,13 Rom.12,13. 1 Tim.3,2. Tit.1,8. 1 Petri 4,9 3 Ioā.5,9. Heb.13,2. Iac.1,27.

Hospitalitatis exempla, Gen.18,3 ‡ 19,2 ‡ 24,31. Iosue 2*. Iudic.13,15 ‡ 19,4,9. 3 Reg.17. 10, 17. 4 Reg.4,8. Iob 1,4 ‡ 31,17. Tob.2,1. Lucæ 10,38 ‡ 19.6. Act.16,15 ‡ 28,2,7.

Inhospitalitas, Iudic.8, 5 ‡ 19,18. 1 Reg.25,9,14. Sapient.19,13.

HVMILITAS Deo grata est, Genes.18,27 ‡ 29,31 ‡ 41,40. Iudic.6, 15. 1 Reg.1*. ‡ 2,1,8 ‡ 7,9,10. 2 Reg. 6,16,21. 2 Paral.12.6, 8 ‡ 32, 26 ‡ 33, 12 ‡ 34,26. Psalm.33, 19. Prouer.11,2 ‡ 16,19 ‡ 18,12 ‡ 22,22 ‡ 25,7 ‡ 29.23.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

æ 37,1 ‡ 57, 15 ‡ 66,2. Iere. 1, 6. on. 3, 5. Eccli. 3,18 ‡ 7, 19. Iudith 5,7. 11 ‡ 9,16. Matth. 3, 11 ‡ 5,3 ‡ 8,8 ‡ 11,20 ‡ 15,27 ‡ 18,4 ‡ 20, 26 ‡ 21, 5 ‡ 23, 7, 11. Mar. 9, 34 ‡ 10,43. Luc. 1, 48 ‡ 9, 42 ‡ 14, 7, 11 ‡ 15, 19 ‡ 18, 13 ‡ 22,26. Ioan. 13,4. Act. 10, 26. Rom. 11,20 ‡ 12,16. 1 Cor. 4,6 ‡ 15, 8. Philip. 2, 3. Coloss. 3, 12. Hebr. 11, 24. 1 Pet. 5,5. Iac. 1, 9 ‡ 4, 10. Apoc. 4, 10 ‡ 19, 10.

HYMENAEVS pseudoapostolus, 2 ad Timoth. 2, 17.

HYPOCRISIS, 1 Reg. 15, 11*. ‡ 18*. 2 Regum 15, 2, 7. 4 Reg 1, 6, 9. Iob 8, 13 ‡ 13, 16 ‡ 15, 34 ‡ 20*. ‡ 27, 8 ‡ 36, 13. Prouer. 30, 13. Eccli. 1, 36 ‡ 19, 24. Esaiæ 29, 13 ‡ 58, 2. Ier. 9, 8. Ezech. 33, 30. Malach. 3, 13. 2 Machab. 6, 24. Matth. 2, 7, 16 ‡ 6, 2, 16 ‡ 7, 5 ‡ 15, 7 ‡ 16, 3 ‡ 22, 18 ‡ 23*. ‡ 24, 51. Marc. 7, 6. Luc. 11, 44 ‡ 12, 1, 56 ‡ 18, 11. Act. 5, 1 ‡ 8, 18 ‡ 13, 8. Roman. 2*. Galat. 2, 13. 1 Tim. 4, 2. 2 Tim 3, 5. 1 Thess. 5, 22. 1 Pet. 2, 1.

I.

IABES in Galaad opprimitur ab Israël, Iudic. 21, 10. obsidetur, 1 Reg. 11, 1. viri Iabes Galaad exhibent misericordiam Sauli, & filio eius, 31, 12.

IACOB filius Isaac nascitur, Genes. 25, 23. emit à fratre Esau primogenita, Genes. 25, 31. præripit Esau benedictionem, 27, 5*. profiscitur ad Laban, 28, 10. videt scalam, & vouet votum, 28, 12, 20. seruit Laban pro duabus filiabus, 29, 18. reuertitur in patriam, 31, 17. luctatur cum angelo, 32, 24. vocatur Israël, 32, 27 ‡ 35, 10. 3 Reg. 18. 31. mittit filios in Aegyptum, 42, 1. migrat cum tota sua familia in Aegyptum, 46*. Deuter. 10, 22. filios Ioseph adoptat in suos, 48, 5, 8. benedicit duodecim filiis, & moritur, 49, 33. sepelitur cum patribus suis in terra Chanaan, 50, 4, 7. secundum promissionem, 47, 29. & secundum mandatum, 49, 29. commendatur, Eccli. 44, 24. vide Israël.

Iacobus Zebedæi filius vocatur, Matth. 4, 20. occiditur, Act. 12, 2.

IEBVS appellatur Ierusalem, Ios. 15, 8. Iudic. 19, 10. 1 Paral. 11, 4.

Iebusæos expugnare non poterat Israël, Iudic. 1, 21. superantur tamen à Dauid, 2 Reg. 5, 8.

IEHV filius Hanani prophetæ arguit regem Iosaphat, 2 Par. 19, 2.

mittitur ad Baasa regem Israël, 3 Regum 16, 1, 7.

Iehu filius Iosaphat filij Namsi vngitur vt rex esset Israël, ad delendam domum Achab, 4 Reg. 9, 1, 6.

iuxta præscriptum, 3 Reg. 19, 16. occidit Iezabel, 4 Regum 9, 30, 33.

occidit septuaginta filios Achab, 10, 1. iubet comprehendi & iugulari fratres Ochoziæ regis Iuda, 10, 14. perdit seruos Baal, 4 Reg. 10, 17, 25. moritur, 10, 35.

IEIVNIVM, & ieiunandum esse, Ioel 2, 12. Tobiæ 12, 8. Matth. 6, 16. Marc. 2, 20. Luc. 2, 36 ‡ 5, 35. Rom. 13, 13. 1 Corinth. 7, 5. 2 Corinth. 6, 5 ‡ 11, 27. Actor. 13, 2, 3, 14, 22. Ephes. 5, 18. 1 Thess. 5, 6. Tit. 2, 2. 1 Petri 1, 13 ‡ 5, 8. vide Quadragesima.

Ieiunij meritum, Ierem. 35, 14, 19. Ionæ 3, 7, 9, 10. Iudith 4, 8 ‡ 8, 6. Matth. 17, 21 ‡ 6, 17. Lucæ 2, 37.

Ieiunatur pro mortuis, 1 Reg. 31, 13. 2 Regum 1, 12 ‡ 3, 36. 1 Paralip. 10, 12.

Ieiunij exempla, Exod. 24, 18 ‡ 34, 28. Deut. 9, 9, 18. Iudic. 20, 26. 1 Reg. 7, 6 ‡ 31, 13. 2 Regum 3, 35 ‡ 12, 16. 2 Paralip. 20, 3. 1 Esd. 8, 21. 2 Esd. 1, 4. Hesth. 4, 3. Psalm. 34, 13. Iere. 36, 9. Dan. 10, 3. Ionæ 3, 5. Iudith 4, 7 ‡ 8, 5. Tobiæ 3, 10. Matth. 4, 2 ‡ 9, 14. Luc. 2, 37 ‡ 5, 33. Actorum 10, 30 ‡ 13, 3 ‡ 14, 23.

Ieiunium indictum à rege Saule, 1 Reg. 14, 24. à Iosaphat, 2 Par. 20, 3. à Niniuitis & eorum rege, Ionæ 3, 5, 7. ab Esdra, 1 Esd. 8, 21. ab Hesther & Mardochæo, Hesth. 4, 16. vide Abstinentia.

IEREMIAS propheta ex Anathoth. Ierem. 29, 27. vocatur, & à Deo mittitur, 1, 4.

Ieremias persecutionem patitur, Ierem. 18, 19 ‡ 20, 1 ‡ 26, 7 ‡ 33, 1 ‡ 37, 12 ‡ 38, 4, 7.

Ieremias inuenit gratiã apud Nabuchodonosor, Ierem. 39, 11.

Ieremias vinculis soluitur à Nabuzardan, Ierem. 40, 1.

Ieremias luget Iosiam, 2 Paralip. 35, 25.

IERICHO expugnatur & exuritur, Ios. 6, 10, 24. reædificatur ab Hiel, 3 Regum 16, 34. appellatur ciuitas Palmarum, Deuter. 34, 3. 2 Paralip. 28, 15.

IEROBOAM filius Nabat, seruus Salomonis, fit inimicus Israëli, 3 Regum 11, 26. 2 Paral. 13. fit rex decem tribuum, 3 Reg. 12, 20. iuxta verbum Ahiæ, 11, 29. erigit duos aureos vitulos, & falsum cultũ Dei, 12, 28, 31. idque punitur & exprobratur, 14, 7 ‡ 15, 25 ‡ 16, 19, 26. 4 Regum 3, 3 ‡ 10, 29, 32 ‡ 13, 2, 6, 11 ‡ 14, 24 ‡ 15, 9, 18, 24 ‡ 17, 22 ‡ 23, 15.

manus eius exaresc it, 3 Reg. 13, 4. curatur, 13, 6. moritur, 14, 20. tota eius domus perditur, 15, 29. iuxta quod prædictum fuerat, 14, 10. contra Ieroboam, Amos 7, 10.

Ieroboam filius Ioas fit rex 4 Reg. 13, 13 ‡ 14, 16. moritur, 14.

IERVSALEM expugnatur filiis Iudæ, Iudic. 1, 8. eligitur à D in habitaculum, 3 Reg. 8*. 2 Paral. 2 ‡ 7, 16.

Ierusalem appellatur Iebus, 15, 8 Iudic. 19, 10. 1 Paral. 11, 4.

Ierusalem appellatur Salem, Psalmo 75, 3.

Ierosolymam quæ tribus Isr inhabitauerint, 1 Paralip. 9, 3. 2 Esd. 11, 1.

Ierusalem obsidetur à rege Syr & Israëlis, 4 Reg. 16, 5. à rege N buchodonosor, 4 Reg. 24, 10 ‡ 25.

Ierusalem exuritur & euert 4 Regum 25, 9. iterum excolitur reparatur, 2 Esd. 3*. ‡ 6, 15.

contra Ierusalem & eius ci 4 Reg. 21, 12 ‡ 23, 27. Esaiæ 1, 6 ‡ ‡ 22, 1, 8 ‡ 29, 1, 7 ‡ 65, 2. Ierem. 4, ‡ 7* ‡ 13*. ‡ 17, 19 ‡ 19, 3, 6 ‡ 21, 3 39 ‡ 25, 8 ‡ 32, 3, 26 ‡ 34, 1 ‡ 38, 3 8. Ezech. 6, 6 ‡ 4*. ‡ 5*. ‡ 10, 2 ‡ ‡ 21, 6 ‡ 22*. ‡ 23*. Sophon. 3, 1.

Ierusalem destruenda per Rom nos, Dan. 9, 26. Zach. 14, 1. Matth. 1, 15. Luc. 13, 35 ‡ 19, 41 ‡ 20, 16 ‡ 6. Ioan. 11, 48.

Ierusalem spiritualis, Ecclesia sa cta, Psal. 121, 3. Esaiæ 33, 20 ‡ 54 ‡ 60*. ‡ 62, 6 ‡ 65, 16, 18. Tob. 13. Baruch 5, 1, 7. Gal. 4, 26. Heb. 11, ‡ 12, 22. Apoc. 3, 12 ‡ 21, 2, 10.

IEZABEL impia, impij A chab coniunx, 3 Reg. 16, 31 ‡ 21,

occidit prophetas Domini, 18 13. minatur Heliæ prophetæ m tem, 19, 2. à canibus dilacerat 4 Reg, 9, 33. iuxta verbum Hel prophetæ, 3 Reg. 21, 23.

ILLVMINATI dicuntur b ptizati, Heb. 6, 4.

IMAGINES iussit Deus fie ri. Exod. 25, 18*. Num. 21, 8*.

Imagines fecit Salomon, 3 Reg. 35 ‡ 7, 25, 29, 36 ‡ 10, 19. 2 Paral. 10, 14 ‡ 4, 3.

Imaginum vsus, Num. 21, 8. Sap 16, 6. Iosue 2, 26*. de altari in test monium & memoriam extructo.

IMMISERICORDIA, eius punitio, Exod. 1, 12. Deut. 23 Iudic. 8, 6, 15. 1 Reg. 25, 15, 38. 20, 19. Prouerb. 21, 10. Eccli. 12, Amos 1, 6. Matth. 18, 30, 34 ‡ 25, Luc. 16, 21, 23. Iacobi 2, 13.

IMPATIENTIA, & e punitio, Exod. 14, 11 ‡ 15, 24 ‡ 16 ‡ 17, 2. Num. 11, 1, 10 ‡ 14, 1, 26 ‡ 5. Iob 3, 1. Prouerb. 12, 16. Eccli. 2

IMPIORVM dicta, facta, cogitata contra pios. Sap. 2*. Psal 10*. 11*. 13*. Prouerb. 4, 14.

Impiorum prosperitas, Iob ‡ 21, 7, 10. Psal. 72, 2, 8 ‡ 91, 8. 4 E

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ierem. 12, 1. Abac. 1, 13. 2
6*.
piorum prosperitas bonis ad-
onem parit, Iob 21,7,13. Psal.
Eccle.7,16. Iere.12,1. Abac.1,13
h.3,15.
pij incidunt in mala quæ piis
unt, 1 Regum 17, 42 ‡ 31,4.
7, 10. Psalm.7, 16 ‡ 9,16 ‡ 34,8
14. Pro.26,27. Eccle.10,8. Esa.
Ier.48*. Dan.3,22 ‡ 6,24 ‡ 13,
Eccli.27,28*. Iudith 13,4. Apo-
.6.
pij incidunt frequenter in ma-
quod timent, Iob 6,16. Prou.1,
0,24. Esa. 66,4.
mpiorum subita & improuisa
tio, disperssio & euersio, Gen.7,
11, 15 ‡ 19,24 ‡ 34,25. Exod.14,
Exait.10,2 Numer.11,33 ‡ 16,31.
s10,9 ‡ 11,7. Iudic.4,20 ‡ 7,12,
2 ‡ 8,11 ‡ 16,28. 1 Reg.30, 16. 2
.3, 28. 3 Reg.16,2 ‡ 18. 40 ‡ 20,
m. Iob 4,8 ‡ 5,3 ‡ 8. 13 ‡ 15, 20
‡20*. ‡ 27, 14 ‡ 36, 12. Psal.1,5
6*. Prou.1,27 ‡ 6, 15 ‡ 10,25 ‡ 12,7.
12 5,24 ‡ 47.9. Ierem. 15,8. Dan.
. 1 Machab.2, 62 ‡ 4,3. Mat.24,
Lucæ 12.20, 46 ‡ 16, 23, 25 ‡ 17,
9. 1 Thess.5, 3.
mpiorum punitio bonis est ad ti-
em & cautionē, Deut.13,11 ‡ 17,
19,20 ‡ 21,21. Pro. 19,25 ‡ 21, 11.
di.23,37. Act.5,11. 1 Tim.5,20.
mpios deridebit Deus, Psalm.2,4
3 ‡ 58,9. Prou.1,26. Sap.4, 12.
MPOSITIO manuum varia
veteri testamento, Gen.48, 14.
.29,10. Leuit.1,4 ‡ 3,2. Num.27
an.13, 34. Marc. 10, 16.
positio manuū in sacramēto or-
& cōfirmationis, Act.6,6 ‡ 8,17
‡ 19,6. 1 Ti.4,14 ‡ 5,22. 2 Ti.1,6.
MPVDICITIA cōtra na-
m, Gen.19,5 ‡ 38,7. Leuit.18, 22
,13. Iudic.19,22,30. Rom.1,27.
.6, 10. Ephes.5, 12. 1 Timoth.1,
2 Pet.2,7, 8.
INCANTATIONES &
ficia, Exod.7,11 ‡ 8,18 ‡ 22,18.
.19,31 ‡ 20,6,27. Numer.23,23
.18,10. 1 Reg,28*. 4 Reg.17,17
Esaiæ 2,6 ‡ 44,25 ‡ 47,13. Ie-
10,2. Dan.2,2,10. Mich.5, 11.
2,8 ‡ 13.6 ‡ 16,16 ‡ 19,19. Gal.
. Apoc.18, 23 ‡ 21,8.
NCESTVS graue peccatum,
.18,6,7 ‡ 20,11,14. Deut.22,30.
.5,1,2.
NDVLGENTIAE, 2 Cor.
0.
NFERNVS & damnatio pa-
diabolo & angelis eius. vide
mnatio.
Inferni pœna varia & horribilis,
ut 33,22. Iob 24,19 Psal. 10,6 ‡ 20,
0 ‡ 48,15 ‡ 111, 10. Sap. 11, 17. Ec-
cli.21,10. Esa.30,33 ‡ 33,11,13,14
‡34,9. Ier 9,15. Mal.4,1. Matth.8,12.
Luc.13,27. ‡ 16, 23. Apoc. 14,9 ‡ 18,7
‡ 20, 14. nunquam terminanda, Esa.
66,24. Matth.25, 41,46. Marc.9, 47.
2 Thess.1,9.
INFIDELITAS, vide Fides.
INFIRMITAS corporalis:
vide Aegrotatio.
INGRATITVDO, & eius
punitio, Gen.31,1 ‡ 40,23. Exod.1,
8. Deut.23,3*. Iudic.2, 1 ‡ 6,8 ‡ 8,33
‡ 12,1. 1 Reg. 10, 18 ‡ 12, 8 ‡ 25, 3,
10. 2 Reg. 14,30. 2 Paral.24,21. Pro.
17,13. Esaiæ 1, 2 ‡ 5,4. Ierem.2,5,6.
Ezech.16*. Hose. 10, 1 ‡ 13,2,6.
Mich.6,3. Sap.16,29. 1 Mach.16,16,
19. Matth.11,20. Luc. 17,18. Ioan.11,
46. Rom.1,21. 2 Timoth.3,2.
INIMICVS non passim con-
temnendus est, 1 Reg.14,14 ‡ 17,43.
2 Reg.21,20. 3 Reg.20*. 4 Reg.14, 8.
Inimico reconciliato non teme-
rè credendum est, 1 Reg.24,17 ‡ 26,
21. 2 Reg.3,26. 1 Mach.12,24.
INIQVITAS abundabit, 4
Esdr.5,2 ‡ 14. 16. Matth.24, 12. 1 Ioā.
5,19. vide Impij & Mali.
INNOCENTIA sua cui-
que tuenda, & malæ suspiciones a-
mouendæ, Iosue 22, 22. 1 Reg.1,14,
3 Reg.18,17. Ierem. 37,12. Act. 2,14
‡ 6.14 ‡ 7.2 ‡ 28, 17.
INOBEDIENTIA eiusq.
punitio, Genes.3,16, 17 ‡ 19,17, 26.
Leuit.19,1 ‡ 26,14*. Num.14,28,41
‡ 16,31 ‡ 20,24. Deut.11,16,28 ‡ 17,
12 ‡ 18,19,20 ‡ 27,16*. ‡ 28,15*. 1 Re-
gum 12, 15 ‡ 13,11 ‡ 15,24 ‡ 28,16.
2 Reg.6,6. 3 Reg.11,9 ‡ 13,15,21 ‡ 14,
17 ‡ 20,35*. 2 Paral.7,19 ‡ 26,16,19.
Esa.24,5 Ier.11,3.8 ‡ 13,8 ‡ 17,27 ‡ 26
4 ‡ 35*. Ionæ 1,3. Mat.17,17. Act.7,39
Rom,2,8. Galat.3,10. 2 Thess.1,8.
INVIDIA & odium, Gen.4,5
‡ 26. 14 ‡ 27,41 ‡ 30,1 ‡ 37,4,11. Exo.
1,8 ‡ 20,13. Leuit. 19,17. Num.12,1
‡ 35,20,23. Deut.19, 11. 1 Reg.18,7,
11. Sap.2,24. Prou.10, 12,18. Ezech.
25,15. Dan.6.3. Luc.15,28. Ioan.12,
4 Rom. 1,29 ‡ 13,13. Galat.5,15,20.
Iaco.3,14 ‡ 4,2. 1 Pet.2, 1. 1 Ioan.3,
13,15 ‡ 4, 20.
IOAB filius Saruiæ, 2 Reg.2, 13
confodit Abner, 3, 27. reconciliat
Absalonem per Thecuam, 14, *.
confodit Amasa, 20, 9. confoditur
ipse, 3 Reg.2,28,34. iuxta mādatum
Dauid, 2,5,7.
IOACHAZ filius Iehu, rex Is-
raël, 4 Reg.10,35 ‡ 13,1.
Ioachaz filius Iosiæ exuitur re-
gno, & vehitur in Aegyptum, vbi &
moritur, 4 Reg.23, 34. captiuitas
eius prædicitur, Ezech. 19, 4. ap-
pellatur Iohanan, 1 Paralip. 3, 15.
post ipsum creatur rex frater eius
Eliachim, 4 Reg. 23. 34.
IOACHIN filius Ioacim,
rex Iuda. 4 Reg. 24,8. ducitur cap-
tiuus à Nabuchodonosor in Baby-
loniam, 24, 12, 15. dimittitur ex car-
cere, & ad honores euehitur, 25,24.
appellatur Iechonias, Ierem. 37, 1.
appellatur Neri, Luc.3,27. ei succe-
dit patruus Matthanias, 4 Reg.24,17.
IOACIM, antea dictus Elia-
cim, filius Iosiæ, fit rex Iuda, 4 Reg.
23,34. 3 Esd.1, 37. combusit libros
sermonum Ieremiæ, Iere.36,21. ap-
pellatur Melchi, Luc.3, 24. moritur,
4 Reg.24,1,5. post ipsum cōstituitur
rex filius Ioachin, 4 Reg.24,6.
IOANNA vxor Chusæ sequi-
tur Christum, Lucæ 8, 3.
IOANNES Baptista filius Za-
chariæ, Luc.1, 55,59, 60. Euange-
lium regni denunciat, & baptizat,
Mat.3,1. Marc.1,4,5. Ioan.1, 28 ‡ 3,
23,26. vestitus eius ex pilis came-
lorum, & victus locustæ & mel sil-
uestre, Marc.1,6. noluit haberi ma-
ior quàm erat, Ioan.1, 19,20,26 ‡ 3,
28. mittit discipulos ad Christum,
Matth.11,2. capite truncatur, Mat.
14,8. dicitur Helias, Malach.4,5.
Mat.11,14 ‡ 17,10. Luc.1,17.
Ioannes filius Zebedæi vocatur,
Mat.4, 22. vnicè à Christo diligitur,
Ioan.13, 23 ‡ 19,26 ‡ 20.2 ‡ 21,7,20.
scribit quæ vidit, Ioan.19,35 ‡ 21,24.
1 Ioan.1,1.
IOAS filius Ochosiæ solus eua-
dit, dum senatus regius occiditur,
4 Reg. 11,2. coronatur rex in Iuda,
11, 12. occidit Zachariam filium
Ioiadæ, 2 Paral.24,21. Matt.23,35.
occiditur à suis ministris, 2 Para.24,
25. 4 Reg. 12, 20. post ipsum filius
eius Amasias rex constitutus est,
1 Paralip.3,12. 2 Paralip. 24,27.
Ioas filius Ioachaz rex Israël, 4
Reg.13,9. pugnat contra Amasiam,
subuertit mœnia Ierusalem, destruit
templum, & moritur, 4 Regum 14,
13, 16.
IOIADA Sacerdos iussit oc-
cidi Athaliam reginam, 4 Reg. 11,15.
2 Para.24,14. moritur, 24, 15.
IONAS prophetat, 4 Reg. 14,
25. præcipitatur in mare, Ionæ 1,
15. deglutit eum piscis à Domino
præparatus, 2, 1. in cuius ventre
erat tribus diebus & tribus noctī-
bus, ibidem. Matt.12,40.
IONATHAS filius Saulis
prosternit Philisthæos, 1 Reg. 13,3
‡ 14,1,11. liberatur per populum à
patre ob mel degustatū occidendus,
14,45. ferit fœdus cum Dauide, 18,
3 ‡ 20,8 ‡ 23,18. cæditur, 31,7.
Ionathas filius Mathathiæ, præfe-
ctus militaris Iudæorum, 1 Mach, 9,
31. fœdus init cum Demetrio, 10,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

. capitur, 12,48. occiditur cum
s filiis, 13,23.

IORAM filius Iosaphat rex Iuda, 3 Reg.22,51. occidit sex fratres suos, 2 Para.21,4. moritur, 4 Reg.8, 24.2 Paral.21,19.

Ioram rex Israël, 4 Reg.1,17 ‡3,1. procedit contra Hazael regem Syriæ, 8, 28. accepto vulnere curatur in Iezrahel, 9, 15. moritur, 9, 24.

IOSAPHAT filius Asa rex Iuda, 3 Reg.22,41. mittit qui verum Dei cultum doceant in ciuitates Iuda, 2 Paral.17, 7. fœdere iungitur cum impio Achab, 18, 3. ideoque arguitur à propheta, 19, 2. iungit se Ochosiæ, 2 Paral. 20, 35. moritur, 21, 1. habuit successorem filium Ioram, 1 Paralip. 3, 11.

IOSEPH filius Iacob, Gen. 30. 23. videt somnium, 37, 5, 9. venditur à fratribus Ismaëlitis, 37, 26. Psal.104, 17. falsò accusatur, Gen. 39, 17. mittitur in carcerem, 39, 20 ‡ 41, 14. constituitur dominus vniuersæ Aegypti, 41, 40. datur ei filia Putipharis vxor, 41, 45. detegit se fratribus suis, 45, 1. moritur, 50, 24. ossa eius transferuntur ex Aegypto, Exod. 13, 19. sepelitur in Sichem, Ios.24, 32.

Ioseph coniunx B. virginis Mariæ. Matth. 1, 16. fugit in Aegyptũ, 2, 14.

IOSIAS filius Amon rex Iu[da], 4 Reg.21, 24 ‡ 22*. eius natiuitas prædicta est, 3 Reg. 13, 2. legit librum Legis, 4 Reg.23, 2. celebrat Pascha, 23, 21. vulneratur à sagittariis, & moritur, 2 Paral.35, 23, 24. 4 Reg.23, 29 lugetur, 2 Par.35, 24. ei succedit Ioachaz, 4 Reg.23, 30, 34.

IOSVE pugnat cõtra Amalech, Exod. 17, 9, 13. mittitur exploraturus terram Chanaan, Num. 13, 2. eam populo commendat, 14, 6. cõstituitur loco Moysis dux populi, 27, 18. Deut. 3, 21 ‡ 31, 3, 7, 14. Iosue, 1, 1, 6. mittit exploratores, 2, 1. transit Iordanem, 3, 16. erigit duodecim lapides in Galgal, 4, 3, 8, 20. angelus Domini apparet ei, Ios. 5, 13. benedicit populo, 8, 33. ascendit Iosue ad liberãdos Gabaonitas, 10, 7 sol & luna steterunt ad imperium Iosue, 10, 12. reuertitur Iosue in Galgal post liberatos Gabaonitas, 10, 43. percutit 31 reges, 12*. accipit suam portionẽ in diuisione terræ, 19, 49. moritur, 24, 29. Iudic. 2, 8. commendatur, Eccli. 46, 1.

IRACVNDIA quantũ mali pariat, Gen. 4, 5. Iob 5, 2. Prou. 12, 16 ‡ 14, 30 ‡ 15, 18 ‡ 17, 19 ‡ 19, 19 ‡ 27, 3 ‡ 29, 22. Eccle. 7, 10. Eccli. 25, 22 ‡ 28, 6, 14 ‡ 30, 26. Mat. 5, 22. Luc. 4, 28. Gal. 5, 20. Ephes. 4, 26. Coloss. 3, 8. Tit. 1, 7. Iacobi 1, 19.

IRAE alterius cedendum potius quàm repugnandum, Genes. 27, 42. Prouerb. 22, 24 ‡ 29, 22. Eccli. 8, 19. Matth. 2, 13.

ISMAEL filius Abrahæ ex Agar nascitur, Gen. 16, 15. moritur, 25, 17.

Ismaël filius Nathaniæ occidit Godoliam, aliosque Iudæos, Ierem. 41, 2, 6.

ISRAEL appellatur, qui antè Iacob dicebatur: quære Iacob.

Israel populus & hæreditas Domini Exod. 3, 7 ‡ 5, 1 ‡ 6, 7 ‡ 19, 5. Leuit. 30, 26. Deuter. 4, 20 ‡ 7, 6 ‡ 9, 29 ‡ 10, 15 ‡ 14, 2 ‡ 26, 18 ‡ 32, 9. 1 Reg. 10, 1 ‡ 12, 22. 2 Regum 7, 23. 3 Reg. 8, 53. Esaiæ 19, 25 ‡ 43, 1. Ier. 13, 11.

decem tribus Israël separant se à domo Dauid, 3 Reg. 12, 3, 9, 16. secundum verba Ahiæ prophetæ, 11, 29. transferuntur in Assyriam, 4 Reg. 15, 29 ‡ 17, 6. secundum prophetiam, Deut. 4, 26. multi ex Israel sequuntur Leuitas in Ierusalẽ, 2 Par. 11, 13.

Contra decem tribus: vide Samaria.

IVDAEORVM cærimoniæ erant vmbra futurorum, Exod. 13, 9 14. Num. 15, 38. Deut. 16, 1. Ezech. 20, 10. 1 Cor. 10, 1. 2 Cor. 3, 13. Heb. 7, 17 ‡ 8, 5 ‡ 9, 1, 10, 23 ‡ 10, 1.

Iudæorum quædam certę consuetudines, Genes. 32, 31. Iudic. 11, 40. Ruth. 4, 7. 2 Par. 35, 25.

Iudas filius Iacob nascitur, Genes. 29, 35. nescius concumbit cum filij sui vxore Thamar, 38, 15. spondet pro fratre suo Beniamin, 43, 9. prædicitur sceptrum non auferendum de Iuda, donec veniat Messias, 49, 10. Deut. 33, 7. Iudic. 1, 2. 2 Reg. 7, 12. 2 Paral. 6, 6.

contra Iudam & Ierusalem: vide Ierusalem.

Iudas Machabæus eligitur dux fratrum suorum, 1 Machab. 2, 66. pugnat strenuè, 3* . ‡ 4*. ‡ 5*. ‡ 7, 25. 2 Machab. 8, 1 ‡ 10, 16*. ‡ 11, 6 ‡ 12*. ‡ 13*. ‡ 14*. ‡ 15*. cæditur, 1 Mach. 9, 17.

Iudas Iscariotes eligitur in Apostolum, Mat. 10, 4. init pactum cum Phariszis. Luc. 22, 4. prodit Christum, Matth. 26, 20, 46. Marc. 14, 43. Ioan. 18, 5. secundum prophetiam. Psal. 40, 10 ‡ 54, 14 ‡ 108, 8, Ioan. 6, 70 ‡ 12, 4 ‡ 13, 21. suspendit se, Matt. 27, 4. Act. 1, 18.

Iudas Galilæus dispersus cum suis, Actor. 5, 37.

Iudas & Silas cum Paulo & Barnaba Antiochiam mittũtur, Act. 15, 22, 27.

IVDICABVNT sancti de hoc mundo, Sap. 3, 8 ‡ 5, 1. Matth. 28. 1 Cor. 6, 2. Iudæ 14.

Iudicium peruersum, Eccli. 1[1] Matth. 7, 1 ‡ 12, 7. Luc. 6, 37 ‡ 7 Ioan. 7, 24 ‡ 9, 16. Act. 28, 4. Rom ‡ 14, 4, 13. 1 Cor. 4, 5. 1 Tim. 5, Iacob 4, 11.

Iudicium Dei extremum, & q admodum Christus in fine m iudicaturus sit, 1 Reg. 2, 10, &c. Dies nouissimi.

Iudicium debet præcedere de ratio & cognitio causæ, Gen, ‡ 11, 5 ‡ 18, 21. Exo. 3, 8 ‡ 23, 2. 13, 6 ‡ 17, 9 ‡ 19, 18. Ios. 7, 19 ‡ Iudic. 20, 3, 12. Pro. 18, 13. Ecc 7. Dan. 13, 51. 1 Machab. 7, 7.

Iudicium hominum, vide Op

Iudicum officium, & auct Exod. 18, 13, 21 ‡ 21 *. ‡ 22*. Leu. 19, 15 ‡ 24, 11, 23. Deut. 1, ‡ 17*. ‡ 18, 15, ‡ 25, 1 ‡ 27, 19. Ios. 1 Reg. 8. 1 ‡ 12, 5. 2 Par. 19, 6. Ec 50 ‡ 10, 1 ‡ 42, 12. Psal. 81*. Pro. 19 ‡ 24, 23 ‡ 28. 15. Esa. 5, 16 ‡ Ier. 5, 26. Luc. 18, 2 ‡ 23, 1, 13, 23. 7, 24 ‡ 8, 15. Iac. 2, 4.

Iudices Israël rexerunt circ annos, Act. 13, 20.

Iudex vniuersi mundi est D vide Deus.

IVDITH vidua Bethuliæ d & honesta, Iudith 8, 1*. præcidit Ioferni caput, 13, 10. moritur, 1

IVRARE quatenus licea non liceat, & quàm variis modis tingat, Genes. 14, 22 ‡ 21, 24 ‡ 5, 24, 3 ‡ 25, 33 ‡ 26, 3, 31 ‡ 31, 53 ‡ ‡ 47, 31 ‡ 50, 5. Exod. 13, 19 ‡ ‡ 22, 11 ‡ 23, 13. Leuit. 5, 4 ‡ Num. 14, 21 ‡ 30*. Deut. 6, 13 ‡ ‡ 10, 20. Ios. 2, 12 ‡ 6, 22 ‡ 9, 15 ‡ Iudic. 21, 1, 7, 18. 1 Reg. 14, 24 ‡ ‡ 24, 23 ‡ 25, 34 ‡ 28, 10 ‡ 30, 15. 3, 35 ‡ 19, 7 ‡ 21, 2, 17. 3 Reg. 1, ‡ 2, 8 ‡ 8, 31 ‡ 19, 2. 2 Par. 6, 22 ‡ ‡ 36, 13. 1 Esd. 10, 5. 2 Esdr. 10. Iob. 27, 1. Psal. 14, 4 ‡ 23, 4 ‡ 62, 1 ‡ 94, 11 ‡ 101, 9 ‡ 109, 4. Esaiæ ‡ 19, 18 ‡ 45, 23 ‡ 49, 18 ‡ 54, 9 ‡ Ier. 4, 2 ‡ 5, 2, 7 ‡ 12, 16 ‡ 22, 5 ‡ ‡ 51, 14. Hos. 4, 15. Amos 6, 8 ‡ Soph. 1, 5. Zach. 8, 17. Iudith Eccli. 23, 9, 17. Mat. 5, 33 ‡ 23, 16, 21, 22. Heb. 6, 13, 16. Apoc. 10, 6.

Iurandum non est temerè, nec cælum, nec per terrã, nec per ali quod in iis est, Mat. 5, 34. Iac. 5.

IVSTI verè in hac vita, Le ‡ 15, 7. Ioan. 8, 36 ‡ 17, 17, 19. 6, 11. Heb. 12, 23*. 2 Pet. 2, 7. 1 3, 1, 7. Apoc. 3, 4 ‡ 14, 5. vide Pe tum.

IVSTITIAE summa perfe non habetur in hac vita, in qua peccato non viuimus, Gen. 6, ‡ Exod. 34, 7. Num. 14, 18. 3 Reg. 8,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

VDIARE, vide Cho-
re.
TARI immoderatè pro-
poralia, minimè laudandũ,
15 ‡ 15,13 ‡ 17,22. Eccli. 30,
9. 1 Mach. 6,8. 2 Cor. 7, 10.
PHON partium Alexã-
t ad Emalchuel Arabem,
b. 11, 39. cupiens regnum
occupare, & fingens se a-
apud Ptolemaida, dolo capit
n, 12,39, 49. à Simone ac-
cunia Ionathan occidit cum
, 19, 23. interimit Antio-
ium Alexandri, 13, 31.
A clangent angeli in con-
ione seculi, Matth. 24, 31.
5,52. 1 Thess. 4, 16.

V.

væ, quibus & quas ob cau-
interminetur Scriptura, Nu
Eccle. 4, 2 ‡ 10, 16. Esaiæ
3,9, 11 ‡ 5, 8, 18 ‡ 6, 5 ‡ 10, 1
‡ 18, 1 ‡ 24, 16 ‡ 28, 1 ‡ 29, 1
‡ 31, 1 ‡ 33, 1 ‡ 45, 9. Ier. 4, 31
‡ 22, 13 ‡ 23, 1 ‡ 45, 3 ‡ 48, 1.
6, 11 ‡ 13, 3, 18 ‡ 16, 23 ‡ 30, 2
Hos. 7, 13. Ioel 1, 15. Amos 5,
1. Mich. 2, 1. Nahum 3, 1.
6, 12. Soph. 2, 5 ‡ 3, 1. Iudith
Eccli. 2, 14 ‡ 41, 11. Mat. 11, 21
23, 13*. Luc. 6, 24 ‡ 10, 13 ‡ 11,
1. 1 Cor. 9, 16. Iudæ 11. Apoc.
12 ‡ 11, 14 ‡ 12, 12 ‡ 18, 10, 16.
STHI spernit regis impe-
ab eo repudiatur, Hesth. 1,

NDI non debent dona Dei,
22, 26*. Dan. 5, 17. Mat. 10, 8.
‡ 20, 35. 1 Cor. 9, 15. 2 Cor.
2, 13. quære Emere.
NTER pro Deo eligitur,
6, 18. Philip. 3, 19.
RBVM Dei semper ob o-
nendum, Deuter. 4, 1 ‡ 6, 6,
18. Num. 15, 39. Psalm. 1, 2.
1 ‡ 4, 1, 20 ‡ 6, 20 ‡ 7, 1.
rbo Dei non recedendum,
4, 2 ‡ 5, 32 ‡ 28, 14. Iosue 1, 7
Prouerb. 4, 27. Esaiæ 30, 21.
um Dei vniuersum non est
traditum. Ioan. 14, 26 ‡ 20, 21
1 Cor. 11, 34. 2 Thess. 2, 15.
12, 3. Ioan. 18.
um Dei, non audiendum so-
loquẽdum, sed & corde cre-
m, & factis prẽstandum, Deu-
27 ‡ 6, 1 ‡ 31, 12. Esa. 29, 13.
33, 31. Mat. 5, 22 ‡ 7, 24 ‡ 15, 8
Lucæ 6, 47 ‡ 11, 28 ‡ 12, 47.
13, 17. Heb. 4, 2. Iac. 1, 22.
Dei contemptus, & punitio
Reg. 13, 4. 4 Regum 17, 14, 19.
30, 6, 10 ‡ 36, 15. Prou. 1, 24, 28
Esa. 28, 14 ‡ 30, 9, 14 ‡ 65, 10
‡ 66, 4. Ier. 2, 5 ‡ 5, 12,
‡ 19*. ‡ 25, 4. Ezech 33, 30. Mat. 10, 1
‡ 11, 20. Luc. 10, 10. Act. 13, 45 ‡ 18, 6.
Roman. 1, 21, 30. 2 Thessal. 2, 10. Heb.
2, 3. vide Inobedientia.

Verbum Dei manet in æternum, Num. 23, 19. Tob. 14, 6. Psalm. 32, 11 ‡ 116, 2 ‡ 118, 89. Esaiæ 40, 8 ‡ 51, 6 ‡ 54, 10. Mat. 5, 18 ‡ 24, 35. Marc. 13, 31. Luc. 16, 17 ‡ 21, 31. 1 Pet. 1, 25.

Verbum Dei quantæ sit virtutis & efficacitatis, Gen. 1*. Psa. 32, 9. Iob 38, 11. Esaiæ 46, 10 ‡ 55, 11. Mat. 8, 13, 26. Marc. 1, 27. Luc. 5, 13, 24 ‡ 8, 24 ‡ 18, 42.

Verbum Dei est cibus animæ, Deut. 8, 3. Sap. 16, 26. Ier. 15, 16. Ezec. 3, 3. Mat. 4, 4. Luc. 4, 4.

Verba sunt ponderanda, & non leuiter effutienda, Psal. 111, 5. Prou. 15, 2, 23 ‡ 13, 3 ‡ 20, 15 ‡ 17, 27 ‡ 21, 23, 25, 21. Eccle. 5, 2 ‡ 12, 10. Eccli. 5, 12 ‡ 20, 7 ‡ 23, 7 ‡ 28, 29 ‡ 32, 18. Mat. 12, 36. Col. 4, 6. Iacobi 1, 19.

VERITAS, Esa. 59, 15. 3 Esdr. 3, 12 ‡ 4, 33. 4 Esdr. 1, 17. Zach. 8, 16. Ephes. 4, 25.

VESTENDI sunt nudi, Esa. 58, 7. Tob. 1, 17. Ezech. 18, 7. Mat. 25, 36. vide Eleemosyna.

Vestium abusus: vide Abusus.

Vestes scindere, Gen. 44, 13. Ios. 7, 6. Iudic. 11, 35. 1 Reg. 4, 12. 2 Reg. 13, 31. 3 Reg. 21, 27. 4 Reg. 5, 7 ‡ 6, 30 ‡ 11, 14 ‡ 18, 37 ‡ 19, 1 ‡ 22, 11, 19. Hesth. 4, 1. Ier. 36, 24. Ioel 2, 13. 1 Mach. 2, 14 ‡ 3, 47 ‡ 4, 31 ‡ 11, 71. Mat. 26, 65. Act. 14, 13 ‡ 16, 22.

VIA per quam iusti ambulant, quæ & qualis sit, Psal. 118, 5. Prou. 3, 6, 17 ‡ 16, 5, 17. Eccli. 5, 12. Esaiæ 26, 7 ‡ 30, 31 ‡ 35, 8 ‡ 40, 3. Ierem. 31, 21. Hose. 14, 10. 1 Thess. 4, 1. Heb. 12, 13.

Via iustorum à Domino dirigitur, Tob. 4, 20. Psal. 16, 5 ‡ 24, 4 ‡ 118, 35. Prou. 4, 12, 18 ‡ 13, 6 ‡ 16, 9 ‡ 20, 24. Esa. 48, 17. Ier. 10, 23. Mich. 4, 2.

Via iustorum remunerationem à Deo expectat, Psalm. 24, 12. Prou. 12, 28. Ierem. 6, 16 ‡ 7, 3.

Via impiorum qualis, Psal. 118, 3. Prou. 4, 19, 26, 27 ‡ 12, 15 ‡ 21, 2 ‡ 22, 5. Esa. 57, 10.

Viæ impiorum exitus & finis, Iob 6, 18. Prou. 14, 12 ‡ 28, 18. Eccli. 2, 16 ‡ 21, 11. Ierem. 2, 36 ‡ 4, 18.

VICTORIA à Deo expectãda est, Gen. 14, 14. Exod. 17, 9. Deut. 7, 18. Ios. 11, 6. Iudic. 7, 7. 1 Reg. 14, 6 ‡ 17, 45. 2 Paral. 14, 11 ‡ 16, 8 ‡ 24, 24 ‡ 25, 8. Psalm. 117, 16. Prouerb. 21, 31. Iudith 9, 15.

Victoria potiuntur pauci contra multos, Gen. 14, 14. Iudic. 7, 2, 4. Ios. 11, 1, 7. 1 Reg. 14, 6, 14. 2 Paral. 13, 14 ‡ 14, 11, 12 ‡ 24, 24. 1 Mach. 3, 16, 22.

post partam Victoriam triumphus instituitur, Num. 31, 13.
1 Reg. 18, 6. 2 Mach. 5, 7.

VIDVIS benefaciendu
Exod. 22, 22. Deut. 16, 14 ‡ 24,
‡ 26, 12 ‡ 27, 19. Iudith 16, 28. Iob
3 ‡ 31, 16. Eccli. 4, 10. Esa. 1, 23.
rem. 22, 3. Zach. 7, 10. Malach. 3,
Mat. 23, 14. 1 Tim. 5, 3, 16. Iac. 1, 27.

Viduas pias quid deceat, Iudith
4. Luc. 2, 37. 1 Tim. 5, 3, 5. Tit. 2, 3.

VIGILARE, vide Aduenti Domini.

VINDICTA soli Deo eiusq. ministris ac magistratui commissa, vnde & aliis est prohibita, Gen. 15, 14. Leuit. 19, 18. Deuter. 32, 35. Iudith 8, 20 ‡ 16, 20. Psalm. 7, 7 ‡ 9, 13 ‡ 93, 1. Prou. 17, 11 ‡ 20, 22 ‡ 24, 29 ‡ 28, 22. Eccli. 28, 1. Ezech. 25, 12, 14. Nahum 1, 2. Matth. 5, 39. Luc. 9, 54 ‡ 18, 6, 7, 8. Rom. 12, 19. Gal. 5, 10. 1 Thess. 5, 15. 2 Tim. 4, 14. Hebr. 10, 30. 1 Pet. 3, 9. Iac. 5, 4. Apoc. 6, 10. vide Remissio.

VINEA, Gen. 9, 20. Deuter. 23, 24. Esaiæ 5, 1. Cant. 8, 11. Matth. 20, 1 ‡ 21, 33.

VIRGINITAS commendatur, Matth. 19, 12. 1 Corint. 7, 25*. Apoc. 14, 4.

Virginitas præfertur coniugio, 1 Cor. 7, 38, 40.

Virgines seruantur, Numer. 31 ‡ 21, 11.

Virgines olim vt nunc co
2 Macnab. 3, 19.

VISITARE & consolar
firmos seu ægrotos, opus miser
diæ, Gen, 48, 1. 4 Reg. 8, 29 ‡ 1
Iob 2, 21. Psal. 40, 4. Eccle. 7, 3.
7, 28 ‡ 38, 13. Mat. 25, 37, 40. Ioan
3 ‡ 12, 9. 2 Cor. 1, 4.

VISERE Sanctos defi
Paulus, Rom. 1, 11 ‡ 15, 23, 32. G
20. 1 Thess. 2, 17.

VITA fidelium ad quã regu
sit instituenda, Gen. 17, 1. Exo
11*. Leuit. 11, 44 ‡ 19, 2 ‡ 20,
‡ 21, 8. Mat. 5, 48 ‡ 11, 29. Luc
Ioan. 12, 26 ‡ 13, 13 ‡ 15, 12 ‡
Rom. 6, 4 ‡ 8, 29 ‡ 13, 14 ‡ 15,
2, 9 ‡ 4, 1, 23 ‡ 5, 1, 9. Phil. 1.
14. Col. 2, 6 ‡ 3, 9, 15
Tit. 2, 11 ‡ 3, 8. He
15 ‡ 2*. ‡ 3, 17 ‡ 4,

Vitæ humanę bre
Gen. 3, 19. 2 Reg. 14,
Iob 3, 20 ‡ 7, 6 ‡ 8,
‡ 14, 1. Psal. 38, 6
‡ 102, 15 ‡ 108, 2
‡ 3, 10 ‡ 7, 1. S.
18 ‡ 17, 31 ‡ 1
23. Esa. 40,
Heb. 13, 14

Vitã pr
Iudith
VI
Zach

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ppellatur populus H
f.10,1.Ioan.15,5.
VLVS erigitur in idolū
32,4. Deut.9,16. 3 Reg.12,28.
10,29‡17, 16. Psalm.105, 19.
8,5. Actor.7,40.
IVENDVM Deo,non sibi,
n.14,7.2 Corinth.5,15. Gal.2,20.
ess.5,10. 1 Pet.4,2.
VNCTIONIS extremæ sa-
amentum, Iac.5,14.
VOLVNTAS nostra accom-
modanda voluntati diuinæ, 1 Reg.3,
8. 2 Reg.10,12‡15,20. 1 Mach.3,
60.Mat.6,10‡26,39.Mar.14,36.Lu-
cæ 22,42. Act.21,14. 1 Corinth.4,19.
Heb.6,3.Iac.4,15.vide Abnegatio.
Voluntas Dei, Matt.7,21‡12,50.
Marc.3,35. Ioan.6,39. Roman.12,2.
Ephes.5,17. Col.1, 9. 1 Thessal.4,3.
1 Tim.2,4. 1 Ioan.2,17.
Voluntas Dei non est vt aliquis
creat, Ezech.18,23.Ioan.6,39.1 Ti-
ot.2,4. 2 Pet.3,9.
Voluntatem pro opere acceptat
Deus, Gen.20,3,6.‡32,9. 2 Reg.11,
14‡12,9.3 Reg.21,19.vide Cor.
VOLVPTAS carnis, vide
Concupiscentia.
VOTVM, Gen.28,20.Leuit.27,
Num.6*.‡21,2‡30*.Deut.23,21.
11,30.1 Reg.1, 11. 2 Reg.15,8.
12. Eccle.5, 3. Baruch 6,34.
Act.18,18‡21,23‡23, 12.
castitatis seruandæ, seu
noscendi virum, Lucæ 1,34.
sine damnatione violatur, 1
12.
S defert literas Dauidis
o,2 Reg.11,14.

ecotra Ierusalem,
eductus de Aegypto, accī-
tur à Ioacim, Ierem.26,20,23.
Vrias Sacerdos iuxta præceptum
regis Achaz extruit altare, 4 Regum
16,11.
VRIEL angelus Dei,4 Esd.4,1
‡5,20.
VSIA rex Iuda pugnat aduersus
Philisthæos, sumit sibi officium Sa-
cerdotum; adolere volens incensum,
lepra punitur, moritur, 2 Par.26,17,
20,23. appellatur Azarias,4 Regum
15,1. appellatur Ozias, Mat.1,9.
VSVRA, Exod.22,25, Leuit.25,
35. Deut.23,19.2 Esd.5,7. Psal.14,5.
Prou.22,16‡28, 8. Ier.15, 10. Ezec.
18,8, 13‡22,12.Luc.6,34‡19,8.
VXORIS officium, Gen.2, 22
‡3,16.Numer.30,7,13.Deuter.22,5.
Heth.1,10*.Tob.10,12. Prou.11,16
‡12,4. Esa.3,15,17. 1 Cor.7*.‡11,
5,9‡14,34. Ephes.5,22.Coloss.3,18.
1 Timot.2,11‡3,11‡5,2,10.Tit.2,
4. 1 Pet.3,1. vide Mariti officium.

Z.

ZACHAEVS, excipit Chri-
stum in ædibus, Luc.19,6.
ZACHARIAS filius Ioiadæ
siue Barachiæ sacerdotis lapidatur,
2 Paral.24,20.Matth.23,35.
Zacharias propheta tempore Da-
rij, Zachar.1,1.
Zacharias pater Ioannis Bapti-
stæ, Lucæ 1,5.
ZADOCH filius Abiathar fit
summus Sacerdos, 3 Regum 2, 35.
ZALPHAAD filiæ postulant
hæreditatem, Numer.27,1,7
Iosue 17,3.
ZARVIA filia Isai soror
uidis genuit Abisai, Ioab, &
2 Regum 2,18.1 Paral.2,16.
ZEBEDAEVS pater I
& Ioannis, Matth.4,21. vxor
Salome intercedit pro filiis
Christum, Matth.20,20.
ZEBEE & Salmana reges
dianitarum capiuntur, Iudic.8
ZEDECIAS, qui & M
nias, patruus Ioachin subst
pro eo in regno Iuda, 4 Regu
18.Ierem.37,1. obsessa à Nab
donosor Ierusalem, Zedecias
oculis ac vinctus, necatisque
de filiis, in Babylonē ducitur,
gum 25,1,6,7.Ierem.39,4,7‡
quemadmodum ei prædictum
Ier.27,12‡37, 16. Ezech.12,
16‡21*.
ZELVS & Zelotypia, Ge
2,25,27. Exod.
7.Iudic.20, 1, 8. 1 Regum 11,6‡
11, 32. 3 Regum 18, 40‡19, 10.
4 Regum 10*.1 Mach.2,24. Matt
12.Ioan.2,17.Act.9,1. Philip.3,
ZIBA seruus Saulis consti
tur procurator Miphiboseth,2 R
9,9. donantur ipsi omnia bona
phiboseth, 16, 2. procedit obu
regi Dauid, 19, 17.
ZICELEG donatur
Dauid, 1 Regum 27, 5. exuritu
Amalechitis, 30,1.
ZIPHORA vxor Moysi, E
2,21. circuncidit filium suum 4
ZOROBABEL: vide So
babel.

FINIS.

APPROBATIO.

c Indicem Biblicum à Iohanne Harlemio Societatis IESV Theolog
per in lucem emissum, & nunc denuò ab eodem quàm diligentissim
lustratum, plurimisque locis auctum, nos infrascripti dignum cense-
rui typis rursum mandetur.

ustinus Hunnæus Regius sacræ Theologiæ Louanij Professor.
elius Reyneri Goudanus S. Theologiæ ordinarius apud Louanien
fessor.
s Molanus Apostolicus & Regius librorum examinator, & sa
eologiæ Professor.

uerpiæ Christophorus Plantinus, Architypographus
egius, Anno M. D. LXXX.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte





Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Est.

BIBLIA

SACRA

1519